Biblioteca

TOSTATI

OPERA OMNIA

IN NVMER. RVM

1-2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 4
Plúteo 8

32.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris. Cæsareique consultissimi, necnon Linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi, *Ex bibliotheca Collegii Lojolæi*

Commentaria in Primam Partem NVMERORVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.

Es del coll. R. Carlos Lojola y su librería



Esta espurgado conforme al espurgo nuevo de 1632. por [illegible] de la 3ª [illegible]

J. de A.

BIBLIOTHECA SOCIETATIS JESU

VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM IN NVMEROS.

PRÆFATIO.

DEVS Abrahæ posteritatis suæ captiuitatem in Aegypto prædixerat, & eorum admirabilem liberationem reuelauit, de quibus legislator quasi per totam Genesim, & Exodum, vsque ad ca. 29. satis late tractauit. In Genesi quidem de peregrinatione eorum nõ dura, & descensu in Ægyptum agens. In Exodo vero de durissima seruitute, & horrenda plagarum inflictione, atq; ad vltimum admirabili liberatione cõplexus est. In quo principaliter legislationi intẽdens, vt populus liberatus per Dei magnalia, per leges datas eius populus efficeretur. Incępit ergo Exodus post expletam liberationem de legislatione agere, per quam tota Hebræorum progenies specialis domino populus efficiebatur, nullam ergo post hoc Exodus currentis temporis historiam intertexuit legislationi solum vacans. Et qm̃ tota series præceptorum veteris testamẽti in tres partes scinditur, moralia. s. legalia, siue cæremonialia, & iudicialia, de quibus omnibus in eodem Exodo incõplete tractauerat: oportebat rursus explendæ legislationi de eis alium tractatum subiungere. Prima autem quæ moralia nominantur, tanquã decem a naturalis rationis dictamine elicitæ conclusiones, cum ex seipsis, vel ex immediata principiorum practicorum reductione naturalem habeant euidentiam, non decuit per vlteriores multiplicari tractatus. Hæc quidẽ per se cognita sunt, qm̃ & gentes, quæ legem non habent, ea quæ legis sunt naturaliter facientes, ad ista se obligantes credunt, & efficiunt dictante illis conscientia. sic patet ad Roman. c. 2. s. Cum. n. gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ sunt legis faciunt, eiusmodi legẽ non habentes ipsi sunt sibi lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. hæc igitur pręcepta, qm̃ naturaliter cognita erant, non oportuit multoties replicari. Et q̃q̃ non solum ista 10. ad ius naturale pertinent, cum infinitæ conclusiones iuris naturalis sint, & tot quot conscientia nobis in agendis sine lege dictat, de eis tamen [illegible] primi nihil necesse fuit, quoniam ratio nostra simpliciter illa noscit, quanquam aliquando de eis quædam interserantur, sicut patet Exo. 19. c. de hoc igitur genere moralium præceptorum parum immorandum fuit. Secundum genus præceptorum cæremonialium dicitur per quæ in Deum ordinabatur totus ille Israeliticus populus, de quibus [illegible] multiplicatio usa specialem, & explicitã oportuit fieri mentionem, tum quia hæc a sola legislatoris volun[illegible]

Cõtinuatio libri huius ad præcedentes. Series pręceptorum veteris [illegible] tres partes scinditur.

Infinitę cõclusiones iuris naturalis sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præfatio.

subsistant a naturalis rationis dictamine non habentia ortum, tũ qa de eis maxime dubitari cõtingit, cum nullum naturale motiuum ad illa cognoscenda hẽamus, sicut de moralibus, & aliqualiter de iudicialibus haberi potest. Item quia in Deum principaliter ordinant, in quibus error periculosissimus est. Item quia ista sunt per quæ specialius populus hebræorum Deo fęderatus est, quã per cætera, quamquam.n. per quamcunq; legẽ a Deo suscepta Israelitę Deo vnirentur in populum peculiarem de cunctis gentibus terræ, vt colligitur Exo. 9.c. magis tamen per iudicialia, & cæremonialia, quam per moralia, magis etiam per cæremonialia, quã per iudicialia, sicut satis declaratum est Leu. 1.c. De his autem cæremonialibus, quæ alio noĩe legalia appellantur, siue legitima, prius & explicatius, quam de iudicialibus egit, quia ista ad sacerdotes qui specialiter populi rectores sunt, & medij inter Deũ & hoĩes, pertinent. In quibus ẽt tota vita, & doctrina populi descripta est. De his.n. per totum Leuiticũ sine vlla alterius generis præceptorum admixtione actum est. Nã & si quædam alia ibi sint, ita parua, & rarissima sunt, vt censeri noĩe non mereantur. Ibi ẽt nullam currẽtis temporis hi[s]toriã intertexuit, sed simpliciter cæremonialium præceptorum explicationi vacauit. Consequenter aũt in hac quarta parte, vel distinctione pentateuchi Moysi de iudicialibus præceptis agitur aliquas tñ historias contexendo, quamquam dubiũ sit quid in hoc libro præcipuum sit iudicandum an præcepta, vel historiæ. de vtroq;. n. satis magnus tractatus sit, nomen tñ libri obtinuit, vt magis ab historijs, quam a præceptis diceretur. nomẽ quippe libri huius Numerus est, vel Numeri pluraliter dicti, numeratio tñ quęcunq; ad historicã pertinet narrationẽ. Deus ergo populũ suum sufficienter legibus informans, eumq; plene informatum ad terrã hostilẽ dudum promissam introducere volens, debuit eum ad seipsum, & in respectu ad hostes regulare. vnde in isto libro tria principaliter aguntur. Primo disponitur populus in monte Synai ad processum a princ. lib. vsq; ad c. 10. In secundo describitur processus populi euntis secundum varios euentus intermiscendo quędam iudicialia præcepta cum paucis cæremonialibus ex c. 10. vsq; ad [illegible]. Tertio describitur modus populi ad terram promissionis accedentis, & in hoc totius libri cõsummatur historia. Nunc vero quærẽdum est de noĩe huius libri, qui tripliciter secundum linguã triplicẽm nomen sortitus est. Hebræi quidem eum Vaydaber appellant. i. locutus est. sic.n. incipit, qm̃ Hebræorum mos est libros suos a principiis denominare, sicut nos psalmos nũcupamus. Græce autem liber iste Arithmon dicitur. i. numerorum, qm̃ Arithmon genitiuus pluralis est, & inde arithmetica nomen accepit. Latini autem eum lib. Numer. ex gręca nuncupatione vocant. In quo aliquis quæret quare liber iste de Numeris dicitur. i. qualiter pluraliter Numeri appellatur. Cui rñdendum est hunc librum magis a Numeris appellari, q̃ a reliquis, quæ in eo sunt, qm̃ nihil est per quod specialius liber iste a cæteris differat, q̃ per numerationes. In eo quippe tria describuntur a quibus nomen accipere potuisset. s. præcepta, numerationes, & temporum historiæ. A præceptis quippe noĩari non decuit, nam de præceptis hic nullis agitur, nisi de iudicialibus, quod principaliter dixerim, nã de cęremonialibus interdum interseritur, vt de purgatione & oblatione pro zelotipia, & obligatione, & ritu Nazaræorum, de quibus infra 5. & 6. c. de ritu oblationum in libamentis suis, infra 15. c. de crematione, & ritu vitulę rufæ, infra 19. c. Sed non debuit appellari a prẽceptis iudicialibus, qm̃ plura traduntur in Deut. vbi tota lex repetitur. In Exodo quoq; multa traduntur iudicialia. vñ eodem noĩe censeri poterat. Nõ debuit ẽt nomen accipere a cæremonialibus, qm̃ de his in Leuitico principaliter agitur. Ab historijs quoq; nomen accipere non debuit, nam vt sunt in hoc libro, ita & in oĩbus alijs tribus. s. Genesi, Exodo, & Deuter. aliqui tem[illegible]porales narrãtur euentus, cum quibus liber iste coincideret. Solæ igitur numerationes manent a quibus liber iste potuit nuncupari: qm̃ in aliis nõ fiunt crebro numerationes sicut hic, de quibus infra dicetur, quia ergo in [illegible] differt per hoc nomen accipere debuit. Secundo quærebatur quare liber iste pluraliter Numeri nuncupetur. Cui respondendum est in hoc non vnam rem, sed plures numerari, nec [illegible] cõtinuatam fieri numerationem, sed plures, quatuor hic principaliter numerãtur. s. omnes viros bellatores, de quo in hoc primo c. omnes primogeniti filiorum Israel, de quo infra 3. c. omnes leuitæ, de quo in eo. c. habetur, omnes mansiones de quibus infra 33. c. debuit ergo pluraliter Numeri appellari.

ALPHONSI



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS IN NVMERORVM PARTEM PRIMAM Commentaria.

CAP. I.

A Heliasaph filius Duel. De Nephthali, Ahira filius Enan.

Numeratio populi infr. 26. c.



OCVTVSQVE est dominus ad Moysen in deserto Synai in tabernaculo fęderis prima die mensis secundi anno altero egressionis eorum ex Ægypto dicens. Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singulorum, quidquid sexus est masculini a vicesimo anno, & supra omniũ virorum fortium ex Israel, & numerabitis eas p turmas suas tu & Aarõ. Eruntq; vobiscum principes tribuum, ac domorũ in cognationibus suis, quorũ ista sunt nomina.

Nomina principum 12. tribuũ.

De Ruben, Elisur filius Sedeur. De Simeon, Salamihel filius Suri Sadai. De Iuda, Nahason filius Aminadab. De Issachar, Nathanael filius Suar. De Zabulon; Eliab filius Helon. Filiorum autẽ Ioseph de Ephraim, Elisama filius Ammiud. De Manasse, Gamaliel filius Phadassur. De Beniamin, Abidan filius Gedeonis. De Dan, Azezer filius Ammisaddai. De Aser, Phegiel filius Ochram. De Gad,

Liber iste dicitur. i. qualiter pluraliter Numeri appellatur.

Diuisio totius libri.

LIber iste. In hoc libro Numerorũ cum legislator de numeris agat, & de euentibus populi ad terram promissionis procedentis, eos ordinare debeat, & hoc quãtum ad tria. Primo quantum ad habitudinem populi proficisci debẽtis. Secundo quantum ad ordinationẽ ipsius populi actu proficiscentis. Tertio quãtum ad dispositionem eiusdem ad terminum accedẽtis. de primo habetur, vsque ad finem 9. c. De secundo vsque ad finem 33. c. de tertio, vsque ad finem totius libri.

Circa primum autem cum populus deberet proficisci necesse erat, vt aliquis ordo esset inter ipsos proficiscentes, scilicet, quòd sit aliqua habitudo superiorum, & inferiorum: prælatorum & subditorum. prima quippe negociatio circa omnem congregationẽ politicã est de habitudine principis, an vnus vel multi, & in quo genere principatus præesse debeat, iuxta processum Arist. in omnibus libris Polit. & hoc quia vt ait Salo. Prou. ca. 21. vbi gubernator deest populus corruet. Ideo primo agitur hic de numeratione, & ordine subditorum. Secundo de ordine principũ. j. ca. 7. Iterum prima diuiditur, quia primo ponitur ordinatio populi fm legem cõem. deinde subditur ordinatio quantum ad quandam legem, & obligationem specialẽ. j. 6. c. vbi agitur de Nazareis. Prima in duobus primo ponitur ordinatio populi subditi. Secundo exclusio immundi. j. 5. c. vbi agitur de immundis ex[illegible]dẽdis a castris. Prima adhuc diuidit in tres partes, fm q̃ dẽrent eẽ tres partes, vel ordines in populo. s. agricolæ. & bellatores, & oratores. Quã q̃ ãt iste distinctio apud oẽs populos sit, inter Iudęos locum nu[illegible]certo

Universidad de Deusto Biblioteca

ſerto non habuit. qm̃ ibi nulli agricolæ erãt cũ a Deo panem de cęlo reciperent manducantes manna 40. annis per deſertum, vt patet Exo.16.& Deut.8.c. Ideo de duabus partibus harum agitur.ſ.primo de bellantibus.ſecundo de Deo miniſtrantibus. ſecunda. j̃.3.c. Prima in duas, quia primo ponitur numerus bellatorũ. Secũdo eorum ſitus reſpectu tabernaculi,& ſacerdotum,& per diſpoſitionem vexillorum.j̃.2.c. Prima in duas,quia primo ponitur præceptum diuinũ. deinde executio principum.Secunda ibi. *Iſti ſunt nobiliſſimi principes*. Poterat autẽ diuidi in plures partes,ſed hoc ſuffecerit.Circa primum. *Locutus eſt dominus*. Omnia iſta,quę in hoc libro iubentur, ſicut in pręcedentibus Deus locutus eſt Moyſi,quia hic erat principalis in tota congregatione hebręorum, & magis Deo familiaris,ſic patet.j̃.12. c.ſ. ſiquis fuerit inter vos propheta dñi in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illum:at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in oĩ domo mea fideliſſimus eſt, ore ad os loquor ei, & palã, & non per ęnigmata,& figuras Deum videt. ſic patet ad Heb.c.4.ſ.& Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius,tanquam famulus in teſtimonium eorum,q̃ dicenda erant.Ad hunc ergo Deus loquebatur oĩa, q̃ Iſraelitę facere deberent,ipſe aũt illis poſtea hęc iubebat.Nam per ſe Deus nihil Iſraelitis loquebatur, neq; per angelum ſuum, niſi in mõte Synai in datione decalogi,de quo Exo.20.& Deut.5.c.

Quo tempore & loco iſta fuerint dicta Moyſi, & an immediate poſt ea, quæ habentur in Leuitico. *Qõ. II.*

QVAERET aliquis de tempore quo iſta dicta ſunt Moyſi. Et ad hoc patet reſponſio in litera.ſ.ꝙ dicta fuerint anno ſecundo ab exitu de Aegypto menſe ſecundo,die prima menſis. eodem modo de loco quæretur.ſ.vbi iſta dicta ſint,& eodem modo reſponſio in litera patet.ſ.ꝙ dicta ſint in tabernaculo fęderis. Sed inquirendum eſt an iſta dicta ſint immediate poſt ea,quæ habentur in Leuitico. Reſpondendum eſt,ꝙ ex litera patere non poteſt an immediate, vel per interpolationem dicta ſint. Sed dicendũ eſt, ꝙ quamquam aliqua interpolatio fuerit, illa fuit parui temporis. Nam omnia præcepta,quæ habentur in Leuitico incępta ſunt dari in menſe primo,anni ſecũdi ab exitu de Aegypto.Quod patet,quia illa data ſunt in tabernaculo fęderis,vt habetur Leuit.1.c.& tamen tabernaculum,nunquam fuit conſummatum, vſque ad annum ſecundum exitus de Aegypto menſe primo,die prima menſis,vt patet Exod.40.c. neceſſe eſt, ergo ꝙ præcepta Leuitica dari cępiſſent in prima die menſis primi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto, vel poſt:antea autem dari non potuerunt, ſed iſta ꝑcepta, quæ habentur in hoc libro incępta ſunt dari prima die menſis ſecundi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto,vt patet hic in litera:ergo inter principium legislationis totius Leuitici,& legislationis huius libri ſolũ intercidit vnus menſis. Et tamen adhuc non fuit iſte menſis diſtantia inter ea, quæ dicta ſunt in Leuitico ab his,quæ dicuntur in hoc lib. quoniam non omnia, quæ in Leuitico ſunt, dicta ſunt in prima die menſis primi, ſed per interpolationes aliquas in menſe illo data ſunt. Quod patet,quia præceptum de die expiationis,quod habetur Leui.16.c.neceſſe eſt,ꝙ fuerit datum poſt nonam diem, vel octauam menſis eiuſdem. Nam dicitur.eo.c.ꝙ illud pręceptum fuit datum poſt mortem Nadab,& Abiu, [illegible] iſti mortui ſunt die octauo, menſis primi, quod patet,quia conſecratio ſacerdotum incępta eſt in die prima,menſis primi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto,vt declaratum eſt. Leu.8. & 9.c. & iſta durauit per 7.dies, vt patet Leui.8.cap.&

F Exod 29.c.poſtea vero die octaua ſacerdotes nouiter conſecrati cęperunt miniſtrare, & in eadem die Nadab, & Abiu offerentes ignem alienum mortui ſunt, vt patet Leuit.10.c.neceſſe eſt igitur, vt adhuc illa die non eſſet finita legis datio Leuitici,ſed adhuc manerent aliquę leges dandæ. Vnde quamquam velimus ponere diſtantiam inter legislationem Leuitici,& huius libri,ad plus poterimus ponere 20. dies.ſ.poſt mortem Nadab,& Abiu, vſque ad finem menſis eiuſdem primi. Sed veriſimilius eſt,ꝙ fuerit quaſi continuata iſta legislatio,& ꝙ in toto menſe primo,anni ſecundi ab exitu de Aegypto per interpolationes dierum datæ fuerint omnes leges,quæ habẽtur in Leuitico. G deinde autem in principio menſis ſecundi anni eiuſdem inchoata fuerit legislatio huius libri.Fecit tamẽ Moyſes diſtinctionem inter ea, quę habentur in Leuitico, & ea quæ dicuntur in hoc libro, quoniam in Leuitico plura præcepta ponuntur: in hoc autem plures apponuntur hiſtoriæ. Item quia [illegible]muis aliqua præcepta hic ponantur magis ad iudicia [illegible] pertinent: totus autem Leuiticus cęremonialium ordinem continet. Conuenienter igitur in his, quæ dicuntur in hoc lib. incępit quarta diſtinctio pentateuchi Moy.

An legislatio fuerit cõtinuata

Vtrum omnia, quæ hic dicuntur ad idem tempus referantur. *Quæſt. III.*

H NVNC vero inquirẽdũ eſt an ea,quę in hoc lib. dñr, & facta repetuntur ad idem tẽpus pertineant, vel ſm̃ diuerſa tpa euenerint. Et rñdendum eſt, ꝙ in hoc lib.ſolum ponuntur geſta, & dicta duorum annorũ. ſ.anni ſecundi ab exitu de Aegypto,& anni 40. De his quę dicta ſunt & facta in anno ſecundo hr̃, vſque ad finem.ca.19. ſm̃ ꝙ apparet ex litera in proceſſu huius libri. Ea vero,q̃ habentur a principio ca.20. vſque ad finem pertinent ad annum 40.quod patet,quia ibi agitur de tranſitu ꝑ terram Idumęorum,& de pugna ꝯ reges Amorrhęos & morte Aaron, tamen oĩa iſta pertinent ad annũ 40. ab exitu de Aegypto.de morte Aaron patet j̃.33. cap. Nam mortuus eſt anno 40. egreſſionis de Aegypto menſe quinto, die prima menſis. I De pugna Amorrhęorum,& tranſitu per terram Idumęorum, & cæteris,ꝙ fuerint in anno 40.patet Deute.1.& 2.c.& 3. De annis verò intermediis inter ſecundum, & 40. nihil hr̃ in hoc lib. quid Iſraelitæ egerint, vel Deus ad illos. nullum tamen præceptum datum eſt, nam in omnibus præceptis ponuntur tempora quibus data ſunt,vel ibi colligi poteſt ex præcedentibus, vel ſubſequẽtibus. De his tamen annis intermediis nihil habetur in tota ſacra ſcriptura, ſed ſolum fuerunt vagi per deſertum poſtquam acceſſerunt ad Cadesbarne, vt patet infra 14.cap.cum dicitur. filii veſtri erunt vagi in deſerto annis 40.& portabunt fornicationem veſtram donec conſummantur cadauera patrum in deſerto iuxta numerum 40. dierum quibus conſideraſtis terram. Et K quia toto iſto tempore nihil proficiebant ambulantes via recta, dicuntur nihil ambulaſſe, vel ſediſſe, ſicut patet Deu.1.c.cũ dr̃ ſediſtis ergo in Cadesbarne multo tempore.Et tñ ea, q̃ dicta ſunt, & facta in ſecundo anno ab exitu de Aegypto diſtinguuntur.c.Nã a principio vſq; ad 10.c.incluſiue hñr ea, quæ dicta, & facta ſunt in 20.diebus a prima die, vſque ad 20.menſis ſecundi.Nam in die 20.receſſerunt Iſraelitæ de monte Sinai, vt patet j̃.20.c.Ea vero,q̃ hñr a c.10.vſq; ad 20. ad eundẽ annũ ſcd̃m ꝑtinẽt, ſed in qua parte anni determinate iſta dicta,& facta fuerint nõ patet.De eis vero,q̃ hñr a c.20.vſque ad finem libri conſtat, ꝙ illa incępta ſunt a principio anni 40.qm̃.j̃.20.c. dr̃ qũo mẽſe primo Iſraelitę venerunt in deſertũ Syn,& mortua eſt

eſt ibi Maria.Eſt autem ille mẽſis primus anni 40. durauerunt autem ea quæ in ipſo habentur vſque ad mẽſem 11.anni eiuſdem. Nam menſe 11. prima die menſis anni 40.incępit Moyſes ea quę habentur in Deut. vt patet Deuteronom.1.c.& ſic habetur diſcurſus temporum libri huius,quando iſta dicta ſunt, & facta. *Locutus eſt dominus*. Vocatur hic Angelus Dei Dominus, nam Deus non loquebatur,quia Deus loqui nihil poteſt. Omnia quippe quæ Deus facit neceſſario in inſtanti ſunt,quia in Deo non eſt ſucceſſio, ſi tamen aliquid faceret ſucceſſiue in actu eius ſucceſſio eſſet, & conſequenter in eius eſſe, & ſic eſſet Deus in potẽtia ad aliquam partem eſſe ſui habendam quam nondũ ſuſcepiſſet, & illam habiturus erat per ſucceſſionem, & tunc non eſſet in Deo æternitas,quę tamen eſt proprium ius deitatis. & hoc quia æternitas eſt interminabilis vitę ſimul tota,& perfecta poſſeſſio iuxta Boe.de conſol.lib.5.proſa vlt.neceſſe eſt ergo, vt Deus vocẽ in inſtanti formaret, [illegible] tamẽ nõ poteſt in inſtanti formari vox,quia ipſa requirit ſucceſſionem,& habitudinem prioris,& poſterioris,cum ſit conſtituta ex literis,& ſyllabis habentibus ordinem in prolatione.Item quia vox conſiſtit in motu: motus tamen formaliter dicit ſucceſſionem, ideo non poterit in inſtanti formari.Erit ergo impoſſibile,ꝙ Deus formet aliquam vocem; ſed ille qui formabat eam Angelus erat quem ſcriptura Dominũ vocat. Cuius cauſa eſt,quia hic agitur de legislatione, & ſi Iſraelitæ ſcirent,ꝙ iſte qui loquebatur erat Angelus, putarent auctoritatẽ legis eſſe ab Angelo, & ſe obligatos ad obediendum Angelo, vnde poſſent per hoc faciliter induci ad colendum idola colentes Angelum. Deus ergo hoc vetuit faciẽs,ꝙ Angelus nominaretur hic Deus: ita ꝙ Iſraelitæ intelligerent omnia iſta a Deo fuiſſe dicta,& nõ ab Angelis. Moyſes qui iſta audiebat cognoſcebat Angelum eſſe eum qui loquebatur, ꝙ autem non poſſet Deus loqui, ſed Angelus latius declaratũ eſt Exo.23.& 25.c.& Leui.c.1. Angelo autem non repugnat loqui ſicut Deo.Ipſe enim poteſt formare vocem in ſucceſſione,quia non eſt totũ eſſe ſuum ſimul ſicut eſſe Dei,ſed intellectiones ei adueniunt quæ ante non fuerant,alioquin tollerentur reuelationes Dei factæ Angelis,quoniam per has nihil poſſent recipere quia totum eſſe ſuum iam præhabuiſſent:Etiam tollerentur tres actus hierarchici.ſ.purgare, perficere,& illuminare,quod ponit Diony.in lib. de Angelica Hierarc.eſſe in Angelis ſuperioribus reſpectu inferiorum. Aduenit ergo Angelis eſſe ſuum per quãdam ſucceſſionem ęui,cum in eis ęternitas non ſit quę eſt tota ſimul,& Deo ſoli competit, & quia in eſſe eorum ſucceſſio eſt, ita & in actu, quia actus ad eſſe rei pertinet nihil ergo repugnat,vt Angelus in aſſumpto corpore loquatur. Sed hoc, quod dictum eſt ſępe, dicimus,ꝙ Deus non poſſit operari aliquid cuius ſubſtantia ꝯſiſtat in ſucceſſione,& motu,ſicut eſt loqui,& moueri, & huiuſmodi.Ratio vr̃ eſſe multum ſuadens ſic,an ſit neceſſario concludens nunc non dicimus, quicquid tamen ſit ſemper aſſerendum eſt, ꝙ Deus nunquam per ſe loquatur,neque locutus fuerit, ſed ſemp ꝑ aliq̃ creaturam,ideſt per Angelum,vel hominẽ,quia iſtud conuenit diuinæ ordinationi,iuxta ſententiam Dion. lib.de Ange.Hierarc.niſi in homine Chriſto,quia ille erat verus Deus & homo, & ibi vere Deus loquebat̃, ideſt filius Dei, quia illius ſuppoſiti erat iſte actus, & non ſuppoſiti humani, quia erat ibi vnicum ſuppoſitum cum non diſtinguerentur ibi duo ſuppoſita,ſ. diuinum,& humanum, & illud vnicum ſuppoſitũ erat diuinum,& non humanum, licet eſſet ſimul homo, & Deus,ſ. quia natura humana in Chriſto ſubſiſtebat per ſubſiſtentiam verbi, & non per aliam ſubſiſtentiã

Noĩe Dñi intellige Angelum, quia Deus non loq̃t.

Moyſes agnoſcebat loquentẽ eſſe Angelum, q̃quã ſcriptura vocet eũ Deum.

A ab illa diſtinctã, quia tunc eſſent ibi duæ perſonæ, & duo ſuppoſita.quod falſum eſt,& verbum nõ ſubſiſtebat per ſubſiſtentiam humanæ naturę,quia nullam accepit de nouo in Chriſto, vt non eſſet Chriſtus purus homo,& perſona diſtincta a filio Dei, & tamen quia actus ſunt ſuppoſitorum iuxta Ariſtote. & in Chriſto eſt vnicum ſuppoſitum,ſ.diuinum,oportet, ꝙ dicatur ibi Deus loqui,& ambulare,& facere omnia alia quæ Chriſtus facere dicebatur. *Ad Moyſen.* Ad eum ſolum iſta dicta ſunt,quia ipſe erat ſpecialis famulus Dei, & conſecretalis,vt patet inf. 12.c.& ad Hebr.4.c. *In deſerto Sinai.* In hoc ſignificatur locus ĩ quo dicta fuerint iſta. & quamquam hic dicatur, ꝙ iſta dicta ſunt in deſerto Sinai, tamen non eſt intelligendum ſm̃ ꝙ de Leuitico B dictum eſt,nam in principio dicebatur,ꝙ illa locutus fuerat Deus Moyſi in monte Sinai in tabernaculo fęderis.Et poſtea dictum eſt,ꝙ omnia quę habẽtur in toto Leuitico dicta ſunt in monte Sinai. De hoc tñ q̃quam dicatur,ꝙ ea quæ hñr hic dicta fuerunt in monte Sinai,tñ non eſt intelligendum,ꝙ omnia quæ in toto libro continentur dicta fuerint, vel facta in monte Sinai,quod patet quia inf.10.c. dr̃ qũo filij Iſrael receſſerunt de monte Sinai. ergo oĩa quæ poſtea habentur pertinent ad alias manſiones.Item patet hoc ex ſupradictis quoniam ſupra declaratum fuit, ꝙ ea quæ hñr a c.20.vſque ad finem libr. pertinent ad annum 40.ab exitu de Aegypto, & tamen in anno 40. non erant Iſraelitę in monte Sinai,cum inde receſſerint anno 2.e- C greſſionis de Aegypto menſe ſecundo die 20.vt patet infra 10.cap.ſolum ergo intelligendum eſt, ꝙ dicta & facta fuerint in monte Sinai ea quæ habentur ab hoc loco vſque ad 10.c.incluſiue.

An iſta fuerint dicta in deſerto Sinai in caſtris, vel quando Moyſes aſcendebat montem. *Quæſt. IIII.*

CIRCA hoc aliquis dubitabit cum dicatur, ꝙ iſta fuerunt dicta in deſerto Sinai, an fuerũt dicta ſuper montem cum aſcendebat Moyſes ad Dominum, quoniam ibi multa alia dicta ſunt ei.& Iudęi dicunt, quòd Moyſes informatus fuit a Domino in monte Sinai de quæſtionibus legis D ſupra verticem montis.

Sed dicendum eſt,quòd nõ fuerint iſta dicta in vertice montis,quia hic dicitur, ꝙ fuerunt dicta in tabernaculo fęderis.conſtat tamen, ꝙ non erat tabernaculum ſupra verticem montis,ſed in medio caſtrorum, vt patet ſequen.cap. Caſtra tamen non erant in monte,ſed in circuitu montis,vt patet Exodi 19.cap.

Item patet hoc, quia Moyſes ſolum aſcendit in mõtem Sinai ad ſtandum cum Domino in primo anno ab exitu de Aegypto in menſe 3.4. & 5. cum ſtetit bis 40.diebus cum Domino, vt declaratum fuit Exo. 32. ca.& Deuteron.9.c. Iſta tamen verba fuerunt dicta in anno ſecundo ab exitu de Aegypto in menſe ſecun- E do,vt patet hic. non ergo fuerũt dicta ſuper verticem montis, ſed in caſtris in tabernaculo fęderis ad radicẽ montis.

In tabernaculo fœderis. Ponitur locus in quo dicta ſunt verba hęc,ſcilicet in tabernaculo, quia ibi loquebatur Dominus ad Moyſen. & vocatur tabernaculũ fœderis,quia ibi erant tabulæ continentes fœdus Dei & Iſrael.Nam Deus promiſerat Iſraelitis, quòd acciperet eos in populum peculiarem de cunctis populis terræ,& ipſi promiſerunt, quòd obſeruarẽt præcepta Domini, & quia præcepta prima quę obſeruare promiſerunt erant in tabulis quæ manebant in tabernaculo, vocabatur ipſum tabernaculum fœderis.

Cur dr̃ tabernaculũ fęderis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quo loco fuerint hæc dicta Moysi. Et quòd fuerunt tria loca in quibus Deus loquebatur Moysi.
Quæst. V.

QVAERET aliquis in quo loco fuerit dñs locutus ista Moysi. Et q̃q̃ hic dicatur, q̃ fuerunt dicta in tabernaculo, tñ adhuc dubitabitur magis in speciali de loco, q̃m erãt tria loca in quibus Deus consueuerat loqui Moysi. s. super propitiatorium, vt patet ĩ. 7. c. & Exod. 25. Alius locus erat ostium tabernaculi fœderis apud altare holocaustorum. Ibi. n. descendebat dñs, & loquebatur, vt patet ĩ. 22. c. & magis Exo. 29. c. Tertius locus erat columna nubis, vbi frequẽter dñs loquebatur ad Moysen, sicut erat super montem Synai, q̃n loquebatur de caligine. De hoc tertio loco manifestum est, q̃ non fuerit Deꝰ locutus in illo, quia dr̃ hic, q̃ fuerit locutus in tabernaculo: manent ergo alia duo loca. s. propitiatorium, & ostium tabernaculi, & de his dubium est in quo locutus fuerit: scriptura. n. non distinguit. Sed dicendũ videtur, q̃ fuerit locutus super propitiatorium, & hoc pp duo. Primo, quia iste erat locus, vbi vt communiter, vel quasi semper Deus loquebatur Moysi, sic patet ĩ. 7. cum dr̃. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculũ audiebat vocẽ loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcã testimonii, vnde & loquebatur ei. Secundo patet, qa dr̃ hic, q̃ locutus fuit Deus ista in tabernaculo fœderis, & tñ ea quę dicebantur ad ostium tabernaculi nõ dicebantur in tabernaculo fœderis, sed extra tabernaculum in ostio eius: ea vero, quę dicebãtur super propitiatorium erant in tabernaculo fœderis, cum propitiatorium esset intra tabernaculum in sctã Sanctorũ.

Prima die mensis secundi. Hic ponitur tempus quo ista verba dicta sunt. i. in mense secundo, & est iste mensis secundus, ſm computationẽ hebrœorum q̃ incipiunt menses a Martio, ideo Aprilem secundũ mensem vocant. nec ẽr est intelligendum, q̃ ipsi incipiant Aprilẽ cum Aprili nostro, sed per lunationes faciũt, ita vt aliq̃n in medio Aprilis nostri, vel circa finem incipiant Aprilem suum. modus aũt computandi menses istos declaratus fuit Exo. 12. & magis adhuc de eo dictum est. Leui. 23. c. Sciendum aũt, q̃ in die qua fuerunt dicta ista verba complebatur vnus mensis ab erectione sanctuarii. Nam fuit erectum sanctuarium prima die mensis primi anni secundi ab exitu de Aegypto, vt patet Exo. 40. Ista autem dicta fuerunt prima die mensis secundi, eiusdem anni, vt patet hic in ista litera.

Anno altero egressionis eorum ex Aegypto. i. anno secundo, postquam Israelitę egressi sunt de Aegypto. Erat enim elapsus annus vnus, & 15. dies a die qua Israelitę exierunt de Aegypto, q̃n ista dicta sunt, quod patet, qa quando exierunt Israelitę de Aegypto transierant 15. dies mensis primi, quod patet Exo. 12. & ĩ. 33. capitu. Nunc autem q̃n ista verba dicta sunt transierat vnus mensis anni secundi, quia dicta sunt in prima die mẽsis secundi, subtrahantur ergo 15. dies de mense primo, anni secundi pro 15. diebus, qui fluxerant de mense primo, anni primi, quando fuit exitus de Aegypto, & tunc manebit vnus annus integer, & 15. dies ab exitu de Aegypto, vsque ad diem hanc. Et dicitur hic, q̃ fuerit hoc in secundo anno. nam in primo manserunt Israelitæ in monte Synai, & constructum fuit tabernaculum, atque data est lex, fuit autem finita tabernaculi fabricatio in fine anni primi. Nam in prima die anni secundi fuit erectum tabernaculũ, vt habetur Exo. 40. c. p. postea autem in mense primo anni huius sanctificati & consecrati fuerunt sacerdotes, atque datæ sunt ceremoniales leges, quę habentur in Leuitico. nunc voluerit Deus, q̃ in mense secundo recederẽt Israelitæ de monte Synai fecit, vt numerarentur. Duravit autem forte ista numeratio vsque ad diem qua recesserunt de monte eodem. nam die 20. recesserunt Israelitæ de Synai, vt patet ĩ. 10. cap. & sic interciderunt 18. dies inter diem quo datum est hoc præceptum, & diem recessus de monte eodem, per hos autem bene poterat durare ista numeratio, quoniam primo numerati sunt hic omnes viri bellatores in tribubus suis, & familiis, scilicet sexcenta tria millia virorum, & quingenti, & quinquaginta, vt patet ĩ. Etiã numerati sunt in his diebus omnes Leuitæ a mense vno, & supra vsque ad summam viginti duorum millium ducentorũ 73. vt patet ĩ. 3. c. Etiam numerati sunt oẽs primogeniti Israelitarum, vt patet eodem cap. In his igitur necesse erat, vt aliqui dies laberentur, & sic credendum est, q̃ post quã cępta est ista numeratio fuit cõtinuata vsque ad diem recessus de monte Synai, & ea finita fuit recessus de eadem mansione.

Tollite summam vniuersæ congregationis. Iussit hic Deꝰ, vt numerarentur Israelitæ.

Cur fiebat numeratio totius congregationis Israelitarum.
Quæst. II.

CAVSA autem numerationis est, vt sint certi viri bellatores distincti in tribubus suis, vel vt alii dicunt fuit hoc, vt quilibet Israelita solueret dimidium siclum. Et dicit Rab. Salom. q̃ Deus habebat Israelitas, tanquam populum dilectũ, & peculiarem sibi, vt patet Exod. decimonono cap. & sicut ille qui habet tale peculium frequenter ipsum numerat: ita Deus frequenter numerabat Israelitas. Et primo ponitur numerus eorum Exo. duodecimo capitulo, vbi dicitur, quòd erant fere sexcenta millia peditum. Iterum autem numerati sunt post fabricationem vituli, vt patet Exo. trigesimonono capitulo, vbi dicitur, quòd numerati erant sexcenti, & tres mille, & quingenti quinquaginta viri. Iterum autem facit eos Deus hic numerari. Iterum autem habetur numeratio eorum. ĩ. 26. c.

An ista numeratio distinguatur ab illa, quæ habetur Exo. 39. & ab illa, quæ habetur infra 26. cap.
Quæst. VII.

SED dubitatur an numeratio ista differat ab illa, quę habetur Exo. 39. c. Aliquis dicet, q̃ nõ differt, sed hic repetitur, secundum q̃ multa alia repetuntur. Item dicet aliquis esse eandem numerationem, quia non videtur esse hic aliqua causa, quare ita breuiter fieret alia numeratio. Nam in primo anno ab exitu de Aegypto fuerat facta numeratio, q̃ hr̃ Exo. 39. c. Ideo non videbatur conueniẽs fieri aliam numerationem in principio secundi anni. Itẽ patet hoc per similitudinem summæ inuentæ, quia Exo. 39. c. inuenta est summa sexcẽtorum triũ milliũ quingẽtorũ quinquaginta: hic aũt eadẽ summa repetitur, vt hr̃, nec vnus superat, aut deest: difficile tamẽ erat hoc reperiri: si nõ esset eadẽ numeratio. Sed dicẽdum est, q̃ nõ fuit eadẽ numeratio, quod patet ex tpe numerationis. Nam illa numeratio fuit hr̃ Exo. 39. c. necessario fuit facta ante fabricationem tabernaculi, q̃n dicitur ibi, q̃ argentum, & aurum ꝑ opere sanctuarii fuit oblatum ab his qui transibant ad numerũ. ergo iã transierant ad numerũ cũ inceptũ est tabernaculũ, & tñ tabernaculũ inceptũ, & finitũ est in primo anno egressionis de Aegypto, vt patet Exo. 40. ca. Ista autem numeratio facta est in secundo mense, anni secũdi: ergo necessario istę numerationes sunt duę. Rõnes istæ in contrarium nihil obstant. Quando primo dicitur,

dicitur, q̃ hic fit repetitio non ꝑ tare, quia pertinent ad diuersa tempora. Cum aũt dr̃, q̃ in tam breui tpe non videbatur conueniens, q̃ iterum fieret alia numeratio. Rñdendum est, q̃ siue esset ꝓueniens, siue non. constat eam fuisse factam. Ideo non multum arguendum est an conueniens, vel inconueniens sit, cum in hoc, siue vnum, siue alterum sit modicũ differat. Nõ tñ adhuc vr̃ inconueniens, q̃ fieret numeratio, quia nunc volebat Deus, q̃ Israelitæ procederẽt de monte Synai per mansiones suas, & oportebat, q̃ acciperent locum ad castrametandum, & quia super hoc aliq̃n oriretur discordia de modo castrametandi, distinxit Deus omnes Israelitas in quatuor partes singulas tres tribus sub vexillo vno, & ita sub quatuor vexillis erant omnes Israelitæ castrametantes in quadro. Sed adhuc poterat esse discordia de diuersis partibus, quia quidam vellent esse ad partem septentrionalem, & alii ad meridianam, & sic de cæteris positionibus. distinxit Deus positiones castrametationis. s. q̃ vexillũ tribus Iuda cum ipsa tribu, & tribu Issachar, atque Zabulon esset ad partem orientalem. Vexillum autem filiorum Ruben cum ipsa tribu, & tribu filiorum Simeon, & tribu Gad esset ad partem meridianam. Vexillum autem filiorum Ephraim cum ipsa tribu, & tribus Manasse, & tribus Beniamin ad partem occidentalem. Vexillum autem filiorum Dan cum ipsa tribu, & tribus filiorum Aser, & Nephtalim ad partem septentrionalem, vt patet sequenti capitu. Poterat tamen adhuc esse discordia super magnitudine locorum ad castrametãdum quantum ad singulas tribus, & familias, quia quælibet vellet accipere maiorem locum, ideo Deus distinxit hoc per numerum, scilicet q̃ numeraretur, quot viri erant in qualibet tribu, & familia, & domo, & secundum hoc daretur maior, vel minor locus ad castrametandum: decuit igitur valde sciri numerum virorum cuiuslibet tribus, & quia nunc Israelitæ erant progressuri per plures mãsiones: iussit Deus, vt numerarentur omnes ad hoc, q̃ sciret modus castrametationis ipsorum, & sic ista fuit totalis causa, & conueniens quare fiat ista computatio.

Cur Israelitæ diuisi sunt in 4. partes.

Ad alterum argumentum quando dicebat, quòd esset eadem computatio ista, quæ habetur hic, & ea, de qua Exod. 39. cap. quia eadem summa colligitur in vtraque. Respondendum est nihil ex hoc probari. Nã inter vnam, & alteram computationem non intercidit vnus annus, quia illa fuit facta, quando fuit inceptũ tabernaculum ad fabricandũ ad hoc, q̃ offerrent omnes transeuntes ad numerum dimidium siclum, & tñ tabernaculum fuit inceptum in principio sexti mensis, vel in fine quinti anni primi. Quod patet, quia inceptum est, postquam Moyses descendit de monte secunda vice, quando steterat cum domino per 40. dies, & cum ipse ascenderit in 7. vel 8. die mensis tertii: necesse est, vt additis diebus 80. perueniatur ad finem mensis quinti, vel principium mensis sexti. tunc autem Moyses descendens de monte fecit omnes Israelitas numerari, & dare dimidios siclos ad opus sanctuarii. Ista autem numeratio fuit facta in mense secũdo anni secundi: ergo ad plus distabat vna numeratio ab alia octo mensibus, & in hoc satis erit simile, q̃ non defecerint aliqui Israelitæ: quoniam omnes erant sani etiam q̃ non fuerint aliqui superadditi.

Sed contra hoc arguetur de occisione, quę facta est propter fabricationem vituli, quoniam 23. millia virorum occubuerunt gladio, vt patet Exod. 32. capitu. Respondendum est, q̃ verum est aliquos defecisse, & tñ quot defecerunt, tot inuenti sunt nouiter transeuntes ad numerum. Nam a 20. annis computabantur holes, & multi poterant esse in prima numeratione q̃ non compleuerant 20. annos, & postea in secũda iam compleuerant cũ essent octo menses intermedii, & sic satis contingeret tot fuisse subrogatos ad numerũ, quot gladio perierunt. Sed an de ijsdem tribubus adderentur ad numerum de quibus perierunt viri gladio non ꝑ constare, quia in illa prima numeratione solum hr̃ summa totalis collecta. s. sexcenta tria millia quingenta quinquaginta, & non dr̃ quantũ haberet q̃libet tribus. hic aũt dr̃ de qualibet tribu quantus eẽt numerus. Sciendum aũt est, q̃ q̃n iste numerationes fiebant Israelitarum, quilibet de transeuntibus ad numerũ dabant dimidium siclum: alioquin facta numeratione, & non soluta pecunia morerentur illi, qui numerabantur, & ista pecunia erat ad vsum sanctuarii, sic patet Exo 30. c. cum dr̃. Q̃n igitur ex libris summã filiorũ Israel, iuxta numerum, dabunt singuli precium ꝓ animabus suis, & non erit plaga in eis cum fuerint recensiti, hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, vel numerum dimidium sicli iuxta mensuram templi. susceptamque pecuniã, quæ collata est a filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonii, vt sit monimentũ eorum coram domino, & propitietur animabus eorum. Et sic dicendum est, q̃ in ista numeratione, quilibet de numeratis solueret dimidium siclum.

An ista numeratio differat ab illa, quæ habetur infra 16. c.
Quæst. VIII.

SED adhuc quæret aliquis an ista numeratio differat ab illa, quę hr̃ ĩ. 26. c. Dicendum est, q̃ differat, & hoc pp duo. Primo, quia ista numeratio fuit facta a Moyse, & Aaron, illa aũt fuit facta a Moyse, & Eleazaro cum iam Eleazarus esset sacerdos magnus succedens Aaron, vt patet eo. ca. Item differt ista ab illa, quia ista fuit facta in monte Synai, vt patet hic. Illa vero fuit facta in campestribus Moab super Iordanem, vt patet infra 26. c. Potest adhuc aliter probari, quia ista fuit facta, antequã Israelitæ murmurarent, & condemnarentur ad mortem, de quo infra 11. Illa quæ habetur infra fuit facta post mortẽ omnium istorum qui condemnati erant ne viderent terram promissionis, vt patet infra 26 c. cum dr̃, postq̃ noxiorum sanguis effusus est, &c. *Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel.* Hic iubet Deus tolli summam Israelitarum, & non accipitur summa Leuitarum cum his, vt patet infra in litera cum dicit: tribum Leui noli numerare, nec ponas summam eorũ cum filiis Itrael. & sic nomine congregationis filiorũ Israel, vel nomine Israelitarum non intelliguntur Leuitæ. Aliq̃n tñ expresso nomine Israel intelliguntur Leuitæ, sicut patet Exod. 28. ca. vbi iubetur, q̃ ponantur nomina filiorum Israel in 12. lapidibus rationalis, & ibi necesse est, q̃ ponatur Leui cũ eis: alioquin non esset in recordatione coram domino, cum ibi dicat, q̃ ponebantur illi lapides in rationali ad hoc, q̃ esset recordatio Israelitarum coram domino. Item Apoc. 7. cap. cum beatus Ioannes numeraret filios Israel posuit inter eos vnam tribum filios Leui. In quo dicendum est, q̃ Leuitæ aliquando comprehenduntur nomine Israelitarum aliquando non.

Quando nomine filiorum Israel intelliguntur Leuitæ, & quando non, & quæ sit regula ad cognoscendum. Et qui modus sit numerandi populum. *Quæst. IX.*

PRO quo sciendũ, q̃ q̃n nominantur filij Israel aut noiant, q̃tum ad aliquid, qđ est spirituale, vel quantum ad aliquid, quod est purgatoriale.

Si autem nominentur quantũ ad aliquid, qđ est spirituale, noie Israelitarum intelliguntur Leuitæ, & sic in positione noium Israelitarũ in lapidibus [illegible]

Universidad de Deusto Biblioteca

Leuitę intelliguntur, quia hoc pertinebat ad aliquid spūale.s.vt Deus recordaretur illorum, vt patet Exod. 28.c.& quando beatus Ioannes in Apo.agebat de cōuertendis ad Christum & saluandis, sub nomine filiorum Israel computauit ibi Leui eo, ꝙ conuersio, & saluatio aliquid spūale erant. Quādo autem agitur de aliquo temporali, nomine Israelitarum non intelligūtur Leuitę,& sic est hic, quia computabantur Israelitę tanquam viri bellatores.ad hoc autem nō pertinebant Leuitę cum non irent ad pugnam. Si autē aliqñ Leuitę pugnarent cum alijs Israelitis infra declarabit̄. sic etiam, qñ agebatur de diuisione terrę promissionis per omnes filios Israel, vt patet infra 26.c.nomine Israelitarum non intelligunt[ur] Leuitę, quia isti non acceperunt possessionem inter alios, quia Deus erat sors illorum, vt patet infra 18.c.sed solum datę sunt eis vrbes 48.quasi in eleemosynam ab alijs Israelitis, vt patet infra 35.c. Sed adhuc aliquis arguet,ꝙ hic debeant intelligi Leuitę, quia non solum dr̄, ꝙ tollatur summa cōgregationis filiorum Israel, sed ēt, ꝙ tollat̄ summa vniuersę congregationis, sed in vniuersitate Israelitarum sunt Leuitę: ergo ipsi computandi sunt. Respondendum est, ꝙ cum agatur de temporalibus, quia non intelliguntur Leuitę nomine Israelitarum, etiam non intelligentur nomine congregationis Israelitarum, nec nomine vniuersę congregationis, qa cum de temporalibus agitur vniuersa congregatio filiorū Israel sunt 12. tribus pręter Leui per cognationes. Hic datur modus ad numerationem faciendā.s.ꝙ non fiat ista numeratio in toto Israel simul, ita ꝙ educatur vna summa solum de omnibus filijs Israel, quia hoc erat difficile, sed diuidebat̄ totus Israel in tribus, & tribus per familias, & familię per domos. Modus ergo computandi erat, vt acciperetur vna tribus,& ꝯputarentur in ea quot essent familię: deinde in qualibet familia quot essent domus, & tunc computatis viris cuiuslibet domus, sciebatur quot essent viri in qualibet familia, & scito numero familiarum sciebat̄ quot erant viri in qualibet tribu, & isto mō non poterat effugere aliquis vir quin numeraret: si tñ deberet haberi vna summa totalis non distribuendo ꝑ tribus familias,& domos: multi possent manere non numerati,& aliqui bis non numerarentur. fuit ergo iste modus a Deo impositus. Vocat̄ aūt hic cognatio tribus, & sic dñr 12. cognationes Israel.i.12.tribus, quia oēs qui erant de vna tribu specialiter erant cognati inter se.sub tribu immediate ponuntur familiæ, quæ sunt quidam speciales progenitorum ordines immediate a trunco descendētes, vel quasi immediate, velut vna erat tribus Leui. Sed quia tres filios habuit Leui.s. Caath: Gerson: Merari, vt patet Exo.6.c.Erant.n.tres familię Leuitarum.s.Caathitarum, & Gersonitarum, & Meraritarum, vt patet infra 3.& 4.c.sic ēt in alijs tribubus accipiuntur familię per numerum filiorum, vel nepotum ipsius a quo nominantur tribus, vt patet infra 26.c. *Et domos suas.* In qualibet familia erāt plures domus, & istę domus diuidebātur postea ꝑ capita virorum. Potest tñ domus accipi dupliciter. vno mō pro œconomia ita, ꝙ tot sint domus quot sunt congregationes viri, & vxoris, quia iuxta Arist.1. Poli. domus constat ex viro, & vxore,& boue aratore, vt ait Hesio. vel iuxta sententiam Arist.1.Poli.c.2.constat œconomia ex patre,& filijs: viro,& vxore: dño,& seruo,& q̄q̄ sint sex termini reducuntur ad quatuor personas, quia idem est pater, & vir,& dñs. Alio mō pōt accipi domus nō pro qualibet congregatione viri, & vxoris, sed pro quadam congregatione multorum, q̄ est specialior, quam familia,& adhuc sub domo sic dicta sunt multę œconomię, & isto modo accipitur Iudi.6.c.cum dixit Gedeon ad Angelum: ecce familia

Domus dupliciter sumitur,& quibus constituitur.

F mea infima est in Manasse,& ego minimus in domo patris meis. Ecce enim dixit Gedeon se esse minimū in domo patris sui. non tamē est sensus, ꝙ ibi accipiat̄ domus pro vna œconomia, quia hoc modo nō erat Gedeon in domo patris sui, sed ipse per se faciebat œconomiam, quia habebat vxores, & concubinas,& 70.filios viros, vt patet Iudi.8.9.c.necesse est igitur,ꝙ accipiatur ibi domus pro quadam cōgregatione specialiori sub familia, quę tamen haberet adhuc plures œconomias,& sic accipitur hic, & generaliter in alijs locis, vbi dicitur de computatione Israelitarum per domos,& familias. *Et nomina singulorum.* Idest,ꝙ accipiebatur numerus domorum cuiuslibet familię,& in- G quirebatur quot viri essent in qualibet domo, & isti scribebantur nominibus suis,& per hoc colligebatur summa cuiuslibet familię, & cōsequenter cuiuslibet tribus.

Cur hic ponuntur ista quatuor ad computandum numerum Israelitarum. Quæst. X.

SED querit hic Augu.quare ponuntur ista quatuor.s.cognationes, domus, familię, nomina,& capita, quę ipse vocat propinquitates, populos, domos, familiarum capita,& numerum nominum. Respondet, ꝙ ista quinque idem signant, licet sint diuersa nomina, dicit tamen poni ista ad signan- H dum aliquid,& hoc est ꝑꝑ rationem numeri, quia ponuntur alia quatuor.s.sexus, ętas, virtus, recognitio.s. quia dr̄ in litera,ꝙ viri,& non feminę,& magni,& nō paruuli.s.a 20.annis, & supra etiam,ꝙ sint viri fortissimi, etiam ꝙ essent ętatis discretę. Dicit autem Augu. ꝙ multiplicando quinque per quatuor, vel quatuor per quinque efficiuntur viginti, & ista est ętas in qua numerabantur viri. Sed dicendum, ꝙ istud non stat, nisi forte quis velit istum esse sensum mysticum in quo possumus dicere quicquid volumus: in sensu tñ literali non potest stare. Primo quia ista quinque sunt distincta.s.cognatio: familia: domus: caput: nomen cuiuslibet. Nam cognatio accipitur hic pro tribu,& tribus sunt duodecim, vt patet hic in litera: deinde quę- I libet tribus diuiditur per familias. Nam habet tribus quęlibet quinque, vel sex aut pauciores familias. Nomina autem, & numerus oīum familiarum ipsarum tribuum ponuntur infra 26.c.deinde quęlibet familia diuiditur per domos, quę sunt congregationes minores, vt diximus supra deinde quęlibet domus diuidit̄ per viros, qui habebant nomen, idest qui erant a 20. annis,& supra, quia alii non habebant nomen, neque numerum in Israel, Exod. 13.c. & quilibet istorum vocatur vnum caput: sicut etiam dicimus in pecoribus quot capita sunt hic. Et qa quodlibet caput horū est vnus homo habet nomen,& sic caput est ipsa ꝑsona: nomen est notificatio eius, vnde ista sunt inter se distincta,& vnum non est aliud. Secundo patet, quia si ista essent idem solo nomine differentia, non posset K vnum diuidi per alterum, quia nō posset intelligi qūo nomen diuidatur per nomen: diuiditur tamen tribus per familias,& familia per domos,& domus per capita, siue viros, ergo differunt ista secundum rem. Tertio patet, quia Deus dabat istam diuisionem tanquā modum certissimū ad deprehendendum, vel inueniēdum vnum virum sorte in toto Israel, vt quando factum est furtum de anathemate Iericho, dixit Deus, quòd diuideretur totus Israel per duodecim tribus,& sorte inuenta est tribus Iuda, & illa tribus diuisa fuit per familias suas, & inuenta est familia Zare, & ista familia diuisa fuit per domos,& inuēta est domus Zabdi, & dicendū,ꝙ ista diuisa fuit per capita siue viros,& inuentus est Achan, ille qui commiserat furtum de

anathemate,& lapidatus est. hoc totum patet Ios.7.c. ergo sunt ista quinque distincta secundū rem. Quarto patet, quia si ista quinque solo nomine differrent, & non ponerentur nisi ratione significationis ad multiplicandum per quatuor: ipsa quoque quatuor non differrent secundum rem, sed solum ponerentur ad multiplicationem, sed falsum est, quia ista multum differrēt. Aliud namque est ętas, idest a viginti annis, & non infra: aliud sexus.i.ꝙ essent viri, & non feminę, & sic de alijs.cum ergo ista quatuor differant realiter inter se, etiam illa quinque supra posita realiter differunt, sed illi, qui nesciunt modū sacrę Scripturę, putant interdum multiplicari in ea nomina sine rebus, quod falsum est. Ad Aug.dicendum, ꝙ non intellexit ista prorsus non differre, sed voluit accipere sensum mysticum, qui consurgit multiplicando numerum per numerum, idest quinque per quatuor, qa similia sępe ipse facit. *Quidquid sexus est masculini.* i.ꝙ solum numerarentur hic masculi, feminę enim non pertinent ad hanc numerationem,& ideo non ꝓpriè sunt feminę partes politiarum, sed quędam adiuuamenta inquantum sine eis non potest generatio haberi per quam conseruetur status politicus: sunt tamē partes directę cōmunicationis naturalis: pertinent ēt aliquomodo ad communicationem œconomicam, vt patet 1.Poli.capi.1.& 2.

Cur hic non computantur fœminæ, & an in recta politia debeat statui, quòd fœminæ pugnent: Et de Amazonibus. Quæst. XI.

CAVSA autem quare non computantur hic feminę est, quia hic cōputantur bellatores, feminæ tñ ad bellum ineptæ sunt. Aliqui tñ legislatores, & politiarū ordinatores voluerunt feminas similiter pugnare, vt viri pugnant, sicut est in animalibus brutis, quia masculus, & femella ꝓ cibo filiorum, & custodia equaliter pugnant,& in his duobus consistit vniuersa pugna brutorum. Ista fuit positio Socratis in politia sua, & recitat eam Aristo.2. Poli.c.2.sed dicit non esse conuenientem, quia nō est simile in brutis, & in homine, nā inter bruta propter imperfectionem naturę nō sunt distincta opera œconomię, sed eadē sunt masculi, & femellę. In viro aūt, & vxore, quia natura pfecta est, & multa sunt opera: habetur dictinctio secundum naturam. Nam ad q̄dā mulieres aptę sunt, ad quę non viri, vt ad obsequia domestica: viri autem sunt ad alia secūdum naturam, & non ad hoc, & cum ista opera bene se habeant inter virum, & vxorem permanebit amor iuxta Arist. 8. Ethi. In brutis aūt propriè accipiendo nō est communicatio aliqua œconomica, sed solum naturalis ꝓpter simile tertium derelinquere. Et si dicatur, ꝙ in brutis est custodia natorum, & procuratio ciborum, quę ꝑtinent ad œconomiam, & non ad naturalem communicationem. Rñdendum est, ꝙ cum natura intendat res genitas cōseruare, quia frustra esset gigni, nisi genita permanerent, sicut ad communicationem naturalem pertinet ꝓlis generatio, ita ad eandem pertinet eiusdem educatio, qñ in paruā ętate est. Et sic,ꝙ bruta procurent cibos pro filijs non pertinet ad communicationem œconomicā, sed est pars naturalis communicationis. Signum aūt huius est,ꝙ in brutis nō sit communicatio œconomica, quia q̄q̄ ibi masculus,& femella cibos procurāt simul, qñ proles paruulas hñt, cum tñ per se proles enutriri valent, masculus & femella seiunguntur de se inuicem amplius nō curātes. Nō est ergo vlla pars cōicationis œconomicę in brutis, sed sola naturalis, & ista adhuc non est pfecta, qm̄ nō obseruātur in ea eadem, quę homines obseruant

A quantum ad communicationē naturalē, vt patet in 1. œcono.c.2. Non erat, ergo ꝯueniens argumentū de pugna bestiarum masculorum, & femellarum ad pugnam feminarum in communicatione humana: potissime, quia non sunt ita aptæ feminæ ad pugnam inter homines sicut femellæ inter bruta. Iō si aliqñ feminæ ducantur ad bellum nihil prosunt, sed omnia impediunt. In experientia habitum fuit hoc, vt patet 2.poli.c.de politia Lacedęmoniorum, quia Lacedæmonij semel vxores ad pugnandū in exercitum secū duxerunt, & non erant bene regulabiles, sed omnia castra vocibus ꝯturbabant,& in primo hostium certamine fugientes totum bellicum apparatum destrue- B bāt. Fallit aūt hoc in Amazonibus, q̄ sunt feminæ sine viris versus glacialem polū commorantes viriles animo, & robore: ideo notabilia bella facerent, de q̄bus Paulus Orosius primo de ormesta mūdi, & Isido. Etym.lib.9.

An hic computarentur omnes viri qui erant in exercitu Israel. Quæst. XII.

DICENDVM est etiam circa hoc,ꝙ non ꝯputabantur hic oēs viri, qui erant in exercitu Israelitarum, ēt si essent vltra 20.annos. Nā illi, qui erant de Aegiptijs ascendentes cū Iudæis nō computati sunt, illi tñ erant valde multi, vt patet Exo.12.c. vbi dr̄,ꝙ vulgus promiscuum infinitę C multitudinis ascendit cum Iudęis, & apparet hoc, quia hic accipitur summa cuiuslibet tribus per domos,& familias: Aegyptij tñ non pertinebant ad trib[us] Israelitarum. Sed aliquis dicet,ꝙ forte non numerati sunt Aegyptij ascendentes cum Iudæis hic, quia iam oēs mortui fuerant in fabricatione vituli, quia adorauerant eum, alioquin numerati fuissent, & vr̄ esse ꝓbabile, ꝙ ipsi omnes adorauerint vitulum, quia in Aegypto erant assueti ad colendum idola. Sed dicendum est hoc nō posse stare, qa in adoratione vituli solum mortui sunt 23.millia virorum, vt patet Exo.32. c.& tñ erant Aegyptij multo plures, quia dr̄,ꝙ vulgus promiscuum infinitæ multitudinis ascēdit cū Iudęis, vt patet Exo.12.c. Sed adhuc rñderet aliquis, ꝙ 23. D millia virorum, qui dñr occubuisse gladio, erant de Israelitis,& Aegyptij omnes perierunt, tñ non numerantur. Respondendum est hoc non posse stare, quia post illam adorationem vituli, & post hanc numerationem, & recessum de monte Synai adhuc superstites erant Aegyptij ascendentes cum Iudæis in māsione, quæ dicitur sepulchra concupiscentiæ, vt patet.ꝟ. 11.c.cum dicitur. Vulgus quippe promiscuum, quod ascēderat cum eis, flagrauit desiderio carnium sedēs, & flens iunctis sibi filijs Israel. Apparet igitur, ꝙ non fuerant mortui Aegyptij in fabricatione vituli, sed ēt nunc permanebant, tamen non fuerunt computati, quia non pertinebant ad ipsos filios Israel. *A 20.anno.* Hic ponitur ętas numerandorū.s.ꝙ accederent ad 20. E annos, qui vero nōdū attigerat ętatē illā nō ꝯputabat̄.

Cur oportebat, quòd accederent ad viginti annos, qui computabantur. Quæst. XIII.

CAVSA huius est, qa cōputant̄ hic hoīes bellatores cū dicat̄ in lr̄a.oīum virorū fortium ex Israel, & tñ hoīes añ annum 20. non sunt animosi ad bellū, & visa ꝯcussione armorum terrerent̄, atq; cito fugerēt. Post annū aūt 20. crescit animositas viro,& incipit aptus esse ad pugnandum. Item qa añ annū 20. hoīes sunt teneri ad tolerationem armorū,& bellicorū laborū, ideo cito deficerent. Itē qa hoc redundabat in destructionē totius status politici.

Universidad de Deusto Biblioteca

Si,n.ad 20. annos cogerent̃ hoĩes ad labores bellicos poſtea ad nihil vtiles eſſent,quia magni labores ſuſcepti in adoleſcentia faciunt homines corporibus,& viribus minores, & pulchritudine carentes,& ad generandũ bonas proles ineptos, vt patet per Philoſophũ 7.Poli.ante annum ergo viceſimum non debuerunt computari viri bellatores. Sed dicit Iſido.ꝙ numerãtur iſti a 20.annis, & ſupra.ſ.quia ab iſta ętate incipiũt homines pugnare ꝯ vnum quodque vitium, & ideo ne ſuperentur a vitijs pugnare debent. Dicendum ꝙ non eſt iſta cauſa quare ab illa ętate fiat numeratio, quia non faciebat ad propoſitum nunc, ꝙ homines pugnent ꝯ vitia,vel ſuperentur ab eis,ſed ſolum volebat Deus ordinare hic ſtatũ populi Iudęorũ in deſerto, q non poterat ꝯuenienter ordinari niſi fieret iſta numeratio.Cã aũt prima,vt dictum eſt quare a viginti annis, & ſupra, & non añ fiebat numeratio,erat quia iſti accipiebantur ad opa bellica, & tñ añ viceſimum annum nõ eſt homo ſufficienter aptus ad iſta. Secunda cã, & pręcipua erat, quia oẽs iſti,q numerabantur accipiebant nomen in populo, ita vt quilibet diceretur vnus vir, vel vnum caput,& tñ Deus vetuerat in Iſrael tranſire aliquem ad nomen, & numerũ niſi completo anno viceſimo Exo.13.c. Ideo iſti non poterant cõputari infra annũ vigeſimum, quia fieret tunc ꝯ illam legẽ, quia tranſiret ad nomẽ, & numerũ q nondum erat viginti annorum. Vñ dicendum, ꝙ etiã ſi Deus vellet numerari Iſraelitas ad aliquid aliud & non ad bellũ, nõ numeraretur aliquis minor anno vigeſimo. Ad dictum Iſido.dicendum,ꝙ non facit ad ꝓpoſitum.primo, quia Deus nihil intendebat nũc de pugna ꝯ vitia, ſed de ordinatione politię Iudęorum. Secundo quia etiam pugna ꝯ vitia non incipit anno. 20.quia tunc incipere debet, qñ vitia incipiunt, & tñ incipiunt vitia añ iſtud tẽpus, quia fere in omni ętate ſunt vitia, ſicut dr̃ Gen.8.omnis ętas ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum,ergo in omni ętate pugnãdũ eſt.Item quia dubitauerũt aliqui in qua ętate pueri incipiant peccare, & dixerunt, ꝙ in anno 14.ſed Greg. dicit hoc eſſe falſum inquiens, ꝙ hoc eſſet verum ſi ſolus concubitus eſſet peccatum. Nam añ illam ętatẽ non exercetur, ſunt tñ multa alia peccata,vt furta mẽdacia,periuria, quę committũtur añ illam ętatẽ. patet extra de deli.pue.c.pueris.ſ.pueris grandiuſculis peccatum volunt attribuere quidam niſi ab annis quatuordecim cum pubeſcere cęperit,quod merito crederemus ſi nulla eſſent peccata niſi,quę membris genitalibus admittuntur . quis vero audeat affirmare furta mendacia, & periuria non eſſe peccata, & his plena eſt puerilis ętas, ergo ſi de pugna contra vitia ageretur, non ſolum ab anno viceſimo, ſed a puerili ętate inchoanda eſſet.

Qu[...]te puer poteſt peccare.

De Iſidoro dicendum,quòd ipſe voluit aſſerere intelligi hanc literam de numeratione pugnatorum contra vitia, quia certum eſt alium eſſe ſenſum hiſtoricum eius, ſed loquitur in ſenſu morali in quo licet nobis dicere quidquid volumus. Etiam voluit dare ipſe regulam, qua ętate incipiat pugna contra vitia, quia certum eſt debere incipere ante annũ viceſimũ. Vt dictum eſt. Sed voluit facere applicationem ad literam.Et quia hic dicitur de anno viceſimo dixit ipſe de bello contra vitia in hac ętate. Nam ſaltem contra [...]dinem eſt pugna fortis in illa ętate, & ita ipſe dixit ad pugnam eliguntur,vt pugnam contra libidinem.

Et ſupra. Iſta litera deſignat, quòd omnes, qui eſſent vltra viginti annos, computarentur ad exercitum.

F *An omnes, qui erant vltra 20.annos in quacunque ætate computarentur ad bellum, vel ad capiendum manſiones, vel ſolum illi, qui poterant pugnare.* Quæſt. XIIII.

SED in hoc videtur eſſe dubium an computari debeant. Eſt autem in hoc occaſio dubitandi, ſcilicet an iſti computarentur ad bellum, vel ſolum ad accipiendum manſiones. Si autem computarentur ad bellum pręciſe:manifeſtum eſt, ꝙ non deberent computari oẽs, q erant vltra 20 annos, quia illi qui eſſent centum annorum,vel amplius inepti eſſent ad bellum, & iſti iam vocantur emeriti. Si aũt accipiatur hic computatio ad ſolam caſtrametationem, G non ſolum computarentur oẽs,qui eſſent viri apti ad bellum, ſed etiam quicunque excederent annos 20,etiam ſi inepti eſſent ad bellum. Sed dicet aliquis, ꝙ q̃q̃ dicantur iſti viri pugnatores,tamen non ſequitur ex hoc, ꝙ eſſent tales, qui poſſent ad bella ꝓcedere.Sic colligitur Deute.2.c.quia ibi dr̃ ꝙ non trãſierunt Iſraelitę torrentem Zareth quouſque mortui ſunt omnes viri bellatores. Et iſti ſunt,qui murmurauerant contra Dñm, & Deus iurauerat, ꝙ non intrarent in terram promiſſionis, & tñ manifeſtum eſt, ꝙ iſti non ſolum erant viri potẽtes procedere ad bellũ, ſed etiam omnes, qui eſſent vetuſtiſſimi. Nam Deus iurauerat, ꝙ omnes, qui viderãt magnitudinem eius, & murmurauerant in deſerto perirent. nec poteſt ſo- H lum hoc intelligi de illis,qui erãt iuuenes,quia magis deberet intelligi adhuc de ſenibus, quoniã iſti magis peccarent murmurando cum vidiſſent plura mirabilia Dei, q̃ iuuenes, & tamen omnes iſti vocantur bellatores Deute. 2.c.ergo bellatores non ſunt ſoli illi, q ad bellum apti ſunt, ſed etiam illi qui iam viribus deficiunt, & ſic videbitur alicui dicendum eſſe hic, ꝙ omnes, qui eſſent ab annis 20. ſupra etiam ſi eſſent vetuſtiſſimi numerarentur hic. Sed dicendum vr̃, ꝙ ſolum numerati fuerunt hic viri,qui erant apti ad bellum,illi autem,qui erant vetuſti,& deficientes viribus non numerabantur, quod patet, quia dr̃ hic in litera omnium virorum fortium, & tamẽ manifeſtum eſt, ꝙ illi, qui ſunt vetuſtiſſimi,& deficientes viribus non I vocantur viri fortes. Item patet hoc,quia cum numerantur infra viri cuiuſlibet tribus dicitur omnes, qui poterant ad bella procedere, & tamen, qui ſenes valde ſunt, non poſſunt procedere ad bella.

Dicendum ergo videtur quibuſdam, ꝙ cum hic dicitũ a 20. anno & ſupra per illud ſupra nõ intelligunt omnes ętates maiores, ſed ſolum illę ętates, quę ſunt ſufficientes ad pugnandum, & forte hoc eſt vſque ad annum 60.ſecundum,ꝙ nunc communiter determinatur: poterat tamen eſſe,ꝙ tẽpore illo eſſent homines maioris durationis in robore.ſ.ꝙ duraret maiori tempore in eis ſecundum, ꝙ ętas erat maior in eis, q̃ in nobis. Et ideo eo tempore erant homines centum annorum,& amplius,& poterant procedere ad bellũ: K ſicut patet de Moyſe, qui erat centum, & viginti annorum, qñ mortuus eſt, vt patet Deu.34.c.& tñ in ipſo anno pugnauit ꝯ duos reges Amorrhęos, & occidit eos. Idem patet de Caleb filio Iephonne,qui erat 85.annorum, & erat potens ad bellum: ſicut qñ erat 40.annorum,vt patet Io.14.c.cum dr̃ hodie 85.annorum ſum ſic valens,vt eo valebam tempore,qñ ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeueratã ad bellandum, quam ad gradiendum. Poſtea autem diminuta ętate quotidie homines diminuũtur in robore. vnde Ariſto.poſuit ętatem conuenientem ad gignendum in viro vſque ad annos 70.& ad alia opera fortitudinis vt patet 7.Polit,c.15.nunc autem non eſt robur in homine vſque ad annos ſeptuaginta,ſed vſq; ad 60.& inferius,

quæ

quæ tñ fuerit ętas in qua determinabãtur hic viri fortes nõ patet, ſed communiter dicitur,ꝙ erat ętas.60. annorum: tamẽ an ipſa ſit,vel aliqua alia nihil ad nos. Prędicta habent aliquem colorem, & tamen nõ ſunt vera, ſed ſciendum eſt, ꝙ iſti,qui numerabantur erãt 20.annorum, & non infra, & tñ ſupra 20.annos quicunque eſſet, & in quacunque ętate computabatur. Primo patet, quia dicitur quidquid ſexus eſt maſculini a 20.anno.& ſupra:ergo quicunque maſculus vltra 20.annos computabatur. Secundo patet, quia ſi Deus intendiſſet, ꝙ non numerarẽtur omnes in quacũque ętate vltra annum 20.ſicut dixit, ꝙ infra 20.annum nemo computaretur, ita poneret ętatem aliam vltra, quam nemo computaretur, ſed nullam poſuit, ergo voluit,ꝙ omnes qui eſſent vltra 20.annum in quacũque ętate eſſent numerarẽtur. Tertio patet, qa Deus volebat hic ponere numerum Iſraelitarum ad ordinandum politiam, & tñ inter Iſraelitas quicunque erat vltra 20.annum tranſibat ad nomen, & numerum Exo.30.c. ergo Iſraelitę in quacunque ętate eſſent vltra annum 20.computabantur. Quarto patet,quia iſta computatio fiebat ad ordinandum caſtrametationes, & tñ ſi illi,qui eſſent in magna ętate non computarẽtur:maneret magna pars populi cui non fieret locus ad caſtrametandum,quod eſt inconueniens. Quinto patet, & pręcipuè,quia infra 14.c.dr̃,ꝙ omnes,qui cõputati ſunt in deſerto Synai mortui ſunt in ſolitudine,& poſtea ſoli paruuli introierunt in terram promiſſionis. Et tamen ſi illi, qui eſſent in magna ętate non computarentur maneret magna pars populi,qa ſi vetuſtiſſimi non numerarentur, non morerentur in deſerto. cum Deus ſolum dixerit infra 24.ꝙ morerentur omnes numerati a 20.annis, & ſupra,ſed certũ eſt mortuos fuiſſe ibi omnes vetuſtiſſimos, quia illud fuit a Deo inflictum pro murmuratione, & tñ vetuſtiores magis murmurabant, quam iuuenes:cum nõ inuenti fuerint ibi niſi duo.ſ.Ioſue, & Caleb, qui haberent bonum ſpiritum.eodem c.ergo neceſſe eſt dici, ꝙ omnes quantuncunque vetuſtiſſimi numerati ſunt,ſi excederent annũ viceſimũ. Sexto patet,quia dictum iſtorum haberet aliquem colorem ſi fuiſſent iſti numerati ad eundum ad bellum,ſed non fuit hoc, quia litera non dicit illud, nec Deus iuſſit illis facere nunc aliqua bella, ſed ꝙ procederent ordinati per deſertum,ergo nulla cauſa erat quare excluderentur aliqui a numero propter vetuſtatem. Cum autem obijciebatur, ꝙ iſti numerabantur ad bellum negandum eſt, cum aũt dr̃ in litera,qui poterant ad bella procedere.dicendum ꝙ non dicitur, vt procederent ad bellũ, ſed qui poterant procedere, & tunc intelligendum eſt,ꝙ omnes, qui ſunt vltra viceſimum annum, poterant ad bella procedere.i.nemo illorum erat, qui ꝑꝑ defectum ętatis paruę impediretur ire ad bellum:omnes quippe impleuerãt legitimam ętatem cum eſſent viginti annorum. Si aũt obiiciatur,ꝙ non ſolum dr̃,q poſſent ad bella procedere, ſed etiam, qui ad bella ꝓcederent, & aliquando dicitur procedentium ad bellum. Dicendum ꝙ idem ſignificatur cum omnibus, ſed cauſa eſt diuerſitatis, quia illud ſępe repetendum erat,& non debuit per eadem verba dici ſemper,quia eſſet vitium, [...] ſit variatio.Non ergo ſignificatur,ꝙ iſti numerabantur ad bellum, ſed ſolum, quòd erant tales,qui poterant ad bella procedere. Sed obijcietur, quia dicitur ſequen.c.ꝙ erant omnes iſti pugnatores, & ſic numerabantur ad pugnam. Dicendum ꝙ non poteſt intelligi niſi ſicut ſupra, ſcilicet erant pugnatores, ideſt habentes ętatem legitimam ad pugnãdum, ſcilicet, quia non impediebantur pugnare propter defectum paruę ętatis. Secundo patet iſtud, quia ſic dr̃ Deuter.2.ſ.tempus aũt quo ambulauimus de Ca-

A desbarne vſque tranſitum torrentis Zareth 38.annorum fuit donec cõſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de caſtris ſicut iurauerat Dominus, & etiam dr̃ ibi.poſtquam ceciderunt omnes pugnatores, & tñ iſti ſunt omnes numerati a 20.annis,& ſupra, quia illi ſunt cõtra quos Deus iurauit.Nu.14.ſed ibi perierunt omnes tam iuuenes, quam vetuſtiſſimi, quia potius veteres magis peccauerant. ergo nomine pugnatorum, vel bellatorum intelliguntur omnes, q ſunt vltra 20.annum, quantumcunque ſint vetuſtiſſimi. Adhuc aũt pręcedentia magis patent,quia ſi litera iſta accipiatur ſm̃ rigorem vocis, & non ſm̃ conſuetudinem locutionis,nõ ſolum excludentur ab iſta B numeratione aliqui propter vetuſtatem,ſed etiam excludentur plurimi qui erant 20.annorum.quia dicitur in litera.quidquid ſexus eſt maſculini a 20.anno,& ſupra omnium virorum fortium ex Iſrael, ſed certum eſt multos eſſe viginti annorum,& vltra,qui non ſunt viri fortes, ſed debiles, immo pauci ſunt, qui ſunt viri fortes accipiendo proprie virum fortem, & ita plures de illis,qui eſſent a viginti annis, & ſupra excluderentur, q̃ numerarentur, ſed hoc eſt inconueniens, quia nemo concedit, ꝙ aliquis viginti annorum excluderetur, ſed ſoli vetuſtiſſimi, ergo dicendum eſt,ꝙ non eſt accipienda litera ſm̃ rigorem,ſed ſecundum ꝯſuetudinem locutionis. Dicendum igitur, ꝙ iſti, qui numerabantur erant bellatores, vel poterant ad bella ꝓcedere.ſ.quia propter defectum paruę ętatis non im- C pedirentur ire ad bella, & hoc modo quilibet q̃tuncunque vetuſtiſſimus poterat ad bella procedere, vel erat bellator.ſ.quia non deerat ei ętas ad pugnandũ. Sed etiam oẽs iſti, qui numerãtur vocãtur viri fortes, ideſt hñtes robur ad operandum, non quidem, ꝙ oẽs actualiter haberent robur, ſed ꝙ omnes erant in tali ętate in qua robur habere poſſint, vel debeant, ꝙ vero accidat aliquem non habere robur nihil differt, cũ ętatem roboris habeat, & hoc modo quilibet q̃tuncunque vetuſtiſſimus erat vir fortis, quia ille propter paruam ętatem non impediebatur habere robur, ſed vel erat, vel fuerat iam in tali ętate in qua robur habere poſſet. ſoli aũt qui ſunt infra annum 20.dñr nõ eſſe fortes, quia nondum peruenerunt ad ętatem in qua D fortes eſſe poſsint. De illis ergo, qui ſunt vltra 20.annum accidit non eſſe fortes. illos vero, qui ſunt infra viceſimum,neceſſe eſt non eſſe fortes. Ideo omnis,q eſt vltra annum viceſimum vocatur vir fortis,& ideo numerabantur hic. *Et numerabitis eos per turmas ſuas.* Determinatur modus numerandi.ſ.ꝙ numerarentur per turmas; & non ſimul: fiebat aũt hoc modo, vt diuiderẽtur filij Iſrael per turmas, & poſtea quęlibet illarum turmarum per ſe computaretur. Dicitur aũt turma ſm̃ Iſid.9.Ety.cuneus, vel congregatio 30. militum, & forte dicet aliquis,ꝙ ſic computabantur iſti diuiſi per trigenas,ſed non eſt iſte ſenſus,ſed accipitur turma large pro q̃tacunque congregatione, & hoc modo tribus, vel familię dñr turmę.Et hoc eſt, quod ſupra dicebatur, ꝙ numerarentur Iſraelitę per cogna- E tiones, & domos. ſ. ꝙ numeraretur quęlibet familia per ſe,& quęlibet tribus, & ſic proueniret ſumma totalis omnium tribuum. *Tu, & Aaron.* Iſti ponebant tanq̃ duo principales numeratores: alij aũt erãt cũ eis minus principales tribuum,vt patet.ĩ.*Eruntque vobiſcũ principes tribuum ac domorum.* Hic ponuntur coadiutores Moyſi,& Aaron.ſ.principes tribuũ,qm̃ nõ poſſet eos numerare Aarõ, & Moyſes in multis diebus,nec haberent ꝯuenientem modum ad numerandum, q ipſi non cognoſcebant eos, qui erant in ſingulis tribubus: principes autem tribuum cognoſcebãt, ideo melius cum eis expleri poſſet iſta numeratio, dicũtur hic principes tribuum, & domorũ ipſi numeratores.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quot modi principum erant i qualibet tribu.

In quo sciendum est, ꝙ in qualibet tribu erant tres modi principum. Primus erat princeps, qui vocabat princeps tribus, & iste erat primogenitus, qui veniebat directe per lineam primogenitorum deriuatorũ ab ipso capite tribus, & iste semper erat vnus in qualibet tribu sicut tribus erat vnica. Erant alij principes, q vocabantur principes familiarum, & isti erant multi sicut in qualibet tribu erãt multę familię, & dicebant principes familiarum illi, qui descendebant per lineã primogenitorum a capitibus primis familiarum per lineam, per quam venit princeps tribus, qui autem fuerint principes familiarum in qualibet tribu habẽ infra 26.c. Primogeniti aũt postea descendentes ab illis erant principes familiarũ. Tertium genus principum in qualibet tribu erat in principibus domorũ, & dr̃ principes domorum illi, qui erant capita congregationum specialium in qualibet tribu, quę congregationes vocantur domus. Hic aũt fit mentio de principibus tribuum, & domorum, & intelliguntur etiam principes familiarum.

An omnes principes erant cum Moyse, & Aaron, & an isti fuerint soli principes tribuum. Quæst. XV.

SED aliquis dubitabit an cum Moyse, & Aarõ fuerint omnes principes tribuum, & familiarum, & domorum ad numerandum Israelitas, vel si fuerint soli principes tribuum. Et r̃ndendum est, ꝙ fuerint solum principes tribuum, quia hic ponuntur nomina eorum solum. Sed ꝫ hoc aliquis arguet, quia litera dicit. eruntque vobiscum principes tribuum, & domorum, ergo oportet principes domorum fuisse ibi. R̃ndendum est, ꝙ non sequitur ex hoc: nam non vocantur hic principes tribuum, & domorum tanq̃ sint distincti, sed illi, qui sunt principes tribuum vocantur hic principes domorum, & satis patet, quia q est princeps in tota tribu est princeps in omnibus familijs, & domibus eiusdem tribus, sed nõ est princeps precisè familiarum vel domorum, & sic accipitur hic, ꝙ isti 12. q hic nominant̃, erãt principes tribuum, & domorum simul, & non veniebant cum eis alij, qui essent principes domorum specialius. Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ hic intelliguntur oẽs principes tam tribuum, q̃ domorum, q̃ familiarum, & tñ ponuntur nomina principum tribuum, quia isti erãt nobiliores cęteris. Dicendum est non posse stare, sed isti ijdem erant principes domorum, & familiarũ, & tribuum, quod patet in litera cũ dr̃. eruntque vobiscũ principes tribuũ ac domorum in cognationibus suis: quorum ista sunt nomina. de tribu Ruben Elisur filius Sedeur, &c. sic vr̃, ꝙ isti idem sunt principes tribuum, & domorum, & isti soli adiuuerunt Moysen, & Aaron ad numerandum. *In cognationibus suis.* i. in tribubus. s. ꝙ quilibet istorum principum adiuuaret Moysen, & Aaron in tribu sua, & non potest hic accipi cognatio ꝙ familia specialiter, vel ꝙ domo, sed necesse est accipi ꝙ tribu, quia isti, qui nominantur hic principes non erant principes specialiter familiarum, vel domorum, sed tribuum.

Quomodo facta sit ista numeratio. Quæst. XVI.

CIRCA modum istius numerationis aliquis dubitabit quo modo facta fuerit. s. quomodo principes adiuuerint Moysen, & Aaron. Et Circndũ est, quòd quando Moyses, & Aarõ volebant cõputare q̃libet tribum, veniebat princeps illius tribus, & congregabat per domos, & familias tribuum eam, & sic adiuuat Moysen, & Aaron. Alij autem principes reliquarũ tribuũ nihil tunc faciebãt. Cum vero Moyses, & Aaron peruenirent ad numerandum aliam tribum veniebat cum eis princeps illi⁹ tribus, & faciebat sicut supra dictum est, & sic per oẽs tribus quousque producta fuit summa totaliter oĩm tribuum Israelitarum, & hoc modo nunq̃ erant in numeratione omnes 12. principes simul cum Aarõ, & Moyse, sed vnus solum. s. princeps illius tribus, que tunc numerabatur. patet aũt ordo iste ex litera cũ dr̃. eruntque vobiscum principes tribuum, & domorũ in cognationibus suis. i. singuli principes erunt ꝓ singulis cognationibus, & tñ si non fuisset iste modus, q nunc positus est, sed omnes principes simul numerarent cum Aaron, & Moyse, non essent singuli principes ꝓ singulis cognationibus suis, sed omnes essent pro qualibet cognatione simul, quod non vult litera.

An principes solum numerarent, vel Moyses, & Aaron. Quæst. XVII.

NVNC etiã dubitabatur de modo numerationis istius, an principes solũ numerarent, vel aliquid numerarent Moyses, & Aarõ. Aliqui dix̃t, ꝙ qlibꝫ princeps numerabat omnes, qui erant in tribu sua, & postea dabat summã eorũ Moysi, & Aarõ, & hoc modo nihil numerabãt Moyses, & Aaron, sed soli principes. Et si arguatur ꝫ eos, qa in litera dr̃, ꝙ Moyses, & Aaron numerarent, & tamen hoc modo non dabat q̃o numerarent. R̃ndent isti, ꝙ Moyses dicebatur numerare, quia summã totalẽ oĩm ex paruis summis colligebat quas a principibus tribuum assumebat. Sed adhuc non põt hoc stare, quia dr̃ in litera. numerabitis eos ꝓ turmas suas tu, & Aaron. Ideo non debebat Aaron, & Moyses recipere summã a principibus, sed ipsi per se numerare debebãt per turmas: turma aũt parua multitudo est. Si. n. turma significaret multitudinem gentis, potuisset adhuc stare positio illorum, sicut si litera dixisset numerabitis eos ꝓ tribus suas: tunc potuisset intelligi, ꝙ principes numerabant singulos in tribubus suis, & postea Moyses, & Aaron reciperent ab eis summam tribuum, & postea colligebant ex eis summã totalẽ per summas ab alijs inuentas. Sed quia litera dicit, numerabitis eos per turmas suas, debet intelligi, ꝙ Moyses, & Aaron per se numerarent adiunctis secũ principibus ad facilius numerandum. Item quia dr̃. j. isti sunt quos numerauerunt Moyses, & Aaron & 12. principes Israel: singulos per domos, & cognationes, ergo principes adiuncti erant Moysi numerando, & non numerabat quilibet tribum suam, sicut dicebatur, sed Moyses, & Aaron numerauerũt omnia. *Quorum ista sunt nomina.* Hic ponuntur nomina principũ, qui numerauerunt cum Moyse, & solum ponuntur hic nomina principum maiorum, qui erãt principes tribuum. de principibus autem familiarum, & domorum nulli numerantur hic, quia illi non vocati fuerũt cum Moyse ad numerandum multitudinem populi, sed soli principes tribuum, vt supra probatum est. *De tribu Ruben Elisur filius Sedeur.* Hic ponuntur duodecim principes in 12. tribubus, & singuli per nomina sua.

An isti principes sint qui habentur inf. 7. Quæst. XVIII.

SED quęret aliquis de istis an sint illi, qui habentur infra 7.cap.

Et respondetur, quòd sic, quia agitur de oblatione facta in dedicatione tabernaculi, & istimet principes viuebant, quando fuit tabernaculum dedicatum: paruum enim tempus distabat inter ea, quę dicuntur hic, & dedicationem sanctuarii. Nam quamquam infra 7.capi. dicatur de dedicatione sanctuarij: tamen non

non fuit facta post hoc, sed per vnum mensem ante hoc: fuit enim tabernaculum erectum primo die mẽsis primi, anni secundi egressionis de Aegypto, & tũc dedicatum est, ergo in prima die mensis primi fuit facta dedicatio, & tunc principes obtulerunt, sed ibi ponitur per recapitulationem: vnde eadem nomina ponuntur hic, quę ibi.

An ista sint nomina principum, qui habentur infra. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis an ista sint nomina principum, qui habentur infra 34.c. vbi ponũtur principes 12. tribuum sicut hic. Dicendum est, quòd non sunt ijdem principes, quod patet ex nominibus eorum, quoniam ponitur hic princeps in tribu Iuda Naason filius Aminadab. Ibi autem ponitur princeps Caleb filius Iephone, & sic de omnibus aliis. non est ibi aliquod nomen principis, quod conueniat cum istis. Causa est, quia ibi ponuntur principes, qui erant in anno 40. exitus de Aegypto, & ingressuri erant terram Chanaan atque distributuri eam sorte, & hoc eis mandauit Deus, vt toti Israel diuiderẽt terram. sic patet infra eo. 34.c. sed isti principes de quibus hic dicitur non ingressi sunt in terram Chanaan, nec sorte eam diuiserũt: immo nec viderunt, sed omnes mortui sunt ante transitum torrentis Zareth, quia iurauerat Deus, quòd nullus eorũ introiret in terram promissionis, quoniam contra ipsum murmurauerant, vt patet infra 14.c. vbi de omnibus numeratis ista sententia fertur, sed manifestũ est, quòd principes, qui habentur hic fuerunt de numeratis cum numerus eorum ponatur hic, primo mortui sunt, ergo & filij eorum successerũt loco ipsorum atque transierunt in terram Chanaan.

An isti sint principes 12. tribuum, qui habentur infra. Quæst. XX.

QVAERETVR etiam an isti sint principes, vel viri 12. tribuum, qui habentur infra 13. c. vbi mittuntur 12. viri ad explorandũ terram Chanaan singuli de tribubus suis. Et non potest aliquis respondere eo modo quo respondebatur supra in alijs principibus. nam isti non fuerũt in anno 40. exitus de Aegypto sicut illi, qui habentur infra 34. capi. sed fuerunt in anno secundo egressionis de Aegypto pauco tempore post recessum de mõte Synai. Nam Israelitę recesserunt de monte Synai die 20. mensis secundi, anni secundi exitus de Aegypto, vt patet infra 10. capit. & deinde venerunt in mãsionem, quę vocatur sepulchra concupiscentię, vt patet infra trigesimo tertio capitulo, vbi ponitur cathalogus mansionum, & manserunt ibi per vnum mensem, & paucis diebus, vt colligitur infra vndecimo capitulo. Deinde venerunt in desertum Pharan, vt patet infra decimotertio capitulo, & deinde miserunt exploratores, vt patet eod. capit. paruo, eo tempore post ea, quę dicuntur hic, fuit facta missio virorum duodecim, qui habentur infra decimo tertio capi. Respondendũ est, quòd illi non sunt principes, qui nominantur hic, vt patet ex nominibus singulorum, quia de tribu Ruben nominatur hic princeps Elisur filius Sedeur, & infra decimotertio capitulo nominatur Semna filius Zechur. & sic de omnibus alijs. Nec illi sunt principes, sed solum fuerunt duodecim viri electi. de 12. tribubus, vt irent ad explorandum terram Chanaan, sed manifestum est, quòd non conueniebat principes populi mitti in exploratores, sed alios viros.

De ordine tribuum, & principum, quomodo aliquãdo ordinẽtur secundum ordinem natiuitatis, aliquãdo secundum dignitatem, quandoque secundum vexilla, & alijs modis, & qui principes præcedant in quolibet istorũ ordinum. Quæst. XXI.

SCIENDVM autem, quòd hic nominantur semel principes tribuum, & bis nominãtur ipsę tribus, sed non est idem ordo vtrobique in numeratione tribuum, vt patet ex litera, quia quidam anteriorantur in vna, qui posteriorantur in altera. In qua sciendum, ꝙ tribus possunt multipliciter ordinari in nominatione sua. vno modo pñt nominari fm ordinem natiuitatis, vt priores prius ponantur, & posteriores in ortu posterius nominentur, & hoc mõ Ruben ponetur primo. deinde Simeon, & Leui, & Iudas. postea vero Nephthali, & Dan., deinde Gad, & Aser. postea vero Ioseph, & Beniamin. Inter hos autẽ ante Ioseph, & Beniamin poni debuerunt Issachar, & Zabulõ. Iste. n. fuit ordo in natiuitate, quia primo Lia peperit quatuor filios. s. Ruben: Simeon: Leui: Iudã. deinde Bala ancilla Rachel peperit duos. s. Nephthali, & Dan. de primis habetur Gen. 39.c. deinde peperit Zelpha vxor Iacob ancilla Lię duos filios. s. Gad, & Aser, vt patet e.c. Postea Lia peperit duos filios. s. Issachar, & Zabulon, vt patet e.c. postea peperit Rachel Ioseph, vt apparet e.c. deinde peperit Beniamin, vt hr̃ Gen. 35.c. Et secundum istum ordinem natiuitatis descripti sunt filij Iacob in 12. lapidibus rationalis, & in duobus onychinis, qui erant in superhumerali, vt patet Exo. 28.c. cum dicitur. sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. Alio modo possunt ordinari tribus istę secundum excellentiam, & isto mõ deberet primo poni Iudas: deinde Ioseph: postea Ruben, & sic de cęteris. Causa huius est, quia erant filij Iacob excellentiores inter se secundum ordinem primogenitur̃, sc. Ruben, q̃q̃ secundum carnem esset primogenitus, tamen non manserunt in eo iura primogenitur̃, vt patet Gen. 49.c. cum dr̃. Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei, prior in donis: maior in imperio: effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & sic iura primogenitur̃ istius translata sunt ad alios. s. ad Iudam, & Ioseph. Consistebant enim iura primogenitur̃ in duobus. s. in imperio, & in donis, vt colligitur ex verbis Iacob ad Ruben, cum dixit. prior in donis: maior in imperio. etiam colligitur hoc ex benedictione, quam tanquã ius primogenitur̃ dedit Iacob pater suus Isaac, vt patet Gen. 27.c. vbi dixit, ꝙ crescęret, & incuruarentur ante eum omnes filij matris suę: vbi dedit ei imperium, & postea cum benediceret Esau repetiuit idem imperium pertinere ad Iacob dicens viues in gladio, & fratri tuo seruies. Quod autem esset primogenitus maior in donis patet, quia Deus mandabat, ꝙ cuilibet primogenito darentur duplicia, quã cęteris de hęreditate patris sui, vt patet Deute. 21.c. s. sed filium odiose agnoscet primogenitum, dabitque ei de eis, quę habuit cuncta duplicia. Iste est enim principiũ liberorũ eius, & huic debent̃ primogenita. Ista autem duplicia iura primogenitur̃ prouenire debebant Ruben, vt patet ex verbis patris sui ad eum: cum dixit prior in donis: maior in imperio, id est debebas esse excellentior inter fratres tuos in donis, & maior in imperio, & tamen non habuit aliquid horum, quia sequitur in eadem litera. effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Ista autem iura primogenitur̃ transire debebãt ad sequentẽ filium, scilicet ad Simeonem, quia indignus

In quo ista bant in primogenituræ in vet. test.

Universidad de Deusto Biblioteca

gnus fuerat Rubē, & tamen nō transierunt ad ipsum, quia indignus fuit.etiam non transierunt ad Leui,qui erat tertius. Nam vtrunque accusat Iacob pater eorū Gen.49.c.dicens. Symeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia:in cōsilio eorū non veniat anima mea, &c. Debuerunt ergo transire iura primogenituręad sequentem quartum filium, scilicet ad Iudam, quia ipse non fuit indignus, & tamen non transierunt ad eum totaliter,sed diuisa sunt inter filios duarum vxorum liberarum, scilicet Lię, & Rachel.nam Iudę,qui erat filius Lię quartus datum est imperium, quod erat principum ius primogenitur ę. sic patet Gen.49. c.s.non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat, qui mittendus est:& postea sic factū est, quia de tribu Iuda fuerūt reges. Primus filius secūdę vxoris liberæ fuit Ioseph, & huic traditū est alterum ius primogenituręę, scilicet duplex pars hęreditatis. Nam cū esset Ioseph vnus de filijs Iacob, deberet habere vnā sortem, sed Iacob tradidit ei duas faciens duos filios eius Manassen, & Ephraim esse duas tribus,vt patet Gen.48.c.cum dicitur.Duo igitur filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam huc venirem, mei erunt Ephraim,& Manasses: sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi: reliquos autē quos genueris post eos tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Isti ergo duo filij,scilicet Iudas,& Ioseph erant digniores cęteris propter iura primogenituręę. Computando ergo tribus secundum ordinem dignitatis primo debebat poni Iudas, & Ioseph,& consequenter cęteri,& tamē adhuc prius deberet poni Iudas, quam Ioseph, quia excellentius ius primogenituręcommunicatum fuerat Iudę, quam Ioseph, & quia Ioseph non computabatur tanquam vna tribus, sed vt duę, debebat poni primo Iudas, & deinde nō duo filij Ioseph.s.Ephraim & Manasses, & postea cęteri, sed iste ordo nunquam seruatur in scriptura.De istis autem iuribus primogenitur ę quomodo se habeant ad istas duas tribus, & an solus Ioseph habuit iura primogeniturę, & nō Iudas. tangitur primo Parali.5.c.& ibi latius dicitur. Aliqñ autem possunt numerari tribus secundum ordinem vexillorum: erant autem castra Israelitarum posita in quadro,& distincta per quatuor vexilla, & sub quolibet vexillo erant tres tribus secundum ordinem, qui habetur infra seq.c.& hoc modo nō numerantur tribus secundum ordinem natiuitatis,neque secūdum ordinem dignitatis. Iste modus numerationis fuit seruatus in oblatione principum, vt patet infra 7.c. Nam primo obtulit Naason princeps de tribu Iuda: Deinde omnes principes, qui erant sub vno vexillo: Deinde obtulit princeps filiorum Ruben, & postea alij principes,qui erant sub vexillo suo,& sic per ordinem omniū vexillorum. Hic aūt non obseruatur p̄fecte aliquis de istis tribus ordinibus.Non.n.obseruat ordo natiuitatis, quia post Simeonem deberet poni Iudas numeratione, quę habetur infra,& ponit Gad, & post Gad ponit Iudas, & in numeratione ista post Iudā ponitur Issachar, & tñ deberet poni Nephthali, quia sic est ordo natiuitatis. Dicendum igitur,ꝙ non obseruatur ordo iste, quia hoc modo deberet poni Iudas ante alios,& tamen ponitur Ruben.Etiam non obseruatur hic ordo vexillorum, quia tunc deberet poni Iudas,& principes sub vexillo suo, & postea Ruben cum principibus suis,sed nō obseruatur iste ordo.

Determinat.

Est ergo dicendum, ꝙ in hoc capitulo bis nominant tribus, & sm diuersos ordines,quia aliter ordinant cū nominant principes,& aliter cum nominantur tribus sine principibus. Et primo nominantur hic tribus,& principes, & obseruatur in eis qdā ordo mixtus ex prioritate natiuitatis, & ex prioritate dignitatis, q̃q̃

F adhuc non totaliter obseruat iste ordo, & declaratur hoc,quia filij Iacob erant ex eodem patre, & quatuor matribus, quarum duę erant dñę, & liberę: alię duę erant ancillę. Filij ergo liberarum q̃tum ad hoc erant digniores filijs ancillarū, erant aūt duæ vxores dñę.s. Lia, & Rachel, & harum filij primo ponuntur, erant duę ancillę.s.Bala, & Zelpha vxores, & filij harum postea ponuntur. Rursus obseruatur in istis ordo natiuitatis, quia q̃q̃ omnes filij liberarum sint ęquales q̃tū ad hoc, tñ obseruatur in eis ordo natiuitatis, & primo ponuntur filij Lię, qui primo nati sunt.s.Ruben: Simeon: Iudas: Issachar: Zabulon:deinde filij Rachel,q postea nati sunt.s.Ephraim, & Manasses nepotes Ra-

G chel, & postea Beniamin. Deinde ordinantur filij vxorum ancillarum, & in istis non obseruatur ordo natiuitatis, quia sic deberēt poni filij Balę ante filios Zelphę, quia primo nati sunt, vt patet Gen.30.c.sed non ponūtur immo miscentur, quia Dan filius Balę, primo ponitur. deinde interponuntur duo filij Zelphę.s.Aser, & Gad.deinde cong[illegible]ditur Nephthali, q fuit filius Balę. Forte autem ista intermixtio fuit facta ne inuiderent sibi principes de filijs ancillarum si p̄ponerentur filij vnius ancillę alteris. Postea vero in alia numeratione ponuntur tribus sine principibus & ibi obseruatur ordo vexillorū.s. ꝙ singuli tres principes,qui erant sub vno vexillo fuerunt simul ꝯputati non obseruando aliquem ordinem natiuitatis, vel di-

H gnitatis. Differt tamen ista computatio a totali ordine vexillorū, quia in ordine illo primo ponitur princeps de tribu Iuda, & alij sub vexillo suo. Hic tñ primo ponitur princeps in vexillo Ruben, & alij principes vexilli eius, & ꝯñr tenet ordo vexillorū. Aliqñ tamen ponuntur tribus non per aliquem ordinem istorum, sicut computantur Apoc.c.7.vbi non potest reperiri aliqua rō illius ordinis, & forte causa est, qa in veteri testamento debebat obseruari ordo in his tribubus sm aliquem honorem, quia omnes,q erant in veteri testamento de his tribubus erant, vel saltem pręcipui. In nouo aūt testamento iam omnia vetera cessauerant, ideo non curabatur de honore,vel ordine in anterioratione, vel posterioratione tribuum.

I

Cur non semper obseruatus fuerit ille ordo, vt bis ponerentur nomina tribuum. Quæst. XXII.

SED quęret aliquis cum in isto c.bis ponantur nomina tribuum, quare non fuit vtrobique obseruatus ille ordo. Respondendum est hoc rationabiliter factum fuisse. Nam in prima numeratione nominantur principes.In secunda aūt numerantur omnes de populo, qui erant in tribubus.Iō in prima debuit obseruari aliqs ordo inter principes q̃tum ad honorem, vt tolleretur locus ęmulationis. In secunda aūt non potuit, vel non decuit obseruari

K hunc ordinē, quia erat populus totus diuisus sub quatuor vexillis,& sub quolibet vexillo tres trib⁹, & vt ꝯuenientius fieret computatio numerabantur oēs,qui erant sub quolibet vexillo, anq̃ procederetur ad cōputationē eorum, q erant sub altero, & sic in ꝯputatione totius populi nō decuit obseruari ordinē, q obseruatus est in numeratione principum tribuum.

Nume per tri Israeli

Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus,& cognationes suas,& capita exercitus Israel: quos tulerunt Moyses, & Aaron cum omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die mensis secundi: recensentes eos per cognatiões, & domos ac familias,

& capita,

& capita, & nomina singulorum a vicesimo anno, & supra, sicut præceperat dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Synai

Tribus Ruben.

de Ruben primogenito Israelis per generationes,& familias ac domos suas,& nomina capitum singulorum omne, quod sexus est masculini a vicesimo anno, & supra, procedentium ad bellum: quadragintasex millia

Tribus Simeon.

quingenti.De filijs Symeō per generationes, & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina,& capita singulorum. omne,quod sexus est masculini a vicesimo anno,& supra procedentium ad bellū: quinquagintanouem millia trecenti.De filijs

Tribus Gad.

Gad per generationes, & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a viginti annis, & supra: omnes,qui ad bella procederent quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. De

Tribus Iuda.

filijs Iuda per generationes,& familias ac domos cognationum suarū: per nomina singulorum a vicesimo anno,& supra:omnes q poterant ad bella procedere:recensiti sunt septuagintaquatuor millia sexcenti. De filijs

Tribus Issachar.

Issachar per generationes, & familias ac domos cognationum suarum:per nomina singulorum a vicesimo anno,& supra:oēs q ad bella procederent: recensiti sunt 54.millia

Tribus Zabulon.

quadringenti. De filijs Zabulon per generationes, & familias ac domos cognationū suarū: recēsiti sunt per nomina singulorū a 20. anno,& supra: oēs q poterant ad bella procedere 57.millia quadringenti. De filijs Io-

Tribus Ephraim.

seph filiorū Ephraim per generationes, & familias ac domos cognationū suarū:recensiti sunt per nomina singulorū a vicesimo anno, & supra: oēs q poterant ad bella proce-

Tribus Manasse.

dere:40.millia quingenti. Porro filiorū Manasse per generationes,& familias ac domos cognationū suarū,recensiti sunt per nomina singulorū a 20.annis, & supra, omnes, qui poterāt ad bella procedere 32.millia ducēti.

Tribus Beniamin.

De filijs Beniamin per generationes,& familias ac domorum cognationum suarū, recēsiti sunt nominibus singulorū a 20.anno.& supra, oēs qui poterant ad bella procedere,trigintaquinque millia quadringenti. De filijs

Tribus Dan.

Dan per generationes, & familias ac domos cognationū suarū, recēsiti sunt noīb⁹ singulorū a 20.anno, & supra, oēs qui poterāt ad

A bella procedere 62.millia septingenti.De filijs Aser per generationes, & familias ac domos cognationū suarū: recensiti sunt per nomina singulorum a 20.anno, & supra: oēs qui poterant ad bella procedere 40.millia, & mille quingenti. De filijs Nephthali per generationes, & familias ac domos cognationū suarū, recensiti sunt noībus singulorū a vicesimo anno, & supra,oēs qui poterāt ad bella procedere 53.millia quadringenti. Hi

Tribus Aser.

Tribus Nephthali.

B sunt quos numerauerūt Moyses, & Aarō,& duodecim principes Israel, singulos per domos cognationū suarū.Fuerūtque oīs numerus filiorū Israel per domos,& familias suas,a 20.anno,& supra, q poterant ad bella procedere,sexcētatria millia virorū quingēti quinquaginta.Leuitę aūt in tribu familiarū suarū non sunt numerati cum eis.

Summa omnium.

Hi nobilissimi principes multitudinis. Isti 12.qui supra scripti sunt erant principes, & vocantur nobilissimi

C principes ad differentiam aliorū principū minorū.s. principum familiarum, & domorū. Vocantur etiam principes multitudinis.i.totius multitudinis Israel.s.ꝙ omnes isti simul sumpti erant principes totius Israel, & in hoc significatur,ꝙ erant principes tribuum: nā si essent principes domorum, vel familiarum oēs simul non essent principes totius multitudinis, quia plures,q̃ 12.domus,& familię erant in toto Israel. De istis principibus dicit Augu.ꝙ gręci vocant eos chiliarchos: latini aūt vocant eos tribunos, & circa hoc quęrit ipse qūo possint isti vocari tribuni, vel chiliarchi, quia chiliarchus significat pirncipem millenariū: tribunus aūt idem significat, quod patet Exo.18.vbi Ietro dedit cōsilium Moysi, vt diuideret populū per

Qūo isti possint vocari tribuni.

D principes millenarios qngenarios, & decanos, qlibet aūt millenarius vocatur ibi in litera tribunus, & tunc si isti principes vocarētur chiliarchi, vel tribuni, quilibet eorum esset constitutus super mille. Sed non stat: primo,quia tunc cum isti sint 12.principes,vt patet in litera:sequeretur,ꝙ in toto Israel solum essent 12.milia virorum,sed falsum est,quia infra in litera ponitur tota summa, & sunt sexcentatria millia virorum, & quingenti,& quinquaginta. Secundo,quia tunc seq̄retur, ꝙ omnes tribus erant ęquales: cum princeps cuiuslibet tribus solum contineret sub se mille viros, sed falsum est,quia vt patet ex summis particularibus omnium tribuum, aliqua tribus est dupla, vel quasi tripla ad alteram. Dicit Augu.ꝙ nō vocantur tribuni quasi quilibet pręsit mille viris, sed quia quilibet p̄sit

E multis millibus virorum: cum ait.nunquid, & hic sic accipiendi sunt chiliarchi,vel tribuni, ꝙ singuli essent super millenos,& respondet non.neque enim omnis populus Israel 12.millia tunc fuerunt. singulos enim elegit de singulis tribubus,qui non millenos,sed multa millia ꝯtinebāt. Nomē ergo commune est cū illis q in exēplo appellātur chiliarchi, vel tribuni, ꝙ vnusquisque illorū esset mille hoīum princeps.istorū aūt, ꝙ vnusquisq; milliū princeps esset,quia siue a mille, siue a millib⁹ eadē ꝯpositio noīs resonat, vt vocent chiliarchi, vel tribuni. Dicendū,ꝙ necessitas huius dubij nō oritur ex lr̄a, quia in litera nr̄a nō vocantur isti 12. principes chiliarchi, vel tribuni,sed Aug.dicit,ꝙ latini

vocant

Universidad de Deusto Biblioteca

F vocant eos tribunos : grçci aũt chiliarchos. Et hoc p̃supposito dicendum, ꝙ põt stare solutio Aug.& tñ patitur inconueniens,& poterit melius aliter dici.primo, quia Exo.18.vocantur tribuni illi quorum quilibet prçest mille viris,& non multis millibus virorum. sic Aug.vult hic significare, quia si tribunus posset dici,qui prçest multis millibus: ita posset centenarius dici,qui prçest multis centum, & quinquagenarius,qui prçest multis quinquaginta . Sed hoc nõ recipit ꝯsuetudo latinitatis, iõ neque tribunus dicetur, qui prçest multis millibus,sed q̃ prçest solũ mille viris,& ita non poterunt isti vocari sic tribuni . Et hoc inconueniens tetigit Aug.cum dixit chiliarchos vocari a mille,vel a millibus,quia eadem ꝯpositio nominis est,& verũ est, ꝙ q̃tum ad deriuationẽ nihil differt esse vnũ mille,vel multa millia,quia origo est mille: tñ q̃tum ad impositionẽ nominis significandũ multum differt, quia tribunus, vel chiliarchus imponit ad sigñandũ eũ, qui prçest mille viris, & non ad sigñandum eum q̃ prçest multis millibus virorum. Secundo patet, quia potest tolli ista difficultas sine aliquo inconuenienti, & vsurpatione nominis dicẽdo aliter,iõ debet aliter dici. Pro hoc dicendum,ꝙ tribunus põt accipi dupliciter . vno modo, vt dicatur tribunus.i.millenarius, vel chiliarchus,quod idem est apud grçcos . Alio modo dicunt tribuni a tribu , vel tribubus.s.quia quilibet prçest vni tribui.si accipiatur primo mõ nõ est verum, ꝙ isti sunt tribuni,quia non prçerat quilibet eorum solum mille viris,sed multis millibus,vt patet in litera. Accipiẽdo secũdo modo verum est, ꝙ sunt proprie tribuni,quia tribubus presunt,licet ista ꝯsuetudo loquendi non inueniatur in biblia nostra : eo ꝙ nunq̃ vocamus tribunos,nisi millenarios,sicut accipitur Exo.18.& 1.Re.8. & 2.Re.18.possumus tñ vocare istos aliquo modo tribunos a tribubus,vt dictũ est . Non tñ pñt vocari chiliarchi.sicut dicit Augu.vocari eos a grçcis , quia chiliarchos nõ potest sigñare,nisi millenarium, quod apparet ex deriuatione nominis, & impositione eius . si tñ litera nostra vocaret eos chiliarchos, vel tribunos, idest millenarios, non poterat alio modo solui difficultas, nisi sicut dicit Aug.s.ꝙ quilibet eorum p̃esset non solum mille viris, sed multis millibus virorum.

Tribunus dupliciter sumitur.

Per tribus, & cognationes suas. i. isti principes, qui dicti sunt erant principes tribuum,& cognationum. Vocãtur hic cognationes familię , vel domus, quod patet, quia distinguitur hic cognatio ꝯ tribum, & tñ nõ põt assignari,nisi triplex multitudo.s.tribus familia, & domus . Variatur tñ istud nomẽ cognatio,quia aliqñ accipitur cognatio pro tribu , vt patet infra immediate cum dr̃. recẽsentes eos per cognationes, & domos ac familias,& sic distinguitur ibi domus,& familia ꝯ cognationem,sed prçter domum,& familiam non manet alia multitudo,nisi tribus,& ista necessario significabitur per cognationem.ibi. *Et capita exercitus.* i.isti principes numerati sunt per capita exercitus.nã quilibet horũ principũ erat caput vnius exercitus magni, scilicet vnius tribus . Sed melius vocant capita ipsę p̃sonę singulares, quia quilibet vir est vnum caput , & tunc est sensus, ꝙ fieret numeratio per capita exercitus.i.per viros singulos, qui erant in tota illa multitudine, quę vocatur exercitus, quia erant congregati in castris. Nam accipiendo aliter principes tribuum cõputabũt per seipsos,cum ipsi sint capita exercitus, sed non est bene dictum,ꝙ idem sit computans, & quod cõputatur. *Quos tulerũt Moyses,& Aaron.* i.Moyses,& Aaron primo numerauerunt istos principes per tribus suas, & acceperunt sum summam , & in hoc solus Moyses,& Aaron erãt numerantes:postea vero adiuuerunt eos principes tribuum ad numerandum reliquum populum. *Cum omni vulgi multitudine.* Idest cũ toto populo.Ista litera potest intelligi dupliciter, vno modo,ꝙ punctuetur sic. Moyses,& Aaron cum omni vulgi multitudine tulerunt summam principum, & tunc est sensus, ꝙ ad computandum principes totus populus conuenerit cum Moyse , & quçlibet tribus adiuuit Moysen ad inquirendum principem suũ. Ita,ꝙ ignoraretur de principe cuiuslibet tribus,& postea cõiungeretur quçlibet tribus cum Moyse ad inquirendum quis erat princeps suus secundum lineam cognationum,& domorum . Sed iste sensus non stat, quia non est verisimile,ꝙ ignoraretur quis esset princeps in qualibet tribu : potissime quia oblatio principum fuit facta per vnum mensem ante hoc , quia fuit

G incępta in prima die mensis primi anni secũdi ab exitu de Aegypto,sicut supra declaratum est , & tñ tunc distinctè obtulerunt omnes principes omniũ tribuũ, vt patet.ĩ.5.c.ergo non cõiungebatur populus Moysi ad inquirendum quis esset princeps in qualibet tribu. Alius sensus est, ꝙ Moyses, & Aaron numerauerunt principes cũ omni vulgi multitudine.i.numerauerũt ipsos principes, & omnem vulgi multitudinem . Et hoc patet , quia immediate ponit numeratio omniũ Israelitarum,tam principum, q̃ vulgariũ . *Et congregauerunt primo die mensis secundi.* i.Moyses, & Aaron fecerunt congregari omnes Israelitas in prima die mensis secundi:ad hoc, ꝙ tollerent numerum, & summam omnium . Fuit autem facta ista ꝯgregatio,quia Moy-

H ses mandauit prçconibus, vt clamarent per castra , vt coniungerentur omnes , & sic coniuncti sunt.tamen non est intelligendum,ꝙ fecerit Moyses congregari totum Israel in vnum locum, & globum ad numerãdum,quoniam sic sequeretur confusio,sed fecit ꝯgregari quamlibet tribum per se , & quamlibet familiã, & domum distinctè , & sic poterat agnosci quot viri essent in qualibet familia, & quot domus:& quot familię,& viri,& domus in qualibet tribu . Hoc autem signat litera immediate cum dicitur.recensentes eos per cognationes , & domos ac familias , & capita , & nomina singulorum,& tamen si omnes Israelitę ꝯiũcti fuissent in vnum globum ad numerandum non numeraretur per familias, & domos. *Primo die mensis*

I *secundi.* Non ponitur hic cuius anni fuerit iste mẽsis, quia supra dicitur in prin.quòd fuerit annus secundus egressionis de Aegypto , & fuit incępta numeratio ista vno anno , & 15.diebus ab exitu de Aegypto , vt declaratum fuit supra . Et dicitur incępta numeratio prima die mensis secundi , non quòd in eodem die fuerit finita, sed solum , quòd fuit incępta . Nam sexcenta tria millia quingenti quinquaginta viri non poterant numerari in eadem die a Moyse, maxime cum deberet eos inuenire per tribus , & cognationes , & domos suas,& scribebantur nomina istorum omniũ, atque reducebantur in summa . Sed durauit ista numeratio vsque ad diem , quo mota sunt castra de mõ-

K te Sinai.s.die 20.mensis huius secundi. facta nãque cõputatione hanc, & sequentibus de quibus patet ĩ.3.c.

Recesserunt inde recensentes eos per cognationes , & domos ac familias. Iste est modus numerationis , vt leuior atque certior, & distinctior fieret numeratio . Nam si totus Israel fuisset in vnum cumulum conglobatus, vix potuisset haberi aliqua certitudo in numerando, quia aliquis bis numerarent, & aliq[illegible]gerent numerum,sed primo distinctus est populus p̃ duodecim tribus , quæ vocant hic duodecim cognationes . deinde quçlibet tribus in familias distributa est:deinde q̃libet familia in domos . postea vero q̃libet domus in capita virorum,vt patet ex verbis literç. Et similis modus erat, quando aliq̃s peccabat ĩ toto populo , & nesciebat q̃s eẽt , qñ tũc applicabant oẽs tribus, & cadebat sors sup̃ tribũ illã in qua erat vir peccator , deinde ap-

plicabatur

plicabatur tribus illa distincta per familias,& cadebat sors super vnam familiam . deinde familia diuidebatur per domos. Postea domus diuidebatur per viros quousque caderet sors super virum illum qui peccauerat.sic factũ est qñ in Iericho peccauit Achã de tribu Iuda : accipiens pallium coccineum, & ducentos siclos,& regulam auream quinquaginta siclorum. Nam tunc ad dominum applicitæ sunt omnes trib⁹, & inuentum est peccatum in tribu Iuda,& diuisa illa per familias inuentum est peccatum in familia Zare, & sic ad vltimum quousque inueniretur in Achan, vt patet Iosue.7.cap. & erat iste modus facilis numerandi .

Et capita & nomina singulorum . Idest ꝙ ista computatio fiebat per capita.i. p̃ singulos viros, quia quilibet vir est vnum caput.& hoc exponitur cum dicitur per nomina singulorum.s.ꝙ numerabantur singuli viri, & scribebantur nomina eorum, vt haberetur certitudo numeri , & personarum in qualibet familia & domo. *A 20.anno, & supra.* Ista erat ætas numeratorum.s. ꝙ ante vigesimum annum nullus numerabatur.de hoc supra dictum est.

Sicut præceperat Dominus Moysi. Istud præceptum habetur in principio.cap. vbi dixit Deus , ꝙ numeraret Moyses omnem congregationem filiorum Israel in genere masculino,& vigesimo anno,& supra.

Numerati sunt in deserto Sinai. Non enim recesserunt filij Israel de deserto Sinai quousque fuit facta ista numeratio.finita autem numeratione mota sunt castra die 20.mensis.vt patet infra 10. cap. *De Ruben.* Hic incipit numeratio per singulas tribus.& obseruatur hic ordo quem habebant istę tribus sub vexillis suis:prçter hoc, ꝙ vexillum Ruben prius numeratum est cũ tribus principibus eius & tribubus ipsorum, & tamẽ in ordine primo erat vexillum filiorum Iuda , cum tribus principibus suis , & istud postea numeratũ est.

Primogenito Israelis. Idest ꝙ Ruben erat primogenitus Iacob,qui vocatur hic Israel, quia mutauit Dominus nomen eius, vt patet Gen. 32.& 35. cap. Est autẽ Ruben primogenitus Iacob secundum carnem.s.q̃a natus est ante alios:nõ tamẽ manserunt in eo iura primogenituræ,vt patet Gen.49.c.sed diuisa sunt per Iudam & Ioseph,vt supra declaratum est.& tamen obseruatus fuit hic iste honor tribui Ruben , ꝙ poneretur ante alios.

D *Per generationes & familias ac domos suas* . Iste est modus computationis.s. ꝙ non computaretur tota trib⁹ simul:sed per diuisiones.s.in familias & domos.& ponuntur hic generationes & familiæ.Nec possunt hic accipi generationes pro tribubus : quoniam tribus Ruben non poterat diuidi in alias tribus cum esset vnica, sed dicitur ꝙ diuisa est per generationes.i.per maiores diuisiones familiarum.Nam non possunt distingui plures diuisiones sub tribu quàm in familias & domos,& tamen ponũtur hic generationes : ideo necesse est,ꝙ dicantur generationes maiores diuisiones & primæ familiarum . Familiæ autem dicantur diuisiones minores familiarum , vel ꝙ ponantur hic

E ista expositiue.s.ꝙ tribus Ruben cõputata est per generationes familias & domos.i. per gñationes q̃ sunt familię & domus.nam quçlibet cõgregatio istarũ dr̃ esse aliqua gñatio.& iste scd̃s sensus melior est,vt nihil videat̃ sup̃fluũ in litera. *Et nomina singulorum.* Quia ꝯputatio ista facta est per noĩa oĩum virorũ scribẽdo illa.*Oẽ quod sexus masculini est procedentium ad bellum.*i.fuerũt numerati hic oẽs masculi, q̃ poterant p̃cedere ad bellũ.Ex quo sequit̃ qd̃ s.dicebat̃ sm quoidã.s.ꝙ non fuerunt cõputati hic oẽs, q̃ erãt a 20.an. & s.sed solũ illi qui erant potẽtes p̃cedere ad bellũ.Nã illi, q̃ erãt valde veteres non cõputabant̃ hic,quia ad bellũ p̃ce-

A dere non poterant : & tamen secundum veritatem omnes,qui erant vltra vigesimum annum computati sunt . quia de omnibus erat verum secundum modum loquendi scripturæ ꝙ poterant ad bella procedere vt relatum fuit supra q.15.

Quadragintasex millia quingenti. Ista est summa tribus Ruben,& postea fuit numerata in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto cum ingressuri essent Israelitę terram Chanaan , & inuẽti sunt viri quadragintatria millia septingenti triginta , & deficiunt ad istã summam duo millia septingenti septuaginta.Nã ista tribus non creuit multum secundum ꝙ aliæ tribus,q̃a maledixerat ei Iacob pater suus,vt patet Gen. 49.cap.cum dr̃. effusus es sicut aqua nõ crescas, quia

Quare tribus Rubẽ sẽper decrescebat.

B ascendisti cubile patris tui. Idem patet in benedictione Moysi ad omnes Israelitas Deuter. 33.cap.s.viuat Ruben & non moriatur,& sit paruus numero.

De filijs Simeon. Hic ponitur secunda tribus quæ numerata est . & ponitur ista post tribum Ruben, q̃a erat sub vexillo suo,& computabatur secunda tribus in ordine . sic patet seq.cap.In ista tribu est idem modus computandi per familias & domos sicut in superiori tribu,& ita est in omnibus alijs .

Quinquaginta nouem millia trecenti. Ista est summa tribus Simeon : & ista erat in magno numero a principio , & tamen postea valde minorata est , nec fuit aliqua tribus ita parua . nam in cõputatione quæ facta fuit in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto inuenta sunt solum vigintiduo millia virorum & du-

Cur tribus Simeõ non habet per se sortem.

C centi . sic patet infra 26.cap. & postea ista tribus semper mansit parua, & propter hoc non recepit sortem per se , sed suscepta est in tribu Iuda quæ erat habens magnam sortem. sic patet Iosue cap.19.cum dicitur. Hęc est hereditas filiorũ Simeon iuxta cognationes suas, in funiculo & possessione filiorũ Iuda,quia maior erat,& idcirco possederunt filij Simeon iuxta cognationes eorum in medio hęreditatis eorum .

De tribu Gad. Hic ponitur tertia tribus quæ erat sub vexillo Rubẽ : quoniam istę tres supradictæ habebãt vnum vexillum cuius princeps erat in tribu Ruben : & manebant ad partem meridianam,vt patet seq.c. Ideo descriptæ sunt hic simul .

D *Quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta* . Ista est summa filiorum Gad. fuit Gad de filijs ancillarũ, scilicet , filius Zelphę ancillæ Lię , & numerus huius diminutus est : quoniam in numeratione quæ facta est in anno quadragesimo solum inuẽta sunt quadraginta millia quingenti . & sic deficiunt ad summam quæ habetur hic,quinque millia & cẽtum quinquaginta . Hoc autem est,quia in deserto mortui fuerãt omnes qui numerati sunt hic : quia murmurauerant contra Dominum . In numeratione autem illa quæ habetur infra 26.c. non fuit aliquis de numeratis hic: & quædam tribus multum creuerunt : aliæ autẽ paucum : etiam de quibusdam fiebat maior deuastatio q̃ in alijs propter murmurationes aduersus Deũ . sicut patet infra 11.cap. vbi populus murmurauit pro la-

E bore itineris , & combusta est magna pars eius. Item ibidem illi qui desiderauerunt carnes mortui sunt vt patet eod.cap.etiam cum iterum murmurauerunt p̃ labore itineris misit Deus colubres ignitos & multi perierunt de populo,vt patet infra 21.cap. Item quando adorauerunt idola Moab & commixti sunt mulieribus Moabitarum & Madianitarum: multi valde perierunt.s.24 millia,vt patet infra 25.cap.& qñ iterũ murmurauit populus pro combustione eorum qui surrexerãt ꝯ Moysen & Aaron multi cremati sunt.sicut patet infra 18.c. In his aũt plagis de quibusdã tribubus plures moriebantur quàm de alijs maxime de tribu Simeon. nam in plaga illa quę fuit propter ado-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem Deorum Moab, plures perierunt de tribu Simeō quam de aliis,& dicitur,q̄ fere omnes qui perierunt erant de tribu Simeon,ideo fuit tanta diminutio in eis. Nā in prima numeratione quæ habetur hic fuerunt 59.millia trecēti. & in secunda numeratione quæ facta est in anno 40.inuenta sunt 22. millia ducēti,& sic deficiunt 28.millia,& centum. *De tribu Iuda.* Hic ponitur quarta tribus filiorum Iuda, & ista faciebat vnum vexillum. erat autem vexillū huius ad partem orientalem, & sub eo erat ipsa tribus Iuda cum tribus Issachar,& Zabulon. Debebat autem primo poni ista tribus quam tribus Ruben, quia vexillum huius primum erat,etiam quiā dignior est.tamen primo posita est tribus Ruben, & obseruatus fuit ibi solum ordo natiuitatis. *Septuagintaquatuor millia sexcenti.* Ista est summa tribus Iudæ, & est maior omnibus aliis tribubus, & in quacunque numeratione semper tribus Iuda fuit maior aliis tribubus, ideo accepit maiorem sortem quam cęteræ, vt patet Iosue 15.& 19.c. cum autem facta est computatio in anno 40. ab exitu de Aegypto inuēta sunt 70. millia quingenti, & sic deficiunt ad istam summā quæ habetur hic quatuor millia,& centū,vt patet infra 26.c. *De filijs Issachar.* Ista est secunda tribus quę erat sub vexillo Iudæ ad partem orientalem. Est autem Issachar filius Lię quintus, vt patet Gene.30.ca. & postea fuit cum fratre suo Iuda. *Quinquaginta millia quadringenti.*

Quare quædam tribus quodam tempore magis crescebant, & aliæ alio tempore,& de causis eius. Et cur in deserto Hebræi non multiplicati sunt cum tantum ibi steterint.

Quæst. XXIII.

ISTA est summa in tribu Issachar,& postea in numeratione quę facta est 40. anno ab exitu de Aegypto fuit computata ista tribus, & inuenta sunt 64.millia trecenti. & sic creuit ista tribus ad omnes alias precedentes,quia aliæ habebant minus in cōputatione,ista vero habet amplius quam prius habuit. superat enim ista summa ad istam per decem millia demptis centum.Hoc autem erat,quia quibusdam tēporibus quædam tribus magis crescebant quam alię. Etiam fiebat hoc secundum, quòd plures de quibusdam tribubus condemnati sunt propter murmurationem ad non intrandum in terram promissionis. Illæ autem tribus quę habebant multos paruulos nondū attingentes vigesimum annum, quando ista computatio facta est magis creuerunt, quia de illis qui non attigerant vigesimum annum nullus condēnatus est, qui vero numerati fuerant hic cōpleto iam vigesimo anno mortui sunt. Et quia in exitu de Aegypto contigit quasdam tribus habere plures paruulos quā alias nondum attingentes annum vigesimum,istæ magis crescere potuerunt, & reperiri in maiori numero quam ante fuerant in hac prima numeratione. Vnde aliquis admirabit quare in quadraginta annis quibus fuerunt Israelitæ in deserto, non multiplicati sunt, ita vt essent multipliciter plures quam ingressi fuerant, sicut factum est in ingressu in Aegyptum,& egressu. Nam quando Israelitę ingressi sunt erant animę 66. vt habetur Gene.46.cap. vel secundum aliam numerationem erant 70.animę,vt patet Exod.ca.1.& Deuter.10.cap.& hoc computando tam paruulos quā magnos. & tamen in exitu de Aegypto fuerunt plures quam sexcenta millia peditū,præter senes,& paruulos, sed non manserunt in Aegypto nisi annis ducētis, & quasi,vt declaratū fuit Gen.15,& Exo.12.ca, ergo proportionaliter debuissent in 40.annis quibus fuerunt in deserto,augeri ad valde magnam multitudinem, & tamen non aucti sunt,sed potius diminuti, quia minor summa inuenta est anno quadragesimo ab exitu de Aegypto q̄ anno secundo numerationis huius, vt patet comparando istam summam illi, quæ habetur infra 26.cap.

Sed dicendum est hoc factum fuisse propter maledictionem a Deo inflictam, quoniam omnes qui numerati sunt hic in deserto perierunt, & etiam multi de alijs qui non fuerūt numerati: alioquin excreuisset numerus Israelitarum in deserto ad valde maiorem summam quam fuerat cum ingressi sunt. Quod autē dicebatur, q̄ nullus fuit condemnatus de his qui non attigerant annum vigesimum. Est verum per regulā generalem,s.quia infra 14.dicitur, q̄ omnes qui erant a vigesimo anno, & s. condemnati sunt, ita q̄ nullus de eis mansit ad intrandum in terram Chanaan,de illis autem qui erant circa vigesimum annum non datur regula generalis, s. quòd omnes perierint, vel nullus perierit. Sed est certum,quòd omnes de ipsis qui murmurauerant morerentur in deserto,quia ista pœna inflicta fuit pro murmuratione infra 14. *De filijs Zabulon.* Ista erat tribus tertia existens sub vexillo Iudę: nam Iudas,& Issachar, & Zabulon erant habentes vexillum vnum,vt patet seq.ca. Est autem Issachar frater Iudæ, & Zabulon, & dicitur Zabulon esse filius Liæ sextus, vt patet Gene.30.ca. & postea fuit cum fratre suo Iuda. *Quinquaginta septem millia quadringenti.* Ista est summa in tribu Zabulon, & postea quando fuit computata ista tribus in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto fuerunt inuenta sexaginta millia virorum, & quingenti,& sic superat ad istam summam tribus millibus, & centum.

De filijs Ioseph. Hic ponuntur pertinentes ad vexillum tertium filiorum Ephraim, & istud erat ad partē occidentalem habens secum alias duas tribus,scilicet, Manassem, & Beniamin, quia oēs istę tres tribus pertinebant ad eandem matrem, scilicet ad Rachelem, quæ peperit filios duos Ioseph,& Beniamin.de Ioseph autem exierunt duæ tribus, de Beniamin vero vnica. Et quando dicitur hic de computatione filiorum Ioseph non est intelligendum, quòd computentur filij Ioseph,tanquam vna tribus,sicut filij Iudæ, vel Rubē, & sic de alijs,sed computantur in duas tribus,scilicet, in Manasse, & Ephraim. ponuntur tamen isti filij Ioseph ad signandum, quòd isti duo debebant facere vnam tribum cum essent filij Ioseph,qui erat vnus filius Iacob: transtulit tamen Iacob in Ioseph duplicem partem hęreditatis quam in quemlibet alium filiorū suorum, quia istud erat vnum de iuribus primogenituræ quæ debebantur Ruben. Quia tamen ipse fuit demeritus transtulit Iacob ista iura in Iudam, & Ioseph scilicet in Iudam potestatem regnatiuam, & in Ioseph duplicem partem hæreditatis,vt supra declaratum est. *Filiorum Ephraim.* Ioseph diuiditur in duas tribus,scilicet in Manassem,& Ephraim, & horū maior erat Manasses: Deus tamen voluit transferre primogenituram in Ephraim, & maiorem multiplicationē in populo & dignitate. Sic enim significauit Iacob in benedictione sua,vt habetur Gene.cap.18. cum dixit Ioseph.Non ita conuenit,pater, quia hic primogenitus est, pone dexteram tuam super caput eius, qui renuens ait scio fili mi scio, & iste quidem erit in populos,& multiplicabitur, sed frater eius Iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. Vnde semper fuit in maiori auctoritate tribus Ephraim quam Manasse, & vnum de quatuor vexillis erat tribus Ephraim.tribus autem Manasse erat sub eodem vexillo,sic etiam postea factum est. quoniam dux Israel. s. Iosue fuit de tribu Ephraim,vt patet infra 13.capit.& cum essent in terra promissionis de tribu Ephraim facti sunt reges, sicut de tribu Iuda. Nam Ieroboam qui

fuit primus rex in diuisione Israelis, fuit de tribu Ephraim, & consequenter omnes alij reges Israel descenderunt ab eo.vt pater 3.Reg.12.c.

Quadraginta millia quingenti. Ista est summa filiorum Ephraim,sed postea in numeratione facta anno quadragesimo ab exitu de Aegypto inuenta sunt quadraginta quinque millia sexcenti,vt patet infra 26.cap.& sic excrescit illa summa ab ista in quinque millibus & centum.

Porro filiorum Manasse. Ista est secunda tribus, q̄ erat sub vexillo filiorum Ephraim, quia ambo erant filij Ioseph, qui erat filius Rachel,vt patet Gen.30. cap.

Triginta duo millia ducenti. Ista est summa filiorū Manasse,& ita minori numero, quàm omnes aliæ tribus quarum computationes hic ponuntur, & tamen in computatione facta anno quadragesimo ab exitu de Aegypto habuit valde maiorem summā.s. quinquaginta duo millia virorum & septingentos,vt patet infra cap.26.& superant ad istam summam viginti millia quingenti,& sic tribus illa quæ fuit in minori numero in computatione hac magis creuit, quàm omnes aliæ tribus. Non quidem, quòd efficeretur maior quā omnes aliæ, sed quia in ipsa additi sunt & inuenti plures excreuisse in numeratione secunda: quā excreuerint in qualibet alia tribu. *De filijs Beniamin.* Ista erat tertia tribus, q̄ erat sub vexillo filiorū Ephraim, & sunt omnes isti fratres ex eadē mātre.s. ex Rachele: fuit.n. Beniamin filius secundus & vltimus Rachel. nam cum ipsum pareret mortua est,vt habetur Gen. 35.capitu.

Triginta quinque millia quadringenti. Ista est summa filiorum Beniamin, & in computatione facta quadragesimo anno egressionis de Aegypto inuenti sunt isti 45.millia quingenti,vt patet infra 26.cap & sic excreuerunt ad istam summam decem millia & centū. Isti filij Beniamin quamquam essent propinquiores in cognatione filijs Ephraim & Manasse, tamen magis dilexerunt filios Iuda, ideo quando facta est diuisio regni tempore Roboam filij Salomonis, receden tibus omnibus tribubus a tribu Iuda, mansit cum eis tribus Beniamin,vt patet 3.Reg.c.12. *De filijs Dan.* Hic ponitur numerus tribus Dan. & pertinent iam tres tribus sequentes ad quartum vexillum, quod erat in parte septentrionali: princeps autem vexilli erat trib⁹ Dan,vt patet seq.cap. Est autem Dan filius Balæ ancillæ Rachelis,& cum eo sunt alij duo filij ancillarum.s. Nephthalim frater Dan filius Balæ,& Aser filius Zelphæ ancillæ Liæ. Alius autem filius ancillæ.s. Gad frater Aser fuit sub vexillo filiorum Ruben,vt patet sup. Et quamquam omnes isti tres essent filij ancillarum, tamen Dan habuit excellentiā inter alios, & hoc propter ordinem natiuitatis: tribus enim Dan excedebat tribum Nephthalim, quia quamuis ambo essent filij Balæ,tñ prior natiuitate erat Dan, vt patet Gen.30.c. Excedebat ēt Dan, & Gad, & Aser filios Zelphæ in duobus: primo in ordine natiuitatis,quia Dan, natus fuit anteq̄ nascerētur filij Zelphæ, vt patet Gen.30.c.

De causis præcessionis in filijs ancillarum in alterutrū.

Item excedebat Dan, quia mater sua Bala primo tradita fuit in uxorem Iacob q̄ Zelpha mater Aser, & Gad,vt patet Gen.30.c. Fuit vt excellens postea tribus Dan: qm̄ de ipsa exiuit Samson, qui fuit iudex in Israel,& liberauit populū a Philisthæis, vt patet Iudi. c.13.& hoc significauit Iacob, qm̄ benedixit ei Gene. 49.c.dicens Dan iudicabit populū suum, sicut & alia tribus Israel. *62.millia septingenti.* Ista est summa filiorum Dan. postea autē qm̄ computati sunt in exitu de deserto inuenti sunt. 64. millia quadringenti, vt patet infra 26.cap. Et sic excrescunt ad istam summam mille septingenti. *De filijs Aser.* Ista est secunda tribus quæ erat sub vexillo filiorum Dan: fuit autem Aser filius Zelphę ancillæ Liæ, & fuit vltimus filius eius, vt patet Gen.30.cap. & oēs hi qui erāt sub hoc vexillo erant filij ancillarum,atque positi fuissent omnes filij ancillæ sub eodem vexillo, nisi quia quatuor erāt,s.duo filij Zelphę,& duo filij Balæ, & tamen sub quolibet vexillo erant solum tres tribus,vt patet seq. cap. Ideo vnus de filijs ancillarum, scilicet, Gad positus fuit cum filijs Dom narum,s.in vexillo tribus Ruben,vt patet supra. *Quadraginta millia & mille quingenti.* Ista est summa filiorum Aser, sed in cōputatione ab exitu de Aegypto maior inuenta est. fuerunt enim quinquaginta tria millia quadringenti, vt patet infra 26.cap. & sic crescit illa summa ad istā in duodecim millibus demptis centum. *De filijs Nephtalim.* Ista est tertia tribus, quæ erat sub quarto vexillo filiorum Dan,& est vltima in tota computatione tribuū. Fuit aūt Nephtalim filius Balæ ancillę Rachel,& fuit secundus & vltimus,& ita hic coniunctus est fratri suo Dan. *Quinquaginta tria millia quadringenti.* Ista est summa filiorum Nephtalim, quæ postea inuenta est minor in egressu de deserto anno quadragesimo: fuerūt enim quadraginta quinque millia quadringenti, & sic deficiunt ad istam summam octo millia. *Hi sunt quos numerauit Moyses & Aaron.* Hic ponitur epilogus totus numerationis factę,& dicitur esse facta p Moysen & Aaron,quia isti sunt qui principaliter numerauerunt tribus istas,principes autem nō fuerunt principales numerantes sed adiutores. Item quia Moyses & Aaron per se numerauerunt oēs tribus, sed principes non adiuuerunt ad numerandū oēs,solum autem adiuuabat quilibet ad numerādū tribum suā: & sic quilibet de principibus numerabat vnā tribum vt supra declaratū est. *Et duodecim principes Israel.* Dicūtur duodecim principes qui erāt principes tribuū. Illi aūt qui erant principes familiarum non venerunt ad computationem faciendam, vt supra declaratum est.& hic satis apparet, cū dicatur q̄ duodecim principes Israel numerauerunt multitudinem hanc cum Moyse & Aarō. *Singulos per domos cognationum suarum.* Idest numeratio ista facta est per domos & cognationes,i. per domos & familias. Nam non fuit facta ista numeratio confusa totius populi cōgregati in vnum, sed distinguebatur quilibet tribus in familias, & familia in domos, & domus in viros, vt supra est dictū. & sic nullus poterat sequi error. *Fueruntque omnes filij Israel.* Hic ponitur summa totalis omnium Israelitarum ex supra positis. Hoc tamen est intelligendum sine Leuitis,quia illi nō computati sunt cum reliquo populo,vt infra iubetur. Etiam intelligendum est q̄ in hoc numero comprehēduntur principes multitudinis, siue principes familiarum, siue domorum, siue tribuū. Omnes hi.n.tanq̄ quilibet viri de populo cōputabātur. *Sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta.* Ista est summa totalis collecta ex oībus summis partialibus quæ infra habentur.

An a sexto mense anni primi quando oblata sunt munera vsque ad secundum mensem anni secundi quando facta fuit ista numeratio fuerit mortuus aliquis de Israelitis. Et qui fuerint,qui occisi sunt in adoratione vituli.

Quæst. XXIIII.

ET sciendum quòd ista summa & illa quæ habetur Exo.39.cap. vbi ponitur alia computatio Israelitarum sunt totaliter æquales, ita quòd nec vnus superat aut deest. Ex quo quidam inferunt, quòd a principio mensis sexti anni primi ab exitu de Aegypto quando oblata sunt donaria & facta fuit numeratio, non fuit mortuus aliquis de Israelitis, qui esset vltra viginti annos. &

fuit hoc ſpatium octo menſium, ſ. a menſe ſexto anni primi vſque ad menſem ſecundum anni ſequentis, & ſic dicunt fuiſſe magnum miraculum, quòd in tanto tempore non fuerit mortuus aliquis in tam ingenti multitudine Iſraelitarum. Dicunt autem hoc fuiſſe ſpecialiter factum a Deo qui omnibus ſanitatem, & robur conferebat. ſic habetur Pſalm. 104. Eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.

Quod autem tempus iſtud intermediũ inter duas numerationes fuerit octo mẽſium, vel quaſi, apparet quia fuit facta numeratio illa deſcendente Moyſe ſecunda vice de monte, quod fuit in fine quinti menſis anni primi, vel in principio ſexti, quoniam ipſe aſcendit in montem poſt datam legem, vel confirmatam, vt apparet Exo. 24. c. & hoc erat in 8. die, vel quaſi mẽſis tertii anni eiuſdem, vt eod. c. declaratum eſt. Computando ergo 80. dies vlterius quibus Moyſes fuit cũ domino bis in monte cum aliquibus intermedijs in deſcenſu primo, peruenietur vſque ad finem menſis quinti, vel principium ſexti, & tunc in deſcenſu locutus fuit Iſraelitis de fabricatione tabernaculi, & obtulerunt atque numerati ſunt. fuerũt ergo mẽſes octo, vel quaſi intermedij.

Sed dicet aliquis, ꝙ iſti præſuppoſuerunt falſum, ſ. ꝙ nullus de viris numeratis mortuus fuerit inter primã numerationem, & ſecundam, quia perierunt 23. millia virorum gladio in adoratione vituli. Ad hoc forte reſponderet aliquis, ꝙ iſta 23. millia virorum de quibus Exo. 32. c. fuerunt de Aegyptiis aſcendentibus cum Iudæis. Nam vulgus promiſcuum infinitę multitudinis aſcendit cum Iſraelitis de Aegypto, vt patet Exo. 12. c. Nullus tamen de Aegyptiis numeratus fuit Exo. 39. c. nec hic. Ideo quamquã perierint 23. millia virorum in adoratione vituli, tamẽ non ſequitur ex hoc, ꝙ perierit aliquis de viris Iſraelitis numeratis.

Dicendum eſt, ꝙ non poteſt ſtare 23. millia virorũ occubẽtium gladio in adoratione vituli fuiſſe de Aegyptijs ſolum, ſed multi de Iſraelitis perierunt, quod patet ex verbis Moyſi Exodi 32. capit. cum dicitur. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſq; fratrem, & amicũ, & proximũ ſuum. Item patet hoc ex verbis eiuſdẽ Moyſi poſtquã iſta facta ſunt. Dixit. n. conſecraſtis manus veſtras hodie Dño vnuſquiſq; in filio, & fratre ſuo, vt deẽ vobis benedictio. Manifeſtum tamen eſt non poſſe hoc intelligi de Aegyptijs, quia iſti non vocantur fratres, & proximi Iſraelitarum, ſed aduenæ, & peregrini, vt patet ex toto proceſſu quatuor librorum vltimorũ Pentateuchi. Item patet hoc Deuteronom. 33. c. cum dicitur in benedictione Leuitarum. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos. Et intelligitur hoc de occiſione facta pro fabricatione vituli. Non ergo poteſt hoc intelligi, quòd Aegyptij ſoli perierint in fabricatione vituli.

Aliter tamen reſpondendum eſt, quòd occiſio facta pro fabricatione vituli, non fuit inter iſtas duas cõputationes, ſed ante. Quod patet, quia occiſio adorantium vitulum fuit, quando primo Moyſes deſcendit de monte. immo ad hoc deſcendit, quia totus populus erat in errore ꝑ fabricatione vituli. Et dixit ei Deꝰ. Deſcende, peccauit populus tuus quem adduxiſti de terra Aegypti, vt patet Exo. 32. c. Et tunc deſcendit atque occidit 23. millia peccatorum. hoc autem facto redijt ad Dominum, vt patet eo. c. Et hoc ad orandum, vt remitteret peccatum Iſraelitarum, & manſit 40. die bus orando, vt patet Exo. 34. c. & Deute. 9. Quibus cõpletis, deſcendit ducens ſecum tabulas ſecundas, & locutus eſt ad principes de fabricatione tabernaculi, & de oblatione, vt patet Exo. 34. & 35. c. Et tũc facta fuit numeratio ſoluentium dimidium ſiclum, quorũ ſumma habetur Exo. 39. c. Nõ ergo intercidit occiſio idolatrarum inter computationem illam & iſtam, & cõſequenter non poteſt dici, ꝙ inter illam computationem, & hãc mortui ſint de Iſraelitis 23. millia virorũ.

Dicendum ergo eſt, ꝙ ſatis poteſt ſtare nullum de viris computatis in illa computatione fuiſſe mortuũ vſq; ad tempus iſtius computationis. Et ex hoc ſequebatur aliud corollarium. ſ. ꝙ tot fuerunt in computatione illa in qualibet tribu, ſicut nũc inuenta ſunt. Nã ſi nullus ab illo tempore vſque ad hanc computationem de viris numeratis mortuus eſt. ergo omnes qui nunc ſunt viri numerati tunc erant. Ideo dabitur, ꝙ ſicut æqualis eſt ſumma iſta totalis illi ſummæ quæ habetur Exod. 39. c. Ita ſummæ partiales ſingularum tribuum eſſent æquales.

Sed dicendum eſt, ꝙ quamquam iſta ſtare poſſint, non ſequuntur neceſſario. Quia licet tanta ſumma virorum eſſet nunc, ſicut in prima illa numeratione, tamen poterant aliqui defeciſſe de illis, & alii poſtea ſubrogarentur qui creſcerent, & ſic contingeret tot eſſe ſubrogatos quot defeciſſent, & maneret ſemper ſumma æqualis.

Sed dices non poſſe ſtare, quia in hoc paruo tempore non poterant ſubrogari aliqui loco eorum qui defeciſſent. ſolum enim fuerunt octo menſes inter vnã numerationem, & alteram, vt ſupra declaratum eſt, ſed non poterant aliqui in hoc tempore peruenire ad tantam ætatem, vt ſubrogarentur loco eorum qui defeciſſent. nam non computabantur aliqui immediate cum naſcerentur, ſed poſtquam vigeſimum annum agerent, & hoc non poterat eſſe in tam paruo tempore.

Reſpondendum eſt iſtud argumentum procedere ex errore. Nam ad hoc, quòd aliqui ſubrogarentur in numerum loco mortuorũ, non oportebat, vt poſt mortem vnius naſceretur alius, & tunc expectaretur vſque ad annum vigeſimum ſuum. Sed quando facta eſt illa computatio quæ habetur Exo. 39. c. ſolum cõputati ſunt viri a viginti annis, & ſupra. Si autẽ aliqui haberent 19. annos, & dimidiũ, vel quaſi viginti nondum completos non computabantur, & tamen iſti poſt tres, vel quatuor menſes, vel duos accederent ad annum vigeſimum, & computarentur, & ſic poterat eſſe, quòd quando facta eſt illa computatio erant plures adoleſcentes, ſ. tria millia, vel quatuor millia qui haberent 19. annos, & dimidium, & iſti non computarentur, tamen poſt dimidium annum venirent ad numerum, & ſic vſque ad quinque menſes poſt factã computationẽ creſceret iſta ſumma per quatuor millia virorum. & ſic fieri potuit, quòd aliqui de numeratis in prima computatione morerẽtur, & alii nouiter excreſcerẽt ſubrogati ad ſummam. Et hoc modo maneret eadem ſumma hic, quæ fuerat ante per octo mẽſes. Amplius autem ſciendum eſt, quòd iſta computatio fuit facta quaſi per triginta nouem annos ante illam quæ habetur infra 26. capitu. ſed non manet eadem ſumma tam in partialibus numeris tribuum, quam in totali ſumma. Nam de quibuſdam tribubus facta fuit diminutio, in alijs autẽ factum fuit augmentum, ſicut apparet ſupra ex dictis cum conferebamus iſtas ſummas illis, etiã ſumma totalis diſcordat quando hic ſunt ſexcẽta tria millia quingẽti quinquaginta infra tamen 26. c. habentur ſexcenta millia, & mille ſeptingẽti triginta. deficit ergo illa ſumma ad iſtã in mille octingentis octuaginta. De cauſa autẽ quare Iſraelitæ toto iſto tẽpore non multiplicati ſunt, vt excreſcerent

rent ad ſummam priorem ſ. dictũ eſt. *Leuitæ autem in tribubus familiarum ſuarum.* Hic ponitur exceptio a numero ſuperiori. ſ. ꝙ non fuerunt numerati omnes Iſraelitæ. Nam Leuitæ non fuerunt computati inter ipſos. Cauſa autem huius eſt, quia illi, qui ſupra computati ſunt erant bellatores, vt patet per totum capitulum, cum dicatur virorum procedentium ad bellum. Leuitæ tamen non procedebant ad bellum, ſed erant ad miniſterium Domini ſeparati. non debuit igitur poni numeratio eorum cum numeratione bellatorum.

Quare ſũma Leuitarum nõ fuit poſita cum alijs Iſraelitis.

An ſacerdotibus in uet teſt liceret pugnare. Et an eſſet differentia inter laicos Leuitas & ſacerdotes quantum ad hoc, quòd eſt effundere ſanguinem. Et cur Leuitæ non fuerunt numerati cum alijs Iſraelitis. *Quæſt. XXV.*

SED aliquis obijciet, quòd ſacerdotes & Leuitæ pugnabant. Nam non ſolum Leuitæ, qui magis pertinebant ad vulgares, ſed etiam ſacerdotes, vt patet de filijs Heli ſacerdotis magni qui iuerũt in pugnam cum alijs Iſraelitis & mortui ſunt, vt patet 1. Regum. 4. cap. Idem patet in Machabæis. Nam iſti erant ſummi ſacerdotes: pugnaue runt tamen contra hoſtes manu ſua, vt patet ex libris Machabæorum.

Reſpondendum eſt, quòd officium ſacerdotum, vel Leuitarum non erat ire ad pugnam cum cæteris Iſraelitis, ſed miniſtrare in his, quæ ad dominum pertinebant, vt patet infra in litera, & tamen ibant ad bellum aliqui de ſacerdotibus non quidem, vt pugnarent, ſed vt confortarent plebem. ſic paret Deuteron. 20. cap. cum dicitur. Appropinquante autem prælio ſtabit ſacerdos ante aciem, & ſic loquetur ad populum. Audi Iſrael &c. Et hoc modo ſe habent ſacerdotes noſtri temporis: quoniam licitum eſt eis ire ad iuſta bella ad confortandum pugnantes & prædicandum, atque audiendum confeſſiones. licuit tamẽ ſacerdotibus veteris teſtamenti magis ſe immiſcere vulgaribus actionibus quàm ſacerdotibus noui teſtamenti, quia in eis non erat, ita proprie ſacerdotium & ordo, ſicut nunc eſt. Ideo in temporibus neceſſitatum ſacerdotes magni pugnabãt, ſicut patet de Mathathia, qui erat ſacerdos magnus, vt patet 1. Machab. cap. 1. & 2. Et tamen ipſe pugnauit & hortatus eſt filios ſuos ad pugnam, & poſt eum fuit Iudas ſacerdos magnus qui dicitur Machabæus, & frater eius Ionathas & Simon, & poſtea Ioannes Hyrcanus filius Simonis. De quolibet enim iſtorum dicitur, ꝙ erat ſacerdos magnus, & tamen omnes pugnauerunt fortiter, & effuderunt ſanguinem, vt patet ex duobus libris Machabæorum. Nunc autem non licet ſic. Qũ autem ſupra arguebatur de duobus filijs Heli, qui in bello mortui ſunt. poterat reſponderi, quòd ipſi non iuerunt in bellum ad pugnandum, ſed ad exhortandum, & dicendum verba illa, quæ iubentur dicere ſacerdotes pugnantibus, de quibus Deuter. 20. cap.

Vel poteſt dici, ꝙ iſti non iuerunt ad pugnandum: ſed ad portandum arcam in pugnam, vt clare demõſtratur. 1. Regum. cap. 4. Nam primo cum iuerunt Iſraelitæ in pugnam cõtra Philiſthiim non portauerũt ſecum Arcam & percuſſi ſunt. Poſtea autem portata fuit Arca in caſtra. Et dicitur in litera. Tulerunt Arcam fœderis Domini exercituum ſedentis ſuper Cherubin: erantque duo filij Heli cum Arca fœderis Domini Ophni & Phinees. Non ergo iuerunt iſti ſacerdotes ad pugnandum, ſed ad ferendum Arcam.

Si autẽ obijcias, quòd iſti ſacerdotes pugnauerunt quia in bello mortui ſunt, vt patet 1. Reg. cap. 4.

Alph. Toſt. ſuper Num. Pars I.

Reſpondendum eſt ꝙ non ſequitur ex hoc. Nam iſti ſacerdotes iuerunt ad ferendum arcam, & quando capta eſt arca a Philiſthiim, vt patet eod. cap. forte voluerunt iſti defendere arcam & occiſi ſunt: & tamen quamquam iſti pugnarent poſtquam ſemel ad bellum iuerunt non videbatur inconueniens. Nam etiam hoc dato ſemper ſtat, quòd non eſſet officium ſacerdotum pugnare, ideo non numerati ſunt.

Prædicta autem vera ſunt in eo ſenſu in quo dicuntur, & tamen veritas eſt, quòd in veteri teſtamẽto nõ erat differentia inter Leuitas ſiue ſacerdotes & pure laicos quantum ad hoc quòd liceret quibuſdam pugnare & effundere ſanguinem: alijs autem non, ſed æqualiter licebat vtriſque. Cauſa eſt quia non fuerat ſacerdotibus & Leuitis vetitum a Deo effundere ſanguinem. Omnia autem quæ non ſunt vetita licent. Nam nunc ſacerdotibus noſtris non licet effundere ſanguinem, quia tã iura diuina quàm humana illud vetuerunt. cum dicat Apoſt. 1. ad Timo. 3. Oportet epiſcopum eſſe non percuſſorem, ideſt non effuſorẽ ſanguinis. Quod autem dicitur de epiſcopo intelligitur de omnibus conſtitutis in ſacro ordine. De iuribus humanis nota eſt prohibitio. Si autem non eſſet prohibitum liceret illis indifferenter ſicut laicis. Sed in veteri teſtamento non fuit vetitum ſacerdotibus & Leuitis effundere ſanguinẽ, ideo licebat illis.

Sed dicendum ꝙ quamuis liceret eis non fuit officium ipſorum ſicut laicorum, quia Deus elegit eos in aliud miniſterium, in quo ſibi deſeruirent loco totius populi. quod patet infra 3. & 18. cap. Ideo occupati in illo miniſterio non poterãt vacare alijs neceſſitatibus populi, quia etiam nec accipiebant partem terræ & poſſeſſionem cum eis infra 18. & Deut. 18. c. ſed loco poſſeſſionum habebant ſolum iura ſanctuarij Ioſue 13. cap. Quando tamen populus Iſrael pugnabat contra hoſtes, omnes ſacerdotes & Leuitæ quotquot poterant adiuuabant eos in bello, & interdum ipſi erant præcipui pugnatores & duces bellorum ſicut dicuntur de Machabæis. cum nihil in hoc magis liceret laico quàm ſacerdoti.

Cauſa autem vera quare Leuitæ fuerunt per ſe numerati non fuit quaſi laici nunc numerãtur ad bellum, & ideo illi nõ deberent cum eis numerari, quia vtrumque eſt falſum, quia etiã laici non fuerunt nũc numerati, vt irent ad bellum ſicut oſtendimus ſupra q. 15. ſed quia Deus voluit ordinare caſtrametationes ipſorum per deſertum. Et ad hoc & ad multa alia oportebat quamlibet tribum eſſe numeratam, & ꝙ omnium fieret vna ſumma, ideo non excluderentur Leuitæ ab hac numeratione propter iſtam cauſam etiam ſi non liceret illis pugnare. Sed Leuitæ non debuerunt computari cũ reliqua multitudine, quia non faciebant cũ eis vnum populum. Omnes enim duodecim tribus erant vnus populus & communicabant in omnibus, ſcilicet, diuiſerunt inter ſe totam terram & vacabant rebus pure ſecularibus: Leuitæ autem in nullo conueniebant cum populo, quia non accipiebant aliquam poſſeſſionem, nec partem terræ cum illis infra decimooctauo, & Deuteronomij decimooctauo. Etiam nõ habitabant ſimul ſicut quælibet alia tribus, ſed habitabãt diſperſi per totam terram Iſrael in quadraginta octo ciuitatibus quæ datæ ſunt eis a populo infra trigeſimoquinto, & Ioſue vigeſimoprimo. Etiam non colebant terram, vt inde ſuſtentarentur ſicut laici, ſed accipiebant ab illis reditus ſanctuarij qui erant eis in ſuſtẽtationem infra decimooctauo, & Ioſue decimotertio capitulo. Etiam miniſtrabant iſti ſoli in ſanctuario, & nulli de laicis licebat illuc accedere infra in litera, & infra tertio, & decimooctauo. Ideo cum eſſet tãta differentia Leui-

tarum, & aliarum tribuum non debuerunt poni sub F
vna numeratione, quia illi ponuntur sub vno numero qui ad aliquid commune pertinent, quod non erat Israelitis, & Leuitis.

Et istud patet, quia in litera exprimitur causa quare non numerarentur Leuitæ cum alijs cum dicitur. tribum Leui noli numerare neque ponas summam eorum cum filiis Israel, sed constitues eos super tabernaculum testimonii. quasi dicat ex hoc, quòd constituendi erant Leuitæ supra tabernaculum, non erant computandi cum aliis tribubus.

Secunda causa erat, quia Leuitæ computandi fuerunt per alium modum. Nam omnes qui ponuntur sub eadem summa numerãtur vno modo. sic fuit de duodecim tribubus, quia omnes viri computabantur ibi a viginti annis, & supra. vt patet supra in litera. Leuitæ tamen computati fuerunt ab vno mense, & supra. vt patet infra 3. cap. Ideo etiam si ipsi essent pure laici non possent computari cum alijs sub eadem summa, sed per se computarentur, sicut factum est.

Tertia causa fuit, quia Leuitæ, & laici distinguũtur quasi ex opposito. Nam fuerunt Leuitę oblati pro populo, & accepti a Deo loco primogenitorum. sed offerens, & oblatum condistinguuntur, & talia non connumerantur, ideo nõ debuerunt Leuitæ sub vna summa poni simul cum populo, sed per se numerari, sicut postea factum est.

Leuitæ autem in tribubus familiarum suarum: Idest, in familijs suis, vel in cognationibus familiarum. Nam non potest hic accipi tribus proprie, quia H
Leuitæ non dicuntur facere tribum. Solum enim sunt 12. tribus Israel, inter quas non numerantur Leuitæ, vt patet hic, & in multis aliis locis veteris testamenti. Et tamen adhuc dato, quòd Leuitæ facerent vnam tribum, sicut quilibet alius de filiis Iacob, tamen inter Leuitas non essent multæ tribus. Sed hic dicuntur Leuitæ habere tribus cognationum, ideo accipitur tribus pro aliqua ꝯgregatione sub tribu. Et isto modo inter Leuitas sunt multę tribus. vel accipitur tribus pro cognatione, & sic quot sunt cognationes inter Leuitas tot sunt tribus. Et quia cognationes principales Leuitarum sunt tres, s. Meraritarum: Gersonitarum, & Caathitarum, dicentur esse tres tribus in Leuitis. Et hoc significat hic litera dicens. in tribubus familiarum, idest in familiis, quæ sunt tribus, scilicet cognationes.

Non sunt numerati cum eis. Idest Leuitæ non fuerunt computati cum aliis Israelitis. quod patet ex superioribus, sed solum alii filii Iacob. Et nõ dicitur hic, quòd non computentur Leuitæ, sed quòd non computentur cum alijs Israelitis. Nam Leuitę computati sunt omnes ab vno mense, & supra. vt patet infra 3.c. Et tamen ista computatio non fuit cum computatione aliorum Israelitarum, nec summa Leuitarũ est pars istius magnę summę, scilicet sexcentorum trium millium quingentorum quinquaginta. K

Locutusque est dominus ad Moysen dicens. Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonii, & cuncta vasa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit deponent Leuitę tabernaculum, cum castra metãdum erigent. Quisquis externorum accesserit occidetur. Metabuntur autem castra filij Israel, vnusquisque per turmas, & cuneos atque exercitum suum. Porro Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorũ Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonii. Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi.

Locutusque est dominus. Secundum quosdam incipit hic capit. 2. & sic assignat Nicolaus, tamen secundum communem assignationem in Biblijs non incipit hic sed infra. Nam totum secundum cap. est de dispositione castrorum sub quatuor vexillis.

Tribum Leui noli numerare. Non vetat Deus Moysi numerare tribum Leui cum infra 3. c. iubeat numerare, sed vetat numerare cũ alijs tribubus propter causam supra positam. Non vocatur hic tribus Leui vna de tribubus Israel, quia tunc essent tresdecim tribus. Scriptura tamen nunquam posuit, nisi duodecim. Ideo quamquam aliquãdo dicamus Leuitas esse vnam tribum, non tamen debemus confiteri esse de tribubus Israel.

Nec ponas summam eorum cum filijs Israel. Hoc est quod supra dicebatur, scilicet, quòd quamquam Leuitæ computarentur, tñ nõ debebant computari cum alijs Israelitis, ita vt ex eis atque cæteris in vnum collatis efficeretur vna totalis summa, sed per se cõputati sunt Leuitæ. Et secundum, quòd factum est in ista numeratione, ita fuit factum in alia numeratione facta anno quadragesimo ab exitu de Aegypto. Nam computatis omnibus Israelitis in vnam summam, postea Leuitæ per se computati sunt.

Et constitue eos super tabernaculum testimonij. Hic ponitur causa quare non deberent numerari Leuitæ cum alijs Israelitis, s. quia ponendi erant super Sãctuarium, & conueniebat eis istud ministerium, ideo non poterant vacare bellicis operationibus, sicut alij qui computabantur inter filios Israel in summa superiori. Ista litera potest duobus modis intelligi. vno modo referendo ad omnes Leuitas, siue sacerdotes, siue non sacerdotes.

Et tunc est sensus, quòd Leuitæ constituebantur super Sanctuarium, idest sacerdotes qui erant partes Leuitarum constituebantur super Sanctuarium, scilicet ad facienda ministeria in tabernaculo testimonij.

Erant namque quatuor ministeria sacerdotum in tabernaculo, & Sanctuario. Prima ministratio, vt offerrent quotidie in mane, & in vespere, vt patet Exo. capitulo 30.

Secunda, vt disponerent lucernas quotidie in candelabro aureo, vt patet Exodi vigesimo septimo cap. & 30. & Leuitici vigesimo quarto capitulo.

Tertia ministratio erat in dispositionibus panibus propositionis, vt patet Leuitici vigesimo quarto capitu.

Quarta ministratio erat in sacrificijs in altari holocaustorum. Sacerdotes autem soli poterant ista facere, vt patet infra tertio capit. Ideo quantum ad hoc dicebantur cõstituti super tabernaculum testimonij. Etiam potest hoc intelligi referendo ad Leuitas, s. ꝙ erant super tabernaculum testimonij, idest, positi ad portandum ea quæ erant in tabernaculo testimonij, & in toto Sanctuario.

Alio

Alio modo potest intelligi litera ista, vt solum accipiatur hoc de Leuitis minoribus, & non de sacerdotibus. Et tunc est sensus ꝙ constituantur Leuitæ sup sanctuarium. i. constituatur officium eorum in portando ea, quæ pertinent ad sanctuarium. Et iste sensus secundus conuenientior est. Quod patet ex duobus. Primo quia dicitur hic. constitue super tabernaculum testimonij. Et sic videtur, ꝙ isti qui constitui debebant nondum erant cõstituti. sacerdotes tñ iam erant constituti super sanctuarium, quia ipsi consecrati fuerant in mense primo præcedenti, & in hoc acceperant potestatem ministrandi in sanctuario. Non erant igitur nouiter constituendi super sanctuarium. Alij aũt Leuitæ nondũ fuerant cõstituti super opera sanctuarij: qm̃ officia eorum distincta sunt infra 3. ca. & consecratio eorum facta fuit post hoc, vt patet infra 8. cap. Nam in Leuitis ita fiebat consecratio, sicut in sacerdotibus, tñ non obseruabatur idem ritus, sed facilius fiebat, vt patet 2. Paralip. 29. cap. De his ergo conuenienter dicitur, ꝙ cõstituerentur super sanctuario. A

Item secundo qm̃ omnia opera, quæ hic ponũtur pertinent ad Leuitas simplices. s. portare sanctuariũ, & oĩa vasa eius, & erigere atque deponere. nihil tamẽ horum pertinebat ad sacerdotes. Dicendum ergo ꝙ intelligebãt hoc de solis Leuitis, q nõ erãt sacerdotes. Nã de sacerdotibus dubiũ nullũ erat, ꝙ nõ cõputarẽtur inter Israelitas, qa erãt assignati ad ministrationes in sanctuario. De Leuitis aũt. i. simplicibus erat dubium, an computari deberent cum Israelitis, quia illi nondum fuerant mancipati alicui officio sanctuarij. de eis ergo intelligitur.

Officia simpliciũ Leuitarũ tria erant.

Cuncta vasa eius, & quidquid ad cæremonias pertinet ipsi portabunt. In hoc designantur officia simplicium Leuitarum. Et ponuntur hic tres ministrationes eorum quas solum habebant. s. excubare in circuitu tabernaculi, ita ꝙ nullus accederet ad sanctuarium nisi ipsi. Secundum officium erat, ꝙ qñ castra mouẽda essent deponerent tabernaculum, & qñ figenda forent erigerent illud. Tertium officium erat, vt ipsi portarent de loco ad locum totum sanctuarium & vasa eius. De his tribus ministrationibus proprijs Leuitarum habet. j. 3. & 4. c. & ibi magis dicetur. Prima aũt ministratio tangitur hic quam nos tertiam vocauimus, & est in portando sanctuarium, & vasa eius. C

Pro hoc sciẽdum, ꝙ sanctuariũ & oĩa q̃ erant in eo diuidebantur in tres partes, & portabantur a tribus familijs Leuitarũ. s. Caathitis, Meraritis, & Gersonitis. Nã eorũ quæ erant in sanctuario quædã erant partes sanctuarij componentes ipsum: alia aũt erant vasa & vtensilia eius, & non partes. Ista secunda erant arca fęderis & altare thymiamatum, mensa propositionis, Candelabrum aureum, Altare holocaustorum, & labium Aeneum, in quo lauabantur sacerdotes. Singula autem hæc cum vasis suis, & omnia ista fuerũt tradita Caathitis ad portandum, vt patet infra 3. cap. De modo autem portationis horum habetur infra 4. ca. Eorum autem, quæ erant partes sanctuarij quædam erant duræ, & aliæ molles. Duræ erant tabulæ, cum vectibus & columnis, atque basibus & capitellis. & ista portabantur a Gersonitis, vt patet infra 3. & 4. Aliæ erant partes molles sanctuarij. s. cortinæ, & saga, & pelles rubricatæ, atque hyacinthinæ, & vela atque tentoria. Hæc autem tradebantur Meraritis ad portandum. Sed differebant isti, quia Caathitæ portabãt super humeros onera sua: Meraritæ autem & Gersonitæ super plaustra, vt patet infra 7. cap. Ista designantur hic cum dicitur. D

Tractatus eorum q̃ erant in sãctuario.

Cuncta vasa eius. Per hoc signantur principalia vtensilia sanctuarij. s. Arca & altare thymiamatis & candelabrum atque mẽsa propositionis & labium æneum ad lauandum. *Et quidquid ad cæremonias pertinet*. Per hoc designantur minus principalia vasa sanctuarij. & dicuntur pertinere ad cęremonias, idest ad ministrationes quæ fiebant in istis vasis principalibus. omnis namque cultus Dei exterior cæremonia vocatur. Et quia vasa minora erant ad cultum Dei subministrando in vasis maioribus, dicebantur pertinere ad cæremonias.

De sex vasis principalibus sanctuarij. & eorum differentia in sanctuario. Quæst. XXVI.

IN quo sciendum quòd vasa principalia sanctuarij supra nominata cum erant in sanctuario non mouebantur. erant autem alia vasa minora, & ista mouebantur, quia fiebant cæremoniæ in eis: & hoc super vasa maiora. B

Primum autem de maioribus vasis vel vtensilibus erat arca fęderis. Hæc autem non habebat aliqua vasa parua in quibus ministraretur super arcam. Nam nunquam fiebat aliqua ministratio super eam, sed solum in die propitiationis ingrediebatur sacerdos magnus in sancta sanctorum, & aspergebat sanguinem cõtra arcam & propitiatorium, super eam tamen nihil ministrabat, vt patet Leui. 16. & ad Hebr. 9. cap.

Erat secundum vas principale altare thymiamatũ, & super illud fiebat quotidie ministratio offerendo thymiama, vt patet Exo. 30. cap. Istud altare habebat vasa pertinentia ad cæremonias eius, s. thuribula, in quibus ferebantur prunæ de altari holocaustorum, & superponebatur thymiama. Ista vasa vocantur alio nomine ignium receptacula, & erant cum vasis altaris holocaustorum, vt patet Exo. 27. cap. C

Tertium vas principale erat candelabrum aureũ, & in isto ministrabatur quotidie disponẽdo lucernas vt patet Exo. 27. & 30. c. Habebat autem vasa minora ad ministrationem suam, s. emũctoria & vasa in quibus extinguebantur ea, quæ emuncta erant, vt patet Exo. 35. c. Habebat etiã duo vasa olei pẽdẽtia in duobus rostris, & in his erat oleum, atque vocantur infusoria, vt patet Zach. c. 4. Quartum vas principale erat mensa propositionis, & in hac fiebat ministratio per singula sabbata, ita vt ponerentur panes recentes & tollerẽtur duri, vt habetur Leui. 24. & 1. Reg. 21. cap. Habebat autem ista mensa vasa minora ad suas cęremonias, s. acceptabula, & phialas, & thuribula, & cyathos, vt patet Exo. 25. c. Quintum vas principale erat altare holocaustorum in quo quotidie fiebant sacrificia. Habebat autem vasa ad cæremonias suas, s. lebetes ad susciendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula, vt patet Exo. 27. c. Sextum vas principale sanctuarij erat labiũ æneum, & in isto fiebat quotidiana ministratio, quia lauabantur ibi sacerdotes quandocunque deberent ministrare, vt patet Exo. cap. 30. Istud non habebat aliqua vasa ad cæremonias suas, sed solum basim, quæ secũdum quosdam erat pars sua, secundum alios minime. de cuius fabricatione dictum est Exo. 30. cap. Omnia autẽ ista vasa, siue principalia, siue minora pertinentia ad cęremonias maiorum portabant Leuitæ. *Ipsi portabunt*. Istud verbum potest referri ad præcedentia vel subsequẽtia. Si referatur ad præcedentia, s. ad vasa & oĩa quæ pertinẽt ad cæremonias, intelligitur ista portatio solũ quãtũ ad Caathitas, qa ipsis cõueniebat hoc vt patet ex supra dictis. Si aũt referat ad tabernaculũ quod infra ponitur, isti portantes sunt Gersonitæ & Meraritæ, quia ad eos hoc pertinebat, vt patet ex prędictis. *Tabernaculum & omnia vtensilia eius*. Hic ponit aliud qđ portabant Leuitæ, s. tabernaculũ. E Quid sit tabernaculum.

lum accipitur hic tabernaculum pro domo illa constructa ex tabulis in tribus lateribus suis, & operta cortinis, sagis, & pellibus rubricatis atque hyacinthinis, quę proprie vocatur tabernaculum, vt patet ex discursu duorum librorum pręcedentium. sed vocatur tabernaculum totum Sanctuarium. Nam tabernaculũ multipliciter accipitur, sicut declaratum est Leuitici 16.ca. Istud tabernaculum portabatur a Leuitis: nam quando castra mouenda erant nube recedente de super tabernaculum, vt patet Exod.40.c.& infra 9.c. veniebant Meraritæ, & tollebant omnia operimenta Sãctuarii, siue de pellibus, siue de filo, & manebant solæ tabulæ, & columnæ cum vasis, & capitellis, & tũc veniebant Gersonitæ, & ferebant hæc, prius tamen Caathitę ferebant onera sua. de quo latius dictum est Iosue cap.3.

Quid ĩtelligitur per vtensilia.

Et omnia vtensilia eius. Possunt accipi vtensilia eius dupliciter. Vno modo proprie pro aliquo vase in quo aliquid ministratur. Et sic dicuntur vtensilia ab vtendo, quia eis vtimur in ministrationibus.

Alio modo accipiũtur vtensilia pro partibus ipsius Sanctuarii, sicut erant operimenta vel columnæ. Accipiẽdo primo modo erit hic repetitio eiusdem, quia non est aliquod vtensile in Sanctuario, nisi illa vasa de quibus supra dicebatur, & pertinebant ad Caathitas. [illegible]cipiendo secundo modo vtensilia dicuntur esse coincidentia cum tabern[illegible]ulo, quia sunt partes tabernaculi, & portatio horum pertinebat ad Gersonitas, & Meraritas.

Et erunt in ministerio ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Hic ponitur alterum officium Leuitarum, s. quòd figerent castra sua in circuitu Sanctuarij ad hoc, quòd excubarent ibi, quia non licebat Israelitis accedere il[illegible]c. & dicitur hic, quòd erunt in ministerio. per hoc non intelligitur aliquid defectum ab eis quæ infra ponuntur, s. a portatione Sanctuarii, & despositione atque erectione, quia non erant alia ministeria Leuitarum præter hęc. Et ista copulatiua ac. non ponitur hic copulatiue, sed expositiue, scilicet p[illegible] scilicet, vel idest. Et est sensus, quòd erunt in ministerio ac metabũtur per gyrum tabernaculi, s. quòd erunt in ministe[illegible], quod mini[illegible]rium est metari per circuitum tabernaculi.

Sed aliquis obijciet, quòd Leuitæ habebant alia ministeria, s. quòd quidam erant ianitores Sanctuarij.

Alij vero erant cantores. Alij autem prȩerant sacrificijs quæ fiebant in sartagine, & craticula, vt patet 2. Paralip.c.25.& 26.

Respondendum est hic non posse intelligi aliqua ministeria prȩter ea quæ explicantur in litera. Diuisiones autem cantorum, & ianitorum, & præsidentium super sacrificia sartaginis, & craticulæ non fuerunt factæ tempore Moysi, sed postea Dauid ordinauit hæc cum toto Israel, & sacerdotibus atque Leuitis, vt patet 1. Paralip.23.& vsque ad 27.c.

Videĩ q̃to honore e- ra[illegible] s[illegible]ãctuarium.

Ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Idest Leuitæ figent tentoria sua in circuitu tabernaculi. Hoc autem fiebat, vt non accederent alij Israelitæ ad manendum circa Sanctuarium propter reuerentiam Sanctuarij, & si aliquis accederet occidebatur, vt patet infra in litera. Accipitur autem hic tabernaculum pro toto Sãctuario, sicut supra dictũ est. Alioquin necesse erat, [illegible]od Leuitæ essent intra atrium tabernaculi figentes tentoria sua in circ[illegible]itu tabernaculi. Hoc tamen falsum est, quia tunc intra Sanctuarium essent fixa castra, & e[illegible]nt ibi sordes Israelitarum. quod falsum est.

Sed dicẽdum est, quòd erant castrametationes Leuitarum in circuitu atrij in parte exteriori, & ibi arcebant omnes Israelitas ne accederent ad Sanctuarium. Et in ista castrametatione, erat inter Leuitas differen- F tia. Nam sacerdotes, & Moyses castrametabantur ad ostium atrij tabernaculi. Alij autem Leuitæ erant ad tria latera, s. ad occidentem, & Meridiem, & aquilonem. Nam Gersonitæ castrametabantur ad partem occidentalem Sanctuarij, Meraritæ autem ad partem Aquilonis, Caathitæ vero ad partem Meridianam, vt patet infra 3.cap. Et sic erant distincta castra Leuitarũ in quatuor partes, sicut castrum Israelitarum sub quatuor vexillis de quibus dicitur sequenti capi. Et ponitur hic istud verbum metari. In quo considerandum est, quòd aliquando declinatur istud verbum metor metaris per se. Et tunc significat situare, vel ponere. & tunc dicitur castra metari, idest castra ponere, & sunt duæ dictiones. Alio modo declinatur simul, s. castrametor castrametaris, & tamen communiter declinatur, quòd metor sit per se vnum verbum significans figere, vel ponere, vel situare.

Metari significat.

G

Cum proficiscendum fuerit deponent Leuitæ tabernaculum. Hic ponitur aliud officium Leuitarum, s. depositio, & erectio tabernaculi. Nam in hoc nihil agebant sacerdotes, sed solum quãdo erat recedendum de loco introibant in Sanctuarium, & velabant Arcam, & cętera vasa palliis suis, & deinde int[illegible]bãt Caathitę, & portabant ea sic velata, quia non licebat Leuitis illa videre nuda, vt patet infra 4.cap. Gersonitæ autem, & Meraritæ deponebant tabernaculum, s. quòd Meraritæ tollebant primo cortinas, & omnia operimenta, Gersonitę autem portabãt tabulas, & columnas ac bases, & sic nihil manebat de tabernaculo.

H *Cum castra metanda erigent*, Idest quando castra metãda fuerint, idest situanda ipsi erigent, idest erigent tabernaculũ, quia tunc Gersonitæ ponebant tabulas, & columnas. Meraritę autem appendebant cortinas, & cętera operimenta. Et sic erat factum tabernaculum, & totum Sanctuarium.

Qui dicitur extranei.

Quisquis externorum accesserit occidetur. Idest si aliquis de extraneis qui non sit Leuita accesserit ad ministrãdum in his, scilicet, quia vult castrametari in circuitu Sanctuarij, vel vult adiuuare ad deponendum, vel ad erigendum tabernaculum, morietur.

I Dicitur autem hoc de extraneis. in quo sciendum, quòd extranei, vel alienigenę dicuntur tripliciter. Vno modo omnes gentiles, vel conuersi ad Iudaismum respectu Iudæorum sic patet Exo.12.c.& Leuitici 25.

Alio modo dicuntur omnes populares in comparatione ad Leuitas extranei. Et sic dicitur hic, ꝙ siquis externorum accesserit, s. de illis qui non sunt Leuitæ. Tertio modo vocantur extranei, vel alienigenę omnes qui non sunt sacerdotes respectu sacerdotum. Et sic dicitur infra 3. Aaron autem, & filios eius constitues super cultum sacerdotii, externus qui ad ministrandum accesserit morietur. ibi enim etiam Leuitę vocantur extranei. Et dicitur hic, quòd occidetur accedens. Inquo notatur differentia, quoniam aliquando ponitur occidatur, & aliquando occidetur. Cũ autem ponitur occidatur pertinet ad imperium. & tunc est sensus, q[illegible] ilis deberet mori mãdato iudicũ. Aliqñ aũt dr̃ occidetur. & tunc non est sensus, ꝙ occideretur mãdato iudicũ sed D[illegible] punitione, sicu[illegible] sepe dr̃ in Leuitico de peccantib[illegible], ꝙ siqs talia, ve[illegible]a fecerit peribit aĩa eius de pop[illegible]lo suo. Ista tñ dr̃a non obseruat semper, quia aliqñ ponitur occidetur, & tñ pertinet poenæ determinatio, & inflictio ad iudices, sicut patet in pręcepto de obseruatione sabbati. Dicitur enim, quod qui fecerit opus in sabbato occidetur, vt patet Exodi 31.& trigesimoquinto c. De hoc autem, quod hic dicitur intelligendum est, quòd illi qui accedebãt ad ministrandũ cum Leuitis, aut admonebãtur, vt desisterent, aut nõ. Si non admonebantur, & nõ desistebant

K

Differẽtia q̃ fit inter occidatur & occidetur in cõminationibus Dei ĩ lege veteri.

bant poena non pertinebat ad iudices, sed ad Deum. Si verò iste qui ministrabat desistere nollet admonitus, tamquam violator legis per superbiam occidebatur mandato iudicum, si esset persona cui iudices imperare possent, quod dicitur propter regem Oziam, quia ille nõ habebat aliquem superiorem cum esset rex. Et ideo quamquam admonitus fuisset a sacerdotibus, vt desisteret a ministrando, noluit desistere: iõ Deus percussit eum lepra, nec inflicta est aliqua poena per iudices cum solum Deum habet vltorem patet 2. Paralip.26.cap.

Quomodo extraneus, qui accederet ad Sanctuarium occideretur. Et quòd aliquæ res sanctificabant tangentes, sed aliquæ non. Et quòd nihil erat in Sanctuario sanctius Arca. Quæst. XXVII.

Aliqvis quæret quomodo dicitur hic, ꝙ extraneus, qui accederet ad Sanctuariũ occideretur, quia videtur ꝙ accedendo ad rem sacram incidebat quis in mortem. Et tamen est inconueniens, quia potius tangendo rem sacram debet quis sãctificari, cum ista sit dignitas rei sacræ, ꝙ non solum ipsa sit sancta, sed etiam alias appropinquantes sanctificet, sic patet Leui.6. s. Quicqd tetigerit carnes eius, i. sacrificium sãctificabitur, idest sanctum efficietur: hic autem est è contrario.

C Dicendum ꝙ in veteri testamento erant quædam res sanctæ, quæ sanctificabant contingentes se: aliæ autem erant sanctæ, sed nõ sanctificabant. De primis patet, vt de carnibus, & sanguine sacrificiorum. De secundis patet, vt de toto Sanctuario, & generaliter de omnibus vasis eius. Et patet hoc, qa solum Leui. 6. inuenitur de carnibus, & sãguine sacrificiorum, ꝙ sanctificarent res contingentes se: de nullo autẽ alio quantumcunque sacro inuenitur, ꝙ sanctificaret cõtingentem. Nam nihil erat sanctius in toto Sanctuario, quàm arca fęderis, & tamẽ illa non sanctificabat tangentes se. Causa differentiæ est, quia nullum de sacris in veteri testamento sanctificabat aliquid per solum contactum, sed per præsentiam, & inexistẽtiam suam, quando ipsum nõ separabatur a re, in qua erat. Cum autem separaretur cessabat res illa esse sanctificata. Ex quo sequitur, ꝙ illę res sanctę, quę erãt durę, & asperę, vel siccę, & molles, ita ꝙ nulla pars earũ adhęreret tangenti, non poterant sanctificare tangẽtem. Illę vero res sacrę, quę essent molles, & humidę, de quibus faciliter separarẽtur aliquę partes, quę adhęrerent tangenti, & manerent cum ipso, sanctificabant tangentem.

De primo patet, vt in toto Sanctuario, & in omnibus partibus, & vasis eius, quia omnino erãt dura, aut saltem sicca, quod dicimus propter operimenta, quorum quædam erant mollia, & tamen erant sicca, durorum tamen, aut siccorũ nulla pars adhęret tangẽti. Ideo licet arca foederis esset vas sanctissimum totius Sanctuarij, quia tamen erat durum, & nulla pars eius poterat adhęrere tangenti, non sanctifica[illegible]at tãgens.

De secundo patet, in carnibus & sanguine sacrificiorum. Nam sanguis est hum[illegible]s, & fluens; & faciliter adhæret [illegible]bet rei, & infunditur ei, vt patet in veste, quæ aspergit sanguine. De carnibus sacrificiorum patet, quia illæ erant coctę, si essent partes illæ, q̃ proueniebant sacerdoti, & offerentibus, vt innuitur. 1. Reg.2. Et de his propter suam teneritudinẽ, & humorem viscosum sibi inexistentem, poterat inhęrere pars aliqua tangenti in carne hoĩs, aut in veste eius, & in talibus, quia manebãt actualiter ipsę partes rerum sacrarum. s. partes sanguinis aut carnium, dicebantur res sic ꝯtingentes sanctificatę, & quia non inueniunt

A nunc res sacrę alię huiusmodi, idest humidę, & adhęsibiles, erant istæ solę per quarum contactum sanctificabat tangens, siue esset homo, siue vas, siue vestes, siue quodlibet alterum, sic dicitur Leui.6. Quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur. Ista sanctificatio non manebat in rebus illis, nisi quamdiu adhærerent illis actualiter aliquæ partes rerum sacrarum: ablatis autem illis cessabat sanctificatio. Ideo si homo contingeret sanguinem, vel carnes sacras, cũ aliqua parte corporis sui nuda, lauabat & defricabat partem illam in aquis quousque nihil ibi maneret de carnibus, aut sanguine sacro, & tunc cessabat pars illa corporis esse

B sanctificata. Sed illa defricatio non fiebat in quolibet loco, sed solum in Sanctuario, quia in aqua illa videbatur mansisse pars illa carnis, aut sanguinis sacri, qui prius adhęserat corpori: ideo propter venerationem eius, debebat aqua illius lotionis fundi in Sãctuario. Si autem vestis aspergeretur sanguine sacro, aut contingeret carnes, lauabatur in Sanctuario, & tunc desinebat esse sanctificata, sed aqua lotionis fundebatur in Sanctuario sicut dictum est. Et quia istę carnes sacrę coquebantur in vasis aliquibus, sanctificabantur illa vasa, quia necesse erat adhęrere aliquid grossum, aut subtile illis viscosum de carnibus, & quãdiu illud haberent erant [illegible]cta. Sed aut illa vasa erant fict[illegible], aut æneа. Si fictilia, frange[illegible]antur ad hoc, ꝙ non possent postea seruire vsibus prophanis. Si autem erant

C ęnea, non confringebantur, sed lauabãtur, & defricabantur fortiter in Sanctuario. De hoc patet Leui.6.[illegible] Quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto: vas autem fictile, in quo cocta est confringetur. Quòd si vas ęneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.

Considerandum tamen, ꝙ istud erat verum de tactu principali, sed non de secundario, quia tunc non sanctificaretur res contingens. Vt siquis cũ veste sua tangeret carnes [illegible]acras, & adhęreret vesti aliqua pars carnium, sanctifi[illegible]abatur vestis, & tamen si postea illa vestis adhuc habens partem carnium sacrarum con-

D tingeret alias res, non sanctificabat e[illegible] sic patet Aggęi.2.c.s. Hæc dicit Dominus exercituum. interroga sacerdotes legem. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respõdentes sacerdotes dixerunt non. Et istud ponitur ibi pro vero. s. quia erat secundarius contactus.

Nunc respondendum est ad id, quod petebatur, & dicetur, ꝙ quędam sacra sanctificabãt. s. quia poterãt inhęrere tangentibus, sed tabernaculum, & vasa eius, nullum tangentem sanctificabant. Et ideo siue Leuitę, siue extranei contingerent ista, non poterãt sanctificari per contactum.

Cur extraneus accedens ad Sanctuariũ occidebatur.

E Sed cum dicitur, quare occidebatur extraneus accedens ad Sanctuarium? Dicendum ꝙ non fiebat, qa tangebat rem sacram, sed quia per superbiã faciebat contra prohibitionem Dei, vsurpando sibi aliena. Nam nemo debet indifferenter sibi assumere honorem, sed qui vocatur a Deo sicut Aaron. Ad Hebrę. 5. Nam si cõtactus rerum sacrarum, eo ꝙ sacra sunt, faceret quem dignum morte, non solũ extranei, se[illegible] etiam Leuitæ tangentes morerent. quod falsum est. Et hoc quia pertinebat ad officium istorum illa tangere. De hoc dicit August. Quęrendum est, [illegible]omodo dixerit in Leuitico, qui tetigerit sanctum sanctificabitur, cum hic dicat, alienigena q tetigerit moriet, volens intelligi eos, qui non essent de Tribu Leui. an forte hic tetigerit ad obsequium dicitur seruitutis, quod a solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit.

Sed

Sed cõsiderandum, q̃ vbi litera nostra dicit extern- F
nus, qui accesserit: dicit litera secundum Augu. alienigena: ideo ipse perit, quomodo hoc possit stare, & dicit, q̃ accipitur improprie, qa alienigena in Iudeis, dicitur respectu aliarum gentium, quæ non erant Israelitæ, laici tamen respectu Leuitarum non dicũtur proprie alienigenę. Concedendum est a nobis: ideo Biblia illa, quæ est secundum Augu. improprie dixit. Sed nostra, quæ est secundum translationem Hiero. proprie habet, quia nõ dicit alienigena, sed externus, scilicet, quisquis externorũ accesserit occidetur. Sic etiam infra 3. cap. vbi habetur eadem sententia, dicit. Externus qui ad ministrandum accesserit morietur. *Metabuntur autem castra filij Israel.* Hic agitur de fixione castrorum: nam Israelitæ processuri erant per desertum: ideo Deus dabat eis leges castrametationis, tã pro Leuitis, quàm pro alijs Israelitis. Nam posset insurgere contentio de castrametatione, tam in populatibus, quàm in Leuitis, nisi vtrisque, puisum esset. Quod autem dicitur hic filij Israel metabũtur castra, intelligitur de solis popularibus, qui vocantur filij Israel. De Leuitis autem infra ponitur regula, cum dicitur. Porro Leuitæ per gyrum Sanctuarij figent tentoria. dicitur hic metabuntur castra, idest figẽt, vel fixabunt castra sua. Et significat hic castrum multitudinem hominum dispositorum ad bellum, secundũ q̃ manent in suis tentoriis, & vt melius dicamus multę tentoriũ simul vocantur castra. *Vnusquisque per turmas, & cuneos, atque exercitum suum.* Idest populares ponent sua tentoria in multitudinibus suis, vbi sunt loca eis assignata. H

Et ponuntur hic tria nomina. s. turma, & cuneus, & exercitus: ad significandum diuersitatem multitudinum. Nam turma quamquam significet proprie multitudinem. 30. virorum: tamen hic accipitur pro magna multitudine, vt pro vna multitudine tribus. Velut si diceretur, q̃ Israelitæ figerent tẽtoria sua singuli in tribubus suis. Turma qd sit.

Cuneus significat multitudinem non magnam. Et dicẽt esse vnus cuneus, multitudo vnius familiæ, vel vnius domus. Nam sicut in bello vadunt dispositæ acies per diuersas multitudines, quæ vocantur cunei; ita in istis castrametationibus, ponebãtur distinctę multitudines, s. q̃ in qualibet Tribu ponebantur familię distinctæ, & in qualibet familia recipiebat domus loca diuersa. Et quantum ad hoc dicebantur esse cunei. Et erit sensus, q̃ quilibet Israelita nõ solum castrametetur in turma sua, idest in Tribu, sed etiam in cuneo suo, idest in familia, vel domo, quia q̃ erant de vna familia non poterant accipere locum ad castrametandũ inter eos, qui erant de alia familia; quãquam vtrique essent de eadem Tribu. Dicuntur autem castrametari singuli p exercitus suos, quia quælibet harum multitudinum vocabatur exercitus, ex eo q̃ erant disposita in modum exercitus. *Porro Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria.* Hic ponitur de castrametatione Leuitarum, quia sicut populares habebant inter se suas leges ad castrametandum; ita & Leuitæ habere debuerunt ne esset inter eos contentio. Et assignatur hic locus castrametationis eorum, s. apud Sanctuarium, quod dicitur hic per gyrum tabernaculi; ita q̃ inter eos, & Sanctuarium non erant alij medij, sed ipsi erant tantum custodes Sanctuarij. Et per hoc quod dicitur hic de Leuitis, intelligendũ est etiam de sacerdotibus: omnes enim Leuitę sunt. Nam ipsi castrametabãtur in circuitu Sanctuarij, sicut alij Leuitę: immo in parte nobiliori, s. ad partem Orientalem in ostio atrij, vt patet infra 3. cap. Et non ponitur hic modus castrametationis sacerdotum, & Leuitarum, quia iste habetur infra 3. cap. sed solũ ponitur locus, scilicet, quòd castrametarentur in circuitu tabernaculi. Et hoc ponitur ad differentiam popularium, qui non poterant castrametari apud sanctuarium. I cuneus significat.

Ne fiat indignatio super multitudine filiorum Israel. Subditur causa huius mandati, scilicet, quia si Leuitę non castrametarentur in circuitu tabernaculi, Israelitæ accederent ad figendum ibi castra sua, & tunc oriret indignatio Dei super populum.

Causa huius est, quia Deus volebat haberi in magna reuerentia sanctuarium suum. Si autem cuilibet liceret accedere ad sanctuarium non haberetur in reuerentia, sed esset contemptibile. Deus autem volebat, vt homines cum timore accederent ad illud, vt patet Leuitic. capitulo vigesimosexto, cum dicitur. Custodite sabbata mea, & pauete ad sanctuariũ meũ. Ob hoc igitur voluit, q̃ solum liceret Leuitis accedere ad sanctuarium, & sic alii reuererentur. G

Alio modo dici potest, quòd Deus nolebat accedere aliquos ad sanctuarium, nisi Leuitas, quantum ad ministrationem, & custodiam, quia alii erant indigni. Nam in adoratione vituli omnes peccauerunt præter Leuitas. Ipsi autem exercuerunt vltionem in cęteros, vt patet Exod. capitulo trigesimosecundo. Et tunc elegit Deus Leuitas in ministros suos, vt aliqualiter colligitur, eodem capitulo, & ibi declaratum est. Et ista fuit causa, quare Deus voluit accipere primogenitos Israelitarum in sacerdotes, cum a principio primogeniti fungebantur sacerdotio, sed loco eorum iussit separari Leuitas, vt patet infra tertio capitulo. Si igitur Israelitę, vel aliqui eorum accederent ad ministrandum, sicut Leuitę, vel ad figendum tentoria in loco Leuitarum, oriretur indignatio Dei super multitudinem. Nam si tota multitudo peccaret, rationabile erat super eam totam oriri indignationẽ Dei, scilicet pœnam aliquam. Si autem aliqui de multitudine errarent in hoc, & non omnes: non puniretur tota multitudo, sed illi solum, nisi forte tota multitudo consentiens esset, quòd isti accederent ad locũ prohibitum.

Et excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. i. erunt custodes vigilantes pro tabernaculo testimonii, scilicet, quòd ideo Leuitæ castrametabantur apud sanctuarium, vt vigilarent, ne aliquis de popularibus auderet accedere ad tabernaculum testimonii. Si quis autem accederet, tam ipsi Leuitæ custodes, quam populares accedentes, mortis rei erant, nisi forte populares prævaluissent contra Leuitas: tunc enim totum scelus ingrauabatur super populares. Secus autem si p negligentiam, vel consensum populi tium hoc fieret. Nam tunc vtrorumque pœna erat. I

Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi. Hic ponitur completio prędictorum, scilicet, quòd omnia fecerunt Israelitę, vt iusserat dominus. Hoc autem non potest referri, nisi ad separationem castrorum a sanctuario. Hoc enim pertinebat ad Israelitas. Non potest hoc intelligi de numeratione, quia illam non fecerunt filii Israel, sed solum Moyses, & Aaron, adiunctis principibus. Etiam non potest referri ad separationem Israelitarum a populo, & castrametationem circa sanctuarium. Nam hoc non fecerunt Israelitæ, sed Leuitæ solum: ergo refertur ad castrametationem Israelitarum per turmas suas. Nisi forte accipiantur hic filii pro omnibus; tam Leuitis, quàm popularibus, quia tunc omnia supradicta fecerunt filii Israel, cum etiam ipse Moyses dicatur hoc modo filius Israel. K

CAP.

CAP. II.

HOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen, & Aaron dicens. Singuli per turmas signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fęderis.

Summa eorũ quæ hic continentur.

LOCVTVSQVE. In superioribus agebatur de Israelitarum numeratione. Hic agitur de eorum castrametatione. Nam ad bellum procedentiũ iste est ordo, vt sciatur primo quot sunt bellatores, & qui sunt, & sub quibus principibus sunt. Secundo, vt sciatur qualiter ordinari debent in aciebus suis, & castrorum fixione. Ideo postquam supra dictum est de numero bellatorum. hic dicitur de castrametatione eorum. Erat autem duplex ordo Israelitarum. s. in procedendo, & in quiescendo. De ordine procedendi habetur infra 10. cap. De modo manendi habet hic. Et diuiditur in duas partes; quia primo ponitur præceptum de castrametãdo. Secũdo apponitur eius executio infra. *Feceruntque filij Israel.* Prima in duas: quia primo ponitur præceptum in generali: deinde in speciali. Secunda ibi. *Ad Orientem.* Ista secunda in quatuor, secundum q̃ ponuntur quatuor loca castrametationum per quatuor vexilla. Secunda ibi. *In castris filiorum Ruben.* Tertia ibi. *Ad Occidentalem plagam.* Quarta ibi. *Ad Aquilonis partem.* Circa primum. *Locutusque est Dominus ad Moysen.* Hic ponitur de locutione Dei facta pro castrametatione. A B C

An ista locutio fuerit facta post præcedentem immediate. Quæst. I.

IN qua quæret aliquis, an fuerit facta ista locutio post illam, quæ habetur præcedenti cap. immediate, vel fuerit aliqua interpolatio. Nam nemo potest dicere, q̃ ea quæ habentur in toto isto libro fuerint dicta simul, vel facta. Nam quędam dicta & facta sunt in secũdo anno egressionis de Aegypto: alia vero anno 40. sicut declaratum fuit præcedenti cap. Nam ea quæ habentur vsque ad 20. cap. pertinẽt ad annum secundum: quæ autem habentur a 20. cap. vsque ad finem, pertinent ad 40. annum. Ideo interpolationes fiunt inter ea, quę in hoc libro habentur. D

Sed dicendum est, q̃ quamquam velimus ponere interpolationem inter ea quæ habentur hic, & quæ habentur præcedẽti cap. non potest esse interpolatio nisi dierum 20. Nam a die quo incepta sunt ea, quæ habentur in principio huius libri, vsque ad diem quo expleta sunt ea, quæ habẽtur infra 10. transierunt solum dies 20. quia die primo mensis secundi incepta sunt hęc, vt patet præcedenti cap. & finita sunt die 20. vt patet infra cap. 10. E

Dicendum tamen est, q̃ inter ea, quę habentur hic, & præcedenti cap. non fuit vlla interpolatio, sed sub eadem prolatione dicta sunt. Quia principium eorũ, quę hic habentur, positum fuit præcedẽti cap. s. quòd Israelitæ castrametarentur per turmas: hic autem ponitur modus eius. Non tamẽ est vlla venus rationabile, q̃ præceptum in generali daretur vna vice, & altera præceptum in speciali: quoniam tunc per primum præceptum, quod erat in generali, nihil intelligeret. Nam in moralibus, sermones vniuersales sũt minus vtiles, iuxta Arist. 2. Ethi. Dicẽdum ergo est, quòd illa quæ habentur supra de castrametatione, & quæ habentur hic, simul dicta sunt: fuit facta tamen ista interpositio, tamquam vnus articulus, eo q̃ hic dicitur in speciali, quod supra ponebatur in generali. *Ad Moysen, & Aaron.*

Quando Deus loquebatur Moysi & Aaron simul, & quæ erat causa. Et in quo maior erat Aaron quàm Moyses. Nec ille habuit vllam potestatem in negocijs populi. Quæst. II.

HIc fuit facta locutio ad hos duos. Raro tamẽ fiebat locutio, nisi ad Moysen solum, vt patet ex discursu omnium quatuor librorum Pentateuchi. Quando tũ Deus loquitur Moysi, & Aaron simul, interdum apparet ratio quare hoc fiat: interdum autem nequaquam. Nam aliquando ea, quæ Deus dicit, pertinẽt valde ad Aaron, siue inquãtum est sacerdos magnus, siue inquantum persona priuata; & q̃ tunc Deus loquatur Moysi & Aaron, rationabile valde est. Nam interdũ soli Aaron loquitur, sicut patet Leui. 10. cap. quando dixit ei, ne sacerdotes biberent vinum tempore ministrationis suæ.

Quare tamẽ Deus hic locutus fuerit Moysi & Aaron simul, non videtur esse ratio. Nam istud nõ pertinebat ad ministerium Aaron, inquãtum sacerdos, scilicet, quòd numerarẽt Israelitę singuli in castris suis, & figerent tentoria in locis conuenientibus sibi. Hoc enim neque inquantũ sacerdos erat, neque persona priuata conueniebat ei, sed magis hoc ptinebat ad directionem populi, de qua nihil ad Aaron, sed ad solum Moysen. In quo intelligendum est, q̃ quantũ ad ea, quæ pertinebant ad sacerdotium, & cultũ Dei, in sacrificijs & similibus, maior erat Aaron, q̃ Moyses. Nam Aaron erat summus sacerdos; Moyses vero simplex Leuita, neque habebat potestatem vllam faciendi sacrificia, vel accedendi ad altare, sicut nec alij Leuitæ.

Nec valet si quis dicat, q̃ ipse fecerit omnia sacrificia tempore consecrationis sacerdotum. Nam tunc ex necessitate factum est, cum nõ esset aliquis, q̃ posset cõsecrare sacerdotes, & in talibus necessitatibus Leuitę poterant supplere locum sacerdotum. Sic enim est factum tempore Ezechiæ regis, quando purgauit templũ a coinquinationibus, quas fecerant ibi reges Iuda, quia cum essent pauci sacerdotes, non poterant sufficere ad faciendũ sacrificia, & adiuuerunt eos Leuitę. Sic patet 2. Paralip. cap. 29. cum dicitur. Sacerdotes vero pauci erant, neque poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitę, fratres eorum, adiuuerunt eos donec impleretur opus, & consecraretur antistes. F

Item poterat hoc facere Moyses; quia eo tempore prohibitum nõ erat facere sacrificium, non sacerdotibus. Quod patet. Nam in monte Synai, oblata sunt holocausta, & victimę pacificę in cõfirmatione legis, tamen non erat tunc aliquis sacerdos, cum nõdum esset consecratus Aaron, & filij sui, sed post mẽses nouem consecrati sunt. s. in primo mense anni secundi. Confirmatio autem legis facta est 3. mẽse anni primi. De hoc Exo. 24. c. Non igit arguitur aliqua potestas in Moyse, quia potuerit facere sacrificia tempore consecrationis Aaron, & filiorum suorũ. Erat igitur Aaron maximus, quantum ad cultum Dei, tũ quãtum ad regimen populi, Moyses erat maior; Aaron aũt nihil poterat. Qd patet, quia solus Moyses sedebat ad iudicandũ, qñ venit Ietro socer suus de Madian, vt patet Exo. 18. c. Item patet hoc j. 11. c. Nam cũ Moyses esset in sepulchris concupiscẽtiæ, & fleret populus ꝰ eum, vt daret sibi carnes, cõquestus est ad

Dominum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominum dicens. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis mihi est. Sin aliter tibi videt obsecro, vt interficias me, & inueniã gratiam in oculis tuis. Et in eodem ca. ante hoc dicebat. Cur afflixisti seruum tuum, & quare nõ inuenio gratiam coram te, & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eã, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo? Idem patet Deut. 1. cap. cum dicitur. Non possum solus sustinere vos, qa Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie, sicut stellę cęli plurimi. non valeo solus sustinere vestra pondera, negocia, ac iurgia. Ecce enim qualiter conqueritur Moyses, se grauatum esse solum põdere vniuersi populi: & tamen non conquereretur hoc modo, si alius esset maior eo in regimine populi, vel æqualis sibi, vel saltem habens aliquantulam partem curæ: nam siquis partem curæ haberet, etiam si paruam, non recte diceret Moyses, quare imposuisti sup me pondus vniuersi populi huius? Nullam ergo curam, vel auctoritatem habebat Aaron, vel aliquis alius super populum, præter Moysen eo tempore quo ista dicta sunt. Sed dices, q̃ quamquam tunc Aaron nõ haberet aliquam curã, vel iurisdictionem; postea tamen habuit. Respondendum est non stare. Nã quãdo Moyses conquerebatur Domino, vt supra dictum est, iuuit ei dando coadiutores, quorum ad expeditionem negociorum, vt non grauaret solus Moyses: illi tñ non debebant auctoritatem super populum mandãdi sicut Moyses, sed solum iudicandi in causis ſm legem, vt exprimitur Deut. 1. c. cum dicitur. Nõ valeo solus sustinere vestra negocia, & pondus. Et tunc subditur de constitutione iudicum adiuuantiũ Moysen, & de mandatis q̃ dedit illis Moyses dicens. Audite illos, & quod iustũ est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus: nulla erit distantia personarum. Ista aũt solũ sunt præcepta ad iudicantem, & non ad habentem potestatem simpliciter, sicut princeps, vel dux. Ergo q̃q̃ esset distributa pars quędam negociorum paruorũ p istos: tñ auctoritas præcipiendi manebat apud solum Moysen. etiam isti non habebant simpliciter auctoritatem iudicãdi, sed solũ in paruis causis, vt patet Exo. 18. & Deut. 1. ca. q̃q̃ ergo Aaron esset vnus de istis 70. viris datis Moysi in coadiutores, non haberet cẽtesimam partem, neque millesimam auctoritatẽ, quã habebat Moyses. Item adhuc dicendum est, quantũ ad istum modũ, Aaron nullam potestatẽ habuisse super populũ, quia ipse non fuit vnus de 70. datis Moysi in coadiutores: nã illi de popularibus electi sunt, vt colligit. j. 11. c. & Deut. c. 1. Aaron aũt non pertinebat ad hanc professionem: ergo non habebat aliq̃ auctoritatem super populũ. Quantum ad hęc igit quę pertinebãt ad directionem populi, nihil ptinebat ad Aaron. Deus tñ locutus fuit ad ipsum, & ad Moysen, & q̃dã alia sunt, q̃ videntur pertinere ad Aaron: & tñ Deus non dixit ei, sicut de electione immũdorũ de castris, & de sacrificijs zelotypię, & Nazarçorum. Hęc. n. ad sacerdotẽ ptinẽt. Deus tñ soli Moysi illa dixit, vt patet j. 5. & 6. c. Dicẽdum ergo non apparere hic aliq̃ rõnem, quare Deus locutus fuerit ista ad Moysen, & Aarõ, nisi dicat q̃ Aaron erat coadiutor Moysi, quãtũ ad executionẽ horum. Nã p̃ceden. c. dixerat Deus q̃ Moyses, & Aaron numerarent oẽm populũ p tribus suas familias, ac domos: sicut ergo ad numerandũ traditus fuit Aaron socius Moysi; ita ad distribuẽdum p castra, & mansiones, ſ. q̃ facerent quẽlibet figere tẽtoriũ suũ in tribu sua, & familia, ac domo. Et qa hoc aliquãti laboris erat, & nõ expleret illud que niẽter & faciliter p se Moyses, dat⁹ est igit sibi coadiutor Aaron: & ob hoc locutus fuit Deus ad vtrũq;

Quare dicat Deum fuisse locutum Aarõ insimul cũ Moyse.

Vbi locutus fuerit Deus Moysi, & Aaron. Quæst. III.

SED nunc quęret aliquis: vbi locutus fuit Deus Moysi, & Aaron. Erant enim tria loca in quibus Deus solitus erat loqui Moysi. ſ. propitiatorium, & ostium tabernaculi, & columna nubis: de quibus dictum est prece. c. Non tñ potest dici, q̃ in quolibet horum fuerit Deus locutus Moysi, & Aarõ. Nam si Moysi soli loqueretur potuisset in quolibet horum loqui: tñ ad Aaron, & Moysen non potuit loq in propitiatorio: Causa est, quia licet Moyses introiret in sancta Sãctorum quandocunque vellet, vt colligit. infra 7. c. in fi. tñ nõ erat licitũ Aaron ingredi in sancta Sãctorum, nisi semel in anno in die propitiationis. Et si alio tẽpore ingrederetur moreretur, vt patet Leui. 16. & ad Hebr. 9. c. nunc tamen non erat simile. Aliqs tamen forte dicere poterat, q̃ nunc erat dies ppitiationis, q̃n iussa est fieri numeratio, & sic potuit ingredi Aaron in sancta Sãctorum, & cum eo Moyses, & ibi Deus proponeret eis ista. Rñdendum est nõ posse stare. Nam dum Israelitę fuerunt in deserto nunquã fuit factum festum propitiationis, vt probatum fuit Leui. 16. circa principium. Item dato, q̃ fieret quolibet anno in deserto festum propitiationis, nõ poterat dici, q̃ nunc esset festum propitiationis, quando ista dicta sunt. Nam festum propitiationis erat mense 7. die 10. mensis, vt patet Leu. 16. & 23. c. & infra 29. c. Nunc tamen erat mensis secundus: ergo non poterat fieri festum propitiationis, quod patet, quia ea, q̃ hñr a principio huius libri incepra sunt prima die mensis secundi, vt patet prędce. c. & finita sunt 20. die mensis eiusdem vsque ad c. 10. vt patet infra c. 10. Item dato, q̃ esset festum propitiationis hoc tempore quo facta fuit ista locutio: tamen Moyses, & Aaron non ingrederentur simul in sancta Sanctorũ, quia iusserat Deus, vt eo tpe quo intraret sacerdos in sancta Sanctorum, nullus hõ esset in sanctuario, vt patet Leui. 16. ca. ergo Moyses non intraret, & sic necesse est dici, q̃ Moyses, & Aaron nõ introierunt simul in sancta Sanctorũ ad hoc, q̃ Deus loqueretur eis. Itẽ quia nunq̃ ingredieba tur aliquis in sancta Sãctorũ, nisi cũ iret cũ proposito quærendi aliquid a dño. Hic tñ non vr̃, q̃ Moyses, & Aaron inierint ad consulendum dñm, sed ipse locutus fuerit eis, ergo erat alius locus. Scds locus in quo loq poterat Deus Moysi, & Aaron erat ostium tabernaculi: ibi. n. aliqñ Deus loquebatur, vt patet Exod. 29. c. & ad ipsum locum non erat prohibitum Aaron accedere. Tertius locus erat colũna nubis, siue in castris, siue extra castra: ibi. n. Deus aliqñ loquebatur Moysi, vt patet Exod. 16. c. vbi apparuit gloria dñi in nube, & locutus fuit ad Moysen. Sed quis locus horũ fuerit, magis vr̃ q̃ fuerit ostium tabernaculi: nam ibi iterum fuerat locutus Deus Aaron, & descendit in nube, vt patet j. 12. c. cum dr̃. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fęderis. Cumque fuissent egressi descẽdit dñs in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariã. Quamquam poterat satis dici, q̃ locutio ista fuerit facta in nube extra sanctuarium. Nam infra 12. satis colligitur, q̃ Deus locutus fuerit primo Mariç, & Moysi, Aaron extra sanctuarium deinde in sanctuario. *Singuli per turmas.* In ista parte ponitur præceptum de castrametatione popularium, & innuitur, q̃ singuli castrametentur per turmas cognationum suarum. Et ponitur hic turma significans multitudinem magnam, ſ. multitudinem tribus, vel familię proprie, tamen dicitur turma multitudo. 30. bellatorum. Et dicitur turma, quasi turba ad turbandum facta, quia sic dispositę sunt turmę, vt faciant impetũ in hostes, quamquã in his differentia est

In tribus locis solebat Deus loq. Mo

Festũ ppitiationis quo tpe fiebat.

est secundum Isido. in 9. Etym. & Vegetium in lib. de re militari, quia multitudo 20. bellatorum, si pedites sint, vocatur turma, si autem sunt equites vocatur ala. Et hoc potest intelligi hic pro diuersis multitudinibus, quæ erant in qualibet tribu. ſ. multitudines familiarum, & domorum; & quælibet illarum multitudinum erat disposita in vnum cuneum ad turbandum hostes, si esset dispositio bellica. Ideo litera nostra posuit nomina dispositionum bellicarum. *Per signa, atque vexilla.* Idest istę tribus ordinabuntur per signa, & vexilla.

Quomodo figuranda sint in quadro castra Leuitarum, Quæst. IIII.

PRO quo sciendum est, q̃ secundum q̃ ex litera patet castra filiorum Israel erãt disposita in quadrum, & ista est dispositio bellica. Nã dicit Vegetius in li. de re militari, q̃ optimus situs castrorum est figura quadrata. Et sic semper debent situari, nisi forte dispositio loci impediat. Et in hoc accipienda est tota figura, q̃ sit vnum quadratũ equilaterum, & in medio eius sit vnus pũctus, in quo se intersecant diametri ducti a quatuor angulis, & ille punctus est quasi centrum. hac figura locata ponatur in centro eius tabernaculum testimonij, & p circuitum istius fiat vna dispositio quadrata, scilicet, q̃ sit vnum quadratum paruum, inter quadratum magnum, & in isto paruo quadrato signentur quatuor puncta ad quatuor partes cęli. ſ. Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem, & in ijs quatuor punctis disponant quatuor mansiones. In parte Oriẽtali, quæ est ad ostium tabernaculi atrij, erant sacerdotes & Moyses. Ad partem Meridianam castrametabantur Caathitę, qui erãt in prima familia Leuitarũ. Ad partem vero Occidẽtalem castrametabanẽ Gersonitę, qui erant in familia secunda Leuitarum. Ad partem autem Aquilonarem castrametabantur Merarite; & ista erat tertia familia Leuitarum. Ista est dispositio castrorum Leuitarum in figura quadrata p circuitum Sanctuarij. Figura autem castrametationis popularium erat in quadrato maiori; & in illo assignentur alia quatuor puncta, scilicet, Oriens, Occiden, Aquilo, & Auster. In puncto autem Orientali erat vnum vexillum filiorum Iudæ, & ibi erant tres Tribus, scilicet, Iudæ, & Issachar, atque Zabulon. In puncto Occidentali erat aliud vexillum filiorum Ephraim, & cũ illo tres Tribus. ſ. Ephraim, & Manasse & Beniamin. In puncto Aquilonis erat aliud vexillũ filiorum Dan: & in isto erant tres Tribus. ſ. Dan, & Aser, & Neptalim. In puncto Austri erat alterũ vexillum filiorum Ruben, & cum eo tres Tribus erãt, scilicet, Ruben, & Symeon, & Gad. Ecce enim qualiter se habebat distributio castrorum Leuitarum, & Israelitarum in duobus quadratis maiori, & minori; quorum alterum erat in altero. De situatione Leuitarum habetur seq. c. De situatione autem popularium habetur hic. Totum autem patere potest in figura, quæ infra in margine describetur. *Signa, atque vexilla.*

Quid significet vexillum, & quid signum, & an signum, & vexillum sint idem. Et quæ sit opinio. Iudeorum de figuris vexillorum, & quæ figuræ essent in quolibet vexillo. Quæst. V.

POTEST intelligi dupliciter hoc. Vno modo q̃ ista ponantur tamq̃ duo, & hoc modo dicimus vexilla esse regũ, & magnorũ principum: signa aũt sunt quorumcunq; militũ, siue per se, siue cũ rege militantium. Alio modo põt intelligi, q̃ ponanẽ hic tamq̃ vnum, sed vnũ sit expositiuum alterius. Primo mõ erit sensus, q̃ Israelitę distinguebanẽ per signa, & vexilla; ita q̃ essent quatuor vexilla principalia, tãquam regalia, & sub istis essent Tribus. ſ. sub quolibet vexillo tres Tribus ſm assignationẽ s. factam, & quę. j. hr̃ in litera. Signum dr̃ esse vexillum paruũ: & isto mõ q̃q̃ tres Tribus essent sub vno vexillo, tñ credendum est, q̃ q̃libet earũ haberet p se vnum signum, p̃ter Tribũ principalẽ, cuius erit ipsum vexillum distinctiuũ castrametationis. Deinde q̃libet familia haberet p se vnum vexillũ ogregationis suę, & istud vocat signum. Postea aũt quęlibet domus sub familia haberet vnũ vexillũ, qđ est signũ, & sic essent solum quatuor vexilla in tota ogregatione Israelitarũ, sed forte essent plura, quã mille signa. Sic aũt in bellis est, quia solũ est vnum vexillũ, sed plura signa sunt militũ. Iste sensus est rõnabilis, & vr̃ velle hunc litera nostra distinguẽs signa, & vexilla ſm morem latinum. Alio mõ possunt intelligi ista duo, ita q̃ vnum sit expositiuũ alterius, & intelligetur p signa, & vexilla, i. per vexilla quę sunt signata, vel figurata. Et hunc sensum sequunt Hebręi; dicentes, q̃ in illis quatuor vexillis erant picturę notificantes Tribus, q̃ erant sub illis vexillis. Vñ dicit Rabbi Abra. Abn. Azra, q̃ erãt in istis vexillis illę figuræ, q̃ hñr Ezech. 1. & 10. c. ſ. aquilę, & hominis, & Leonis, & tauri. In vexillo filiorum Iudę erat figura aquilę, quia excellebat alias Tribus in potestate regnatiua. In vexillo filiorum Ephraim erat leo, quia isti similiter regnauerũt, vt filij Iudę. In vexillo filiorum Ruben erat hõ. In vexillo filiorum Dan erat figura bouis, Sed ista nõ multum vñr, quia nondum fuerat facta reuelatio illa de quatuor animalibus: fuit. n. illa postea p multa tpa facta Ezechieli cum esset in Babylone apud fluuium Chobar, vt patet Ezeh. c. 1. Itẽ patet hoc, quia istę figurę non multũ applicanẽ ad significandã pprietatẽ repertã in his Tribubus si inquirat, q̃n tñ fit aliqua figura distinctiua vexillis semper figuranẽ ibi arma dñorum illius vexilli. Alij Iudei dicunt, q̃ erãt in vexillis istis descripta alia signa. ſ. i vexillo Iudæ fuit leo figuratus; quia p̃dixerat Iacob de illo, q̃ esset leo, vt patet Gen. 49. c. i. Catulus leonis Iuda. In vexillo Ruben erat figura hoĩs, qa ille fuit primus hõ de semine Iacob, vt patet Gene. 29. c. In vexillo Ephraim fuit figuratus bos, qa in benedictione Ioseph dictũ fuit, q̃ esset taurus, vt patet Deuter. 33. c. ſ. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. In vexillo Dan erat figura serpentis, quia dictum est de eo Gen. 49. fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Et ista figuratio videbatur adhuc conuenientior, quã prima. Verius tñ est, q̃ accipianẽ hic signa, & vexilla tãquã aliqua distincta sicut primo dicebat: & tñ adhuc existente hoc in signis, & vexillis esset aliquę figurę distinctiuę locorũ castrametationis, alioquin si essent omnia vexilla, & signa habentia eundem colorem, & non distincta in figuratione, non videret aliquid, per qđ distingueret castrametatio vnius tribus, vel familiæ ab altera.

An Aegyptij numerentur in hac summa, & an castrametarentur sub quatuor vexillis filiorum Israel. Quæst. VI.

ALIQVIS quæret circa Aegyptios ascendentes cũ Iudeis, an numerarentur ex, in hac summa, quę hr̃ hic prędcen. ca. Nam Exo. 12. dr̃ q̃ ascenderunt sexcenta millia Iudęorum peditum de Aegypto, & cum eis vulgus promiscuum innumerabile. Rñdebit aliquis, hic non fuerunt isti numerati, quia iam mortui fuerunt in adoratione vituli, quia credendũ est, q̃ omnes ipsi perierunt;

Universidad de Deusto Biblioteca

perierunt; cum oēs verisimile eſt adorauiſſe, q̄a erāt aſſueti in Aegypto ad idolatriam. Dicendū non ſtare, quia poſt receſſum de monte Synai in manſione, quę dr̄ ſepulchra cōcupiſcentiæ dr̄ de Aegyptijs aſcē dētibus cū Iſraelitis, ꝙ deſiderauerint carnes, vt patet ī.11. ſ. vulgus quippe promiſcuū, qđ aſcēderat cum eis, flagrauit deſiderio carnium ſedens, & flens: ergo non fuerant mortui in adoratione vituli. Dicēdum tñ̄ eſt, ꝙ non fuerunt computati in hac ſumma, quia hic ponitur ſumma cuiuslibet tribus Iſrael determinatè: & poſtea colligitur ex eis vna totalis ſumma: ſi tñ̄ in hac ſumma ſexcentorum trium milliū includerentur Aegyptij aſcendentes; poneretur alia ſumma ſeparata, quę coniuncta cum ſummis cuiuslibet Tribus faceret maiorem ſummam, q̄ ſit iſta, q̄a iſta colligitur ex ſummis ſolis duodecim Tribuum Iſrael. Dicendum ergo ꝙ non fuerunt computati Aegyptij aſcendentes cum Iſraelitis, ſed ſoli Iſraelitæ; quia iſti erant principales: alij autem erant aduenæ; ideo non curabatur de numero eorum. Et ſic factū eſt in exitu de Aegypto, quia dictum eſt, ꝙ Iſraelitæ erant quaſi ſexcenta millia, de Aegyptijs autem non fuit expreſſus numerus; ſed dictum eſt, quòd erat vulgus promiſcuum innumerabile.

An Aegyptij caſtrametarentur ſub quatuor vexillis filiorum Iſrael. Quæſt. VII.

QVAERETVR adhuc de caſtrametatione horum. ſ. an caſtrametarētur ſub iſtis quatuor vexillis filiorum Iſrael. Rñdebit aliquis ꝙ non, quia iubebatur, ꝙ quilibet caſtrametaretur per familias, & domos patrum ſuorū Aegyptij tamen non pertinebant ad Tribus Iſrael. Sed dicet aliquis ꝙ iſti manebant extra caſtra Iſraelitarum. Rñdendum eſt falſum eſſe, quia. ī.11.c. dr̄ ꝙ vulgus promiſcuum Aegyptiorum flagrauit deſiderio carniū, & fleuit iunctis filijs Iſrael: ſi tñ̄ eſſet extra caſtra eorum non ſtaret hoc. Dicendum igit̄ ꝙ erāt Aegyptij in caſtris Iſraelitarū ſub vexillis eorum, nec in hoc infringebat̄ p̄ceptum de caſtrametatione ſingulorū p vexilla cognationum, & domorū ſuarū, q̄a hoc intelligit̄ quantum ad Iſraelitas, ſed nō de Aegyptijs, qui de nulla Tribu erāt. *Et domos cognationum ſuarum.* i. quilibet caſtrametabatur in domo pertinēte ad ſuam cognationē, ſ. ꝙ erāt diſtinctę tribus p familias & domos, & quęlibet domus, & familia erat per ſe. Quilibet aūt de Iſraelitis ad caſtrametandū debebat reſpicere tria ſigna. ſ. vexillū principale Tribus, & vexillum familię, & vexillum domus, q̄ erat minor cōgregatio. *Caſtrametabuntur filij Iſrael per gyrum tabernaculi teſtimonij.* Contra hoc aliquis arguet, quia ſ. dr̄ ꝙ Leuitę figerent tentoria ſua in circuitu tabernaculi, ne accederet aliquis de Iſraelitis, quia ſi accederet fieret indignatio ſuper populum, vt patet pręce. ca. Rñdendum eſt, ꝙ tā Leuitę, q̄ Iſraelitę populares in circuitu tabernaculi caſtrametabant̄, ſed quidā figebāt caſtra coniuncta Sanctuario: alij vero caſtra diſtantia. Nam Leuitę ponebant tentoria ſua in quadro minori immediatè in circuitu tabernaculi: Iſraelitę aūt populares ponebant caſtra in quadro maiori in circuitu Leuitarum & Sanctuarij: nam cū circundarent Leuitas; neceſſe erat, vt ēt circūdarēt Sanctuariū, qđ erat clauſū inter Leuitas; & hoc mō Iſraelitæ erāt in circuitu Leuitarū immediatè caſtrametātes; & in circuitu tabernaculi mediatè. Aliqs forte poterit aliter rñdere, ſ. ꝙ p filios Iſrael, q hic noīant̄ ītelligant̄ ſolū Leuitę, & iſti figebāt caſtra in circuitu tabernaculi immediatè. declarat̄ iſta caſtrametatio, ꝙ intelligat̄ de 12. Tribubus Iſrael, cū deſcribat̄ modus eorum. ī. in lr̄a: de Leuitis aūt nihil tangitur hic, ſed ſ. pręce. ca. & ī. ſeq.

F Ad orientē Iudas figet tētoria per turmas exercitus ſui: eritque princeps filiorum eius Naaſon filius Aminadab. Et omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantiū ſeptuagintaquatuor millia ſexcenti. Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar: quorum princeps fuit Nathanael filius Suar, & omnis numerus pugnatorum eius quinquagintaquatuor millia quadringenti. In tribu Zabulō princeps fuit Heliab filius Helan: omniſque de ſtirpe eius G exercitus pugnatorum quinquagintaſeptē millia quadringenti. Vniuerſi, qui in caſtris Iudę enumerati ſunt, fuerūt centūoctoginta ſex millia quadringenti: Et per turmas ſuas primi egredientur. In caſtris filiorum Rubē ad meridianam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur, & cunctus exercitus pugnatorū eius, qui numerati ſunt quadragintaſex millia quingenti. Iuxta eum caſtrametati ſunt de tribu Symeō: quorum princeps fuit Salamiel filius Suri Saddai, & cunctus exercitus H pugnatorum eius, qui numerati ſunt quinquagintanouem millia trecēti. In tribu Gad princeps fuit Beliaſaph filius Duel, & cūctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt quadragintaquinque millia ſexcētiquinquaginta. Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben centumquinquaginta millia, & mille quadringenti quinquaginta per turmas ſuas, in ſecundo loco proficiſcentur. Leuabitur autem tabernaculum teſtimonij per offi- I cia Leuitarum, & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca, & ordines ſuos proficiſcentur.

Ordo ſtrāme di.

Ad orientem Iudas figet tentoria. Hic ponit̄ in ſpeciali modus caſtrametationis Iſraelitarum, & ponitur primo vexillum ad partem orientalem, quia iſta eſt pars dignior, & iſti ſunt, qui primo mouebant caſtra, q̄n p̄gendum erat, vt patet infra 10.c. Et dicitur hic, ꝙ Iudas figet tentoria ſua ad orientem non ſo lus ipſe, ſed alię duę Tribus cum eo, ſcilicet Zabulon, & Iſſachar, vt patet immediatè. Et videtur, quòd fuerit facta iſta K caſtrametatio hoc modo. ſ. ꝙ Tribus Iudę eſſet directè ad frontem Orientis, & Tribus Iſachar, & Zabulon ad duo latera. & ſic de alijs vexillis Occidentali, & Auſtrali atque Boreali. Et iſte eſt modus quo diſponimus in circuitu totius mundi 12. ventos. nam ponimus 4. vētos principales quatuor punctis mūdi Oriētali, Occidentali, Auſtrali, & Aquilonari. cuilibet iſtorum damus duos ventos collaterales, ita quòd vnus ſit ad vnam partē, & alius ad alteram. ita erat de quatuor vexillis, quatuor Tribuum principalium, quia iſta erant in quatuor partibus mundi. alię autem Tribus minus principales erant collaterales iſtis. *Per turmas exercitus ſui.* Hic ponitur modus caſtrametationis, & dicitur

Mod ſtram tioni raeli iu ſp

Com tio 1 buū ad 1 tos.

& dicitur ꝙ erat diſpoſita iſta Tribus Iuda p turmas exercitus ſui, ideſt, ꝙ tota ipſa Tribus erat quaſi vnus exercitus, & habebat in ſe multas turmas, & hoc verum eſt, quia quęlibet Tribus habebat in ſe multas familias, & quęlibet familia habebat multas domos, & iſtę domus vocabantur turmę, quia erant paruę multitudines diſpoſitę modo bellico; ſicut in bello ſunt turmæ, & ex hoc patet, ꝙ non erat tota Tribus poſita in vno cumulo, ſed erat diuiſa in multas partes, & quęlibet harum partium vocatur turma. *Eritque princeps filiorum eius Naaſon.* Ideſt princeps filiorum Iudæ in exercitu ſuo erit Naaſon. Iſte ponebatur princeps in Tribu Iuda; quia veniebat per lineam primogenitorum, computando a Iuda, vſque ad ipſum. Et dicit̄ ꝙ iſte erit princeps. ſ. tempore quo iſta numeratio facta eſt: in alia tñ̄ numeratione non fuit princeps. Nā iſte mortuus eſt in deſerto, ſicut omnes alij q numerati erant a 20. annis. ſ. de quo ī.14.c. ſucceſſit autem ei Salmon filius eius: & iſtę erat princeps, q̄n Iſraelitę trāſierunt Iordanem, & ipſe duxit in vxorem Raab, q̄ abſconderat exploratores, & de Genealogia iſtius venit Saluator, vt patet Mat. 1.c. Iſte Naaſon fuit frater Eliſabeth vxoris Aaron, vt patet Exo. 6.c. de iſto principe habetur. ī.7.c. q̄m iſte fuit, qui primus obtulit inter omnes principes Iſraelitarū in dedicatione Sanctuarij, vt patet. ī.7.c. *Filius Aminadab.* Iſte Aminadab mortuus fuit in Aegypto, ideo nunquam fuit princeps in Tribu Iuda: ſed primus princeps in deſerto fuit in hac Tribu Naaſon. *Omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantium.* Hic ponitur numerus pugnatorū in Tribu Iuda, & repetitur hic ſumma quę poſita fuerat p̄ceden. c. In quo aduertendum eſt, ꝙ cum inter ea, q̄ dicta ſunt pręceden. ca. & ea quę dn̄r hic non interciderit aliquod tempus; eędem ſummę ponuntur hic quantum ad oēs Tribus, & ſuperius, ſed ſ. ponebātur ſummę ad hoc, ꝙ ſciret̄ numerus oīum Iſraelitarū: hic aūt ponitur ſumma ad ſciendum quot erant ſub quolibet vexillo. & cum dicitur hic. *Omnis de ſtirpe eius.* Summa non refertur ad Naaſon, de quo immediate dictū fuerat; ſed ad Tribum Iuda; q̄m de linea Naaſon non erant omnes iſti qui numerantur hic. *Iuxta eum caſtrametati ſunt de Tribu Iſachar.* Hic ponunt̄ bellatores ſecundæ Tribus, q̄ erat cū Iuda. ſ. Tribus Iſachar. Iſta enim fuit ſimul cum Tribu Iuda ad partem Occidentalem ad vnum latus, & ponuntur hic tres fratres eiuſdem matris qui nati ſunt ſucceſſiuè. Primò enim natus eſt Iudas, ſecundò Iſachar, tertiò Zabulon, vt patet Gen. 29. & 30.c. Alij enim fuerunt ante iſtos. ſ. Ruben, Symeon, & Leui: & tamen nulli fuerunt medij inter iſtos, vt patet pręalle. ca. Ponitur tamen Iudas ante Iſachar, & Zabulon, quia fuit prior dignitate, & natiuitate: ponitur aūt Iſachar ante Zabulon, quia fuit prior natiuitate, vt patet Gene. 30.c. *In Tribu Zabulon.* Hic ponitur tertia Tribus, q̄ erat ſub vexillo Iudæ, & ponuntur bellatores: tanta. n. ſumma eius eſt, quæ habetur hic ſicut ea, quę habetur præce. ca. & idem princeps exercitus, quia totum fuit in eodem tēpore, ſed ſolum ibi numerabant̄ ſimpliciter: hic autem collocantur in caſtris, & repetit̄ numerus eorum. *Vniuerſi qui in caſtris Iudæ numerati ſunt.* Hic ponitur ſumma omnium, qui erant ſub vexillo Iudæ, & iſta eſt ſumma differens a modis ſummarum, quæ habentur pręceden. ca. quia ibi ſolum ſumabat̄ quælibet tribus per ſe: deinde ab omnibus Tribubus eliciebatur vna ſumma. Hic autem numeratur per ſe quælibet Tribus, & poſtea ponitur vna ſumma omnium Tribuum: ponitur etiam tertia ſumma, q̄ eſt quarumlibet trium Tribuum manentium ſub eodē vexillo: & iſta tertia non habetur pręceden. cap. quia iſta pertinent ad caſtrametationem, & dicuntur hic

A eſſe caſtra filiorū Iuda tres Tribus, quia tam ipſa Tribus Iuda, q̄ alię duę computātur in caſtris Iudæ, eo ꝙ Tribus Iudę eſſet principalior; & ita erat in alijs tribus caſtrametationibus, quia denominatur caſtrum, vel exercitus a Tribu illa, cui erat vexillum. *In caſtris filiorum Ruben ad Meridianam plagam.* Hic ponitur ſecūdum vexillum in caſtrametatione Iſraelitarū, quod erat ad partem Meridianam, & erat filiorum Ruben.

Quare Ruben cum eſſet primogenitus non fuit poſitus ad partem Orientalem, ſed Iudas. Et quare cum Ruben fuit Symeon & Gad. Quæſt. VIII.

B NON fuit autem Rubē ita excellens ſicut Iudas: quoniā perdidit primogenita ſua, vt patet Gen. 49.c, ideo nō poſitus fuit in parte Orientali, ſed in meridiana; & tñ̄ in exercitu ſuo triū Tribuū ipſe fuit dux, ſ. in Symeon, & Gad. Et ratio huius eſt, quia Ruben excedebat in primogenitura ſecundum carnem Symeonem; etiā ſi non māſiſſent iura primogeniturę. in dignitate autem non erant inęquales, quia ſicut Ruben vituperatus eſt, ꝙ maculaſſet cubile patris ſuis ita & Symeon, ꝙ fuerit iniquus, vt patet Gen. 49.c. cum dr̄. Symeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia. Symeon autem fuit poſitus ante Gad, quia excedebat eū in iuribus natiuitatis, Primo enim natus eſt, & quamq̄ iſte C ordo non traderet aliquid quātum ad imperium, vel hęreditatem: tñ̄ ſemper erant potiores, & honorabiliores, qui erant priores natiuitate: primogeniti autē in multis excedebant, de quibus pręceden. c. Itē excedebat quantum ad iura matris Symeon ipſum Gad; quia Symeon erat filius Lię, quę erat dn̄a, Gad erat filius Zelphę, q̄ erat ancilla Lię, vt patet Gen. 30. ca. fuit autem poſitus Symeon in exercitu Ruben; q̄m non erat cōueniens, ꝙ poneretur cum aliquibus alijs. Nā ſi poneretur in exercitu Iudæ poneret̄ maior ſub minore, & hoc non fuit conueniens, ſed fuit ſemper generale in iſta ſituatione vexillorum, ꝙ nunq̄ ponant̄ Tribus denominatę a filijs antiquioribus ſub vexillis D Tribuū denominatarum a filijs iunioribus, vt patet inquirendo per ſingulos exercitus, & quatuor vexilla. Conueniēs ergo fuit poni Symeonem cū Ruben. Poſt Symeonem ponitur Gad in eodem exercitu; q̄a iſte fuit vnus de filijs ancillarum. ſ. de filijs Zelphę, & debet poni in iſto vexillo, q̄a non potuerunt poni oēs ſimul filij ancillarum, eo ꝙ erant quatuor, ſed aliquis eorum cum filijs dn̄arum ponendus erat: fuerāt aūt poſiti tres filij ancillarū ſub vno vexillo. ſ. Dan, Aſer, & Neptalim: ideo Gad, qui quartus erat, debuit poni ſub altero vexillo, & fuit conuenienter ſub vexillo Ruben. Ponitur autem eſſe tertius in iſto exercitu, quia alij duo excedunt eum ordine natiuitatis. Primò. n. natus eſt Ruben & Symeon, quàm naſceretur Gad, etiam præcedūt eum ordine dignitatis, quia Ruben, E & Symeon ſunt filij Liæ, quæ erat dn̄a, Gad eſt filius ancillę. ſ. Zelphæ, quę erat ipſius Lię ancilla, de hoc Gen. 29. & 30.c. *Iuxta eum caſtrametati ſunt de Tribu Symeon.* Iſta eſt ſecūda Tribus, quę erat in exercitu Ruben, eo ꝙ Symeon, & Ruben erant fratres immediati, & ponitur hic ſumma exercitus eius, & princeps, ſm̄ ꝙ habetur pręcedē. c. quia in eodem tp̄e iſtud, & illud factum eſt. *In Tribu Gad.* Iſta fuit tertia Tribus in exercitu Rubē, & fuit Gad filius ancillę; ideo poſitus fuit tertio loco, q̄a non erat tantę dignitatis ſicut Ruben & Symeon. Erant tamē in Tribu Gad fortiſſimi bellatores, pugnantes gladio, iuxta illud Deute. 33.c. benedictus in latitudine Gad quaſi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem, ideſt abſcindebat vno ictu caput hoīs cum brachio, & pectore, qđ pertinet ad

ad robur magnum bellantis. *Omnes, qui numerati sunt in castris Ruben.* Ista est tertia summa, quæ nō habetur prece.c.s.quot essent viri sub quolibet 4.vexillorum, & hic ponitur numerus in exercitu Ruben quantum ad omnes tres tribus. *In secundo loco proficiscentur.* Hic ponitur ordo in mouendo castra. Habebat namque Israelitę duplicem ordinem.s.in castrametando, & in procedendo motis castris: non poterant autē habere eandem habitudinem in via sicut in castris, quia quādo castrametabantur, erant dispositi per quadrum. si autem sic se haberent, qñ procederent, nulla via eos caperet prę amplitudine, ideo debuerunt procedere longo, & recto agmine. Vñ filij Iudę, qui erant ad partem Orientalem primo mouebant castra, qñ nubes deserebat tabernaculum: sic dī supra per turmas suas primi egredientur. Inter istos etiam erat ordo, quia nō procedebant simul tres Tribus, quę erant sub vexillo Iudę, sed primo Tribus Iudę: deinde Tribus Issachar, quę erat secunda. postea Tribus Zabulon, quę erat tertia. Deinde dicitur hic de existentibus in exercitu Ruben, ꝙ in secundo loco proficiscerentur. i. vexillum eorum erit secundum in ordine: non tñ in secūdo loco, ideſt post primam Tribum, quia ante eos ꝓcedebant tres Tribus in ordine, quę erant sub vexillo Iudę. *Iequabitur autem tabernaculum testimonij.* Hic ponitur modus procedendi Leuitarum portantium tabernaculū scilicet ꝙ isti procedebant in medio exercitus: sicut.n. castrametabantur, ita procedebant: castrametatio aūt sua erat intra totum exercitum Israelitarum. Nā isti figebant tentoria in circuitu sanctuarij, & Israelitę figebant in circuitu eorum, vt patet ex assignatione supra facta. Ita etiam, qñ procedebant erant Leuitę in medio portantes sanctuarium. Primo enim procedebant omnes de vexillo Iudę, & Ruben. postea vero omnes Leuitę: deinde illi, qui erant in alijs duobus vexillis.s.Ephraim, & Dan. Dicitur hoc, ꝙ sanctuariū leuabitur, ideſt portabitur per officia Leuitarum, vel leuabitur.i. erigetur, sed melius accipitur hic pro portatione. *Per officia Leuitarum.* Ideſt Leuitę portabunt tabernaculum per officia sua, ideſt sicut eis competit ex officio, in quo significat distinctio officiorum Leuitarum tripl̄ex in portando sanctuariū: nā Caathitę portabant omnia vasa, tam magna, quam parua sanctuarij, quę non erant partes eius, vt patet infra 4.c. Gersonitæ portabant omnia, quæ erant partes durę sanctuarii, scilicet columnas, & bases, & tabulas, vt patet infra 3. & 4. Meraritę portabant partes molles sanctuarii, scilicet cortinas, & omnia operimenta, atque velamenta in circuitu, vt patet infra 3. & 4.c. Cum aūt quilibet istorum portasset onera sua, iuxta officiū sibi assignatum, dicebatur portari tabernaculū per officia Leuitarum. *Et turmas eorum.* Dī portari per turmas, quia isti Leuitę habentes diuersa officia nō miscebantur in procedendo, sed Caathitæ procedebant per se in vna turma, & in alia Gersonitę, & in alia Meraritæ, vt distinguerent inter se diuersæ partes sanctuarii, quę portabantur, vel dī ꝙ procedebant Leuitæ ꝓ officia, & turmas.i. ꝙ quælibet familia Leuitarum habēs vnū officiū distinguebat in plures turmas. nā sub Gersonitis erant plures familiæ speciales, vt patet seq.ca. sic ēt sub Meraritis, & Caathitis, & qñ quęlibet harū familiarū ꝓcedebat distincta ab alia dicebat officia Leuitarū ꝓcedere per turmas, quia qlibet familia hñs officiū diuidebatur in plures turmas. *Quo erigetur ita & deponetur.* Hic assignatur modus erectionis, & depositionis sanctuarii. Erat.n. domus portatilis, & aliquando erigebatur, aliqñ vero deponebatur: erat tñ idē ordo in vtroque. Nam qñ deponendū erat sanctuarium, recedente nube desuper sacerdotes introibant in illud, & velabant omnia vasa eius palliis, atque ligabant, vt

Modus procedendi Leuitarum portantiū tabernaculum.

postea venirent Caathitę, & portarent illa, sicut inueniebant disposita; sic patet.ī.4.c. post istos veniebant Meraritę, & accipiebant pelles, & oīa operimēta Sanctuarij, deponentes ea, & coaptabant in onera sua, atque portabant: manebant aūt tabulę, & bases, & columnę: Gersonitę aūt venientes portabāt illas; & sic nihil manebat de Sanctuario. In erectione aūt erat ordo ꝓrius: nam illi qui posteriores fuerant deponendo.s.Gersonitę erant priores erigendo: qñ ipsi figebant tabulas & columnas: deinde Meraritę superponebant cortinas, & cętera operimenta, & sic erat cōstructum, & erectum tabernaculum, tunc veniebant Caathitę, & ponebant interius onera sua, ligata sicut repererant: sacerdotes aūt introeuntes soluebāt illa, disponentes proprijs locis, quia non licebat Caathitis illa tangere nuda aut videre, alioquin morerētur, vt patet.ī.4.c. *Singuli per loca, et ordines suos proficiscentur.* In hoc significat quod s̄.dicebatur.s.ꝙ Leuitę portātes Sanctuariū non simul procederent mixti, sed singuli per loca sua, s.ꝙ Caathitis dabatur vnus locus, & Meraritis alius, & alius Gersonitis. Etiā dicitur, ꝙ per ordines suos, ideſt, ꝙ inter ipsos erat ordo procedēdi sicut in Israelitis, quorum exercitus Iudę precedebat & exercitus Ruben sequebatur: deinde Ephraim, & Dan: & istū ordinem quem semel habuerunt semper habebant, nō tñ constat quis fuerit ordo Leuitarum in procedendo, an Caathitę ꝓcederent alios, vel subsequerentur, & sic de alijs duabus familijs.

Ad Occidētalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorū princeps fuit Helisama filius Ammiud. Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt quadragintamillia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur: cunctusq; exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt triginta duo millia ducenti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abdian filius Gedeonis, & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recēsiti sūt, trigintaquinque millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim centumocto millia centū, per turmas suas, tertij proficiscentur. Ad Aquilonis partē castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Azezer filius Ammisadai cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexagintaduo millia septingēti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser, quorū princeps fuit Phegiel filius Ochran: cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quadraginta millia, & mille quingenti. De tribu filiorū Nephthali princeps fuit Ahira filius Can, cunctus exercitus pugnatorū eius quinquagintatria millia quadringenti. Oēs qui numerati sunt in castris Dan fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti. Et nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum

gnationum suarum & turmas diuisi exercitus sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel. sic enim præceperat Dominus Moysi. Fecerūtque filij Israel iuxta omnia, quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas: & profecti per familias ac domos patrum suorum.

Ad occidentalē plagā erunt castra filiorū Ephraim. Hic ponitur tertium vexillum Israelitarū, sub quo erant tres tribus: & erat vexillum Ephraim. ponebantur aūt hic tres tribus, quæ fuerūt ab eadem matre, s.Rachel, & sunt Ephraim, Manasses, atq; Beniamin. præcedunt autem Manasses, & Ephraim, Beniamin, quia fuerunt priores natiuitate: sunt enim Manasses & Ephraim filij Ioseph, & loco eius accipiunt sortē: fuit tñ Ioseph prius natus, q̄ Beniamin, quia natus est in Mesopotamia. Beniamin autē postea cum rediret inde Iacob in terra Chanaā. De Ioseph hī Gen.30.c. De Beniamin 35.c. Inter Manassen & Ephraim adhuc est ordo: quia prius ponitur Ephraim, nō quidē pp fratrem, quia ambo loco eiusdē patris sortes accipiunt: neque pp matrem, quia mater sua fuit Aegyptia, s. Asenech filia Putipharis, vt patet Gen.41.c. pp eam aūt nihil habebant in terra Chanaan, neque ēt prędcedit Ephraim ordine natiuitatis, sed potius deberet prędcedere Manasses. Ipse enim primogenit⁹ erat, sed ex electione Dei prędcessit Ephraim, vt patet Gen. 48. Cum enim conquereretur Ioseph, ꝙ poneret Iacob manum dexteram super Ephraim, & conaretur transferre ad alterum: ait, non ita conuenit pater, qa hic est primogenitus: pone dexterā tuā super caput eius, qui renuens, ait: scio fili mi scio, & iste quidem erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. Habuit etiam Ephraim semper postea excellentiam super Manassen. nam de tribu Ephraim fuerunt reges. de tribu autem Manasse nullus. primo ergo hic Ephraim fixit castra, & habuit vexillum ex noīe suo. *Et cum eis tribus filiorum Manasse.* Ista est secunda trib⁹, quę erat in exercitu Ephraim, & conuenienter situatę fuerunt istę tribus sub eodem vexillo, quia omnes tres pertinebant ad eandem matrem: fuit autē Manasses ante Beniamin, quia iste successit patri suo Ioseph, sed Ioseph prior fuit natiuitate, quā Beniamin: ponitur autem hic numerus exercitus filiorum Manasse idē qui erat prędced.cap. sicut in omnibus alijs. *In tribu filiorum Beniamin.* Ista est tertia tribus, quę erat sub vexillo Ephraim. Causa autem ordinis declarata est supra: habet autem eundem numerum bellatorū, & eundem principem hic, quem habebat prędced.c. *Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim.* Ista est summa tertia collecta ex his summis tribuum sub eodē vexillo: & non habetur prędced. cap. quia ibi non agebatur de castrametationibus. *Per turmas suas proficiscentur.* Hic ponitur ordo istorum in procedendo, s. ꝙ post vexillum filiorum Ruben procederet vexillū filiorum Ephraim. & hoc erat in ordinem dignitatis. Nam filij Iuda, eo ꝙ omnibus digniores erant, prędcedebant in motu castrorum. Deinde autem filij Ruben pp ordinē natiuitatis: post hos aūt vexillum Ephraim. Deinde vexillum Dan, qui illi erāt filij ancillæ, & debebāt esse posteriores, dicitur ꝙ procedēt tertij, ideſt in tertio ordine vexillorum, & non tertij, i. in tertia tribu, qñ sex tribus prędcedebant antequam moueret castra Ephraim, s. illæ quę erant sub duobus vexillis prioribus.

exillum phraim occi- ntem.

Ad aquilonis partem castrametati sunt filij Dan. Hic ponitur vltimum vexillum filiorum Israel, & pertinet ad filios ancillarum. omnes enim tres hic positi sunt filij ancillæ & positi fuissent omnes quatuor simul, nisi quia erat contra ordinem castrametationis. ideo Gad, qui erat vnus de quatuor filijs ancillarum, positus est sub vexillo Ruben. Manserunt autem alij tres pro altero vexillo, & inter eos ponitur prius Dan: qa fuit prior ordine natiuitatis & dignitate matris. nam fuit assumpta in vxorem Iacob Bala ancilla Rachelis mater Dan antequam assumeretur Zelpha, quæ erat mater Aser. Etiam prędcessit in natiuitate, quia sicut primo mater Dan assumpta est in vxorem quàm mater Aser, ita & prima genuit. de his Gen.30.cap.

Vex Dan ad aglonem.

Cur Dan prædcessit Nephtalim, & Aser Nephtalim, & de ordine inter eos. Quæst. IX.

SED dicetur quare prædcessit Dan Nephtalim: cum ambo essent æquales ex dignitate matris, quia erant ab eadem, vt patet Gen.30.cap. Respondendum est hoc fuisse propter natiuitatē: prius enim natus est Dan quàm Nephtalim, vt patet Gen.30.cap. Sed adhuc quæretur, quare fuerit primo positus Aser quàm Nephtalim, cum prędcederet duplicitet Nephtalim. ipsum Aser, s.ex ordine natiuitatis, & ex dignitate matris, quæ prius assumpta est in vxorem a Iacob quàm Zelpha mater Aser. Respondendum est hoc fuisse ad tollendam ęmulationem, scilicet, ne videretur tribus Aser cōtemptibilior omnibus, ideo cum in isto vexillo fuerit positus vnus de filijs Balæ tanquam caput, debuit poni alius in extremo, & ita medius foret Aser, qui erat filius Zelphæ, & non videretur contemptibilior omnibus. Sed dices idem argumentum manere de Nephtali qui ponitur in extremo. Respondendum est non esse idē, qa vnus de filijs Balæ positus est, tanq̄ capitane⁹, ideo alius debuit poni tanq̄ vltimus, nec in hoc cōtinebāt.

Cur primo ponitur Aser q̄ Nephtali.

Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser. Ista erat secūda tribus in castrametatione sub vexillo Dan: & habet eundem numerum bellatorum, & eundem principē quem supra habere dicebatur. Iste autem ponitur secundus ex causa supra assignata.

De tribu filiorum Nephtalim. Ista est tertia tribus, quæ ponebatur sub vexillo Dan, & est Nephtalim frater Dan ex eadem matre, vt patet Gen.30.cap. & ponitur hic nouissimus ex ratione supra posita.

Omnes qui numerati sunt in castris Dan. Hic ponitur summa totalis omnium tribuum, quæ erant in exercitu Dan. Et sciendum quòd secundum quòd tribus excedunt se in numero bellatorum, ita summæ istorum quatuor vexillorum non sunt æquales, quia in exercitu filiorum Iudæ fuerunt plures quàm in omnibus alijs vexillis, s. centum octoginta sex millia quadringenti: in exercitu autem vexilli filiorū Ephraim fuerunt pauciores quàm in alijs, s. cētum octomillia & centum. In exercitu autem vexilli filiorum Dan fuerunt plures, q̄ in vexillo Ruben & Ephraim, sed pauciores q̄ in vexillo Iudæ, vt patet ex litera. *Nouissimi proficiscentur.* Hoc est de filijs Dan & alijs qui sunt sub vexillo eorū, quia isti sunt alijs minores in dignitate. *Hic numerus filiorum Israel.* Hic replicatur summa totalis omniū vexillorum & tribuū, & est eadem penitus quæ habetur prędced.cap. *Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel.* Hic excluduntur Leuitæ a numero cæterorum, eo ꝙ alij erant bellatores, Leuitæ aūt non, vt declaratū fuit prædced.cap. & propter alias causas, sicut tactum est prędced.cap. De numero tamē Leuitarum, & ordine, & officijs eorū habetur infra seq.cap. quia pertinebant ad alterum ministerium.

In q.31.

Dicit autem Rab.Sal. q̄p Leuitæ non fuerunt numerati cū alijs tribubus, quia Dominus p̄ſciuerat oēs numeratos hic cum bellatoribus perituros pp murmurationē, vt patet infra 14.cap. Si autem Leuitæ cōputarentur cum eis, etiam ipſi perirent, ideo nō computati ſunt. Item quia Dominus elegerat tribū Leui ad miniſtrandum ſibi, quia iſti non peccauerant in fabricatione vituli ſicut cæteri Iſraelitæ, ideo eos ſolos vocauit Moyſes ad faciendum vindictam in oēs peccantes, vt patet Exo.32.c. numerauit ergo per ſe Leuitas tanq̄ miniſtros ſuos, & Iſraelitas per ſe, quia nō pertinebant ad eius miniſterium. *Sicut præcepit Dominus Moyſi*. Ideſt q̄p mandauerat Deus ne Leuitæ numerarentur cum alijs, & ſic nō numerauit eos Moyſes, de hoc patet p̄ceed.cap. *Fecerunt que filij Iſrael iuxta omnia quæ mandauerat Dominus*. Duo enim mādauit De⁹, ſcilicet, q̄p Iſraelitæ numerarentur, & ponerentur ſub vexillis ſuis: ſecundum erat quòd non appropinquarent ad caſtrametādum circa tabernaculum. Hæc autem duo fecerūt ſm q̄p declarat litera immediatè ſequens. *Caſtrametati ſunt per turmas ſuas*. Dī hic caſtrametatio per turmas, ideſt per vexilla, ſ. q̄p Iſraelitæ habuerunt quatuor vexilla, ſub quibus manerent. Etiam dicūtur caſtrametati per turmas ſuas, i. in tribub⁹ ſuis, & familijs, & domibus: hęc aūt omnia fecerunt. *Et profecti per familias ac domos patrum eorum*. Iſtud pertinet ad alterum p̄ceptum incidētale. Nam q̄q̄ principaliter deſcribantur hīc caſtrametationes: tn etiam ponitur de profectione, & motu caſtrorum, ſ. qui moverentur primi, & qui ſecundi: & ſic de totali ordine, & hoc eſt proficiſci per domos & familias patrum, i. q̄p quilibet in motu caſtrorum proficiſcerentur in loco tribus ſuę, & familiæ ac domus, quia oīa iſta erant diſtincta in locatione caſtrorum, & hoc erat proficiſci per domos & familias ſuas.

Quid ſignificet moraliter tota ordinatio caſtrorum. Qō. X.

CIRCA iſta quę dicta ſunt de ordinatione caſtrorum & tabernaculi, q̄q̄ intentionis noſtrę non ſit allegorijs aut tropologijs inſiſtere, poteſt tamen ſignari moralitas cōueniēs. Ponitur enim tabernaculum in medio caſtrorum, & iſtud ſignificat animam iuſti, quę eſt in medio caſtrorum, i. intra corpus ſuum: aīa aūt tabernaculum dicit, iuxta illud Eccl.24.cap. qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Aſpectus autem huius eſt ad orientem, per quem intelligitur matutina illuminatio, vel purgatio per gratiam refulgentem. aſpectus ad meridiem eſt mentis inflammatio, q̄n tunc eſt ſol in rota & feruore aſpectus. ad aquilonem eſt reſiſtentia cōtra principes & rectores & aereas poteſtates & colluctatio contra dęmonem qui per aquilonem ſignat: q̄n ab aquilone pandetur omne malum, iuxta illud Hiere.1.c. Ad orientem autem tres tribus ſunt, ſ. Iudas, Iſachar, & Zabulon. Iudas interpretatur confeſſio vel laus: & intelligitur vera cōfeſſio: per Iſachar, q̄ ſm aliquos memorans Dīm interpretatur, intelligitur aſſiduitas orationis. per Zabulon, qui ſignificat habitationem, intelligitur puritas cōuerſationis. Hęc autem tria ad purgationem proficiunt animorū vel illuſtrationem quæ ſignificatur per orientem. Ad meridianā plagam Ruben, & Gad, & Simeon collocantur. Ruben qui viſionis filius dicitur, veritatis fulgorem ſignificat, q̄o mens humana inflammatur. Per Simeon qui audiens vel auditio dicitur, charitatis amor innuitur, qui omnibus obedit. Gad, qui fortunatè vel feliciter interpretatur, dulcorem mentis ſignificat refectiuum. Hæc tria inflammatam animam conſequuntur. Ad occidentalem plagam Ephraim Manaſſes, & Beniamin caſtrametātur, Ephraim, qui accreſcens dicitur, profectum in ſpiritualibus ſignat. ad quem Manaſſes, qui obliuio rerum temporalium dicitur, maxime incitat. Beniamin, qui filius dexterę dicitur, cęleſtium amorem deſignat, ad quem eorum mouet æternitas. Hæc autem tria mortis mediationem non deſerunt. Ad aquilonarē regionem Dan, Nephtalim, & Aſer ſua tentoria figunt: Dan, qui iudicium dicitur, vltimi iudicij terrorē denotat. Nephtalim, qui implicitus vel tortuoſus dicitur, pudorem opprobrij deſignat, ſiquis peccato implicetur. Aſer, q̄ beatitudo ſiue felicitas dicitur, cęleſtis p̄mij amorē deſignat. Et hęc nos cōtra dęmonis inſultus & verſutias ſufficienter defendunt, quæ per aquilonem deſignantur: contra hęc autem magna nobis, & quotidiana colluctatio eſt, iuxta Apoſto. ad Epheſ.6.c. non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum cōtra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.

CAP. III.

HÆ ſunt generationes Aaron & Moyſi in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in mōte Sinai. Et hæc nomina filiorum Aaron. Primogenitus eius Nadab deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron ſacerdotum qui vncti ſunt: & quorum repletæ & conſecratæ manus, vt ſacerdotio fungerentur. Mortui ſunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conſpectu Domini in deſerto Sinai abſq; liberis: functiq̄ue ſunt ſacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo. Locutusq̄ue eſt Dominus ad Moyſen dicens. Applica tribum Leui & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis vt miniſtrent ei: & excubent & obſeruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiant vaſa tabernaculi, ſeruientes in miniſterio eius. Dabisq̄ue dono Leuitas Aarō & filijs eius quibus traditi ſunt a filijs Iſrael. Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij. Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur.

HÆC *ſunt*. Supra agebatur de numeratione Iſraelitarum laicorum. Hic agitur de numeratione Leuitarū, & ſacerdotum, & diuiditur in duas partes: quarum primo deſcribitur in gñali eorū ſtatus. Scdo deſcribit tpe motus j. ſeq.c. Prima in tres partes, quia primò agit de eorū ſeparatione. Scdo de eorū numeratione. Tertio de eorū cōmutatione. Scda ibi. *Locutusque eſt Dominus*. Tertia ibi. *Et ait Dominus*. Prima in tres partes. quia primo ponitur ratio ſeparationis ſacerdotum. Secundo ſeparationis Leuitarum. Tertiò ſeparationis vtrorumq̄ue, Secunda ibi. *Applica tribum Leui*. Tertia ibi.

Locu-

Locutusque eſt Dominus. Circa primum. *Hæ ſunt generationes Aaron*. Hic intendit Dominus ſeparare ſacerdotes a toto populo, & iſtud fuit principium eorum: ideo ponitur hic, qui fuerint iſti ſacerdotes, & quia Aaron fuit principium omnium ſacerdotum veteris teſtamenti, incipiunt generationes ab ipſo deſcribi. Primo enim erant generaliter ſacerdotes omnes primogeniti: poſtea tamē cum elegiſſet Dominus Leuitas in ſortem ſuam, omnes primogeniti caruerunt iure ſacerdotali, & pro eis dabantur omnes Leuitæ ſecundum quòd patet infra.

Quare non computantur ſacerdotes à Leui, ſed incipit ordo in Aaron. Quæſt. I.

ET quamquam Aaron deſcēderet a Leui, tamen nō deſcribitur hic generatio Leui, ſed ſolum Aaron. Cauſa huius eſt, quia alij priores, ſ. Amram, Caath, & Leui non functi fuerunt ſacerdotio: cum nunq̄ fuiſſet inſtitutum vſque ad Aaron, & Aaron non functus fuit ſacerdotio ſemper, ſed ſolum cum iam eſſet annorum octuaginta quatuor in deſerto Sini. Nam Aaron in exitu de Aegypto, & parum ante hoc, cum ingrederentur ipſe & Moyſes ad Pharaonem erat annorum octuagintatriū, & Moyſes erat ann.80. vt patet Exo.7.cap. functus fuit ſacerdotio in ſecūdo anno ab exitu de Aegypto. Nam in prima die menſis primi anni ſecundi ab exitu de Aegypto fuit facta cōſecratio. Ideo vno anno poſt exitū de Aegypto incępit fungi ſacerdotio, vt declaratum eſt Leuit.8. & 9.cap. eſſet ergo tūc annorum 84. permanſit autem in ſacerdotio ſuo vſque ad annum 123. vitę ſuę. tanto enim tpe vixit, vt patet infra 33.cap. & ſic fuit tempus totum quo Aaron fuit ſacerdos ann.39. vel vt verius dicamus 38.anno. & dimidij. Nam in quinto menſe anni 44. ab egreſſione de Aegypto die prima menſis mortuus eſt, vt infra 33.cap. Ipſe igitur ponitur hic tanq̄ caput, & nō Leui proauus eius. In applicatione tamen Leuitarum fit mentio de Leui: & cauſa eſt, quia oēs Leuitę diſtincti fuerunt hic per familias ad accipiendum varia officia: familiæ aūt diſtinguuntur per ipſos filios Leui immediatè, ſ. Caath, Merari, Gerſon: & ab his deſcendunt familiæ, in quibus diuiſa ſunt officia Leuitarum: fuit ergo in applicatione Leuitarū facta mentio de patre eorum Leui, ſed non in applicatione ſacerdotum. *Hæ ſunt generationes Aaron*. Poſſunt hic accipi generationes dupliciter. Vno modo pro filijs: & ſic dicitur q̄p generationes Aarō, i. filij ſunt iſti quatuor, qui habentur hic: Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Alio modo accipiuntur generationes, ideſt cognationes vel familiæ: & iſto modo dicuntur generationes Aaron familiæ deriuatæ a filijs ſuis, ſ. ab Ithamar, & Eleazar. Sed dicendum eſt q̄p accipiantur hic generationes, ideſt filij: quia referūtur iſtę generationes ad tempus, in quo facta eſt numeratio quę habetur hic. Sed manifeſtum eſt quòd hoc tempore ex filijs Aaron nondum orę fuerant familiæ, ſed ipſi erant quaſi ſoli, vel ſaltem habebant filios paruulos, alioquin fuiſſent conſecrati hoc ſecundo anno ab exitu de Aegypto cum patribus ſuis, ſicut fuerunt filij Aaron conſecrati cum eo. Nullus tamen fuit conſecratus p̄ter Aaron, & filios ſuos Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar, vt patet Exo.29. & Leui. 8.cap.

An Eleazarus tempore conſecrationis ſuæ habuerit aliquem filium virilis ætatis. Quæſt. II.

SED aliquis arguet q̄p Eleazar iam haberet ad minus vnum filium virilis ętatis, ſ. Phinees. nam iſtæ transfodit Zamri principē tribus Simeon, & Madianitidem coeuntes, vt patet infra 25.c. Reſpondendū eſt q̄p tpe conſecrationis Eleazarus non habuit aliquē filium virilis ętatis: & forte Phinees nō erat tunc natus. Cum autem dicitur q̄p erat virilis ętatis Phinees, quia pugione transfodit coeuntes. Reſpondendum eſt non ſequi ex hoc. Nā cōſecratio ſacerdotum fuit facta in principio anni ſecundi ab exitu de Aegypto, vt declaratū fuit Leui.c.1.8. & 9. percuſſio aūt coeuntiū facta a Phinees fuit in anno 40. ab exitu de Aegypto poſt mortē Aaron, cū iam eſſent Iſraelitæ apud Iordanem, vt colligitur ex ordine proceſſus huius libri. nam ea quæ hīr a cap.20. vſque ad finem fuerūt facta in anno 40. egreſſionis de Aegypto: & tn iſta confuſio hr infra 25.cap. ergo pertinet ad annū 40. & ſic Phinees poterat eſſe tūc vir 30. vel 40. annorū: & tamen nondū eſſet natus tpe conſecrationis factę. *Et Moyſi*. Ideſt iſtæ ſunt generationes Moyſi.

Cur hic computantur generationes Moyſi cum Aaron, cum non fuerint ſacerdotes filij eius. Et an filij Moyſi mortui fuiſſent tempore huius numerationis. Quæſt. III.

DICET aliquis quare computantur hic generationes Moyſi: cum filij ſui non fuerint ſacerdotes, ſed habuerūt partem cum Leuitis, vt patet 1. Paralip.25.c. Rndet aliq̄p factum eſt hoc, quia generationes Aaron vocātur generationes Moyſi. Dicit.n. Rab. Sal. q̄p Moyſes docuit Aaron, & filios eius legē: & ob hoc reputatur pater eorum, quia ita debebant habere eum in reuerentiam tanq̄ ſi eſſet pater. Sed magis dicendum eſt, q̄p Moyſes noīatur hic habere generationes, quia habebat filios, ſ. Gerſon, & Eliezer, vt patet Exo. c.2. Sed aliquis dicet q̄p q̄q̄ Moyſes habuit filios, tamen iam mortui erant: alioquin fuiſſet hic facta mētio de illis. Reſpondendum eſt q̄p neceſſe eſt dici tunc Moyſen habuiſſe filios, vel nepotes ſaltem, nam poſtea in diſtributione Leuitarum, quā fecit Dauid, computanē filij Moyſi, vt patet 1. Paralip.25. cap. hoc tamen erat impoſſibile niſi tpe huius numerationis viuerēt eius filij vel nepotes. Item patet q̄p tunc habebat filios. nam hoc tpe cum Moyſes eſſet in deſerto Sinai, vbi facta eſt iſta numeratio, Iethro ſocer Moyſi duxit ad eum vxorem ſuā & duos filios, ſ. Gerſon, & Eliezer, vt patet Exo.18.c. ergo generationes habebat tunc.

Cur hic non fuerunt numerati filij Moyſi. Quæſt. IIII.

SED quæret aliquis, cum Moyſes haberet tunc filios cum facta eſt iſta numeratio, quare non fuerunt hic numerati? Reſponderi poteſt dupliciter. Vno mō q̄p filij Moyſi erant paruuli, quia forte vix haberent annos tres vel quatuor, ſaltē vnus eorum, ſ. Eliezer: quod patet, quia quando iuit Moyſes in Aegyptum ad educēdum Iſraelitas in anno in quo exierunt inde, & veniret de Madian, in itinere circuncidit paruulum filium ſuum Eliezer, vt patet Exo.4.cap. & ſic non haberet tunc vnum annū, & tamen ab illo tempore vſque ad tempus huius numerationis vix tranſierat annus & dimidius. quod patet, quia pauco tempore poſtquam Moyſes iuit in Aegyptum exiuit populus Dei inde: & tamen a tempore exitus vſque ad iſtam numerationem non tranſiuit vnus annus integer, ſed deficiebant quindecim dies: q̄n 15. die menſis primi exierunt Iſraelitæ, vt patet infra 33.cap. Et tamen in prima die anni ſecundi egreſſionis de Aegypto fuit inchoata iſta numeratio, vt patet p̄ceed.cap. & ſic non fuit vnus annus.

Eſſet igitur Eliezer filius Moyſi ad plus annorum

duo-

duorum,quando facta fuit ista numeratio. Et secun F
dum quòd dicitur de Eliezer, ita etiam de alio filio
eius, qui vocabatur Gerson, nam iste videtur fuisse
paruulus tempore exitus de terra Madian, quia Moy
ses imposuit vtrumque filium super asinum & vxo-
rem,& sic videtur quòd paruulus erat nō potens am
bulare, & cum ab illo tempore vsque ad istā nume-
rationem parum intercidisset spatium, esset Gerson
paruulus sicut Eliezer, & sic neuter eorum erat vir,
qui computari deberet expresso nomine suo, nam
nullus de Israelitis transibat ad nomen nisi cum ha-
beret annum vigesimum,vt patet Exo.30.cap.

Et si obijciat aliquis quòd Leuitæ numerabantur
ab vno mense,& supra,vt patet infra in litera.

Respondendum est quòd nō erat hoc,vt isti tran- G
sirent ad nomen, & quilibet eorum haberet nomen
tanquam vnum caput, sed solum numerabantur ad
redemptionem primogenitorum. Et hoc modo
non solum fiebat computatio in Leuitis ab vno men
se,sed etiam in Israelitis laicis quantum ad primoge-
nitos. Omnes enim primogeniti Israelitarum laico-
rum computati sunt,siue paruuli siue maiores,& pro
eis dati sunt in partem Domini omnes Leuitæ, siue
magni,siue parui. Ideo fuit facta computatio ab vno
mense. Si tamen deberet fieri computatio simpli-
citer,& non ad commutationem, nō numerarentur
Leuitę a mense vno & supra, sed magis numerarentur
a vigesimoquinto anno ad officia sua, vt patet in-
fra 8.cap. filij ergo Moysi,quia paruuli erant non po- H
terant computari in numerum virorum.

Alio modo responderi potest, quòd filij Moysi
computati sunt hic inter Leuitas,& fuit eorum com
putatio in familia Caathitarum, quoniam ipsi erant
de genere Caath sicut Aaron, & tamen isti non no-
minabantur, quamquam essent viri & computaren-
tur: solum enim computatæ sunt hic & nominatæ
tres familiæ principales Leuitarum, scilicet, Caathi-
tarum,Gersonitarum, Meraritarum. nominatæ sunt
etiam aliæ familiæ speciales subditis, quia quælibet
habebat multas,vt patet in litera: tamen de istis fami-
lijs nullus virorum nominatus est, quamquam mul-
ti essent. Ideo filij Moysi qui constituebantur in fa-
milia Caathitarum,etiam non debuerunt nominari,
alioquin peteremus de viris, qui erāt in qualibet alia-
rum familiarum,quare nominati non sunt. I

Cur generatio Moysi describitur inter sacerdotes. Et cur exprimuntur hic nomina filiorum Aaron.
Quæst. V.

SED quęret aliquis, cum Moyses non esset de
sacerdotibus, sed de Leuitis, quare generatio
eius describitur hic inter sacerdotes.

Respondendum est q̄ nihil de generatione
Moysi describitur inter sacerdotes: quoniam non
exprimitur aliquis de filijs eius: & si accipiantur tacitè
filij eius in familia, in qua computantur, non di-
centur computari inter sacerdotes, sed inter Caathi-
tas,de quorum familia erant: solum est speciale hoc, K
quia ponitur hic in titulo. hęc est generatio Aaron
& Moysi. quod non fuit factum de aliquo aliorum
Leuitarum. Causa huius est propter excellentiam,
quia fuit Moyses excellentior omnibus Leuitis, &
sacerdotibus; si tamen filij sui deberent nominari ex-
plicitè non ponerentur inter filios Aaron, sed inter
Caathitas. *In die qua locutus est Dominus ad Moysen.* Idest
istæ sunt generationes vel filij quos habebat Moyses
& Aarō in die qua locutus est Dominus ad Moysen,
q.d. omnes istos qui infra nominātur habebat Aarō
in die qua locutus est Dominus ad Moysen de facien
do numerationē hanc. similis modus habetur Gen.
cap.2. Cum dicitur. istæ sunt generationes cęli & ter-
ræ, quando creatæ sunt in die qua fecit Deus cęlum
& terram, idest istæ res genitæ sunt quæ erant in die
illa qua Deus fecit cęlum & terram. *In monte Sinai.*
Idest locutio ista de numeratione facta fuit a Dño ad
Moysen in monte Sinai, & ibi etiam fuit facta ista nu
meratio,vt patet supra c.1. *Et hæc nomina filiorū Aaron.*
Hic numerantur sacerdotes distincti a Leuitis,& ex
primuntur nomina eorum. Sed dicet aliquis quare
exprimuntur hic nomina filiorum Aaron cum infra
non exprimantur nomina Leuitarum? Respondēn
dum est q̄ Leuitæ erant valde multi, quia numerus
omnium accessit ad vigintiduo millia,vt patet infra:
ideo non debebāt numerari nominatim: filij autem
Aaron erāt pauci,s.duo & ipse pater eorum. debue-
runt ergo tres nominari. *Primogenitus eius Nadab.* Hic
ponuntur nomina filiorum Aaron, qui iam mortui
erant: Nadab enim & Abiu iam non erat, sed com-
putantur hic vt sciatur quot fuerunt filij Aaron, &
maximè vt cognoscatur quot fuerunt sacerdotes: nā
isti duo consecrati sunt, & tamen cum ministrarent
mortui fuerunt,vt patet Leuit.cap.10. *Et deinde Abiu.*
Hic ponitur ordo filiorum Aaron quantum ad nati-
uitatem,quia primogenitus fuit Nadab, & iste succes
surus erat ei in sacerdotio, nisi mortuus fuisset: suc-
cessit autem Eleazar. post Nadab fuit Abiu,vt patet
in litera. Alij autem duo minores erant,s.Eleazar,&
Ithamar. Hoc autem patet ex honoribus,nam quan
do viuebant isti quatuor magis honorabātur Nadab,
& Abiu q̄ Eleazar,& Ithamar.q̄d patet Exo.24.c. vbi
dictū est q̄ Nadab & Abiu ascenderunt cū Aaron &
cū 70.senioribus de Israel ad montē comitātes Moy
sen: tamen non fit aliqua mentio de Eleazar,& Itha-
mar. Item patet hoc ex tempore ministrationis suę
in consecratione: nam Nadab, & Abiu acceperunt
officia nobiliora,scilicet, offerre thymiama: Eleazar
autem, & Ithamar non memorantur ea die accepis-
se aliquod officium, sed credendum est, quòd acce-
perint officia alia minora: si tamen ipsi essent maio-
res quàm Nadab,& Abiu datum fuisset eis, quòd of-
ferrent thymiama cum esset honorabilius. Alij tamē
acceperunt vt patet Leuit.10.cap.

Et Eleazar & Ithamar. Isti fuerunt duo filij minores
Aaron, qui non mortui sunt, & vnus eorum suc-
cessit in pontificatu,s.Eleazar.

Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotis. Ad superiora
refertur, quia illi quatuor superiores fuerunt filij
Aaron: non enim habebat alios, quando consecra-
tus est: nec postea recolligitur habuisse alios. voca-
tus hic Aaron sacerdos, non q̄ filij sui non essent sa-
cerdotes,sed per excellentiā,qa ipse erat sacerdos ma
gnus. *Qui uncti sunt.* In hoc significatur,q̄ isti quatuor
filij Aaron fuerunt consecrati in sacerdotes,quia hoc
pertinet ad vnctionem.

Quòd duæ unctiones minorum sacerdotum fuerunt.
Quæst. VI.

DE modo autem istius vnctionis habetur
Exo.29. & Leuit. 8.cap. erant enim duæ
vnctiones minorum sacerdotum: quarū
vna vocatur tinctio,& alia aspersio.tinctio
est,quia extremum auriculæ dextræ cuiuslibet sacer-
dotis, & pollex manus dextræ, & pedis tingebantur
in sanguine arietis: aspersio est, quòd ipsi sacerdotes
induerentur vestibus suis, & super eos, & vestes fun-
deretur oleum mixtum sanguini, aspergendo gutta-
tim. Istæ duę pertinebant ad minores sacerdotes,
& vocantur hic generaliter vnctio. In sacerdoti-
bus

bus autē magnis fiebat triplex vnctio,scilicet, tinctio, A
aspersio,& effusio. Duę primæ erant sicut in mino-
ribus sacerdotibus: tertia erat effusio, scilicet, quòd
accipiebatur vas,in quo erat oleū vnctionis,& funde
batur per modum defluxus super caput sacerdotis,
vt discurreret per capillos & barbam. de hoc est dic-
tum Leuit.8.& 21.cap.Istę autem omnes signantur
hic nomine vnctionis.

Et quorum repletæ sunt manus. Dicuntur manus sa-
cerdotum repletæ,idest completæ, scilicet, quòd su-
per manus eorum completæ sunt omnes cæremo-
nię, quę pertinebant ad ritum consecrationis, quia
fiebant aliquæ cæremonię in manibus eorum ad mi-
nistrandum. Nam cum sacrificia offerebantur pro
sacerdotibus, super manus omnium ponebantur
adipes, & armus dexter, & pectusculum, & eleua- B
bant ea coram Domino, & hoc pertinebat ad con-
secrationem eorum. de quo Exo.29. & Leuit. 8.cap.
Vel dicuntur esse manus eorum repletæ, quia tinge-
bantur quando consecrabantur, scilicet, pollex ma-
nus dextrę. & per hoc dicebatur esse vtraque manus
consecrata. Alio modo potest dici manus repleta in
eo quòd accipit aliquid ad offerēdum, & hoc modo,
quicunque accipiebat quem bouem, vel ouem,&
offerebat faciens cæremonias,dicebatur replere ma-
num suam & fiebat sacerdos. Sic patet 3.Regū 13.c.
scilicet, quicunque volebat implebat manum suam,
& fiebat sacerdos excelsorum. Ista autem repletio di-
cebatur esse in accipiendo aliquid ad offerendum, vt
declaratur 2.Paralip.13.cap. quicunque venerit & ini- C
tiauerit manum suam in tauro in bobus in arietibus
septem,fit sacerdos eorum qui non sunt dij.

Et consecratæ sunt. Ista consecratio refertur ad tin-
ctionem factam in pollicibus dextris sacerdotum:
nam per hoc consecratio erat in vtraque manu eo-
rum: non enim requirebatur quòd vtraque manus
eorum totaliter tingeretur sanguine ad hoc quòd
esset consecrata,sed sufficiebat pollicem tingi dextrę
manus. Causę autem horum positæ sunt Leuit.8.c.

Vt sacerdotio fungerentur. Idest ad hoc fuerunt ma-
nus sacerdotum consecratæ, vt fungerentur sacerdo-
tali officio,non enim licebat ea, quæ sancta sunt ma-
nibus vulgaribus tractari,& nullo modo sanctificatis.
Sic etiam factum est de vestibus,quoniam non mini-
strabant sacerdotes in vestibus vulgaribus, sed datæ D
sunt eis vestes sacrę ad ministrādum. sic dicitur Exo.
28.cap.

Mortui sunt autem Nadab & Abiu. Hic ponitur qui
filij Aaron erant superstites,quia nō omnes qui con-
secrati sunt superstites fuerunt, sed duo primi mor-
tui sunt.

Cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini. Scri-
bitur causa mortis istorum, scilicet, quòd Nadab &
Abiu in die primo ministrationis suæ obtulerūt thy-
miama, & ad hoc oportebat accipi ignē, nam in mi-
nistratione thymiamatis primò accipiebatur thuri-
bulum,& ponebantur in eo prunæ de altari holocau
storum: & introducto thuribulo ad altare thymia- E
matis superponebatur thymiama prunis ardebat.
Nadab autem & Abiu errauerunt, quia cum debuis-
sent sumere ignem de altari holocaustorum,tulerūt
de alieno,qui non erat sacer,scilicet de alio igne qui
erat in atrio tabernaculi ad coquendas hostias pacifi-
cas: egressus autem tunc ignis a Domino de altari
holocaustorum cōbussit illos. de modo & causa ho-
rum latè dictum est Leuit.10.cap.

In conspectu Domini. Ista determinatio localis potest
referri ad illud verbum mortui sunt vel ad illud ver-
bum offerrent. si referatur ad illud verbum mortui
sunt: est sensus,quòd mortui sunt in conspectu Do-

mini,s.coram altari holocaustorum. Nam cum Na-
dab & Abiu transirent ante altare holocaustorū por-
tantes ignem alienum, egressus est ignis de altari &
mortui sūt ibi, & quia in altari dicebatur esse Domi-
nus specialiter, mortui coram altari, dicuntur mor-
tui in conspectu Domini. Alio modo referri potest
ad illud verbum offerrent: & tūc est sensus,quòd of-
ferebant ignem alienum in conspectu Domini,s.co-
ram altari thymiamatum. Nam ille ignis ferebatur
ad altare thymiamatum, vt ibi arderet thymiama, &
tamen nondum Nadab & Abiu accesserant ad con-
spectum Domini,s.ad altare thymiamatū, sed in in-
troitu tabernaculi apud altare holocaustorum mor-
tui sunt. *In deserto Sinai.* Ibi.n.facta fuit consecratio sa-
cerdotum,& ibi ministrauerūt atque combusti sunt.
vltra montem Sinai in toto deserto non fuit factum
aliquod sacrificium.

Absque liberis. Refertur ad illud verbum mortui
sunt,s.q̄ Nadab & Abiu nō habuerūt filios aliquos,
quia pręueniente morte habere non potuerunt. Ex
hoc patet quod supra dicebatur,s.quòd in consecra-
tione sacerdotum in monte Sinai solum fuit conse-
cratus Aaron & quatuor filij sui. nullus quippe alius
erat de stirpe eius,qui consecrari posset, & cum dice-
batur,quòd Eleazar haberet tūc filium nomine Phi-
nees,satis apparet non habuisse: quia duo fratres eius
maiores,s.Nadab, & Abiu nullum habuerunt tunc
ergo minores fratres,s.Eleazar & Ithamar verisimi-
le est nō habuisse filios. Et dicitur hic q̄ mortui sunt
sine liberis ad tollendum dubium. nam crederet ali-
quis subtiliter hic & in alijs libris familias sacerdota-
les deriuatas a Nadab & Abiu, quæ non subtiliter,
quia nullæ fuerunt,cum mortui sint absque liberis.

Functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar. Isti duo
fratres manebant mortuis alijs,& isti soli fungebātur
officio sacerdorum coram Aaron. hoc autem intel-
ligitur quantum ad tempus illud, in quo isti non ha-
buerunt filios virilis ætatis. nam postq̄ habuerunt,il-
li effecti sunt sacerdotes sicut patres eorū, & potue-
runt fungi sacerdotio.

Quo tempore functi sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram patre suo Aaron. Quæst. VII.

SED dicet aliquis quo tempore functi sunt sa-
cerdotio soli coram patre suo Eleazar & Itha-
mar: nam hoc non potest referri nisi ad tem-
pus,quo fuerunt in deserto, quia ibi mortuus
est Aaron ante ingressum in terram Chanaan, vt pa-
tet infra 20.& 33.cap. Si enim referretur ad tempus
post ingressum in terram promissionis, manifestum
est quod functi sunt sacerdotio. Nam Eleazar fuit
summus sacerdos, & vixit magno tempore post in-
gressum in terram promissionis: mortuus quippe est
post Iosue, vt patet Iosue cap.vlti. De Ithamar eodē
modo dicendum est quòd functus fuerit sacerdotio
post ingressum in terram Chanaan, sed hoc non est
fungi sacerdotio coram Aaron,quia tunc nō super-
eminebat Aaron: solum igitur referēdum est ad tem-
pus quo fuerunt Israelitæ in deserto.Sed hoc tempo-
re non fuit facta aliqua ministratio sacrificiorū præ-
terq̄ in deserto Sinai in consecratione sacerdotū: nō
vī ergo qūo fuerint functi sacerdotio Eleazar,& Itha
mar. nam in cōsecratione sua non fungebantur ipsi
sacerdotio,sed Moyses qui consecrabat eos. Rūden-
dum est q̄ Eleazar & Ithamar functi fuerūt sacerdo-
tio in monte Sinai & in alijs locis deserti. In monte
Sinai functi sunt in sacrificijs, quia postquam consē-
crati sunt ministrauerunt, vt patet Leuit. cap.9.& 10.
De die in qua ministrauerunt Aaron, & filij sui,

& combusti sunt Nadab & Abiu: erat autem hoc in die octaua mensis primi anni secundi, vt declaratum est Leuit. cap. 9. Manserunt tamen Israelitę toto ipso mense in monte Sinai & sequenti vsque ad diem vigesimum, nam die vigesima mensis secundi anni secundi egressionis de Aegypto mouerunt Israelitæ castra de monte Sinai, vt patet infra cap. 10. Videtur ergo q̄ omnibus istis diebus facerent sacrificia, saltē matutinum & vespertinum holocaustum, quia habebāt ibi opportunitatem ad ista sacrificia, sicut habuerunt ad ea, quę facta sunt in consecratione sacerdotū. In hoc autem mense & dimidio functi sunt sacerdotio corā Aaron. Item functi sunt sacerdotio per totum desertum, quia licet non essent sacrificia in alijs mansionibus prę̄terquam in monte Sinai, tamen poterant ministrare in alijs locis, quia prę̄ter sacrificia erant aliæ ministrationes, sicut patet in separatione leprosorum, & iudicando de lepra in vestibus & hominibus & domibus. Nam hoc pertinebat ad sacerdotes siue maiores siue minores, vt patet Leuit. 13. c. Et tamen in deserto mansit ista ministratio, quia iubebat Dominus vt omnes leprosi eijcerentur de castris, vt patet infra 5. cap. Ad hoc tamē q̄ eijcerentur, oportebat vt primo sacerdotes iudicarent esse leprosos, vel non, vt patet Leuit. 13. cap. Et si aliquis sanarę̄ oportebat vt sacerdos cōtemplaretur eum, ad videndum si esset sanus, & reduceret eum in castra, vt patet Leui. 14. c. Et sic Eleazar & Ithamar per totum desertum functi sunt hac sacerdotali ministratione corā patre suo, quamquam magis intelligitur de ministratione sacrificiorum. *Coram Aaron patre suo.* Idest videte Aaron patre suo, q. d. isti duo ministrauerunt in sacerdotio postq̄ introierunt in terram Chanaan, non solum ibi, sed etiam coram patre suo viuente. Alio modo intelligitur, coram patre suo, i. q̄ pater suus ministrabat principaliter, & ipsi subministrabāt ei. nam in holocaustis & hostijs pacificis ritus erat, vt ipse sacerdos, qui principaliter ministrabat, faceret omnes cęremonias: alij autem sacerdotes astarent ei, & subministrarent, offerentes sanguinem: & isti vocantur minores sacerdotes vel filij Aaron, vt patet Leui. c. 1. & 3. ita videtur factum fuisse in toto tempore quo manserunt Israelitæ in monte Sinai post consecrationem sacerdotum, s. q̄ Aaron principaliter ministraret complens omnes cæremonias sacrificiorum, & filij sui subministrarent ei offerentes sanguinem: & hoc modo Aaron ministrabat, & filij sui corā eo fungebantur sacerdotio.

Locutusque est Dominus ad Moysen. Hic agitur de applicatione tribus Leui ad Dominum, & separatione ab Israelitis: non solum enim sacerdotes ministrabāt coram Domino, sed etiam Leuitæ habebant aliquas ministrationes in portando sanctuarium, ideo ipsi debuerūt segregari a cæteris Israelitis & ad Dominum applicari.

Applica tribum Leui. Vocatur hic Leui tribus, non q̄ sit vna de duodecim Tribubus Israel, quæ acceperunt sortes hęreditatum, nam in computatione harum tribuum nō ponitur Leui, vt patet duobus præcedentibus capitulis: accipitur tamen aliquando tribus Leui pro cognatione deriuata a Leui, & hoc modo quia descenderunt a Leui multæ familiæ & domus, sicut a cęteris filijs Iacob, vocatur Leui vna tribus. quando autē debeat vocari Leui tribus & quando non, & quomodo computentur semper duodecim tribus, siue inter eas, siue non, declaratum fuit Deut. 27. & Iosue 3. cap. Iussit autem Deus quòd applicarentur hiç Leuitæ, nam quamquam supra appliciti fuissent sacerdotes, scilicet, Aaron, & filij sui: tamen tota alia tribus Leui non fuerat applicita ad Dominum: hic ergo iubet eam applicari: & dicitur quòd applicetur, scilicet, ad Dominū, quia ante erant sicut cæteri populares: nunc autem per istam separationem, & presentationem coram Aaron erant specialiter pertinētes ad Dei ministerium, vel dicitur applica tribum Leui, s. ad Aaron, quia principio solum consecrati fuerant sacerdotes, & ipsi habebāt curam de sanctuario, nunc autem appliciti sunt omnes Leuitæ ipsi Aaron ad hoc quòd ad mandatum eius ministrarent in rebus sanctuarij, vt patet immediatè, ubi *Et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent & excubent.* Sciendum quòd Leuitæ, qui hic iubentur applicari, assumuntur dupliciter. vno modo vt Leuita dicit tribum, & isto modo siue sacerdotes siue omnes alij descendentes a Leui vocantur Leuitæ. & sic Aaron vocatur Leuita, vt patet Exo. 4. cap. Alio modo Leuita accipitur, vt est nomen officij: & isto modo dicuntur Leuitæ omnes, qui habebant officia minora sacerdotibus: & sic accipitur hic tribus Leui, non prout sunt Leuitæ de genere illo, quia hoc modo etiam intelligerentur Aaron & filij sui, sed falsum est.

Et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis. Quando appliciti sunt Domino Leuitæ steterunt coram Aaron sacerdote, & causa est quia dati sunt sibi, vt ei seruirent vt patet immediatè. sic dicitur infra. dabisque dono Leuitas Aaron, & filijs eus, quibus traditi sunt a filijs Israel. Idem patet infra 8. cap. dicuntur autem præsentari Aaron, quia ipse erat sacerdos magnus, & ad mandatum eius Leuitæ ministrare debebant.

Vt ministrent. Ista ministratio non est de ministrationibus, quæ fiebant intra sanctuarium, s. sacrificia faciendo, & offerendo thymiama, & ponendo panes propositionis, atque disponendo lucernas in candelabro aureo. Nam istæ ministrationes quatuor ad solos sacerdotes pertinebant, vocabatur tamen ministratio Leuitarum, custodiendo tabernaculum, excubando in circuitu eius, & deponendo illud cum castra mouenda forent, & erigendo, quando figebatur castra, atque portādo in profectionibus Israelitarum. sic patet supra primo cap. cum dicitur. Constitue eos super tabernaculum & cuncta vasa eius, & quidquid ad cæremonias pertinet: ipsi portabunt tabernaculū, & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi castrametabuntur, cum proficiscendum fuerit deponent Leuitæ tabernaculum, cū castrametādum erigent. de officijs etiam eorum habetur hic in litera.

Et excubent. Idest vigilent. istæ excubiæ erāt quantum ad castrametationem, scilicet, quòd castrametarentur in circuitu tabernaculi, ne aliquis de Israelitis accederet ad sanctuarium, ingrediens illuc. vel castrametaretur ibi. nam ex hoc oriretur indignatio Dei super totam multitudinem, vt patet supra primo capitulo.

Accipiuntur excubiæ pro vigilijs, sed Augustinus dicit istud nomen non esse conueniens sicut nomen vigiliarum, & istud non prouenit a consuetudine exercitus, qui diuidit noctem per quatuor partes ad vigilandum in illis, & quælibet pars continet tres horas, & quelibet vocatur vna vigilia. pertinet etiam istud ad consuetudinem scripturæ & patet Exodi decimoquarto. scilicet, iamq; aduenerat vigilia matutina: ista est q̄ arta & vltima vigilia noctis. Euangelistæ quoque istud obseruant, vt dicant noctem diuidi per vigilias. sic patet Lucæ secundo. scilicet & pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.

Et istas quatuor vigilias aliquando exprimit Christus nominibus suis, vt patet Mar. 13. scilicet, vigilate ergo

te ergo nescitis an Dominus veniat sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. vocauit sero primam vigiliam, quæ est ab occasu solis vsque ad tres horas sequentes. vocauit mediam noctem secundam vigiliam, quæ est a tertia hora noctis vsque ad alias tres horas, & finitur in media nocte, a qua nomen accipit. vocatur galli cantus tertia vigilia, quę incipit a media nocte & finitur tribus horis post mediam noctem. & vocatur galli cantus, quia hoc tempore cantant galli. vocatur mane quarta & vltima vigilia noctis, quę extenditur vsque ad ortum solis: & accipit nomen ex fine suo. De hoc dicit Augustinus, nostri custodias vel excubias interpretati sunt, sed nimirum vigiliæ minus dicuntur, quę solent in castris ternarum horarum obseruationem habere. vnde quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare Matth. 14. cap. infra post nonam horam noctis, post tres vigilias, & in multis locis scripturarum nostri vigilias interpretati sunt; quas greci philacas dicunt: vbi nulla dubitatio est spatia nocturni temporis significari; quod & hic accipiendum est.

Dicendum quòd Hieronymus dixit excubias, & excubare, & nō vigilias, nec vigilare, quāquam idem significēt, scilicet, quia latini (sicut Augustinus dicit) in veteri testamento magis vtuntur vocabulo excubandi quàm vigilandi. in nouo autem testamento vtuntur nomine vigiliarum: vbi Christus magis hoc expressit sicut supra dictum est. Et sic Leuitæ excubabant in circuitu sanctuarij. idest vigilabant, ne accederet aliquis externus. Et tamen an distinguerent noctem per quatuor vigilias more exercituum. & sic Christus loquitur nominans eas Mar. 16. Et euangelista illud dixit Matth. 14. scilicet, venit ad eos in quarta vigilia noctis, vel tenerent alium modum vigilandi, non apparet.

Et obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis. Idest Leuitæ obseruabunt omnia quæ pertinent ad cultum vel honorem Dei quem facere deberet multitudo. Est enim cultus honor vel labor, & secundū hoc potest intelligi litera dupliciter. Vno modo q̄ Leuitæ seruabunt omnia, quæ pertinent ad cultum multitudinis, idest omnia quæ pertinent ad ministerium vel seruitium quod facere deberet multitudo. Et est sensus quòd si soli sacerdotes fuissent separati ad cultum Dei, ipsi deberēt ministrare in sanctuario solum in quatuor ministrationibus supra signatis. Portare tamen tabernaculum, & erigere, atque deponere non poterat ad eos pertinere, quia ipsi non sufficerent hoc facere, nec incumberet eis istud onus: cū non fuerit impositum a Domino, sed magis cederet multitudini, scilicet, quòd omnes populares deberēt facere hoc, tamen nunc quia Leuitæ dati sunt loco popularium, absoluti fuerunt populares ab isto onere portandi, & deponendi, atque erigendi tabernaculum. Et hoc est Leuitas facere omnia quæ pertinent ad cultum, idest ad seruitium quod tenebatur facere multitudo. Vno modo sumitur cultus pro honore: & dicitur cultus multitudinis honor exhibitus Deo a tota multitudine Israelitarum. Ea autem in quibus fiebat iste cultus erant sanctuarium & vasa sua. Leuitæ autem docebātur obseruare omnia quæ pertinebant ad cultum multitudinis, idest omnia vasa vel apparamenta in quibus fiebat cultus Dei impensus a tota multitudine, & hoc erat, quòd ipsi obseruabāt tabernaculum, & omnia vasa eius: in his enim exhibebatur totus cultus multitudinis. Istum autem cultum soli sacerdotes impendebant, quia ipsi faciebant omnes ministrationes in sanctuario, tamen dicebatur esse cultus multitudinis, quia illa ministratio fiebat pro salute totius multitudinis, cum ibi sacerdotes quotidie orarent pro toto populo: obseruabant autem Leuitæ ista, eo quòd non pertinebat ad aliquem de popularibus accedere ad illa.

Coram tabernaculo testimonij. Idest Leuitæ obseruabunt ista manentes corā tabernaculo. in quo significatur locus castrametationis Leuitarum, secundum quòd ipsi figerent tentoria coram tabernaculo testimonij, idest in circuitu illius, & hoc modo cōuenienter obseruabant ipsi illa, quæ pertinebant ad cultum multitudinis, & vocatur hic tabernaculum, nō ipsum tabernaculum solum, sed totum sanctuarium, vt declaratum fuit supra 1. cap. in fi. nam non castrametabantur Leuitæ in circuitu tabernaculi intra atrium. Et accipitur hic coram pro in circuitu. Alio modo potest intelligi coram tabernaculo testimonij, quòd determinet illud nomen cultum cum quodam verbo subintellecto, scilicet, quòd Leuitę obseruabant quidquid pertinebat ad cultum multitudinis coram tabernaculo testimonij, idest omnia quę pertinebant ad cultum, qui impendebatur a tota multitudine coram tabernaculo testimonij. & tunc est sensus, quòd Leuitæ obseruarent altare holocaustorum, & omnia vasa eius, quia in illo impendebatur cultus Deo coram tabernaculo testimonij, quia erat istud altare apud ostiū eius. Sed primus sensus melior est; quoniam non solum custodiebant Leuitę altare illud cū vasis suis, sed etiam totum tabernaculum, & omnia vtensilia eius.

Et custodiant vasa tabernaculi. Ista est explicatio sententiæ superioris, scilicet, quòd custodirent Leuitæ vasa tabernaculi, idest omnia vtēsilia eius tam magna quàm parua, quę non sunt partes, sed vocantur vasa, & ista includebantur in illa clausula. quidquid pertinet ad cultum multitudinis. tamen hic superadditur ad explicationem.

Custodia autem istorum vasorum potest intelligi dupliciter. Vno modo custodire, idest portare in itinere, & sic non pertinebat custodia ad omnes Leuitas, sed solum ad quosdam, vt patet infra in litera & sequen. cap. Alio modo accipitur custodire, idest obseruare ne aliquis de Israelitis accedat ad illa vasa, & sic pertinebat custodia ad omnes Leuitas. Omnes enim excubabant in circuitu sanctuarij, & siquis de laicis ingrederetur in sanctuarium omnes Leuitæ rei erant, nisi vetuissent resistentes. Vocantur hic vasa tabernaculi largè nō solum vasa, quæ erant intra tabernaculum, sed etiam ea, quæ erāt in atrio, s. altare holocaustorum cum omnibus vasis suis, & labium æneum cum vasis suis. Ista enim erāt in atrio tabernaculi, & non intra tabernaculum, & tamē custodiebant Leuitæ omnia ista.

Seruientes in ministerio eius. Idest Leuitæ seruiēt ministerio tabernaculi. non est intelligendum q̄ Leuitę ministrarent in tabernaculo vel in atrio eius, quia oēs ministrationes ibi factę pertinebant ad sacerdotes, & siquis conaretur vsurpare aliquā illarū moriebatur, vt patet immediatè cū dr. Aaron aūt & filios eius constitues super cultū sacerdotij: externus qui ad ministrandū accesserit morietur. Leuitæ tñ extranei erant respectu sacerdotū, sed dicebantur Leuitæ seruire in ministerio tabernaculi, i. seruire quantū ad aliqua quæ subordinabātur ad cultum sanctuarij. Est namque differentia inter ministrare in sanctuario, & seruire ad ministeriū in sanctuario. nam facere ministrationem in sanctuario pertinebat ad sacerdotes, & solum est hoc in quatuor ministrationibus supra positis. Seruire autem ad ministerium in sanctuario, non est ministrare in sanctuario, sed facere aliquid quod subordinetur ad ministrationem factā in sanctuario, & hoc erat custodire vasa sanctuarij & portare

Qñio intelligitur custodia vasorum.

Ministrare in sāctuario & seruire ad ministerium in sāctuario differunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

tare illa in itinere. ſacerdotes autem in illis vaſis miniſtrabant. Qui ergo aliquid faciebat, cuſtodiens illa vaſa, vel portans ad hoc quòd ſacerdotes poſſent in eis miniſtrare, dicebatur ſeruire ad miniſterium ſanctuarij, ideſt facere aliqua quæ ſubordinabantur ad miniſterium ſanctuarij. hoc autem Leuitis pertinebat, ſed nō miniſtrare in ſanctuario: ſacerdotibus autem pertinebat miniſtrare in ſanctuario, ſed non ſeruire ad miniſterium in tabernaculo.

Dabiſque dono Leuitas Aaron & filijs eius. Hic ſubijciūtur Leuitę ſacerdoti magno, vt faciant ea quę iuſſerit: & dicitur ꝙ Moyſes dabit eos dono Aaron, ideſt dabit gratis, ſine aliquo precio vel conuentione ad omnia ſeruitia ſanctuarij. Nam ſi non donarētur Leuitæ Aaron & filijs eius grauarentur ipſi in cuſtodia ſanctuarij, & erectione, atque depoſitione: & nō poſſent ea explere. Dati ſunt ergo Leuitæ ſacerdotibus vt faciant ea, quæ mandauerint ſacerdotes circa vaſa & ſanctuarium, in quibus miniſtrant ſacerdotes: dabat autem Moyſes Leuitas ſacerdotibus, quia ipſe ex mādato Dei applicabat eos ad Aarō & filios eius, & per iſtam applicationem tradebantur illis. Nō eſt autem intelligendum quòd Moyſes poſſet dare Leuitas Aaron vel alicui alteri, quia Leuitæ non erant ſui, ſed dedit eos illis, quia mandauit hoc Deus: fuit autem iſta datio per pręſentationem factam ipſis ſacerdotibus.

Quibus traditi ſunt a filijs Iſrael. Ideſt Iſraelitæ tradiderunt Leuitas Aaron & filijs eius, ideſt omnibus ſacerdotibus: quoniam iſta donatio durauit toto tempore veteris teſtamenti: non ſolum enim fuit ſubiectio Leuitarum ad Aaron, ſed etiam ad omnes poſteros eius. dicit hic Deus, quòd traditi ſunt Leuitæ a filijs Iſrael, ideſt a popularibus, quia refert ad ea quæ infra dicuntur. Nam omnes primogeniti erant obligati Domino ad miniſterium, & quia inter Iſraelitas erant multi primogeniti: illi dederūt pro ſe Leuitas, ſcilicet, vt daretur vnus Leuita pro vno de primogenitis Iſraelitarum. Et quia fuerunt plures primogeniti Iſraelitarum quàm Leuitæ, datum eſt precium pro quolibet primogenitorum ſuperexcreſcentium, vt infra patet.

An Iſraelitæ tradiderint Leuitas Aaron vel Deus. Quæſt. VIII.

Sed objiciet aliquis cōtra iſtam literam, quòd Iſraelitæ non tradiderunt Leuitas Aaron & filijs ſuis, ſed Deus tradiderit, vt patet infra 8.c. cum dicitur. & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorū Iſrael: tradidique eos dono Aarō & filijs eius de medio populi vt ſeruiāt mihi ꝓ Iſrael.

Rñdendum eſt ꝙ Deus tradidit Leuitas Aaron & filijs eius dono: & populus hoc idem fecit, ſed Deus fecit ex auctoritate & ex debito ſibi. nam omnes primogeniti Iſraelitarum erāt obligati Deo: voluit autem tollere Leuitas pro illis, & quia cōſtituerat Aarō & filios ſuos principales miniſtros ſibi, tradidit eis Leuitas ſubminiſtrantes quantum ad quædam. populus etiā dicitur tradidiſſe Leuitas ex debito, quia erat obligatus ad tribuendum Deo omnia primogenita. Pro eis autem cōmutauit Leuitas & dedit eos Aarō & filijs eius: & populus dicitur proprie tradidiſſe Leuitas, quia erant in poteſtate totius populi, & poterat eos populus offerre pro ſeipſo, nec in hoc grauabat eos, quia cum offerret illos Deo ad miniſtrandum, dabat eis victum de reditibus ſanctuarij, qui omnes erant de his quę dabant Iſraelitæ.

F *Quomodo Iſraelitæ tradiderunt Leuitas dono Aaron & filijs eius cum obligarentur ad dandum eos. Et quæ eſſent officia ſacerdotum & Leuitarum. Quæſt. IX.*

Sed dicet aliquis quomodo Iſraelitę tradiderunt Leuitas Aaron & filijs eius dono. nam donatio eſt libera pręſtatio ex nulla obligatione facta, vbi autem obligatio eſt ad dandum, donum non eſt ſed ſolutio. Iſraelitæ tamen obligati erant Deo ad famulatum in omnibus primogenitis ſuis: offerentes igitur Leuitas pro primogenitis non dederunt donum, ſed impleuerunt obligationē.

Reſpondendum eſt quòd donatio ſemper libera eſt, & vbicunque eſt aliqua obligatio ex ea parte non G eſt donatio, ſed eadem actio reſpectu diuerſorum poteſt eſſe ſolutio & donatio. nam ſecundum ꝙ alicui obligamur pręſtatio facta dicetur ſolutio, quantum ad eum vero cui nō obligamur pręſtatio facta eſt donatio. Sic autem Iſraelitæ ſe habebant ad Deum & ad Aaron cum filijs ſuis. nam quantū ad Deum obligati erant, vt darent primogenitos vel æquiualentiā, ideo ſiue darent primogenitos ſiue Leuitas pro illis reſpectu Dei non erat donum, ſed debiti ſolutio: ſic ſignificatur in litera, & infra 8. cap. ad Aaron autem Iſraelitæ non erant obligati ad aliquid, ideo cum ei darent Leuitas tanquam adiutores donabant, quia non erant obligati illi. Sic enim eſt de epiſcopis cōferentibus beneficia, quia ipſi tenentur tradere beneficia aliquibus ex neceſſitate iuris, cum non poſſint H illa ſibi reſeruare: non tamē tenentur ex iure ad hāc vel illam perſonam determinatè, ſed eſt in electione eorum, dum tamen ſemper idoneum eligant: non dicētur igitur epiſcopi ſimpliciter donare beneficia, ſed dicentur donare huic vel illi vel ſaltē liberè conferre: & tamen reſpectu beneficiorum quæ cōferuntur non eſt libertas in collatione.

Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij. Ideſt pones Aaron & filios ſuos ſuper miniſtrationem ſacerdotalem, ſcilicet, vt ipſi ſoli habeant poteſtatem in illa: dicitur autem hoc ad tollendum dubium ortum ex ſuperioribus. nam cum dictum fuerit Leuitas fuiſſe traditos Aaron, & filijs eius, vt miniſtrent vel ſeruiant. intelligeret aliquis, quòd poſſent Leuitæ miniſtrare in his, quæ pertinent ad ſa- I cerdotes ſupplentes vicem illorum, vel principaliter agentes, ſicut ipſi. Et reſpondetur quòd non, quia ſolum Aaron & filij eius erant ſuper cultum ſacerdotij, ideſt ſuper miniſtrationem ſacerdotalem. cultus enim laborem vel ſeruitium notat.

Dicitur autem cultus ſacerdotalis, ideſt labor vel ſeruitium quod faciunt ſacerdotes, & iſte cultus ſacerdotij eſt diſtinctus a cultu Leuitico.

Ponuntur enim officia Leuitarum in excubando circa ſanctuarium, erigendo, atque deponendo illud, & mouendo per loca in profectionibus Iſraelitarum, ſic patet ſupra cap. 1. & hic in litera. Cultus autem ſacerdotij ponitur principaliter in quatuor, quę erant intra ſanctuarium, ſcilicet, in faciēdo ſacrificia & of- K ferendo thymiama, & diſponendo panes propoſitionis in aurea menſa, & collocādo lucernas in candelabro, vt patet [illegible] prædictis. Iſta erant iura & cultus ſacerdotum intra ſanctuarium. extra autem habebant alia, ſcilicet, in vitula rufa cremanda, & immolāda patet infra 19.c. & in emūdatione leproſorū, atq; ſimilibus cæremonijs, de quibus in Leuitico eſt dictum. Iſtæ ſolum committebantur ſacerdotibus. ſ. Aaron & filijs ſuis. Leuitis autem non erat fas accedere ad aliquid iſtorum.

Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur. Ponitur hic pœna tranſgreſſorum. aliqui enim de Leu-

tis,

Quare alienigenæ accedētes ad miniſterium ſacerdotū moriebantur.

tis, vel de alijs conarentur accedere ad aliquod miniſterium ſacerdotale, & ſic vſurparent ſibi omnia iura ſacerdotalia. Deus autem ponit pœnam mortis infligendam ſiquis acceſſerit, & hoc ſiue accedens eſſet de Leuitis ſiue de laicis: quoniam omnes dicebantur eſſe extranei reſpectu ſacerdotalis miniſterij. De Leuitis autē, quòd aliquando eis fuerit inflicta mors pro vſurpatione ſacerdotalis miniſterij patet in Chore, & ſocijs eius. Erat enim Chore de Leuitis, & quidam combuſti ſunt pro hoc. Alij autem a terra abſorpti ſunt, vt patet infra 16. cap. ꝙ autem laici hoc præſumentes ſimilem pœnam habuerint. patet in rege Ozia qui offerre thymiama conatus eſt coram Domino, & ipſe erat laicus, quia erat de genere Iudæ. Cum autem non obediuiſſet ſacerdotibus percuſſus eſt lepra in fronte, vt patet 4. Regum. 15. & 2. Paralipom. 26. cap.

12. diſt. ca. propoſuiſti. & cap. plurimos. Leuitæ ꝓ primogenitis Iſrael cōputant. Exo. 3. infra 8. cap. 1. q. 1. ca. nec is.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens. Ego tuli Leuitas a filijs Iſrael pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filijs Iſrael, eruntque Leuitæ mei. Meum eſt enim omne primogenitum, ex quo percuſſi primogenitos in terra Aegypti: ſanctificaui mihi quidquid primum naſcitur in Iſrael, ab homine vſq; ad pecus mei ſunt, ego Dominus. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Synai dicens. Numera filios Leui per domos patrum ſuorum, & familias. omne maſculum ab vno menſe, & ſupra numerauit Moyſes, vt præceperat Dominus, & inuenti ſunt filij Leui per nomina ſua Gerſon & Caath & Merari. Filij Gerſon: Lebni & Semei. Filij Caath: Amram & Ieſſaar Hebron & Oziel. Filij Merari: Moli & Muſi. De Gerſon fuere familiæ duæ Lebnitica & Semeitica: quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab vno menſe & ſupra: ſeptem millia quingenti. Hi poſt tabernaculum metabuntur ad Occidentem ſub principe Heliaſaph filio Lahel, & habebunt excubias in tabernaculo fęderis. ipſum tabernaculum & operimentum eius, tentorium, quod trahitur ante fores tecti fęderis & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet: funes tabernaculi, & omnia vtenſilia eius. Cognatio Caath habebit populos Amramitas, & Ieſſaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum recenſitæ per nomina ſua omnes generis maſculini ab vno menſe, & ſupra, octo millia ſexcenti. habebunt excubias Sanctuarij, & caſtrametabūtur ad meridianam plagam. Principeſque eorum erit Eliſapham filius Oziel, & cuſto-

Numerant filij Leui. Filij Gerſon. Filij Caath.

A dient arcam menſamque, & candelabrum altaria, & vaſa ſanctuarij, in quibus miniſtratur & velum: cunctamque huſcemodi ſupellectilem. Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis erit ſuper excubitores cuſtodes ſanctuarij. At vero de Merari erunt populi Moolitæ & Muſitæ recenſiti per nomina ſua: omnes generis maſculini ab vno menſe, & ſupra ſex millia ducenti. Princeps eorum Suriel filius Abiaiel: in plaga Septentrionali caſtra- B metabuntur. Erunt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi, & vectes, & columnæ ac baſes earum, & omnia quæ ad cultum huiuſcemodi pertinent: columnæque atrij per circuitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funibus. Caſtrametabuntur ante tabernaculum fęderis, ideſt ad orientalem plagam. Moyſes & Aaron cum filijs ſuis: habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſrael. quiſquis alienus acceſſerit morietur. C Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyſes, & Aaron iuxta præceptum Domini per familias ſuas in genere maſculino a menſe vno, & ſupra fuerunt vigintiduo millia.

Filij Merari.

Locutuſque eſt Dominus. Hic ponitur tertium. ſ. ratio ſeparationis ſacerdotum & Leuitarum ſimul.

Ego tuli Leuitas a filijs Iſrael. Iſta ſunt verba Dei ad Moyſen. Dicit enim fuiſſe Leuitas ſeparatos a filijs Iſrael, vt miniſtrarent, & hoc quia alij erant obligati, vt patet infra. Accipiuntur autem hic Leuitæ non vt Leuita ſignat officium, ſed tribum, & hoc modo Aaron & filij ſui Leuitæ vocantur. Quod patet, quia D Leuitæ ſeparati ſunt loco primogenitorum Iſraelitarum, ſed manifeſtum eſt Aaron & filios ſuos ſeruire pro primogenitis Iſraelitarum, ſecundum ꝙ omnes alij Leuitæ, immo magis: erant namque tanquam ordines inter Leuitas, quia miniſterium ſacerdotale differt a miniſterio Leuitarum, ut hic patet, ſicut in eccleſia miniſterium presbyterorum differt a miniſterio Subdiaconorum, & Diaconorum: Leuitæ tamen habebant in ueteri teſtamento eum locum, quem apud nos habent Diaconi & Subdiaconi, & Acolyti, quod patet ex ſimilitudine officij. Nam in apportatione vaſorū eſt miniſterium Diaconorum & Subdiaconorum. Oſtiarij autem in arcendo ab eccleſia indignos officium habent: Lectores vero in legendo & canendo. Hæc autem om- E nia erant apud Leuitas in veteri teſtamento, quia ibi quidam erant ianitores, alii cantores, & portabant quidam vaſa miniſtrationis ſanctæ, ſicut Caathitæ: omnes autē generaliter obſeruabant ipſum ſanctuarium, ideo ſi reſpiciantur omnia officia, quæ nunc habent Diaconi, Subdiaconi, Oſtiarij, Acolyti, Lectores, & Exorciſtæ, erant olim in Leuitis. Vnde eccleſia olim cōſueuit Diaconos & Subdiaconos Leuitas appellare. Sic patet de beato Laurentio, de quo dicitur, Leuita Laurentius &c. de his applicationibus & ſimilitudine miniſtrationum in nouo & veteri teſtamento tangitur. in 4. Senten. diſtinct. 15. *Pro omni primoge-*

Leuitarū comparatio ad miniſtros noui teſtī.

mogenito. Ideſt Leuitæ non ſunt accepti a Domino, quia ſolum ipſe voluit accipere, ſed quia erant obligati: non quidem q̃ Leuitæ eſſent obligati Domino, & non reliquus populus, ſed totus populus erat obligatus quantum ad primogenitos ſuos.

Cauſæ commutationis Leuitarum pro primogenitis totius Iſrael & quare pro primogenitis dati ſunt Leuitæ.
Quæſtio. X.

EX conuentione autem Dei & populi cõmutati ſunt Leuitæ pro omnibus alijs. propter duas cauſas fuit facta iſta commutatio.

Primo quia omnia primogenita filiorum Iſrael debebantur Domino, qui liberauit illa de terra Aegypti, cum exterminator occideret primogenita Aegyptiorum faciens nullum primogenitum de Iſraelitis perire, vt patet Exo. 12. cap. Sed quia primogeniti aliarum tribuum erant polluti in peccato adorationis uituli, elegit Deus omnes Leuitas, qui nõ peccauerant in hoc. Item quia a principio erat de iure primogenituræ ſacerdotium: vnde omnes primogeniti ſacerdotes erant, vt declaratum fuit Gen. 24. cap. in adoratione autem vituli deliquerunt primogeniti Iſraelitarum in officio ſacerdotij: ideo translatum eſt ſacerdotium ab omnibus tribubus Iſraelitarum ad ſolam tribum Leui, ſicut enim ſi non peccauiſſet Iſrael fabricando & adorãdo vitulum omnes primogeniti fuiſſent ſacerdotes, ita nũc eis cauſa legitima, & vrgenti impeditis Leuitis hoc prouenit. vnde in eorum officium ſucceſſerunt Leuitæ pereunte totali iure ſacerdotij: in alijs primogenitis prædicta ſunt ſecundum communem poſitionẽ, quam nos quoque ſæpe referimus & habent aliquẽ colorem. quid tamen ſit verum circa hoc dicetur infra quæſt. 18. vſque ad 29. *Qui aperit vuluam in filijs Iſrael.* Ideſt primogenitis qui dicuntur naſci & aperire vuluam.

Apertio vuluæ duplex. Et quomodo domina noſtra fuerit virgo in partu. *Quæſt. XI.*

EST enim apertio vuluæ duplex. Prima eſt diſpoſitio ad conceptum, cum genitalia feminina rũpuntur, & hoc tollitur virginitas. Sed hoc modo non accipitur hic apertio vuluæ, quoniam ſine filijs eſt talis apertio. Alia eſt autẽ apertio vuluæ, quæ eſt in exitu infantis ab vtero, & iſta eſt maior apertio. magis enim neceſſe eſt clauſtra feminina rumpi cũ fœmina parit, quàm cum a viro carnaliter cognoſcitur, ideo ſicut in prima defloratione virginitas amittitur, ita & in emiſſione infantis ab vtero, & magis dicitur mulier perdere virginitatem, quę eſt integritas carnis, in pariendo, quàm in concipiendo, & poteſt alicui mulieri conſiſtere naturaliter pars virginitatis, quæ eſt integritas carnis, etiam ſi cognoſcatur a viro: non tamen poteſt manere eadem integritas cum parit. Ideo in præconiũ beatæ virginis ponitur ſpecialiter, q̃ ipſa fuerit virgo in partu. ſ. quando pariebat non fuit facta aliqua violatio genitalium vaſorum, in qua cõſiſtit pars virginitatis, & ſolet hoc euenire omnibus parientibus ſecundũ naturam, immo neceſſe eſt, niſi aliter Deus egerit: De his apertionibus, & quando maneat virginitas, & de conceptu & partu, an poſſit naturaliter ſtare cum virginitate, & aſſe exiſtẽs virgo gignere poſſit: latè dictum eſt in lib. de quinque figuratis paradoxis ad illuſtrem Reginam Caſtellæ, & in libello qui ſuper ecce virgo cõfectus eſt. Iſta autem apertio vuluæ in omnibus partibus ſi licuntur tamen primogeniti aperire vuluam quaſi alij non aperiant, hoc autem eſt, quia ante nati-

F uſitatem primogeniti nulla talis apertio extiterat. Cũ verò primogenitus natus eſt apertio manet pro alijs.

Eruntque Leuitæ mei. Ideſt pertinebunt Leuitæ ſpeciali modo ad Deum quàm aliæ tribus. Non dicitur hic, q̃ Leuitæ nunc efficiantur Dei, quaſi ante nõ fuerint: omnia quippe eius ſunt, ſed dicũtur fieri ſui, quia nunc ad eum ſpecialiter pertinent: ante enim pertinebant ſolum, vt Iſraelitæ: nunc autem pertinent, vt ſpeciales miniſtri, & hoc non erat in alijs Iſraelitis.

Meum eſt enim omne primogenitum ex quo percuſſi primogenitos in terra Aegypti. Dat hic Deus cauſam, quare & quomodo ad eum primogeniti pertineãt. ſ. q̃ omnes primogeniti ſui ſunt ex tempore quo percuſſit primogenita Iſraelitarum.

Cur primogenita ſpecialiter dicuntur eſſe Dei, & obligantur Deo iure naturali. *Quæſt. XII.*

SCIENDVM enim, quòd omnia tam primogenita quam poſtea nata ad Deum pertinent, & ipſius ſunt, quia Domini eſt terra & plenitudo eius, vt patet Exo. 9. cap. & pſal. 23. Dicuntur tamen primogeniti eſſe ipſius Dei ſpecialius quã omnes alij: non tamen dicit omnes primogenitos ſuos eſſe, ſicut dicit Leuitas eſſe ſuos. Nam Leuitæ pertinent ad Dominum tanquam miniſtri. primogeniti autem Iſraelitarum non pertinent tanquam miniſtri, qa nullus de eis poterat accedere ad miniſtrandum, præter Leuitas. alioquin moreretur, ſed ſunt ſui primogeniti. i. ſpecialius obligati, quàm omnes alij, & hoc non fuit ex ſemper, ſed ſolum ex tempore quo percuſſit Dominus primogenita Aegyptiorum. Et quantum ad hoc non pertinent primogeniti Iſraelitarum ad Deum inquãtum eſt Deus, ſed magis de iure gentium. Nam quando aliquis eripit alterum a morte, vt ſi accipiat eum in bello, & ſeruet vitam eius, efficitur ſeruus illius. Sic autem Deus eruerat primogenitos Iſraelitarum, tam in hominibus q̃ in pecoribus a morte: tenebantur ergo ſibi ad ſeruitutem, & hoc modo dicit ſuos eſſe primogenitos.

Et cum dicitur hic, q̃ omne primogenitum eſt Dei: ſolum intelligitur hoc quantum ad Iſraelitas: nã in cæteris gentibus primogenita non ſunt obligata Deo, quia non eruit illa a morte. Iſta tamen obligatio pro liberatione a morte cauſata eſt. in nobis enim non ſunt nunc primogeniti magis obligati Deo quã cæteri, quia non fuit facta aliqua liberatio primogenitorum ſecundum carnem in nobis, ſed in Iſraelitis. ideo in nouo teſtamento, in quo intrauit plenitudo gentium, non fuit aliqua gens, vel natio hñs maiorem obligationem ad Chriſtum quàm alia, nec primogeniti quàm tertio vel quarto geniti. ideo nõ eſt aliqua Tribus vel gens determinata, de qua aſſumantur nunc miniſtri altaris & alij minores, ſicut erat in veteri teſtamento: ibi enim ſoli Leuitæ & Aaronitæ hoc poterant. Cęteris autem interdictum erat ſub interminatione mortis: nunc autem cuilibet licet aſſumere ordinem & miniſtrare in altari, niſi aliquã irridignitatis habeat notam, propter quam eum iura repulerint.

Sciendum etiam quòd cum dicatur hic primogenitos Iſraelitarum obligatos Deo ex tempore percuſſionis Aegyptiorum: non debet accipi, ideo obligatos fore primogenitos Iſraelitarũ Deo, quia primogenita Aegyptiorum occiderit. nam obligatio cauſatur in aliquo propter aliquod bonum impenſum ei. Mors tamen primogenitorum Aegyptiorum, non fuit aliquod bonum collatum primogenitis Iſraelitarum: non ergo obligati ſunt Deo, quia liberauit eos Deus a morte: nam nocte qua exierunt Iſraelitæ de

Aegypto

Aegypto tranſiuit Angelus domini per omnes domos Aegyptiorum occidens primogenita. Cum vero accederet ad domos Iſraelitarũ non ſinebat Deus ingredi percuſſorem, & ſic liberati ſunt Iſraelitarum primogeniti: alioquin omnes perijſſent: obligati ſunt ergo propter hoc.

An conuerſi ad Iudaiſmum tenerentur offerre primogenita, cum ipſi non fuerint liberati de Aegypto.
Quæſt. XIII.

SED nunc aliquis quæret cum ad Iudaiſmum conuerſi fuerint multi de Gentilibus, vt Ammonitis, & Moabitis, Idumæis, cæterisque. An iſti obligarentur ad offerendum primogenita B ſua & redimendum ea, ſicut cæteri Iudæi faciebant, qui erant de genere Iacob, vt patet infra in litera, & infra 18. cap. Ratio huius dubitationis eſt, quia redẽptio primogenitorum fiebat propter primogenitos liberatos in Aegypto a morte. vt litera declarat hic, & Exo. 13. cap. Hoc tamen ſolum factum eſt in Iſraelitis ex genere. ſ. in illis, qui fuerunt in Aegypto, ideo poſteri ſui obligabantur ad hoc propter beneficium impenſum patribus. Nam niſi Deus liberaſſet ibi primogenitos plurimi Iſraelitarũ, qui poſtea nati ſunt, non fuiſſent nati, quia geniti ſunt ab illis primogenitis liberatis, ſiue mediate ſiue immediate, & non poſſunt gigni ijdem filij ſine identitate vtriuſque parentis: naturaliter ergo obligabantur ad redemptionem: de Ammonitis tamen & Moabitis non erat ſic, quia C nec ipſi, nec patres eorum ſuſceperant hoc beneficiũ liberationis, ideo non videbatur eadem ratio de conuerſis ad Iudaiſmum, & Iudæis ex genere quãtum ad iſtud præceptum de redemptione primogenitorum.

Reſpondendum eſt, q̃ conuerſi ad Iudaiſmum tenebantur ad redemptionem primogenitorum ſuorum, ſicut Iudæi ex genere: quamquam non ſuſcepe rint ipſi neque patres eorum beneficium liberationis primogenitorum.

Cauſa huius eſt, quia iſta redemptio data eſt Iſraelitis tanquam populo Dei ſpecialiter obligato, ꝓpter redemptionem primogenitorũ in Aegypto. Omnes autem, qui erant in populo Dei, obligabantur ad iſtã D redẽptionem faciendam, quia erant partes populi Dei: Moabitæ autem & Madianitæ & cæteri conuerſi quando profitebantur ritum Iudaicum, non manebant, vt habentes iura Madianitarum, vel Moabitarũ, aut aliarum gentium, ſed tãquam partes populi Dei, & quia totus populus Dei obligatus erat ad iſtam redemptionem primogenitorum, etiam conuerſi ex Madianitis, Moabitis, vel alijs gentibus tenebantur ad eam tanquam partes populi Dei. Simile autem patet in ciuitatibus, ſi aliquis fecerit beneficium ciuitati, & omnes de illa ciuitate obligentur illi ad aliquid: veneritque aliquis de extraneis, vt ſit habitator ciuitatis illius, ad quem non pertinuit aliquid de beneficio collato: tenebitur tamen ad impendendum id, quod cæteri impendunt ad quos illud beneficium pertinuit, E & hoc quidem non tanquam perſona ſingularis, vel veniens aliunde, ſed tanquam unus de ciuibus. ita & conuerſi ad Iudaiſmum ſunt incorporati populo Dei, iõ tanquam partes eiuſdem populi tenebuntur ad omnia ad quæ tenetur populus Dei.

Item patet hoc ex alijs quæ fiebant in ueteri teſtamento. nam celebratio phaſe in comeſtione agni paſchalis fuit data ꝓpter liberationem Iſraelitarum de Aegypto. Conſtat tamen quòd omnes tam Iudei ex genere quam conuerſi ad Iudaiſmum obligabantur ad hanc celebrationem phaſe. nam iubebat eos A Dominus circuncidi, & quòd poſtea comederent: ſic patet Exo. 12. cap. hoc autem erat, quia comeſtio agni paſchalis erat recordatio beneficij collati a Deo Iſraelitis in exitu de Aegypto, & quia totus ille populus recepit hoc beneficium, omnes de illo tenebãtur ad recolendum quolibet anno in comeſtione agni paſchalis: conuerſi autem ad Iudaiſmum erant tanquã partes populi Dei, ideo tenebantur recolere iſtud beneficium.

Item patet hoc ex eo, quòd faciebant Iſraelitæ ex genere. nam ipſi redimebant omnes primogenitos ſuos: conſtat tamen ꝓ omnes qui poſtea redimebant primogenitos non erant filij primogenitorum liberatorum in Aegypto, ſed plurimi erant filij aliorum tertio vel quarto, vel quinto genitorum, ad illos autẽ de beneficio nihil peruenit: ſolum tamen redimebãt ipſi primogenitos ſuos inquantum erant quædam partes populi Dei.

An Aegyptij conuerſi tenerentur redimere ſua primogenita cum tunc perierint. Et quòd differrent Aegyptij conuerſi ab alijs gentibus. *Quæſt. XIIII.*

SED nunc quæret aliquis de cõuerſis de Aegyptijs, an tenerẽtur redimere primogenita ſua, ſicut Iſraelitæ.

Ad quod aliquis faciliter ſe putabit reſpondere poſſe. ſ. q̃ ſicut in alijs conuerſis dictũ eſt ipſi redimerent primogenita, quamquam non peruenerit ad eos aliquid de beneficio ſaluatorum primogenitorum ita & de Aegyptijs dicendum ſit.

Reſpondendum eſt non eſſe ſimile de Aegyptijs, & alijs conuerſis. Nam in alijs non fuit participatum beneficium iſtud liberationis primogenitorum, quia non erãt ſimul cum Iudæis in Aegypto, & ſi fuiſſent ibi, & iam conuerſi participaſſent beneficium hoc. Aegyptij autem non ſolum non participauerunt beneficium redemptionis, ſed ecõtrario omnes primogeniti eorum tam in hominibus, quam in pecoribus mortui ſunt, ita vt non eſſet in tota Aegypto aliqua domus, in qua nõ eſſet aliquis mortuus, vt patet Exo. 11. & 12. iſtri igitur, quando fuerunt conuerſi non uidebatur, q̃ deberent offerre precium redemptionis pro primogenitis.

Reſpondendum eſt differentiam eſſe inter Aegyptios conuerſos, & alias gentes quãtum ad prædicta, tamen quomodocunque ſe habeant quando Aegyptij conuerterentur ad Iudaiſmum, iam non ſortiretur aliquam conditionem Aegyptiorum, ſed erãt tanquam partes populi Dei. ad eos, ergo ſicut ad cęteros pertinebat recolere beneficium ſaluationis primogenitorum, quamquã nõ peruenerit ad eas aliqua pars huius beneficij, ſed ſolum inquantum erat pars q̃dã populi Dei, qui erat obligatus ad recolẽdum iſtud beneficium. ſit ergo generalis regula, q̃ omnes, qui cõuerterentur ad Iudaiſmum de quibuſcunque gentibus eſſent, tenerentur ad redemptionem primogenitorum ſuorum, quos haberent poſt cõuerſionem ad Iudaiſmum: quamquam nihil peruenerit ad eos directè, vel indirectè de liberatione primogenitorum.

An aliqui de Aegyptijs fuerunt conuerſi ad Iudaiſmum.
Quæſt. XV.

SED dicet aliquis nullos de Aegyptijs fuiſſe cõuerſos ad Iudaiſmum, quia erãt hoſtes eorum, & nunquam vellent eorum ritum ſectari. ſed falſum eſt. multi enim de Aegyptijs cõuerſi fuerunt ad Iudaiſmum, ideo de nulla gente fuerunt aliqui conuerſi prius ad Iudaiſmum, quàm de

Aegyptijs.

Aegyptijs. isti autem ascenderunt cum Iudeis de terra Aegypti. Cum enim vidissent, ꝙ Deus percuteret Aegyptios, vt liberaret Israelitas, crediderunt ei, & ascenderunt cum eis in terram Chanaã, vt patet Exo. cap. 12. cum dicitur vulgus quippe promiscuum infinitæ multitudinis ascendit cum eis. isti tamen non ascendebant cum Israelitis, nisi confidentes de Deo ipsorum propter mirabilia quæ faciebat. ergo conuersi fuerunt ad ritum Iudaicum. Item patet, ꝙ aliqui de Aegyptijs conuersi fuerunt ad Iudaismum. Nam cũ Deus dabat legem de conuersis, dixit, ꝙ Iudæi non essent molesti Aegyptijs conuersis, vt patet Deuteron. 23. cap. s. non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, nec Aegyptium, quia aduena fuisti in terra eius, qui nati fuerunt ex eis tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini. videtur igitur, ꝙ aliqui cõ G uersi fuerunt de Aegyptijs: alioquin Deus nõ posuisset hanc legem.

Sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israel. Verba sunt Dei. s. ego sanctificaui mihi. i. applicaui ad me quidquid primum nascitur. i. omne primogenitum in Israel. Dicitur enim Deus ista sibi sanctificare, ꝙ applicat sibi, sed vario modo, quoniam primogenita hominum sanctificantur Deo, eo ꝙ redimuntur datis quinque siclis pro quolibet eorum pro ministris sanctuarij, & hoc si sint primogeniti inter laicos. Si autem sint primogenita inter Leuitas applicãtur domino ad cultum perpetuum. Si autem sint primogenita in pecoribus applicantur domino, quãdo mũda sunt per immolationem. Si autem immunda sunt H redimuntur, vt patet infra 18. capitu. Alia autem quæ non sunt primogenita nullo istorum modorum applicantur ad Deum.

Ab homine vsque ad pecus mei sunt. Idest omnia primogenita tam in hominibus, quã in pecoribus mea sunt, & hoc quia Deus non solum liberauit primogenita pecorum in Israelitis, & primogenita Agyptiorum tam in hominibus, quam in pecoribus occisa sunt, vt patet Exo. 11. & 12. cap.

Non tamen est intelligẽdum, ꝙ primogenita omnium animalium Deus occiderit in Aegypto. nam de animalibus feris manifestum est, ꝙ non occiderit ea, quia ista occisio erat in pœnam Aegyptiorum, sed de feris nihil ad Aegyptios pertinebat. etiam de omnibus alijs animalibus non occidit Deus primogenita, sed in principalibus quæ vocantur pecora. s. boues, oues, capræ, & asini cum his quamquam non sint de pecoribus, ideo in redemptione primogenitorũ non iussit Deus offerri vel redimi omnia animalia, sed solum oues, boues, capras, & asinos. de his tamen primogenitis quomodo redimantur, & quare hæc solũ, latius dictum est Exo. 34. cap.

Ego Dominus. Idest omnia primogenita ab homine vsq; ad pecus mea sunt, quia ego sum dominus. Et nõ intelligitur solum, ꝙ sit Dominus inquantum Deus est, sed magis de iure gentium, inquantum liberauit a morte omnia primogenita & obligabantur ei, sicut K qui eripitur in bello.

Locutus est Dominus ad Moysen. Postquam dictum est de Leuitarum separatione: hic agitur de eorum numeratione. s. quot fuerint & qualitet distributi p officia sua. *In deserto Sinai.* Ista numeratio fuit facta in deserto Sinai, sicut omnes aliæ numerationes laicorum, quæ habentur supra 1. & 2. cap. & fuit facta ista immediatè post numerationem laicorum, vt supra habetur. *Numera filios Leui.* Hic ponitur præceptum ad Moysen de numeratione Leuitarum facienda, & non ponitur hic, ꝙ principes populi adiuuent eum, sicut supra dicebatur in numeratione popularium, vt patet p præced. cap. Causa est, quia principes ponebantur supra quilibet pro tribu sua, vt Moyses facilius cognoscere posset eos, qui erant in tribu illa. in tribu autem Leuitica Moyses cognoscebat omnes cum esset de eadem tribu, ideo non debuit dari aliquis de principibus populi adiutor, vt quidam uolunt, sed secus est, vt infra patet.

Cur Aaron non adiuuerit Moysen ad numerandum. Quæstio. XVI.

DE Aaron autem dubium est quare non adiuuerit Moysen ad numerandum. Et forte dici potest hoc fuisse factum, quia numeratio Leuitarum non erat magni laboris, sicut numeratio totius Israelis, ideo non eguit Aaron adiutore, sicut eguerat ipso in numeratione populi.

Aliter forte dici potest, quòd Aaron non fuit hic adiutor ad numerandum cum Moyse, quia ipse erat de numerandis, & debebat esse differentia inter numerantem & numeratos. Sed ista ratio non tantum prodest, quia non solum Aaron fuit de numeratis, sed etiam Moyses: tota enim summa Leuitarum accepta est, sed Moyses vnus de Leuitis erat, ideo numerari debuit & numeratus est.

Sed dicendum est istas respõsiones peccare in fundamento: præsuppponunt enim ꝙ Aaron non adiuuerit Moysen ad numerandum. sed falsum est, quia infra dicitur in litera omnes Leuitæ quos numerauit Moyses & Aaron &c. Et si obijciatur, ꝙ hic non exprimitur, nihil refert cum infra exprimatur.

An principes adiuuerint Moysen ad numerandum Leuitas. Quæstio. XVII.

SED adhuc aliquis quæret, an principes adiuuerint Moysen ad numerandum Leuitas. Aliqs autem dicet, ꝙ non adiuuerunt, quia non exprimitur hic quidquam de hoc. Ob

Sed ad hoc obijcietur, ꝙ non obstat, ꝙ subticeantur, quia non omnia exprimuntur quæ fiunt. Item qa infra sequen. cap. dicitur, ꝙ omnes Leuitæ recensiti sunt per Moysen & Aaron & principes populi Israel. Respondendum est ad hoc, ꝙ non agitur ibi de hac I numeratione omnium Leuitarum, sed solum de numeratione Leuitarum transeuntium ad officia. s. ab anno. 30. usque ad 50. ut ibidem patet. Hic autem agitur de computatione omniũ Leuitarum ab vno mense & supra, commutandorum pro primogenitis Israelitarum.

Quid autem tenendum sit, dicendum conuenientius dici, ꝙ principes tribuum adiuuerint ad hanc cõputationem, adhuc magis, quam ad eam, quę habetur seq. c. quia hic computantur Leuitę, vt dẽtur pro primogenitis Israelitarum, & pro illis qui defuerint, vt non accedant ad summam primogenitorũ Israelitarum dare debent Israelitę pecuniam, vt patet in litera. Nam pro quolibet de excrescentibus ad summam dati sunt quinque sicli, vt patet hic. debebant ergo videre Israelitæ, quot deerant de Leuitis ad summã primogenitorum suorum, vt sic scirent de quantitate pecuniæ supererogandæ. In numeratione autem de qua seq. c. habetur, quærebat quantum ad officia Leuitarũ, qui non tantum pertinebant ad Israelitas, fuerunt numeratores principes populi, vt ibi patet, ergo hic.

Ad rationem in contrarium. s. ꝙ principes cuiuslibet Tribus ponebantur cum Moyse, quia ipse non cognoscebat eos, qui erãt illius Tribus, sed nunc cognoscebat Leuitas qui erant de Tribu sua, ergo non adiuuerunt eum principes populi. Respondendum est, ꝙ in hac numeratione non fuerunt principes ad notificandum

candum Moysi numeratos, sed quia ipsorum intererat numerare cum pro suis primogenitis traderentur isti Leuitæ. Dicuntur hic filii Leui non prout Leuita significat officium, sed etiam prout signat genus quoniam omnes tam Leuitæ minores, quam sacerdotes numerati fuerunt, cum infra Ammonitæ ponantur in familia Caath. Amramitæ tamen sunt sacerdotes. A

Per domos patrum suorum & familias. Ista numeratio facta fuit secũdum formam numerationis totius populi. Illa namque numeratio non facta fuit in tota multitudine sub vno globo, sed diuisa fuit in tribus, & quęlibet tribus in familias & familia in domos. Ista aũt numeratio Leuitarũ est, qm̃ fuerũt distincti per familias, quia familia Caathitarum per se numerata est, & rursus familia Gersonitarum per se, & familia Meraritarum, quælibet autem istarum postea diuisa est in alias minores partes, quę possunt vocari familiæ, vel domus, & a minoribus illis partibus inchoata est numeratio. Omne masculinum ab vno mense. & supra, B

Cur Leuitæ hic accipiuntur pro primogenitis, cum non sint primogeniti, & quare primogeniti non fuerunt assumpti ad ministerium Dei. Quæstio. XVIII.

SED quæretur quare Leuitæ accipiuntur hic p primogenitis. nam ipsi non sunt primogeniti. Aliqui dicunt, ꝙ nõ debuerunt ipsi accipi pro primogenitis, sed vel debuerunt accipi personaliter omnes primogeniti Israelitarum, vel si aliqua Tribus debuit accipi pro primogenitis omnium Tribuum, illa debuit esse Tribus primogenitorum. s. Tribus Ruben. Dicunt quidam, ꝙ Leuitæ non sunt primogeniti secundum carnem, sed secundum reputationem Dei: ipse enim reputauit eos in primogenitos, licet non essent. Nam multa accipiunt esse ex sola Dei reputatione, quamquam in se non sint. sicut dicitur Malach. 1. & ad Rom. 9. antequam quidquam boni aut mali egissent Iacob dilexi, Esau odio habui. & hoc est, quia Deus vocat ea, quæ non sunt tanquã sint. i. per voluntatem suam dat illis esse. 1. ad Corint. 1. De hoc dicit Orige. Leuitę assumũtur pro primogenitis cum non sint primogeniti. Leui enim tertius nascitur de Lia. primus namque Ruben est, secundus Simeon, tertius Leui: sed apud Deum non habentur primogeniti qui corpore & natiuitate præcedũt, sed quos proposito mentis ipse in ordine primitiuorum iudicat assumendos: Iacob namque posterior primogenitus iudicatus est, & benedictionem primatus, procurata diuinitus parentis cęcitate susceptit; ex proposito enim cordis, quod Deo patuit priusquam in hoc mundo nascerentur, aut aliquid agerent boni vel mali dictum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. filij ergo Leui primogeniti non sunt secundum carnem, sed pro primogenitis sumũtur, vt sit plus, ꝙ primogenitis assumi q̃ primogenitum nasci. Et sic patet ex intentione Orige. ꝙ Leuitæ fuerunt accepti pro primogenitis nõ quidem quasi eis competeret ex natura. i. ex ordine nascendi, sed ex proposito voluntatis Dei. Et dicit istud Deus voluit antequam Leui & alij filij Iacob nascerentur. s. quia ipse potuit cognoscere merita & demerita istorum antequam nascerẽtur, & elegit illum habendum in primogenitum, qui in merito alios præcederet, & iste fuit Leui. C D E

Dicẽdum, ꝙ primum istorum est cõcedendum. s. ꝙ ex Dei proposito accepit tribus Leui, ꝙ esset loco primogenitorum, quia nihil potest accipere esse hoc vel illo modo, nisi ex Dei proposito, sicut dicit Apo. ad Rom. 8. de electis, ꝙ secundum propositum vocati sunt sancti. i. antequam sint actualiter vocantur sancti, quia sunt in proposito Dei, licet nõ in propria existentia, & secundum illud propositum iam sunt sancti. quod propositum non incipit de nouo iuxta illud, elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati cum eo ad Ephe. 1.

De secundo dicendum, ꝙ non debet concedi. s. ꝙ Deus præcognouerat Tribum Leui futuram maiorum meritorum, ideo istam elegerit. & primo non stat, quia licet Deus præcognoscat omnia futura, siue merita, siue quidquid aliud sit, non videtur tamẽ ista electio, vel assumptio facta fuisse pro meritis. nã non apparet quomodo Tribus Leui fuerit maioris meritq̃ aliæ Tribus, cum in ipsa etiam fuerint viri peccatores, vt in alijs. Secundo non stat, quia etiam si pro maiori merito Deus vellet alicui Tribui dare, ꝙ esset p primogenitis, non deberet concedi hoc fieri, quasi Deus præuidisset illius Tribus merita. sed deberet dici, ꝙ Deus sine merito aliquo voluit misereri illi Tribui, & exaltare eam super alias, & ad hoc vt esset capax huius exaltationis proposuit illi dare maiora merita quàm alijs, quia sicut Deus præstituit rei finem, ita dat ei media peruenienda, quæ in hominibus sunt merita, ideo deberet dici, ꝙ antequam istę Tribus essent Deus dilexerat Tribum Leui super alias, & voluit illam exaltari, ita vt acciperetur pro primogenitis omnium Tribuum. Et ad hoc proposuit dare ei maiora merita quàm alijs tribubus, vt sic esset digna ista exaltatione. non ergo fuit causa huius assumptionis pro primogenitis illa quæ ponitur ab Orige.

Quæ fuit uera causa, ut Tribus Leui acciperetur pro primogenitis. Et quòd maxima immunditia apud Deum est idolatria. Quæst. XIX.

SED tunc quæretur quę fuerit vera causa quare Tribus Leui acciperetur pro primogenitis. Dicendum ꝙ fundamentum Dei, ut patet supra in litera fuit, ꝙ primogeniti totius Israel erant sui. i. pertinebant ad eum ex debito, & cum ipse vellet accipere aliquos homines de toto Israel, qui seruirent ei in pertinentibus ad cultum suum, iustè debuit accipere primogenitos, qui erant sibi debiti, vel si illos nollet posset accipere alios loco illorum, & quia nõ voluit primogenitos, accepit Leuitas pro primogenitis.

Sed tunc quæretur, quare Deus non accepit primogenitos totius populi ad seruiendum ei, cum isti essent directe ei debiti.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia immundi erant. vo lebat enim Deus applicare sibi rem mũdam, quia ipse mundus est. primogeniti autem polluti fuerant in idolatria adorando vitulum. Nulla autem apud Deũ maior immunditia reputatur, quàm cultus idolorũ: ideo propter istam immũditiam debuerunt omnes primogenti repelli, & accipi aliqui alij. ista causa solet communiter reddi, sicut nos sequẽtes communem positionem diximus supra q. 10.

Dicendum ꝙ illud habet aliquem colorem, & tamen non est vera causa. nam si propter hoc non acciperentur primogeniti omnium Tribuum, sequeretur, ꝙ nulla tribus deberet accipi, quia omnes fuerant pollutæ in illa idolatria, vt aliqualiter colligitur Exo. 32. Nam iussit ibi Moyses, ꝙ per omnia castra de porta ad portam occiderentur peccatores, & sic factũ est. e. c. Cum ergo in omnibus partibus castrorum fuerint aliqui occisi, patet, ꝙ nulla Tribus erat in qua non fuissent aliqui idolatræ.

Secundo quia videtur, ꝙ etiam si peccassent omnes Tribus in idolatria, nõ obstabat hoc eis ad accipi

mini-

ministros Dei, quia iam peccatum illud fuerat ablatũ occisis omnibus peccatoribus. ſ. viginti tribus millibus Exo. 32. Et in hoc ſatisfiebat pro peccato: reliquus etiam populus, qui non occisus eſt pœnituit de peccato. nam fleuerunt omnes & abiecerunt cultus optimos, & induti ſunt vilibus veſtibus Exo. 33. Ideo mundati videbantur iam ad hoc, ꝙ poſſent accipi in ministros.

Tertio quia ſi propter idolatriam repellerẽtur primogeniti, etiam repelleretur tribus Leui. nam de iſta fuerũt etiam idolatrę. quod patet Exo. 32. cum Moyſes applicuit ſibi Leuitas ad faciendum vltionem peccatorum. nam dixit illis occidat vnuſquiſque fratrẽ ſuum, & amicum & proximum. Et ſic præſupponebat Moyſes, ꝙ in tribu Leui erant aliqui idolatræ, qa aliàs non diceret iſtud.

Item patet, quia ſic factum eſt. nam dicitur. e.c. ꝙ facta vltione dixit Moyſes, cõſecraſtis manus veſtras hodie Domino: vnuſquiſque in filio & fratre. i. occidendo filios & fratres, & tamen non occiſi fuerant ibi, niſi idolatræ. ergo de tribu Leui multi coluerunt vitulum. Item patet, quia Deuter. 33. in benedictione Tribuum laudantur Leuitę, quia occiderũt filios & fratres & matres idolatras, nulli parcentes propter zelum Dei, cum dicitur, qui dixit patri ſuo & matri meo, Neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro illos, & neſcierũt filios ſuos. debebat ergo iam repelli Tribus Leui.

Quarto quia ſi propter idolatriam repellerentur aliqui nunc a miniſterio Dei, illi potiſſimè repelli debebant, quibus datus eſt principatus in iſtud miniſterium. Nam ſummum ſacerdotium datũ eſt Aarõ: & iſta fuit maxima dignitas in toto miniſterio Dei, & inter omnes Leuitas. Et tamen non ſolum peccauerunt aliqui de Leuitis, ſed etiam ipſe Aaron, cui datus eſt principatus ſacerdotum, maximè peccauit, quia ipſe fecit vitulum aureum petentibus Iſraelitis Exo. 32. Et Deus valde indignatus fuit contra ipſum: voluitque eum occidere, niſi quia Moyſes orauit nimis pro eo Deuter. 9. Cum igitur tam grauiter peccaſſet Aaron, nõ debuiſſet dari ei aliqua pars miniſtrationis huius, & tñ datuſet principatus ſacerdotij, ergo a fortiori, nec primogeniti, nec aliqui alij repellerentur ab adminiſtratione propter idolatriam. Dicendum igitur, ꝙ licet videatur motiuum coloratum idolatriæ ad repellendum primogenitos omnium Tribuũ: nõ eſt tamen illa cauſa vera.

Cur primogeniti non fuerunt aſſumpti ad miniſterium Dei. Quæſtio. XX.

TVNC ergo quæretur quare primogeniti nõ fuerunt aſſumpti ad miniſterium Dei.

Dicendum, ꝙ etiam ſi nõ peccaſſent ipſi, neque aliqui Iſraelitæ, & etiam ſi primogeniti eſſent viri ſanctiores omnibus alijs, nõ reciperentur.

Et primo fuit hoc, quia Deus noluit accipere aliquem numerum miniſtrorum, qui ſufficeret ad miniſtrandum ſibi iuxta conditionem illius cultus, & illarum miniſtrationum, quas ipſe voluit ſibi fieri in veteri teſtamento, & nõ debuit iſte numerus miniſtrorum eſſe maior, quàm vt ſufficeret ad illas miniſtrationes, quia aliàs daretur deordinatio. nam ſuperfluũ non poteſt eſſe ordinatum, ſed eſt fruſtra. Deus tamẽ nihil facit fruſtra. Ergo &c. Si autem primogeniti ſumerentur ad iſtam miniſtrationem, eſſet numerus valde ſuperabundans, quia acciperentur omnes iſti primogeniti, qui tunc erant etiam cum primogenitis Leuitarum, & omnes deſcendentes ab his, & etiã omnes primogeniti, qui poſtea naſcerentur de reliquo populo, quia omnes illi pertinebant ad Deum quocunque tempore naſcerentur, cum iuberet eos redimi precio dato infra 18. tanta autem multitudo nõ poterat cõuenienter occupari miniſtratione Dei: ideo non debuerunt illi accipi.

Secũdo quia ſequeretur ſic quædam deordinatio in poſſeſſionibus. nam illi qui Deo miniſtrarent non debebant habere poſſeſſionem aliquam in terra Iſrael, ſicut Deus iuſſit infra 18. & tamen cũ quælibet Tribus haberet poſſeſſionem, ſi primogeniti applicarentur Deo deberent filij carere poſſeſſionibus patrum. ſ. primogeniti ipſorum, & hoc erat magnũ inconueniens, quia cum omnes filij ſuccedant patribus maxime ſuccedebant primogeniti, quia quilibet eorum habebat duplum quàm alius filius de bonis patris Deuteron. 21. non ergo debuerunt primogeniti applicari Deo.

Tertio quia in hoc grauaretur valde populus. nam omnes Iſraelitæ debebãt prouidere miniſtris Dei de neceſſarijs. nam illi occupati miniſtratione, non poterant vacare agriculturæ, ideo conſtituerant quædam iura quæ ſolueret populus, de quibus ſuſtentarentur miniſtri Dei. infra 18. & Ioſue. 13. ſi tamen valde multi eſſent miniſtri, teneretur populus multum impendere, in quo grauaretur, ideo debuerunt eſſe pauci. Et tamen ſi primogeniti applicarentur Deo eſſent valde multi, quibus non ſufficeret populus ſuſtentationem impendere, vt valde grauaretur, ideo nõ debuerunt illi accipi.

Quarto quia quantumcunque populus grauaretur ſoluendo magna iura non ſufficeret tantæ multitudini miniſtrorum, quia populus nollet ſubire maiora onera ſolutionum quàm poſſet portare. Et ſi Deus imponeret illis, non tolerarent illam legẽ, ideo miniſtri quanto eẽnt plures, eſſent pauperiores. nã & Leuitæ, qui pauci erant non ſuſtentabantur ſufficienter, aut ſaltem copioſe, ſed ſemper mendicabant, & dicebat Deus, ꝙ darentur eis elemoſynæ, ſicut perſonis miſerabilibus. i. viduis, aduenis, & pupillis, & vocarentur ad conuiuia Deuter. 12. ergo a fortiori magis mẽdicarent & minus poſſent ſuſtentari omnes primogeniti, quorum erat magna multitudo. ergo non debuerunt accipi in miniſtros.

Reſponſio ad contra determinationem. Quæſt. XXI.

DICENDVM igitur, ꝙ nõ debuerunt accipi in miniſtros Dei primogeniti omniũ Tribuũ, nequeetiam aliqui alij qui eſſent de diuerſis tribub⁹, ſed aliqua vna Trib⁹ debuit tota applicari ad cultum Dei, & illa ſemper maneret ſic applicita. ſ. omnes illi qui eſſent de illa Tribu.

Et hoc debuit primo eſſe propter certitudinẽ. nã quando vna tota tribus Deo eſſet applicita: certum eſſet de omnibus deſcẽdẽtibus de illa tribu, ꝙ ad Deũ pertinerent, & illi noti erant. Si autem primogeniti & filij primogenitorum omnium tribuum applicarentur Deo, non eſſet ſic certum quis deberet ad Deum pertinere, quia quotidie acciperent aliqui pertinere ad Deum, qui prius non pertinuerant.

Secundo propter concordiam, requiritur enim in cultu Dei magna concentio, deuotio, & diligentia, quæ omnia tollũtur per diſcordiam: homines autẽ vnius cognationis magis inter ſe concordant, ſiue in bono ſiue in malo, quàm homines diuerſarum cognationum, quia omnes illi inter ſe ſunt, quaſi fratres, ſi tamen primogeniti omnes applicarentur Deo, eſſent de varijs cognationibus. ſ. de omnibus tribubus, ideo potius debuit accipi vna tota tribus.

Tertio propter vnitatem loci miniſtrandi, nam in veteri teſtõ nõ voluit Deus, ꝙ per ſingula loca fierẽt miniſtrationes cultus eius, ſed eſſet vnicus locus, in quo fieret tota miniſtratio, & illum locum Deus eligebat, extra quem non licebat fieri miniſtrationem aliquam Deut. 12. & Ioſue. 22. & ſiquis extra locum illum vellet miniſtrare offerendo ſacrificia erat reus mortis quaſi ſanguinem effudiſſet Leui. 17. Ad iſtam aũt vnitatem loci miniſtrationis magis conueniebat vnitas tribus, quàm ꝙ de omnib⁹ tribubus eſſent aliqui miniſtri, ideo debuit accipi vna tota trib⁹ & non primogeniti omnium Tribuum.

Quarto & præcipue, quia Deus voluit ꝙ miniſtri ſui nullam haberent poſſeſſionem, & ꝙ reciperent ſuſtẽtationem a populo, pro quo ſeruiretur per alias Tribus, & iſti Tribui, quę applicabatur Deo, nulla ps poſſeſſionis daretur, & tunc non grãuaretur populus dando ſuſtentationem illi Tribui, quia accipiebat populus totam poſſeſſionem quam illa tribus acceptura erat ſi non applicaretur Deo, & de qua haberet fructus ſufficientes ad ſuſtẽtationem ſi terram coleret, & tunc aliæ tribus potius videbantur eſſe quaſi coloni illius Tribus dando ei fructus quos ex poſſeſſione eius colligebant q̃ dare aliquid de proprio. Etiã erat cõueniens hoc pro ipſa Tribu, quæ applicaretur Deo, quia cum ipſa occupata diuinis miniſterijs non poſſet terram colere, eſſet fruſtra ſi poſſideret, nũc vero cum nõ daretur ei poſſeſſio nihil manebat ſuperfluum & incultum, ſed cedebat reliquo populo id, quod iſta Tribus habitura erat. Si aũt primogeniti de omnibus tribubus applicarentur Deo non poſſet ſic fieri, quia tunc neceſſe erat terram diuidi per omnes Tribus cum nulla deberet totaliter applicari. Et tunc erat dubium qũo fieret, quia primogeniti q̃ applicabantur Deo, aut deberent hẽre poſſeſſiones, quæ competerẽt eis ſm diuiſionem ſortis ſuæ, & per ſucceſſionẽ ꝓ genitorum ſuorũ, aut nullas poſſeſſiones haberent. Si haberent poſſeſſiones tunc ſequeretur primum inconueniens. ſ. ꝙ illæ manerent incultæ, qa non poterant vacare agriculturæ occupati circa diuina miniſteria. Secundùm quia tunc grauaret populus dando iſtis ſuſtentationem, cum ipſi haberent poſſeſſiones, & nõ acciperet populus poſſeſſiones quas iſti accepturi erant, ſicut fieret ſi tota vna tribus applicaretur Deo. Si aũt iſti nullas haberent poſſeſſiones ſequeretur inconueniens. Primo quia turbaretur ſucceſſio. nam prẽiudicaretur valde iſtis, quia primogeniti debebant duplũ hẽre de poſſeſſione paterna q̃ qlibet alius de fratribus Deut 21. Et tunc ecõtrario fieret, quia priuarẽtur primogeniti omni iure ſucceſſionis. Secundo quia ditarentur aliqui ſine cauſa, ſcilicet quòd alij fratres acciperent, quod pertinebat ad primogenitos, quod erat inconueniens, cum non haberent ad hoc cauſam. Tertio quia manderet, tunc grauamẽ populi. nam oportebat prouidere iſtis cum non haberent poſſeſſioes, & tñ populus nihil habebat de bonis iſtorum, & ita eſſent iſta inordinata. Dicendum ergo ꝙ non potuerunt conuenienter accipi primogeniti omnium tribuũ ad miniſtrandum Deo, ſed debuit ſeparari ad hoc tota vna tribus.

Cur potius fuit ſeparata Tribus Leui ad cultum Dei quàm aliqua alia. Quæſtio. XXII.

SED quæritur dato, ꝙ debere vna tota Tribus ſeparari ad cultum Dei, & non primogeniti omnium Tribuum, quare potius ſeparata fuit Tribus Leui quam aliqua alia.

Dici poteſt primo, ꝙ fuit iſtud, quia iſta tribus (ut quidam volunt) non peccauit in idolatria vituli, quæ paulo ante hoc commiſſa fuerat, ideo debuit potius eligi iſta quàm alia.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia etiam Leuitæ peccauerũt in idolatria, ſicut aliæ Tribus, vt oſtẽdimus. ſ.

Sed dici poſſet ſecundo, ꝙ iſtud fuit, quia iſta Tribus exercuit vltionem in idolatras, ideo licet de hac tribu quidam peccaſſent, alij qui non peccauerant vlti ſunt hoc crimen in peccatores de Tribu ſua, & de alijs tribus occidẽdo 23. millia, vt patet Exo. 32. Et tñ qui vindicabãt Deum de offendẽtibus ipſum in idolatria merebantur accipere honorem ab ipſo in cultu ſuo, ſic fuit de Phinees qui zelo Dei occidit principem Tribus Simeon coeuntem publicè cum Madianitide. Nam Deus promiſit tunc illi ſacerdotiũ ſempiternum in domo ſua infra 25. & 1. Mac. 2. c. Et tñ ille vltus eſt in vnum hoẽm. iſti aũt in totum populũ, ideo meruerunt maiorem honorẽ. ſ. vt acciperent totam adminiſtrationem diuini cultus.

Tertio potuit hoc eſſe, quia iſti oſtenderunt ſpãlio rem deuotionem ad Deum. nam qñ Moyſes voluit punire idolatras clamauit dicens. ſiquis Dñi eſt iũgatur mihi. i. ſi aliquis eſt, qui pertinet ad Deum Iſrael & diligit eum veniat mecum Exo. 32. & tunc ſequit ibi. congregati ſunt ad eum oẽs filij Leui, & ſic patet ꝙ oẽs Leuitæ habuerunt, tunc ſingularẽ deuotionẽ ad Deum, & nullus de alijs tribubus habuit illam, qa nemo de illis venit cum Moyſe ad iſtam vltionẽ, iõ meruerunt honorem apud Deum.

Quarto quia habuerunt zelum feruentiſſimũ. nã non ſolũ vlti ſunt in alios, qui non erant cognati ſui, ſed ẽt filios & fratres occiderunt pp Deum Exo. 32. & non miſerti fuerunt eis. quaſi non eſſent cognati eorum, qđ multum laudatur a Moyſe Deut. 33. ideo debuit eis dari honor apud Deum.

Quinto quia videtur, ꝙ Moyſes ꝓmiſerat eis iſtud vel ꝓnunciauerat futurum eſſe, qñ vlti ſunt in peccatores Exo. 32. ſ. conſecraſtis manus vras hodie dño vnuſquiſq; in filio & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio, ſed conſecratio pertinet ad miniſtros Dei. ſ. ſacerdotes & Leuitas, vt patet Leui. 8. & 9. & Exo. 29. & j. 8. c. ideo prenunciabat eis, ꝙ miniſteriũ habituri eẽnt in quo cõſecrarentur. Etiam quia dixit eis, vt det vobis benedictio. i. vos feciſtis, qđ in vobis erat conſecrando manus nras in ſanguine filiorũ & fratrũ: Deꝰ autem dabit vobis benedictionem. i. adminiſtrationem cultus ſui, in qua eritis benedicti.

Iſtæ rõnes ſunt aliqualiter conuenientes, ſed non ſunt neceſſariæ: eſſent aũt oĩno efficaces ſi aliæ tribus peccauiſſent in idolatria, & de tribu Leui nullus peccaſſet, tñ peccauerunt multi: peccauit ẽt Aaron, cui datum fuit poſtea ſummũ ſacerdotiũ, vt oſtendimus ſupra, ideo non cõcludunt neceſſario. Et tñ dicendũ ꝙ ſuppoſito, ꝙ deberet vna de tribubus Iſrael tota accipi ad miniſtrandum Deo, potius debuit accipi Tribus Leui q̃ aliqua alia, quia licet oẽs peccaſſent in idolatria, tñ iſta minus peccauit, quia fuerũt in ea pauciores idolatræ, & ẽt quia ipſi ſoli habuerunt zelum vindicandi in oẽs alios idolatras, vt ſupra dictum eſt.

Sexto & præcipue dicendũ, ꝙ fuit tribus Leui potius accepta q̃ alia, qa erat valde minor qualibet alia. iſtud tñ erat conueniens primo, quia miniſtri Dei debebant eſſe pauci: cum pauci ſufficerent ad illam miniſtrationẽ, ſed vna tribus tota ſumẽda erat, ideo debuit accipi minima omnium Tribuum.

Secundo quia Iſraelitæ ſuſtẽtaturi erant miniſtros Dei de ſumptibus ſuis, ideo vt non grauaretur populus debuerũt eſſe pauci miniſtri, & ſi multi eſſent nõ poſſet ſufficere populus ad ſuſtentandum eos: ergo minima Tribus accipi, vt ſic facilius populus toleraret ſumptus illos.

Tertio ut melius prouideretur miniſtris, quia populus non poterat ſubire magna onera expenſarum, ſi ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

Tribus Leui minor inter oēs alias.

si ergo ministri multi essent, oporteret eos mendicare: quāto autem essent pauciores melius prouideretur eis,ideo minima tribus debuit eligi. Ad hoc autē fuit conueniens Tribus Leui, quia nulla fuit minor ea:immo quælibet aliarum fuit maior ea quincuplo, vel sexcuplo.quod patet, quia in alijs Tribubus computando a viginti annis,& supra inueniebantur multa millia.s.in quibusdam quasi octuaginta millia.in illa autē quæ fuit minor omnibus.s. in Tribu Manasse fuerunt inuenta 32. millia & ducenti, vt patet sup.1. cap.Et tñ in Tribu Leui computando a viginti annis & supra forte non inuenirentur sex aut septem millia virorū, vt patet, quia in litera ponitur summa Leuitarum ab vno mense & supra, & tamen solum fuerunt. 22. millia ducenti & septuagintatres: tollendo autem omnes qui essent ab vno mense vsque ad annum vicesimum, quorum solet esse magna multitudo, forte non relinquerentur sex aut septem millia, ideo ista Tribus,tanquam valde minor qualibet alia, debuit eligi ad ministrandum, quia cum paucioribus sumptibus poterat prouideri huic Tribui, quam alicui alteri.

An debuisset eligi Tribus Ruben. Et cur tribus Ruben non poterat applicari Deo. Quæst. XXIII.

ADHVC obijcietur, q̄ non debuit Tribus Leui accipi,sed tribus Ruben, quia cū vna tota deberet separari ad cultum Dei, & ista accipiebatur loco primogenitorū, vt patet supra in litera. debuit accipi tribus illa, quæ esset a primogenito, quia ibi censerentur esse omnes primogeniti populi,sed Ruben fuit primogenitus Iacob Gen.49. ergo Tribus Ruben debuit accipi loco omnium primogenitorum ad ministrandum.

Dicendum q̄ Rubē fuit primogenitus fm carnē.i. prior origine Genes.29.& 49.& tamen dato,q̄ deberet accipi ad cultum Dei Tribus primogenitorū non posset accipi tribus Ruben, quia ipse perdiderat Ruben istud ius. Pater enim eius Iacob priuauerat eum moriens Gen.49. s.Rubē primogenitus meus tu fortitudo mea & principiū doloris mei:prior in donis, maior in imperio: effusus es, sicut aqua.non crescas, quia ascendisti cubile patris tui & maculasti stratum eius.i.tu Ruben,qa eras primogenitus meus debebas esse maior in imperio & potior in donis,& tñ volo,q̄ non crescas.i.non efficiaris in dignitate maior aliqua alia tribu,quia maculasti stratum patris tui.

Sed dicendum, q̄ si tribus primogenitorum deberet applicari Deo,non poterat applicari tribus Rubē, quia perdiderat Ruben iura primogenituræ,& translata fuerant illa in aliam tribum.s. in filios Ioseph, vel vt alij volunt in tribum Iudæ.sic patet 1. Paralip. 5.ca. s.filij quoque Ruben primogeniti Israel ipse q̄ppe fuit primogenitus eius, sed cum violasset thorum patris sui data sunt primogenita eius filijs Ioseph, & non est ille reputatus in primogenitum, & sic nō potuit tribus Ruben accipi ad ministrādum Deo loco primogenitorum totius populi.

An tribus Ioseph debuerit accipi loco primogenitorum totius populi. Quæst. XXIIII.

SED aliquis dicet, q̄ cum translatum esset ius primogenituræ in filios Ioseph, vt dictum est præceden.q. q̄ debuit tribus Ioseph accipi loco primogenitorum totius populi.

Dicendum q̄ non debuit primo, quia vna sola tribus debebat accipi ad ministrandū Deo, vt dictū est. Et tñ filij Ioseph non faciebant aliquā vnicam tribū, sed duas.s. Ephraim,& Manasses. Et ita cōputant in tota scriptura, vt patet supra.& ℣.26.& 34.cap.iō non debuerunt illi accipi loco omnium primogenitorū.

Scdo quia vt supra dictum est debebat accipi trib⁹ minima oīum ad istam ministrationē, & tñ de filijs Ioseph fuerunt nunc in ista numeratione.a 20.annis, & supra vltra 72.millia virorū. s. in Ephraim quadraginta millia & quingenti, & in Manasse triginta duo millia & ducenti:tanta aūt multitudo non conueniebat ad ministrandum Deo,quia non posset sustentari a populo. Tertio quia tribus illa quæ ad hoc acciperetur deberet esse sine possessione,quia iura sanctuarij essent ei loco possessionis. ℣. 18. & Iosue.13. c. sed filij Ioseph non poterant esse sine possessione,qa fuerat de eis p̄nunciatum ꝓpheticè, q̄ non solum hr̄ent possessionē, sed ēt q̄ hr̄ent sortes duarum possessionum, sicut duę tribus.i.sicut Ruben & Simeon,vt patet Gen.48. cum dixit Iacob ad Ioseph.duo filij tui,q̄ nati sunt tibi in terra Aegypti anteq̄ huc venirē mei erunt: Ephraim,& Manasses,sicut Ruben,& Simeon reputabuntur mihi.i.habebunt duas sortes possessionum,sicut Ruben & Simeon, ideo Ephraim & Manasses, qui faciebant duas tribus,non acciperent ambæ ad cultum Dei,sed poterat accipi vna eorum.

Dicendum q̄ non stat,quia forte posset hoc cōcedi si solum illa rō moueret ad hoc, & tñ manent aliæ duæ,ideo q̄cunq; tribus illarū daretur nō poterat accipi loco primogenitorū.s.vtraq; qa habebat possessionem,ut dictum est. ēt quia vtraq; earum erat valde magna. Nā minor earū.s.Manasse habuit.32.millia virorum & ducentos in ista numeratione.s.1.c.& tñ tribus Leui non hēbat forte.7. millia a 20.an.& s. vt dictum est p̄ce.q. Scdo pōt dici, q̄ cum essent duæ tribus in filijs Ioseph,cum non esset maior rō de vna q̄ de alia:non deberet potius vna accipi ad cultū Dei quàm alia,ita neutra acciperetur.

An tribus Iuda debuerit accipi loco omnium primogenitorum. Quæstio. XXV.

ADHVC dicet aliquis, q̄ deberet accipi tribus Iuda loco oīum primogenitorū, quia vt quidā dīt pars iuriū primogenituræ p̄tinebat ad istā tribū, & pars ad filios Ioseph. s.imperium ad Iudā,& duplex sors ad Ioseph,& tunc non esset inconueniens,qa tribus Iudę erat vnica, & non sicut filiorū Ioseph quorū erant duæ tribus.Dicēdum q̄ nō stat,quia si dēret accipi ista tribus rōne primogenituræ non poterat ei hoc cōpetere: Quia non p̄tinebant iura primogenituræ aliqualiter ad Iudam, sed totaliter ad filios Ioseph.1.Paral.5.s. Rubē fuit primogenitus Israelis, sed cum violasset thorum p̄ris sui data sunt primogenita eius filijs Ioseph, & nō est ille reputatus in primogenitū. & sic de solis filijs Ioseph dī,q̄ habuerunt primogenita & nō de Iuda. Aliqs dicet, q̄ Iudas habuit principatū regalē,qui p̄tinebat ad primogenita,iō partē iuriū primogenituræ habuit.

Dicendum q̄ non stat,qa principatus nō p̄tinet ad iura primogenituræ p̄cisè, sed duplicitas possessionis.sic patet exp̄ssē.1.Paral.5.qa cum dī primogenita Ruben data sunt filijs Ioseph, & nō est ille reputatus in primogenitū, additur. Porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos de stirpe eius principes germinati sunt:primogenita autē reputata sunt Ioseph.i. licet Iudas habuerit principatū, tñ non habuit primogenita,qa illa reputata sunt in Ioseph. Scdo cum dīt aliqui tribus Iuda hēbat possessionē, & valde magna Iosue.15.& tñ tribus q̄ acciperetur loco primogenitorū non erat habitura possessionē. Sed dicendū.q̄ istud non cōcludit, quia si tribus Iuda acciperet loco primoge-

primogenitorum,non daretur ei possessio,sed accipe ret iura Sanctuarij loco possessionis, sicut factum est in tribu Leui Iosue 13.ca.Tertio,quia tribus Iuda erat valde magna,s.maior qualibet alia. nam in ista numeratione fuerunt in ea 74.millia virorum, & sexcenti.s. 1.c.& semper fuit valde magna.Nam in alia computatione ℣.16.fuerunt in ea 75. millia, & quingenti. hoc autem valde repugnabat,quia tribus quę ad hoc acciperetur debuit esse minima omnium, vt supra ostensum est, quia alias grauarentur alię tribus sustētando illam:ista tamen erat maxima omnium,iō nulla min⁹ conueniebat ad hoc q̄ tribus Iuda.Quarto, quia de tribu Iuda prēnūciatum erat, q̄ futuri essent reges Gen. 49.s.non auferetur sceptrum de Iuda, neq; dux de fęmore eius.Et sic coinciderent tribus regalis, & sacerdotalis:sed hoc non debuit esse, quia regibus incūbebat facere bella pro populo 1.Reg.8. & regere in omnibus alijs,& tñ sacerdotes, & Leuitę nō poterant his sufficienter intendere, cum vacarent diuinis ministerijs,ideo non debuit esse eadem tribus regalis,& sacerdotalis, & sic tribus Iuda non debuit accipi pro primogenitis.

Quod tribus Leui non debuit accipi pro primogenitis. Quæst. XXVI.

SED adhuc aliquis dicet, q̄ non debuit tribus Leui accipi pro primogenitis, quia accipienda erat tribus minima pp causas supradictas,& tñ Leui non erat minima tribus,sed aliæ quędam minores.Vnde aliqui dicunt,q̄ debuit tribus Ruben accipi, quia erat minima.Sic patet Deu.33.in benedictione tribuum,s.viuat Ruben,& non moriatur,& sit paruus numero. Alij dicunt,q̄ debuit dari tribus Simeō, quia illa erat minor omnibus,& patet,quia tam parua fuit, q̄ non accepit per se possessionem, sed in sorte tribus Iudę, vt patet Iosue 19.

Aliqui dicunt, quòd debuit accipi tribus Manasse, quia erat minor omnibus, sicut dixit Gedeon Iudic. 6.ecce familia mea infima est in Manasse.Dicendum, q̄ causa potissima quare tribus Leui fuerit accepta p primogenitis fuit paruitas eius,quia erat minor omnibus,& sic posset sustentari facilius a populo, q̄ alia tribus,& nulla de allegatis est minor quam tribus Leui. Cum autem dicebatur de Ruben. Dicendum, q̄ non erat minor q̄ Leui,sed forte erat maior quincuplo aut sexcuplo,quod patet, quia in ista numeratione fuerūt in tribu Ruben 46.millia, & quingenti supra 1.c. & in alia numeratione. ℣.26.fuerunt quadraginta sex millia & septingenti & triginta. & tñ in tribu Leui computando ab vno mense, & supra fuerūt solum 22. millia ℣.in litera. in quibus forte non inuenirentur septē millia,si computarentur a viginti annis & supra:ideo magis conueniebat ad hoc tribus Leui.Secundo,quia tribus quę ad hoc acciperetur non erat habitura possessionem. ℣.18. & tamen de tribu Ruben p̄nūciatum erat, quod habitura esset possessionem in terra Chanaan Gene.48.ideo non debuit Ruben accipi pro primogenitis.

Solutio de tribu Simeon quæ obijciebatur. Quæst. XXVII.

CVM vero obijciebatur de tribu Simeon. Dicendum,q̄ nō debuit illa accipi, quia maior erat quā tribus Leui forte septuplo, vel octuplo,quia s.1.c.ponitur in numeratione. fuerunt in tribu Simeon.59.millia virorum,& trecēti, & tamen in tribu Leui si computarentur a viginti annis

& supra forte non essent septem millia virorum,sicut dictum est p̄ced.qō.Secundo quia tribus danda pro primogenitis nō erat habitura possessionem, vt dictū est. & tamen de tribu Simeon p̄nunciatum erat, q̄ haberet possessionem in terra Chanaan Gene. 48. scilicet, Manasses,& Ephraim, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, idest, habebunt Manasses, & Ephraim distinctas possessiones,& sortes,sicut Ruben, & Simeon.

Cum vero obijcitur,quòd tam parua erat tribus Simeon,quòd non accepit sortem, nisi partem quandā sortis Iudę.

Dicendum quòd non est verum,quia Simeon magna tribus erat, & etiam per se accepit possessionem, & hęreditatem distinctam a possessionibus aliarum tribuum Iosue 19.cap. scilicet egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas, fuitque hęreditas eorum &c.Etiā patet,quòd fuerit magna tribus, quia accepit multas ciuitates, & villas in sorte sua,& quædam aliæ tribus fuerunt quę acceperunt pauciores vrbes,vt patet comparando eas inuicem Iosue 19. capitulo.

Sed cum obijcitur, quòd Simeon propter paruitatem suam accepit partem sortis Iudę, vtrunque negādum est.nam neque erat Simeon parua tribus, neque etiam accepit partem sortis Iudę,sed per se, nam neutrum illorum dicit litera Iosue 19.sed dicitur fuit hæreditas Simeon in medio possessionis filiorum Iuda, & postea sequitur.Hęc est hæreditas filiorum Simeō, iuxta cognationes suas in possessione, & funiculo filiorum Iuda,& idcirco filij Simeon possederūt in medio hæreditatis eius, & sic non dicitur, quòd Simeon erat minor,vel paruus,sed dicitur in funiculo filiorum Iuda,quia maior erat, quod intelligunt aliqui, i. quia maior erat tribus Iuda. Verum est,quòd tribus Iuda erat maior quam Simeon, & quam quelibet alia, vt patet supra primo cap.sed nō est ille sensus literę, quia tunc non faceret ꝓpositum.nam non deberet accipi aliquid de tribu Iuda,idest de possessione sua,quia tribus illa erat maior, sed potius è contrario, si maior erat, debebat sibi relinqui, quod habebat,aut aliquid addi.

Sed sensus est, quòd quando primum fuit separata quædam portio terrę pro Iuda, fuerunt sibi datę multę ciuitates quæ habentur Iosue 15. cap. Sed cum postea aliis tribubus deberet diuidi terra residua inuentum est,quòd Iudas acceperat plusquam sibi competebat, & quòd reliquę tribus non poterant tantum habere proportionaliter,ideo oportuit,quòd auferretur de possessione Iudæ tantum, quantum acceperat vltra debitum,& illud erat multum: ita quòd de illo solo poterat fieri possessio sufficiens pro vna tribu, & fuit totum illud datum tribui Simeon, vt possessio, & sors eius. Et quia istud fuerat plus quoddam partis Iudę cum illud accepisset Simeon dicebatur accipere hæreditatem in medio filiorum Iudę, ita innuit litera cum dicit.in funiculo filiorum Iuda, quia maior erat, scilicet ipsa possessio,vel funiculus sortis Iudę erat maior debito. & sequitur, & iccirco filij Simeon possederunt in medio hæreditatis Iuda,idest,quia sors Iuda erat maior debito, acceperunt filij Simeon partem illius,& ista erat inter filios Iuda,quod est esse in medio illorum.

Solutio de tribu Manasse. Et quod erant in tribu Manasse familiæ.Et cur potius tribui Leui data est administratio Sanctuarij. Quæst. XXVIII.

CVM autē obijciebatur de tribu Manasse, q̄ dēret dari pro primogenitis, quia minor erat q̄ tribus

Leui negandum est. nam in tribu Manasse fuerunt, nunc trigintaduo millia ducenti in numeratione ſ. 1. c. & adhuc postea creuit viginti annis, vt supra dictum est, ideo esset tribus Manasse septupla, uel octupla ad tribum Leui, & ſ. magis pertineret ad Leui accipi ꝙ primogenitis. Secundo, quia tribus quę ad hoc accipe retur non erat habitura possessionem, vt dictum est. de Manasse tamen prenunciatum erat, ꝙ haberet possessionem, ideſt, ꝙ Ephraim, & Manasses essent duæ tribus, & haberent duas sortes Gen. 48. ſ. Manasses, & Ephraim, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi. ideo non debuit tribus Manasse accipi pro primogenitis.

Cum autem obijcitur, quòd erat minor Manasses alijs tribubus negandum est. nam non dixit hoc Gedeon, sed ait, ecce familia mea infima est in Manasse, & sic non dixit de tribu Manasse, quòd esset minima, sed ꝙ familia Gedeonis erat minima inter omnes familias tribus Manasse. Pro quo sciendum, ꝙ in tribu Manasse erant octo familię, quarum nomina ponunt̃ ſ. 28. Erat autem Gedeon de vna istarum quę vocabatur Hiezeritarum Iud. 6. c. & ista erat minor omnibus septem familijs tribus Manasse, sed non dixit Gedeõ, quòd tribus Manasse erat minor alijs, quia non erat: sed quia familia sua erat minor inter omnes familias tribus Manasse, & hoc verum erat. Dicendum ergo, ꝙ sola tribus Leui erat cui potius competeret, ꝙ haberet ministrationem Sanctuarij, & daretur pro primogenitis quam quęlibet alia propter rationes positas. ſ. & potissime pp duas, quę potius inueniuntur in hac tribu. Prima est, quia de omnibus alijs tribubus fere p̃nunciatum erat, ꝙ aliquid possessurę erant, vt colligit̃ Gene. 48. & 49. de Leui autem non habetur, ꝙ aliquid possessurus esset, sed potius, ꝙ dispergeretur in Israel, Gene. 49. & habitaret dispersus non habens aliquam vnam possessionem. Et sic fuit, quia Leuitę non acceperunt possessionem cum alijs tribubus. ſ. 18. sed datę fuerunt eis quadragintaocto vrbes ad habitandum. ſ. 35. cap. & illę non erant simul, seu dispersę per totam terram Israel, quia quælibet tribus dabat aliquas, vt patet Iosue 21. Secundum, & precipuum fuit paruitas istius tribus: nulla enim erat minor, immo quęlibet erat maior ea sexcuplo, aut septuplo, vt patet ex comparationibus supra factis, & sicut nunc erat tribus Leui parua numero, ita mansit semper parua. Nam nunc fuerunt solum viginti duo millia ducenti septuaginta tres Leuitę computando ab vno mense, & ſ. Ideo propter paruitatem suam poterat ista tribus conuenientius sustẽtari a populo quam quęlibet alia quę maior esset, cum isti Leuitę pauci numero vix possent sustẽtari de iuribus sibi constitutis, sed oportebat eos mendicare, vt colligitur Deuteron. 12.

Cur in nouo testamento non fit vna coadunatio hominum quæ habeat tantum seruire Deo, sicut erat in veteri.
Quæst. XXIX.

SED quæret aliquis, quare nunc in nouo testamẽto nõ fuit aliqua vna coadunatio hominum accepta ad hoc, ꝙ ministraret, & de alijs cognationibus terræ, nemo posset ministrare Deo, sicut tunc erat, ꝙ sola tribus Leui ministraret Deo, & alijs non liceret.

Dicendum, ꝙ nõ debuit hoc fieri in nouo testamẽto. Primo, quia iste modus ministrandi pertinebat ad cęremonialia, & tñ cęremonialia veteris testamenti, non debebant manere in nouo testamẽto, immo neque licebat illa iam obseruari, vt colligitur ad Gala. 4. ergo non debuit manere iste modus ministrandi.

Secundò, quia prenunciatum erat, ꝙ tempore Messiæ mutaretur modus sacerdotij veteris Psalm. 109. ſ. tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech. quod Apostolus declarat ad Hebr. 8. dicens quòd non deberet tempore Messiæ manere modus ministrãdi Leuiticus, sed sacerdotium Melchisedech, & tamen modus Leuiticus erat, quòd vnica tribus, ſ. Leui ministraret, cęteris autem non liceret accedere, ideo non debuit nunc esse talis modus ministrandi.

Tertio, quia non debuit talis ministratio competere nouo testamento. nam in veteri testamento erant omnes ministrationes carnales ad Hebr. 9. ideo determinabantur ministri secundum carnem, ſ. qui pertinerent ad vnam cognationem. in nouo autem testamẽto debuit ministratio esse spiritualis. sic enim Christus dixit mulieri Samaritanę, Venit hora, & nunc est, quãdo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. & sic dixit, ꝙ iam non manere debebat adoratio, vel cultus carnalis, sed spiritualis: & tamẽ quòd determinetur minister huius, vel illius cognationis est aliquid carnale, ideo non fuit conueniẽs in nouo testamento.

Quarto, qa illud potuit conuenire Iudęis, sed nunc non, quia tunc Iudęi erant vnicus populus, qui erant congregati in regione vna in terra Chanaan, & erant iter eos solum duodecim, vel tredecim cognationes, ideo poterat vna illarum accipi ad ministrandum Domino, & quòd de alijs nullus ministraret. Sed nunc in nouo testamento cultores Christi non sunt tantũ aliquis vnus populus, sed omnes nationes, & non habitant in aliquo vno loco, sed sunt dispersi per totum orbem, ideo nõ potest de eis accipi aliqua vna cognatio, vel gens, quæ sola Deo ministret, & cęteri non accedant ad ministrandum. Quinto, quia Iudęi nõ solum erant vnus populus, sed etiam tota ministratio illorũ fiebat in vno loco quem elegisset Dominus Deuter. 12. & 16. in alijs autem non licebat ministrare Leuit. 17. & Iosue 23. ideo poterat vna cognatio hominum quantumcunque parua sufficienter ministrare. Nunc vero nõ est sic, sed in omni loco ministratur Deo, vbi sunt Ecclesię constitutę in nomine eius, ideo non poterat aliqua vna cognatio, vel gens sufficere ad ministrandum nũc, quia illa deberet ministrare per totum orbem, sed debuit licere omnibus hominibus cuiuscunque gentis posse ministrare Deo, & ista ratio est multum efficax. Nam etiam si Iudęi in quolibet loco terrę suę haberent vnum, vel multa oratoria, sicut nos habemus multas Ecclesias, & in quolibet illorum ministraretur, non posset sufficere aliqua vna tribus pro omnibus illis ministrationib⁹. Sed oportebat de multis tribubus esse ministros.

Sexto, quia oportet ministrum conformari his inter quos ministrat, cum positus sit inter Deum, & illos, & debeat compati infirmitatibus illorum ad Hebrę. 5. & 8. & 9. capit. Si tamen nunc vni soli genti liceret ministrare, non posset illa cõformari omnibus hominibus dispersis vbique terrarum pro varietate morum, & gentium: ideo non debuit esse aliqua vna cognatio, vel gens, cui soli liceret ministrare in nouo testamento.

Septimo, quia in veteri testamento, sicut Deus determinauit sibi certum cultum, & noluit quòd aliqd plus aut minus fieret: sed pręcise illud determinauit Deuteronom. 12. capit. ita etiam determinauit ministros, sed in nouo testamento non determinauit sibi aliquem cultum in oratione, vel in aliqua exteriori cęremonia, sed nobis reliquit, & Ecclesię suę pro tempore determinandũ: ideo neque debuit determinare ministros, an essent de vna cognatione, vel de omnibus, aut qui & quales essent.

Octauo,

Octauo, quia Christus innuit, ꝙ in nouo testamento non essent ministrationes, saltem necessariæ quę requirerent determinatos ministros, sed tales quæ per quemlibet fieri possent, & in quolibet loco, ſ. orare, & adorare: sicut ipse dixit ad Samaritanam quęrentem, an adorandum esset in Ierusalem, vel in templo montis Garizim apud Sichem, & Christus dixit, quòd tempus veniebat in quo neque in Ierusalem, neq; in monte Garizim esset determinatus locus adorandi, sed spiritualiter Deus adorandus erat sine determinatione loci vbicunque quis vellet Ioã. 4. immo ita Apostolus diffiniuit dicens. volo ergo viros in omni loco orare leuantes puras manus sine ira. 1. ad Timo. 2. sicut ergo omnis locus erat licitus ad adorandum, ita omnis ministratio, & omnis minister esset conueniens, & non deberet distingui in his. Istud autem prænunciatũ fuerat, ſ. ꝙ in nouo testamento non essent illę determinationes ministrandi, & ministrorum, quæ erant in veteri testamento Malac. 1. ſ. nõ est mihi voluntas in vobis dicit Dominus, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad Occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. & sic innuit, ꝙ non erat Deus suscepturus illas veteres ministrationes, sed alias, & illæ non essent in vno loco determinato, sicut in veteri lege, sed in omni loco orbis terrarum ab ortu solis vsque ad Occasum. Sed licet Christus legislator noster non diffinierit aliquas ministrationes quæ fierent in nouo testamento, sed solum ꝙ oraretur, & adoraretur, quod a quolibet fieri poterat, & debebat: reliquit tamen Ecclesię suę potestatem disponẽdi de his, & illa Spiritus sancto directa instituit quasdam determinatas ministrationes, siue in verbo, siue in opere ideſt in orationibus, & quibusdam cęremonijs exterioribus, & tamen non determinauit ministros de aliqua vna gente, vel cognatione, sed de omnibus gentibus possunt esse ministri.

Cur ex tempore determinato. ſ. ex percussione primogenitorum, ideo appellauit Deus sua primogenita. Sed vide veram solutionem quæſt. huius in quæstio. 35.
Quæst. XXX.

NVNC quæretur cum Deus dixerit in litera meum est omne primogenitum, ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti, quare dixit specialiter, ꝙ ex illo tempore erant sui primogeniti. Aliqui dicunt hoc esse pp significationem, ſ. quia per Aegyptios significantur dęmones, inter quos sunt aliqui primogeniti, ideſt præcipui, quos nisi Deus occiderit auferendo potestatẽ eorum, non possunt sanctificari primogeniti Israelitarum, id est illi qui volunt applicari Deo, sic exponit Origenes.

Sed dicendum istum esse sensum mysticum, & nõ literalem, quia necesse est, ꝙ Deus intenderit hic aliquid quoad literam, quod deberet intelligi ab Israelitis, quibus fiebat sermo; maxime cum hic reddat̃ causa dicti. Est ergo dicendum, ꝙ Deus posuit istud hic ꝑ causa: dixerat enim meum est omne primogenitum, ideſt ad me pertinet, vel mihi est obligatum, & quia Israelitæ non viderent quomodo esset verum primogenita esse obligata Deo, addidit istud, ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti. Pro quo sciendum, ꝙ omnia quęcunque sunt ipsius Dei sunt, & possessio eius vocari possunt Psalm. 103. omnia sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. sic etiam Psalm. 23. dicitur domini est terra, & plenitudo eius. ideo nõ solum ipsius Dei sunt primogeniti hominum, sed ẽt omnes homines, & bestiæ, & quicquid est Psalm. 49. meę sunt ferę syluarum iumenta in montibus, & bo-

ues. & hoc modo Deus non loquitur, quia tunc nõ deberet dicere meum est omne primogenitum, sed diceret mea sunt omnia. & si illo modo diceret, nõ redderet causam, sicut reddit, ſ. ex quo percussi primogenitos, sed diceret mei sunt primogeniti, vel mei sunt omnes homines, quia creaui eos, & possideo atq; guberno. sic dicitur Deuteronom. 32. nunquid non ipse est pater tuus, ideſt Deus tuus qui possedit te, fecit, & creauit, sed quia voluit innuere primogenitos pertinere ad se quodam speciali modo, reddidit causam specialem dicens, ex quo percussi omnes primogenitos.

In quo aduertendum, quòd non dicit meũ est omne primogenitum, quia percussi primogenitos in terra Aegypti, sed ex quo percussi. Nam quòd Deus percuteret, ideſt occideret primogenitos Aegypti, non erat causa aliqua obligandi sibi primogenitos Israelitarum. Sed dicit ex quo percussi, ideſt ex illo tempore accidit aliquid, quod fecit primogenitos Israelitarum esse mihi debitos. nam in Aegypto morabantur mixtim Hebręi, & Aegyptij, ſ. in vna domo Hebręus, & in alia Aegyptius, & tamen Angelus percutiens, cũ transiret per domos Aegyptiorum, percutiebat in qualibet domo omnia primogenita, quę ibi erant, tam hominum quam pecorum, cum autem veniret ad domum Hebręi neminem percutiebat, sed transibat vlterius, quasi in illis domibus nullus esset: ideo ex illo tempore primogeniti Israelitarum fuerunt obligati Deo, ſ. quia percussi non sunt, sicut Aegyptij.

An fuerit ista causa sufficiens appellandi primogenita sua. Et quomodo intelligitur dictum percussit primogenita.
Quæst. XXXI.

ALIQVIS dicet non esse istam causam sufficientem, quia non fuit hic aliquid speciale beneficium, quia non fuit, nisi quòd non occiderentur primogenita Hebręorum, & tñ mortem non meruerant, cessare autem ab inferendo malum non est obligationem, sed prestat beneficium, hic tamen non fuit aliquod aliud beneficium prestitum primogenitis: nisi ꝙ non occisi fuerunt. Dicendum, ꝙ non occidere, vel cessare a occisione, qi non subest causa occidendi, non est beneficium: liberare tñ aliquem a morte cum ille trahitur ad illam ab aliquo, etiam si iniuste trahatur, beneficium est. sic aũt fuit de Deo, quia non solum nõ occidit primogenita Hebręorum, sed liberauit illa a morte. Pro quo sciendum, ꝙ cum dr̃ hic. percussit primogenitos in terra Aegypti, non intelligitur, ꝙ Deus per se hoc faciebat, licet videatur scriptura hoc sonare, sed fecerunt illud Angeli Dei ex mandato, vel permissione eius, & quia isti Angeli erant mali, desiderabant occidere nõ solũ primogenita Aegyptiorum, sed ẽt Hebręorũ, & realiter illud fecissent, nisi Deus impediret eos hoc facere cohibendo ptãtem illorũ. Et sic impediendo istos Angelos malos, vt nõ possent occidere Hebręos, dicebat̃ liberare eos a morte, & hoc erat p̃stare illis beneficiũ, secus aũt si Deus per se occideret primogenita Aegyptiorum, qa tũc ꝙ cessaret occidere primogenita Hebręorum non erat p̃stare illis beneficium. Sed ꝙ isti executores essent Angeli, & non Deus, & ẽt ꝙ essent mali patet Psal. 77. ſ. misit in eos irã indignationis suę: immissiones per Angelos malos. sed Angeli mali desiderant mala, & cupiunt nocere qui potuerint: ideo certum est, quòd nocebunt, nisi a Deo arceantur, sic patet de Sathan Iob 1. & 2. Nam quando dixit Deus, quòd erat Iob bonus, dixit Sathã, istud esse, quia Deus vallauerat domum eius, non permittens, quòd noceretur ei, & ideo petiuit licentiã nocendi a Deo. Ille tñ a principio concessit, & tamẽ expresse vetuit tangere

ipsum Iob in persona sua Iob 1.cap.in quo innuitur,q Sathan non solum volebat percutere Iob in bonis, sed etiam ipsum occidere,nisi Deus expresse vetuisset per quod ipsum realiter impediebat, sic fuit in præsenti, quia isti Angeli mali transibant percutiendo per domos Aegyptiorum, & cum venirent ad domos Hebræorum,cupiebant etiam ibi percutere,sed Deus impediebat eos.Sic patet Exod.12.s.nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane, transibit enim Dominus percutiens Aegyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari,& in vtroque poste, transcēdet ostium, & non sinet percussorem ingredi domos vestras,& lędere. & sic videtur,quòd percussor intrare volebat,& percutere, sed Deus non permittebat,& ita prestabat beneficium Iudæis liberando eos a morte, & tunc stat causa conueniens, quòd erant sua primogenita. Et cum dicitur meum est omne primogenitum,intelligitur de solis primogenitis Israelitarum: non enim erant sua primogenita Aegyptiorum, quia illis non præstitit beneficium,sed pœnam, etiam non erant sua primogenita aliarum gentium,quia illis tūc neque beneficium præstitit, neq; pœnam intulit, solis autem Israelitis tunc gratiam fecit,ideo illos solos sibi obligabat.dixit tamen absolutè, meum est omne primogenitum,quia loquebatur solis Israelitis, & inter illos oē primogenitum erat Dei pp̄ter causam dictā.

Replicatio ad eandem obiectionem in contrarium,et solutio eiusdem. Quæst. XXXII.

SED adhuc aliquis dicet non esse istam causam sufficientem huius dicti,& præcepti,quia Deus nō solum dixit suos esse illos primogenitos Israelitarum, q tunc erant,sed ēt omnes primogenitos,qui postea nascerentur.Nam dr̄ in litera, meum est enim omne primogenitū, ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti, & sequitur. sanctificaui mihi quicquid primū nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus. & ita iubebat eos redimi.j.18.& Exod.13.Sed vr̄,q solum essent sui illi primogeniti,qui tunc erant, & exierant de Aegypto, quia quando quis liberat alterum de morte in bello,voleꝫ q ille viuat, efficitur ille seruus eius,ita fuit quantum ad primogenitos Hebræorum tpe exitus de Aegypto.nam illi liberati sunt a morte,vt ostensum est prēced.qō.ideo illi efficiebantur serui Dei,vel aliquid eius,cęteri tñ qui nondum erant nati,non liberati fuerunt a morte, & sic non receperunt beneficiū aliquod,& sic videtur,q non erant Deo obligati.Dicēdum,q ſm rigorem istud est verum,sed non secundū quandam rationabilem institutionem,quam Deus fecit data ista causa,vnde poterant hic quatuor considerari,s.primogeniti, qui fuerūt tempore exitus de Aegypto, etiam totus populus qui nō erat primogenitorum,etiam filij,qui postea nascerentur de primogenitis illis,insuper & primogeniti nati de aliis qui nō erāt primogeniti.Quantum ad primum dicēdum certum est istos obligatos fuisse Deo, qa realiter liberauit eos, vt declaratum est præced.qō.ideo fecit Deus, q nunc loco cuiuslibet eorum daretur vnus Leuita ad ministrandum sibi,vt patet j.in litera.De secundo,s.de reliquis de populo qui non erant primogeniti,& fuerunt in exitu de Aegypto, potest dici, q ſm veritatem isti erant obligati Deo, quia obligatio ista orta est ex eo, q Angeli percutientes volebant occidere primogenitos Hebræorum,& Deus non permittebat: sed certū est non solum volebāt occidere primogenitos, sed quoslibet alios,& percussissent eos de facto,nisi Deus arceret ipsos Angelos,non permittens eis intrare domos Hebręorum.ergo etiam alii qui nō erant primogeniti erant tunc Deo obligati,quia liberabat eos, sicut,& primogenitos.De tertio,s.de filiis qui postea nascerentur a primogenitis, dici potest, q non erāt tam directe obligati Deo, neque ita expresse pertinebant ad ipsum,sicut patres eorum, quia patres fuerūt actualiter liberati a morte,isti autem non potuerunt liberari cum nondum essent: fuerunt tamen obligati Deo, quia si patres eorum non fuissent tunc liberati,nō potuissent isti nasci,& ita ex beneficio illo Dei pendebat vita,& esse istorum,ideo obligati erant Deo, & erant aliquid eius,licet minus directe quam patres.De quarto dicendum, q non videtur habere causam satis apparentem.nam primogeniti aliorum,qui non fuerant primogeniti in exitu de Aegypto non videntur obligati Deo: quia non per se,eo q non fuit eis in se prestitum beneficium,cum non liberati fuissent ipsi in Aegypto,etiam non pp patres, quia cum patres istorum qui exierant de Aegypto non essent primogeniti, nō dicebātur liberati,ideo multominus filij ipsorum. vnde non apparet causa euidens,quare primogeniti nati de non primogenitis essent aliquid ipsius Dei.

Cur Deus dixit solos Israelitas suos esse. Quæst. XXXIII.

NVNC autem dicendum, q circa primum quatuor membrorum.s. positorum, non est aliquod dubium quin rectè dicatur, q illi primogeniti erāt ipsius Dei: & ideo potuit illos sibi applicare, vel cogere eos ad dādum alios loco sui,sicut factum est,quia dati fuerunt Leuitę pro eis.Sed de secundo est dubium,qūo Deus non dixerit oēs tunc exeuntes de Aegypto, quia vere liberauerat eos,sicut primogenitos.Dicendum istud verum esse, tñ Deus noluit dicere oēs Israelitas suos esse,quia hoc modo cum oēs equaliter liberasset, oēs essent equaliter sui,& si applicare vellet ex ista causa aliquos sibi oportebat,q oēs applicaret,vel nullū, cum oēs equaliter ad eum pertinerent.Sed istud non erat conueniēs, quia Deus volebat aliquos nunc sibi applicare qui occuparentur in solo cultu eius,non potuit aūt fieri hoc de toto populo,quia tunc oēs ministrarent, & nemo esset q prouideret eis,& tñ oportebat prouideri ministris,qa illi non poterant colere terram:ad hoc,q sibi ipsis,puiderent,dēbat q̄ri aliqua causa,q̄ extenderetur ad paucos,& non ad totū populū, vt illi pauci possent applicari Deo,tanq̄ sui,& istud fuit q̄tum ad primogenitos:ideo Deus dixit suos esse primogenitos,& de aliis tacuit,quasi non essent sui ex hac causa, & tñ vere sui erant.Secundo fuit hoc, qa soli primogeniti videbant liberati in Aegypto,qa ibi Angelus pcutiens nō occidebat oēs Aegyptios, sed solū primogenitos eorū,iō videbatur, q ēt si Deus permitteret intrare Angelum pcussorem in domos Hebręorū,nō occideret ibi, nisi primogenitos,cum non occideret alios in domibus Aegyptiorum,qui nō dicebantur liberari,ideo appareret solos primogenitos liberatos fuisse in Aegypto,& non reliquum populum, iō solos ipsos obligatos esse Deo.ista causa est satis apparens, qa non videbatur alios fuisse liberatos, & ita populus putabat, licet aliud fuisset verū. Tertio, vt nō viderent Israelitæ cōicare in aliquo beneficio cum Aegyptijs:& appareret, q Deus eis solis benefaciebat,& nō Aegyptijs. nā q cōe esset sibi cum Aegyptijs non putarent esse beneficium,in veritate autem erat, q Deus mittens Angelos pcussores non solum liberabat Hebręos, sed ēt Aegyptios, cum Angeli illi intrarēt in domos Aegyptiorū,non solū vellēt occidere primogenitos, sed oēs quotquot ibi essent,sed non occidebāt alios. ideo certum est,q non permittebant.Et sic licet primogenitis Aegyptiorū inferret Deus pœnam: tñ alijs Aegyptijs pstabat beneficiū,nō pmittendo illos occidi.non voluit tamen Deus ostēdere, q fecisset tunc aliquam gratiam Aegyptijs; neque etiam conueniebat, quia tunc nō apparet,quomodo Hebręi erant populus peculiaris Dei Exo.19. & Deute.7.c.ideo sequebatur,q etiam Israelitis,qui non erant primogeniti, non præstabatur hic beneficium, quia illud idem erat in Aegyptijs, & si diceretur præstitū fuisse beneficium in hoc tam Israelitis, quàm Aegyptijs, innueretur vtrosque esse aliquid Dei, & debere sibi applicari peculiariter, hoc erat maius inconueniens:ideo Deus tacuit beneficium esse præstitum alijs Israelitis, sed dixit de solis primogenitis, quasi soli illi liberati fuissent.

An filij istorum primogenitorum esset primogeniti: quod est tertium membrum quæstionis precedentis. Quæst. XXXIIII.

DE tertio membro, ideſt de filijs illorum primogenitorum est dicendum, q quidē filij istorum erant primogeniti, & de istis tā ratio, quàm lex Dei consonant:nā ratio ostēdit istos fuisse obligatos propter patres,qui realiter fuerant liberati,& nisi illi liberarentur,nō fuissent isti nati: ideo isti quoque eran[illegible]liquid Dei: lex etiam cōsonat in hoc, quæ applicuit omnes primogenitos Deo quandocunque nascerentur, ad hoc q redimerentur, vt patet infra 18.& Exo.13. Alij autem filij istorum primogenitorum erant non primogeniti,& hic dissonant aliqualiter ratio & lex: nam ratio ostēdit eos obligatos propter patres,inquantum liberati fuerunt patres eorum,quod si nō fuissent,nō nascerentur isti:lex tamē non dicit istos esse aliqd Dei, neque obligari ei. Primo, quia non conueniebat hoc intentioni Dei, qa tunc maxima pars populi per successiones efficeretur Dei,& deberet redimi:hoc autem esset graue onus Israelitis, quod non possent portare: ideo Deus voluit innuere solos primogenitos sibi obligatos, vt non oporteret alios sibi applicari, aut redimi. Secundo,quia non censebatur beneficium præstitum istis,quia sicut supra dictū est, licet Deus in veritate liberasset in Aegypto,tam primogenitos, quàm non primogenitos, innuit solum se liberasse primogenitos; ita nunc,licet filij primogenitorum,tam primogeniti, quàm nō primogeniti æquale beneficium recepissent liberatis patribus eorū, Deus tamen innuit istud beneficium pertinere, & deriuari solum ad primogenitos descendentes ex primogenitis, & non ad alios : ideo innuit alios non esse aliquid sui.

An illis esset aliqua obligatio ad hoc quòd dicantur specialiter esse Dei: quod est quartum membrum. Et respondetur in fine ad ipsam principalem quæstionem s. 30. Quæst. XXXV.

DE quarto membro dicendum, q non videtur aliqua obligatio istorū ad hoc, q dicantur specialiter esse Dei, & hoc loquēdo de omnibus primogenitis.s.tā de primogenitis natis ex primogenitis, q̄ natis ex non primogenitis. Quia primogenitus natus ex [illegible]ō primogenito, aut habet obligationem ex se,aut ex patre. non ex se,qa ipse non fuit in Aegypto, vt potuerit liberari,non etiā ex patre, quia cum ille esset non primogenitus, non erat obligatus Deo ad applicationem, neque ad redēptionem: ideo neque filius eius primogenitus poterat pp ipsum obligari. Dicendum,q hic non fuit obligatio ex ratione,sed ex lege: Deus enim qui erat primogenitos in Aegypto noluit statuere, q omnes primogeniti,qui postea essent in populo illo,pertinerent ad Deū:nō quidē propter seipsos,sed quia liberauerat illos primogenitos,qui fuerant in Aegypto.sic innuit

in litera, sanctificaui mihi quicquid primum nascit in Israel ab homine vsque ad pecus, i.ego applicui mihi, s.non erant de seipsis applicati, vel debiti mihi omnes primogeniti: ego tñ applicui eos. Dicendum tamen q ista lex rationem habuit, tam ex parte Dei,q̄ ex parte Hebræorū. De Deo patet, quia ipse liberauerat primogenitos Israelitarum in Aegypto, & vt maneret sempiterna memoria tanti beneficij voluit, q Hebręi in perpetuum offerrent sibi omnia primogenita, hoc patet Exo. 13.s. Omne primogenitum hominis de filiis tuis precio redimes: cumque interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid est hoc? Respondebis ei, in manu forti eduxit Dominus nos de terra Aegypti de domo seruitutis : nam cum induratus esset Pharao,& nollet nos dimittere occidit omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito hominis, vsque ad primogenitum iumentorum, iccirco immolo Domino omne,quod aperit vuluam masculini sexus; & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

Ex parte autem Israelitarum fuit ista lex iusta,& potuit eis imponi istud onus, quia licet primogeniti,qui postea nascerentur ex personis suis non tenerentur Deo ad hoc, quòd applicarentur ei, vel redimerētur, tenebāt populus ad applicandū illos, vel redimēdum.

Pro quo sciendum, q quando Deus liberauit primogenitos Hebręorum in Aegypto,fuerunt ibi præstita duo beneficia distincta.vnum ipsis primogenitis.aliud vero toti populo Hebræorum. primum erat beneficium personale, quia cuilibet primogenitorū illorum per se istud præstabatur : nam si non fuissent liberati occideretur quilibet illorum. Secundum erat beneficium collatum cōmunitati : nam si Deus permitteret occidi primogenitos illos in Aegypto vltra hoc,q quilibet illorum moriebatur, fiebat magnum damnum populo, siue communitati Hebręorum, qa diminuebatur, cum communitas non consistat nisi ex singularibus. Pro vtroque beneficio fuit orta distincta obligatio.de primo patet, quia cum illi primogeniti fuissent personaliter liberati, fuerunt quoque ipsi personaliter, q̄si in se solis Deo obligati,& applicati fuerunt ei,& quia Deus nō voluit illos, dedit quilibet ipsorum per se vnum Leuitam, & tunc nō mansit iam aliqua obligatio,p illo beneficio personali, qa plenè fuit solutum pro ea applicando ipsas personas, quarum applicatio erat perpetua, ideſt, quamdiu ipsi viuerent. De beneficio collato communitati orta est obligatio in communitate, & quia communitas per successionē indiuiduorum semper manet eadem;potest manere semper in illa obligatio eadem: communitas autem Hebręorū, quę erat in exitu de Aegypto, mansit eadem numero semper: & tamē isti cōitati in Aegypto prestitum fuit beneficiū, & illa fuit obligatio : ergo quādiu esset ista cōitas poterat esse obligata pro illo beneficio, quia beneficium collatū ei erat in liberatione primogenitorum ipsius communitatis, voluit Deus obligare communitatem ad hoc, quod offerret ei semper primogenitos suos. esset autem ista lex aliqualiter onerosa, vel sine causa, si alij essent quibus beneficium collatum erat, & alij qui soluerēt obligationem inde natam, sed non erat sic, immo illi ijdem,qui a principio verè obligati fuerāt soluebant. Et quia isti primogeniti, qui postea nascebantur non fuerant personaliter tempore exitus de Aegypto, nō obligabantur ex personis suis ad applicationem, vel redemptionem, sed quia iste idem populus Hebræorum,qui nunc erat, fuit in exitu de Aegypto, & tunc fuit obligatus soluebat nunc, & quia semper idem populus manebat semper soluebat. vnde ista lex nō fuit imposita personis priuatis,sed populo.& ideo iustam causam habuit Deus statuendi hoc,& etiam dicendi,

Universidad de Deusto Biblioteca

meum est omne primogenitum, ex quo percussi omnes primogenitos in Aegypto, idest, quia ibi liberaui omnes primogenitos vestros, sunt mei omnes primogeniti vestri, & quia omnes primogeniti qui ex vobis nascentur vsque in ęternum sunt primogeniti vestri omnes illi sunt mei. & iste est verus ītellectus ad hoc, quòd stet litera vera secundum rigorem.

Cur numeratio Leuitarum fuerit facta ab vno mense, & supra ad commutationem primogenitorum, & a trigesimo anno & supra ad ministrationem. Quæst. XXXVI.

QVAERET aliquis, quare facta fuerit numeratio Leuitarum ab vno mense, cum numeratio popularium fuerit facta a 20. anno & supra, vt patet supra 1. cap.

Dicēdum est, quòd in Leuitis fuit facta duplex numeratio, vna fuit ad ęquandum numerum primogenitorum. Alia fuit ad distinguendum per officia. quātum ad primam numerationem fuit assumpta summa ab vno mense, & supra, & causa est propter redēptionem primogenitorum. nam debebant commutari hic Leuitæ pro primogenitis Israelitarū, qui tunc erant, & quia redemptio primogeniti fit ab vno mēse & supra, vt patet infra 18. cap. conueniens fuit numerari Leuitas ab vno mense, & supra. s. quòd Leuitæ ab vno mense, iam tantum valebant quantum primogenitum, quando Deo applicatur redimendum. Si autē ista numeratio fuisset facta ad aliquid alterum, erat īconueniens, quia homines vnius mensis, nondū sunt apti ad aliquid, vt numerari debeant. Secunda numeratio fuit Leuitarum ad ministrationes suas, scilicet, vt sciretur quot erant potentes ministrare in officiis Sanctuarii, & ista summa accipiebatur in quibusdam a triginta annis, in quibusdam vero a vigintiquinque, vt patet infra 4. & 8. c. quòd autem Leuitæ fuerint numerati ab vno mēse, & supra propter redemptionem primogenitorum patet in litera, cum Deus iubeat assumi omnes Leuitas pro primogenitis Israel.

Item ex hac litera patet, ꝙ fęminę quando erāt primogenitæ non redimebantur, sed solum masculi. qđ patet, quia solum numerātur hic masculi pro primogenitis Israelitarum, si autem tam masculina quā fœminina redimenda forent, non solū numerarent̄ hic masculi, sed etiam fęminæ, cum manifestum sit in tāta multitudine populi aliquam fęminam primogenitam fore.

Quare fœminæ non redimebantur quæ essent primogenitæ. Et quare primogenita fœminina in pecoribus non redimebantur & an aliquando fœmellæ immolarentur. Et quæ sacrificia erant maioris strictionis. Quæst. XXXVII.

SED ad hoc aliquis rñdebit, ꝙ non numerantur hic fęminæ, quia isti assumuntur ad ministeriū loco primogenitorum Israel, qui ministraturi essent si Leuitę non ministrassent, quamquam tñ primogeniti Israelitarum ministrarent non essent ibi fęminæ ministrātes etiam si primogenitę, ideo cū separentur ad ministrationē primogeniti, & redimuntur, non debuerunt fęminæ numerari.

Sed adhuc non obstat ista rñsio, quia hic redimunt̄ primogenita Israelitarum in hominibus, & dant̄ pro eis Leuitæ. pro aliquibus aūt primogenitis excrescentibus in populo dant̄ pecunię. Fuerūt. n. in populo plures primogeniti q̄ essent Leuitæ oēs numerati, & exc[illegible] summa in 273. & pro his iussit Dñs dari pecuniā vt patet ĩ. in litera. Si aūt fęminæ redimi deberent q̄q̄ non commutarentur pro eis Leuitę qui erāt ad ministrationem, tñ darentur pecunię. Sed non hr̄ hic, ꝙ pro

F aliquibus fęminis datū fuerit precium, sed solum pro illis viris, qui excreuerint in primogenitis Israelitarū ad summam Leuitarum. Item patet hoc, quia Exo. 13. & 34. c. dr̄, quicquid masculini sexus fuerit sanctificabitis mihi. Ibi tñ loquebatur de applicatione primogenitorum quædā redimendo, & alia immolando. fęminæ ergo ad hoc non pertinent. Aliqui rñdent ad hoc, ꝙ intelligitur solum de pecoribus in quibus sola masculina primogenita immolabantur, vel redimebātur. Sed non vr̄ esse maior ratio in hominibus quā in brutis, quia ēt si lex hoc voluisset, distinxisset, nihil tamen tale distinctum est. Dicendum ergo, ꝙ fęminę, siue in hominibus, siue in brutis non redimebantur. Cōiter enim redditur ratio a doctoribus hoc fieri ꝑꝑ imper-
G fectionem sexus, qm̄ Deus ea quę perfecta sunt vult, vt patet Deut. 32. c. s. Dei perfecta sunt opera. Sexus autem fęmininus imperfectus est, ideo primogenita de illis non fuerunt redempta. Sed ꝯ hoc aliquis arguet, ꝙ oues fœminæ, & caprę offerebantur Dño, sicut patet Leui. c. 3. in sacrificijs pacificis. ergo poterant ēt redimi. Rñdetur, ꝙ in sacrificijs quæ fiebant ad solā Dei laudem, vt sunt holocausta, offerebantur sola masculina, vt patet Leui. c. 1. & 22. Si aūt aliquis vellet offerre fęminam in holocaustum nō reciperet, vel si fecisset votum de offerendo fęminam in holocaustū, non tenebat votum quantum ad fęminam. sed obligabatur
H dare masculum non ex lege voti, sed ex cōditione holocausti, quod promissum erat, vt fuit declaratum Leuit. 22. c. Item in sacrificiis quę ex mandato Dei, vel necessitate fiebant masculi solū offerebantur, sicut in sacrificiis pro peccato, vt patet Leui. 4. & 6. c. nisi aliquādo pro leui peccato, vel paruarum personarum Deus acceptaret femellam, vt patet Leuit. 4. cap. in fi. & 5. in votis etiam si aliquis simpliciter voueret vnū animal tenebatur offerre masculum, quamquam non expressisset de sexu. In sacrificiis autem quę fiebant totaliter ad libertatē offerentium, dabantur siue masculi, siue fęminæ, sicut in sacrificiis pacificis, vt patet Leui. ca. 3. & 22. Erat enim semper maior astrictio, quantum ad ceremonias in sacrificiis, quę erant ex necessitate quā in his quę libera. Nā poterat aliquis offerre libere animalia habentia caudam, vel aures amputatas, tñ nō po-
I terat solui votum ex his, vt patet Leui. 22. c. cum dr̄ bouem, & ouem, aure, & cauda amputatis voluntariè offerre potes, votum autem ex his solui non potest. Ita autem videtur esse in redemptione primogenitorum quæ erat ex necessitate, quòd sola masculina suscipiantur.

Item dicunt doctores, quòd primogenita masculina propter fortitudinem sexus attestantur magnitudinem, & potentiam diuinam, liberādo primogenitos ab Angelo percutiente, ideo sola masculina propter sexus perfectionem offerri debebant, vel redimi: ista enim est ratio communis. Sed non videtur facere posse, cum deficiat ex fundamentis suis. Volunt enim, ꝙ quia redemptio ista est ex necessitate sit ī maiori astrictione, ideo sola masculina redimātur. Sed in hoc ma-
K iorem laxitudinē faciunt. Maior. n. esset strictio in redemptione primogenitorum, si primogenita, tā masculina q̄ fęminina offerrentur, vel redimerentur, quā si sola masculina redimantur. Hoc. n. modo contingit absolui Israelitas a medietate obligationis. Nā contingit tot fęminas primogenitas esse quot masculos, & quia fęminę, nūq̄ redimunt̄ erit ablata medietas obligationis, siue in primogenitis hoīum siue pecorum. Non est [illegible]ueniēs modus iste ad fundm̄, sed si deberent offerri Deo ea quæ perfecta sunt, s. masculina, & istud sacrificium esset magnæ obligationis, vel redemptio hæc, deberet esse modus iste, vt omnia primogenita, tam masculina quam fœminina redimerentur,

tentur, & hoc siue in pecoribus, siue in hominibus, sed in hominibus darētur quinque sicli pro quolibet primogenito, siue masculino, siue fœminino. Non enim stat hic ratio inducta per istos, s. quòd Deus vult perfecta, & ista sunt masculina: posset enim hoc intelligi verum, si deberent ista primogenita applicari Domino per immolationem, cum tamen detur pro eis pecunia nihil est magis dari pro masculo quam pro fęmina. In pecoribus autem deberet esse modus, ꝙ si essent immunda, & redemptibilia, sicut asinus, siue essent masculina, siue fęminina redimerentur cōmutādo ouem pro quolibet illorum. Si autem essent primogenita pecorum immolabilium, & essent masculina deberent immolari. Si autem fęminina deberent dari masculi pro eis qui non essent primogeniti, & sic consisteret magna astrictio in redemptione primogenitorum, & applicarentur Domino masculina. Sed iste modus non fuit obseruatus cum sola masculina redimantur, ergo non est ista causa quæ assignata est a doctoribus.

Sola masculina primogenita pecorum, & hominum obligata erant Deo, quia ista solum liberata sunt in Aegypto, & ista solum occidebantur de Aegyptijs. Quæst. XXXVIII.

SED dicendum est, quòd siue in hominibus, siue in pecoribus sola masculina primogenita, vel offerebantur, vel redimebantur, quia sola masculina ei erāt obligata, quia ista redemptio fit pro liberatione primogenitorum ab Angelo exterminatore in Aegypto, licet ibi sola masculina liberata sint. ergo sola masculina obligantur ad redemptionem.

Sed aliquis dicet hic præsupponi falsum. Nam non est vllo modo verisimile, quòd in tanta multitudine Israelitarum exeuntium de Aegypto, vbi erant sexcēta millia peditum armatorum præter senes, & pueros infra 20. annum, & fęminas, vt patet Exo. 12. c. non esset aliqua fęmina primogenita: immo forte tot essēt primogenitæ fœminę, sicut viri, cum videamus in populis tantam multitudinem fęminarum sicut virorū. Hoc ergo dato quęretur de illis fęminis primogenitis an mortuę fuerint in Aegypto ab Angelo percussore, vel euaserint. Si autem dicas, ꝙ omnes fœminę primogenitæ Israelitarum morerentur esset magnus luctus in omnibus Israelitis, sm̄ ꝙ in Aegyptijs. sed falsum est, quoniam Israelitę magno gaudio, tunc exierunt sepelientibus Aegyptijs mortuos suos. Item patet hoc falsum esse, quia cum prędiceretur ista plaga Aegyptiis dictum est. eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec antea fuit, nec postea futurus est. apud omnes autem filios Israel nō mutiet canis ab homine vsque ad pecus. non perierunt ergo apud Israelitas aliqua primogenita de fœmininis pro his. ergo videtur, quod teneantur Israelitæ Domino ad solutionem primogenitorum.

Respondendum est, ꝙ quando Israelitæ exierunt de Aegypto erant ibi multi primogeniti, tam masculini quàm fœminini nullo pereunte: tamen primogenita fęminina nō fuerunt liberata. Causa est, quia non dñr fuisse liberata Israelitis aliqua primogenita, nisi illa quę apud Aegyptios occidebantur. Alioquin diceremus, ꝙ omnes Israelitę, tam masculi quàm fęminę fuerunt liberati in Aegypto ab Angelo percutiente, quia cum ibi Angelus percuteret in qualibet domo Aegyptiorum, vt patet Exo. 12. c. nullus tamen de Hebręis mortuus est, nunquam tamen dicit scriptura Sacra fuisse liberatos omnes Israelitas ab Angelo per-

A cussore, sed solū primogenitos, quia inter Aegyptios non occidebantur omnes ab Angelo, sed soli primogeniti, vt patet Exod. cap. 11. & 12. Sed inter Hebręos soli primogeniti liberabantur.

Quod autem de Israelitis soli masculi primogeniti occiderentur, satis inducitur ex causa propter quam primogenita Aegyptiorum occidebantur: dicitur enim, quòd ideo Deus percussit omnia primogenita Aegyptiorum, quia Aegyptii necabant in flumine infantes Iudęorum: ista enim causa ab omnibus assignatur.

Sed manifestum est solos masculos fuisse, tunc occisos inter Iudęos, vt patet Exo. capitulo primo. cum dicitur. pręcepit ergo Pharao omni populo suo di-
B cens, quicquid masculini sexus fuerit, in flumine proijcite, quicquid fœminei reseruate. Item quando locutus fuit Pharao ad obstetrices in eodem capit. dicitur, quando obstetricabitis Hebręas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit interficite illum, si fœmina reseruate. Soli ergo primogeniti masculi inter Aegyptios perierunt. Consequenter igitur soli primogeniti masculini inter Israelitas liberati sunt, & hos mandauit Deus redimi. Hęc enim solida, & multum rationabilis causa est. Si autem in Aegypto occidisset Deus omnia primogenita, tam masculina, quam fœminina, sufficisset sibi offerri, vel redimi omnia primogenita vtriusque sexus. Sola tamen masculina obligata fuerunt, quia ipsa solum liberauit.

Ab vno mense, & supra. Causa supra assignata est.
C quia infra vnum mensem non poterant offerri Domino primogeniti, cum fieret redemptio ista in die quadragesimo post natiuitatem infantis. Tunc enim purificabatur fœmina, & vadens in templum offerebat primogenitum suum dans quinque siclos. sic patet in purificatione beatę virginis: fuit enim facta die quadragesimo post natiuitatē Christi, vt patet numeratis diebus Natiuitatis Christi vsque ad festum purificationis: tūc enim Christum pręsentauit in templo offerens quinque siclos pro redemptione eius, & par turturum, vel duos pullos columbarum, vt patet Lucę capitu. secundo. & tamen ista faciens dicebatur facere secundum legem Moysi: dicitur enim Luc. 2. c.
D vt sisterent eum coram Domino secundum legem Moysi. de hoc etiam Leui. 12. cap.

I[illegible]. 3. c. in princ.

Quare Leuitæ ad cōmut[illegible]nē computa[illegible]ur ab vno mēse, & supra.

Numerauit Moyses. Hic ponitur executio pręcepti Dei, scilicet, quomodo Moyses numerauerit omnes Leuitas.

Sicut præceperat Dominus. Idest numerauit per familias, & domos patrum suorum, quia sic iusserat Dominus numerari, vt patet supra.

Et inuenti sunt filij Leui. Hic ponitur summa, & modus computationis Leuitarum, & dicuntur hic filii Leui non solum illi qui erant Leuitę minores, sed etiam omnes qui erant de genere eius, siue sacerdotes, siue non sacerdotes, quia Leuita significat hic genus, & non officium. *Per nomina sua.* Quamquam essent paruuli plurimi istorum qui numerabantur, scilicet,
E ab vno mense, & supra, tamen ponebantur nomina illorum: aliter enim non poterant conueniēter numerari, nisi describerentur.

Gerson, Caath, & Merari. Isti sunt tres filii Leui, & poterat esse sensus huius literę, quòd filii Leui inuenti sunt per nomina sua, idest, quòd omnes filii Leui descendentes ab eo, tam magni, quam parui numerati sunt per nomina sua.

Alio modo potest esse sensus, quòd filii [illegible] inuēti sunt per nomina sua, idest, quòd computati sunt per nomina, & solum inuenti sunt isti tres qui habent̄ hic, s. Caath, Merari, & Gerson: hos enim tres solum genuit Leui, vt patet Exodi 6. ca. & tunc vocantur hic

filii Leui solũ illi qui nati sunt ab eo immediate, s. isti tres, & iste est sensus literæ, alias si accipiantur hic filii Leui pro omnibus qui descenderunt ab eo, frustra ponerentur hic Caath, Merari, & Gerson, quin non haberent aliquam sentẽtiam, nec aliquod verbum cum quo ordinarentur. Sed dicendum est, quòd referũtur ad illud verbum inuenti sunt, & tunc sit sensus qui dictus est.

Cur numeranturhic Caath Gerson, & Merari, cum essent mortui, & an potuerunt viuere vsque ad tempus istud. Et si viuerent, an Aaron factus fuissetsummus sacerdos, & Moyses dux. Quæst. XXXIX.

SED quæret aliquis, quare nominantur hic Caath, Merari, & Gerson, cum isti iam mortui fuissent a multis diebus.

Ad hoc aliqui respondebunt, quòd quamquam mortui essent, tamen conueniens fuit numerari. Sic enim factum est supra in litera de Nadab, & Abiu: isti enim mortui fuerant, vt patet ibi, tamen nominati fuerunt.

Respondendum est non esse simile, quia ibi Moyses volebat ponere summam omnium sacerdotum qui consecrati fuerant in monte Sinai, & quia inter eos fuerunt Nadab, & Abiu, quamquam mortui essent, debebant nominari, quòd autem ista fuerit intẽtio Moysi nominantis istos patet supra in litera cum dicitur. hæc nomina filiorum Aaron sacerdotis, quorum manus repletæ sunt, & consecratę, vt sacerdotio fungerẽtur, mortui sunt autem Nadab, & Abiu, &c. Ecce enim descripsit ibi omnes numeratos in consecratione de quibus fuerunt Nadab, & Abiu quamquam iam mortui: de Caath, tamen Gerson, & Merari nihil tale est, quoniam non volebat Moyses tollere omnem summam descendentium de Leui, sed solũ eorum qui tunc erant, & quia Caath, Gerson, & Merari mortui erãt, non conueniebat quantũ ad hoc numerari.

Alio modo respondebunt quidam istos tres fuisse numeratos, quia tunc viuebant. Sed falsum est, quia iam mortui erãt a multis diebus, quod patet, quia isti intrauerunt in Aegyptum, cum patre suo Leui, vt patet Gene. 46. cap. cum dicitur. filii Leui Gerson, Caath, & Merari. tamen ab illo tempore vsque nunc fluxerant plures quam 220. anni. quod patet, quia Israelitæ steterunt in Aegypto 215. annis, vt declaratum fuit Gene. 15. & Exodi 12. capit. Nunc autem erat secundus annus ab exitu de Aegypto cum facta est ibi numeratio, vt patet supra cap. 1. ergo a tempore quo introiuit Leui in Aegyptum cum his tribus filiis suis vsque ad tempus huius numerationis transierant anni 217. fere, vt patet ex inductione. Nemo tamen in illo tempore poterat habere tam grandem ætatem, cũ iam esset vita hominis ad centumdecem, vel ad centumuiginti annos, vt patet in Moyse, & Aaron, quoniam Moyses vixit annis 120. vt patet Deuteronom. 31. & 34. cap. Aaron 123. vt patet infra 33. cap. Ioseph. 110. vt patet Gene. vltimo cap. Isti igitur non accederent ad tantam ętatem, potissime quia quãdo isti tres ingressi sunt in Aegyptum cum patre suo Leui erant aliquantæ ętatis. Poterant enim esse viginti, vel plurium annorum, cum filii Iuda tunc temporis ad tãtam peruenissent ętatem, quia iam ipse poterat habere nepotes, vt declaratum fuit Gen. 38. cap. essent ergo filii isti Leui vel 12. vel plurium annorum, & sic si possent superuiuere essent plurium quam 225. annorum, vel 230. hoc autem nullo modo dici poterat.

Item patet esse falsum, quia Caath qui ponitur hic. non peruenit ad tantam ętatem: vixit enim 133. annis solum, vt patet Exodi 6. cap. ergo quasi centum annis ante istam numerationem mortuus erat Caath. eodem modo de aliis duobus fratribus suis, scilicet Gerson, & Merari videbitur dicẽdum, quòd nullo modo viuerent.

Item patet hoc, quia sacerdos magnus assumebat de primogenitis descendentibus a Leui per lineam primogenitorum, & propter hoc Aarõ fuit sacerdos magnus, & non Moyses, quia ipse erat maior quam Moyses tribus annis, vt patet Exodi 7. cap. vbi dicitur, quòd cum esset Moyses annorum 80. erat Aaron 83. propter hoc etiam in familia Gerson, & Merari non fuit sacerdos magnus, sed in familia Caath, qa Caath erat primogenitus Leui, vt patet ex ordine nominationis horum, vbicunque nominantur tres filii Leui quamquam præponitur Caath, sed Gerson, vt patet Gene. 46. c. & Exo. 6. & hic. si igitur superuiuerent isti nõ fuisset factus sacerdos magnus Aaron, sed Caath, ipse namque erat primogenitus Leui, & auus Aaron. Item si superuiueret Caath, & Gerson, & Merari non fuisset conuenienter factus dux populi Moyses. nam cum ipse præesset omni multitudini, præesset etiam patri suo Amram, & auo suo Caath. hoc aũ tem nullo modo est honestum, vt patres, & aui sint sub ducatu filiorum. ergo non viuebant tunc isti tres filii Leui.

Aliter ergo dicendum est, quòd isti, non numerantur hic, quia tunc viuentes essent, sed quia Deus intulerat, vt numerarentur Leuitæ per familias, & domos patrum suorum, vt patet supra tamen non poterant computari familiæ, nisi nominatis istis, quia ab istis distribuuntur tres familiæ Leuitarum, primæ, s. Caathitarum, Gersonitarum, & Meraritarum. quòd autẽ ista sit intentio Moysi numerãtis patet, quia cum nominati fuerint isti tres immediate subiungũtur distinctiones per filios istorum distributorum per alias familias magis speciales.

Filij Gerson Lebni, & Semei. Hic numerantur nepotes Leui quantum ad omnes filios suos, & primo quantum ad Gerson in quo non tenetur ordo. cum primo nominetur Gerson quam Caath. Erat tamen Caath primogenitus, vt quidam volunt, & supra dictum est. Filii autem huius Gerson ponuntur duo, s. Lebni, & Semei. ab his autem descenderũt duæ familię, s. Lebnitica, & Semeitica, de quibus hic, & primo Paralip. cap. 24. isti duo nati sunt in Aegypto. nam Leui ingrediens in Aegyptum filios habuit, sed non nepotes, alioquin numerati fuissent cum eo Gene. 46. c. vbi ponitur numerus omnium animarum ingredientium in Aegyptum de fęmore Iacob. *Filij Caath Amram, & Iessaar Hebron, & Oziel.* Ab isto Caath deriuatæ sunt quatuor familiæ per istos quatuor filios, qui habentur hic. de generatione istorum habetur etiam Exodi 6. cap. *Filij Merari Mooli, & Musi.* Ab isto erat tertia familia Leuitarum qui vocantur Meraritæ, & ab his duobus filiis suis fuerunt duæ familię, vel domus minores intra familiam Meraritarum de quibus habetur infra. *De Gerson fuere familiæ duæ.* Hic describuntur officia Leuitarum, & locus, astrametationis eorum. & primo dicitur de Gersonita qui habet duas familias, s. Semeiticam, & Lebniticam secundum duos filios eius supra nominatos. Sciẽdum autem, quòd de Gerson dicuntur esse duæ familię quamquam ipsi Gersonitæ faciant vnam familiam. Nam familiæ quædã sunt maiores quædam minores, istę tres familiæ Caathitarum Meraritarum Gersonitarum dicuntur esse maximę, & comprehendunt totam progeniem Leuitarum, quoniam nullus Leuita erat extra has, cum Leui non habuit alios filios, nisi istos tres, a quibus nominantur istę familię, sub quolibet autem horũ sunt minores familię, secũdum filios deriuatos ab eis qui sunt nepotes Leui, & istę familiæ paruæ aliquãdo vocantur familiæ, & aliquando domus. *Quarũ numeratus est populus.* Scilicet istarum duarum familiarum Lebniticę, & Semeiticę quę faciunt vnam familiam totalem, s. Gersonitarum, summa autem omnium istorũ fuit septem millia quingẽti, vt patet hic. *Ab vno mense, & supra.* Computantur ab vno mense propter commutationem pro primogenitis Israel. Nam omnes Leuitæ dabantur pro primogenitis Israelitarum. Redemptio autem primogenitorum fit ab vno mense, & supra. vt declaratum fuit. ergo debuit fieri supputatio Leuitarum ab vno mense: nec enim magis valebat Leuita 30. annorum ad hanc commutationem, quam Leuita vnius mensis, quia quilibet sufficiebat pro primogenito redimendo. *Hi posũt tabernaculum castrametabuntur.* Hic ponitur locus castrametationis omnium Leuitarum.

Et sciendum, quòd sicut duodecim tribus Israel castrametabantur in quadro sub quatuor vexillis, vt prędced. capit. declaratum est: ita intra illud quadrum erant Leuitæ castrametantes in alio quadro in circuitu tabernaculi, & qui tabernaculum habebat quatuor latera, secundum quatuor puncta mundi, fuit facta castrametatio Leuitarum per istas quatuor partes. Nam ad Orientem Sanctuarii castrametati sunt sacerdotes filii Aaron, & cum eis Moyses. Ad Occidentem castrametati sunt Gersonitæ. Ad Septentrionem fixerunt tentoria Meraritæ. Ad Meridianam plagam castrametati sunt Caathitæ, vt apparet hic in litera. & sic erant duo quadrata castrametationum, quadratũ maius castrametationis Israelitarum, & quadratũ minus castrametationis Leuitarum.

Sub principe Heliasaph. Ponuntur hic principes in istis familiis, & castrametationibus, quia sicut dictum fuit in castrametatione Israelitarum, quòd in qualibet Tribu esset vnus princeps, & in qualibet familia, & domo vnus princeps, ita & inter Leuitas per singulas castrametationes familiarum ponebãtur singuli principes. Erant autem isti principes primogeniti, qui descendebant a capite illius familiæ per lineam primogenitorum, s. quòd iste Heliasaph qui ponit hic princeps descendebat directe de Gerson per lineam primogeniti filii Gerson.

Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis. Idest debebunt vigilare, vel custodire ipsum tabernaculum.

Quomodo excubiæ accipiuntur. Quæst. XL.

SCIENDVM quòd excubiæ accipiuntur dupliciter, vno modo solum pro vigilia, & dicuntur excubitores illi qui vigilant in aliquo castro, vel vrbe.

Alio modo dicuntur excubiæ quælibet cura custodiendi aliquid. Accipiendo primo modo omnes Leuitæ habebant excubias super Sanctuarium, quia ipsi erant castrametantes per latera eius, ne aliquis de Israelitis accederet ad illud, & hoc modo nõ accipitur hic, quia sic non distingueretur officium Gersonitarũ ab officio aliorum Leuitarum. Accipiendo secundo modo est sensus, quòd Gersonitæ habebunt excubias super ista quæ nominantur, scilicet operimenta, & cortinas, &c. quæ nominantur, quia ad istos pertinebat portare hęc, & quando mouenda erant castra, ipsi ea tollebant. Et dicitur, quòd habebunt excubias in tabernaculo fęderis, non quòd ipsi manerent circa tabernaculum ad custodiendum, quia nullus de Leuitis, vel sacerdotibus manebat intra illud. Sacerdotes autem ingrediebantur ad ministrandum interius cum necesse erat, de Leuitis tamen nullus intrabat in tabernaculum quandiu manebat erectum, donec Aaron, & filii eius cooperientes omnia vasa vocarẽt Leuitas ad portandum illa, vt patet cap. sequenti. Nec etiam est sensus, quòd Gersonitæ manerent intra atrium tabernaculi. Non enim possent capi intra, nec etiam licebat alicui manere, nisi ad faciendum sacrificia tribus debitis, ne contaminaretur Sanctuarium, sed dicitur, qꝫ habebunt excubias in tabernaculo, idest habebunt curã custodiẽdi res quæ erant in tabernaculo q̃ sequunt̃ j̃.

Ipsum tabernaculum. Idest habebunt curam de ipso tabernaculo, scilicet, quòd ipsi portent illud, & nõ accipitur hic tabernaculum pro toto tabernaculo, nam tunc non distingueretur officia Leuitarum si Gersonitæ portarent totum tabernaculum, tamen vt infra, patet pars petinebat ad Meraritas, & pars ad Caathitas. Item non potest accipi pro toto tabernaculo, quoniam distinguitur hic tabernaculum contra cortinas, & tectum, & tentorium, & alias partes tabernaculi, si tamen tabernaculum sumeretur hic pro toto tabernaculo non distingueretur contra partes quæ inf. ponuntur, quia totum nunquam ponit in numerum cõtra partes, nec è cõtrario, cum sint idem, sed accipitur tabernaculum pro quadam patre tabernaculi. Quo accipiꝫ tabernaculum multipliciter.

Quot modis sumitur tabernaculum. Quæst. XLI.

IN quo sciendum, quòd tabernaculum aliquando accipitur solum pro sancta Sanctorum, quę erãt quædam parua domus quadrata in secretiori loco totius Sanctuarij, & hoc modo accipitur Leuit. 16. cap. & Apostolus vocat istam partem interius tabernaculum aliquando, vt patet ad Hebr. c. 9.

Alio modo accipitur tabernaculum pro prima parte tabernaculi, s. ab introitu tabernaculi vsque ad sancta Sanctorum, in quo erat mensa propositionis, & cãdelabrum aureum, & altare thymiamatis. de isto loqtur Apostolus ad Hebræ. c. 9. dicens, quòd in primum tabernaculum introibant quotidie sacerdotes sacrificiorum officia cõsummantes. & distinguit ibi istud tabernaculum contra sancta Sanctorum.

Tertio modo accipitur tabernaculum pro illa domo constante ex tabulis, & operimentis quæ continebat in se duas partes prædictas, & ista est propria acceptio tabernaculi: sic enim distinguitur tabernaculum contra atrium tabernaculi, quod erat in circuitu velatum, sed tectum non habebat.

Quarto modo accipitur tabernaculum large pro toto Sanctuario cum ipso tabernaculo, & atrio eius, & isto modo dicitur supra 1. & prędeden. cap. de Leuitis, quòd figebant tentoria sua in circuitu tabernaculi testimonii: tamen necesse est intelligi hic pro toto Sãctuario, quia in circuitu totius Sanctuarii castrametabantur.

Nullo autem horum modorum accipitur hic tabernaculum, non primo modo, quia tunc cum sancta Sanctorum quę est tabernaculum, constet ex tabulis, & ex operimentis, portarent Gersonitæ partem tabularum, & operimentorum: ad Gersonitas tamen nihil pertinebat de tabulis, sed solum ad Meraritas, vt patet hic, & capi. seq. Non potest accipi secundo modo tabernaculum, quia eodem modo constat prima pars tabernaculi, quæ vocatur hic tabernaculum ex tabulis, & operimentis, sed ad Gersonitas mille tabulæ pertinent, vt dictum est. Item non pertinet hoc ad tertiũ modum acceptionis tabernaculi, vt est domus cõstans ex tabulis, & operimentis propter rationem supra positam. Item quarto modo non potest accipi, qa tunc pertineret totum Sanctuarium ad Gersonitas, & nihil ad Meraritas, nec Caathitas, quod falsum est cũ distinguantur officia per has tres familias, etiam quia distinguitur hic tabernaculum a quibusdam partibus San-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctuarii, quod non esset si acciperetur pro toto San F ctuario.

Sed est quintus modus accipiendi tabernaculum, s. pro compositione facta de decem cortinis copulatis, quinque in partem vnam, & quinque in partem alteram, & deinde his duabus magnis cortinis copulatis sibi per annulos aureos, & ansulas hyacinthinas, & hoc totum erat ad operiendum tabulas tabernaculi, & vocatur tabernaculum Exo. 26. c. Cum dicitur. tabernaculum vero, ita fiet, decem cortinas de bysso retorta, &c. & postea concluditur, vt vnum tabernaculum fiat, & sic dixit, quòd ex istis cortinis 10. copulatis fiebat vnum tabernaculum, ideſt vnum operimentum totius tabernaculi, & hoc mō accipitur hic, s. q̄ Gersonitę portarēt ipsas decem cortinas coniunctas G quæ vocantur vnum tabernaculum, & tunc non stat aliquod inconueniens de supra assignatis, quia non sequitur, quòd Gersonitæ tollant officia aliorum Leuitarum, cum non accipiant ipsi totum tabernaculū in partem suam. Item non tollunt aliquid de officio Meraritarum, s. de tabulis, quia isto modo tabernaculum non dicit aliquam tabulam, sed cortinas.

Et operimentum eius. Ideſt operimentum tabernaculi. dicitur hic operimentum tabernaculi ipsum, quod operiebat cortinas, & non accipiat tabernaculū pro tabulis, vel pro domo cōstante ex omnibus istis, quia tunc ipsę cortinę vocarentur operimentum tabernaculi, cum ipsę immediate sint extentę super tabulas, & vt patet Exo. 26. c. & hoc modo idem vocaretur hic ta H bernaculum, & operimentum tabernaculi, & idem poneret in numerum contra seipsum. Sed falsum est, dicendum ergo, q̄ operimentum tabernaculi vocantur hic alia operimenta quæ erant super cortinas vocatas tabernaculum.

Descriptio tabernaculi quomodo constabat ex tabulis, & operimentis. Quæst. XLII.

CIRCA quod sciendum, quòd tabernaculum quod erat domus cōpositа ex tabulis in circuitu per tria latera, s. Meridiem Occidentē, & Septentrionem in parte superiori non habebat tabulas, sed tegebatur operimentis factis de filo, & de pellibus, vt patet Exodi 26. c. habebat autem istud tabernaculum quatuor operimenta quorū vnū erat super alterum.

Primum erat operimentum cortinarum, s. q̄ decē cortinæ iungebantur compositæ. primo in duas partes, quinque in vnam, & quinque in alteram per consuturas, & rursus his duabus partibus copulatis inter se per annulos aureos, & ansulas. Super istud operimē tum, quòd erat immediate super tabulas, ponebatur secundum operimentum, quod erat de pilis caprarū, s. q̄ quinque saga erant in parte vna, & sex in altera, & rursus copulabant istæ partes p ansas, & fibulas æneas.

Erat tertium operimentum de pellibus arietum ru K bricatis, & istud ponebatur super operimentum de sagis. Erat quartum operimentum de pellibus hyacinthinis, quæ erant grossiores, & istud ponebatur super omnia operimenta. de his omnibus Exodi 26. ca. Fiebat autem ista multiplicatio operimentorum, quia vnum nō sufficiebat. Si enim poneretur primum, qđ erat de cortinis, illud quidem pulchrum erat, sed nō sufficeret ad resistendum pluuiis: idem de operimen- undo sagorum, quoniam non resisteret, fuerunt ergo addita duo alia, s. tertium de pellibus arietum rubricatis, & quartum de pellibus hyacinthinis, nec decebat, vt ponerentur per se operimēta de pellibus immediate super tabulas, quia illa non erant pulchra, sicut cortinæ quæ tegebant immediate tabulas. In San F ctuario tamen vtrunque considerabatur, s. pulchritudo, & vtilitas, ideo debuerunt esse quatuor operimenta, vt magis declaratum fuit Exo. 26. cap. tunc ergo super cortinas, quę erat primum operimentum, & vocabantur tabernaculum, erant tria alia operimenta, quia cortinæ indigebant operiri ne madefactę a pluuiis deteriorarentur, & illa tria superiora operimenta vocabantur operimentum tabernaculi. Item patet, q̄ accipiatur pro istis, quia omnia quæ erant in Sanctuario sufficienter distributa sunt per omnes Leuitas, tamen non reperietur in officio alicuius Leuitarū portari ista tria operimenta, nisi intelligantur hic nomine operimenti tabernaculi.

Item quia ad Gersonitas pertinebat portare omnia quæ erant de filo, & pellibus, & tamen non exprimuntur in tota parte sua, nisi intelligantur hic. ergo necesse est intelligi hic. *Tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis.* Hic ponitur alterum pertinens ad Gersonitas, s. tentorium, quod erat ante tectum fœderis ideſt ante ostium tabernaculi.

Quomodo se haberet tentorium tabernaculi in ostio eius. Quæst. XLIII.

PRO quo sciendum est, quòd tabernaculum proprie accipiendo est domus constans ex tabulis, & erant istæ tabulæ in circuitu trium laterum, s. Meridiani Occidentalis Aquilonaris. Latus autem Orientale manebat sine tabulis, & tunc posito tecto tabernaculi desuper manebat apertio in latere Orientali, & illa vocabat ostiū tabernaculi, vt patet Exo. 26. & 36. c. In illo aurē latere nō debuerūt poni tabulæ, qa tunc nō esset ingressus ad Sanctuarium, etiam non debuerunt poni cortinæ affixæ paxillis, & funibus, quia maneret idem inconueniens. Sed positum fuit vnum tentorium in toto illo latere, vel ostio tabernaculi, & istud erat quædam cortina facta de hyacintho, & purpura, & bysso coccoque bis tincta, secundum q̄ erant aliæ cortinę. Ista tamen vocabatur tentorium, & non cortina ab extendendo, quia aliquando extendebatur, & aliquando colligebatur: pendebat enim in aliqua virgula, vel funiculo per annulos suos, & poterat aliquando extendi, & aliquādo colligi trahendo, sicut fit in operimentis lectorum in circuitu, quoniam per funiculos, & annulos extendū tur, & colligūtur, & hoc est, quod dicit litera, q̄ trahitur ante fores, quasi dicat, illud tentorium, vel cortina non manebat affixum in ostio tabernaculi funiculis, & paxillis extendentibus, & retinentibus, quia tūc, vel nunquam esset apertum ostium tabernaculi, vel sę per, neutrum tamen horum licebat, quia aliquando oportebat aperiri, vt sacerdotes intrarent ad ministrationes quotidianas: aliq̄n autem non erat aperiū, s. quando nullus erat in tabernaculo, sed quia istud tē torium poterat impelli a vento, & paterēt faciliter ea quæ erant interius, fuerunt posite quinq; columnę in ingressu Sanctuarii, & in his pendebat tentorium, & ab his tenebatur ne impelleretur a vento. Dicitur autem hic tentorium, q̄ od trahitur ante fores, ideſt ante ostiū tabernaculi, quia tota illa apertio lateris Orientalis tabernaculi vocabatur ostium eius, & ante istas fores trahebatur tētorium, ideſt mouebat aliquando ad tegendum, & aliq̄n ad reuelandū ostium. *Tecti fœderis.* Dicitur q̄ ud tētoriū est ante fores tecti fœderis.

Quid tectum fœderis. Et quod tectum diuersimode accipitur. Quæst. XLIIII.

PRO quo sciendum, q̄ tectum fœderis accipitur dupliciter. vno modo pro 10. cortinis copulatis in vnum,

vnum, & positis immediate super tabulas tabernacu- A li, & dicitur tectum a tegendo, quia immediate tegit tabernaculum. Isto modo non potest accipi hic tectū fœderis, sed tectum tabernaculi fœderis cum illæ cortinæ non continerent fœdus Dei, s. arcam cum tabulis legis, sed ipsum tabernaculum ista continebat. Item non potest accipi sic, quia dicitur hic, q̄ tētorium trahebatur ante fores tecti fœderis, & sic ponitur habere fores ipsum tectum fœderis, accipiēdo tamen pro cortinis operientibus non dicitur esse tectum habens fores. Alio modo accipitur tectum fœderis pro tota domo constructa ex tabulis, & operimentis, & dicitur tectum fœderis, ideſt tabernaculum fœderis. Et tunc B verum est, q̄ habet fores, quia latus Orientale eius est ostium ipsius, & ante istud trahitur tentorium. Vocatur autem tunc ipsum tabernaculum fœderis tectū, non a tegendo, quasi alia tegat, sed ab eo, q̄ tegatur, vel sic habens operimētum. Diuersitas autem ista est ex consuetudine latinitatis. Aliquando enim assumū tur tecta pro ipsis operimentis domorum, sicut cum dicitur, sicut fœnū tectorum, quod priusquā euellatur exaruit, vt patet Psalm. 128. & alibi, sicut passer solitarius in tecto Psalm. 101. Hic enim accipitur pro parte domus. Aliquando accipitur pro tota domo, & iste modus magis vsitat⁹ est apud poetas, & antiquos scriptores, quam in vsu vulgari latinitatis nostræ. sic accipit Ouidius 1. Meta. dicens.

Est via sublimis cœlo manifesta sereno
Lactea nomen habet candore notabilis ipso, C
Hac iter est superis ad summi tecta tonantis.

Ecce vocauit ibi tecta tonantis, i. domus Iouis. sic ēt dicitur vulgariter,

Christus amicorum cognoscit tecta suorum.

Ideſt domos. Ita accipitur hic pro tota domo quę vocatur tabernaculum fœderis.

Cortinas atrij. Ideſt etiam ad Gersonitas pertinet portare cortinas atrii, vel ipsi habebunt excubias super cortinas atrii.

Descriptio magnitudinis tabernaculi. Quæst. XLV. D

PRO quo sciēdum, q̄ tabernaculum erat quædam domus constructa ex tabulis, & operimentis desuper, & in circuitu. Ista habebat in longitudine cubitos 30. in latitudine vero 10. vt supra declaratum est, & magis habetur Exo. 26. ca. In circuitu eius accipiebatur spacium magnū quadrangulum, continens in longitudine centum cubitos, & in latitudine cubitos quinquaginta, & vocabatur totum istud spacium in circuitu tabernaculi atriū tabernaculi. Istud fuit clausum per columnas, & cortinas, s. q̄ in latere Meridiano, & Aquilonari, quæ erāt latera longiora, ponerentur columnæ 20. in quoliber. in latere autem Occidentali, & Orientali, quæ erant minora, ponerentur columnæ 10. in quoliber. istę autem columnę habebāt altitudinem cubitorum quin- E que, & in circuitu earum ponebantur cortinæ eiusdē altitudinis, & sic manebat totū atrium clausum cortinis, & columnis, ita quòd nullus posset illuc intrare, sicut nec in tabernaculum. Habebatque ostium suū in parte Orientali, & sic manebat tota ista magnitudo spacij in circuitu tabernaculi quæ vocatur atrium. de quo totaliter explicatur Exodi 27. capit. & ibi dictum est de causis huius atrii, vel ad quid proficeret. Cortinæ autem quæ erant in circuitu columnarum atrii portabantur a Gersonitis, & de his dicitur hic.

Tentorium quoque, quod appenditur in introitu atrii tabernaculi. Istud autem pertinebat ad Gersonitas. & dicitur tentorium appensum in introitu atrii tabernaculi, ideſt quędam cortina posita in ostio atrii.

De figura, & circuitu atrij. Quæst. XLVI.

PRO quo sciendum est, sicut supra dicebatur, quòd atrium erat magnitudo spatii quadranguli continentis in longitudine cubitos centum, & in latitudine quinquaginta, eratque clausa ista magnitudo columnis, & cortinis, sed non se habebant cortinæ eodem modo in omnibus quatuor lateribus eius. Nam in latere Meridiano Occidē tali, & Aquilonari erant cortinę immobiles, s. q̄ alligābātur capitibus columnarum per annulos, & vncinos, & affigebantur terræ per paxillos, & funiculos, ita vt nullo impetu ventorum moueri possent. Latus autē Orientale non habebat totaliter cortinas immobiles, quia sic nemini pateret ingressus ad atrium, nec ad tabernaculum, etiam non oportuit poni vnam cortinā mobilem, vel plures, quæ continerent totum latus Orientale, sic erat tentorium, quod appendebatur ante fores tabernaculi. Totum enim latus Orientale tabernaculi erat ostiū eius, & ante illud ponebatur vna cortina mobilis quæ traheretur per funiculos, quia spatium lateris Orientalis tabernaculi erat paruum, s. cubitorum 10. Si tamen totum latus Orientale atrii esset ostium, valde magnum esset, & indecens, quia latus istud cōtinebat quinquaginta cubitos. ideo distinguebatur in tres partes, s. pars vna quindecim cubitorum, quæ coniungebatur lateri Meridiano, tegebatur C vna cortina immobili affixa paxillis, & funiculis, erat alterum spatium 15. cubitorum versus latus Aquilonare, & similiter tegebatur alia cortina immobili, & erant isti triginta cubiti simul. Manebant ergo 20. cubiti in medio huius lateris Orientalis, & ibi erat ostiū. Ante hos autem ponebatur vna cortina 20. cubitorū quæ vocatur hic tentorium, eo q̄ extēdebatur, & colligebatur trahendo per funes, & circulos, sicut in operimentis lectorum, & hoc, vt aliquādo clausum esset ostium atrii, & aliquando apertum. & hoc operimentum vocatur hic tentorium. Differebat autem istud tentorium a cortinis atrii, quia cortinæ solum erant de bysso retorta, vt patet Exodi 38. cap. Tentorium autem, siue tabernaculi, siue atrii erat de filis quinq; colorum, vt paret Exo. c. 36. & 38. Item cortinę, siue atrii, siue tabernaculi ponebantur immobiles, vt patet in prędictis locis. tentoria autem mouebantur colligendo, & extendendo. de tentorio autem atrii habetur Exo. 37. c. quantum ad fabricationem, & positionem. *Et quicquid ad altaris ritum pertinet.*

An Gersonitæ debuerint portare omnia quæ pertinent ad ritum altaris. Quæst. XLVII.

VIDETVR ista litera dicere, q̄ Gersonitę portare deberent omnia quę pertinebant ad ritum altaris, ideſt omnia vasa altaris holocaustorum, vel altaris thymiamatum. Sed hoc falsum est, quia ad Gersonitas nihil pertinebat de vasis altaris, nec de aliis vasis tabernaculi, sed solum de supellectili de filo, & pellibus, non ergo portarent vasa altaris.

Item tres familiæ Leuitarum distinguebantur in tria officia secundum tria quæ erant in Sanctuario. Erant enim quędam quę non erāt partes Sanctuarii, sed vasa, vel vtēsilia, siue sint in atrio, siue sint in tabernaculo, & ista sunt arca cum propitiatorio, & Cherubim, & candelabrum aureum, & mēsa propositionis, & altare thymiamatis, & altare holocaustorum cū la cum vasis suis: hęc enim non erant partes Sanctuarii, sed vasa eius, & pertinebant ad Caathitas. Alię autem erant res Sanctuarii quæ erant partes eius, & istę diuidebantur in duas partes, quia quædam erant mol-

les,

Universidad de Deusto
Biblioteca

les, s. ea quæ erãt de filis, vel pellibus, sicut omnia operimenta, siue cortinarum, siue tentoriorum, & similia, & ista pertinebant ad Gersonitas, vt patet hic, & seq. c. Erat alia pars Sanctuarii quæ consistebat in rebus solidis, s. in tabulis, columnis, & basibus, & pertinebat ista pars ad Meraritas, & sic erant distincta omnia quæ erant in Sanctuario, siue partes eius, siue non. patet ista distributio ex his quæ habentur hic, & sequenti capitu. ergo non pertinebat aliquid de ritu altaris ad Gersonitas cũ omnia vasa pertineant ad Caathitas.

Item patet hoc, quia hic, & c. seq. cum assignantur officia Caathitarum ponunt, q̃ ipsi portabunt altaria, & omnia vasa Sanctuarii. Non ergo possunt Gersonitæ portare aliquid de ritu altaris. nam dicunt pertinere ad ritum altaris omnia vasa parua in quibus ministratur in altari holocaustorum, & thymiamatum, si ergo portent Gersonitæ omnia quæ pertinent ad ritũ altaris, necesse est, vt portent omnia vasa vtriusque altaris, vel saltem altaris holocaustorum, sed hoc est cõtra literã quæ dicit infra. q̃ ad Caathitas pertinet portare altaria, & vasa Sanctuarii in quibus ministratur, vasa tamen altaris sunt in quibus ministratur: ergo nõ portabunt hęc.

Obiectio ad prædicta secundum literam facta dissoluitur.
Quæst. XLVIII.

Aliqvis forte respondebit defendens literam istam, q̃ illud, quod infra dicitur de Caathitis, q̃ ipsi portabunt altaria, & vasa Sanctuarii in quibus ministratur, non intelliguntur ibi vasa ministrationis pro vasis altaris, sed p̃ vasis candelabri quæ erant emunctoria, & vasa in quibus extinguebantur quæ emuncta erant, etiam intelliguntur vasa mensę propositionis, s. mortariola, thuribula, phialę, cyathi, itelligebatur etiam labium ęneũ cum basi sua. Ista enim omnia erant vasa ministrationis, & possent ea portare Caathitæ: tamen Gersonitis venirent vasa altaris.

Sed adhuc nõ potest hoc stare, qa seq. c. vbi ista magis determinare ponuntur, declarantur vasa altaris per nomina sua, s. ignium receptacula, fuscinulę, & tridẽtes, vncini, & batilla. de his omnibus dicitur, q̃ portarent ea Caathitę. ergo nihil de pertinentibus ad ritum altaris portabatur a Gersonitis, & sic est.

Sed adhuc aliquis vellet saluare literam dicens, q̃ ad Caathitas pertinebat portare omnia vasa altaris, & generaliter totius tabernaculi, tamen ipsi grauabantur in portando. Ideo quandam partem vasorum suorum tradebant portandam Gersonitis, s. vasa altaris, & labrum ęneum. Cum vero erant castra figenda Caathitæ recipiebant vasa ista a Gersonitis, vt darent de eis plenam rationem sacerdotibus, sicut quilibet de Leuitis dabat de officio suo, & hoc modo dicetur hic, quòd Gersonitæ portent vasa altaris.

Sed adhuc non potest stare, quia sequent. cap. cum ponitur modus portationis omnium istorum vasorũ in itinere, dicitur quòd quando castra mouenda sint intrabunt sacerdotes, & operient palliis suis singula vasa, & tradent ea Caathitis portanda, ergo portatio vasorum horum nullo modo pertinebat ad Gersonitas, nec principaliter, nec vt adiutores Caathitarum.

Dicendum est igitur, q̃ ista litera habet sensum diuersum, quia deuiat hic aliqualiter a litera Hebraica, & incipit deuiatio ab illo loco. tentorium autem, vsque ad illum locum, & omnia vtensilia eius. nam vbi nos dicimus,

Tentorium quoque, quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad altaris ritum pertinet, funes tabernaculi, & omnia vtensilia eius. Habetur in Hebræo.

Velum ostij, quod est super tabernaculum, & altare, & funes tabernaculi, & omnia vtensilia eius. Et tunc est sensus, q̃ portabunt Gersonitæ velum ostii, idest tentorium, quod est in ostio, s. in ostio atrii.

Quod est super tabernaculum, & altare. Idest quòd illud velum est super tabernaculum, idest in circuitu, vel ante illud, & super altare, idest est ante altare holocaustorum.

Et funes tabernaculi. Idest etiam est ante funes tabernaculi. *Et omnia vtensilia eius.* Idest etiam illud velum, vel tentorium est ante omnia vtensilia, vel vasa altaris. Patent ista, quia tentorium, vel velum atrii est in parte Orientali atrii, & ad illam partem Orientalem est altare holocaustorum. Ideo dicitur esse velum illud super altare, idest ante altare, & super omnia vasa eius, idest ante omnia vasa eius.

Ratio autem deuiationis literæ nostrę a litera Hebraica fuit propter illam propositionem super, quæ aliquando facit sensum ambiguum. Nam cum dicitur velum ostii super tabernaculum, & altare. potest referri hoc ad præcedentia, vt intelligatur sic, s. quòd Gersonitæ portabunt velum illud, & erunt super altare, idest habentes administrationem portandi altare, & quicquid ad ritum eius pertinet, idest erant super omnia quæ pertinent ad ritum altaris, s. quòd illa portabunt, & erunt super funes, & vtẽsilia eius, idest erũt prępositi ad portandum funes altaris, & omnia vtensilia. similis modus loquendi habetur supra 1. c. cum dicitur. Noli numerare Tribum Leui cũ filiis Israel, sed constitue eos super Sanctuario, idest da eis potestatem administrandi in rebus Sanctuarii. Hic tamen ista prępositio super nõ potest trahi ad hunc sensum, ita quòd referatur ad Gersonitas, s. quòd ipsi sint super altare, & omnia vasa eius, sed refertur ad verbum intellectum, determinans illud nomen velum, vel tẽtorium, s. Gersonitæ portabunt velum super altare, & quicquid ad ritum eius pertinet, idest portabunt tentorium, vel velum, quod est super altare, & super omnia quæ pertinent ad altare. Modus huius supra declaratus est, & necesse est istam literam sic intelligi. Nã si forte non esset alia litera repugnans quando dicere tur hic, quòd Gersonitæ portabunt tentorium atrii, & quicquid ad ritum altaris pertinet, deberet intelligi, q̃ portarent Gersonitæ omnia vasa altaris, quia tamen repugnat litera quæ habetur infra, & etiam sequenti capitu. ita vt non possit vtrunque stare, necessario trahendum est ad istum sensum, vt ambę literæ concordent.

Sed adhuc dicet aliquis, istam non esse expositionem, sed extorsionem literę, quia infra 4. cap. habetur eodem modo cum dicitur, q̃ Gersonitæ portabunt velum, quod est in introitu ante tabernaculũ, & omnia quæ ad altare pertinent, & vasa ministerii iubente Aaron, & filiis eius.

Respondendum est, q̃ eodem modo defecit ibi litera nra, quia ibi magis clare habetur, q̃ Caathitę portarent omnia vasa altaris expressis nominibus eorũ, ergo nullum poterat pertinere ad Gersonitas. sed necesse est exponi eo modo quo dictum est. Et adhuc magis ibi clare patet expositio ista, q̃ litera dicit velum in introitu, quod est ante tabernaculum omnia quæ ad altare pertinent funiculos, & vasa. Nam ibi solum deficit copulatiua, vt dicatur. & omnia quæ ad altare pertinent, idest portabunt velum, quod est in introitu ante tabernaculum, & ante omnia quæ ad altare pertinent, & ante funiculos, & vasa, & dato, quòd illa litera etiam sic esset, vt ista, non propter hoc arguitur non fuisse conuenienter expositam, quia litera Hebraica

braica sic ait, vt expositum est. *Funes tabernaculi.* Secundum literam nostram videtur esse sensus, q̃ Gersonitæ portent funes tabernaculi. & hoc verum est. Sed non est sensus iste, quia funes tabernaculi non erant aliquid per se existens quod per se portaretur, sed aliquid alligatum cortinis, & aliis operimentis. Ideo dicendo, q̃ Gersonitæ portarent cortinas Sanctuarii, & alia operimenta eius, intelligebatur q̃ portarent omnia quæ erant coniuncta eis, s. funiculos eorum, & paxillos. Ideo debet exponi magis secundum literã Hebraicam, vt referãtur omnia ad illam propositionem super, s. q̃ portabunt Gersonitæ tentorium, quod est super funes tabernaculi, & omnia vasa eius, s. ante funes tabernaculi, & omnia vasa altaris. Pro quo est sciẽdum, q̃ tabernaculum operiebatur cortinis 10. & postea aliis tribus operimentis, vt supra fuit declaratum. Vt autem ista operimenta manerent extenta, & non mouerentur ad impetum ventorum, alligabantur extremitatibus eorum quidam funiculi, & in funiculis ligabantur paxilli ęnei, vt figerentur terræ, & hoc modo extendebantur omnia operimenta tabernaculi, funes autem isti erant extenti in introitu tabernaculi, & magis appropinquabãt ad ostium atrii, & tentoriũ eius quam altare, & vasa ista. Ideo cum diceretur tentorium atrii esse ante vasa altaris, diceretur esse eodẽ modo ante funes tabernaculi, & iste est conueniens sensus. *Et omnia vtensilia eius.* Secundum literam nostram deberet hic esse sensus, q̃ Gersonitæ portarent omnia vtensilia tabernaculi. Sed hoc manifeste falsum est, quia tunc nihil maneret portandum Caathitis. Nam nomine vtensilium tabernaculi intelliguntur omnia quæ erant intra tabernaculum, & non erãt partes eius, s. arca cum Cherubim, & candelabrum aureum, & mensa propositionis cum vasis suis, & altare thymiamatum, sed his dẽptis, & vasis altaris quæ supra ponebantur nihil omnino maneret familię Caathitarum portãdum. quod patet, quia omnia ista portabant Caathitæ, & pręter hoc nihil, vt patet immediate in litera, & magis seq. c. Ideo nullo modo potest sic exponi, nec etiam potest hic rñderi sic, sicut supra conabantur quidam, dicentes q̃ vasa altaris pertinebant ad curam Caathitarum, tamen quia ipsi nimis grauabantur portando tradebant ea in itinere Gersonitis, & postea recipiebant ab illis, vt darent sacerdotibus rationem de omnibus vasis suis. Hoc enim in illis vasis non poterat stare. nam si Caathitæ grauarentur valde in onere suo, ita vt portare non potentes, traderẽt partem eius Gersonitis, congruentius fuisset, q̃ a principio Deus diuisisset taliter ista quæ portanda erant, vt quælibet familia posset portare, quod ei iniunctũ esset. ergo non potest dici, q̃ Caathitæ grauarentur portando onera sua, & consequenter non darent partem eorum Gersonitis. Sed adhuc concesso hoc nullo modo potest stare, quia eodem modo diceretur hic, q̃ ad Caathitas pertinebat portare omnia vasa, siue vtensilia tabernaculi, quia tamẽ dicitur hic, q̃ Gersonitę portarent omnia vtensilia ista, exponeretur q̃ ad Caathitas pertinebat cura horum portandorum, tamen quia grauabantur committebant ea portanda Gersonitis, & sic nihil manerat eis, cum pręter vasa interiora tabernaculi, & vasa altaris holocaustorum nihil habeant Caathitæ, vt patet ex descriptione officii eorum hic, & seq. c. ergo necessario reducenda est expositio literæ huius ad sensum literę Hebraicæ, s. q̃ portabant Gersonitæ tentorium, quo erat ante altaris vasa, & ante funes tabernaculi, & ante omnia vasa eius. Nam cum esset tentorium atrii ante ostium tabernaculi, & funes qui exterius erant, necesse erat, q̃ esset ante omnia vasa quæ erant intra ipsum tabernaculum. similis modus loquendi habetur supra c. 1. & 2. Nam supra c. 1. dicitur, q̃ Leuitę excubabunt per gyrum tabernaculi, & postea secundo dicitur, q̃ filij Israel figent tentoria per circuitum tabernaculi, & hoc solum est, quia Leuitæ erant immediate in circuitu Sanctuarii, & Israelitæ erant in circuitu Leuitarum, ergo erant in circuitu tabernaculi. *Cognatio Caath.* Hic describuntur officia Caathitarum: habebant enim distincta officia a Gersonitis & Meraritis, & primo declaratur qui comprehenderentur sub Caathitis. *Habebit populos Amramitas.* Idest cognatio Caath habebit sub se populos Amramitarum.

Cur Amramitæ ponuntur esse sub Caathitis. Et quomodo sacerdotes ponuntur sub Leuitis cum distinguantur ad inuicem isti. *Quæst. XLIX.*

Dicet aliquis quare hic ponitur, q̃ populi Amramitæ sunt sub Caathitis, quia manifestum est, q̃ Amramitæ pertinẽt ad Caathitas, cum Amram sit filius Caath, vt patet Exo. c. 6. Rśidendum est, ideo fuisse hoc positũ, quia Amramitæ sunt sacerdotes. nam Aarõ erat filius Amram, vt patet Exo. 6. c. & de Aaron erant sacerdotes. Cum ergo Caathitæ ponerentur tanquam Leuitę videbatur esse dubium, an deberẽt sacerdotes poni sub familia eorum, & dicitur, q̃ sic. Sed aliquis arguet, q̃ sacerdotes, & Leuitæ distincti sunt, cũo ergo ponuntur hic sacerdotes sub Caathitis? Est respondendum, q̃ sacerdotes, & Leuitæ considerantur dupliciter. aut quantum ad officia, aut numerum. si quantum ad officia, sacerdotes non ponuntur sub Caathitis, sed est distinctio ista prima, s. q̃ ministrantium quidam sunt sacerdotes, & alii sunt Leuitæ, deinde distinguuntur Leuitæ per Caathitas, Gersonitas, & Meraritas, sed quantum ad numerum aliter est. Nam computabantur sacerdotes sub Caathitis ex eo, q̃ erant de stirpe eorum.

Quomodo dicuntur hic populi Amramitæ cum solum essent tres sacerdotes qui ponuntur Amramitæ, & qui computantur sub Amramitis. *Quæst. L.*

Sed adhuc dicet aliquis quomodo dicũtur hic populi Amramitę, qm̃ nunc soli erant de sacerdotibus tres viri, s. Aaron, & Eleazar, & Ithamar, vt patet ex litera supra. Respondendũ est, q̃ nomine Amramitarum intelliguntur filii Aaron, & filii Moysi, quorum vtrique erat filius Amrã, & quia non pertinebant filii Aaron, & Moysi ad idẽ officium cum essent filii Aarõ sacerdotes, & filii Moysi essent simplices Leuitæ, ideo debuerunt poni populi tanquam essent, duæ distinctiones istorum. Sed adhuc dicetur, q̃ non poterant vocari isti populi, quia erant pauci. Nam quamquam Caathitæ facerent populos, tamen omnes Amramitæ simul non merebantur nomen populi, eo q̃ erant valde pauci, s. Aaron, & duo filii sui, & Moyses cum duobus filiis suis, qui vix habebãt tres, vel quatuor annos, vt supra declaratum fuit, quamquam ergo omnes isti computarẽtur, quia erant sex animę solum, non faciebant populum.

Ad hoc respondendum, quòd Amramitę non vocantur populi pro illis indiuiduis, quæ tunc habebant, sed pro illis quę postea habituri erant, & in hoc est sensus, q̃ non solum hic, sed etiam in aliis computationibus Amramitæ sub Caathitis numerabantur, sicut in numeratione illa quę habetur infra 26. cap. quæ facta est anno quadragesimo ab exitu de Aegypto.

Sed contra hoc arguetur, quoniam in libris Paral. sacerdotes computantur per se qui sunt Amramitæ, omnes alii Leuitæ per se, vt patet 1. Paralip. 33. & 34. c. Filii autem Moysi qui erant vnus de populis Amramitis

mitis computati sunt cum Leuitis, vt patet Paralip. cap.33. cum dicitur. Moysi autem hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Leui.

Respondendum est, quòd sacerdotes in omnibus computationibus pertinebant ad numerum Caathitarum, vsquequo facta est distinctio tempore Dauid. Ipse enim ordinauit sacerdotes in sortes suas, & Leuitas per se. Si tamen non fuisset facta illa distinctio semper mansisset computatio sacerdotum sub Caathitis, & sic essent populi Amramitarum sub cognatione Caath.

Iessaaritas Hebronitas, & Ozielitas. Istæ sunt aliæ tres familiæ Caathitarum denominatę a tribus filiis supra positis, & posset aliquis dicere ad quęstiones quæ supra fiebant, quia Amramitę non vocantur hic populi, sed omnes istæ quatuor cognationes simul vocantur populi, de quibus Amramitæ faciunt vnum populum.

Hæ sunt familiæ Caathitarum. Idest istæ quatuor quæ supra nominatæ sunt, quæ omnes deriuatæ sunt a Caath. *Recensitæ per nomina sua.* Potest dupliciter hoc intelligi. vno modo, quòd referatur ad familias, s. quòd istæ quatuor familiæ recensitę sunt per nomina sua, idest quando cõputabatur Tribus Leui istæ quatuor familiæ distinctæ per nomina sua computatæ sunt, vt supra habetur, s. quòd fuerunt posita eis quatuor nomina. Alio modo referri potest ad eos qui erant sub familia, & tunc est sensus, quòd istæ familiæ fuerunt per nomina sua recẽsitæ, ideſt omnes qui erant in istis familiis fuerunt recensiti per nomina, & hoc siue magni, siue parui, vt patet immediate, & computando eos qui sunt in familia computatur ipsa familia.

Omne generis masculini. Fœminæ inter Leuitas non computatæ sunt, nec etiam inter alios Israelitas. ratio est, quia alii Israelitæ numerabantur potentes procedere ad bellum, fœminæ autem non possunt procedere ad bellum, ideo non computantur, Leuitæ autem computabantur hic ad commutandum pro primogenitis Israelitarum, tamen fœminæ non poterant cõmutari pro primogenitis, cum primogenita fœminina non sint redemptibilia.

Ab vno mense supra. Causa supra assignata est, s. quia Leuitæ dabantur hic pro primogenitis Israelitarum, sed primogenita redimuntur post vnum mensem, vt patet infra 18. cap. ergo computatio istorum debebat fieri ab vno mense, & supra.

An filij Aaron computati fuerint cum Amramitis.
Quæst. LI.

CONSIDERANDVM est circa ea, quæ supra dicta sunt de populis Amramitarum, quòd aliqui dicunt per Amramitas non intelligi hic filios Aaron, sed solum filios Moysi, & Marię sororis eius. In quo primo dubitatur, an filii Aaron computati fuerint hic sub Amramitis.

Dicunt quidam, quòd non, & hoc, quia filii Aaron erant sacerdotes? Amramitæ autem, qui hic computantur sub Caathitis, ad Leuitas pertinent, ideo non sunt sacerdotes. Ad hoc respondendum est filios Aaron computari hic sub Caathitis. Nam licet quãtum ad officia non pertineant filii Aaron ad Caathitas, pertinent tamen quantum ad numerum, quoniã in summa omnium qui ponuntur hic necessario includuntur sacerdotes.

Inconueniens autem, quod esse videtur si computentur sacerdotes sub Caathitis, est quia Caathitę destinantur ad portandum vasa Sanctuarii. vt patet hic, & infra 4. cap. sacerdotes tamen nihil horum portare debebant, sed solum ministrabant in Sanctuario, & quantum ad hoc dicitur non esse sacerdotes sub Caathitis, s. quantum ad officium, bene tamen sunt sub eis quantum ad numerum, & quòd fuerint sub eis patet, quia omnes Leuitæ assumpti sunt hic ad commutationem pro primogenitis Israelitarum, vt patet in litera. Sed ad hoc non solum alii Leuitæ proficiebãt, sed etiam filii Aaron cum essent de Tribu illa, & non videbatur esse aliqua causa quare magis abiicerentur isti a numero quã cęteri. Ideo rationabilius erat isti computari quam reliquos. quod patet, quia Leuitæ computantur hic, & commutantur, quia applicantur in cultum Dei, vt patet infra in litera. sed magis applicabantur Aaronitæ ad cultum Dei quam cęteri, cum isti essent sacerdotes, & ministrarent in Sanctuario. cęteri autem in aliis ministeriis minoribus, necesse ergo fuit computari hic inter Leuitas Aaronitas, sicut cęteros.

Hoc autem supposito necesse est, quòd computarentur sub Caathitis, quod patet, quia vel computati sunt sub Caathitis, vel Gersonitis, aut Meraritis, sed non sub Gersonitis, & Meraritis, ergo sub Caathitis. quòd sub istis duabus familiis non computarentur filii Aaron patet, quia non pertinebant ad eas quãtum ad officium, nec quantum ad genus. Ideo rationabilius erat sub eis computari, quòd autem necesse sit dici computatos fuisse sacerdotes sub aliqua istarum trium familiarum, patet, quoniam omnes Leuitæ dati sunt pro Israelitis primogenitis, & summa eorum fuit vsque ad 22. millia. Summa autem primogenitorum Israelitarum fuit 22. millia 273. & pro istis 273. qui superabant iussit pecuniam dari, vt patet infra. ergo necesse est in ista summa includi Aaron cum filiis suis, alias daretur, quod non fuissent dati in commutationem pro primogenitis, sicut cęteri Leuitę, quod falsum est. Hoc patet, quia ista summa totalis colligitur ex omnibus istis summis partialibus Leuitarum, vt patet inducendo, sed in nulla earum poterant computari sacerdotes, nisi sub Caathitis. ergo sub eis computati sunt.

Dicendum igitur, quòd non solum vocantur hic Amramitę filii Moysi, & Marię, vt quidam dicebãt, sed vocabuntur filii Aaron.

An filij Mariæ sororis Moysi includantur sub Amramitis.
Quæst. LII.

QVAERERATVR secundo de filiis Marię sororis Moysi, an includerentur sub Amramitis. Et dicunt quidam, quòd sic. sed non potest stare, quia ipsa fuit accepta in vxorẽ a viro alterius Tribus, vt omnes confitentur. ergo filii sui non pertinebant ad Tribum Leui, sed ad alteram, quoniam filii semper denominantur de familia patrum, & non matrum. sic patet supra 1. & 2. c. s. per familias, & domos patrum suorum. de Maria, quòd cõtraxerit cum viro alterius tribus declaratum est Exo. 35. c. & 18. Item licet Maria soror Moysi contraxisset cum aliquo Leuita, tamen ille non potuit esse de genere Amrã, quia ipsa erat filia Amram. vt patet Exo. c. 2. & nõ contraheret cum fratre suo. Hoc enim semper fuit prohibitum, etiam in lege naturę nulli genti licuisse visum est, nisi in principio ęuum seculi propter necessitatem, cum non essent aliæ fœminę. Item quamquam Maria vellet contrahere cum aliquo fratre suo, tamen non habebat, nisi Moysen, & Aaron, cum nullo tamen horum contraxit, quia Aaron habuit vxorem Elisabeth de tribu Iuda. vt patet Exo. c. 6. Moyses autem habuit vxorẽ de Madiã, vt patet Exo. 2. c. vel Ethiopissam, vt patet ĵ. 12. c. ergo non Mariã. Item dato, q̃ Maria fuisset accepta in vxorem ab Aaron,

ron, vel Moyse, filii Marię essent filii Moysi, vel Aaron, & sic non distinguerẽtur populi Amramitę per filios Aaron, & Moysi, & Marię. Si autem dicamus Mariam ꝺ̃xisse cum aliquo Leuita Caathita, Gersonita, vel Merarita, filii sui vocarentur Caathitę, Gersonitę, Meraritę, & non Amramitę, quia non dicerentur a nomine matris, sed patris, non stat ergo nominari filios Marię inter Amramitas, sed solum filios Aaron, & Moysi. *Habebunt excubias Sanctuarij.* Hic ponitur officium Caathitarum, & dicuntur habere excubias Sanctuarii, ideſt curam de custodiendo Sanctuarium, nõ quantum ad omnes partes, sed quantum ad vasa, quæ ad officium eorum pertinebant, vel dicuntur habere excubias Sanctuarii, ideſt vigilare super Sanctuarium, ne aliquis de popularibus illuc accederet, hoc autem omnibus Leuitis commune erat. ideo primus sensus est melior. *Castrametabuntur ad Meridianam plagam.* Ideſt in latere Meridiano Sanctuarii, qm̃ Sanctuarium erat quadratum, & per quatuor latera eius Leuitæ ponebant tentoria sua ne accederet aliquis laicorum, istis autem dabatur Meridiana plaga. *Princepsque eorum erit Elisaphan.* Describuntur familiæ Leuitarum sub principibus suis, & isti erant ordinati fm, q̃ principes populi, s. q̃ illi qui veniebant per lineam primogenitorũ ab ipso capite tribus, vel familiæ, essent principes tribus, vel familię: Elisaphan autem erat princeps, quia videbatur venire de primogenitis tribus illius, in qua erat, sed falsum est, quia Elisaphan erat filius Oziel, vt patet Exo. 6. c. & adhuc non videbatur esse primogenitus eius, sed Misael, quia primo in ordine ponitur Misael, vt patet e. c. Et tñ dato, q̃ esset Ozielis primogenitus, Oziel nõ erat primogenitus patris sui Caath, sed vltimus. nam inter quatuor filios Caath, Oziel vltimus ponitur, vt patet Exo. 6. c. & hic. Non erat ergo iste Elisaphan princeps Caathitarum, quia esset de linea primogenitorum, vt quibusdam videbatur. Sed quia sic ordinatum est, vt esset princeps, non tñ erat ipse princeps totaliter in illa familia. Nam Eleazarus erat princeps Leuitarum, vt patet ĵ. in litera. iste Elisaphan est qui eduxit Nadab, & Abiu mortuos de Sanctuario, vt patet Leui. 10. c. qm̃ erant fratrueles Aarõ Elisaphan, & Misael. *Et custodient arcam.* Hic ponuntur vasa pertinentia ad Caathitas, & dr̃, q̃ custodiant ea, sed non intelligitur hoc qñ sunt in Sanctuario. nã tunc magis sacerdotes custodiebant, qui neminem permittebant intrare in Sanctuarium. vel si largius accipiatur, non solum pertinebat cura ista ad Caathitas, sed ad omnes de Leuitis, qui excubabant in circuitu Sanctuarii, vt patet in hoc c. sed dr̃, q̃ custodient arcã, & alia vasa, s. in itinere, quia isti portabant, & non alii Leuitæ, cum autem isti portarent vasa, nõ accipiebãt per seipsos, sed sacerdotes dabant ea illis inuoluentes primo pallijs, vt patet seq. c. *Mensamque.* Ista est mensa propositionis quæ erat in prima parte tabernaculi, in qua solum introibant sacerdotes, & ponebãtur in hac mensa panes propositionis, qui semper ibi erant 12. & mutabantur per singula sabbata, vt patet Leui. 24. c. erant ibi ẽt vasa aurea mortariola, thuribula, phialę, & cyathi, vt patet Exo. 25. c. *Et cãdelabrum.* Istud erat cãdelabrum aureum de cuius fabricatura hr̃ Exo. c. 25. & sacerdotes ministrabãt in eo disponentes lucernas in mane, & vespere de quo Exod. 27. ca. & 30. *Altaria.* Ista sunt duo altaria, quæ solum erant in Sanctuario, s. altare thymiamatum, quod erat inti tabernaculũ coopertum auro, & cremabatur in eo quotidie thymiama in mane, & vespere, & nunquam fiebat ibi aliquod sacrificium, vt patet Exo. 30. c. alterum erat positum in atrio tabernaculi ante ostium, & in hoc fiebant omnia sacrificia, nec permittebatur aliud esse in tota terra Israelitarum; de cuius fabricatura, & vasis hr̃ Exo. 27. c. *Et vasa Sanctuarij in quibus ministratur.* Pertinebat ẽt ad Caathitas portare omnia vasa ministrationis. Distinguuntur autem hic vasa ministrationis ab altaribus, mensa, & candelabro, & arca, qm̃ accipiũtur vasa stricte. Large enim omnia quæ erãt inter Sanctuarium, & non erant partes eius, vocabantur vasa. Sed proprie dr̃ vasa ea, quæ ad ministrationem mouentur, & super quæ ministratur, ea aũt quæ non mouentur non vocantur vasa. Ideo arca fœderis non vocabatur vas, quia in ipsa nõ fiebat aliqua ministratio, nec mouebatur. Altare quoque thymiamatis non mouebatur, nec erat vas, habebat tñ vasa, s. thuribula, siue ignium receptacula, in quibus ministrabatur in illo, & ista pẽdebant in altari holocaustorum de quo Exo. 27. c. Candelabrum ex prædicta causa non erat vas, sed ministrabatur super illud, & habebat vasa, s. emunctoria, & ea in quibus extinguebantur emuncta, vt patet Exo. 25. ca. Habebat etiam infusoria aurea pendentia in rostris, vt Zacha. c. 4. mensa propositionis non erat vas, quia non mouebatur ad ministrationem, sed ministrabatur in ea, quia ponebantur ibi panes, habebat etiam vasa quæ s. dicta sunt, vt patet Exo. 25. c. Altare holocaustorum non erat vas, sed ministrabatur super illud, & habebat vasa, s. igniũ receptacula, & vncinos tridentes, fuscinulas, & lebetes, vt patet Exo. 27. c. & seq. c. Hæc autem proprie vasa sunt, quia in eis ministrabatur per motum ipsorum atque in illis aliquid continebatur quę est proprietas vasorum. De labio ęneo, & basi sua nihil dictum est ad quos Leuitas pertineret portatio eius, & manifestum est, q̃ pertineret ad Caathitas. Nam Gersonitæ, & Meraritæ portabant ea quę erant partes Sanctuarii, labium aũt ęneum nõ erat de partibus Sanctuarii, sed de vasis: Ideo ad Caathitas pertinebat portatio illius, quia ipsi portabãt oĩa vasa, de illo tñ nihil expressum est. Sed potest intelligi hic cum dr̃ omnia vasa Sanctuarii in quibus ministratur, vel potest intelligi per clausulam generalem quæ infra habetur, & velum, ideſt, q̃ pertinebat ad Caathitas portare velum Sanctuarii. Dicit autem velum, illud quod pendebat ante sancta Sanctorum coram quatuor columnis, de quo Exo. 26. ca. alia autem quæ pendebant, s. in introitu tabernaculi ante columnas quinque, & in introitu atrii, non vocantur vela, sed tẽtoria. Istud autem velum est de quo dicitur Matth. 27. ca. velum templi scissum est in duas partes a summo vsque deorsum, s. q̃ tunc reuelatus est locus sancti Sãctorum, quem tegebat velum.

Quomodo Caathitæ portabant velum Sanctuarij.
Quæst. LIII.

SED dicet aliquis qũo Caathitæ portabant velum, cum ipsi nihil portarent de partibus Sanctuarii, sed de vasis, velũ tñ de partibus tabernaculi erat. Itẽ quia dicebatur ad Gersonitas pertinere portatio omniũ quæ erant in tabernaculo mollia, vt de pellibus, & filis, velum tamen de his est. Rñdendum est ad Caathitas nõ pertinere velum tanquã aliquid, q̃ ipsi per se portarent, sicut vnum de oneribus suis: sed portabant tanq̃ aliquid de quo ligabatur, & regebatur vnum de oneribus suis. Nam cũ deponebatur Sanctuarium, sacerdotes tollebant velum sancti Sanctorum, & operiebant arcã, & tunc cum Caathitę portarent arcã necesse erat, q̃ portarent velum. sic patet seq. c. non tñ distinguitur portatio veli ẽ tationem arcę, sicut non distinguitur portatio funiculi a portatione oneris, qđ funiculo ligatur cum sit aliquid dispositiuũ. Si tñ velum esset aliquid per se portabile, & non ad velandũ, arcam non portarent illud Caathitæ, sed Gersonitę, sicut portabant cętero operimenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta Sanctuarii. *Cunctamque huiuscemodi supellectilem.* Ponitur hic clausula generalis omnium quæ portabãtur a Caathitis, & per istam non potest aliquid addi ad superiora, nisi labium æneum cum basi sua. nã non fuit facta mentio supra de illo, nec inconuenienter intelligi potest per illud, quod dicebatur. Et vasa quibus ministratur in Sanctuario, quia labium æneum, non dicebatur vas ad ministrandum cum in ministratione non moueretur, alias tamen bene vocabatur vas, quia in se continebat aquam ad lauãdum pedes, & manus sacerdotum, & hoc etiã ad Caathitas pertinebat, quoniam erat de vasis, vel pertinentibus ad vasa, & non erat pars Sanctuarii, & cum hic dicitur cunctam huiusmodi supellectilem, non est referendũ ad id, quod immediate dictum est, sad velum, quia tunc est sensus, quòd portarent Caathitæ velum, & omnia similia, s. cortinas, & alia operimenta. Hoc tamen falsum est, quia ad Gersonitas ista pertinebant, sed illud demonstratiuum, huiusmodi, refertur ad supellectilia superiora quæ sunt vasa, & tunc est sensus, quòd portabant Caathitę omnia superiora vasa, & similem supellectilem. *Princeps autem principum Leuitarum.* Supra ponebat in qualibet familia vnus princeps. hic ponitur super omnes principes alius princeps, vt iuberet eis quid pręcipere deberent familiis suis, & iste erat Eleazar filius Aaron.

Cur filij Aaron non ponuntur principes super principes populi, sicut ponebantur super principes Leuitarum. Quæst. LIIII.

SED dicet aliquis, quare nõ ponebantur filii Aaron principes super principes populi, sicut ponuntur super principes Leuitarum. Respondẽdum est hoc fuisse, quia licet cęteri Israelitę essent subiecti sacerdotibus quantum ad aliquid, inquãtum erant prelati sui, non erant tamen ministri eorũ, nec in aliquo seruiebant. Leuitæ autem erant ministri sacerdotum, & dati fuerant eis, vt seruirent ipsis. sic patet supra cum dicitur. applica tribũ Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & postea dicitur. dabisque dono Leuitas Aaron, & filiis eius. debuit igitur constitui aliquis de filiis Aaron princeps super Leuitas, sed nõ super principes Israelitarum. *Eleazar sacerdos filius Aaron sacerdotis.* Fuit positus princeps Eleazar, quia ipse erat nũc succedens in primogenitura filiorum Aaron, cũ mortui fuissent duo priores, s. Nadab, & Abiu, & ipse erat futurus sacerdos magnus post patrem suum, vt patet infra cap. 20. Vocatur Eleazar sacerdos, non per excellentiam, sicut vocatur aliquando Aaron sacerdos, qa hoc pertinebat solum ad sacerdotem magnum, Eleazar tamen non erat nunc sacerdos magnus, sed Aarõ, sed dicit sacerdos, quia cõsecratus erat vt patet Exodi 29. & Leui. 8. c. & hoc modo Ithamar frater eius vocatur sacerdos.

Erit super excubitores custodij Sanctuarij. Idest iste Eleazar pręerit omnibus qui custodiunt tabernaculum. omnes Leuitæ custodiebant tabernaculum excubantes in circuitu eius, ideo qui cõstituitur princeps omnium excubitorum constituitur princeps omnium Leuitarum. Non erat tamen princeps super Aaron, & Moysen qui erant Leuitæ, quoniam isti erant maiores. *At vero de Merari.* Hic ponitur tertia familia Leuitarum qui vocãtur Meraritæ a tertio filio Leui, qui dicitur Merari. *Erunt populi Moolitæ, & Musitæ.* Istæ erant duæ familiæ minores sub familia Merari, denominatæa duobus nepotibus Leui, s. Mooli, & Musi. dicuntur populi Moolitæ, & Musitæ, idest familiæ, vel turbæ, quia quælibet istarũ familiarum continebat multos viros quoniã numerati sunt in eis 6200. vt patet ī. *Recensiti per nomina sua.* Idest omnes qui erant in his duabus familiis Moolitarum, & Musitarum fuerunt numerati per nomina, & scripti sunt, siue magni, siue parui. *Omnis generis masculini ab vno mense, & supra.* De his duobus, s. quare ab vno mense computarentur, & quare soli masculi causa supra data est. *Princeps autem eorum Suriel.* Hic ponitur princeps omnium Meraritarum, an vero iste esset de linea primogenitorũ Merari non constat, sed quamquam non sit, nihil differt, quia satis poterat constitui princeps super familiam Meraritarum, sicut Elisaphan filius Oziel erat princeps in familia Caathitarum, sed non erat de primogenitis. *In plaga Septentrionali castrametabuntur.* Ad Meraritas pertinebat castrameratio in plaga Septentrionali, idest ad latus Septentrionale Sanctuarii, erant quippe Leuitę distributi per castrametationes, & ad Meraritas pertinuit iste locus Septentrionalis. *Erunt sub custodia eorum.* Hic ponitur quid pertineret ad officium Meraritarũ in portando. *Tabulæ tabernaculi.* Isti portabant omnes res duras quæ erant partes Sanctuarii, inter has primę erant tabulæ ex quibus construebatur tabernaculum, & a quibus denominabatur. Erat enim tabernaculũ domus portatilis cuius primum erant tabulæ: habebat enim tabulas 48. quia in tribus lateribus habebat tabulas, s. Occidentali Meridiano Aquilonari: Orientale autem erat apertum, in latere Aquilonari erant tabulæ 20. & in Meridiano totidem, in Occidentali autem octo, vt patet Exo. 26. ca. has portabant Meraritæ super plaustra, quia non poterant portare super humeros virorum, sic etiam de Gersonitis erat, vt patet infra cap. 7. *Vectes.* Idest Meraritæ portabant vectes. dicuntur esse vectes quædam ligna magna, & lõga, quæ erant posita transuersaliter in dorsis tabularum, & immissa per annulos aureos, vt tenerentur tabulę simul. nam ipsæ coniungebantur per incastraturas, & non habebãt aliud retinaculum, nisi vectes, qui erant in lateribus. isti vectes non erant aliquid portabile separatum a tabulis, sed necesse erat, vt portans tabulas, portaret quoque vectes, sicut non distinguitur funiculus ab onere, quod ligatur funiculo in portatione. Accipiuntur hic vectes large: proprie enim dicuntur vectes ligna in quibus aliquid vehitur, vnde a vehendo vectes dicti sunt. & sic proprie altaria habebãt vectes, & mensa, & arca, quia portabantur in eis, tabulę tamẽ nõ portabantur in vectibus, sed erant ad continendũ ipsas tabulas sub eadem compage, vt patet Exo. 36. c. *Ac columnæ.* Hoc etiam ad Meraritas pertinebat. dicũtur hic columnæ Sanctuarii illæ in quibus pendebant vela, & tentoria ad tegendum in circuitu Sanctuarii. Erãt autem quædam istarum columnarum de lignis Sethim, aliæ erant æneæ. nã illæ quæ erãt in ostio tabernaculi, & ante sancta Sanctorum erant de lignis Sethim, quæ vero in circuitu atrii erãt æneæ, totus autem numerus columnarum erat 69. nam in atrio erãt 60 columnæ æneæ, s. 20. in latere Aquilonari, & totidem in Meridiano, in Occidentali autem 10. & totidem in Orientali. erant autem ad ostium tabernaculi quinque columnæ de lignis Sethim, & ante sancta Sãctorũ erãt quatuor, quæ simul faciunt 69. columnas, & has oẽs portabant Meraritæ. *Bases earum.* Idest bases columnarum, vel intelliguntur etiam bases pro basibus tabularum. Pro quo sciendum, ꝙ tabulæ tabernaculi ad hoc, ꝙ firmiter tenerentẽ erectę cauabantur in parte inferiori qua adhęrent terrę, & ponebantur duæ bases argenteę in qualibet earum, quę erant in modũ paxillorũ acutorum, & infigebantur terrę, & sic tenebantur tabulæ ne ad alterutrum caderent. alię bases autem erant columnarum quę ponebãtur sub columnis, & non habebant figuram basiũ priorũ, sm ꝙ aliqui

qui dicunt, sed erant amplę, & rotundę, sed an verum sit Exo. 27. c. & 36. declaratum est. hic tñ magis intelligitur de basibus columnarum, q̃ tabularũ. *Et omnia, quæ ad cultum huiuscemodi pertinent.* Idest portabunt etiã Meraritę omnia, quę pertinent ad similem ministrationem. s. ea, quę pertinent ad tabulas, vel colũnas, & bases. Erant enim aliqua ferramenta in Sanctuario ad figendum paxillos, & disponendum loca pro tabulis, vel basibus columnarum, & ista portabant Meraritę: Gersonitę, etiam figentes paxillos tentoriorum operimentorum, & cortinarum alijs instrumentis ferreis vtebantur, quę ad eorum portationem pertinebant, non enim poterant ista fieri sine instrumentis, & q̃quam talia non exprimantur, tamen intelliguntur, quod patet ex eo, quod habetur Iosue 6. c. s. ꝙ omne aurum, & argentum, & ęs, ferrum, &c. in thesauris Domini conseruata sunt: ecce enim ibi iussit reponi ferrum in thesauris Sanctuarij, ergo aliquis vsus ferri esset in Sanctuario: nulla tamen pars Sanctuarij aut vas ministrationis erat de ferro, vt declaratum fuit Exo. 25. c. iõ necesse est intelligi, ꝙ Leuitę habuissent instrumenta ferrea ad figendum, vel deponendum Sanctuarium, vel dicitur hic omnia, quę ad huiusmodi cultum pertinent, idest omnia quę talia sunt qualia tabulę, & columnę, & bases. s. ꝙ essent partes sanctuarij, & essent durę. dr̃ hic, quę pertinent ad huiusmodi cultũ, idest ad huiusmodi ministrationem: signat enim cultus honorem, vel seruitium: hic autem non p̃ accipi ꝙ honore, sed ꝙ seruitio, vel ministratione, & tñ non ꝙ prie dr̃ ea, q̃ sunt partes Sanctuarii ptinere ad ministrationẽ. Sed solũ vasa, q̃ mouent̃ in ministrando. *Columnæque atrij in circuitu.* Columnę superiores erant colũnæ tabernaculi. s. quinque in ostio tabernaculi, & quatuor añ Sctã sctõrum. istæ aũt q̃ hic dr̃ sunt columnæ in circuitu atrii, & erant 60. *Cum basibus suis.* i. ẽt portabant Meraritæ bases colũnarum cũ eis, qm̃ colũnæ ad hoc, ꝙ manerent fixæ in terra indigebant basibus, cũ nullum pondus eis immineret sustinens illas, ne in alterutrũ caderent, sicut erat de tabulis. *Et paxilli cum funibus.* Paxilli erant de rebus duris ptinentibus ad partes Sanctuarii, sicut tabulę, & columnæ, & ad Meraritas pertinebat deportatio eorum, sed qũo portabant Meraritæ funes, quia isti erant de reb' mollibus pertinentibus ad cortinas, & operimenta, q̃ sunt sub cura Gersonitarũ? Rñdendũ est, ꝙ aliq erant funes alligati cortinis, & religabantur postea paxillis, vt fortiter cortinæ tenerentur, alii aũt erant funes alligati paxillis, & inhęrentes illis, qui postea religabãtur ad cortinas, vel alia operimenta: funes aũt qui adhęrebant paxillis, & postea religabantur cortinis, ad quã pertinent, & portationem Meraritarum, qui vero cortinis inhęrentes postea religabantur paxillis, vel colũnis, sequuntur officia Gersonitarum, & q̃q̃ ad Meraritas non pertineat portare aliquid, quod sit molle, vt funiculi, quia tñ adhęrent rebus portatis ab ipsis, ipsi portant, sicut dicebatur. s. de Caathitis. qui nihil portabant de partibus Sanctuarii: portabant tñ vẽlum, quod erat ante Sancta sanctorũ, non quasi principale onus, vel per se, sed tanquam aliquid adhęrens oneribus eorum, quia inde delabatur arca, q̃ ipsi portabant.

Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis. i. ad orientalem plagam.

Moyses, & Aaron cum filijs suis. Posita fuerãt supra loca castrametationum trium familiarũ Leuiticarũ. Manebat ergo quartum latus Sanctuarii non custoditum, scilicet latus orientale, ideo data est pars illa ad castrametationem Aaron, & Moysi cum filiis suis.

Sed dicet aliquis, ꝙ isti iam tulsceperant locum castrametãdi inter Caathitis. nam supra probatum est, ꝙ numerarentur inter eos.

Respondendum est, ꝙ quamquã Aaron & Moyses computarentur in familia Caathitarum, tamẽ officium Aaron, & filiorum suorum erat valde distinctum ab officio Caathitarum, vt supra declaratũ est: ideo dabatur eis locus diuersus castrametandi.

Quare Moyses cum filijs suis castrametabatur ad partem Orientalem tabernaculi cum sacerdotibus, cum ipsi non essent sacerdotes. Quæst. LV.

SED quęrẽt quare Moyses, & filij sui castrametabantur ad partem Orientalem cum sacerdotibus, quia ipsi non erant de illis, sed magis debebant poni cum Caathitis? Rñdendũ est aliter esse de Moyse, & aliter de filijs suis: nam Moyses quamquã non esset sacerdos, erat tamẽ maior, & dignior sacerdotibus, qa ipse pręcipiebat sacerdotibus, & erudiebat eos in lege: ideo non debebat poni inter Caathitas, sed magis tãquam caput sacerdotum: filij aũt Moysi aliter se habebant, qm̃ ipsi nõ erãt alicuius dignitatis, vel officij excellentis, pp quod segregarẽtur a Caathitis, & ponerentur cum sacerdotibus ad partem Orientalem, fiebat tñ hoc propter Moysen ne filij sui essent segregati ab eo: postea aũt crescente numero filiorum Moysi non manserunt cum sacerdotibus, sed cum Caathitis, vt patet 1. Parali. c. 23. cũ dr̃. Moysi autẽ hominis Dei filij annumerati sunt inter Leuitas: ideo nunc, tã quia pauci erant, q̃ pp patrem suum manere debebat ante ostium atrij ad partem Orientalem.

Cur pars Orientalis fuit data Aaron, & Moysi, aliæ autem alijs Leuitis. Quæst. LVI.

SED quęretur quare ista pars Oriẽtis fuit data Aaron, & Moysi, aliæ autem alijs Leuitis:

Respondẽdum est, ꝙ in parte Orientali erat ostiũ atrij, & non licuit ibi esse alios Leuitas: nam sicut interdictũ erat omnibus Israelitis accedere aliquo mõ ad Sãctuarium, ita interdictum erat Leuitis introire in illud potissime in tabernaculum; solis. n. sacerdotibus hoc conueniebat, si tñ fuisset aliis Leuitis datus locus Orientalis ad castrametãdum, potuissent intrare qñcunque vellent in tabernaculũ, & in sancta Sãctorũ nemine, phibente. & hoc fuisset eis ad mortẽ: sacerdotibus autem non erat illicitum illuc introire: eis ergo conueniebat ista pars, sicut enim prohibebãt Leuitę Israelitas ne accederent ad Sanctuarium; ita sacerdotes prohibebant, ne accederent Leuitę ad introeundum in tabernaculũ, & iste fuit conueniẽs ordo castrorum. Item factum fuit hoc, quia Aaron, & filii sui introibãt quotidie in tabernaculum. Alii aũt Leuitæ non introibant: erat ergo conueniẽtius istos manere ad ostium atrii, q̃ reliquos. de Aaron, & filiis suis patet; quia tpibus suis oblationum ipsi offerebãt quotidie in mane, & in vespere sacrificia, & thymiama, atque lucernas componebãt, pro quibus multoties ingrediebãtur in tabernaculum: de Moyse autẽ ẽt dicendum est, ꝙ ipse intraret in tabernaculum, & sancta Sanctorum qñcunque vellet ad inquirendũ a Deo oraculum, vt patet ī. 7. c. Itẽ fuit data istis pars Orientalis ad castrametandum, quia erat dignior, & excellentior: dignioribus ergo dari debuit. s. sacerdotibus, & Moysi. Item ista pars erat periculosior, quia per eam patebat introitus ad Sanctuarium, & nõ per alias: magis ergo debuit custodiri, & ab hominibus maioris intelligentiæ, & diligentiæ custodiẽda erat, cuiusmodi erant sacerdotes, & Moyses. *Ante tabernaculum fœderis.* Soli sacerdotes, & Moyses cum filiis suis dicebantur manere ante tabernaculũ, sed non in circuitu eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotes non poterant castrametari intra atrium in circuitu tabernaculi, alioquin numquam commiscerentur vxoribus. Quæst. LVII.

INTELLIGENDVM tamen est, ꝙ isti non erant die ac nocte intra atriũ tabernaculi in circuitu ipsius tabernaculi, vel ante ostiũ eius. Nulli ergo hoĩ hoc licebat, nisi sacerdoribus tpe consecrationis suę, in qua per 7. dies manebãt intra atriũ tabernaculi non exeuntes nocte, ac die, vt patet Leui. 8. & 10. c. Si aũt sacerdotes, & Moyses castrametarẽtur in circuitu tabernaculi intra atriũ nocte, ac die manentes, necesse erat vt ibi manerent cõiuges & filij, alioquin nũquam vacarẽt generationi sacerdotes, & nũquã cum vxoribus suis cõicarent, quod est ꝯ modum ęconomicũ: oportet. n. ꝙiuere viros vxoribus. Si aũt essent intra atriũ tabernaculi, fieret ibi cõmixtio maritalis, q̃ erat ibi illicita. Non. n. licebat coeuncti cum vxore sua accedere ad aliqua sãcta, donec lauaret corpus suũ aqua, & ẽt ipse summus sacerdos nõ poterat facere aliquã ministrationem sacram die qua cognouisset vxorẽ, donec lauaret corpus suũ aqua, vt patet Leui. 5. c. s. Vir, de quo egredit̃ semen coitus immundus erit vsq; ad vesperum. Et ex hoc infertur, ꝙ non faciebat summus sacerdos oĩa sacrificia quotidie, qa tunc sequeret̃, ꝙ num̃q̃ accederet summus sacerdos ad vxorẽ suã: nam quotidie fiebãt ad minus duo holocausta. s. matutinum, & vespertinũ, vt patet Exo. 29. & ĵ. c. 28. Et tñ aliq̃ sacerdos magnus accedebat ad vxorem suã; alioquin. n. nõ gigneret filios sibi successores, Dicendum ergo est, ꝙ sacerdos magnus non immolabat quotidie, sed sacerdotes minores faciebãt sacrificia, & alia ministeria: sacerdos aũt magnus faciebat q̃n volebat. Minores. n. erant distincti per 24. vices, & ministrabãt sorte, & vna pars illarũ ministrabat vno tpe, alia aũt ministrabat altero, & sic in quolibet anno ministrabãt istę 24. sortes sacerdotũ, de q̃bus 1. Paralip. 24. ca. & in qualibet earum 24. partium erant multi sacerdotes, & inter hos ponebãt sors quis ministraret, sicut patet de Zacharia patre Ioannis, qui sorte exijt, vt offerret incẽsum. Erat tñ de vice Abia, vt patet Luc. 1. c. & ista pars, quę vocatur Abia erat 8. inter 24. vices sacerdotum, vt patet 1. Paralip. 24. c. & hoc modo q̃q̃ essẽt sacerdotes polluti coitu, vel alias non impediebant ministrationes, quia alij multi erãt qui ministrarent. De ministrãtibus aũt dicitur, ꝙ illi nõ irent in domum suam toto tpe ministrationis, ne haberẽt occasionem accedẽdi ad vxores suas, & polluerentur, & hoc satis patet Luc. c. 1. cum dr̃, & factũ est, vt impleti sunt dies officij eius abijt in domũ suã. & sic vr̃, ꝙ ante tẽpus implętionis sacerdotalis officij non licuit Zacharię redire in domum suã: patet ergo ꝙ non castrametarentur sacerdotes intra atriũ tabernaculi, ne ibi polluerentur cum vxoribus. sed dicit̃, ꝙ castrametabantur ante tabernaculũ fœderis, i. in parte Oriẽtali atrij: q̃n hic totum Sãctuarium vocatur tabernaculum, sicut dicebatur s. 1. c. s. ꝙ Leuitę figerẽt tẽtoria sua in circuitu tabernaculi, ideſt atrij. De alijs tamen non dr̃, ꝙ figerent ante tabernaculum, sed in circuitu: sacerdotes aũt ante, quia erãt in parte Oriẽtali. & Oriens vocatur ante, cum distinguatur quęlibet res p̃ sex posiriones. s. ante, & retro; dextrorsum, sinistrorsum, sursum, & deorsum: in mundo aũt pars Orientalis dicitur esse ante: sacerdotes ergo qui ad illam erant dicebantur esse ante tabernaculum. *Moyses & Aaron cum filijs suis.* Aliqui dicunt, ꝙ filij qui hic nominantur, non sunt filij Moysi, sed Aaron, quia filij Moysi computabantur inter Caathitas, & manebant cum eis. Sed hoc non stat q̃n filij Moysi erant tunc duo paruuli, qui vix haberẽt tres, vel quatuor annos: non ergo erant seiungendi a solatio paterno, & materno. Nam si dicatur, ꝙ filij Moysi non erant ad partem Orientalem tabernaculi cum ipso, diceretur eodem modo, ꝙ non esset hic vxor eius, & sic darentur diuersę castrametationes viris, & vxoribus, quod nequaquam licet, potissimè quia filij cũ non sunt emãcipati sunt in familia patrum: ideo vbi patres sunt ibi manere deberẽt: non solum ergo de filijs Aaron hoc intelligitur, sed etiam de filijs Moysi. *Habentes custodiam Sanctuarij in medio filiorum Israel.* Hoc potest referri ad immediata. s. ad Aaron, & filios suos, & ad Moysen, & filios suos, vel potest referri ad omnes tres familias Leuitarum. s. positas iunctis sacerdotibus. Primo modo est sensus, ꝙ Moyses & Aaron cum filijs suis habebant custodiam in medio filiorum Israel, i. ipsi custodiebãt Sanctuarium inter omnes Israelitas, ne accederent ad ipsum: nam quamquam ad omnes Leuitas pertineret onus Sanctuarij, tamẽ specialiter pertinebat ad sacerdotes, cum ipsi obseruarent ostiũ atrij, ne quis ingrederetur, ita vt alijs Leuitis etiam nõ pateret introitus: alij autem custodiebãt in lateribus vbi non erant portæ, ideo nõ erat ita specialis custodia, & tunc est sensus, ꝙ inter omnes filios Israel habebant isti curam Sanctuarij, scilicet, quòd vetabant ne qs de Israelitis, siue Leuitis accederet ad introeũdum. Alio modo est sensus, quòd referrentur ista ad omnes familias Leuitarum supra positas, & tunc est sensus, quòd ad illas pertinebat custodia Sanctuarij in medio Israelitarum, ideſt inter omnes laicos ne accederent ad introeũdum in Sanctuarium, nec castrametarentur iuxta illud. *Quisquis alienus accesserit morietur.* Ideſt quicunque de extraneis accesserit ad castrametandum cum istis morietur. ista litera intelligitur dupliciter, secundum quòd præcedens: si enim referatur solum ad Moysen, & Aaron cũ filijs suis est sensus, quòd quicunque accesserit ad ministrandum, siue excubandum in parte Orientali moriatur. Et vocantur hic alieni omnes, qui non sunt filij Aaron, & Moysi: ideo alijs Leuitis non licebat accedere ad castrametandum in parte Orientali cum sacerdotibus, & Moyse, alioquin morerentur. Si autem intelligatur alio modo, scilicet, pro omnibus Leuitis est sensus, quòd quicũque accesserit de extraneis ad castrametandum cum Leuitis in circuitu Sanctuarij morietur, & solum refertur hoc ad laicos, qui vocabant hic alieni, sed sensus primus est conuenientior hic, & supra. Cum autem dicitur hic, quòd qui accesserit morietur. dubium est an Deus occideret illum, vel deberet occidi sententia iudicis: quid tamen horum sit supra cap. 1. declaratum est in fine.

Omnes Leuitæ quos numerauit Moyses, & Aaron. Hic ponitur summa omnium Leuitarum numeratorũ in tribus familijs suis, scilicet, quòd erant viginti duo millia, & dicitur quòd numerauerunt eos Moyses, & Aaron, supra tamen dicebatur, quòd Moyses numerauit Leuitas, & nihil exprimitur de Aaron, sed hoc nihil differt: nam cum hic exprimatur de Aaron numerante, satis constat quòd ipse numerauit.

Iuxta præceptum Dei. Hoc potest referri ad duo, primo potest referri ad Aaron, & Moysen numerãtes, scilicet, quòd isti duo numerauerunt iuxta præceptũ Domini, ideſt, quia Deus præcepit eis, vt numerarẽt. Alio modo refert ad inferiora, scilicet, quòd numerauerunt Moyses, & Aaron Leuitas per familias, & domos suas, sicut iusserat Dominus.

Per familias suas. Ideſt non fuerunt omnes Leuitę numerati simul in vno annulo, sed distincti fuerũt p̃ familias suas, & quælibet familia per se numerata est. *In genere masculino a mense vno, & supra.* Causa horum duorum iam posita est s. & erat hoc cõe quãtum ad omnes

oẽs Leuitas, ꝙ soli masculi, & ab vno mense, & supra computarentur. 22. *millia*. Ista est summa totalis omnium Leuitarum numeratorum superioribus.

An hic computentur omnes Leuitæ, & quare trecenti subticentur. Quæst. LVIII.

SED ĵ hoc aliquis arguet, ꝙ maior sit summa Leuitarum, nam summæ superiores simul collectæ efficiunt maiorẽ summã, nam numerati sunt 7. millia & quingenta Gersonitarum, octo millia, & sexcenta Caathitarum, & sex milia & ducenta Meraritarum, q̃ simul sumpta reddunt 22. millia & trecenta, nõ est ergo hic summa totalis. Aliqs ad hoc rñdebit, ꝙ est modus loquendi scripturę, q̃ frequenter nõ curat de paruis numeris, sed solũ numerat maiorẽ summã, & integram, vt apparet in multis locis. Sed ista rñsio non p̃stat, quia hic ꝓputanẽ Leuitę, vt assumantur pro primogenitis oĩum tribuum Israel, & quia primogeniti totius populi erant 22. millia & ducenti 73. mandat dñs eos qui superant de primogenitis Israel. s. 273. redimi. si tñ numerarentur hic trecenti Leuitæ qui relinquunt̃, & superant ex summis superioribus ad istã excederet numerum Leuitarũ in 77. ergo nõ dimittunt̃ hic 300. Leuitæ ex ista cã, sed ex alia: si. n. computari possent, vel debuissẽt isti 300. Leuitę nõ iuberet Deus redimi 273. primogenitos Israelitarum, qui superant ad hanc summã. Dicendũ est, ergo ſm ꝙ dicit magister historiæ scholasticæ, & est valde ꝓbonum rõni, ꝙ isti 300. Leuitæ qui hic subticentur sunt primogeniti inter Leuitas, & quia hic ꝓputanẽ Leuitæ, vt recipiantur loco primogenitorũ totius multitudinis, & ẽt ipsi primogeniti Leuitarũ erant dño obligati pro tunc: oportebat ergo eos redimi, vel dño applicari. Vñ non poterant isti 300. Leuitę pro aliis obligari cum pro se essent obligati, sicut dr̃ Leu. c. vlt. de primogenitis, ꝙ primogenita, q̃ ad Deũ pertinẽt nemo sanctificare poterit, vel vouere, & hoc quia debent̃ ex rõne primogenituræ. debuerũt ergo isti 300. Leuitę subtrahi de summa aliorum Leuitarum, q̃ dabant̃ in cõmutatione ꝓ primogenitis Israelitarũ, & sic manent 22. millia Leuitarũ, & ista 20. duo millia cũ nõ eẽnt de primogenitis nõ erãt dño obligata, iõ poterãt obligari, & cõmutari ꝓ primogenitis Israelitarum. Vñ dicendum est, ꝙ Leuitæ applicati sunt dño gñaliter: non tñ oẽs fuerũt dati ꝓ primogenitis Leuitarum, qui tradendi erãt, & applicandi Deo, ẽt si primogeniti Israelitarũ oĩum applicarent̃. Alii aũt fuerunt dati Deo non pro seipsis, sed pro Israelitis, quia ipsi non erant primogeniti, sed pro primogenitis traditi sunt, ideo quia non accesserunt Leuitæ non primogeniti ad summã Israelitarum primogenitorũ additi sunt in pecunia tot quot deficiebant in summa. Item pro quolibet horum darentur quinque sicli, sicut infra habetur in litera.

Nunquam fuit facta post hoc talis commutatio primogenitorum, & Leuitarum, sed quandocunque nascebatur aliquis primogenitus dabantur pro eo quinque sicli. Quæst. LIX.

SCIENDVM est, ꝙ ante istud tempus non fuerat aliqua lex de redemptione primogenitorum, eo quòd non fuerat causa præcedens ad illam: fuit enim causa liberatio primogenitorum Israelitarũ ab exterminatore in Aegypto, & quia ista a modico tempore præcesserat non facta fuit redemptio. ista autem lex de redemptione non obligabat primogenitos iam natos, quia est generale in legibus, & constitutionibus, ꝙ non extendantur ad ꝑterita, nisi in eis exꝑsse de ꝑteritis caueat: De⁹ aũt sic fecit hic, qa exꝑssit oẽs primogenitos Israelitarum, qui tunc erant, debere cõmutari, vel redimi: ideo fuerũt hic numerati oẽs primogeniti Israelitarũ, siue iuuenes, siue veteres, siue paruuli, & oẽs Leuitę tradidi sunt, partim pro se, partim pro illis: nũquam aũt postea talis redemptio totius Israelis simul facta est, sed q̃n aliqs primogenitus nascebatur immediatè applicabatur Dño redimẽdo eum quinque siclis. Item erat dr̃ia quantum ad alterũ, qa nunc fuit facta commutatio primogenitorum Israelitarum dando pro eis Leuitas: postea verò nulla talis commutatio facta est, quia quam̃q̃ nascerẽtur plures primogeniti Leuitarum, & plures primogeniti Israelitarum, tñ non dabant̃ primogenti Leuitarũ pro aliquibus Israelitis. Rõ huius erat, quia postquam Dñs semel applicuit sibi hic Tribum Leui fuit semper ei applicita vsque in sempitetnum, & obligata ad ministrandum, nunc aũt quia obligata non erat, poterant Leuitę commutari pro primogenitis Israelitarũ obligatis. Facta aut̃ obligatione vniuersali post hoc in oĩbus Leuitis nullus eorum potuit dari pro aliquo Israelita, cum esset personaliter ꝙlibet pro se obligatus, non poterat dari pro alio ꝑsonaliter, quia tunc quod meũ est ex vna causa totaliter efficeretur meũ ex altera, & numquam desijt esse meum, qđ est ĵ regulã iuris. & hr̃ extta de fide instru. in ca. inter dilectos. necesse fuit igitur, ꝙ post istam primogenitorum commutationem, & redemptionem factã in mõte Synai quicunque primogenitus nascebatur, redimebat̃ datis quinque siclis, vt patet infra 18. cap.

An Moyses, & Aaron cum filijs suis computentur cum alijs Leuitis ad redemptionem primogenitorum. Quæst. LX.

CIRCA hoc considerandũ est, ꝙ aliqui dixerunt in ista numeratione Leuitarum. s. positorum non cõputari Moysen & Aaron, nec filios Aaron, sed filios Moysi. qđ probãt qa computando istam summã trium familiarum quę s. hr̃ producit ista magna summa 22. milliũ, & amplius trecentorum, tñ Moyses & Aaron, & filij Aaron nõ computant̃ in illis tribus familijs, a quibus producit̃ ista summa. Declarãt hoc ex loco castrametationis: nã Gersonitę ad partem Occidentalem castrametati sunt: Caathitę verò ad Meridianam: Meraritę aũt ad Aquilonem fixerũt tentoria, & ex his tribus familijs collecta est sũma prior, sacerdotes tñ & Moyses nõn habuerunt castrametationem cum istis, sed in parte Orientali, vt patet in litera. Sed dicẽdum est hoc esse falsum. Nam tam Moyses, q̃ Aaron, quã filij vtriusq; s. cõputati sunt inter Caathitas, vt probatum fuit necessario. Cum autem isti dicunt Moysen & Aaron, & filios Aaron nõ fuisse numeratos cum Caathitis, arguunt hoc ex loco castrametationis, sed nõ est sufficiens argumentum, quia quantum ad numerũ positi fuerũt isti inter Caathitas, quia sic necesse erat nõ tamen quantum ad officium. Adhuc tñ isti errãt, qa dicunt filios Moysi fuisse cõputatos cum Caathitis, & non Moysen, nec Aaron, & hoc ipsi inducunt ex loco castrametationis, sed in hoc errãt, qa filij Moysi castrametati sunt cum eo, & cum sacerdotibus, vt supra declaratum fuit.

Cur Moyses & Aaron, & filij Aaron non computantur loco primogenitorum populi. Et an Aaron esset obligatus ad ministrandum, vel solum ministrauit, quia uocatus est a Deo. Quæst. LXI.

ALIQVI aũt q̃runt quare non cõputant̃ Moyses & Aaron, & filij Aarõ loco primogenitorum populi, cum primogeniti specialẽ Deo cultum perficerent, quod proprie conuenit Aaron, & filijs suis.

Respondent quidã causam esse, quia Leuitę dati ꝓ primogenitis populi ad magis seruilia officia sumebantur: Aaron autem ad excellẽtioria mysteria vocatus est cum filijs suis: iõ sine aliqua obligatione a Deo acceptus est, vt patet ad Hebr. c. 5. Item qa populus dabat istos Leuitas ad seruiendum loco sui: ideo alicui dari, vel mancipari debuerunt. Si autem Aaron, & filij eius darentur etiam pro primogenitis, nullus esset, cui traderentur: ideo decuit Aaron, & filios eius liberè ad Dei ministeriũ vocari, vt alij Leuitę eis dono a populo traderentur, vt patet ꝛ. isto c. Moyses autem pro nullo dari debuit, qa si pro aliquo datus fuisset alicui officio manciparetur, quod nõ decebat, qa toti populo præerat, & pro omnibus Dñm ꝙsulebat.

Ad prędicta respondendum est quęstionem hanc superuacuã esse, qa innititur falso fundamẽto quærẽs rõnem, quare Moses & Aaron cum filijs suis, nõ fuerint dati pro primogenitis Israelitarum; cum tamen ipsi dati fuerint, vt supra probatum est: ideo respõsiones ad quęsitũ prędpponens falsum inutiles sunt: dato tñ, ꝙ prędpponeretur verum in quæstione ista non essent conuenientes respõsiones. Et primo, qñ dicebatur, ꝙ Leuitę dati pro primogenitis populi ad magis seruilia officia sumebantur: Leuitæ autẽ non dati erant ad maiora. Dicẽdum est hoc procedere ẽt ex errore, quia isti petunt, quod debent probare. ſ. esse distinctionem inter Lẽuitas, ꝙ quidã dati fuerint pro primogenitis Israelitarum, & alij non. hoc tamen nõ probãt, & est ꝛ rationes supra inductas. Cum autem dicunt, ꝙ Aaron a solo Deo vocatus est sine aliqua obligatione, falsum prędpponunt: nam Aaron erat obligatus ad cultum Dei ẽt si nulla harũ applicationum facta fuisset, quod patet, quia Aaron erat de primogenitis. ſ. primogenitus Amram, & ex hoc obligatus erat Deo, ꝓ liberatione primogenitorum in Aegypto sicut cęteri, & qñ dicunt non fuisse Aaron applicitum ad ministerium Dei, quia fuit vocatus. Rñdendum est falsum esse, ad auctoritatem Apostoli, in qua dr fuisse Aaron vocatum a Deo, dicẽdum est, in vocatione Aaron, & applicatione duo esse. ſ. ministerium, vel laborem, & gradum excellentię in ministerio sibi commissio. Quantum ad primum, qđ est subire aliquod onus ministerij, erat Aaron obligatus Deo sine aliqua vocatione, sicut cęteri Leuitę, & hoc ex duobus: primo, quia erat de primogenitis, secũdo, qa erat de Leuitis. Quantum ad ꝟm. ſ. ad gradum honoris ministerij commissi Aaron. Dicendum est, ꝙ fuit Aaron vocatus a Deo: cõmissum. n. fuit sibi summũ sacerdotium, qđ erat magni honoris immo maximi in populo, & ad istud Aaron non erat applicitus, nec poterat eum petere, nisi Deus eũ vocasset, qđ declaratur in auctoritate Apostoli ad Hebr. c. 5. ſ. Nemo sibi indifferenter assumat honorẽ, nisi qui vocatus est a Deo, vt Aaron: Ecce non dicit eũ vocatum quantũ ad onus ministerij, sed quantũ ad excellẽtiã honoris. Ad aliam rõnem, qñ dicebat, ꝙ populus dabat istos Leuitas, ideo debebant alicui mancipari, sed si Aarõ, & Moyses darentur pro primogenitis deberent mãcipari alicui: nullus tñ erat, ideo non debuerunt dari pro primogenitis. Rñdendum est istos errare. Nam Leuitę dati sunt dupliciter, primo dati sunt ꝓ primogenitis Israelitarũ, & ista datio fuit Deo, sicut patet in lra. ſ. tuli Leuitas ꝓ oĩ primogenito, qđ aperit vuluã, & quantum ad istam datiõnẽ bene potuit dari Aarõ cum filijs suis, & Moyses ꝓ primogenitis Israelitarũ, nec oportebat, ꝙ alicui alteri darẽtur. Altera donatio est, qua dati sunt Leuitę minores Aaron, & filijs suis, de qua donatione ꝛ. patet in litera: ista aũt non fuit, ac si isti soli traderentur pro Leuitis cęteris non traditis, sed qa Deus volebat oẽm ministrationem suã committere Leuitis, & inter hos cõmisit eã principaliter Aaron, & filijs eius: iõ alios Leuitas fecit sibi dari tanquam subseruientes, hoc tñ nõ tollit oẽs fuisse datos ꝓ primogenitis Israel, siue maiores, siue minores: isti aũt errant, qa existimãt donationem Leuitarũ factã Aaron, & filijs suis fuisse solum pro primogenitis. Ad alteram rationem, cũ dr de Moyse, ꝙ si fuisset datus pro aliquo de primogenitis Israel manciparet alicui officio, qđ nõ decebat, quia erat princeps populi. Respondendum est fuisse datum Moysen ꝓ aliquo de primogenitis populi, nec fuit Moyses ita traditus vt Aaron, qa Aarõ erat primogenitus; iõ pro seipso, obligatus erat, ẽt non fieret ista applicatio, vt supra dictum est. Moyses aũt non erat primogenitus, sed natus post Aaron, iõ datus fuit non pro se, sed ꝓ aliquo primogenito Israelitarum. Cum autẽ dr Aaron esse primogenitũ, non est sensus, ꝙ ipsum primo genuerit pater suus: primo. n. genita est Maria soror eius, qđ patet, qa Aaron excedebat Moysen solum tribus annis, vt patet Exo. 7. c. Maria tamẽ excedebat Moysen annis 10. vel 12. quia qñ Moyses nouiter natus, fuit positus in aquis, Maria soror eius obseruabat eũ prospiciens a longe, & locuta est cũm filia Pharaonis de nutrice danda puero, vt patet Exo. c. 2. hoc tñ non pertinebat, nisi ad puellam iam discretam: ipsa ergo erat prior Aaron, & Moyse. Dr tamen Aaron primogenitus in masculis. Et cũ dicebat, ꝙ Moyses applicaret alicui officio, si dat esset pro aliquo primogenito Israelitarum. Rñdendum est esse verum. Cum aũt dr, ꝙ non debuit hoc esse, quia prędrat toti populo, rñdẽdum est, ꝙ officium largè accipit pro qualibet administratione gerendarum rerum, siue sit in dñando & regendo, siue in quibuscũque alijs ministerijs executiuis: Moyses autem habebat magnum officium. ſ. curam totius populi, in qua nimis grauabat, vt patet ꝟ. 11. c. & hoc erat officium suum non magis, inquãtum Leuitę, quàm inquantũ laici. Habebat aũt aliud ministerium, qđ ꝓtinebat ad Leuitas, ſ. ꝙ doceret in cęremonijs legis, & ꝙ consuleret Dñm pro Israelitis & introiret in sancta Sanctorum: hæc enim ad ministrationem sanctam ꝓtinebãt, ideo verum est, quòd Moyses habuit aliquod officiũ, & datus fuit pro aliquo primogenito de Israelitis.

Quare Leuitica tribus fuit minor inter omnes. Quæst. LXII.

Scivndvm autem circa istam summam Leuitarum, quæ habetur hic, ꝙ nulla Tribus fuit in toto Israel, quę minoris numeri esset, qã Tribus Leuitarũ, & nulla Tribus maioris numeri fuit qã Tribus deriuata a Ioseph, si cõputet vna, sicut ipse est vnus filius Iacob. quod patet, quia summa Leuitarum est hic. 22. millium additis trecentis, q relicti sunt, & hoc computando ab vno mense & ſ. tã paruulos, qã iuuenes, qã vetustissimos, quę summa si forte reduceretur ad viros bellatores a 20. annis, & ſ. sicut fiebat in alijs Tribubus Israel, vt patet ſ. primo, forte non essent octo millia virorum pugnatorum, quod patet, quia in populis plures cõsueuerunt esse de paruulis, qã de viris computando paruulos, vsque ad 20. annos: detractis ergo omnibus istis paruulis de sũma Leuitarum pauci manerent valde; ita vt fortassis nõ essent tertia, vel quarta pars summæ alicuius alterius Tribus. Et ista Tribus non solum sic se habuit in hac prima numeratione in deserto Synai, sed postea etiã eundem modum habuit. Nã in fine 44. anni ab exitu de Aegypto facta iterum compptatione Leuitarum inuenta est summa 23. milliũ ab vno mense, & supra. Quòd aũt Tribus Ioseph esset maioris numeri, qã oẽs aliæ Tribus, accipiendo vnam Tribum filios Ioseph; patet,

patet, quia qñ hic computati sunt inuenta est summa filiorum Ephraim 40. miliium quingentorum, & filiorum Manasse 32. millium ducentorum, qui simul sunt 72. millia ſeptingentorum, & qq hic istæ duę tribus, q faciunt vnã tribum Ioseph non fuerit maioris numeri, qã tribus Iuda, & qlibet alia, fuerunt tñ valde maioris numeri in aliis cõputationibus, vt patet ꝟ. 26. c. vbi filii Ephraim, & Manasses si simul sunt faciunt summam 85. millium, & ducentorũ, ad qã summã nulla tribus accessit: erat tamẽ vnus de filiis Iacob, Ioseph sicut Iudas, & quilibet alius.

Et ait dominus ad Moysen. Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense, & supra. & habebis summã eorum. Tollesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum dominus. Et pecora eorum, pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses, sicut præceperat dominus primogenitos filiorum Israel, & fuerunt masculi p nomina sua a mẽse vno, & supra vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Locutusq; est dominus ad Moysen dicens. Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum. Eruntque Leuitæ mei, ego sum domin. In pretio autẽ ducentorum septuagintatrium qui excedũt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarii. Siclus habet viginti obolos. Dabisque pecuniam Aaron, & filiis eius precium eorum, qui supra sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum, qui fuerant amplius, & quos redemerat a Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexagintaquinque siclorum, iuxta pondus sanctuarii, & dedit eam Aarõ, & filiis eius iuxta verbum, quod præceperat sibi dominus.

Et ait dominus ad Moysen. numera primogenita sexus masculini. Hic ponitur numeratio primogenitorum Israelitarum, vt commutentur pro eis Leuitæ, & quia vnus Leuita pro vno primogenito Israelitarũ dandus erat, necesse fuit, vt sciretur numerus primogenitorum Israelitarum, & numerus omnium Leuitarum simul, vt sic fieret ęqua commutatio. *Sexus masculini.* Hic cõputantur primogenita Israelitarũ, & solũ in masculis: fœminæ autem quamquam primogenitæ non computãtur hic, alioquin maior fuisset summa primogenitorum Israelitarum.

Quare non computantur primogenita fœminina, & an fœmina possit esse sacerdos. Et quòd in templo Apollinis fœmina virgo erat sacerdos, & non vir. Quæst. [illegible].

Causa aũt quare nõ ꝓputantur primogenita fœminina inter Israelitas ponitur duplex. prima quia cõputantur hic primogeniti, vt cõmutent, q alias debebant esse sacerdotes, & Deo prohibente non fuerunt cum ab hoc pro redemptionem liberẽtur: fœminæ tamen non possunt esse sacerdotes, ideo non possunt obligari Deo ad tale ministerium, & consequenter nec redimi, quia vbi non est obligatio, non est redemptio.

Aliam causam dicũt esse huius redemptionis propter liberationem primogenitorum factã in Aegypto, & quantum ad hoc dicunt non magis obligari fœminas, quàm viros, cum omnes ibi fuerint liberati a percussore. sed dicũt Deum voluisse solos masculos, quia vult sibi perfectiora.

Dicendum tamen est non stare istas rationes: prima enim non stat de applicatione ad sacerdotium: nam hic non fit redemptio primogenitorum, vt solum applicarentur ad sacerdotium, sed magis qui obligati erant Deo ad ministrãdum, si autem obligatio aliqua in fęminis esse poterat, etiam ipsę redimerentur, ꝙ autem fœminę possent esse sacerdotes, vel non sint, ex sola institutione est. Nã apud Gentiles in templo Apollinis, in regione delphos fęmina virgo erat sacerdos, & nõ vir, vt patet ꝓ Luc. lib. 3. de bello plusquam ciuili: dato autem quòd Deus nollet fœminas sibi esse sacerdotes, tamen si obligatę sibi essent, inquantum primogenitæ poterat eas facere redimi, & decebat, sed non fuit factum: ideo non est causa hęc. Alia causa quam ponunt, scilicet, quòd erant obligati primogeniti, tam masculini, quàm fœminini Deo pro liberatione de Aegypto non stat: nam si obligatæ essent fœminę, quamquam non assumerentur in sacerdotes, tñ daretur pro eis precium in redemptione, sicut dabatur ꝓ alijs masculinis primogenitis, qui excreuerunt ad summam primogenitorum Israelitarum, sed non fuit. Dicendum ergo causam fuisse huius redemptionis in solis masculis, quia soli primogeniti masculini liberati fuerunt a Deo in Aegypto ab exterminatore: ideo ipsi soli debuerunt redimi, quia ipsi soli erant obligati: quomodo autem hoc fuerit supra declaratum est. *Numera primogenita.*

De quatuor numerationibus Israelitarum: & quando quælibet fuerit. Quæst. LXIIII.

Secvndvm quosdam ista est quarta numeratio facta in Israelitis post exitum de Aegypto. Prima fuit in Aegypto ad demonstrandum beneficium Dei, qui tot de seruitute liberauit, scilicet sexcenta millia peditum, & computantur ibi pedites, scilicet viri fortes in ea ætate, qua ad bellum procedere possunt, vt patet Exod. 12. cap. Secunda computatio fuit in fabricatione tabernaculi, vbi numerati sunt omnes Israelitę a viginti annis, & supra ad hoc, quòd soluerent singuli dimidium siclum ad vsus Sanctuarij, de quo Exod. 30. & 38. cap. Tertia numeratio fuit quando computati sunt omnes viri bellatores in multitudine a viginti annis, & supra, non computati sunt Leuitæ, vt patet supra capitulo primo. Quarta computatio est ista, in qua omnes fuerunt computati ad redimendum primogenitos inter illos.

Sed dicendum est istas non fuisse quatuor computationes populi totius, sed solum duas. Nam quando primo dicitur, quòd in exitu de Aegypto fuerũt quasi sexcenta millia peditum, non est sensus, quòd ibi fuerit facta computatio omnium Israelitarum: nam nulla talis opportunitas eis dabat, nec Deus hoc iussit, sed Moyses, qui Deo reuelante tunc cognouit summam Israelitarum, vel postea ex numeratione facta in monte Synai cognouit cum scripsit locum illum Exo. posuit ibi summam Israelitarum exeuntium de Aegypto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item ista summa quarta, quę hic ponitur non fuit totius populi numeratiad redemptionem quidē primogenitorū non fuerunt oēs Israelitę numerati, sed solū primogeniti, & erat iste modus, ꝙ diuidebatur totus Israel in Tribus, & quælibet Tribus in familias, & familia in domos, & tunc inquirebāt de primogenitis in qualibet domo, tñ ad habēdum numerū primogenitorum non oportebat haberi numerum omnium aliorum. Dicendum ergo, ꝙ prima, & quarta non fuerūt computationes totius populi, sed secūda & tertia. *A mense vno, & supra.* Causa huius computationis ab vno mense erat, quia hic Israelitę nō computabantur ad bellum, vel ad castrametandum, sicut supra 1.c. sed ad hoc, ꝙ redimerētur primogeniti de illis, redemptio autem primogenitorū post mensem facienda erat, vt patet ĵ.18.c. *Tollesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel.* Non est intelligēdū, ꝙ Leuitę soli tollerentur pro omnibus primogenitis Israelitarum, sed singuli, ꝑ singulis primogenitis, alioquin quamquam plures fuissent primogeniti Israelitarum, quàm Leuitę, non fieret aliqua erogatio pecuniæ pro his, qui super excrescebant, & tamē data fuit hic, vt patet infra in litera, sed est sensus, ꝙ Leuitę singuli darentur pro singulis primogenitis Israelitarū, & si aliqui excrescerent de Israelitis, quia illi non habebāt aliquem, qui pro eis commutaret dabant p̄ciū ꝑ seipsis. s. quinque sicl. si tñ superexcreuisset summa Leuitarum ad summā Israelitarum, nihilominus Leuitę omnes applicarentur Deo, quia non solū applicabantur Leuitę in commutationem pro primogenitis Israelitarum, sed etiā ex Dei speciali volūtate, vt ministrarent sibi. Iō qui superexcrescerent ad summam primogenitorum Israelitarum, sine aliqua cōmutatione applicarentur Deo.

Quare Deus magis assumpsit Leuitas, quàm aliam Tribum ad ministrandum. Et quòd nulla est causa prædestinationis, & reprobationis extra Deum. Quæst. LXV.

DE Leuitis autem quare magis ipsi fuerint applicati Deo, q̄ cæteri Israelitę, ꝑ primogenitis eorū voluntas Dei in causa est. Nā si Deus voluisset Tribum Beniamin, vel Zabulon applicari sibi, & cōmutari pro omnibus primogenitis Israelitarū, illa fuissent ei applicita: voluit tamen Tribum Leui. Quare autem magis istam, q̄ aliam voluerit dicunt quidam fuisse causam, quia Leuitę non peccauerāt in fabricatione vituli, & adoratione, aliæ autem Tribus aliqualiter peccauerant: iō elegit Deus Leuitas. an vero propter hoc factum sit, vel ex altera causa nihil differt. Istud putant aliqui, & verum est in generali, ꝙ volūtas Dei est causa prima omnium rerum quæ sunt extra ipsum, & tñ quando petimus causam in eis, quæ possunt habere causam, numquam proprie respondetur per voluntatē Dei, quia illa non est causa immediata, sed prima & generalis, & semper respondendum est de causa immediata, quia ista est propria rei, & res per id, quod propriū est differunt, & non per commune. istud est verū, nisi in illis, quæ non possunt habere, vel saltem nō habēt extra Deū, sicut est de p̄destinatione, & reprobatione: nā ista sunt ab æterno antequam, quicquā boni, aut mali faciat quis. Mala. 1. & ad Rom. 8. c. ideo nō p̄t esse aliqua causa horum extra Dei voluntatē, sicut ēt cum dicit Io. 5. nemo potest ad me venire, nisi pater traxerit eum, dicit Augu. quare istum trahat, & illum non trahat desine quærere si non vis errare, & sic innuit, ꝙ non sit aliqua causa horum extra Deum, quia si esset posset illa queri, & quærēdo non esset error. De Leuitis nūc dicendum est istos fuisse assumptos ad ministrādū Deo potius, q̄ alium Tribum fuit a voluntate Dei, tāquam a causa prima & principali: fuerunt tamen alię causę extra satis rōnabiles ex parte rei, quare potius hoc fieret, quā aliud, de quibus dictum est supra q.18. vsque ad vicesimamnonam.

Cur Leuitæ fuerint semper obligati Deo. Quæst. LXVI.

QVAERET aliquis circa hoc, cū omnes Leuitæ, qui nunc nati erant tēpore huius numerationis dati fuerint pro primogenitis Israelitarū, & post hoc iusserit omnia primogenita Israelitarum redimi q̄cunque nascerenē, quare Leuitæ fuerunt semper obligati Deo. s. illi qui postea nati sunt. Nam illi non dabantur pro cōmutatione aliquorum primogenitorum Israelitarū, vel debuissent omnes, qui erant de Leuitis quandocunque nascerentur accipi pro primogenitis Israelitarū, & non daretur precium pro Israelitis, sicut hic non fuit datum precium pro illis Israelitis pro quibus cōmutatio Leuitarum facta est, sed solum pro illis, qui supercreuerunt ad summam Leuitarum, vel qa hoc non fiebat, debuissent primogeniti Leuitarum quādocunque nascerentur Deo applicari, & alij de stirpe eorū manerent liberi nō appliciti ad cultum Dei, fm ꝙ erant in alijs Tribubus. Respondendū est, ꝙ Leuitę fuerūt appliciti Deo dupliciter. Vno modo per viam commutationis. Alio modo per viam applicationis specialis ad cultum Dei. Quantum ad primum modum cum essent obligati primogeniti Israelitarū & cōmutarentur pro eis Leuitę, tot debebant solum dari de Leuitis, quot erāt primogenita Israelitarū, & non amplius; & quantum ad hoc postq̄ fuit facta ista commutatio, oēs qui nascerentur de Leuitis præter primogenitos, liberi essent donec commutarētur, & quia nūquam postea fuit facta aliqua cōmutatio, sed quilibet primogenitus inter Israelitas redimebat, oēs qui descenderēt de Leuitis, præter primogenitos, essent liberi a ministerio Dei, sicut cęterę Tribus. Fuit tñ secunda via applicationis specialis, s. quia Deus applicuit sibi illam Tribū Leuitarum specialiter ad ministeria sua, & hoc ēt si nō fuisset facta aliqua cōmutatio primogenitorū Leuitarū pro Israelitis, & quantum ad hoc oēs, q̄ descenderunt de stirpe Leui post hanc cōmutationē factā specialiter fuerunt Deo appliciti, qa ipse voluit illam Tribū totā sibi applicare, ēt sine aliqua commutatione: vnde si q̄n computati sunt Leuitę, & oēs primogeniti Israelitarum, fuissent plures Leuitæ, q̄ primogeniti Israelitarum, quando applicarentur omnes Leuitę Deo, & tunc illi qui superexcrescerent darētur sine aliqua commutatione.

Quare redempti sunt alij propter descendentes ab illis primogenitis liberatis. Quæst. LXVII.

QVAERET aliquis cū ista redēptio primogenitorū fiat pp obligationem, quia liberauit Deus primogenita de terra Aegypti, quare fuerūt aliqua primogenita redēpta nisi illa, q̄ descendebant de stirpe primogenitorū liberatorum de Aegypto? Rō huius est mā in exitu de Aegypto non fuerunt liberati ab Angēlo exterminatore oēs Israelitę, sed solum primogeniti, quia solum primogeniti moriebant de Aegyptijs: isti ergo soli tunc fuerunt Deo obligati, nam mortui fuissent, nisi liberarentur. Filij quoque descendentes ab istis ad hoc obligabantur. Nā si patres eorū mortui fuissent in Aegypto, ipsi numquam nascerentur, cū ad identitatem rei genitę requiratur identitas principij materialis, & formalis: si tamen isti haberent alterum patrem, vel matrem non esset identitas principii materialis. s. quia non erat idem semen. ergo non nascerētur isti qui nati sunt, quia ergo liberando patres a morte liberabantur filii postea nasciturī obligabantur filii, sicut patres pro beneficio liberationis, ideo vī ꝙ soli primogeniti descendentes a primogenitis liberatis in Aegypto debuissent redimi, vel commutari.

Respondendum est, ꝙ si attendatur obligatio directa, soli descendētes a primogenitis liberatis in Aegypto debebant redimi, vel commutari, quia ad hos solum pertinebat beneficium liberationis: Deus tamē contulit istud beneficium illis primogenitis, non tanquam personis singularibus, sed tanquam toti populo, ideo voluit totum populum sibi obligari. s. non solum primogenitos illos, qui tunc liberati sunt, & filios descendentes ab eis, sed etiam omnes primogenitos totius populi, vt sic totus populus recoleret diuinum beneficium. Sic enim fuit quantum ad alias cæremonias, liberatio enim de seruitute Aegypti solum fuit in Israelitis ex genere, & tamē Deus voluit, ꝙ postea omnes Iudæi, siue ex genere, siue conuersi obseruarent cæremonias agni paschalis, & azymorum, quę recolebant exitum de Aegypto, sic patet Exo. 12. c. & ĵ. c. 9. hoc autem erat, quia conuersi ad Iudaismum, inquantum conuertebantur, efficiebantur quædā pars populi Dei, & quia populus Dei erat obligatus ad faciendum istam memoriam beneficiorum collatorū per cæremonias, obligabantur etiam conuersi ad Iudaismum, qui erant partes eiusdem populi. Idem fuit quantum ad redemptionē primogenitorum, de qua agitur, quia etiam ipsi conuersi ad Iudaismū primogenita sua, quæ post conuersionem nascebantur, redimebant. Nō solum ergo pertinere debuit ista redemptio ad eos, qui descendebant de stirpe primogenitorum liberatorum in Aegypto, sed ēt ad oēs alios primogenitos Israel. Alia causa, & magis principalis est, qm̄ si solum attenderet obło redimendi primogenita in illis in quibus directa erat cum primogeniti liberati in Aegypto essent obligati Deo, etiam erant obligati omnes filii, & filię eorum, siue essent de primogenitis, siue nequaquam, quod patet, quia sicut ipsi primogeniti in Aegypto liberati mortui fuissent, nisi Deus illos liberasset, ita postea omnes nati ab eis, nunquam fuissent nati, nisi patres eorum liberati fuissent in Aegypto, quia deficeret identitas materialis principii. Et quia hoc non magis erat ad primogenitos, quā ad alios daretur, ꝙ omnes nati de illis, siue filii, siue filiæ, siue primo, siue secundo geniti obligarent Deo ad hoc, ꝙ applicarentur ei, vel redimerentur etiam si primogeniti, & tunc rediret, quasi in id quod prius, qa cum omnes de stirpe primogenitorum liberatorum in Aegypto redimerentur, siue essent primogeniti, siue non, tot redimerētur, quot alias cum redimuntur primogeniti omnium Israelitarum, & illud non fuit decens, quia tunc videretur diuinum beneficium ad illos solum pertinere, & non ad reliquum populum, quod erat causa æmulationis. Item perderetur conueniens significatio beneficii diuini. Ipse enim liberauit primogenitos, cum ergo redimerentur primogeniti omnium Israelitarum, euidenter notabatur istud beneficium, si tamen redimerētur de tribu illa omnes, siue primogeniti, siue non primogeniti descendētes a primogenitis liberatis in Aegypto, non pateret specialis rō significationis istius beneficii. Decuit ergo magis, vt primogenita totius populi, redimerentur, q̄ oēs qui descendebant ab illis primogenitis liberatis, sed de isto dubio magis declaratum fuit. ŝ. q. 30. vsque ad triceſimamquintam. *Pro omni primogenito filiorum Israel.* Vocātur hic filii Israel solū illi, q̄ sunt in 12. Tribubus: Leuitę autem non, cum dicatur, ꝙ Leuitę dabantur pro primogenitis Israel. *Ego sum Dominus.* Scilicet, qui mando fieri istam numerationem, & cō mutationem, ideo facere debetis. Vel ego sum Dñs, qui volo Leuitas ad seruitium meum applicari, ideo applicabuntur. *Et pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecoris filiorum Israel.*

Primogenita hominum, & pecorum applicabantur Deo, sed diuersimodè. Et quomodo redimebant primogenita pecorum. Quæst. LXVIII.

LEVITAE habebāt hic pecora, & omnes alij Israelitę: nā de Aegypto multa pecora eduxerunt. s. omnia, quæ ipsi possidebant, & pro hoc litigabant cum Pharaone nolēte eis dimittere pecora, vt patet Exo. 10. cap. s. Ite sanctificate Dño: oues tamen vestrę, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. ait Moyses hostias quoq; & holocausta dabis nobis, q̄ offeramus domino Deo nostro, cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula. Sic autē postea factum est, ꝙ Israelitę eduxerunt oīa pecora, q̄ habebat in Aegypto, vt patet Exo. 12. c. s. Profectiſq; sunt filij Israel de Rameſſe in Sochot, & cū eis oues, & armenta, & animātia diuersi generis multa nimis: deinde aūt in deserto ista pecora multiplicata sunt cum essent eis loca pascualia: maxime tamē pecora Tribus Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse. ij enim petierunt a Moyse, vt daret eis terram Galaad ante Iordanem, q̄ erat valde pascualis, eo ꝙ haberēt pecora infinita, vt patet ĵ. 32. c. cū dicitur filij autem Ruben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substātia. Omnium autē istorum primogenita pecora obligabantur Deo, siue Leuitarum, siue non Leuitarū, quia Deus non solum liberabat primogenita Israelitarum in hoībus, sed etiam in pecoribus: ideo debebant applicari Deo primogenita pecorum, fm ꝙ primogenita hominum. Erat tñ diuersus modus applicandi, quia primogenita pecorum applicabant per immolationem: primogenita autem humana applicabantur per redemptionem, vel ad specialē cultum sempiternum. Nunc autem si locus esset sacrificiorū iussisset Deus, vt omnia primogenita pecorū immolarentur, & cederent in ius Leuitarum, vt patet ĵ. 18. cap. dum tamen fuerunt Israelitę in deserto non vacauerūt sacrificiis, nisi tēpore, quo fuerūt sacerdotes consecrati, vt colligitur. ĵ. 28. c. infra in monte Synai: in alijs aūt mansionibus nequaquā: ideo fecit Deus, vt primogenita pecorum redimerentur, non tamen occiderentur, sed sicut Leuitę applicabant Domino, ita primogenita pecorum omnium Israelitarū applicarentur Leuitis. Et quia non fiebat hic sacrificium noluit Deus, ꝙ primogenita pecorum Israelitarum transirent in ius Leuitarum, sed ipsa pecora Leuitarum essent pro pecoribus Israelitarum: remittebat enim hic Deus Leuitis omnia pecora primogenita, & sic ipsi Leuitę remittebant eodem modo pecora Israelitis, & hoc modo redempta erant pecora primogenita omnium Israelitarum nullo dato, quod fit propter duo.

Primo, quia non poterāt cognosci omnia primogenita pecorum, sicut cognoscebantur primogenita humana, & hoc quia Iudæi ante legem non attendebāt ad primogenita cū non cogerentur redimere, poterāt Israelitę attendentes ad hoc cum aliqd̄ pecus primogenitum erat apponebāt ei pastores aliqua signa, vt cognosceretur tēpore, quo deberet Dño dari, nūc autem erat impossibile Israelitis cognoscere pecorū suorum primogenita: ideo nec redimebāt, nec applicabant Dño. Alia causa est, quia Israelitæ habebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc multa primogenita pecorũ,cũ a principio nũquam fuisset aliqua redẽptio facta in pecoribus, sed nunc incipiebat: ideo si simul cogerent dare omnia primogenita valde grauarentur diminuta eorũ substantia, sicut si aliquis solueret in vno anno decimas, quas soluturus esset in 7. vel 8. annis, quia fere daret oẽs fructus suos,in quo nimis grauaretur: leuius aũt fit cũ quolibet anno fructus decimãtur,ita cũ postea Israelitę darent primogenita octo diebus, postquam nascebantur, vel post mensem ad modicum plus,nõ grauabãtur, sicut si primogenita multorum tẽporũ in pecoribus simul redderent. Potest aũt tertia causa assignari.s.ꝙ hoc omissum fuit, quia primogenita pecorum mundorum immolabantur coram Dño, & cęterę partes proueniebant Leuitis præter adipes,& sanguinem,vt patet ℣.18.c. sed ista minus principalis causa est.

Quare fiebat ista commutatio pecorum opin. Rabbi Salomon. Et confutatio eiusdem. Quæst. LXIX.

RABBI Salomon dicit hic,ꝙ ista commutatio pecorum intelligit̃ de pecoribus maculatis quę offerri non poterant,sed debebat pro eis pręciũ dari,vt patet ℣.18.c.non autem de pecoribus mundis aliarum Tribuum.

Sed hoc nõ stat: qm̃ Rabbi Salomon vult ponere hic modum in applicatione primogenitorũ pecorũ ad Deũ, qui postea futurus erat in terra ꝓmissionis.s. ꝙ primogenita, quę mũda essent ad immolationem immolaretur, quę vero immũda essent redimerẽtur precio. Sed hoc non potest stare in ista applicatione pecorum Leuitarũ, & Israelitarum, quia ꝓsupponit impossibile, s.ꝙ cognoscerent̃ omnia pecora in tota Israel,quę erant primogenita, & quæ non, vt tũc cognitis primogenitis distinguerentur quę erant munda, & quę immunda, nemini tam̃ Israelitarum hoc erat possibile cognoscere,cum a principio natiuitatis pecorum non attendissent apponentes signa pecoribus primogenitis: nisi ergo Deus reuelasset, q̃ erant primogenita quæ non,sicut nunc viso magno grege nemo poterat dicere,quę sunt ibi pecora primogenita,nisi a principio natiuitatis diligenter insignita fuerint, Item dato ꝓ possibili, ꝙ oĩa primogenita Israelitarum cognoscerentur distinctè ab alijs nõ primogenitis,tamen de illis non fieret, vt habetur ℣.18.c.sicut vult Rabbi Salomon. Nam tunc omnia,q̃ mũda essent immolarent̃,alia autem redimerentur, & non solum primogenita Israelitarum, sed ẽt Leuitarum. Sed hoc non stat, quia tũc iussisset Deus hoc de omnibus primogenitis mundis, ꝙ immolarentur nõ tm̃ iussit.Item dato ꝙ iuberet omnia primogenita munda immolari,tamen non videbat quomodo hoc cõuenienter contingeret: nam omnes carnes horũ primogenitorum cedebant sacerdotibus,solis adipibus datis Deo,vt patet ℣.18.c.nõ potuissent tm̃ sacerdotes comedere tot carnes sacrificiorũ. Nam forte essent plura,q̃ 22.millia, vel 30,millia pecorũ primogenitorum,q̃ offerri debebant,& comedi a sacerdotibus: sacerdotes tm̃ solum erant tũc tres,s.Aaron, & duo filij sui, non possent ergo isti ẽt in 40.annis comedere pecora primogenita, quę tunc offerrentur, & immolarent̃, nullũ ergo p̃ primogenitũ pecus tunc immolatũ fuit, sed oĩa cõmutata, Itẽ si primogenita munda immolata fuissent, vt vult Rabbi Sa. & immunda redimerent̃, nõ darent̃ primogenita pecorum Leuitarũ pro primogenitis immũdis Israelitarũ, sed primogenita Leuitarũ transirent cũ ipsis Leuitis in cultũ Dei: primogenita aũt immũda Israelitarũ redimerent̃ pecunia,hic tm̃ nihil tale factũ est,sed fuerunt cõmutata primogenità Israelitarum pro Leuitis, ergo non stat dictum Rabbi Salomon.

In commutatione pecorum Leuitarum pro primogenitis pecoribus Israelitarum non fuit facta commutatio ad æquandum unam summam cum alia, sicut in redemptione primogenitorum,et quare hoc. Quæst. LXX.

SCIENDVM est aũt,ꝙ in cõmutatione pecorũ Israelitarũ pro Leuiticis nõ fuerunt cõputata primogenita tã in Israelitis, q̃ ĩ Leuitis,an plura essent hic vel ibi, s.an essent plura primogenita pecorũ Israelitarum, q̃ oĩa pecora simul Leuitarum,siue primogenita,siue non,vt si superabundarẽt primogenita pecorũ Israelitarum ad oĩa pecora Leuitarum pro reliquis daret̃ pcium, sicut factũ est in cõmutatione Leuitarum pro Israelitis: vbi qa primogenita Israelitarũ in summa excedũt oĩum Leuitarũ,ꝓ quolibet excrescentiũ dant̃ quinque sicli, vt patet ℣. Dicunt alię rõnem huius esse, qa Deo nõ est cura de bobus,sed de hoĩbus,vt patet 1.ad Cor.c.9.& sic generaliter de alijs brutis: iõ nõ debuit fieri exactissima numeratio in brutis, sicut in hoĩbus. Sciendum etiã,ꝙ non fit in computatione pecorum Leuitarũ subtractio primogenitorũ ad equãdum cũ summa primogenitorũ pecorum Israelitarum, sicut declaratũ fuit ℣.in primogenitis ipsorũ Leuitarũ, & Israelitarũ. Nã de summa totali oĩum Leuitarũ detracti fuerunt trecenti primogeniti,qui nũc fuerunt cõmutati,ꝓ Israelitis primogenitis, quia ipsi,ꝓ se erãt obligati cum essent primogeniti, sed cęteri qui non erant primogeniti dati sunt,ꝓ primogenitis Israelitarum: hic aũt siue pecora primogenita Leuitarum,siue nõ primogenita cõmutata sunt pro oĩbus primogenitis pecorũ Israelitarũ. Rõ aũt quare hoc factũ est,& ꝙ superius dicebat̃ est,qa nõ poterant cognosci primogenita pecorũ,tã in Leuitis,q̃ in Israelitis, & ꝙsequenter nõ poterat sciri, an oĩa pecora Leuitarũ equarent̃ summæ pecorũ primogenitorũ Israelitarũ: subtractio tũ primogenitorũ pecorum esset,qñ cognoscerent̃:iõ q̃q̃ opportunũ fuisset in pecoribus Leuitarũ fieri subtractionẽ primogenitorũ,vt alia non primogenita commutarent̃, pro pecoribus primogenitis Israelitarũ tũ fieri nõ poterat. Alij aũt dant aliam rationem,s.quia primogeniti transeunt in ius cultus diuini. ideo quia primogeniti Leuitarum erant obligati Deo,sicut cęteri: ideo ne fiat fraus ei vult,ꝙ primogenita eorũ nõ accipiãtur pro primogenitis multitudinis,sed ꝓ seipsis. Alij autem Leuitæ, qui non sunt primogeniti accipiuntur loco primogenitorum populi:primogenita autem pecorum Leuitarũ erãt Domino obligata, sed quia Leuitę applicantur Deo remittit eis primogenita,& sic redeũt ad ius Leuitarũ, sicut alia pecora sua,quæ nõ sunt primogenita,& sic primogenita,vel non primogenita pecora Leuitarũ sunt totaliter iuris Leuitarũ:sicut ergo pecora non primogenita Leuitarũ pro primogenitis accipi possunt Israelitarũ pecorum;ita & primogenita ꝓ primogenitis eorundẽ. Ista rõ cõueniens est,sed dato ꝙ vellent ſegregari pecora primogenita Leuitarum,vt illa non traderentur in commutatione, non possent ſegregari,quia nõ cognoscebantur, sicut nec primogenita pecorũ Israelitarum. Ideo stat prima ratio. Sciendum autem circa hoc, ꝙ in hac commutatione primogenitorũ fiebat magna gratia populo: tenebatur enim populus dare, vel redimere omnia primogenita sua, tã in hoĩbus, q̃ in pecoribus. Nunc aũt nihil dant de primogenitis suis,vel pecorum suorum. sed Leuitas cũ bonis suis dant sacerdotibus,nisi quantũ ad illos.273.primogenitos,ꝓ quibus dedit populus pecuniã Leuitis,ẽt Deus gratiam

gratiam facit in hac commutatione, quia pecora sua sibi reseruant. Nam quia diuino cultui mancipantur, prouidet illis dãdo omnia bona eorum eis, cum Deo obligata essent ex traditione multitudinis, & quia ista non sufficiebant ad sustentationem Leuitarum dedit eis omnia iura quæ habentur infra 18.cap.

An Leuitæ post istam computationem redimerent primogenita sua,vel pecorum suorum,sicut populares. Et quod Leuitæ,quia erant ministri Dei habebant multa priuilegia. Quæst. LXXI.

QVAERET aliquis circa prædicta, an Leuitæ redimerent primogenita sua, vel pecorum suorum.

Respondendum est de primogenitis Leuitarum non fieri illam redemptionem. Nam ideo primogeniti Israelitarum redimebantur,quia non poterant applicari ad cultum Dei,sed omnes Leuitæ, tã primogeniti quam non primogeniti, applicabantur ad cultum Dei:ergo non redimebantur,ideo quando nascebatur Leuita paruulus primogenitus non dabãtur pro eo quinque sicli in redemptionem, sicut pro primogenitis Israelitarum,vt patet hic, & infra decimo octauo cap.

Sed magis aliquis dubitabit circa primogenita pecorum Leuitarum,an illa Deo applicarentur,vel redimerentur.

Respondendum est, quòd Leuitæ erant ministri Dei,& non poterant vacare agriculturæ,vel alijs laboribus,sicut alij Israelitæ: ideo prouidit eis Deus dando multa iura vnde sustentarentur,vt patet infra 18.& Deuteronom.18.c.& ista erant duplicia. Prima erant in remissione debitorum,nam Leuitæ si essent, sicut cæteri populares tenerentur ad soluendas primitias, & decimas, & redimendum primogenita, & faciendum alia,quæ faciebãt populares, Deus autem eis ista remisit donans bona ipsis, quæ ipsimet possidebant, & nunquam de illis aliqua iura soluent.

Secundi reditus, vel munera quæ Deus dabat Leuitis pro ministerio suo erant, quòd prouentus, quos daturi erant populares Deo, cederent in ius Leuitarum,s.decimæ,& primitiæ,& alia iura de quibus infra 18.capit. Cum ergo caderent in iura sacerdotum primogenita quæ offerebat populus Deo, vt patet prę.al. cap.quomodo verisimile esset, quòd ipsi sacerdotes, & Leuitæ offerrent primogenita suorum pecorum cum reciperent aliena? nam si offerrent,pro seipsis offerrent,quia ipsi comedere debebant carnes illorum.

Dicendum ergo, quòd Leuitę, & sacerdotes non offerebant Deo primogenita pecorum suorum,sicut populares,sed sibi reseruabantur. Sed dicet aliquis, ꝙ Deus nõ remittebat Leuitis iura quæ soluturi essent si populares forent.nam decimas soluebant sacerdoti magno de fructibus suis,sicut patet infra 18.cap.

Respondendum est, quòd Leuitæ non soluebant decimas, nec primitias, nec aliqua de pecoribus suis, vel alijs rebus. & cum dicitur, quòd dabant decimas sacerdoti magno, est sensus quantum ad decimas, quas recipiebant a popularibus, quia de illis dabant decimam partem,vt patet infra 18.c. de rebus tamen suis nihil. patet etiam hoc in sacerdotibus, qui nullo modo decimas dabant,nec de rebus suscepris, nec de populis,illæ tamen decimæ quæ dabantur a Leuitis, non erant propriè decimæ de rebus eorum, sed erant ac si vulgares darent Leuitis nouem partes decimæ, & decimam partem decimæ,s. cẽtesimam fructuum darent sacerdoti magno: manet ergo quòd Leuitæ, & sacerdotes non redimebant,nec offerebant primo genita pecorum suorum,sed sibi reseruabant.

Quare in toto deserto non fuit facta redemptio primogenitorum sicut in deserto Sinai. Quæst. LXXII.

SCIENDVM autem circa istam redemptionem primogenitorum, quòd nõ fuit postea facta in deserto, sicut in monte Sinai. de redemptione autem primogenitorum pecorum satis patet, quia non poterant pecora redimi quæ munda erant, sed immolabantur,vt patet infra 18.cap. In toto tamẽ deserto non fuit locus immolationis, nisi in deserto Sinai, ideo non potuerunt alibi primogenita offerri quousque introierunt Israelitæ in terram Chanaan, vbi erat locus obseruandi omnes cæremonias, de primogenitis tamen Israelitarum magis erat dubium. Nam isti poterãt redimi sine aliquo sacrificio, solum datis quinque siclis,& sic in quolibet loco deserti poterant redimi.

Dicendum tamen est, quòd primogeniti Israelitarum,nunquam fuerunt redempti in toto deserto dando pecuniam, quia hoc pertinebat ad obseruationẽ cæremoniarum veteris testamenti, quæ habuerunt obligationem post ingressum terrę Chanaan. ergo ante illam non fuit facta redemptio alicuius primogeniti post eã quæ fuit in monte Sinai, sic patet Exo. 13.ca.ſ.cumque introduxerit te Dominus in terram Chananęi, sicut iurauit tibi,& patabis omne quod aperit vuluam Domino in pecoribus, quod primitiuum est, & postea sequitur. omne autem primogenitum de filijs tuis precio redimes. non igitur obligati sunt ad istam redemptionem in toto deserto. Item nõ erat aliqua necessitas in sacerdotibus recipientibus ista iura.nam precium redemptionis primogenitorum cedebat in ius sacerdotum,vt patet hic, & infra 18.cap.

Nunc autem non indigebant pecunijs, nec egerunt per totum desertum,quia Dominus prębebat illis cibum de cęlo,nec etiam indigebant ad vestimenta,quia vestes & calcei educti de Aegypto durauerũt eis per quadraginta annos,nunquam attriti,neque inueterati,vt patet Deuteronom.octauo capit. non erat ergo aliqua causa redemptionis primogenitorum Israelitarum in toto deserto.

Cur facta est redemptio primogenitorum in deserto Sinai, Quæst. LXXIII.

QVAERET aliquis, quare cum in isto deserto non fuerit facta redemptio primogenitorum facta est in deserto Sinai?

Respondendum est,quòd Deus hoc voluit propter formam cæremoniarum, nam Deus elegerat Moysem, vt per eum daret Israelitis omnes leges,& informaret in cęremonijs, præsciuerat autem, quòd Moyses moriturus esset ante exitum de deserto, ideo debuerunt informari de tota legislatione, & modo cæremoniarum in aliquo loco deserti, principales autem cęremonię consistebãt in sacrificijs,ideo in deserto Sinai post datam legem fuit tradita forma sacrificiorum in executione, & sacerdotes consecrati sunt, ministraueruntque ibi vsque ad recessum de monte Sinai toto tempore post consecrationem suã, postquam autem hic semel informarẽtur in cęremoniis,non oportebat, vt replicarentur per totum desertum in aliquo loco, quia sacerdotes satis scirent facere omnia in terra Chanaan cum illuc venirent extrinsecus quam habuerant in mõte Sinai, ob hoc autem in toto deserto non fuerunt facta sacrificia,nec alię cęremonię,præterquam in monte Sinai. Et quia cęremonię sacrificiorum requirunt ministros, & illi sunt specialiter appliciti ad Deum cum sint medij inter Deum,& populum,vt patet ad Hebrę.5. c. debuit hic agi

Universidad de Deusto Biblioteca

agi de ſeparatione horũ miniſtrorum: iſti autem erãt primogeniti qui ſpecialiter ad Deum pertinebant. Ideo agitur hic de cõmutatione eorum, q̃uo pro ipſis Leuitæ dati ſunt, & quia cæteri primogeniti futuri non commutabantur pro Leuitis, & erant obligati Deo, oportebat dari formam redemptionis eorũ, & iſta data eſt cum ſolutum eſt precium pro primogenitis ſuperexcreſcentibus ad numerum Leuitarũ. Primogenita quoque pecorum obligata erant Deo, ideo dedit, vt illa quoq; applicarentur ad ipſum per immolationem vel redemptionem, & de his debuit hic dari forma q̃uo applicarentur Deo, quod factum eſt dando oĩa pecora Leuitarũ pro primogenitis pecorum filiorũ Iſrael. nã ſi hic nõ fuiſſet ſemel obſeruata cæremonia iſta oblationis, atq; redẽptionis primogenitorũ, Iſraelitæ ĩtelligerẽt ſe poſtea nõ eẽ obligatos ad ea. videret.n. eis graue. Debuit ergo hic dari forma ĩ obſeruatione iſti⁹ cæremoniæ, ſicut ĩ cæteris.

Cur Deus non iuſſit ſolui ſummam ſuperexcreſcentem ad ſummam pecorum Leuitarum pro pecoribus primogenitis totius populi. Quæſt. LXXIIII.

SED adhuc quæretur, quare Deus non iuſſit ꝓ pecoribus primogenitis totius populi ſolui ſummam ſuperexcreſcentem ad ſummam pecorum oĩum Leuitarũ. Nam in hoĩbus factũ eſt, quia pro ducẽtis ſeptuagintatribus, qui ſuꝑfuerũt in primogenitis Iſraelitarũ ad totũ numerum Leuitarũ ſolutum eſt preciũ.ſ. pro quolibet quinque ſicli.

Aliqui dicunt iſtud eſſe dubium, ſed nõ ſoluũt. Vñ Aug. illud mouet, ſed non ſoluit dicẽs. quid eſt, ꝙ Leuitas pro primogenitis filiorũ Iſrael ſibi deputat De⁹: ita vt primogenitis populi numeratis, qui plures inuẽti ſunt q̃ erat numerus Leuitarum, argento redimerẽt quinq; ſiclis pro vno datis, qđ pro pecoribus nõ eſt factum, cum & pecora Leuitarum pro primogenitis pecorũ Iſrael ſibi eſſe voluerit. Alij dicunt, ꝙ nõ iuſſit Deus dari aliq̃d ꝓ ſumma ſuꝑexcreſcente, eo ꝙ nõ fuit aliqua, ſed maior fuit ſumma oĩum pecorum Leuitarũ, quàm ſumma pecorum primogenitorum Iſraelitarum, aliàs autẽ ſolueretur ſuperexcreſcentia.

Dicendũ, ꝙ non ſtat primo, quia non eſt veriſimile ꝙ eſſent plura pecora Leuitarũ q̃ primogenita totius populi cum Leuitæ eſſent pauci: iõ poſſiderent pauca: totus aũt populus erat multus & poſſidebat pecora multa, potiſſime, quia erãt quędam tribus.ſ. Rubẽ, & Gad quæ habebant pecora infinita, vt patet ĩ.32.c. iõ non eſt hoc veriſimile. Scđò q̃a ſi hoc fuiſſet ſaltẽ lr̃a illud exprimeret dans illud pro cã, ſicut exp̃ſſit, ꝙ ſoluerẽt preciũ pro primogenitis ſuꝑexcreſcentibus, ſed non factũ eſt, iõ credendũ eſt nõ fuiſſe. Tertio & principaliter, q̃a iſtud eẽt ſi pecora Leuitarũ numerarẽt, & primogenita pecorũ populi, ſed De⁹ nõ iuſſit numerari pecora Leuitarũ, nec primogenita pecorũ multitudinis, ſicut iuſſit numerari Leuitas, & primogenitos populi, vt patet in lr̃a. ergo nõ poterat ſciri, an eẽt ęqualitas vel ſuꝑexcreſcẽtia, cũ nõ fieret numeratio. Alr̃ ergo dicendũ eſt.ſ. ꝙ De⁹ iuſſit numerari oẽs Leuitas & numerari oĩa primogenita toti⁹ populi, & inuentũ eſt, ꝙ ſuꝑexcreſcerẽt primogeniti populi ad numerũ Leuitarũ, & ꝓ ſuꝑexcreſcẽtibus ſolutũ eſt p̃ciũ, ſed nõ iuſſit Deus numerari pecora, iõ licet eſſent plura primogenita pecorũ populi q̃ oĩa pecora [illegible] Leuitarum, quod veriſimile eſt fuiſſe, nõ iuſſit Deus dari aliquid pro ſuperexcreſcentibus.

Cur Deus non iuſſit dari precium pro pecoribus ſuperexcreſcentibus. Quæſt. LXXV.

SED aliquis q̃ret quare Deus nõ iuſſit dari preciũ pro pecoribus ſuperexcreſcentibus,

F Aliqui dicunt hoc fuiſſe, quia Deo nõ eſt cura de pecoribus ſicut dr̃.1.Cor.9. Deo nõ eſt cura de bob⁹.

Dicendum ꝙ hoc non poteſt ſtare ſi ita accipiatur large. nam habet Deus omnia ſub ſua prouidentia etiam minima: minus enim valẽt paſſeres quàm boues & pecora, & tamen de paſſeribus cura eſt Deo Matth.6. & 10.ſ. nonne duo paſſeres aſſe veneunt & vnus ex illis non cadet ſine patre veſtro, ideſt non poteſt occidi neque mori, niſi cum Deus iuſſerit. Item ſi non eſſet Deo cura de pecoribus non iuberet illa immolari neque redimi, & tamen iubet infra 18. & etiam commutat illa, ſ. pecora Leuitarũ pro primogenitis pecorum populi, vt patet in litera. ergo ita eſſet cura quãtum ad hoc ꝙ iuberet ſolui pro ſuperexcreſcentibus. G Item non eſſet hoc habere curã de pecoribus, ſed de hominibus, quia non fieret iſtud propter pecora, ſed ꝑꝑ Leuitas, quia ſicut p̃ciũ ſuperexcreſcentium primogenitorum datũ eſt Leuitis, vt patet in litera, ita precium pro ſuperexcreſcentibus pecoribus daretur Leuitis, ſed Deo eſt cura de hoĩbus, ergo non fuit illa cauſa quare Deus non iuſſerit dari pro ſuperexcreſcentibus aliq̃uod precium. Dicendũ ergo & primo ꝙ fuit hoc ꝑꝑ dignitatem humanam, quia licet Deus iuſſerit dari pecora Leuitarũ pro primogenitis pecorum Iſraelitarum, ſicut iuſſit dari Leuitas pro primogenitis totius populi: ad oſtendendũ tamen dignitatem humanam voluit ꝙ fieret diligentia exactiſſima, ſ. ꝙ nullus de primogenitis maneret ꝓ quo non daretur vnus Leuita, aut ſolueretur pro eo H precium. de pecoribus aũt, quia nõ erant tantæ dignitatis, noluit Deus fieri talem diligentiam, ſ. ꝙ omnia numerarentur & daretur ſingulum pro ſingulo, ſed quaſi de reb⁹ paruæ dignitatis aut valoris dixit quòd tollerentur omnia pecora Leuitarum pro omnibus primogenitis pecorum Iſraelitarum, nõ attento quæ eſſent plura aut pauciora. Secundo & præcipue factum eſt, vt non grauarentur Iſraelitæ, quia primogenita pecorum ſuorum eſſent valde plura, q̃ omnia pecora Leuitarum, & ſi daretur ſuperexcreſcentia darent Iſraelitæ multa de eis quæ poſſidebant, quod eſſet eis durum, ſ. dare ſimul magnam partem facultatis: Deus aũt noluit eos nunc grauare, ne recederent a lege ſua. Nam ſi numerarentur pecora & inuenire I tur ſuperexcreſcentia, non daretur precium pro illis, ſed darentur ipſa pecora, vt tranſirẽt ad Leuitas, quia non erat de eis ſicut de primogenitis hoĩum, qui non poterant dari, ſed precium pro eis dabatur: dare tamẽ nunc tot pecora durum eſſet Iſraelitis. Tertio & adhuc principalius fuit, quia non potuit inueniri iſta ſuperexcreſcẽtia, quia ad hoc oportebat numerari omnia pecora Leuitarũ, & omnia primogenita pecorũ Iſraelitarum: poterãt quidem numerari pecora Leuitarum, ſed non erat poſſibile numerari primogenita omniũ pecorum Iſraelitarũ, quia nemo poſſet illa cognoſcere: & iſta eſt cauſa vera, quia licet Deus voluiſſet quòd fieret diligẽtia exactiſſima in pecoribus & in hominibus, non potuiſſent illã facere Iſraelitæ: K ideo nihil aliud potuit iuberi niſi ꝙ acciperent pecora pro pecoribus, & hoc Deus p̃cepit, vt patet in lr̃a.

Cur facta commutatione Leuitarum voluit Deus quòd primogeniti redimerentur & facta commutatione pecorum quòd primogenita offerrentur. Quæſt. LXXVI.

ADHVC quæretur quare Deus voluit quòd facta iſta commutatione Leuitarum pro primogenitis Iſrael redimerentur poſtea primogeniti qui naſcerentur: & facta cõmutatione pecorum pro pecoribus, quòd offerrẽtur primogenita pecorum, quæ poſtea naſcerentur, quia in hoc videbantur grauari Iſraelitæ infra 18. nam nũc

dederant

dederant omnes Leuitas pro omnibus primogen. Ideo ſi aliqui poſtea naſcerentur, qui non eſſent recepti, nec commutati, ſuccedebãt loco illorum filii Leuitarum qui naſcerentur, & ſic de pecoribus, cum ſemel eſſent data pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum Iſraelitarum, videbatur non debere offerri primogenita pecorum quæ naſcerentur, quia pro illis eſſent pecora quæ naſcerentur de pecoribus Leuitarum. Dicendum, ꝙ hoc habet aliquem colorem. & tamen Deus non voluit ſic fieri. primo propter memoriam beneficii ab eo collati de liberatione primogenitorum in Aegypto tam in hominibus quam in pecoribus, in cuius memoriam voluit ab Iſraelitis fieri in ſempiternum oblationem, aut redemptionem primogenitorum Exo.12. Si autẽ iſta commutatio nunc facta ſuffeciſſet, & non fieret poſtea oblatio, aut redẽptio primogenitorũ, periret memoria beneficii, ideo debuit ſemper manere iſta oblatio, & redemptio.

Secundo fuit, quia Iſraelitæ non videbantur per iſtam commutationem abſoluti ab onere offerendi, & redimendi poſtea primogenita. nam omnia primogenita, tam pręſentia quam futura erant ipſius Dei, ſic ipſe dicit ſupra in litera. meum eſt omne primogenitum, & tamen per iſtam commutationẽ ſolum fuit ſolutum pro primogenitis qui tunc erãt, ideo illi qui poſtea naſcerentur non erant liberi ab oblatione. Cũ autem obiicitur, ꝙ ſuccedebant loco iſtorum omnes Leuitæ qui naſcerentur, & omnia pecora quæ naſcerentur de pecoribus eorum. Dicendum, ꝙ non eſt verum, quia cum Leuitę cum pecoribus ſuis ſemel tranſiſſent in ius Dei quicquid inde naſceretur ad Deum pertinebat. Vnde nõ poterat fieri ſibi ſolutio cũ hoc, quia ſuum erat, & quod meum eſt ex vna cauſa, non poteſt effici meũ ex alia cauſa, niſi deſierit eſſe meũ. Item Iſraelitæ non poterant ſoluere, niſi dãdo aliquid quod ſuum eſſet, quia aliena nemo dare poteſt, cum non habeat ius in eis, & tamen illi qui naſcerentur de Leuitis, & pecora quæ naſcerentur de pecoribus eorum non erant ipſorum Iſraelitarum, ideo non poterant illa dare in ſolutionem, aut commutationem loco primogenitorum ſuorum, aut pecorum ſuorum quæ poſtea naſcerentur, ſed oportebat illa offerri, aut redimi. De hoc dicit Auguſt. quomodo deinceps primogenita eorum, vel pecorum ſuorum pertinebant ad Deum vbi iuſſit immũda primogenita, vel humana mutari ouibus, & quomodo non, & pro iſtis deinceps primogenitis computabantur filii Leuitarum, manebat enim in poſteris eadem Tribus quæ poſſet pro primogenitis poſterioribus computari. Et reſpõdet dicens, niſi quia illud iuſtum fuit, vt qui naſcerentur de illis qui iam ad portionem Domini pertinebãt datam pro primogenitis, qui de Aegypto exierunt, iã Deus proprios haberet tanquam ſuos de ſuis, nec poſſent iuſte pro illis computari qui deinceps primogeniti Deo debebantur. De vniuerſo quippe populo, & de vniuerſis populi pecoribus data eſt portio Deo, de primogenitis, Leuitæ ſ. & pecora eorum, iam ſi quid genuiſſet Dei erat, non poterat hoc tanquam a populo dari, quod ideo alienũ erat ac per hęc debita deinceps primogenita Deo reddi oportebat, nec pro his computari po[illegible]t Leuitarum, vel pecorum ſuorum.

An commutatio pecorum, & primogenitorum hominum fuerit facta in re, vel verbis tantum. Quæſt. LXXVII.

SED adhuc dicetur quare non fuit facta hic vera oblatio primogenitorum pecorum Iſraelitarum, vel redemptio ipſorum, quia iſta commutatio magis videtur eſſe facta in verbis quã in re. nam pro primogenitis pecorum Iſraelitarũ ni- A hil Deus accepit, nihil etiam tributum eſt Leuitis, & Iſraelitę nihil deberent, ſed manſerunt eis omnia pecora ſua tam primogenita quam non primogenita.

Dicendum, quòd in iſta continuatione aliquid fuit factum ſecũdum veritatem, & aliquid per ſolam apparentiam: Deus enim dixit, quòd omnia primogenita eſſent ſua, tam in hominibus, quam in pecoribus, & ideo omnia ſibi danda erant.

Sed dicendum, quòd in primogenitis hominum vere facta fuit ſolutio, quia totus populus tenebatur ad hoc, & computatis omnibus primogenitis totius populi debebat eos dare populus Deo, noluit tamen Deus accipere eos, ſed pro quolibet illorum vnum Leuitam accepit & pro ſuperexcreſcentibus accepit B precium: ideo hoc perfecte ſolutum eſt, ſed de pecoribus non videtur ita factum, quia nihil dederunt Iſraelitæ.

Dicendum, ꝙ iſtud poteſt conſiderari, aut reſpectu Dei, aut reſpectu Leuitarum, ſ. quia quando offerebãtur, vel redimebantur primogenita partim proueniebãt Deo, & partim tribuebantur Leui. nam omnia primogenita animalium quæ eſſent immunda & immaculata, & inſuper precium redemptionis primogenitorum humanorum dabatur ſacerdotibus. primogenita autẽ munda immolabantur Deo, & tamen carnes eorum totaliter proueniebant ſacerdotibus infra 18. Si nunc reſpiciatur, quod ad Deum pertinebat, videtur ꝙ fuerit ſolutio vere facta, quia ſicut pro omnibus primogenitis populi dedit populus omnes Leuitas Deo qui erant pars populi antequam ſepararentur, & Deus ac- C cepit illos quaſi oblatos ſibi a filijs Iſrael ita ꝓ primogenitis pecorum Iſraelitarum accepit Deus ab Iſraelitis omnia pecora Leuitarum, quia ſicut Leuitæ erant pars populi, & aliquid eius, ita pecora Leuitarum erãt aliquid ipſius populi, & poterat dare popul⁹ illa Deo, & eſſet vera ſolutio, niſi quòd in pecoribus non fuit facta numeratio, ſicut in hominibus, ſed ſolum cõmutatio. cuius cauſa ſupra poſita fuit.

An comparando ad Leuitas fuerit facta ſolutio. Quæſt. LXXVIII.

SED comparando quantum ad Leuitas, non vi- D detur facta eſſe ſolutio, quia Leuitis debebant dari primogenita pecorum ab Iſraelitis poſtquã ſemel cęperant eſſe miniſtri Dei. ĩ.18. nihil aũt datum eſt. Si autem dicatur, ꝙ accepta ſunt pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum Iſraelitarum. Dicendum quod iſtud non prodeſt, quia Leuitis non poteſt ſolui quod debitum eſt, cum eo quod ipſorũ eſt. Sed pecora ſua erãt vere ſua, ideo nihil ſoluebatur eis per hoc, quòd ipſi retinerent ſibi pecora ſua, ſecus aũt quantum ad Deum, quia videbatur aliquid ſibi ſolui ab Iſraelitis dando pecora Leuitarum, vt dictum eſt præcedenti q̃ō. Eſt autem dicendum, ꝙ Deus non voluit fieri vere iſtam ſolutionem. primo propter id, qđ pertinebat ad ipſum. Nam omnia primogenita pecorum ſi erant munda debebant offerri, & immolari E Deo, vt patet infra 18. & tamen ſi nunc immolarentur omnia primogenita pecorum Iſraelitarum eſſent forte plura quam viginti, aut triginta millia, erat autẽ ſuperuacuum fieri tot ſacrificia, ſimul Deo, neque ipſe illa volebat. Secundo non conueniebat hoc ex parte Leuitarum, quia cum immolarẽtur omnia primogenita munda, cedebant carnes eorum totaliter ipſis ſacerdotibus infra 18. & tamen ſacerdotes nõ poſſent nunc manducare tantam multitudinem carnium, nam ipſi erant nunc ſolum tres vel quatuor, ſ. Aaron, & filii ſui, & non licebat eis dare quicquam alijs de carnibus ſanctis, quæ eis proueniebant, vt patet Leuit. 6. & 9. & 21. etiam non poterant reſeruare ad multos dies,

quia

Universidad de Deusto Biblioteca

quia de carnibus ſacrificij non poterat comedi, niſi in die quo offerebatur, & ad plus in ſequenti die, & hoc de hoſtia pacifica. in tertio autem die nulli li bat mãducare de carnibus illis, quia reputabatur et catum grauiſſimum, ſed ſi aliquid de illis ſup non cremandum erat Leui. 7. & 19. cap. cum er ntur, prodeſſet nunc ſacerdotibus, quòd iſta off , niſi in non erant offerenda, quia iſta non dabar em infra fauorem eorum, & ad ſuam ſuſtentat io non fuit decimooctauo, & Ioſue 13. capitulo. T di, nam fie- factum, quia non erat aliqua cauſa fac er legem: lex ret iſta oblatio primogenitorum pr ſed poſtea fuit tamen de iſtis nondum erat ſtatu poterat ligare ad infra decimooctauo, ideo nondu primogenitorum. hoc quòd fieret nunc immolat at: nam cum in ge- Quarto quia Deus hoc diffin genitis offerendis, & nerali dixiſſet aliquid de prin d fieret in terra Chanaã immolandis iuſſit, quòd il ondum Iſraelitæ introie- Exodi decimotertio, ſed nebantur nunc offerre pri rant illuc, ideo nondum m. Quinto quia non potuit mogenita ad immolan d Deus vellet, quòd Iſraeli- hoc fieri, quia dato q larent ei omnia primogenita tæ offerrent & imm ipſi illud facere, quia neſciebãt pecorum, nõ poſſe enita, quia ante hoc nunquam ad quæ eſſent primo illud aduerterant ſecus autem fuit poſtea, quando Deus iuſſit immolari primogenita pecorum infra decimooctauo, quia ſtatim, vt naſcebantur poneban tur eis aliqua ſigna per quæ cognoſcerentur, & poſt paucos dies immolabantur, & iſta fuit cauſa multum efficax. Sexto quia dato quòd Iſraelitæ cognoſcerent nunc omnia primogenita pecorum, Deus non præciperat illis, quòd illa immolarent, quia eſſent valde multa, & paterentur magnum damnum & diminutionem facultatum ſuarum, ſi omnia illa ſimul dare deberent, ſicut ſi quis cogeretur in vno anno dare decimas fructuum pro decem annis præteritis, vel futuris, quia oporteret minui partem magnam facultatum ſuarum, & leuius erit alicui decimas triginta annorum in triginta annis, quàm ſoluere decimas decem annorum in vno anno: Deus tamen nolebat grauare Iſraelitas minuendo facultates eorum, vt nõ recederent ſic a lege eius, ideo noluit quòd offerrent ſibi ad immolandum omnia primogenita pecorum, ſed poſtea per ſingulos annos ſucceſſiue, cum introierunt in terram Chanaan immolabant illa primogenita quę naſcebantur, vt patet infra 18. & Exo. 13. & ſic non erat inconueniens.

Cur Leuitæ tranſire debebant ad Deum ſine aliqua commutatione. Quæſt. LXXIX.

SED adhuc conſiderandum, quòd Leuitę, ſicut omnes alij primogeniti tenebantur Deo, tanquam aliquid eius, & ideo tranſire debebant ad ipſum ſine aliqua commutatione, quòd autem populus dederit eos Deo pro primogenitis ſuis fuit quantum ad illos, qui non erant primogeniti in Leuitis, & ideo ſolet dici, quòd cum ponantur hic fuiſſe Leuitę vigintiduo millia, & ex ſummis particularibus colligantur vigintiduo millia & trecenti, quòd illi trecenti erant de primogenitis Leuitarum. & ideo non numerantur in commutatione pro primogenitis populi. Si autem dicatur, quòd omnes Leuitæ tam primogeniti, quàm non primogeniti fuerunt numerati in illa commutatione, dicetur quòd Deus voluit ſe habere benigne recipiendo in ſolutionem id, quod aliàs erat ſuum.

Adhuc conſiderandum quòd cum populus daret Leuitas pro ſeipſis Deo, vt miniſtrarent loco totius populi, debuerunt eis dare ſuſtentationem, quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, ideo qui ſeruit altari viuit de altari. 1. Corin. 9. & in hoc videbatur quòd grauarentur Leuitæ, quia dederunt eos ad miniſtrandum, & non dederunt eis ſuſtentationem, ſed potius pecora quoque Leuitarum dederũt Deo pro primogenitis pecorum ſuorum ſupra in litera.

Dicendum ꝙ in hoc aliter ſe habebat Deus ad Leuitas, & aliter populus. De Deo dicendum, ꝙ nunc durante manſione in deſerto videbatur dare aliquid Leuitis, licet nihil daret. Nã Iſraelitæ dederant Deo pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum ſuorum, vt patet in litera. & ſic videtur quòd Deus poterat auferre illa Leuitis, & dare cui vellet, quia erant
G ſibi data in ſolutum, ſed non fecit, ideo dedit ipſiſmet Leuitis, & ſic videtur quòd ſatisfaciebat eis pro miniſterio quo ſibi ſeruiebant.

Si autem accipiatur de tempore poſt introitũ Chanaan. Dicendum quòd Deus vere ſatisfaciebat Leuitis, quia dabat eis omnia iura, quę debebant ei a populo, & illa cedebãt in vſus Leuitarũ pro miniſterio quo ſeruiebant Deo infra decimooctauo, & Ioſue 13. cap. tunc enim vere dabat eis aliquid: & tamen dum eſſent in deſerto nihil eis dabat, licet dare videretur: quia dãdo eis pecora ſua nihil dabat, cum hoc ſuum eſſet. De Iſraelitis dicendum, quòd in deſerto nihil dederunt Leuitis, ſed eos dederunt pro ſeipſis, in quo videbatur eos grauare, ſed poſt introitum in terram Chanaan dabant eis verè ſuſtentationem. nã
H decimę & primitiæ, vota redemptionis, primogenitorum, oblationes, & omnia iura ſacrificiorũ, de quibus ſuſtentabantur Leuitæ, dabantur eis a vulgo infra decimooctauo. dicebatur tamen dari eis a Deo, & dari a populo. a Deo quidem dabantur, quia ipſe illa dari inſtituerat. a populo autem dabantur, quia populus de facultatibus ſuis illa pręſtabat.

Cur populus in deſerto non dabat aliqua iura Leuitis. Et quòd eo tempore in quo cæremoniæ incæperunt iura ſoluta ſunt. Quæſt. LXXX.

SED quęretur quare populus in deſerto nõ dabat aliqua iura Leuitis. Nam pręſtatio decimarum & primitiarum & cęterorum iurium
I de quibus infra 18. non incępit in deſerto, ſed poſt introitum in terram Chanaan Deuter. 12.

Dicendum quòd lex fuit in hoc multum iuſta: poſuit enim in quo deberent miniſtrare Leuitæ, & quæ iura deberẽt eis pręſtari, & iſta ſimul incęperunt, ſcilicet, quòd ſicut cęremoniæ legis non incipiebant in deſerto, ſed poſt introitum in terram Chanaan Deuteronomij duodecimo, ita quoque non inciperent ſolui iura Leuitis, niſi poſt introitum in terram Chanaan, quia lex & obſeruatio Leuitica ſimul currunt: & incipiente vno incipit aliud, & vno pereunte aliud perit. ſic dixit Apoſtolus ad Hebr. 7. tranſlato ſacerdotio neceſſarium eſt, vt legis tranſlatio fiat.

K Sed obijcietur quòd Leuitę miniſtrabant in deſerto. nam quando mouenda erant caſtra deponebant totum ſanctuarium & portabãt illud per partes & onera ſua: & cum caſtra figerent, ipſi erigebant tabernaculum, vt patet ſupra in litera & ſequen. cap. & cum manebatur in caſtris ipſi excubabant in circuitu ſanctuarij, ne aliquis externus accederet ſupra 1. cap. & hoc fuit in toto deſerto, ideo ibi miniſtrabãt, & debuerunt recipere aliqua iura.

Dicendum quòd iuſte factum fuit, quia Leuitę nõ miniſtrabant exercentes totum officium Leuiticum ſed aliquid eius, ſcilicet, portationem onerum, ideo non debuerunt eis dari iura, ſi enim totam miniſtrationem

tionem exercerent, ideſt ſacrificia, & omnes cęremonias: oportebat, ꝙ darentur eis iura, quia de his cedebant eis quędam partes Leui. 5. 6. & 7. c. Fuit tamen iuſtum, tam ex parte populi, quam ex parte Dei, ꝙ tunc nihil daretur Leuitis. De populo patet, quia principalia iura debita Leuitis, & ſacerdotibus erant decimę, & primitiæ fructuum. ĩ. 18. & tamen in toto deſerto Iſraelitæ nullos fructus collegerunt, quia non colebãt terram, nec poterãt dare decimas, aut primitias. Alia iura erant quę proueniebant ſacerdotibus ex ipſis ſacrificijs, & oblationibus, ſed in deſerto nulla ſacrificia facta ſunt, niſi in monte Sinai, vt colligitur infra 18. & declarabitur ſeq. c. ideo non potuerunt dari eis huiuſmodi iura, in monte tñ Sinai, quando fuerunt facta ſacrificia, & cęterę cęremonię per aliquot dies habuerunt ſacerdotes iura ſua de ſacrificijs, & comedębant illa, ſicut eis pręceptum erat Leui. 10. vnde & Moyſes increpuit filios Aaron, quia non comederant hoſtiam pro peccato quæ eis debebatur, ſed reliquerant eã cremari, eodem cap.

Ex parte Dei iuſtum fuit non dari tempore deſerti iura Leuitis, quia iſta dabantur eis in ſuſtentationem, cum non poſſent aliunde viuere, & tamen toto tẽpore deſerti Deus prouidit Iſraelitis de neceſſarijs. Nam dedit eis mãna in cibum per quadraginta annos Exo. 16. & ille cibus nõ ceſſauit quouſq; introierunt in terram Chanaan, & manducauerunt panes de frugibus terræ. Nam poſtea nunquam viderat manna Ioſue ca. 5. etiam prouiderat Deus in alijs neceſſarijs, ſ. in veſtitu. nam veſtes cum quibus exierunt Hebræi de Aegypto manſerunt eis per quadraginta annos in eadẽ nouitate, in qua eduxerant eas de Aegypto, & nulla vetuſtas illas attriuit: calcei quoque nunquam rupti fuerunt Deuteron. 8. Ideo cum Deus ſufficiẽter prouideret, tam Leuitis, quã aliis Iſraelitis in omnibus neceſſarijs, non oportebat, ꝙ iura aliqua darẽtur Leuitis a populo, cum autem introierunt in terram Chanaan ceſſauit manna Ioſue 5. calcei quoque rumpi cęperunt, & veſtes conſumi quadam vetuſtate, quia illud beneficium non durauit, niſi per quadraginta annos deſerti Deuteron. 8. ideo Leuitæ incipiebant indigere rebus neceſſarijs, & conſequenter erant nunc eis iura præſtanda, cum Deus non prouideret miraculoſe.

An in deſerto fuerint ſoluta iura Leuitica. Quæſt. LXXXI.

SED obijcietur, quòd in deſerto fuerũt ſoluta iura Leuitica, quia infra in litera ponitur, ꝙ mille & trecenti ſexaginta quinque ſicli pro redemptione primogenitorum fuerunt dati Aaron, & filijs eius ab Iſraelitis.

Dicendum, quòd tempore deſerti non fuit generalis ſolutio iurium Leuiticorum, immo quaſi realiter nihil tunc ſoluendum erat, accidit tamen, quòd aliqua eis ſoluerentur. nam propter aliquas cauſas ſpeciales accidebat fieri aliquid in quo erant quædam iura Leuitica, ideo illa tunc præſtabantur eis. Sic fuit de illis ſiclis. nam voluit Deus, ꝙ primogeniti Iſraelitarũ redimerentur in deſerto, dando pro quolibet vnum Leuitam, & quia ſuperfuerunt aliqui primogeniti, ſ. ducenti ſeptuaginta tres vltra numerum Leuitarum, vt illi quoque viderentur redempti, iuſſit Deus pro quolibet illorum dari quinque ſiclos, qui fuerunt mille trecenti ſexagintaquinque. Sed cum iſti ſ. preciarentur oportebat eos dari Leuitis, & non aliis, neque etiam Deo, quia quædam dabantur Deo, & applicabantur Sanctuario ad vſus eius, ſicut precium tranſeuntium ad numerum Exo. 30. c. ſed nunc non debebant iſti applicari Sanctuario, ſed Leuitis, quia dabantur pro redẽptione primogenitorum, & tamẽ Leui-

A tę accepti fuerant pro primogenitis, & ſeruiebãt pro eis, vt patet in litera. ergo debuerunt dari Leuitis. Itẽ quia nunc iura Leuitarum, & ſacerdotum erãt vnum ipſum precium redemptionis primogenitorum. infra 18. c. ergo eis debebat dari iſta pecunia, quæ erat pro redemptione, quia alias violaretur illa lex, & quia precium redemptionis primogenitorum ad ſacerdotes pertinebat, & non ad Leuitas infra 18. fuerunt dati iſti ſicli Aaron, & filiis eius, qui erant ſacerdotes, vt dicitur in litera, & non fuerunt dati Leuitis. Sed dicẽdum, ꝙ fuit per accidens dari iſtos ſiclos Aaron, & filiis ſuis, quia non fuerunt dati, niſi quia facta fuit redẽptio primogenitorum, & illa non facta fuit ad hoc, ꝙ Leuitæ haberent iſtos ſiclos, ſed vt commutarentur
B Leuitę pro primogenitis totius populi. volebat autẽ Deus ſtatim in monte Sinai habere miniſtros, qui ei ſeruirent, nam dedit legem in mõte Sinai, & ibi oportebat incipere obſeruationem eius, ſed hoc eſſe non poterat ſi non darentur miniſtri cęremoniarum ſtatutarum in lege, ideo debuit Deus eos ibi dare, erant autem ad hoc obligati primogeniti, ex quo liberati fuerunt de Aegypto, & Deus non volebat illos, ſed ꝙ commutarentur pro Leuitis, ideo debuit fieri in monte Sinai commutatio Leuitarum, & inde per accidẽs venit, ꝙ darentur illi ſicli redemptionis Aaron, & filiis eius. Sic etiam per accidens fuit, quòd aliqua iura Leuitica ſoluerentur in deſerto, quia accidebat fieri illa, vnde iura iſta proueniebant: erat enim generale, quòd lex non obligabat quantum ad obſeruationem
C cęremoniarum Leuiticarum, niſi poſt introitum in terram Chanaan Deute. 12. & tamen ſi aliquando fierent ſacrificia in deſerto, de quibus ſecundum legem prouenirent iura ſacerdotibus, ſoluebantur eis, ſicut quando in monte Sinai facta ſunt ſacrificia. nam dabantur partes ſacerdotibus, vt patet Leui. 10.

Cur Moyſes ſcripſit exceſſum primogenitorum ſuper numerum Leuitarum. Quæſt. LXXXII.

ALIQVI quærunt circa hoc, quod dicitur de Leuitis, quòd fuerũt vigintiduo millia, & quòd numerus primogenitorum exceſ-
D ſit ad iſtos in ducentis ſeptuaginta tribus, quare Moyſes hoc ſcripſit.

Aliqui dicunt, ꝙ Moyſes fecit hoc propter occultã rationem numerorum. dicunt enim, ꝙ iſte numerus vigintiduo in ſacra ſcriptura commendatur, quia ſunt vigintiduo elementa, ideſt literę apud Lebręos, etiam ab Adam vſque ad Iacob, ex cuius ſemine fuerunt 12. tribus, inueniuntur fuiſſe vigintiduo patres: etiam dicunt, ꝙ ſpecies omnium creaturarum Dei ſunt vigintiduę, ideo concludunt, ꝙ Leuitę qui ſeruiũt Deo fuerunt intitulati hoc numero. Etiam dicũt, ꝙ de primogenitis Iſraelitarum ſuperfuerunt ducenti ſeptuaginta tres, quia per hoc ſignificatur generatio hominis intra vterum. nam nouem mẽſibus dicitur eſſe fœtus in vtero qui continent dies ducentos & ſeptuaginta,
E ſed aſſerunt, ꝙ non ſtatim mouetur fętus ad exitum, niſi tranſierint tres dies de menſe decimo, & ſic ſunt dies ducenti ſeptuaginta tres. Concludũt ergo, quòd iſti duo numeri conueniebant ad cultum Dei, ſ. vigintiduo, in quo ſignificantur ſpecies omnium creaturarum Dei, & ducenti ſeptuaginta tres, in quo ſignatur formatio hominis in vtero, vt ſic tam homo, quam omnis creatura Deo ſeruiat. iſta eſt poſitio Origenis.

Sed dicendum, quòd iſte non eſt ſenſus literę, neque iſtud aſſerit Origenes, neque etiam eſt cauſa quare Moyſes iſtud ſcripſerit. Primo quia non applicatur inquantum tota ratio poſita in litera de numero, ſiue in patribus, ſiue in literis, ſiue in ſpeciebus eſt de vigintiduo.

ti duobus,& non de vigintiduobus millibus: Leuitę tamen fuerunt vigintiduo millia. Secundo quia ista quæ allegantur nullam causam præstant,ſ. quòd literæ hebreæ sint vigintiduæ, & quòd patres ab Adam vsque ad Iacob sint vigintiduo, nihil facit ad hoc, ꝙ Leuitæ sint tot vel tot. Tertio quia præsupponitur falsum. ſ. quòd species creaturarum Dei sint solum vigintiduæ,quia multo plures sunt,cum in solis piscibus sint plures,quàm centum & viginti species,vt testantur auctores certissimi.

Dicendum ergo quòd ista nihil faciunt ad propositum,sed sunt solæ applicationes. Causa autem vera est,quòd Moyses scripsit sic, quia ita fuit in veritate, quòd Leuitæ computati ab vno mense & supra fuerunt solum vigintiduo millia, & primogeniti Israeli tarum computati etiam ab vno mense fuerunt vigintiduo millia ducenti & septuaginta tres, quia Deus volebat quòd nunc computarentur primogeniti Israelitarum pro Leuitis iussit vtroſq; numerari, & sic Moyses expressit numerum eorum præcisum, & si plures,vel pauciores essent Leuitę vel primogeniti,illum precisè numerum exprimeret.de significationibus autem numerorum, nihil faciebat ad propositum suum.

Recensuit Moyses,sicut præceperat Dominus. Hic ponitur executio præcepti circa de numeratione primogenitorum,& dicitur ꝙ hoc fecerit Moyses, an vero Aaron adiuuerit eum ad numerandum,non patet ex litera,sed solum loquitur de Moyse. *Primogenita filiorum Israel.* In istis primogenitis Israelitarum non cōputantur primogeniti Leuitarum,quia non erant redimendi,nec commutandi, sed Domino personaliter applicandi.

Et fuerunt masculi per nomina sua. Cōputati sunt omnes primogeniti Israelitarum, ita vt quęlibet tribus diuideretur in familias, & familia in domos vsque ad minimas diuisiones,& tunc inquirebatur quot erant primogeniti in qualibet domo vel familia, & scribebatur nomen cuiuslibet,cum nomine patris eius, vt sciretur quis esset quilibet. *A mense vno & supra.* Oēs primogeniti siue paruuli, siue vetustissimi hic computabantur, quia nunq̄ ante hoc fuerunt redempti, postea aūt cum in terra promissionis redimebantur, non erat redēptio in veteribus & paruis,sed post vnū mensem redimebatur quilibet primogenitus, vt patet infra 18.cap.& colligitur hic cum dicatur ab vno mense & supra.

Vigintiduo millia ducenti septuaginta tres. Ista est summa omnium primogenitorum Israelitarum, præter Leuitas.& ponitur hic summa in masculis,nam in fęminis si adiungerentur maior esset summa.nā in tanto populo plures essent q̄ vigintiduo millia primogenitorum,sed fortè fęminæ primogenitæ erant tot,sicut viri:illę aūt non numerantur in primogenitis cōmutandis,sed soli masculi. *Locutusque est Dominus ad Moysen.* Hic ponitur summa Leuitarum, qui dandi erant pro primogenitis Israelitarum, & dr̄ hic.locutus est, non tamen est intelligendum propter hoc,ꝙ ista sit alia locutio distincta a superioribus. simul em Deus diceret Moysi,ꝙ tolleret summam primogenitorum Israelitarum, & oīum Leuitarū ad cōmutandum pro eis, sed aliqn̄ istæ distinctiones, locutus est. ponunt non ad significādum diuersam locutionē,& interpolationem factam,sed ad notandum principia rationum diuersarum,sed quamq̄ dicatur, ꝙ ista fuerit alia oratio, & locutio a superioribus distincta nō multum differt. *Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel.* Non dicitur hic numera Leuitas, sicut iussum est de primogenitis Israelitarū,& hoc,ꝙa Leuitæ,iam cōputati fuerant,vt ſ. patet. visa ergo sūma solū restabat,vt ipsi Leuitæ separarentur a popularibus, & darentur sacerdotibus. istud tollere,quod hic ponitur, significat separationem quantū ad officia,ſ.ꝙ iam non computentur Leuitæ cum cæteris Israelitis nec vadant ad bellum,vt ipsi,nec castra metentur in loco in quo cęteri Israelitæ,sed separati in circuitu atrij tabernaculi. ista oīa patent supra. Sciendum autem ꝙ cum hic dicitur tolle Leuitas, idest separa eos, non fecit hoc Moyses per se, sed significauit populo hanc esse voluntatem Dei, & tunc totus populus tanquam potēs aliquos pro seipso Domino obligare accepit omnes Leuitas,& loto corpore, & rasis omnibus pilis obtulit eos coram ostio tabernaculi, ponēs manum super capita eorum sicut cum offertur aliquod animal. Et tūc Aarō & filij eius acceperūt eos de manu multitudinis ad seruitium tabernaculi mancipādos, vt patet infra 8.cap. Moyses autem nō potuisset istos accipere propria auctoritate, nec donare, sed populus. sic patet supra in litera cum dicitur, dabisque dono Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi sunt a filijs Israel. *Et pecora Leuitarum pro pecoribus eorum.* Idest etiā tolle pecora Leuitarum loco pecorum Israelitarum: non accipiuntur hic pecora Israelitarum simpliciter, sed solum pecora primogenita: illa enim erant obligata solum specialiter Deo, & quia debebant tribui ipsi in sacrificiū vel redimi, iussit Deus, quòd omnia pecora quę habebant Leuitę acciperentur pro omnibus pecoribus primogenitis Israelitarū: sicut enim Leuitæ applicabantur Domino pro omnibus primogenitis Israelitarum, & ita pecora omnia Leuitarum accipiebantur pro primogenitis pecorum Leuitarū: & in hoc fiebat magna gratia Israelitis,ſ.ꝙ ipsi tribuerent pecora Leuitarum,& ipsos Leuitas pro seipsis,nihil tribuentes de proprijs: cum tamen tenerentur dare omnes primogenitos de seipsis, & omnia primogenita pecorum suorum. Sciendū quòd in hac separatione pecorum Leuitarum pro primogenitis pecorum totius populi non fuit facta aliqua cęremonia,sicut in separatione Leuitarū ab Israelitis,sed solū ponuntur ista ad notificandum populo, ꝙ primogenita pecorum suorum erant obligata Deo, cum oīa pecora quæ habent Leuitæ tradātur pro eis, & sic est quòd Deus recepit omnia pecora Leuitarum pro se: quia tamen ipse debebat dare sustentationem Leuitis,quia erant ministri sui, donauit eis omnia pecora, quę olim fuerant sua, & tamen per traditionem populi efficiebantur Dei, velut si aliquis haberet debitorem, & reciperet ab eo debitum, postea autem illi donaret, erat velut si nunquam fuisset debitum, sed pura donatio. *Eruntque Leuitæ mei.* Idest cum sic Leuitę, & pecora eorum fuerint mihi applicita, erunt mei,idest specialiter pertinebunt ad me. *Ego sum Dominus.* Idest omnia ista fiant,quia ego sum Dominus, qui possum ista iubere & tenemini ea facere. *In precio autem ducentorum septuagintatriū qui excedunt numerum Leuitarum.* Hic ponitur finis commutationis Leuitarum pro primogenitis Israelitarum: dabātur enim singuli Leuitę pro singulis primogenitis Israel: & quia erat maior summa primogenitorum Israelitarum quàm numerus omnium Leuitarum pro Israelitis superexcrescentibus,cum non habeant commutationem,datur precium,vt patet hic.

Sciendum autem quòd non computātur hic trecenti primogeniti Leuitarum, quia illi non computabantur pro Israelitis, sed pro se dabantur. si autem computarentur hic, non oporteret dari aliquod precium pro Israelitis superexcrescētibus, quia nulli essent,sed magis ipsi Leuitę excederēt primogenitos Israelitarum infra 27. De istis 300. primogenitis Leuitarum supra declaratum est. Nam si colligantur

tres summę familiarum Leuiticarum supra positarū inuenientur 300. vltra summam totalem quæ hic ponitur,& illi sunt primogeniti. *Accipies quinque siclos per singula capita.* Idest accipies a quolibet de superexcrescentibus quinque siclos, quilibet enim homo vocat caput vnum. *Ad mensuram Sanctuarij.* Quia erant dupli ces sicli,& ne putarent Israelitæ hoc intelligi de siclis vulgaribus qui minores sunt. nam omnis estimatio siclo Sanctuarij appreciandа erat, vt patet Leuit.ca.vlt. *Siclus habet obolos viginti.* Dixerat fieri debere estimationem per siclos Sanctuarij,& quia dubitaretur quantus est valor illorum. Respondetur,ꝙ siclus continet obolos 20. Dicitur esse obolus moneta parua inter Israelitas,ideo per eam fit computatio maioris monetę. Nā semper minimum est mensura omnium aliorum, vt patet in 4.Physico.& 10.Metaph. ratio huius est,quia mensura habet naturam distinguentis, igitur in quo reperitur maior distinctio est magis mēsura,huiusmodi autem est minimum ,quia propter habere paruas partes est multum distinctum. *Dabisque pecuniam Aaron,& filijs eius.* Scilicet pecuniam 273. excedentium in primogenitis Israelitarum. dabatur ista sacerdotib⁹ pro expensis eorum,& non cōuertebatur aliqua pars eius in vsus Sanctuarij, quin reditus ministrorum deberent esse distincti a redditibus Sanctuarij, & isti sacerdotum sunt. Non tamen est intelligendum, ꝙ aliquis de ista redemptione primogenitorū pertineat ad Leuitas minores, sed solum ad eos qui sunt sacerdotes. sic patet infra 18.capitu. vbi ponitur catalogus iurium sacerdotalium, inter quę ponitur hoc.ad Leuitas autē solum pertinet vnū ius,ſ.omnes decimę totius Israelitis,vt patet eodem cap. *Precium eorum qui supra sunt.* Idest dabuntur isti sicli Aaron, & filiis eius in preciū eorum qui sunt supra numerum Leuitarum: & rationabile erat,quòd daretur sacerdotibus, & non Sanctuario, quia isti Leuitę seruiebant pro illis quorum precium hic sumebatur. *Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius.* Idest, accepit Moyses pecuniam a primogenitis Israelitarum, qui superexcreuerunt ad numerum Leuitarum.

Qui erant illi qui dicebantur superexcrescere in numero Leuitarum, & primogenitorum Israel.
Quæst. LXXXIII.

SED dicet aliquis cum essent Leuitę 22. millia, & primogeniti Israelitarum 22.millia 273. qui de istis dicerentur superexcrescere.nam quam quam in numero superexcrescerent 273.tamē non videbatur quare magis ponerentur isti quam isti superexcrescentes.cuicūque enim imponeretur onus soluendi,videretur magis grauari quam cęteri.

Respondet Rabbi Salomō.quòd Moyses fecit 22. millia,& 73.cartularum,& in 22. millibus scripsit Leuitā in qualibet cartula:in 73. autem scripsit per quēlibet quinque siclos, quę omnes mixtę fuerunt, & occultatę sub aliquo vestimento. & tūc quilibet primogenitus mittebat manum. Qui autem educebat cartulas in qua erat Leuita liber erat,quia pro ipso ponebatur vnus Leuita. qui aūt eduxisset cartulā, in qua dicebaū 5. siclos soluebat illos, & sic materia qōnis ablata est.nec iste modus sortiendi in veteri lege prohibitus erat. Nā iusserat Deus, quòd terra sorte diuideretur. vt patet infra 26.c.& 34. iussit etiam poni sortes inter Israelitas ad inuestigandum in eis peccatum anathematis Iericho, vt patet Iosue cap.7. etiam in quolibet anno in die propitiationis ponebatur sors super duos hircos,ſ.quis esset hircus emissarius, & quis sacrificaretur pro peccato, vt patet Leui.capitu.16. Quare autem sortes permissę fuerunt in veteri testamento, &

in nouo non. declaratum fuit Leui.c.16. *Et quos redemerat a Leuitis primogenitis filiorum Israel.* Isti ducenti septuagintatres qui super excrescebant in numero primogenitorum Israelitarum ad numerum Leuitarū dicebantur redimi a Leuitis, ſ.quòd ipsi debebant esse cum Leuitis ad ministrādum in operibus Sanctuarii,& quia ipsi non poterant,debebant dare pro se precium,& quoniam pro eis seruiebant Leuitæ,dicebantur redimi a Leuitis, quia eis obligati erant. *Mille trecenti sexagintaquinque siclorum.* Ista est summa siclorum, quæ data est sacerdotibus pro primogenitis Israelitarum, qui superexcrenerūt ad numerum Leuitarum. nam si multiplicent ducenti septuagintatres per quinque,proueniet ista summa quę hic habetur. *Iuxta pondus Sanctuarij.* Idest isti sicli erant de pondere Sanctuarii, continebat autem siclus Sanctuarii obolos 20. vt patet supra. ideo qui habebat siclum in argēto dabat, qui vero non habebat, dabat valorem eius in moneta parua currenti,ſ.20.obolos. vt supra patet. & iste erat siclus Sanctuarii.

Et dedit eam Aaron,& filijs eius. Scilicet ad vsus suos, eo quòd erat precium redemptionis primogenitorum, quod semper pertinebat ad sacerdotes, vt patet infra 18.cap.

Iuxta verbum quod præceperat sibi dominus. Idest Deus preceperat sibi, quòd daret istam pecuniam Aaron, & filiis eius,& sic fecit.

CAP. IIII.

IOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen,& Aaron dicens. Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos, & familias suas a triceſimo anno,& supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur,vt stent,& ministrent in tabernaculo fęderis.Hic est cultus filiorū Caath. Tabernaculum fęderis, & sanctum Sanctorum ingredientur Aaron, & filii eius quando mouenda sunt castra,& deponent velum,quod pendet ante fores. inuoluentque eo arcam testimonii, & operiēt rursum velamine hyacinthinarum pellium,extendētque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum eo thuribula,& mortariola, cyathos,& crateras ad liba fundenda. panes semper in ea erunt. extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento hyacinthinarum pellium,& inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinum quo operient cādelabrum cum lucernis,& forcipibus suis & emunctoriis, & cunctis vasis olei quę ad cōcinnandas lucernas necessaria sunt, & super omnia ponent operimentum hyacinthinarum pellium,& inducent vectes. Necnon &

Filij Caath quid portare dēant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

altare aureum inuoluent hyacinthi no veſti
mẽto,& extẽdent deſuper operimentũ hya-
cinthinarũ pellium, inducentq; vectes. Oĩa
vaſa quibus miniſtrat in sãctuario inuoluẽt
hyacinthino pallio,& extendent deſup ope
rimentũ hyacinthinarũ pellium: inducẽtq;
vectes. Sed & altare mundabunt cinere, &
inuoluẽt illud purpureo veſtimento: ponẽt-
que cum eo oĩa vaſa quibus in miniſterio e-
ius vtũtur.i.igniũ receptacula, fuſcinulas ac
tridentes: vncinos & batilla. Cuncta vaſa al-
taris operient ſimul velamine hyacinthina-
rum pelliũ, & inducent vectes. Cumq; inuol
uerit Aaron & filij eius ſanctuarium, & oĩa
vaſa eius in cõmotione caſtrorũ, tunc intra-
bunt filij Caath, vt portent inuoluta, & non
tangent vaſa ſanctuarij ne moriantur. iſta
ſunt onera filiorũ Caath in tabernaculo fę-
deris, ſup quos erit Eleazar filius Aarõ ſacer-
dotis: ad cuius curã pertinet oleum ad cõcin
nandas lucernas & cõpoſitionis incẽſum &
ſacrificium qđ ſemp offertur & oleũ vnctio
nis, & quicquid ad cultũ tabernaculi ptinet:
oĩumq; vaſorum q̃ in ſanctuario ſunt. Locu
tuſq; eſt Dñs ad Moyſen & Aaron dicens.
Nolite perdere populũ Caath de medio Le-
uitarũ, ſed hoc facite eis, vt viuant, & nõ mo
riãtur ſi tetigerint ſancta ſanctorũ. Aarõ &
filij eius intrabunt: ipſique diſponent opera
ſingulorũ, & diuident quid portare quis de-
beat. Alij nulla curioſitate videant, quæ
ſunt in ſanctuario priuſquã inuoluãtur alio-
quin morientur. Locutuſque eſt Dominus
ad Moyſen dicens.

Officium Eleazar filij Aarõ ſacerdotis

Locutuſque. Deſcripto in ſuperioribus qd pertineat ad quandã familiã Leuitarũ. Hic aſſignat modus exe quendi officiũ cuiuslibet illarũ, & hoc tpe motus caſtrorũ diſtinctio. ſ. in portandis oneribus. & diuidit in duo. primo ponit officiorũ diſtinctio. ſcđo numerorum collectio. ſcđa ibi. *Recenſuerunt.* Prima in tres, quia primo diſtinguunt officia Caathitarum. ſecũdo Gerſonitarum. Tertio Meraritarum. ſeccuda ibi. *Tolle ſummam.* tertia ibi. *Filiosquoque Merari.*

ſumma eorum q̃ hic cõtinetur.

Circa primũ dr. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen.* An iſta locutio ſit diſtincta tpe a ſuperioribus nõ patet. ſed ſatis rõnabile eſt, q̃ fuerit. Nã imediatè, vt aliqd p̃cipiebat Dñs Moyſi ipſe exequebat, ſed s. fuerũt poſita p̃cepta de cõputatione Leuitarũ & primogenitorum filiorũ Iſrael, & cõmutatio eorũ adinuicẽ, q̃ ſa-
[illegible] diſtant ab his q̃ ponunt hic. ergo ſatis dicendũ eſt, q̃ primo fuerit illa executioni tradita. deinde iſta fuerint mandata, ſed licet p̃rium aſtruere velis nõ multũ differt. *Tolle ſummam filiorum Caath.* Tres erant familiæ Leuitarũ, & cuilibet earũ erat diſtinctũ officiũ ſuũ. vt patet in ſuperiorib⁹. hic aũt tollitur ſumma de eis, ad ſciendũ quot ſunt, qui officijs mancipant in qualibet earum.

Ad quid fuit iſta numeratio cuiuslibet tribus. Quæſt. I.

Sed aliquis arguet ad quid ſit iſta numeratio cuiuslibet tribus: cum immediatè ſupra fuerit facta numeratio oĩum trium familiarũ Leuiticarũ. Reſpondendum eſt, quòd numeratio iſta replicatur hic, qm̃ non eſt ſimilis ſuperiori numerationi. Nam ſupra computabantur Leuitæ ab vno menſe & ſupra: hic aũt computantur a triginta annis vſq; ad quinquaginta, vt patet in litera. debuit ergo repeti numeratio. ſi tamen eſſet eadẽ quæ habetur ſupra non repeteretur. *De medio Leuitarum.* Ideſt de inter Leuitas, ſ. q̃ oẽs Leuitę erant quaſi vnus magnus populus: & de medio eorũ ſiue de eis accipiebatur quælibet familia ad numerandum. *Per domos & familias ſuas.* Ideſt familia Caathitarum, & quælibet alia numerabitur per familias, & domos ſuas, ſ. quòd nunq̃ accipiebatur tota familia ſimul ad numerãdũ, ſed diuidebatur rurſus quælibet familia in alias familias & domos. quòd autem diuidatur familia in domos ſatis planum eſt, eo quòd domus eſt minor diuiſio quàm familia, ſed quòd diuidatur familia in familias non videtur. Reſpondendum eſt, quòd iſtæ tres familiæ Leuitarũ, ſ. Gerſonitæ Meraritę Caathitæ erant familiæ magnæ continentes totam tribum Leui, ſed ſub qualibet harum erant aliæ familię minores, ſ. ſub familia Caathitarũ quatuor familiæ Amramitarum, Ieſſaritarum, Hebronitarum, Ozielitarum. ſub familia Gerſonitarum erant duæ familiæ, ſcilicet, Lebnitica, & Semeitica. ſub familia Meraritarum erant duæ familiæ, ſ. Moolitæ, & Muſitæ. vt patet præced. cap. & quãdo computabatur quælibet illarum trium familiarum principalium ſubdiuidebat in has familias, quas habebat ſub ſe. & deinde familia quęlibet diuidebatur per domos quæ erat minor diuiſio. *Vſque ad quinquageſimum annum.* Miniſtri iſti q̃ hic aſſumebantur erant ętatis annorum triginta, & non excedebant quinquageſimum.

Cur hĩc numerantur Leuitæ a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimum cum præced cap. computentur ab vno menſe & ſupra. Quæſt. II.

Sed quęret aliquis quare numerantur hic Leuitę a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimum, cum præced. cap. computabãtur ab vno menſe, & ſupra. Reſpondendum eſt q̃ Leuitę ſupra numerabantur ad cõmutandum pro primogenitis Iſraelitarũ, ideo cõputabantur in ea ætate in qua primogeniti redimebant. fiebat aũt redẽptio primogenitorũ ab vno mẽſe & ſupra vt patet ℣. 18. c. & præcedenti. ideo ab vno mẽſe, & ſupra recipiebant ibi in cõmutatione. Etiã nõ limitabatur ibi tps in magnitudine ætatis, ſ. an eſſet iſta cõputatio vſque ad quinquageſimum vel ſexageſimum. Hic aũt dr q̃ computabantur iſti, qui erãt ſolũ vſque ad quinquageſimũ. & rõ eſt, qa iſti aſſumebant ad portationẽ ſanctuarij, quæ erat laborioſa, & non poterat cõmitti valde paruulis, vel valde ſenibus. redẽptio tñ primogenitorũ neminẽ excludebat. tñ. n. valebat cuilibet de Leuitis ſiue eſſet vnius mẽſis ſiue vetuſtiſſimus q̃tũ vnus de primogenitis Iſraelitarum. Nã etiã iſte modus tenendus erat in applicatione primogenitorũ Iſraelitarum, ſi perſonaliter applicarẽtur ad Deum, ſ. q̃ in iſta prima applicatione oẽs tã paruuli q̃ vetuſtiſſimi applicarent, vel ſi debuiſſet fieri vniuerſaliter ĩ pecunijs redẽptio nõ data aliqua cõmutatione Leuitarũ, pro oĩbus darentur pecuniæ, quia ergo fiebat pro eis redemptio per commutationẽ Leuitarum oẽs Leuitę tam magni q̃ parui ẽt ſi vetuſtiſſimi accipi debebant,

Cur bellatores Iſraelitæ non aſſumantur ab anno 20. & ſupra. Et quòd operatio bellica, & Leuitarum portantium Sanctuarium differunt. Quæſt. III.

Sed adhuc quęret aliquis, cum ſupra 1. c. computarentur Iſraelitæ bellatores, & aſſumebantur ab anno 20. & ſupra, quare hic nõ aſſumuntur ab anno 20. Nec enim valet ſi dicas, ſicut ſupra reſpondebatur, q̃ Leuitæ ſupra dabantur pro commutatione primogenitorum, ideo in quacunque ętate poterant ſumi, & non hic, quia computantur intrantes ad laborandum in operibus Sanctuarii: nam etiam bellatores, qui cõputantur ſupra 1. c. ad labores aſſumebantur cũ operatio bellica ſit laborioſa.

Reſpondendum eſt, q̃ operatio bellica, & Leuitarum portantium Sanctuarium multum differt. Nam licet labores bellici ſint magni ex motu, & vigiliis, fame, & ſiti, frigore, & ardore: non tñ requiritur tantũ corporis robur, ſicut in portantibus onera corporaliter. Huiuſmodi autem erant omnes Leuitæ, qui hic computantur, ideo debebant iſti computari ab ea ętate in qua homo eſt in maximo robore, & hoc eſt ĩ anno 30. Et quia poſtea non durat robur humanũ poſt triceſimũ annũ per totam vitã, cõputabantur ſolum, qui erant inter annum 30. vel quinquageſimum: nã vſque ad quinquageſimum annum, ſatis robuſtus eſt vir ad portanda onera, poſtea vero deficit pauliſper fortitudo. Sed adhuc dicet aliquis, cũ iubẽtur hic cõputari Leuitæ ab anno 30. cum ℣. 8. iubeantur computari ab anno 25. Rñdẽdum eſt, q̃ Leuitæ anno 25. incipiebant intrare in Sanctuarium, & doceri in officiis ſuis accipiendo experiẽtiam, poſtea qui aptus erat deſignabatur in officio illo, qui vero ineptus erat repelle bat. & non decebat, q̃ in anno 25. hoĩes manciparent valde magnis laboribus, quia nondum attigerunt totalis roboris cõplementum, ideo magnis & cõtinuis laboribus frangi non deberẽt, qui labores ſeruiles dñr iuxta Ariſto. 7. Poli. Et forte aliquis dicet, q̃ Leuitæ in anno 25. conſecrabantur ad miniſteria ſua, de quibus hr ℣. 8. c. & in anno 30. incipiebant miniſtrare, ideo ponitur hic tempus miniſtrationis, ibi aũt tempus conſecrationis, ſed an hoc verum ſit. ℣. 8. cap. declarabitur. *Omnium qui ingrediuntur, vt ſtent, & miniſtrent in tabernaculo fœderis.* i. tolle ſummam oĩum filiorum Caath, qui ingrediuntur, vt miniſtrẽt in tabernaculo fęderis. q.d. non eſt iſta ſumma Caathitarum vniuerſalis, ſicut in continuatione pro primogenitis Iſraelitarum, de quo præcedẽ. c. ſed eſt ſumma Caathitarum ſolum ingredientium ad miniſtrandum.

Tres miniſtrationes fiebant in tabernaculo fœderis. Et quo erat. Quæſt. IIII.

Sciendvm autem, q̃ nõ intelligitur hic aliquos de Caathitis introire in tabernaculum fęderis, vt ibi miniſtrent, quia non erat ibi aliqua miniſtratio, q̃ eis ꝑteteret. ſolum. n. fiebant tres miniſtrationes in tabernaculo fęderis. Prima erat propoſitio panũ, & ordinatio in menſa, vt patet Leu. 34. c. Secunda erat ordinatio lucernarum in cãdelabro, de qua Exo. 27. & 30. c. Tertia erat thymiamatis crematio in altari aureo, vt patet Exo. 30. c. hæc autem ad ſolum Aaron, & filios eius pertinebant, vt patet ex eiſdem. Si autem aliquis ex Leuitis hoc attẽtaret moriebatur, vt patet de Chore, qui voluit thurificare in tabernaculo [illegible] cõplicibus, & mortuus eſt, vt patet ℣. 16. c. Extra tabernaculum in atrio eius erat vnica miniſtratio. ſ. immolatio, & oblatio: intra Sancta ſanctorum erat alia miniſtratio ſemel in anno. ſ. in die propitiationis in ſanguine, vt expiaretur ante propitiatorium, & deinde fiebat

egreſſus ad altare thymiamatum, & tingebantur cornua eius ſanguine. hęc autem miniſtratio ad ſolum ſacerdotem magnum pertinebat, vt patet Leui. 16. c. & ad Heb. c. 9. Immolatio autem hoſtiarum, quæ erat in atrio ad omnes ſacerdotes pertinebat. miniſteriũ igitur nullum manebat Leuitis in tabernaculo, nec in atrio eius. Nam iuſſit Deus, vt non ingrederentur in tabernaculum, ſed ſoli ſacerdotes, vt patet infra 8. cap. miniſterium tamen Leuitarum erat in tabernaculo, quòd ipſi cuſtodirent res tabernaculi. nam ad eos hoc pertinebat. Et non accipitur hic proprie ingredi pro intrare, ſed pro incipere, & non refertur ingredi ad tabernaculum, ſed ad miniſtrationem. ita vt dicatur, q̃ Leuitæ ingrediebantur ad miniſtrandum, & non dicatur Leuitæ ingrediebantur in tabernaculum, & eſt ſenſus, Leuitæ ingrediebantur ad miniſtrandũ in anno 30. i. incipiebant miniſtrare. Et iſte modus loquendi eſt vulgaris, vt cum dicimus, quòd aliquis ingreditur ad habitandum cum alio. i. incipit habitare cũ eo, & quia Leuitę ante annum 30. non miniſtrabat in rebus Sanctuarii, poſtea vero incipiebant miniſtrare, dicebantur ingredi ad miniſtrandum, & erat miniſtratio iſta in tabernaculo fęderis. i. in cuſtodiendo res tabernaculi.

Dicitur autem hic, quòd tollatur ſumma omnium Caathitarum ingredientium, vt miniſtrent. omniũ, qui ingredi debent ad miniſtrandum. Non. n. vocant ingredientes, quaſi tunc actualiter ingrederentur, vel quaſi haberent conſuetudinem ingrediendi, quia ante hoc nullus de Leuitis miniſtrauerat, ſed ingredientes ſunt, qui nunc ingredi debent, vel ad ingrediendũ eligebantur, & miniſtrandum.

Dicitur, vt ſtent, & miniſtrent, miniſtrare enim in tabernaculo fęderis eſt miniſtrare in portando res tabernaculi. Et hoc pertinebat ad Caathitas, & non poteſt accipi miniſtratio in tabernaculo fęderis. i. in portando tabernaculum, quia iſta miniſtratio erat Gerſonitarum, & Meraritarum, quorum quidam portabãt operimenta tabernaculi, alii vero portabant tabulas, vt patet ſupra præce. c.

Et dicitur, q̃ ingrediuntur iſti, vt ſtent, quod poteſt referri ad duo. Primum eſt, q̃ Caathitæ dicantur ingredi, vt ſtent ſuper tabernaculum. i. incipere ad habẽdam miniſtrationem in Sanctuario. ſtare enim ſuper tabernaculum eſt eſſe dominum miniſtrationis tabernaculi. ſic dicitur ſupra c. 1. noli ponere ſummam Leuitarum cum filiis Iſrael, ſed conſtitues eos ſup tabernaculum fęderis. i. facies eos dños ſuper miniſtratione tabernaculi. Alio modo põt accipi ſtare in tabernaculo. i. ſtare excubando in circuitu tabernaculi. Erat enim excubare vnum de officiis Leuitarum, vt patet ſupra 1. c. & hoc ſtando fit.

Sed dicet aliquis iſtud officiũ non ſolũ pertinebat ad Leuitas 30. annorum, ſed ẽt oẽs minores: oẽs. n. caſtrametabantur in circuitu Sanctuarii. Reſpondendũ eſt, q̃ quamquam oẽs Leuitæ manerent diſtincti ab Iſraelitis in circuitu Sanctuarii, tñ non erat omnibus officium excubandi, & obſeruandi res Sanctuarii, ſed ſolum his qui peruenerant ad annum 30. quibus alia officia committebantur. *Hic eſt cultus filiorum Caath.* i. iſta eſt miniſtratio, vel ſeruitium, quod pertinet ad filios Caath. refertur ad ea, quę ℣. ponuntur, & nõ intelliguntur hic per Caathitas oẽs de genere Caath, quia Aaron, & filii ſui erant de genere [illegible]. tamen non habebãt aliquod officium inter Caathitas, cũ miniſtratio ſacerdotalis eis data eſſet, quę differebat ab omnibus miniſtrationibus Leuiticis.

Poſſet tamen aliquis dicere, quòd per Caathitas intelligantur hic ſacerdotes, etiã qa ponunt hic miniſteria, q̃ ptinent ad ſacerdotes, vt patet immediate [illegible] dicatur,

F

catur, ꝙ Aaron, & filii sui ingredientur in Sancta sanctorum, & disponent onera Caathitarum. Postea vero ipsi portabunt, & istum sensum videtur tenere Nicolaus.

Sed non multum conuenit, quia hic ponuntur omnia officia Gersonitarum, Caathitarum, Meraritarũ, & tamen non ponuntur hic omnia officia sacerdotũ: immo nec aliqua pars eorum, nisi inquantum pertinet ad dispositionem onerum Caathitarum. non igit intelliguntur hic sacerdotes per Caathitas.

Tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum ingredientur Aaron, & filij eius. Hic ponitur dispositio onerũ Caathitarum. ipsi enim portabant vasa sacratissima Sanctuarii. sarcam, & altare, & cætera. Ista tñ antequam portarentur erant in locis suis. s. in Sancta sanctorum, & in prima parte tabernaculi. Ad hæc autem loca nõ licebat alicui Leuitę ingredi, sed sacerdotibus solis, ideo oportebat, ꝙ primo ipsi sacerdotes disponerent onera eorum, educentes de locis suis, quam tangerẽt Caathitæ. Item ista vasa quando erant in Sanctuario, erant nuda prompta ad ministrationem. Caathitis tamen non licebat illa tangere, nec videre nuda, & si tangerent, aut viderent moriebantur, vt patet infra in litera. Ad hoc ergo oportebat, vt sacerdotes primo disponerent onera Caathitarum, quam ipsi portarent. & ad hoc ingrediebantur in Sanctuarium, & in tabernaculum fœderis Aaron, & filii sui.

Dispositio onerum Caathitarum.

Erat autem modus, vt quando castra mouenda essent sacerdotes introirent, & omnia vasa Sanctuarii operirent velamentis suis, & deinde traderent ea Caathitis portanda. Dicitur autem, ꝙ Aaron, & filii sui ingrederentur in tabernaculum fœderis, & in Sãcta sanctorum. quoniam per tabernaculum fœderis significatur hic prima pars tabernaculi, quę vocatur sanctum, vel Sanctuarium, per Sanctum sanctorum significat pars secunda. ad vtrunque autem ingrediebantur sacerdotes, quia in prima parte tabernaculi operiebantur tria vasa. s. altare, thymiamatum, & candelabrum aureum, & mẽsam propositionis singula cum vasis suis. Hęc enim erant in prima parte tabernaculi. deinde ingrediebantur in Sancta sanctorum, & ibi velabant arcam cum propitiatorio Cherubin, & tribuebant ea velata Caathitis ad portandum.

Quomodo licebat filijs Aaron ingredi Sanctuarium, quoniam hoc tantum conueniebat sacerdoti magno.

Quæst. V.

Sed dicet aliquis, quomodo licebat filiis Aarõ ingredi in Sancta sanctorum: nam hoc solum sacerdoti magno conueniebat. patet Leuit. 16. & ad Hebr. nono capitulo. Et non solum non poterant ingredi sacerdotes minores in Sancta sanctorum, sed etiam non licebat eis manere in prima parte tabernaculi, quando sacerdos magnus introibat in Sancta sanctorum, & si ibi essent mouebantur, vt patet Leuitic. 16. capitulo, cum dicitur nullus sit hominum in tabernaculo, quando pontifex ingreditur Sanctuarium, vt roget pro se, & domo sua, & pro vniuerso cętu Israel, donec egrediatur.

Respondendum est secundum quosdam, ꝙ Aarõ ingrediebatur solus in Sãcta sanctorum, & filii sui ingrediebantur cum eo in primam partem tabernaculi, & si arguatur contra eos, quia dicitur hic tabernaculũ fœderis, & Sanctum Sanctorum ingredientur Aaron, & filii sui, respondebunt ꝙ istud verbum refertur simul ad Aaron, & filios suos quantum ad tabernaculũ fœderis, sed quantum ad Sanctum sanctorum refert ad solum Aaron. Sed hoc non pt̃ stare, quia immediate dr̃, deponent velum, quod pẽdet ante fores, inuoluentq; eo arcam testimonii: ecce necessario refertur hoc ad Aaron, & filios suos simul, & tñ nemo poterat inuoluere arcam, nisi introiret in Sancta sanctorũ, cum arca ibi maneret. Dicendum est igitur, ꝙ Aarõ, & filii sui, qui erant sacerdotes minores, introibant in Sancta sanctorum, quando mouenda erant castra, sicut hic iubetur, nec erat hoc contra aliquod præceptũ Dei. Cum enim dicitur, ꝙ sacerdotes minores, nunq̃ poterant introire in Sancta sanctorum intelligitur eo tempore, quo manebat Sanctuarium, & non mouebatur, sed cum castra mouenda forent licebat eis ingredi, vt hic dicitur. Patet autem hunc esse sensum. Nam si arguatur ex eo, quod habetur Leuiti. 16. & ad Hebr. ca. 9. ꝙ non possent sacerdotes minores ingredi in Sancta sanctorum, eodem modo arguetur contra summum sacerdotem. Nam dicitur Leuiti. 16. cap. ꝙ sacerdos magnus ingrederetur solum semel in anno, in die propitiationis, & tamen hoc dato nunquam ingrederetur in illud, quando castra mouenda forent, nisi forte mouerentur in die propitiationis. Hoc tamen falsum est, quia quotiescunque mouebantur castra ingrediebatur illuc summus sacerdos, vt patet hic. Item quando summus sacerdos ingrediebatur in Sancta sanctorum prius faciebat omnia illa, quę habẽtur Leuitic. 16. capitulo, cum dicitur. loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediat Sanctuarium, quod est inter velum coram propitiatorio, nisi hęc ante fecerit, vitulum offerat pro peccato, &c. Idem patet ad Heb. 9. capit. s. ꝙ in secunda parte tabernaculi, quę erat Sancta sanctorum ingrediebatur semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia. manifestum tamẽ est, ꝙ quando castra mouenda erant non fiebant ista, cum solum pertinerent ad diem propitiationis: ergo necessario intelligi debent illæ auctoritates de ingressu in Sancta sanctorum, quando manebat tabernaculum, & non de ingressu, quando mouenda erant castra. sicut ergo specialiter licebat sacerdoti magno, non obseruatis legibus prędictis, ingredi in Sãcta sanctorum quotiescunque mouerentur castra: ita liceret sacerdotibus minoribus ingredi illuc in motu castrorum, præter easdem leges, cum hic iubeatur eis a domino.

Item si solum liceret ingredi summo sacerdoti in Sancta sanctorum, eo tempore & modo, quę declarãtur Leui. 16. & ad Hebræ. cap. 9. sequeretur, ꝙ quadraginta annis, quibus manserunt Israelitæ in deserto, nũquam ingressus fuerit sacerdos magnus in Sãcta sanctorum, sed hoc falsum est, quia quandocunque mouebantur castra ingrediebatur illuc, vt patet hic, & tamen castra fuerunt mota pluries, quam quadragesies cum mansiones sint plures, quam 40. in deserto, vt patet infra 33. cap. vel saltem pluries, quam trigesies cõputando mansiones, quę sunt a deserto Sinai, vbi factum fuit tabernaculum, vsque ad Iordanem, quę cõputatio habetur infra 33. c.

Item quamquam non iuberetur hic, ꝙ summus sacerdos ingrederetur in Sancta sanctorum cum castra mouenda forent, tamen manifestum erat, ꝙ ingrederetur. alioquin non poterat dari modus quo disponerentur onera Caathitarum. nam si summus sacerdos, & alii minores non ingrederentur oportebat ingredi Caathitas, & tamen si ipsi viderent vasa nuda, vel tangerent morerentur, vt patet infra in litera. oportebat, ergo ingredi illuc sacerdotem magnum cũ alijs minoribus. Superior consequentia patet. s. quòd si summus sacerdos solum ingrederetur in Sanctuarium modo, & tpe, quæ exprimuntur Leu. 16. & ad Heb. 9. c. nũq̃ in 40. annis quibus fuerũt Israelitę in deserto fuissent ingressus illuc, qđ patet. nã Leui. 16. colligitur, quòd

ꝙ nunquam ingrederetur summus sacerdos in Sanctuarium, nisi in die propitiationis facta illa celebritate, quę ibi hr̃. Nunquam tñ illa facta est in toto deserto, quia vt probatum est Leu. 16. c. festiuitas propitiationis non potuit celebrari in toto deserto. ea igitur, q̃ hñr Leui. 16. & ad Heb. ca. 9. de ingressu in Sancta sanctorum intelliguntur, qñ manebat tabernaculũ non motis castris. hic aũt dr̃ de motu castrorum, non licebat hic summo sacerdoti, & aliis ingredi in Sãcta sanctorum, quandocunque mouerentur castra, alias aũt, nunquam licebat minoribus.

Cur quando manebat Sanctuarium, non motis castris, non licebat minoribus ingredi in Sancta sanctorum, sed bene quando mouebantur. Et quando licebat summo sacerdoti ingredi Sancta sanctorum.

Quæst. VI.

Sed adhuc quæret aliquis, quare licebat sacerdotibus minoribus cum mouebãtur castra, & non qñ manebãt ingredi Sanctuarium. Rñdẽdum est, ꝙ summus sacerdos, & minores arcebantur ab ingressu Sancti Sanctorum propter magnam reuerentiam illius loci, & hoc erat, quia in Sancta sanctorum super arcã inter alas Cherubin erat vnus Angelus in corpore assumpto, & formato de aere, & ibi formabat voces, atque loquebatur, respondens ad omnia quęsita Moysi ingredienti, & sacerdoti magno, sicut late fuit probatum Exo. 25. & Leui. 16. c. propter reuerẽtiam huius, raris licebat ingredi illuc: Moysi. n. qui erat consecretalis Dei, & specialis famulus, vt patet infra 12. cap. licebat ingredi qñcunque veller ad inquirendum inde, vt patet ĩ. 7. in fi. & hoc, quia erat decẽs valde, & quasi necessarium, vt liceret ingredi Moysi illuc. Causę huius fuerunt declaratę Leui. 16. Summo aũt sacerdoti non licebat ingredi in Sancta sanctorum qñcunq; vellet, sed solum in die propitiationis, & tunc ferebat ante se vnum thuribulum plenum thymiamate, & prunis, vt sic grossus vapor inde ascendens operiret totũ propitiatorium, ne posset aliquid videre sacerdos, & hoc erat, quia ipse erat indignus videre corpus, illud formatum inter alas Cherubin in quo voces formabantur. Erat tñ dignus audire voces illius. Moyses aũt, quia reputabatur dignior, & Deo acceptabilior, cum ingrediebatur illuc nõ ferebat ante se thymiama, nec faciebat aliquam pręuiam dispositionẽ, eo ꝙ reputabatur dignus videre corpus illud formatũ, & audire voces illius. Sacerdotes aũt minores pp minorem gradum ministerii nõ reputabantur digni ad videndum illud corpus: ideo nunq̃ intrabant in Sancta sanctorũ, etiam non reputabantur digni ad audiendũ voces illius, ideo qñ summus sacerdos ingrediebatur in Sancta sanctorum in die propitiationis, non solum arcebãtur ab ingressu illuc, sed ẽt ne manerent in prima parte tabernaculi, eo ꝙ voces, quæ formarentur in Sãcta sanctorum audirentur in prima parte tabernaculi, cũ solum distinguerentur istę duę partes velo pendente ante quatuor columnas, vt patet Exod. 26. & sic iubẽt Leu. 16. c. ꝙ nullus hoĩum sit in tabernaculo, qñ Pontifex ingreditur in Sanctuarium. s. in Sancta sanctorũ donec egrediatur.

Cum autem castra mouebantur, nihil horum manebat, quia Angelus ille qui erat in corpore formato super propitiatorium inter alas Cherubin, exierat inde ad mouendum nubem, quæ erat super tabernaculum, & qñ castra mouenda erant Angelus mouebat nubem. Et sic iam sacerdotes scientes eũ nõ manere in Sancta sanctorum poterant intrare securè, & tunc nihil ibi videbant, nec audiebant, & operiebant vasa Sanctuarii, eo modo quo ĩ. dicitur.

Alph. Tost. super Num. Pars I.

Erat autem iste ordo in motu castrorum, vt Caathitæ acciperent de manu sacerdotum onera operta. deinde Gersonitæ accipiebant onera sua, scilicet omnes cortinas, & operimenta Sanctuarii, & quidquid erat de pilibus, & pellibus, sicut præceden. cap. dictum est, denudantes tabulas Sanctuarii. tertio veniebant Meraritæ accipientes tabulas, & columnas, atque portabant, & sic nihil relinquebatur de Sanctuario. Cum autem accedebatur ad locum castrorum figendorum fiebat econtrario. quoniam vltimi in mouendo erant primi in struando. ideo Meraritæ primo onera sua deponebant figendo tabulata, & columnas: secũdo Gersonitę ligando, & figendo omnia operimenta: tertio Caathitę deponendo omnia vasa, vel ornamenta, & quia Caathitę vasa ferunt, quæ non licet eis nuda tangere, nec videre, vt patet infra in litera, & octauo cap. Aaron, & filii eius tollebant vasa, quæ Caathitæ liquerant ligata, atque soluebant ea disponentes in locis suis.

Cur Aaron, & filij sui non ingrediebantur ad dandum onera Gersonitis, & Meraritis.

Quæst. VII.

Sed quęret aliquis quare Aaron, & filii sui non ingrediebantur ad dandum onera Gersonitis, & Meraritis, sicut ingrediebantur ad disponendum onera Caathitarum.

Respondendum est, quòd onera Caathitarũ erant in locis ad quæ non licebat ingredi Caathitis, scilicet in Sancta sanctorum, & in prima parte tabernaculi. Ad ista tamen loca nulli licebat ingredi, nisi sacerdotibus. necesse ergo erat, quòd si sacerdotes cooperirent, & tribuerent Caathitis, onera autem Gersonitarum, & Meraritarum non erãt in loco sancto, ad quẽ prohibitum esset ingredi, cum essent parietes Sãctuarii, & operimenta eius: ergo ipsi per se poterant recipere sine sacerdotibus disponentibus.

Item onera Caathitarum erant talia, quæ non licebat ipsis videre, & si viderent morerentur, vt patet infra. Onera tamen Meraritarum, & Gersonitarum nõ erant talia, quæ deberent occultari cum essent operimenta Sanctuarii, quæ ab omnibus videbantur, ideo necesse erat, vt aliquis accederet primo ad onera Caathitarum velando ea, antequam acciperentur a Caathitis, & isti soli sacerdotes erant, quoniam nulli alteri liceret, ideo infra cum ageretur de oneribus istorum. dixit Deus nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum, sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriãtur: Aaron, & filii eius intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. alii nulla curiositate videant, quæ sunt in Sãctuario, priusquam inuoluantur, alioquin morientur. De aliis tamen nequaquam dictum est, ideo ad sola horũ onera sacerdotes introibant disponenda.

Quando mouenda sunt castra. Et hoc, quia nunquam erat necessarium onera istorum componi, nisi cum castra mouebantur, sciebant autem sacerdotes, quando mouerentur, & hoc cognoscebant per motum nubis: toto enim tempore post factum tabernaculum cum essent Iudæi in aliquo loco deserti, manebat nubes super tabernaculum, & quanto tempore ibi maneret, siue per vnam diem, siue per vnam noctem, siue per multos menses, & annos manebant Iudęi in eodem loco. Cum vero nubes inde recessisset Iudæi mouebant castra, vt patet Exod. quadragesimo capitulo, & infra nono capitulo, & cum ista nubes moueretur desuper tabernaculum tẽdebat ad primã partẽ exercitus, s. super vexillum filiorum Iudę, & tũc om-

signũ qñ castra essent mouenda.

nes Israelitæ incipiebant disponere castra ad motum, F & sacerdotes introibant in Sanctuarium disponentes onera Caathitarum. signum igitur quo sacerdotes sciebant, quando castra mouenda forent, & disponenda onera, erat nubis motus.

Et deponent velum, quod pendet ante fores. Idest sacerdotes deponent velum, quod erat ante Sancta sanctorũ pendens in quatuor columnis, vt patet Exod. vigesimosexto, & hoc non erat, tanquam pertineret principaliter ad Caathitas portare aliqua supellectilia de filis, aut pellibus, sed quia inuoluebatur arca in hoc velõ, istud pendebat ante fores, idest ante portam Sancti sanctorum.

Aliqui enim dicunt istud velum esse operimentũ, quod pendebat ante ostium tabernaculi, quia dici- G tur pendere ante fores. Sed falsum est, quia illud non vocatur velum, sed tentorium, vt patet Exo. 26. cap. & hic: semper enim obseruatur ista differentia, ꝙ operimentum pẽdens ante ostium tabernaculi vocaretur tentorium, & operimentum pendens ante Sãcta sanctorum vocaretur velum. hic tamen de velo dicitur. Item non stat, quia præcedent. cap. dicitur, ꝙ tentoriũ pendens ante fores tecti fœderis portabatur a Gersonitis, velum autem a Caathitis, ergo istud, quod hic dicitur non erat tentorium ante ostium tabernaculi, sed velum pendens ante Sancta sanctorum. dicebãt, tamen pendere ante fores, quia in domo illa facta ex tabulis, quæ vocatur Sanctuarium, fiebat distinctio p quatuor columnas positas inter primam partem ta- H bernaculi, & ante illas quatuor columnas pendebat velum. dicitur, autẽ pendere ante fores, quia inter columnas illas erat ingressus in Sancta sanctorum, & ille introitus vocatur fores, & quia pendebat ante illum introitum velum dicebatur pendere ante fores.

Quid velũ. Quid tentorium.

Quare dr pend ante fores.

Inuoluentque eo arcam testimonij. Idest ꝙ onebant sacerdotes velum istud super arcam, vt non videretur, & super istud ponebantur alia operimenta, ligabant ẽt ea ne caderent cum portarẽtur a Caathitis, & ne vlla ex parte nuda viderentur. *Et operient desuper velamine hyacinthinarum pellium.*

Arca operiebatur pluribus velaminibus propter duo. Et pelles hyacinthinæ, quæ dicantur. Et vestis.
Quæst. VIII. I

NON sufficiebat primum operimentum. s. velum pendens ante Sancta sanctorũ, & hoc propter duo, quia ipsum erat delicatũ, & læderetur si immediate esset discoopertum. Item quia eo solo posito viderentur tangere Caathitę arcam. erat autem istud velamen non de filis, sed de pellibus. ideo dicitur velamen hyacinthinarum pellium. i. factum de pellibus hyacinthinis. vocãtur enim pelles hyacinthinæ a quodã animali, quod hyacinthus dicitur, vt quidam volunt, sed hoc nihil est. nam pelles hyacinthinę vocantur pelles de bobus subtiliter operatæ, & rubricatæ, vel alio colore tinctę, quæ vocantur vulgariter guadamẽcil. nec est aliquod K animal speciale cuius sint istę pelles, sed ex paratione dicuntur hyacinthinæ. s. propter colorem, quoniam in hyacinthino colore erãt. Nam quamquam possint istę pelles tingi in omnibus coloribus, tamen solum Deus volebat hic eas, quę erant hyacinthino colore tinctę. Dicitur hyacinthinus color aereus, vel cęlestis. de istis hyacinthi, quomodo sint pelles, habetur Eze- chiel. decimosexto, scilicet vestiui te bysso, & calciaui te hyacintho, idest pellibus hyacinthinis. Istud opertorium de pellibus erat secundum, & conueniebat propter conseruationem veli, quod erat immediate super arcam.

Deinde subditur tertium operimentum cum dicitur. *Extendentq; desuper pallium totum hyacinthinum.* Istud pallium non erat de pellibus, sed de pilis cum vocetur pallium, etiam quia dicitur totum hyacinthinũ, & non de pellibus hyacinthinis. Dicitur pallium hyacinthinum, idest de colore hyacintho. Est autem color hyacinthinus cœlestis, vel aereus, & erat pallium istud totum hyacinthinum, non habens aliquam varietatem coloris. Sic enim erat in veste quadam summi sacerdotis, quæ dicebatur tota hyacinthina, & cut illa vestis dicebatur tota hyacinthina ad differentiam rationalis, super humeralis, & balthei, quæ erant de auro, & purpura, hyacintho, & cocco bis tincto, & byssо retorta, vt habetur Exod. vigesimo octauo capitulo, vestis autem hyacinthina erat tota de hyacintho. ãta hic dicitur istud operimentum totum hyacinthinum ad differentiam alterius operimenti, quod erat vario colore factum. Nam velum quo nunc inuoluebatur arca erat de auro, & purpura, & hyacintho, coccoque bis tincto, & byssо retorta. vt patet Exod. vigesimosexto, & trigesimosexto cap. Istud operimentum tertium spandebatur super arcam, & non ligabatur. Alia autem duo erant ligata, & vt honestius apparerent extendebatur pallium hyacinthinum operiens reliqua, & vectes ipsius arcę.

Et inducent vectes. Vocantur vectes arcæ, quædam ligna longa affixa arcę per circulos ad portandum eã. vnde a vehendo vectes dicuntur. Isti non inducebantur in arcam, vt aliqui existimant, ita quòd ponerẽtur in ea, quando portanda esset, & educerentur, quando esset mansura in loco, & sic dicerentur hic induci, idest poni in circulis arcę. falsum enim est, quoniam vectes, nunquam extrahebãtur de annulis arcę, vt patet Exod. 25. c. sed inducuntur vectes. i. ponuntur. s. super portantium humeros.

Mensam quoque propositionis inuoluent in hyacinthino pallio. Dicitur mensa propositionis quędam mensa parua operta laminis aureis, & habens coronas de auro, de cuius fabricatura, habetur Exod. vigesimoquinto capitulo. Ista vocatur mensa propositionis, quia in ea proponebantur panes, scilicet semper duodecim panes in memoria duodecim filiorum Israel, & manebant ibi de sabbato ad sabbatum, postea vero tollebantur, & ponebantur alii recentes, vt patet Leuit. vigesimoquarto, & primo Regum 21. De compositione panum, & ratione horum satis late dictum est Leuit. vigesimoquarto capitulo, ista mensa erat in prima parte tabernaculi coram domino, & quando portatum erat totum tabernaculi operiebatur ipsa tribus velamentis cum omnibus vasis suis interius positis, sicut arca, & primum velamentum erat pallium hyacinthinum. s. factum de filis hyacinthinis, eratque totum hyacinthinum.

Et ponent cum ea thuribula. Hic designantur omnia vasa ipsius mensæ propositionis, quę portanda erant cũ mensa, habebat enim quatuor vasorum genera, quæ continentur hic, & ista erant super mensam, atq; portabantur, & non collabebantur ad alterutrum, quia mensa habebat per circuitum labium aureum erectũ & coronas desuper, & intra concauitatem mensę pę labium eminens continebantur interius oĩa vasa cum panibus, & desuper ponebatur operimentũ in portatione. ponitur autem hic primum vas. s. thuribulum. Vocatur aũt thuribulum, quoddam vas de auro purissimo in quo continebatur thus. nec tamen intelligendum est, ꝙ esset istud thuribulũ, in quo cremabat thymiama thuris super altare thymiamatum, qm̃ illa vasa erant, quæ vocantur ignium receptacula, & ista assumebantur de altari holocaustorum, erantque ænea, & tunc impositis prunis in eis supponebatur thy-

thymiama, & sic cremabatur. Deinde reducebatur A illud thuribulum, quod vocatur ignis receptaculum ad altare holocaustorum. Istud autem thuribulum, quod hic dicitur, erat solum ad continendũ thus semper in mensa propositionis. Nec etiam potest dici cõuenienter, quod istud esset ad cremandum thymiama, quia erat de auro purissimo, & ibi non ponerentur prunæ, de thure etiam quod ponebatur in thuribulis super istas, & panes mensæ propositionis. Dicendum est, ꝙ non sit illud de quo quotidie cremabatur in altari. quid ergo de isto thure fieret declaratum est Leuit. 23. & 24. c.

Et mortariola. Istud est alterum genus vasis. quod erat super mensam propositionis, & dicuntur mortariola vasa in quibus minuebantur thura, & alia dura aromatica, vt melius redolerent. Sic enim pertinebat ad confectionem thymiamatis cremandi in altari, de qua confectione conterenda, vsque ad puluerẽ habetur Exo. 30. c. B

An istud vas, quod dicitur mortariola, pertineret ad mensam propositionis. Quæst. IX.

SED aliquis dicet, ꝙ tale vas non pertineret ad mẽsam propositionis, sed ad altare thymiamatũ, ideo videtur, ꝙ aliud vas sit.

Respondendum est non tenere argumentum, qa mensa non habebat aliquod vas proprium cum ipsa non esset ad aliquam specialem administrationẽ, sed C erat tanquam repositorium vasorum, vtriusque altaris, quod patet hic cum dicantur cyathi, & crateræ ad liba fundenda, & tamen manifestum est, ꝙ superfundere aliquid in libis ad altare holocaustorũ pertinet. Ibi enim cremabantur liba cum in singulis sacrificiis liba sint, de quo infra 15. c. & quasi per totum Leuiticum. Erat igitur mensa propositionis repositoriũ vasorum vtriusque altaris, sicut in domibus magnorum dominorum, quando fiunt conuiuia, ponuntur quędam mensæ, vt super eas sumantur cibi, & alia mensa in qua solum ponuntur vasa aurea, vel argentea, vel cuiuscunque generis ad subministrationem aliarum mensarum. Ita ergo hic mensa propositionis erat repositorium vtriusque altaris, & solum hoc habebat D proprium, ꝙ in ea ponebantur panes.

Alii enim dicunt, ꝙ mortariolum dicatur esse hic vas, quod alio nomine vocatur acceptabulum, quod patet, quia Exo. 25. c. & 37. ponuntur quatuor vasa mensæ, secundum ꝙ hic, & tamẽ non ponitur ibi aliquod mortariolum, sed vocatur acceptabulum, vbi dicitur hic mortariolum. Satis enim poterat dici, ꝙ ista vasa essent distincta. s. ꝙ acceptabulum sit vas amplum ad suscipiendum farinam, quæ vocatur simila, & erat offerenda in altari, & ab accipiendo, vel capiendo acceptabulum nominatur. mortariolum autem dicatur esse alterum vas, sicut hic declaratum est, ꝙ autẽ sunt ista E duo vasa distincta patet infra 7. c. vbi agitur de oblatione principum, & ponitur, ꝙ quilibet offerebat vnum acceptabulum, & vnum mortariolum. quodlibet autem acceptabulum appendebat centum, & triginta siclos. mortariolum autem solum appendebat decem siclos. Ista tamen erant vasa pertinentia ad mensam propositionis.

Cyathos, & crateras. Ista erant duo vasa pertinẽtia ad mensam, vt continerent in se liquores, quod patet, qa dicitur, ꝙ essent ad liba fundenda.

Differũt autem ista duo in figura. nam cyathi secũdum quosdam dicuntur esse vasa ampla in summitate. crateræ autem dicuntur vasa strictiora, & ista vocãtur phialę, quod etiam nomen vasis vinarii est. vt patet Exod. 25. & 37. c. Ista possunt differre quantum ad

Cyathi, & crateræ, quo differunt.

id, quod continebant, scilicet, quòd in vno contineretur vinum, & in altero oleum. Nam ad facienda sacrificia requirebantur libamenta, quæ erant in vino, & oleo, & pane, vt patet Leuitic. capitulo secundo, & infra decimoquinto capitulo, cum autem populares offerrẽt, ista sacerdotes recipiebãt apud altare animal viuens, quod offerebatur: similam autem, & vinum, & oleum non suscipiebant in eisdem vasis, in quibus obtulerant populares, quia illicitum erat super altare ministrare in vase non consecrato. Sed suscipiebatur simila in vase, quod vocatur acceptabulum, oleũ autem in altero vase, vinum vero in reliquo, siue autem vinũ in cyathis reciperetur, & oleum in crateris, vel econtrario nihil differt. sufficit enim, ꝙ oleum, & vinum erant in his vasis. differebant autem ista in figura, sicut declaratum est Exo. 25.

Ad liba fundenda. i. ista vasa, quę dicta sunt hic erant ad fundenda liba ad ministerium altaris holocaustorum, in quo liba offerebantur, & cremabantur.

Pro quo sciendum modum fuisse hunc. s. ꝙ laici offerebant sacrificium, & cum illo libamenta panis, & vini, & olei, & insuper thuris, atque salis, vt patet Leui. c. 2. quamquam thus, & sal, non ita proprie vocantur libamenta, vel liba. deinde sacerdotes susceptis his debebant fundere vinum super similam oblatã, & aliquando oleum secundum diuersitatem sacrificiorum, & tunc cyathi erãt, & crateręs, & acceptabula ad liba fundenda. Potest tamen hic esse duplex sensus secundum, ꝙ istud nomen, vel participium, fundenda, dupliciter accipitur. Vno modo dicitur ad fundenda liba, idest ad emittenda, & isto modo erant tria vasa ad liba fundenda. s. acceptabulum, in quo erat simila, & indè fundebãt libum, idest emittebatur vna pars farinę ad cremandum super altare. Nam de simila oblata offerebatur semper vnus pugillus. reliquum autem manebat sacerdotibus ad cibos, vt patet Leui. c. 2. & infra 15. secundum, & tertium vasa erant crateręs, & cyathi, & in istis fundebãtur alia liba. s. vinum, & oleum. Nam fundebatur pars vini super similam, & pars olei interdum, & hoc modo omnia ista tria. s. panis, vinum, & oleum vocantur liba. Alio modo potest accipi, ꝙ fundere significet aspergere, hoc est effundere. Et tunc solum duo vasa istorum dicentur esse ad fundenda liba. s. crateręs, & cyathi, quia de illis fundebatur oleum, & vinum super similam, & tunc vocatur simila sola libum, & dicuntur liba fundi, idest aspergi, vel superfundi vino, & oleo. vterque modus exponendi conueniens est, sed conuenientior iste secundus.

Modus ministerii altaris, & quo fiebãt oblationes & libamẽta.

Panes semper in ea erunt. Scilicet in mensa propositionis. ponitur hoc ad tollendũ dubium. Crederent enim Leuitę, ꝙ non oportebat semper esse panes super mensam. Nam quamquam Deus iusserat, vt semper essent panes in conspectu eius super mẽsam, vt patet Leuiti. vigesimoquarto capitulo, tamen hoc videretur intelligendum, cum esset mensa in Sanctuario in conspectu Dei. Cum vero portaretur in itinere non apparebat necessitas ponendi panes super illam. Deus tamen iussit, quòd semper portarentur in ea.

An in deserto haberent semper Israelitæ panes propositionis super mensam cum ibi nullam haberent farinam. Et quomodo mutabantur per singula sabbata.
Quæst. X.

SED aliquis arguer, quomodo poterant isti panes semper esse in mensa. Nam Deus iusserat, quòd isti panes mutarentur per singula sabbata, scilicet, quòd tollerentẽ duri, & ponerentur recentes, vt patet

Leui.24. In deserto tamen non habebant Hebrei farinam, quomodo ergo possent habere semper panes in mensa, & mutare per singula sabbata? Respondendū est, q̄ quamquam Iudei non poterant semper per desertum habere farinam, quia via eorum erat distans a populis: potissime, quia populi timebant eos: tamen aliquando habebant a populis circunstantibus, sicut patet de monte Sinai, vbi sacerdotes consecrati sunt, & in eorum consecratione offerebantur quotidie ex necessitate panes diuersi generis, vt patet Exo.29.& Leui.8.c. tunc ergo potuerunt ponere panes super mensam cum recesserunt inde, & portarentur panes illi super mensam in itinere. Sed tunc aliquis quæret, quomodo ergo mutabantur panes per singula sabbata coram Domino, vt patet Leui.24.c. Nam tunc oportebat fieri in qualibet hebdomada nouos panes, & tamen non possent hoc Iudei, cum non semper reperirent nouam farinam. Respondendum est, q̄ Iudei non potuerūt obbligari ad impossibile, ideo cum poterant habere similam a populis faciebant ex ea panes ad ponendum super mensam. Cum vero non reperirent non ponebant, sed manebāt semper panes antiqui, ita vt hoc præceptum de panibus mansuris super mensam nunquam infringeretur: præceptum tamen de mutandis panibus per singula sabbata non semper poterat impleri in deserto. Sufficiebat enim istud obseruari in terra promissionis.

Opinio quorundam, quòd sacerdotes semper haberent panes super mensam, confutatur.
Quæst. XI.

DICENDVM autem, q̄ quidam ita putant, scilicet q̄ Leuite, i. sacerdotes semper haberēt panes super mēsam propter hoc, quod dicitur, & tamen non possunt illud sustinere, quia non poterant habere semper farinam ad formandum panes, & ob hoc dicunt, q̄ quando Iudei poterant habere farinam formabant inde, & panes ponebant super mensam. cum vero non possent, non formabant panes, & remanebat mensa sine panibus.

Sed dicendum, q̄ non stat primo, quia præceptum aliquod non debebat ex parte seruari, & ex parte violari, quia quidquid de illo deficeret diceretur nō seruari, & tamen in deserto non poterant Israelitę totaliter seruare istud præceptum, vt non semper haberēt farinam ad formandum panes, ergo non tenebantur ad illud in deserto. Secundo patet, quia etiam si Hebrei haberent semper farinam in deserto non possent seruare istud præceptum, quia ad hoc oportebat manere fixum Sanctuarium, quia Leui.24.c. dicitur, q̄ formarentur duodecim panes, & ponerentur ibi in sabbato. & manerent vsque ad aliud sabbatum, & tamen in deserto non poterat esse istud, quia sępe mouebatur Sanctuarium, & tunc mouebatur mensa, operiebatur, & ligabatur, & portabatur a Caathitis. ergo non poterant ibi manere panes, & sic non obligarentur sacerdotes eo tempore ponere illos ibi.

Tertio quia lex Moysi non obligabat ad custodiā sui in istis cęrimonialibus, nisi post introitum in terram Chanaan, Deuteronom. duodecimo. Et tamen erat istud præceptum legis, ideo non obligabat ante introitum.

Quarto, quia si diceremus istud obligasse in deserto, etiam diceretur, quòd obligabat oblatio sacrificiorum, & appositio thymiamatis, quia ista erant cęremonialia per eundem modum, sed nullus dicit ista fuisse obseruata in toto deserto, nisi in solo monte Sinai, ergo nec appositio panum.

Quinto, quia nullum præceptum erat magis necessarium Iudęis ad obseruandum, quam præceptum de circuncisione, quia erat fundamentum totius status, & imponebatur pro eo magna pęna, Gen.17. & tamē istud non fuit obseruatum in deserto. nam in quadraginta annis, nemo circuncisus est Iosue.5. cap. Ergo a fortiori non obseruaretur præceptum istud de ponendo panes super mensam.

Cum autem obiicitur, quia in litera dī, panes sęp. q̄ in ea erunt, intelligēdum est, postquam inciperet obseruari ista cæremonia, q̄ fieret in terra Chanaan, ga tunc nunquam deesse debebant panes de mensa, sed ponebantur in sabbato, & durabant vsque ad aliud sabbatum, & statim ponebantur alii, quando isti auferendi erant, Leuiti. vigesimoquarto. Et sic nunquam deficiebant panes de mensa. Simile autem est de igne altaris Nam dicitur Leuit.6. ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, & postea dicitur ignis iste est perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. q̄d intelligitur ex quo semel inciperet seruari ista cæremonia sacrificiorum, quia tam per diem, quam p̄ noctem semper ardebat. Sed certum est, quòd sacerdotes non nutriebant istum ignem, apponendo quotidie ligna in deserto, sicut iubetur Leuit.6. quia quādo procedebant in via portabatur altare ligatum super humeros sacerdotum, ideo non poterant poni ibi ligna, vt cremarentur.

An vero semper maneret ignis in altari illo etiam sine lignis, & cinere ex eo die quo cępit ibi esse ignis in deserto Sinai. declaratum est Leuit. sexto, & nono. Cum autem dicitur panes semper in mensa erant intelligitur, non quòd ideo panes semper essent in altari, quia sic indurarentur, & putrefierent, sed intelligūtur isti, vel illi, quia nunc erant quidam, & postea alii, cum nulli panes essent ibi, nisi per septem dies, scilicet de sabbato in sabbatum, Leui.24. Sic dicit Augustin. scilicet, & panes qui semper super eam erunt non vtique ijdem sunt, similesq; eorū, quia illi auferebantur, & recentes quotidie ponebantur: dum tamen sine panibus mensa non relinqueretur, ideo dixit qui semper super eam erunt, ideſt qui semper panes non, quia illi semper.

Extendent que desuper pallium coccineum. Istud erat operimentum secundum mensæ propositionis, scilicet, quòd poneretur super eam vnum pallium de filis coccineis, ideſt rubeis. Ea enim, quę coccinea sunt, sunt nimis rubea, ita vt aliqualiter declinent ad obscurum propter intensionem rubedinis, & hoc propter duplicem tincturam, quoniam dicuntur esse de cocco bis tincto.

Quod rursum operient velamento hyacinthinarum pellium. Istud erat tertium operimentum arcæ, scilicet de pellibus hyacinthinis, ideſt tinctis colore hyacinthino. Erant enim istæ pelles grosse de coriis vaccinis, tamē artificiose dispositis, ita vt essent mollia, & vocatur gaudamencin. fiebat autem econtrario operimentum arcę, & mensæ, quia arca habebat in superiori parte pallium hyacinthinum, mensa autem in inferiori, scilicet immediate super ipsam, & arca in medio trium tegumentorum habebat pelles hyacinthinas. Mensa vero habebat eas in summitate omnium operimentorum.

Et inducent vectes. Scilicet ponent Leuitæ vectes super humeros suos ad portandum, quoniam humeris suis portabant, & non in plaustris, nam ista erant onera Caathitarum, Gersonitę autem, & Merarite portabant super plaustra, vt patet infra 7.c.

Sument & pallium hyacinthinum, quo operient candelabrum. Hic ponitur alterum vas principale, quod pertinebat ad Caathitas. s. cā delabrū, & istud operiebatur, sicut

sicut omnia alia. nam non erat aliquod vas, quod non operiretur, & hoc propter duo. Primo quia honestius ferebatur quodlibet vas opertum, quam non opertū, cum ista essent aurea. Item quia in quolibet horum principalium vasorum erant alia minora vasa, sicut patet hic, & si sine operimentis ferrentur possent collabi. Secunda causa est, quia non licebat Leuitis videre ista nuda, alioquin morerentur. Operiebatur autē candelabrum duobus operimentis, in quo deficiebat a mensa, & arca quę habebant tria operimenta. Primum horum duorum erat pallium hyacinthinum. i. pallium factum de filis coloris hyacinthini.

Candelabrum cum lucernis. Candelabrum istud erat aureum totum, de cuius figura habetur Exod. 25. & 27. Lucernę eius non sunt de cera, vel sepo, sed dicuntur esse quędam vasa parua aurea, in quibus fundebatur oleum, & ibi posito lychno ardebat. vnde magis vocantur istę lucernę, lampades, quam lucernę, sic patet Zacha. ca.4. Cum dicitur, ecce candelabrum aureum totum, & lampas super caput eius. Istæ lucernæ, erant super extremitatem calamorum candelabri, & erant affixę ipsi candelabro. Ita per septem calamos eius essent septem lucernę, vt patet Exo.25.c.

Et forcipibus, & emunctorijs. Ista sunt vasa candelabri quę simul ferebantur cum candelabro, & dicuntur esse forcipes instrumenta ad scindēdum lychnum ardens. Ponuntur autem hic duo vasa, scilicet forcipes, & emunctoria, vbi quę emuncta sunt extinguuntur. eadem autem sunt ista, sed vocantur forcipes hic ea, quę vocantur emunctoria Exod.25.ca. causa est, quia emunctorium dicitur ab emungendo, quod est abstergere sordes, iuxta illud Salomonis, qui multum emungit sanguinem elicit, quod pertinet ad forcipes, quia per eas emunguntur, siue absterguntur sordes lychni. Ea etiam, quę vocantur hic emunctoria vocātur Exo.25. vasa vbi, quę emuncta sunt extinguuntur, & ista erant quędam vasa de auro parua in quibus erat aqua, & quando tollebatur sordes lychni ponebatur in aqua, vt ibi extingueretur sine fumo, alioquin cum extingueretur fumum emitteret, & hoc satis significatur Exod. capitulo vigesimoquinto, & trigesimoseptimo capitulo, cum dicitur, & vbi quę emuncta sunt extinguuntur. *Et cunctis vasis olei, qua ad concinnandas lucernas necessaria sunt.* Ideſt etiam portabitur, & cooperietur cum ipso candelabro omnis apparatus vasorum, & ista dicuntur esse vasa olei, quę non nominantur qualia sint. Non enim potest intelligi, q̄ forcipes, & emunctoria dicantur vasa olei. alia septē, quæ vocantur infusoria lucernarum. nam cum deficiebat oleum in lucernis fundebatur de illis infusoriis hoc patet Zachar.c.4. cum dicitur vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernę eius super illud, & septem infusoria lucernis super caput eius. pendebant autem ista infusoria in duobus rostris candelabri. sic patet eod.c. cum dicitur, quid sunt duę spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro. Ista vasa olei dicuntur ad concinnandas lucernas. i. ad componendas, vel sustentandas, quia concinare est multa signare. concinnabatur lucernæ per ista vasa olei, quia quando deficiebat oleum in lucernis fundebatur de vasis istis. *Et super omnia ponent operimentum hyacinthinarum pellium.* Istud erat secundum operimentū candelabri, & ponebatur vltimate super istum, & vasa sua. quid autem sit operimentum de pellibus hyacinthinis, supra est dictum. *Et inducent vectes.* i. postquā fuerit candelabrum dispositum cum operimētis suis ponentur vectes in quibus portetur.

Quomodo portabatur candelabrum in vectibus.
Quæst. XII.

SED aliquis dicet qūo portabatur candelabrum in vectibus, qm̄ non habebat vectes, sicut arca, & mensa, & altaria, in quorum fabricatione vectes quoque facti sunt. Cādelabrum autem totum erat ex auro, ideo non poterant ibi fieri vectes, nec reperiuntur facti Exod. 25. & 37. vbi de hoc agit. Sed dicendum est, q̄ vectes ponebantur in candelabro, postquam erat coopertum cum omnibus vasis suis, & tamen si aliquis consideret dispositionem candelabri, & vasorum suorum ligatorum, forte non videbit, qūo possent poni vectes. ad quod aliqui respondent, q̄ erat aliquod vas magnum quadratum, vel oblongum, in quo ponebatur candelabrum cum vasis suis, postquam erat coopertum, & illud vas magnum erat ligneum, vel metallinum, ei autē satis poterant apponi vectes, vel poterat esse aliqua capsa de coriis grossis, & induratis ad formam candelabri, & vasorum suorum, sicut nunc fiunt ad mittendum cruces, vel alia ornamenta portatilia de loco ad locum. Isti modi satis conuenientes erant secundum se, tamen non videntur multum applicari ad literam. Nā si tale vas ligneū, vel de coriis induratis fuisset ad portandum ista vasa candelabri, diceretur in litera. hoc tamen non habetur. etiam non videtur multum conueniens, q̄ essent tot operimenta candelabri, & vasorum suorum si debuissent mitti in tali capsa, vel instrumento ligneo.

Magis ergo dicendum videtur, q̄ ista inuoluebantur duobus operimentis, quæ habentur in litera, & deinde ligabantur duo vectes, vnus in dextra, & alius in sinistra, & sic portabantur. modus autem ligationis facilis est, ita q̄ non rumperentur operimenta candelabri.

Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento. Hic ponitur quarta principalis supellex Sanctuarii, scilicet altare aureum, & vocatur altare aureum ad differētiam altaris ęnei, quod erat altare holocaustorum. nam altare thymiamatis habebat laminas aureas affixas per totū, ideo videbatur totum de auro. altare autem holocaustorum erat opertum laminis ęneis, vsque ad medium, a medio autem, vsque ad pauimentum habebat craticulam reticulatam de ęre. ideo vocabatur æneum. de altari thymiamatis habetur Exo. 30. cap. de altari holocaustorum Exod. 27. cap. hoc autem altare aurenm inuoluebatur duobus operimentis, sicut candelabrum, scilicet hyacinthino vestimento, ideſt pallio facto de filis hyacinthini coloris. Accipitur enim hic vestimentum large pro omni tegumēto de filis, vel pellibus.

Et extendet desuper operimentum hyacinthinarum pellium. Istud erat secundum operimētum altaris, & dī, q̄ extendebatur. s. q̄ non ligaretur, sed poneretur desuper extentū, vt decentius appareret. *Et inducent vectes.* Nō q̄ vectes ponerentur nouiter in ipso altari, quia non educebantur vectes de altari, quando situabantur castra. semper enim in eo manebant, sed inducebantur super humeros portantium. *Omnia vasa quibus ministratur in Sanctuario inuoluent hyacinthino pallio.* Hic ponitur regula generalis quantum ad omnia vasa. i. q̄ q̄q̄ differrent vasa per diuersa operimenta, quia aliqua habebāt operimentum coccineum, sicut mēsa, & arca, & alia, non tamen generale erat, q̄ oīa inuoluerentur hyacinthino pręter altare holocaustorum, quod solū inuoluebatur purpureo vestimento, & pellibus hyacinthinis. vt patet infra. Alio modo potest intelligi hoc non de oībus vasis Sanctuarii, sed solū de vasis altaris, q̄a ista sunt quibus ꝓprie ministrabāt in Sāctuario,

Universidad de Deusto Biblioteca

rio,ſed primus ſenſus eſt verior. Nam de vaſis altaris, & tegumentis eorum infra dicetur, ſed hic ponitur regula generalis de vaſis omnibus quantum ad duo operimenta, ſcilicet pallium hyacinthinum,& pelles hyacinthinas. vocãtur hic vaſa in quibus miniſtratur, non ſolum vaſa parua in qubus proprie erat miniſtratio ſicut vaſa altaris holocauſtorum,& menſę propoſitionis, ſed etiam vaſa maiora, quę non ita directe p̃tinebant ad miniſtrationem, ſed fiebat ſuper illa ſicut ſunt duo altaria,& arca,& candelabrum,& menſa.nã ſuper omnia hęc fit miniſtratio pręterquam in arca. de miniſtrationibus horum ſatis apparet ex ſupradictis,& maxime ex his, quę habentur Exod.vigeſimoquinto,& 37.

Et extendent deſuper operimentum hyacinthinarum pelliũ. Iſta duo operimẽta,ſcilicet pallium hyacinthinum,& pelles hyacinthinę erãt generalia ad omnia vaſa, p̃ter altare holocauſtorum. ſolum autem operimentum coccineum erat ſpeciale in menſa, & arca, vt patet ſupra, & pallium purpureum in altari holocauſtorum, vt patet infra. *Et inducent vectes.* Etiam hoc erat generale quantum ad omnia vaſa Sanctuarij, quòd portarentur in vectibus cum non deberent portari in plauſtris,vt patet infra 7.capi. *Sed, & altare mundabunt cinere.* Hic ponitur de modo portationis vltimi vaſis principalis in Sanctuario, ſcilicet de altari holocauſtorum, & vocatur hic altare generaliter,quod fit propter duo. Primo quia ſolum erãt duo altaria in Sanctuario, ſcilicet altare holocauſtorum, & altare thymiamatum.

Cur d[...] tare ho[...] cauſtorum & quid fiebat in [...]o.

Cum ergo ſupra dictum fuerit de altari aureo, quòd erat altare thymiamatis, & hic nominetur altare iterum: manifeſtum eſt,quòd aſſumatur pro altari holocauſtorum,quia nullum alterum relinquitur. Secunda cauſa eſt, quia altare holocauſtorum erat principale in Sanctuario, cum ibi fierent omnia ſacrificia, in altari vero thymiamatum nullum ſacrificium fiebat vllo tempore, vt patet Exo.30.c.& quia altare erat ad ſacrificia, principaliter iſtud, in quo omnia ſacrificia fiebant, vocabatur altare principaliter, non adiuncta connotatione aliqua ad deſignandum, quòd altare eſſet.

Sed, & altare mundabunt cinere. Ideſt ad hoc, quòd altare portetur de loco ad locum debet mundari cineribus ſuis. fiebant enim ſacrificia in altari, & manebant ibi cineres, ideo cum mouenda eſſent caſtra tollebantur cineres illi.

Modus,qui ſeruabatur circa altare holocauſtorum, tam cum ſituabatur,quam cum mouebantur caſtra.
Quæſt. XIII.

IN quo ſciendum, quòd ſic dictum eſt Exo.27.c. altare holocauſtorum erat quadratum habens quatuor latera tabularum. intrinſecus autẽ erat cauum, & inane. Cum vero ſituabatur in aliquo loco replebatur terra vſque ad magnam partem circa ſummitatem,& ibi ponebantur ligna ad cremanda ſacrificia, & manebant ibi cineres.

Cum vero mouenda eſſent caſtra, totus cinis, qui erat in altari,expellebatur inde, & abſtergebantur parietes illius ſi manſiſſet aliqua pars cineris in eis. Terra quoque, quę erat intra altare euacuabatur, & manebant ſolę tabulę altaris. Et ſic portabatur operiendo illud velamentis ſuis. Cum vero iterum caſtra mouenda eſſent, ponebatur altare atque replebatur terra vſque ad certam partem, & fiebant ibi ſacrificia ſicut ſupra dictum eſt.

F *An fieret ſacrificium in toto deſerto, præter quã in mõte Sinai.*
Quæſt. XIIII.

SED dicet aliquis ex hoc innui, quòd in deſerto fieret ſacrificium in qualibet caſtrametatione: cum dicatur, quòd quando mouenda erant caſtra,mundabatur altare cinere.

Reſpondendum eſt, quòd per deſertum non fuerunt facta ſacrificia niſi in monte Sinai, & ſi forte alicubi facta fuiſſent non leguntur facta niſi in monte illo.tamen ſatis apparet dicendum ex eis, quę habentur infra 28.c.quòd in nullo loco fuerint facta pręter deſertum Sinai, ideo cum Deus dedit hic legem de mundando altare cineribus, cum caſtra mouenda G eſſent,non intelligitur,quòd ſic fieri deberet in qualibet caſtrametatione, ſed ſatis eſt,quòd aliquando fieret, & pro illa vice erit iſta regula neceſſaria.hoc autẽ fuit in deſerto Sinai, tunc enim facta ſunt ſacrificia in conſecratione ſacerdotum, & poſtea vſque ad receſſum de loco eodem,ideo cum caſtra mouenda erant, oportebat,quòd altare mundaretur cinere,& euacuaretur terra.Si autem in alijs manſionibus fieret ſacrificium tenebatur iſta regula de mundando altare. ſin autem non tollitur, quin ſit generalis, & ſaltem pro caſtrametatione in monte Sinai proficeret.

Nullibi oblata ſunt ſacrificia niſi in monte Sinai.
Quæſt. XV.

H PRAEDICTA vera ſunt, ſcilicet quòd in nullo loco in toto deſerto oblata fuerint ſacrificia, niſi in monte Sinai,patet quia infra 28.c. cum fit mentio de ſacrificijs, & pręcipue de holocauſto quotidiano dicitur, holocauſtũ iuge eſt, quod obtuliſtis in monte Sinai, & ſic innuitur,quòd a tempore quo oblatum eſt ſacrificium in monte Sinai vſque ad tempus quo facta eſt illa lex, non fuit oblatum ſacrificiũ aliquod in aliquo loco, quia alias non diceretur ſpecialiter de monte Sinai, ſed de alijs locis propinquioribus,vbi offerebatur ſacrificiũ: maxime ſi illud quotidie offerretur.ſicut iubetur Leui.6. Et tamen inter tempus montis Sinai, & huius legis datę, fluxit totum tempus tranſitus deſerti, quia in I monte Sinai fuerunt Iſraelitę in principio ſecundi anni ab exitu de Aegypto.Exo.40.& ſupra 1.c.& ibi oblata ſunt ſacrificia, & receſſerunt inde die viceſima menſis ſecundi anni eiuſdem infra 10.c.ſed illa lex infra 28.vbi fit mentio de monte Sinai fuit circa finẽ anni quadrageſimi ab exitu de Aegypto in campeſtribus Moab ſuper Iordanem, quod patet, quia numeratio ſecunda Iſraelitarum de qua habetur infra 26. fuit facta in campeſtribus Moab contra Iericho ſuper Iordanem e.c.& iſta fuit penultima manſio, q̃ non fuit poſtea niſi alia in planioribus locis terrę Moab circa Iordanem infra 33.Et ita totus proceſſus deſerti fuit inter monte Sinai, & locum vbi data eſt illa lex, quę habetur infra 28.Et tamẽ inter montẽ Sinai, K & tempus datę legis huius non fuit factum ſacrificiũ aliquod, ergo per totum deſertum non fuit factum ſacrificium, & conſequenter, quando mouebatur altare de manſione non erat mundandum cineribus, quia nullos cineres haberet,ſed vacuum eſſet.dictum tamen fuit hoc propter montẽ Sinai, & ibi fecerunt ſacrificia omnia, quę habentur Leui.8.& 10.& conſecrati fuerunt ſacerdotes, & dedicatum fuit Sanctuarium infra 7.capi.Et tunc erat ſemper ignis in altari, & cinis. Leui.6.capi.Et, quia neſcirent ſacerdotes quomodo portandum eſſet altare, quando primo mouerentur inde caſtra, dictum eſt,quòd mundabũt altare cinere, ſcilicet vt non maneat ibi cinis,neque li-

gna

gna ardentis,ſed quòd altare vacuum portetur, quòd autem poſtea aliqua fierent ſacrificia,vel non,accidẽtale erat. Conſtat tamen, ꝙ non fuerunt facta,niſi in deſerto Sinai,vt oſtenſum eſt.

Et inuoluent illud purpureo veſtimento. Iſtud erat operimentum altaris.ſ.veſtimentum purpureum, & differt in hoc a cęteris. nam alia ſolum habebant velum hyacinthinum, & pelles hyacinthinas pręter mẽſam, & arcam, quę habebant inſuper veſtimentum coccineum,vt patet ſupra,altare autem ſpecialiter habebat veſtimentum purpureum. differt autem iſte color a prioribus,quoniam non eſt, ſicut coccus bis tinctus, ſed quidam color rubeus, qui vulgariter vocatur tenado.

An ignis in altari per deſertum portaretur ſic, vt non extingueretur pluuijs,vt dicunt Iudæi. Et an fuerit conſeruatus in puteo 70.annis. Veſtimentum rubeum quare ponebatur ſuper altare. Et quòd ignis altaris nulla aqua extingui poterat. Et quid ſignificatur cum dicitur Leuitic.6. ignis iſte eſt perpetuus. Et an ſemper fuerit in altari.
Quæſtio. XVI.

DICIT Rab. Salom. quòd ponebatur veſtimentum purpureum ſuper altare ad ſignã dum eſſe ibi ignem latentem. Nam quando facta eſt in monte Sinai conſecratio ſacerdotum, deſcendit ignis de cœlo ſuper hoſtias cremans illas,& manſit ibi ſemper, ideo quando mouebantur caſtra,& emundabatur altare cinere,manebat ille ignis intra concauitates latens, & dicit,ꝙ ponebatur deſuper opertorium æneum, ne cremaret tabulas,& operimenta,& deſuper ponebatur purpureum veſtimentum. Erat autem iſte ignis poſitus in altari quandocunque caſtra fixa eſſent, nec erat opertus tecto,ſed aquæ pluuiarum,& venti veniebant ſuper eũ, nunquam tamen extinguebatur, & ſi omnia flumina tranſirent per illum, quia opere Dei illæſus manebat. manſit autem ſic toto tempore quo hebræi fuerunt in terra promiſſionis,vſquequo ducti ſunt in Babylonem,tunc vero abſcõditus eſt in puteo, & latuit ibi per 70.annos. Cum vero redierunt Iudæi de Babylone requirentes eum in puteo illo inuenerunt aquã craſſam,quam poſuerunt ſuper ſacrificia, & ſurgens inde ignis magnus combuſſit ſacrificium, vt patet 2. Machab.c.1.Deinde manſit ille ignis in altari toto tẽpore, vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos,quando totaliter defecit Sanctuarium, & omnia quæ pertinebant ad illud,& iſte ignis amplius non viſus eſt,de hoc ſatis dictum eſt Exod. 29. & magis Leuitic.6.cap.

Iſtud communiter tenetur a doctoribus Hebræis, & Latinis,ſicut & nos tetigimus,Leuit.6. & 9. Si quis tamen velit dicere,ꝙ non manſit ille ignis ſemp̃, maxime quando mouebãtur caſtra per deſertum, rationabilius dicet,quia alias ponerẽtur miracula ſine neceſſitate, quod non eſt faciendum.ſ.ꝙ maneret ignis ſine materia aliqua combuſtibili, & tamen iſtud eſt magnum miraculum,quia ignis in ſphęra ſua eſt materia propria, quæ eſt pars eſſentiæ eius, cum ignis ſit compoſitus ex materia,& forma, quæ eſt corpus: extra ſphęram autem ſuam non eſt ignis in ſola materia propria, ſed exigit duas materias, vnã quę eſt pars eius,& alteram de qua gignitur,& iſta ſecunda corrũpitur per actionem ignis, & illa corrupta deſinit eſſe ignis,cum non ſit hic ignis in permanere, ſed in fieri, vel gigni,iſti tamen ponunt illum ignem manentem ſine lignis,& qualibet materia combuſtibili.

Secundo,quia quando mouendum erat altare mũdabatur cineribus, & conſequenter lignis, & prunis,

A vt patet hic in litera. non videtur ergo quomodo ſacerdotes hoc poſſent facere, ſi ignis adhuc maneret intra altare,cum ille prius eſſet ſuper prunas, & cineres,quos tollebant ſacerdotes de altari.

Tertio, quia altare quando portabatur ligabatũ cũ operimentis ſuis,vt patet in litera. mirum ergo eſt,ſi ignis erat intra altare, quomodo nõ comburebat iſta operimenta,quæ erant mollia.

Quarto, quia ponitur miraculum iſtud inutiliter. nam nõ proderat ad aliquid, ꝙ maneret ignis per 40. annos,vel ſaltem trigintanouem,latens intra altare,& ꝙ nihil deberet cremare, cum in toto tempore illo, nunquam fuit factum ſacrificium aliquod, vt oſtenſum eſt præcedenti quæſtione. Deus tamen non facit B aliquid fruſtra.

Quinto,quia motiuum iſtorum ad aſſerẽdum hoc eſt valde debile, & nihil cõcludit,quia iſtud eſt, quod habetur Leui.6.ſ.ignis iſte eſt perpetuus,qui nunquã deficiet in altari,& ita putant,ꝙ ex quo incępit eẽ ibi, nulla dies fuit in qua deficeret,ſed non eſt iſte ſenſus, ſed ſolum,ꝙ Deus volebat inſtruere ſacerdotes,quòd iſte ignis manere deberet per diem & noctem, & nõ extingueretur in aliqua parte diei, & poſtea ſuccenderetur. hoc autem fieret, poſtquam ſemel inciperẽt fieri ſibi ſacrificia,quæ deberent continuari, ſicut erat in terra Chanaan, poſtquam fixum eſt Sanctuarium, & cęperunt obſeruari cæremoniæ: in deſerto tñ tranſierunt trigintanouem anni ſine ſacrificio, ideo non C oportebat,neque proderat ibi eſſe ignem.

Iſtud patet primo, quia litera ex qua mouentur repugnat iſti. nam dicitur, ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies. & ſic innuitur, ꝙ illo tempore quo non ſubiicerentur ligna non maneret, & tamen quando portabatur altare per deſertum ligatum velamentis, non ſubiiciebantur ligna,quia non poterant cum eẽt altare ex omni parte opertum, & ligatum, immo excludebantur cineres de altari, antequam ligaretur, vt patet hic in litera.ergo non manebat ibi ignis.

Secundo, quod ſaltem illis ſeptuaginta annis, quibus in Babylone manſerunt Iudæi non fuit iſte ignis in altari,quia ſecundo Machab.1.c.dicitur, ꝙ ſacerdo D tes abſconderunt illum intra puteum,& ita manebat altare ſine igne,& tamen Leuitic.6. vbi eſt motiuum iſtorum dicitur,ignis iſte perpetuus eſt,qui nunquam deficiet in altari. ergo nõ colligitur ex loco illo,quòd ille ignis eſſet ſimpliciter perpetuus, ſed ſolum quando maneret in altari, & hoc eſt qñ ſacerdos nutriet illum ſubiiciens ligna.Leu.6.

Item ꝙ dicebant ignem iſtum duraſſe per ſeptuaginta annos in puteo falſum eſt, quia litera contradicit eis.nam dicitur 2.Machab.1. ꝙ quando ſacerdores iuerunt ad puteum non inuenerunt ignem, ſed aquã craſſam,& illam hauſerunt, & perfuderunt carnes ſacrificii, & ligna, & cum orarent ſacerdotes accenſus eſt inde ignis magnus. & ſic patet,quod ille ignis nõ manſerat, ſed extinctus fuerat, & poſtea miraculoſe E de aqua ortus eſt ignis.

Dicendum ergo videtur,quòd iſte ignis incępit eẽ in altari in mõte Sinai, & durauit vſque ad diem quo mota fuerunt caſtra, quia fiebant quotidie ſacrificia, & ſacerdotes nutriebant illum ſubiiciendo ligna per ſingulos dies,vt dicitur Leui.6.Cum autem caſtra mota ſunt de monte Sinai, mundauerunt ſacerdotes altare cineribus,& prunis,vt dicitur hic in litera, & tũc videtur,ꝙ ceſſauit ibi eſſe ignis, ſed altare erat vacuũ, & ideo poterat operiri,& ligari. Et ſic portatum eſt trigintanouem annis per totum deſertum,quouſque poſt incęperunt facere ſacrificia, ſuper illud in terra Chanaan,& tunc cępit ibi eſſe ignis, ſiue ille de cœlo venerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

venerit, sicut in consecratione sacerdotum. Leui. 9. siue ab hominibus accensus fuerit, & continuatus fuit semper postea ignis in altari, ita vt non deficeret per diem, nec per noctem, nisi forte translatis aliquando Iudeis de terra sua, quia tunc mansit altare sine igne septuaginta annis, quia occultatus fuit in puteo 2. Macha. 1. postea vero accensus est ignis de aqua crassa, & semper fuit in altari, quia continue nutriebatur a sacerdotibus subijciendo ligna, & hoc modo videtur, ꝙ permanserit vsquequo deleta est Hierusalem per Romanos, & cessauerunt omnia sacrificia, & totus status populi Iudaici. Ista positio est multum rationalis, quia neque recedit a litera scripturę, nec a ratione, nec ponit miracula, nec sustinet aliqua inconuenientia, ideo ista videtur tenenda. Siquis tamen voluerit tenere aliam, quam supra tetigimus, & Leui. 6. non repugnamus ei, quia illa est communis. *Ponentque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur.* Ideſt omnia vasa quę pertinebant ad ministrationem altaris huius ponebantur cum eo inuoluta: habebat namque istud altare quatuor cornua, a quibus pendere poterant omnia hęc, quę autem sunt vasa ministrationis altaris immediate declaratur in litera cum dicitur. *Ideſt igniũ receptacula.* Istud est primum genus vasorum altaris, scilicet receptacula ignium, quę sunt vasa ænea in altari holocaustorum, & tamẽ pendebant in altari hoc, non ad ministrationem suam, sed pro altari thymiamatum, quoniam in altari thymiamatum cremabat quotidie thymiama in mane, & in vespere, vt patet Exo. 30. c. quod ponebatur in quodam vase cum prunis sumptis de altari holocaustorum. Et istud vas aliquando vocatur thuribulum, inquantum cremantur ibi thura. aliquando vocatur ignis receptaculum, inquantum accipiuntur ibi prunę de altari holocaustorum. vnde quando agitur de crematione thuris, dicit ꝙ sacerdotes sumpserunt thuribula, vt patet Leui. 10. c. Sarreptis Nadab, & Abiu thuribulis, quando designantur ista tãquam vasa posita in altari holocaustorum vocantur receptacula igniũ, vt patet hic, & Exo. 27. c. quia in eis de ipso altari prunę ad cremandum in eis thymiama assumuntur, & sic vocãtur hic.

Vasa ministrationis altaris.

Cur receptacula ignium ponebantur in altari holocaustorum, & an essent vasa altaris thymiamatum, vel holocaustorũ.
Quæſt. XVII.

SED dicet aliquis, cum ista receptacula ignium sint vasa altaris thymiamatum, quare ponebãtur in altari holocaustorum.

Respondendum est, quòd propter duo. Primo, quia ista erant vasa ænea, & altare holocaustorum erat ęneum, vt patet Exo. 27. Altare autem thymiamatis erat aureum, vt patet hic, ideo non conueniebant ænea instrumẽta in aureo altari, sed magis in altari holocaustorum, quod erat ęneum. Similis causa fuit quare cyathi, & phialę, & acceptabula ponerẽtur super mensam propositionis, & non in altari holocaustorum. Erant enim ista vasa de auro purissimo, vt patet Exo. 25. c. Erant tamen vasa pertinentia ad altare holocaustorum, quia in eis fundebantur liba, vt patet supra in litera, & Exo. 25. capi. & tamen liba pertinẽt ad altare holocaustorum. ibi enim tam sacrificia, quam libationes cremantur, quia tamen altare holocaustorum erat ęneum pertinens ad ministrationem Banausam, non ponebantur ibi vasa aurea sua, sed reponebantur super mensam auream intra tabernaculum.

Alia causa est, quia ad ministrationem altaris thymiamatum promptius erant ista vasa in altari holocaustorum, quam thymiamatum. Causa est, quia prunę sumi deberent de altari holocaustorum, & si forte ponerentur talia vasa in altari thymiamatum, esset ingressus, & regressus inutilis in tabernaculum redeundo ad altare thymiamatum. de his etiam est dictum Exo 27. capi. *Tridentes.* Instrumenta sunt habentia tres dentes, ferreos, vel vncinos ad accipiendũ carnes de olla. coquebantur nanquam in atrio tabernaculi carnes sacrificiorum pacificorum, quę proueniebant sacerdotibus, & laicis offerentibus, & quando sacerdotes accepturi erant de olla partem suam mittebant tridentes.

Sciendum, quòd tridens est hic instrumentum distinctum a fuscinula, & est nomen substantiuum masculinum. aliquando tamen est adiectiuum coniunctum cum fuscinula. vnde dicimus fuscinulam tridẽtem, & idem significat, quod tridens solum, quando est substãtiuum. de hoc patet 3. Reg. c. 2. cum dicitur, & veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridẽtem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, & omne quod leuabat fuscinula tollebat sacerdos sibi. *Fuscinulas.* Dicuntur fuscinulę instrumenta ad prędarandum carnes in olla, & non sunt recurua, vel habentia dentes, nisi dicantur fuscinulę tridentes, sed hic distinctę sunt a tridentibus, scilicet instrumenta habentia concauum in extremo, & amplum ad educendum brodium. *Et vncinos.* Dicuntur esse vncini instrumẽta ferrea pertinentia ad ollas, & sunt recurua in extremitate sicut tridentes, sed differunt a tridentibus, qa tridentes habent tres dentes, & vncini habent vnicũ. Et si aliquis obijciat, ꝙ Exo. 27. c. vbi computantur instrumenta altaris non numerantur hęc. Respondẽdũ est, ꝙ hoc fit propter duo. Primo quia nomine fuscinularum intelliguntur tridentes, & vncini, cum pertineant ad idem genus ministrationis, sed differunt ex figura, & aliquando coincidunt. Secundo non exprimuntur ibi, quia ponitur ibi postea particula generalis, scilicet omnia vasa altaris ex ęre fabricata, & ex illa particula intelliguntur ea, quę hic exprimuntur. Et iste est mos sacrę Scripturę, quòd alicubi aliquid imperfectè ponat, & postea illud alibi repetẽdo supleat. sic patet Exo. 12. capi. vbi primo narratur imperfecte ordo cęremonialis agni Paschalis, & postea in eo. c. supplẽtur relicta: eodem modo Exo. 25. & hic cũ ponuntur vasa candelabri non numerantur infusoria septem ex auro, & tamen illa ponuntur Zacha. cap. 4. *Et batilla.* Instrumenta sunt ad disponendum ignem. in altari enim holocaustorum debebant sacerdotes fouere ignem sempiternum apponendo ligna, & desuper carnes holocaustorum, quę necessario disponi debebant manibus sacerdotum, sed ne cremarentur habebant instrumenta ferrea, quibus disponerent, & vocantur hic batilla, sed Exo. 27. vocantur forcipes, & ad idem pertinẽt. dicuntur enim esse forcipes instrumenta ad capiendum facta, iuxta interpretationem nominis sui, & dicũtur vulgariter tenaculę, & magis conuenit dici forcipes, quam batilla. Conuenientius enim disponitur ignis forcipibus, ꝙ batillo, vt satis apparet, ideo communius vocantur ista instrumẽta forcipes, ꝙ batilla, sic patet Exo. 27. & 28. & Esa. 6. c. dicit. volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari.

Cuncta vasa altaris operient simul. Ideſt omnia vasa altaris holocaustorum, quia aliud altare non habebat secum aliquod vas. Et non est intelligendum, quòd omnia ista vasa per se velarentur, & ligarentur sine altari, sed intra concauitatem altaris ponebantur, sic patet supra, scilicet altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento: ponentque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur.

Velamine hyacinthinarum pellium. Non est accipiendũ, quòd istud solum velamen esset super vasa altaris, sed etiam ponebatur alterum, scilicet pallium purpureũ. nam vasa ligabantur simul cũ altari. Sed altare ipsum purpureo tegebatur vestimento, vt patet supra: ergo altare simul cum vasis tegebatur duobus operimentis, scilicet hyacinthinarum pellium velamine, & pallio purpureo.

Et inducent vectes. Ideſt ponent Caathitę vectes super humeros suos. Nam non erant nouiter apponendi vectes in altari, quia a principio illos habebat, sic patet Exo. 27. capi.

Cumque inuoluerint Aaron, & filij eius tabernaculum. Hic ponitur executio Caathitarum portando onera sua disposita a sacerdotibus, & dicitur, quòd Aaron, & filij sui inuoluent tabernaculum.

Accipitur hic tabernaculũ varie ab omnibus modis supra positis. Non enim potest hic accipi pro tota domo Sanctuarij continente tabernaculum, & atriũ, quia hoc non inuoluebatur, nec potest accipi pro illa, quę constabat ex tabulis, & operimẽtis, quę vocatur communitur tabernaculum. nec pro parte prima tabernaculi, quę vocatur Sanctum, vel Sanctuariũ. Nec pro parte secunda, quę vocatur Sanctum sanctorum, sed pro aliquo alio. Nam nihil istorũ poterat inuolui nec portari, quia erat domus, nec potest accipi hic tabernaculum pro operimento cortinarum sicut accipitur Exo. 27. & supra prędecede. capi. quoniam nõ pertinebat istud tabernaculum ad Caathitas, sed ad Gersonitas.

Sed necessario accipitur hic tabernaculum pro aliquo de supellectilibus principalibus Sanctuarij, vel pro omnibus simul, scilicet pro arca, & altari holocaustorum, quod patet magis, quia litera communior habet hic Sanctuarium. Et potest vocari Sanctuariũ a sanctificationibus, quia in arca erat omnis sanctitas, vel in altari, quia ibi fiebant omnia sacrificia, quę vocabantur sancta. Erit autem iste sensus, quòd Aaron, & filij sui inuoluent Sanctuarium, ideſt omnia vasa principalia Sanctuarij, siue tabernaculi, ideſt omnia vasa principalia eius, quod idem est, & sunt ista vasa arca, & altare thymiamatis, candelabrum, mensa, altare holocaustorum, & labium ęneum. *Et omnia vasa eius.* Ideſt omnia vasa Sanctuarij. Et quia vocãtur hic Sanctuarium, vel tabernaculum vasa principalia Sanctuarij dicuntur hic vasa Sanctuarij vasa minus principalia, quę sunt vasa principalium vasorum, scilicet emunctoria, & infusoria, & ea vbi extinguuntur ea, ꝙ emuncta sunt, quę pertinent ad candelabrum, cyathi, phialę, mortariola, & thuribula, quę sunt vasa mensę propositionis, forcipes, ignium receptacula, lebetes fuscinulę, quę sunt vasa altaris holocaustorum. Omnia enim hęc inuoluebant Aaron, & filij sui.

In commutatione castrorum. Ideſt quando mouenda erant castra. *Tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta.* Ideſt postquam sacerdotes inuoluerint intrabũt Caathitę ad portandum. Ante hoc enim non licebat eis intrare, & dicitur, quòd intrabunt, scilicet in tabernaculum, quia quando vasa ista ligabantur adhuc tabernaculum erat erectum, & postquam Caathitę eduxissent inde vasa, Gersonitę venientes tollebant cortinas, & alia operimenta, postea vero Meraritę tollebãt tabulas, & columnas.

Sciendum autem, quòd quando erant portanda vasa Sanctuarij intrabant Caathitę in tabernaculum, & in Sancta sanctorum ad educendum inde vasa sua. Nam sacerdotes solum velabant vasa non mouentes ea de locis suis, cum solum iubeatur eis hic, vt ea inuoluant, & de Caathitis dicitur, quòd ingrediebantur pro illis, sed ista vasa prius erãt intra tabernaculũ,

& in Sancta sanctorum, ergo illuc ingrediebantur Caathitæ.

Quomodo licebat Leuitis simplicibus introire in Sancta sanctorum, cum hoc esset proprium sacerdotum. Et quam magna esset reuerentia sanctuarij. Quæst. XVIII.

SED queret aliquis quomodo licebat Leuitis simplicibus introire in Sanctuarium, & in Sancta sanctorum, cum iste introitus solum liceret sacerdotibus.

Respondendum est, quòd nõ licebat Leuitis Caathitis introire in Sancta sanctorum, vel in tabernaculum, quando castra manebant, sed quando mouebantur. etiam non poterant introire illuc cum mouerentur castra, si adhuc vasa non essent inuoluta, nam tũc morerentur si ingrederentur, vt patet ꝛ. Cũ autem essent vasa inuolura omnis reuerentia Sanctuarij ablata erat, ideo licebat omnibus illuc introire. simile patet de sacerdotibus, quia quando castra manebant non licebat alicui sacerdoti minori introire in Sancta sanctorum, nec sacerdoti magno, nisi in festo propitiationis, vt patet Leui. 16. & ad Hebrę. 9. c. Et quod magis est, quando sacerdos magnus ingrediebatur in Sancta sanctorum non licebat alicui sacerdoti minori manere in prima parte tabernaculi, vt patet Leui. ca. 16. in motu tamen castrorum licebat minoribus sacerdotibus, immo pręceptum erat, vt intrarẽt in Sancta sanctorum, & inuoluerent arcam, vt patet supra in litera. Causa huius est, quia in motu castrorum recesserat omnis gloria Sanctuarij. Angelo mouente columnã nubis, vt supra declaratum est. Non tamen licebat eo tempore minoribus sacerdotibus, & Caathitis introire in Sancta sanctorum, sed sacerdotibus postquam recessisset nubes de super tabernaculum. Caathitis autem cum inuoluissent sacerdotes omnia vasa. *Et non tangant vasa Sanctuarij,* Ideſt Caathitę non ingredientur in Sanctuarium quousque sint vasa inuoluta, vt non tangant ea immediate manibus suis, sed bene licebat tãgere mediantibus operimẽtis. Sciendum est, quòd non ponitur hoc solum pro causa superioris dicti, scilicet quòd non intrent Caathitę in Sanctuarium quousque vasa sint inuoluta ne tangãt ea, sed etiam propter aliquid alterum hoc fiebat, scilicet quia non erat licitum Caathitis videre illa, vt patet infra cum dicitur. alij nulla curiositate videant, quę sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Et adhuc magis est ista causa, quam vt non tangerent. poterant enim Caathitę ingredi in Sanctuarium nondum opertis vasis, & quòd non tãgerent ea non poterant tamen ingredi quin viderent. Ista ergo erat principalior causa, & non exprimitur hic, sed infra.

Ratio.

Ne moriantur. Quasi dicat si tetigerint illa nuda morientur, & non solum hoc, sed etiam aliquando tangentes ea operta moriebantur. sicut patet de Oza sacerdote, qui tetigit arcam Domini existentem super plaustrum inuolutam pannis, & mortuus est, vt patet 2. Re. 7. c. Sed hoc ad alteram causam pertinet, vt ibi declarabitur. *Ista sunt onera Caath.*

Tangẽtes vasa nuda moriebãtur.

Hic ponit recapitulatio, vel epilogus superiorum, & dicuntur esse ista onera Caath, ideſt familię Caath. nam ad ipsum Caath non pertinebat aliquod onus cum iam mortuus esset.

Vt portent inuoluta. Ideſt, & debent ea portare inuoluta.

Et non tangant vasa Sanctuarij ne moriantur. Repetitio superioris est, & ponitur sępe hoc, vt admoneantur Leuitę ne transgrediantur in hoc.

Vasa principalium vasorum.

Vasa mẽsę propositionis.

Vasa altaris holocaustorũ.

Cur dicit Sanctuarium.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An liceret Leuitis tangere vasa, cum essent cooperta vbique. Quæst. XIX.

CVm essent ista vasa operta licebat ea Caathitis tangere, quamquam aliqui dicunt, quòd non licebat tangere illa Leuitis, etiam operta, nisi per vectes, & istud videtur sentire beatus Thomas de Aquino in prima secundę vbi agit de ceremonijs veteris testamenti, & de tabernaculo, & dicunt isti, quòd ideo mortuus est Oza, quia tetigit arcam coopertam super plaustrum.

Sed an liceret Leuitis tangere vasa cum essent opta in quocunque loco, non apparet satis ex litera. Sed videtur dicendum, quòd liceret eis tangere illa inuoluta, alioqui daretur occasio, vt valde multi de Caathitis morerentur, quia cum portarent ea in itinere non respicientibus illis, contingeret, vt tangerent ipsa in alio loco pręterquam in vectibus, & tunc morerentur. Sed non est vllatenus rationabile, quòd Deus poneret talem occasionem moriendi Leuitis. Item quando dicitur de Oza mortuo, nō potest hoc stare, s. quòd mortuus fuerit, quia tetigit arcam in alio loco, quam in vectibus. Nam dato, quòd hoc esset in Leuitis, tamen in sacerdotibus non erat. Ipsi enim ingrediebantur in Sancta sanctorum, & operiebant arcam cum nuda esset, atque tangebant eam, sed nō moriebantur: Oza autem non erat de Leuitis, sed de sacerdotibus, vt colligitur 2. Reg. c. 6. & 1. Para. c. 13. Alia igitur causa est mortis huius de qua loco suo dicetur.

Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis. Frequēs repetitio est superiorum, & dicuntur esse onera in tabernaculo fœderis, ideſt de rebus pertinentibus ad tabernaculum fœderis, quia Caathitę portabant omnia vasa illius.

Super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis. Ideſt sup Caathitas erit princeps Eleazar ad dirigendum, quid facere debeant, & quando mouere vasa, & vbi deponere.

An Eleazar filius Aaron esset princeps Caathitarum, vel Eliphan. Quæst. XX.

SEd aliquis arguet contra hoc, quia princeps Caathitarum nō erat Eleazar, sed Elisaphan, vt patet prece. c. cum dicitur de Caathitis, quid agere debeant, & postea subditur princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel. Ad hoc aliquis respondebit, quòd idem est Elisaphan, & Eleazar, sed est binomius, secundum quòd multi sunt in veteri testamento. sic patet de socero Moysi, qui aliquando vocatur Raguel, vt patet Exo. 2. c. aliquando vocatur Ietro, vt patet Exod. c. 3. & 18. aliquando Ieter, vt patet Exo. c. 4. Aliquando Obab, vt patet infra 10. c. ita ergo potuit esse de hoc.

Respondendum est non posse stare, quia Eleazar, & Elisaphan erant duo viri, quod patet, quia Eleazar erat filius Aaron, vt habetur hic, Elisaphan autē erat filius Oziel, vt patet prec. c. Itē patet cū computatur genealogia Leuitarum ponuntur filij Oziel Misael, & Elisaphan, & Sechri. & ponuntur filij Aaron, Nadab, & Abiu, vt patet Exo. 6. c. Itē Oziel erat patruus Aarō, vt patet Leui. c. 10. & Elisaphan erat filius eius, vt patet e. c. & hic. Eleazar autem filius Aaron, ergo non erant eadem persona. Rndendum ergo est, quòd Elisaphan, & Eleazar erant duo viri, vnus Leuita simplex, & alius sacerdos, & vterq; erat princeps familię Caathitarum, sed diuersimode, quia vnus erat prelatus laicus, & tanquam ex genere, scilicet Elisaphan. alius erat prelatus spiritualis, siue q̄tū ad iurisdictionē Sanctuarii, & iste erat Eleazar, & hoc modo se hñt apud nos reges, & epi. in eodem enim populo, & territorio principantur rex, & eps, sed rex ad secularem iurisdictionem, eps vero ad ecclesiasticam.

Quomodo Eleazar dicitur princeps Caathitarum, cum esset princeps principum Leuitarum. Quæst. XXI.

SEd adhuc quęret aliquis quomodo dicatur hic Eleazar princeps Caathitarum, quia non solum erat princeps eorum, sed etiam omniū Leuitarum, & princeps principum Leuitarū, vt patet prece. c. cum dicitur. princeps autem principum Leuitarum Eleazar sacerdos filius Aaron sacerdotis. Respondendum est, quòd Eleazar erat princeps Caathitarum, & etiam erat princeps principum Leuitarum, sed diuersimode, quia Eleazar habebat curā specialem de Caathitis, sicut habebat Ithamar de Gersonitis, & Meraritis, habebat autem rursus aliam curā de omnibus Leuitis, non quidem, quòd ipse prąciperet cuilibet de Leuitis particulariter, non enim prącipiebat alicui Gersonitę, vel Merarite, sed solum prącipiebat principibus eorum, & compellebat eos ad faciendum aliquid in familijs sibi subiectis. Isto modo totaliter reperitur in nouo testamento quantum ad episcopos, & archiepiscopos: nam quilibet episcoporum habet specialiter curam de grege episcopatus sui. Archiepiscopi quoque habent specialem gregē sibi commendatum sicut episcopi, & in hoc magis proprie dicuntur esse episcopi, quam archiepiscopi: rursus autem habēt curam super omnes diœcesanos episcopos existentes in sua metropoli, & possunt super eos quantum ad aliqua, quę iura concesserunt: non tamen possunt super aliquem de subditis episcoporum, & si aliquid iubere velint grauant episcopos. sic patet extra de excess. prela. c. sicut vnire. Ita autem erat in Eleazar, quia ipse habebat curā specialem de Caathitis, sicut Ithamar de Caathitis, & Gersonitis, & q̄tum ad hoc erat velut episcopus: habebat rursus curā de omnibus principibus Leuitarum, scilicet de Ithamar, quia erat princeps Merariterū, & Gersonitarū, & de Elisaphan principe Caathitarū, & de Suriel principe Meraritarum, & de Heliasaph principe Gersonitarum, de quibus prece. c. & in hoc erat Eleazar tanquam archiepiscopus.

Obiectio ad supradicta diluitur. Et redditur causa cur Eleazar præerat omnibus principibus sacerdotum. Et quod pluralitas principum Israel reducebatur ad Monarchiam. Quæst. XXII.

SEd dicet aliquis, quòd Eleazar non habebat curā de aliquo principe, Leuitarum nisi de Ithamar, qui pręerat Meraritis, & Gersonitis. Nam si dicatur, quòd etiam pręerat principibus minoribus Leuitarum nō solum dicetur, quòd pręerat principibus immediate, sed etiam subditis principum. hoc autem non conceditur in ordine archiepiscoporum ad episcopos, cum non presit archiepiscopus subditis episcopi. Rndēdū est, q̄ Eleazar non solum pręerat ipsi Ithamar, q̄ erat immediate princeps Gersonitarum, & Meraritarum, sed etiam alijs principibus mediatis, & minoribus, scilicet principi Caathitarum, & principi Meraritarum, atque Gersonitarum: alioquin non diceretur prąesse Eleazar principibus Leuitarū, sed solum vni principi Leuitarū. s. Ithamar. ipse. n. solus erat princeps immediatus sub Eleazar. Causa aūt quare pręerat Eleazar omnibus principibus sacerdotū erat, quia in rectissimis politijs debet esse vnus regens, vel multitudo regentium subordinatorum ad vnū, vt deducit Ari. 3. 4. & 5. Poli. Sic. n. est naturę principatus, q̄ vnus est vltimate, licet enim plures agentes, & dominantes causę sint, vna tamen est simpliciter dominans, ad quam omnes reducuntur, vt patet in vltima propōne 12. Metap. Entia enim nolunt male disponi. mala est pluralitas principatus: bonus ergo vnus est princeps. Sic erat in toto populo Iudaico, in qualibet enim tribu erant multę domus, & familię, & singulę domus atque familię principes suos habebant super quos in qualibet tribu erat vnus princeps totius tribus, vt patet supra 1. & 2. c. In his quoque tribubus erant iudices, qui vocātur decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni, siue millenarij, erant etiam 70. viri coadiutores Moysi. de his autem omnibus qualiter se haberent declaratum fuit Exo. 18. vltimate autem super omnes istos erat Moyses, quoniam pertinebāt ad eū causę totius populi dupliciter. s. si magnę erant, vel si pertinebant ad ritum colendi aut quomodocunque ad Deum, vt patet Exo. 18. & Deutero. c. 1. & sic pluralitas principum populi Israelitici reducebatur ad Monarchiam vltimate. Hoc autem erat quantum ad ordinem totius populi secularium. In Leuitis autem pformis reductio erat plurium principum ad vnum. Nam tota tribus Leui erat diuisa in tres familias principales. s. Caathitas, Gersonitas, Meraritas, per tres filios immediatos Leui, & deinde istę tres familię diuidebantur in octo familias minores denominatas ab octo nepotibus Leui, de quibus prece. d. c. & illę duę familię diuidebantur per domos. In qualibet aūt domorum, & paruarum familiarum erat vnus princeps, & de his nullus nominatur in litera. In alijs autē tribus maioribus familijs erant tres principes, scilicet Elisaphan in Caathitis, Suriel in Meraritis, Heliasaph in Gersonitis, vt patet prece. c. deinde isti subijciebantur alijs maioribus principibus, qa duo principes Gersonitarum, & Meraritarum subijciebātur Ithamar filio Aaron, vt patet infra: princeps autem Caathitarū erat ipse Eleazar, & rursus omnes principes Leuitarū erant cum ipso Ithamar subiecti Eleazar: postea vero Ithamar, & Eleazar erant subiecti Aaron sacerdoti magno, quantum ad sacerdotalem ministrationem, & omnes isti reducebantur vltimate in Moysen q̄tū ad iudicia, & secularem iurisdictionem.

Cur solus Eleazar vocetur princeps Leuitarum. Quæst. XXIII.

SEd quęret aliquis quare Eleazar solus vocet princeps Leuitarum cum etiam sit Ithamar princeps. Item magis videtur, q̄ Ithamar dicat princeps inter Leuitas, q̄ Eleazar: nā Ithamar pręerat Gersonitis, & Meraritis: Eleazar autem pērat Caathitis, vt patet hic, & prece. c. Respondendum est, q̄ vocatur Eleazar princeps solus, quia licet Ithamar haberet sub se Gersonitas, & Meraritas, tamē Eleazar rursus pręerat ipsi Ithamar, & principibus Meraritarum, atque Gersonitarum. vnde principes harū duarū familiarum reddebant rationem ipsi Ithamar de omnibus, quę pertinebāt ad officia ipsarum familiarum: rursus autem ipse Ithamar cum eis reddebat rationē de omnibus Eleazar. familia autem Caathitarum soli Eleazar suberat, ideo ei soli rationem reddebat, & in hoc honoratur magis ista familia, quia Moyses, & Aaron erant de Caathitis. Eleazar autem habebat hic maiorem principatum super Leuitas, quam Ithamar, quia erat primogenitus, & successit postea patri suo Aaron in summo sacerdotio, vt patet infra 20. capi. & deinde sacerdotes magni de familia sua descenderūt, quia Phinees filius eius successit ei in sacerdotio, & deinde omnes de semine eius. sic patet infra 25. capi. Phinees filius Eleazari auertit iram meā a filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos. iccirco loquere ad eum. ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini illius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo: sic etiam hī 1. Macha. 2. c. *Ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas.* Hic ponitur administrario ipsius Eleazar, non inquantum erat princeps Leuitarum, sed inq̄tum erat vnus de sacerdotibus.

Officium sacerdotum per consequens Eleazar de oleo lucernarū, & erat etiam in cura vnctionis, & incenso compositio. Quæst. XXIIII.

IN quo sciēdum est, quòd sicut ad Leuitas minores pertinebat portare vasa Sanctuarij, & reliquas partes eius, ita ad sacerdotes pręter ipsam ministrationem sacerdotalem pertinebat habere curam de quibusdam, quę non poterant ad Leuitas pertinere. s. de oleo tam ad vngendum, quam ad cremādum in candelabro, & de thymiamate ad cremandū in altari, atque de panibus propōnis, & ceteris, quę pertinent ad sacerdotalem ministrationem. hęc igitur distributa sunt inter sacerdotes, & quia soli filij Aaron, erant tunc sacerdotes minores. s. Eleazar, & Ithamar inter hos duos diuisa est tota sacerdotalis cura, quia ad Aaron non pertinebat habere curam de aliquo, sed iubere, vel ministrare cum vellet. Et ponuntur hic illa, quę pertinebant ad Eleazar. s. q̄ haberet curam de oleo ad concinnandas lucernas. istud est vnum genus olei pro Sanctuario. quoddam enim erat ad ardendū in candelabro. alterum erat ad vngendum sacerdotes, & res Sanctuarij. Primo vocatur hic oleum ad concinnandas lucernas, ideſt ad sustendandas eas, ne deficerent. concinno. as. significat componere, miscere, sustētare, & sic accipitur hic, q̄ lucernę concinnant, ideſt sustentant, ne deficiant. pertinebat ista cura ad Eleazar. Ipse enim prouidebat, ne deficeret oleum, p lucernis. Istud autem erat in septem infusorijs aureis, quę pendebant a candelabro, vt patet Zacha. c. 4. & in eis semper tenebat Eleazar oleum. Non tamen est intelligendum, q̄ ad solum Eleazar pertineret fundere oleum in lucernas candelabri, quia ista erat ministratio sacerdotalis, vna de quatuor, quæ non solum pertinebat ad Eleazar, sed etiam ad Ithamar, & ad Aaron. sic patet Exo. 27. c. cum dicitur, vt ardeat semper lucerna in tabernaculo testimonij, & collocabunt eā Aaron, & filius eius, vt vsque mane luceat coram domino, & Leui. 24. c. dicitur, quòd ista ministratio incendendi lucernas pertinebat ad Aaron. quantum ergo est ad ministrationem incendendi lucernas non erat determinata cura alicui sacerdoti, sed omnibus erat ministratio generalis, quantum tamen ad habendum curam de oleo, quod fundi debebat in lucernis pertinebat ad solum Eleazar.

Et compositionis incensum. Ideſt ptinebat ad Eleazar habere curam de incenso cōponis, scilicet de incenso composito. Erat enim duplex genus incensi in Sanctuario. vnum erat simplex, scilicet quod ponebatur super panes propōnis, vt patet Leuit. 24. capi. Aliud erat incensum compositum, quod conficiebatur ex multis simul positis, quę conterebantur, & reddebantur in puluerem minutissimum, & postea apponebatur de illo in thuribulo, vt arderet. de compositione autem hac, & ponderibus eorum, quę requirebantur ad eam, habetur Exo. c. 30. Istud incensum compositionis solum pertinebat ad cremandū coram Domino quotidie in mane, & in vespere in altari thymiamatum, vt patet Exod. 30. capi. & de hoc incenso nulli licitum erat accipere ad fruēdum odore eius, nec poterat facere similem compōni sub pena mortis.

Duplex genus incensi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis. sic patet e.c. Non est autem sensus; quòd ad solum Eleazar pertineret ministrare in incenso composito, scilicet quòd ipse cremaret illud solus coram Domino, quia hoc pertinebat ad sacerdotē magnū, vt patet Exo.30.c. pertinebat etiam ad omnes sacerdotes minores, vt patet Leui.21.c. cum dicit de omnibus sacerdotibus minoribus. sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt. ad omnes, ergo sacerdotes erat generalis ista ministratio: habere tamen curā ne deficeret istud incensum in Sanctuario, sed quando parum esset faceret plus de huiusmodi compositione ad solum Eleazar pertinebat: distincta enim ista duo sunt sicut formare hostias de massa, & consecrare eas.

Et sacrificium, quod semper offertur: Ideſt etiam pertinebat ad curam Eleazar ipsum sacrificium, quod offerebatur quotidie.

Quòd sacrificium quotidianum, & sacrificium a casu fuerint apud Israelitas, & illa, quæ essent, & quibus eorum curatio spectaret. Quæst. XXV.

IN quo sciendum est, quòd quędam erant sacrificia quotidiana, & regulariter facta. Alia autē erāt a casu: sacrificium autem quotidianum, & regulare erat, vt quotidie in aurora immolaretur vnus agnus anniculus in holocaustum, & alius per totam noctem, de cuius ritu late dictum est Leui.6.c. in diebus autem sabbatorum duplicabantur ista sacrificia, scilicet in aurora duo agni anniculi, & in vespere totidem, vt patet infra 28.c. Etiam in prima die cuiuslibet mensis erant determinata sacrificia, etiam in festo azymorum, & in festo pentecostes, & clangoris, & propitiationis, atque tabernaculorum. & singulis enim erant determinata sacrificia, & ista erant regularia, ita quòd ex nulla causa mutari deberent, de ritu enim sacrificiorum per singula habetur infra 28. & 29. capi. in litera. Alia autem erant sacrificia, quę non erant regularia, sed offerebātur a popularibus ex deuotione, vel voto, vel alias, & ista aliquando erant holocaustum, aliquando victimę pacificę, & aliquando sacrificium pro peccato. De primis sacrificijs horum sacerdotes habebant curam, quia illa erant determinata, & sciebant sacerdotes quid, & quando offerri deberet. de sacrificijs autem, quę à casu offeruntur a popularibus sacerdotes non poterant habere curam, quia non erant determinata, sed dependebant ex voluntate laicorum, etiam quia precium pro his sacrificijs dabatur a laicis, & non poterant sacerdotes disponere de rebus laicorum eis non agentibus. In sacrificijs autem, quę regulariter fiebant secus erat, qa sumptus illorū erant penes sacerdotes. nam de precio, quod soluebāt transeuntes ad numerum dabatur ibi his sacrificijs, quia illud precium manebat ad vsus Sanctuarij, vt patet Exo.30.c. & est sensus, quòd pertinebat ad Eleazar sacrificium, quod semper fiebat, ideſt pertinebat ad eum habere curam de emendis animalibus, vel conseruandis ad sacrificium.

Nam non intelligitur, quòd ipse solus ministraret faciendo sacrificia in altari. Nam Aaron principaliter ministrabat sacrificando: filij autem sui etiam aliquādo sacrificia faciebant, & quilibet hoc facere poterat, vt patet Leui.7.c. vbi dicitur, quòd armus dexter, & pectusculum pertinebat ad quemlibet de filijs Aaron, qui fecisset sacrificium pacificum, & hoc verum est, nisi talis sacerdos haberet aliquādo maculam, vel incurrisset aliquam immunditiam. Hi enim arcebātur ab omnibus sacerdotalibus ministerijs, & solum relinquebantur eis iura percipienda sicut alijs sacerdotibus, vt possent sustētari, sic patet Leui.21.c. Cum dicitur. omnis, qui habuerit maculā de semine Aarō sacerdotis non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. vescetur tamen panibus, qui offerent in Sanctuario, ita dūtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare. Non igitur pertinebat ad solum Eleazar ministratio in sacrificijs, sed ad omnes sacerdotes, ad ipsum tamen solum pertinebat habere curam de animalibus, quę offerri debebant, & dare cuilibet sacerdoti animal, quando offerre debebat illud.

Sciendum tamē, q̄ ista cura non semper pertinuit ad Eleazar, sed solum quandiu vixit pater eius Aarō, sub quo ipse ministrabat, defuncto autem illo factus est sacerdos magnus Eleazar, & desijt habere istam curam, quę pertinebat ad alios minores sacerdotes, & hoc fuit ante exitum deserti. Nam in monte Hor anno 40. ab exitu de Aegypto mortuo Aaron factus est pontifex Eleazar, vt patet infra 20. cap. iuncto 33.

An in deserto facta fuisse sacrificia possit inferri ex hoc loco. Quæst. XXVI.

SED considerandum est, quia dicitur hic, quòd habebat Eleazar curā de sacrificio, quod quotidie fit, in quo innuitur, q̄ in deserto fiebant sacrificia: alioquin superflue traderetur ei cura de non ente. Respondendum est, q̄ in deserto non fuerunt facta sacrificia in aliqua mansione, nisi in deserto Sinai, vt sępe dictum est, & ostensum est supra, & colligitur infra 28.c. ideo solum habuit curam Eleazar in monte Sinai quantum ad sacrificia. ibi enim facta sunt per mensem, & dimidium, scilicet a tempore consecrationis eorum, quæ incępit prima die mensis primi anni secundi egressionis de Aegypto, vsque ad diem 20. mensis secundi anni eiusdē: tandiu enim steterunt in monte Sinai post consecrationem sacerdotalem. pro hoc ergo tempore oportuit, vt daretur aliquis, qui haberet curam de animalibus immolandis, & si postea contingeret in deserto fieri immolationes, ad ipsum quoque cura prędicta pertineret.

Item dato, q̄ in toto deserto nūquam futura esset aliqua immolatio debebat assignari ista cura alicui, & q̄ omnia alia officia sacerdotalia, & Leuitica distinguerent in personas, vt postea in terra promissionis successores, qui ista frequentare debebant, scirent distinguere officia. si tamen Deus non dedisset distinctionem istorum officiorum sacerdotibus a principio consecrationis eorum posteri nescirent ista ordinare. decuit ergo, vt Deus distingueret hic ista officia in personas, & cum dicitur hic, *Sacrificium, quod semper offertur.* Ly semp̄ pōt intelligi dupliciter. vno modo, q̄ sacrificium istud semper offeratur, ideſt quotidie. Et tunc intelligetur de holocausto matutino, & vespertino, quę omnibus diebꝰ offerri debebāt indesinēter. Alio modo potest intelligi semper immutabiliter, & tunc non solum intelligeretur de sacrificijs quotidianis, sed etiam de sacrificijs duplicatis, quę fiebant per singula sabbata, & de sacrificijs festiuitatis azymorū, & pentecostes, clangoris, propitiationis, atque tabernaculorum. hęc enim, quamquam non essent quotidie, sed solum semel in anno: tamen erant immutabilia sicut sacrificia quotidiana. quolibet autem, horum modorum potest hic intelligi, sed secundus sensus melior est, qui etiam comprehendit primum, scilicet quòd pertineret ad Eleazar cura sacrificiorum, quę semper offerebantur, ideſt, immutabiliter, & tunc intelligetur hoc tam de sacrificijs iugibus matutino, & vespertino, quia ista erant immutabilia, & sacrificia, quę fiebant in omnibus alijs festiuitatibus eodem modo

modo determinata erant, & patet hoc, quia ista sacrificia erant a Deo determinata, sicut sacrificia quotidiana cum de omnibus detur eadem lex infra 28. & 29.c. & ista omnia fiebant eodē modo de sumptibus Sanctuarij, sicut sacrificia quotidiana, ergo sicut habere curam de eo, quod pertinet ad quotidiana sacrificia pertinet ad aliquem sacerdotem, ita pertinebit habere curam de aliis sacrificijs festorum, quę erant immutabilia, alioquin dabitur, quòd nullus haberet curam horum, & consequenter perirent, vel nunquā fierent: cum necesse sit perire ea, quę nullius cura sustētantur. ad Eleazar, ergo omnia ista simul ptinebāt.

Et oleum vnctionis. Ideſt etiam pertinebit ad Eleazar cura de oleo vnctionis.

Duplex oleum in Sanctuario. Et Oleum compositionis ad quid erat. Quæst. XXVII.

IN quo sciendum est, quòd duplex erat oleum in Sanctuario. vnum pro lucernis, & alterum ad vnctiones. pro lucernis erat oleum simplex de arboribus, de quo Exo.27.c. dicitur prędicte filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus purissimum, vt ardeat semper lucerna in tabernaculo testimonij. Cura autē huius olei pertinebat ad Eleazar, & de hoc dicitur supra ad cuius pertinet curam oleū ad concinnandas lucernas. Secundum oleum erat in Sanctuario, quod vocatur oleum cōpositionis, vel vnctionis, ideſt ad vngendū, & erat istud pingue magis in modum vnguenti, quam olei, sic enim vocatur in Psal. 132. sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam barbam Aaron. Istud erat factum ex pluribus rebus, quibusdam liquidis, & quibusdam siccis. de qua compositione traditur modus. Exo.30.

Erat autem istud oleum a duo, scilicet ad vngendū sacerdotes in consecratione sua secundum modum, qui habetur Exo.c.29. & Leui.8. Erat etiam secundo ad vngendum tabernaculum cum omnibus vasis suis antequam ministraretur in eis, vt patet Exo.31.c. de hoc vnguento habebat curam Eleazar, non quidem, quòd ipse ministraret in eo faciendo vnctiones per illud, quia hoc pertinebat ad alterum, sed quia ipse habebat curam de conficiendo, & conseruando illud ne vnquam deficeret. patent ista, quia sacerdotes in consecratione sua vncti sunt hoc oleo, & tamen non vnxit eos Eleazar, sed magis ipse cum reliquis vncti sunt a Moyse, vt patet Leui.8.c. etiam consecratio tabernaculi cum omnibus vasis in oleo vnctionis non fuit facta ab Eleazar, sed a Moyse, vt patet Exo.31. & infra 7.c. Pertinebat tamen ad Eleazar cura conseruandi, & conficiendi.

Et quidquid ad cultum tabernaculi pertinet. Ideſt etiam Eleazar habebit curam de omnibus, quę pertinent ad tabernaculum. non est tamen intelligendum hoc, q̄ ipse haberet curam de omnibus ministrationibus, quę fiebant in tabernaculo, quia istę communes erāt omnibus sacerdotibus. Sed prębere materiam ad omnes has ministrationes, & custodire illam pertinebat ad Eleazar.

Quòd Quatuor erant ministrationes in Sanctuario. Quæst. XXVIII.

ERANT enim in Sanctuario ministrationes quatuor, scilicet in cremando thymiama, & incendendo lucernas, & offerendo sacrificia, & disponendo panes propositionis in mensa. Ad omnia hæc parabat Eleazar materiam. Nam quāquam ipse non offerret solus thymiama, ipse tamen solus habebat curam thymiamatis conficiendi, & conseruandi, ne vnquam deficeret ad cremandum in altari. sic supra dictum est, quòd ad Eleazar pertinebat incēsum compositionis, ideſt thymiama compositū. Secunda ministratio erat in candelabro disponendo quotidie lucernas, & ista ministratio non pertinebat solum ad Eleazar: tamen prouidere de oleo in infusorijs candelabri ad eum solum pertinebat. sic supra dicitur ad cuius pertinet curam oleum ad concinnādas lucernas.

Tertia ministratio erat disponere panes propositionis super mensam auream in tabernaculo, & ista ministratio omnium erat: tamen prębere similam, & conficere panes pertinebat ad solum Eleazar.

Quarta ministratio erat sacrificium, & ista ad omnes pertinebat: tamen prębere ea, quę immolari debebant pertinebat ad solum Eleazar sic dicitur supra, & sacrificium, quod semper offertur. de panibus autē propositionis nō dictum est ad quem pertinet cōfectio eorum, & tamen intelligendum est, q̄ pertineret ad Eleazar, & intelligitur per hanc clausulam generalē, scilicet quidquid ad cultū tabernaculi pertinet, ideſt quidquid pertinet ad ministrationem faciendam in tabernaculo: panes tamen propositionis pertinebant ad hanc ministrationem.

Quòd panes propositionis conficiebantur ab Eleazar: Israelitæ vero dabant similam. Et libamenta sacrificiorum, quæ dicantur. Et quæ pertinent ad sacerdotes, & quæ ad Leuitas. Et An ad Eleazar pertineret cura omnium, quæ fierent in Sanctuario. Quæst. XXIX.

SED quiquet aliquis, q̄ non conficiebat Eleazar panes propositionis, sed Israelitę: sic videtur Leui.24.c. cum dicitur de panibus his per singula sabbata mutabuntur suscepti a filijs Israel fędere sempiterno: ergo Israelitę dabant panes propositionis iam confectos, & nō conficiebat eos Eleazar.

Respondendum est, q̄ Eleazar sacerdos confecturus erat panes propōnis, & non Israelitę, sed dicebantur suscipi ab Israelitis, quia ipsi dabant similam ad faciendum istos panes, & hoc colligitur ex litera Leui. 24.c. cum dicitur. accipies similam. s. ab Israelitis, & coques ex ea 12. panes: ecce igitur panes coquēdos esse iussit a Moyse, vel sacerdotibus, & non ab Israelitis.

Considerādum autem vlterius, q̄ prēter animalia, quę offerebantur in sacrificiis quotidianis, & regulariter factis, de quibus habebat curam Eleazar erant aliqua alia in sacrificijs necessaria. s. libamenta eorum. hęc autem sunt panis, & vinum, sal, oleum, & thus, vt patet Leui.2.c. nec erat aliquod sacrificium in quo nō offerrentur libamenta ex necessitate, prēterquam in sacrificio pro peccato, de quo infra 15.c. vbi ponitur quantitas cuiuslibet libamentorum, secundum varietatem animalis oblati. De his autem omnibus curam habebat Eleazar. s. vt esset in Sanctuario semper simila, & vinum, & sal, atque oleum, & thus pro sacrificijs quotidianis, & ipse prębebat cuilibet sacerdoti immolanti omnia libamenta necessaria.

Considerandum autem, quòd quamquam nunc ista, quę dicta sunt pertinerent ad Eleazar, tamen postea tempore Dauid, non manserunt sic ordinata, sed quędam horum, quę pertinebant ad sacerdotem, postea pertinuerunt ad simplices Leuitas, quędam vero alia manserūt penes sacerdotem. ministrare enim in altari, & in toto tabernaculo, sicut a principio fuit Aaron, & filiorum eius, ita, & semper ad eos solos pertinuit, vt patet 1.Paralipo. capitu.6. cum dicitur. Aaron vero, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus Sancti sanctorum, vt precarentur pro Israel,

iuxta

iuxta omnia, quę præceperat Moyses seruus domini. F
alię autem ministrationes erant, quę præcedebant ad
istas.s.preparare materialia ad ministrationem,quam
faciebant sacerdotes in Sanctuario, vt habere similā,
& vinum, & alia libamenta parare, vnguenta, & thy-
miamata, & facere panes propositionis, & istarum
ministrationū cura totaliter pertinuerat ad Eleazar.
Quędam nunc manebant in sacerdotibus, sicut con-
ficere oleum vnctionis, & facere thymiama.sic patet
1.Para.c.9.(filij autem sacerdotum vnguenta, & aro-
mata conficiebant, & vocantur ibi vnguenta oleum
vnctionis, aromata autem dicuntur thymiamata ad
cremandum super altare.

Alię autem harum ministrationū commissę erant G
Leuitis sicut frigere similam in sartagine,& confice-
re panes variorum modorum ad vsum sacrificiorū,
de quibus habetur Leu.2.c.& in hac præerant simpli-
ces Leuitę, scilicet filij Chore, vt patet 1.Para.9.c.(.&
Mathathias Leuites primogenitus Sellum Chorite
præfectus erat omnium, quę in sartagine frigebātur.
Alij quoque Leuitę habebant curam de panibus p-
positionis, vt pararent similam,& conficerent eos sic
patet 1.Para.c.9. (porro de filijs Caath fratribus eorū
super panes erant propositionis, vt semper nouos per
singula sabbata præparatent. Alię etiam ministratio-
nes erant sicut vinum, & oleum,& cętera libamenta
parare ad sacrificia,& ista sub cura Leuitarum simpli-
cium. sic patet 1.Para.c.9.cum dicitur de Leuitis su- H
biungitur. præerant similę,& vino, & oleo, thuri, &
aromatibus.hęc tamen faciebant Leuitę ad præceptū
sacerdotum, vnde ipsi sacerdotes dicebantur præesse
his. sic patet 1.Para.23.c.(sacerdotes autem super pa-
nes propositionis, & ad similę sacrificium, & ad laga-
na,& azyma,& sartaginem, & ad fermentem similam,
& super omne pondus atque mensuram. Hęc quidē
tempore Dauid sic distributa sunt, quia multiplicatus
erat cultus Domini, & nō poterat vnus sacerdos, nec
multi sufficere in his ministrationibus nisi diuiderent,
& diuisę sunt per Leuitas.

Omniumque vasorum,quæ in Sanctuario sunt Ideſt perti-
nebit ad Eleazar cura omnium, quę sunt in vasis to-
tius Sanctuarij. Non est autem ista litera per se intelli-
gēda.(.q haberet Eleazar curam omnium vasorum,
quę erant in tabernaculo,vel in toto Sanctuario,quia
tunc ipse deberet portare omnia hęc, sed falsum est,
quia cura horum pertinebat ad totam familiam Caa-
thitarum, sed referendum est hoc ad literam imme-
diatam.(.q ad Eleazar pertinebat quidquid ad cultū
tabernaculi pertinet, ideſt omnia,quę pertinebant ad
ministerium,quod fiebat in tabernaculo,& omnium
vasorum eius, ideſt quidquid pertinebat ad ministra-
tionem, quę fiebat in omnibus vasis Sanctuarij. Et
tunc istę duę clausulę idem signant, quia in hoc per-
tinebat ad cultum, ideſt ministrationem Sanctuarij,
quod non fieret in aliquo vase Sanctuarij, sed vna est
expositiua alterius. Erat etiam quędam alia minis-
trario,quæ nō fuit hic expressa, & pertinebat ad Eleazar,
scilicet habere curam de aqua ponenda in labio ęneo
ad lauandum pedes sacerdotum, & manus cum mi-
nistrarent.Non enim poterant aliter ministrare,vt pa-
tet Exod.30.c.& tamē ista cura nulli alteri commissa
erat, cum cura totius cultus Sanctuarij pertineret ad
Eleazar, vt hic dictum est.

Locutusque est Dominus ad Moysen,& Aaron. Hic ponit
tutela de modo ministrationis Caathitarum ne mo-
riantur, & Deus fuit ista locutus Moysi, & Aaron,qa
sicut pertinebat ad Moysen sicut ad prophetam, &
principem totius populi, ita pertinebat ad Aaron
tanquam ad eum, qui exequi debebat hæc: nam hic
dicitur, quomodo sacerdotes disponerent vasa San-

ctuarij portanda a Caathitis tāquam ipsi ea tangerēt.
Ista tamen dispositio principaliter erat ipsius Aaron
ad ipsum ergo fuit locutio. *Nolite perdere populū Caath.*
Ideſt nō destruatis Caathitas. Nomine enim Caathi-
tarum solum intelliguntur hic Leuitę simplices de
familia illa, & non sacerdotes, quoniam illi sunt, qui
solum perdi poterant si tangerent vasa: sacerdotibus
enim licebat tangere illa. Aliquando tamen nomine
Caathitarum intelliguntur sacerdotes sicut præce.
cum numerabātur omnes de tribu Leui,& sacerdo-
tes cum eis in familia Caathitarum,vt ibi declaratum
est. Et dicitur,quòd non perderent Caathitas,quoniā
si tangerent aut viderent vasa nuda, morerentur, &
tunc Moyses, & sacerdotes dicebantur eos perdere,
ideſt occidere, quia dabant illis occasionem ad morē
dum. Moyses quidem, quia nō iubebat sacerdotibus
disponere vasa,& tegere antequam portarent ea Caa-
thitæ,& ipsi sacerdotes, quia permittebant Caathitas
accedere ad vasa nuda, & non prius ipsi tegebant ea.
De medio Leuitarum. Ideſt de inter Leuitas.q.d.non fa-
ciatis perire omnes Caathitas de intra omnes alios
Leuitas, quod dicitur, quia non erat periculum alijs
vllo modo in oneribus suis videndis atque tangēdis,
quomodocunque se haberent: Caathitis autem erat
periculum, ideo cæteris manentibus Caathitæ more-
rentur, si tangerent onera sua nuda.

Sed hæc facite eis. Scilicet ea, quæ sequuntur, vt pri-
mo tegatis vasa portanda ab eis,quam ipsi portent.

Vt viuant, & non moriantur. Eadem sententia est vi-
uere, & non mori, sed ponitur ex superadditione, &
est modus figuratus loquendi,sicut cum dicitur, quā
poterant ibant, & quā non poterant non ibant, & ta-
men idem est vtrobique. *Si tetigerint Sancta sanctorum.*
Ideſt morientur si tetigerint res sacras nudas, & non
accipitur hic Sancta Sanctorum pro illa parte taber-
naculi interiori vbi erat arca: nam non moriebantur
Leuitæ eo, quòd tangerēt illa, sed quia tangebant va-
sa nuda.Item non potest accipi hic sensus vllus si in-
telligatur Sancta sanctorum pro illa parte domus.Nō
enim poterit dicere aliquis tangere Sancta sanctorū, Curiositas quid.
nisi tangat aliquam de tabulis, vel operimētis domus I
illius, quia nihil aliud erat tangibile ibi, & tamen lice-
bat impunè omnia ista agi,cum Gersonitæ portarent
omnia operimenta illius,& Meraritæ omnes tabulas,
& columnas:tamen non moriebantur.

Item si accipiatur hic tangere Sancta sanctorum,
ideſt introire illuc,non poterit stare, quia etiam lice-
bat Caathitis introire illuc pro arca cum esset velata, Qſi Leuitę
vt supra declaratum est. Solum igitur illicitum erat videtes va
tangere vasa nuda,vel videre. sa more-
rentur.

(Sed dicendum, quòd accipitur Sancta sanctorum
pluraliter pro omnibus vasis Sācturij, quæ sunt mul-
tum Sancta. Et dicuntur Sancta sanctorum ad notan-
dum sanctitatem excellentiæ sicut dicimus Cantica
canticorum, vel flos florum, & sic erat de vasis San-
ctuarij,quæ erant valde Sancta, & non licebat illa tan- K
gi: vestimenta autem facta ad tegendum vasa sancta
erant, cum essent facta ad vsum sacrorum, sed non
erant Sancta sanctorum,ideo licebat illa tangi, & non
vasa contecta eis. similis modus loquendi habetur fre-
pe in Leuitico, vbi partes similę proueni entis sacer-
dotibus vocantur Sanctum sanctorum. Leui.c.2.

Item partes de hostia pro peccato prouenientes
sacerdotibus vocantur Sancta sanctorum,vt patet Le-
ui.capi.6.& 10.ita ergo hic.

Aaron, & filij eius intrabunt. Scilicet in atriū taber-
naculi ad tegendum labium æneum, & altare holo-
caustorum, & in primam partem tabernaculi ad te-
gendum mensam propositionis cum vasis suis, & cā-
delabrum,& altare thymiamatis,& in Sancta sancto-
rum

rum ad tegendum arcam cum propitiatorio,& Che A
rubim. *Ipsique disponent.* Ideſt Aaron & filij sui ordina-
bunt opera istorum: non quidem q ipsi educerent
vasa de loco suo extra sanctuarium, sed q ea velarēt
atque ligarent: postea vero Caathitæ pro illis ingre-
diebantur, sicut supra declaratum est. Nec obstat si
quis dicat, q non liceret Caathitis ingredi in sancta
sanctorum ad educendum arcam.ad hoc enim supra
est responsum.

Opera singulorum. Scilicet Caathitarum. Non enim
intelligitur q sacerdotes disponerent ea, quæ porta
da erant a Merarītis,& Gersonitis:quia ista ab omni-
bus clarè videbantur,& quomodocunque tangeren
tur non erat in eis periculum, sed in solis Caathitis.

Et diuident quid portare quis debeat. Ideſt isti sacerdo-
tes diuident inter Caathitas onera portanda, vt non B
sit contentio inter eos, quid a quibus portari debe-
ret.Erant namque vasa principalia sex quæ supra nu-
merata sunt,cum vasis suis paruis, & ista diuidebant
inter Caathitas.Erant enim Caathitæ potentes porta-
re onera a 30.annis vsque ad quinquagintaduo mil-
lia septingenti quinquaginta,& inter illos diuideban
tur ista sex vasa,& hoc vt essent qui alternatim subij-
cerentur oneri. Nam qui incipiebant portare arcam
in aurora, non poterant eam portare per totam diē,
sed mutabantur per vices,& sic erat tolerabilislabor,
& hoc cum à duobus millibus septingētis quinqua-
ginta Caathitis. vt infra patet,sola sex vasa portaren-
tur.Hoc autem quod dicitur de diuisione onerū ma-
gis pertinebat ad Eleazar, quàm ad alios sacerdotes, C
quia ipsi erat commissa cura omnium Caathitarum,
cum esset princeps eorum,vt patet supra in litera.

Alij nulla curiositate videant quæ sint in sanctuario. i. alij
tam Caathitæ quàm omnes alij Leuitæ, & populares
non respiciant quid sit in Sācturio antequam tega-
tur. Nam sicut Caathitæ morerentur si viderent va-
sa nuda,ita & omnes alij, imò magis alij quàm Caa-
thitæ,quia Caathitæ magis applicabant ad res sacras,
& dr.nulla curiositate.i. non cum intentione vidēdi,
q.d.non intrent Caathitæ in Sanctuarium,vt videant
vasa antequam tegantur.Curiositas autem tunc esset
si vellent videre Caathitæ qualiter vasa erant fabrica-
ta,vel quæ figuræ erant in illis.vocatur enim curiosi-
tas cura vel desiderium sciendi, & hoc modo voca- D
tur curiosi illi qui nimis interrogant, quia de multis
curant. Et hoc modo Terētius in Eunucho introdu-
cit Cheream quærentem aliquem curiosum.i.aliquē
qui inquireret ab eo de successu fortunæ suæ.

Et videtur iam ex hoc quòd Israelitæ si viderent
vasa ex aliqua curiositate antequam inuoluerentur
morerentur. Si autem viderent a casu non intē-
tes videre,non morerentur, sed hoc falsum est, quia
quomodocunque viderent vasa nuda morerentur,
quod patet de Bethsamitibus,qui viderūt arcam Do-
mini quādo veniebat de terra Philisthim super plau-
strum,& mortui sunt quinquaginta millia virorum.
& septuaginta viri de populo Domini,& tñ nō viden
tur illi respexisse arcam curiosè. Nam quamquam E
aliqui eorum vellent accedere ad eam curiosè, tamē
non omnes, scilicet quinquaginta millia poterāt ac-
cedere: mortui ergo sunt solum, quia viderunt, sed
dicitur hic,quòd alij nulla curiositate videant ea,quę
sunt in Sanctuario, quia magis damnabile est videre
ex curiositate quam alias, vtrunque tamen inducit
mortem.

Priusquam inuoluantur. Quasi dicat, cum fuerint ista
inuoluta poterunt ea tangere, & videre Caathitæ, &
quicunque,sed non ante. *Alioquin morientur.* Scilicet
qualitercunque viderint.hæc autem fiebant, vt habe-
retur Deus in magna reuerentia,nam ministeria quę
fiebant in veteri testamento secundum se non habe-
bant aliquam efficaciam, sed solum ex deuotione a-
gentium,nisi quantum ad purificationem quarundā
corporaliū irregularitatū,& immunditiarū, quas tol-
lebāt istæ ministrationes ex ordinatione Dei statuen
tis legē,& hoc siue deuotè, siue nō deuote sūt hīent
isti q suscipiebāt huiusmodi cæremonias, sicut est de
baptismo, & de sacramentis noui testamenti impri-
mentibus characterem,quia siue suscipientes deuotè
se habeant siue non, semper imprimetur character,
dum tamen non renuant simpliciter suscipere sacra.

Ob hoc igitur si ministrationes veteris testamenti
non ponerentur à Deo in magna reuerentia cōtem-
nerent illas,cum secundum se non essent aliquius vti
litatis. Et consequenter Deus in his contemneretur:
posuit ergo ea in magna veneratione. Est autem ve- Veneratio
neratio per duo.s.per amorem, & timorem. Amor ex duplici
autem nō pertinet, nisi ad perfectos vel proficientes. cā oritur.
Iudæi tamen erant in gradu infimo, quia nunc inci-
piebant assuescere iugo legis,ideo per timorem & nō
per amorem moueri debuerunt.vnde omnia quæ in
veteri testamento fiebant sub quibusdam terroribus
& pœnis ponebantur. vt patet in datione legis, cum
apparuit angelus Domini in caligine,& fumo, & to-
nitruis,& fulguribus coruscantibus, perterruitq; vni-
uersos Israelitas, ita vt dicerent se morituros si am-
plius audirent vocem Domini, vt patet Exo.20.cap.
& Deuter.5.cap.

In nouo autem testamento non fuit iste timor,sed Istū no-
omnia per amorem fiunt.hanc differentiam declarat in quo
Apostolus ad Hebr. 12. cap. dicens non accessistis ad fert a ve
tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & teri.
caliginem, & procellam,& tubæ sonum, & vocē ver
borum, quam qui audierunt excusauerunt se ne eis
fieret verbum. Non enim portabant quæ dicebantur,& ita terribile erat, q dicebatur, q Moyses dixit
exterritus sum & tremebundus, sed accessistis ad Siō
montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cele-
stem, & multorum millium angelorum frequentatā
& ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cęlis,
& iudicem omniū Deum, & spirituum iustorū per-
fectorum,& testamenti noui mediatorem Iesum.

Ecce igitur in nouo testō pax & trāquillitas:in ve-
teri aūt terror.ideo admonuit Dns,q Iudæi terrerentur a tabernaculo suo non audētes accedere ad illud.
sic patet Leui.c.26.custodite sabbata mea & pauete à
sanctuario meo,sed non erat maior terror q̄ inflictio
mortis:ideo transgressoribus cæremoniarum veteris
testamenti præcipuè in his quæ pertinebant ad Deū
immediatè, sicut erant vasa ministrationis,imponebatur mors. *Locutusque est Dominus ad Moysen.* Hic ponitur officium Gersonitarum, qui erant in secunda familia Leuitarum.

Tolle summam etiam filiorum Gerson Officium
per domos ac familias & cognationes suas a filiorum
triginta annis & supra:vsque ad annos quin Gerson.
quaginta. Numera oēs qui ingrediuntur, &
ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est
officium familiæ Gersonitarum, vt portent
cortinas tabernaculi & tectum fœderis o-
perimentum aliud, & super omnia velamē
hyacinthinum: tentoriumque quod pēdet
in introitu tabernaculi fœderis: cortinas
atrij & velum in introitu, quod est ante ta-
bernaculū. Omnia quæ ad altare pertinēt fu

niculos & vasa ministerij iubente Aaron & filijs eius portabunt filij Gerson, & scient singuli cui debeant oneri mācipari. Hic est cultus familię Gersonitarum in tabernaculo fęderis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

Tolle summam filiorum Gerson. Quia describitur hic officium Gersonitarum primo ponitur numerus eorū qui in isto officio seruiunt.

Quare numerantur hic Gersonitæ cum præcedenti cap. numerati fuerint, & an sit eadem numeratio vel diuersa. Et quis esset modus numerandi. Quæst. XXX.

SED dicet aliquis quare numerantur hic Gersonitæ cum iterum numerati sint præced. c. Forte aliquis respōdebit, q̄ istæ numerationes factæ fuerint diuersis tēporibus, & ideo quāquam numerati fuerint supra Gersonitæ, conueniens fuit iterum numerari hic. sic factum est de numeratione omnium Israelitarū, qui numerati sunt in mōte Sinai, & iterum numerati sunt apud Iordanem. De primo habetur supra cap. 1. De secundo habetur infra 26. cap.

Dicendum est non stare hoc, quia istæ duæ numerationes fuerūt in monte Sinai, quod patet, quia oīa q̄ habentur a principio huius libri vsque ad 10. ca. facta sunt in monte Sinai a die primo mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto vsque ad diem 20. mensis eiusdem. Nam ea quæ habentur supra cap. 1. dicuntur incepta in prima die mensis secundi, & ea q̄ habentur infra cap. 10. facta sunt die 20. mensis eiusdem. factæ sunt ergo istæ duæ numerationes eodem tempore.

Respondendum est, q̄ ideo factæ fuerunt duæ numerationes simul, quia non est pertinens ad idem vtraque numeratio. Nam præced. cap. numerati sunt Gersonitæ, & omnes alij Leuitæ ad commutandum pro primogenitis Israelitarum. hic autem computātur ad assignandum eis officia. hæc autem diuersa sunt. Nam pro commutatione in præced. computatione numerabātur omnes Leuitæ a mense & supra vsque ad vetustatem. Hic autem numerantur soli habentes annum 30. vsque ad quinquagesimum, fuit ergo iterata numeratio.

Per domos atque familias & cognationes suas. Iste est modus numerandi, quia non computabatur tota familia Gersonitarum sub vno inuolucro, sed diuidebatur primo in duas familias. s. in Lebniticam, & Semeiticam quæ habentur præcedē. cap. & illæ diuidebantur postea in alias minores, quę vocantur domus. Nam nunquam accipitur hic domus pro vna œconomia: sed pro congregatione plurium eiusdem progeniei. dicitur etiam quòd fiebat ista numeratio per cognationes, quia hoc est expositiuum duorum, scilicet domorum & familiarum. vtraque enim harum est cognatio quædam.

A 30. annis & supra. Ante tempus istud nemo computabatur inter Leuitas. Causa est, quia ista computatio fiebat ad labores magnos subeundos: sed ante ætatem illam non sunt homines, habentes integrum robur: ideo non computabantur. & dicitur supra, non quòd omnes qui essent supra annos 30. computarentur, quia hoc modo veteres inepti ad laborē computarentur: sed solum eo modo quo immediatè dicitur.

Vsque ad annos quinquaginta. Et hoc quia ab anno 30. vsque ad quinquagesimum durat robur in homine ad opera dura. deinde incipit debilitari, ideo intra Leuitas ministrabant, qui nondum compleuerant quinquaginta annos: postea vero non ministrabant, sed efficiebantur custodes vasorum, vt infra 8. cap.

Qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Idest tolles summā omnium Gersonitarum, qui ingrediuntur & ministrant. Non dicuntur ingredi. i. intrare in tabernaculum ad ministrandum, quia hoc solis sacerdotibus licebat, & siquis extraneorum attētaret moriebatur, vt patet præced. ca. s. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij: externus qui ad ministrandum accesserit morietur, sed dicebantur ingredi. s. incipere ministrare, vel ingredi ad ministrandum, sicut cum aliquis incipit seruire alicui domino dicimus, quòd intrat ad seruiendum illi domino, quia tunc est intra seruitium, & ante erat extra.

Vt ministrent in tabernaculo fœderis. Non est intelligēdum, q̄ Gersonitæ ministrarent in tabernaculo fęderis, quoniam hoc erat officium sacerdotum, sed ministrabant in tabernaculo. i. ministrabant portando res tabernaculi, vt immediate patet. Nā ministratio in tabernaculo est duplex, s. ministrare intra tabernaculum, & hoc pertinet ad solos sacerdotes, aliud est ministrare in tabernaculo, i. portando ipsum tabernaculum vel custodiendo illud. Et sic primo modo ista præpositio, in, dicit habitudinem localem. Secundo modo dicit habitudinem materiæ.

Hoc est officium familiæ Gersonitarum. s. istud quod sequitur, & pertinebat in gñali ad totam familiam: postea tñ diuidebatur per cognationes, & domos, & personas s̄m diuersa operimēta, q̄ portabantur. sic patet. j. cum dr̄. & sciant singuli cui oneri debeāt mancipari.

Vt portent cortinas tabernaculi. Officiū oīum Leuitarum erat in portando aliquid pertinēs ad tabernaculum. Sed Caathitæ portabant vasa tabernaculi, q̄ non erant partes illius: Gersonitæ aūt, & Meraritę portabant partes Sanctuarij: sed harum quædā erant molles, & istæ portabantur a Gersonitis. s. oīa operimenta tam ex filis quàm ex pellibus: aliæ erant duræ, & istę portabantur a Meraritis, scilicet tabulæ & columnæ & bases.

Dicuntur hic cortinæ tabernaculi primum operimentum ipsius. Erant enim quatuor operimenta extenta in transuersum super tabernaculum s̄m dispositionem quæ declarata est Exo. 26. c. Primum erat de cortinis. Secundum de sagis. Tertium de pellibus rubricatis. Quartum de pellibus hyacinthinis. Primum ponitur hic, & erant decem cortinæ, quarum quinq; &c. iungebantur in alterutrum per consuturam: aliæ quinque eodem modo. Et sic erāt factæ duæ magnæ cortinæ, quæ postea iungebantur per circulos aureos & ansulas hyacinthinas de quo Exo. 26. *Et tectum fœderis.* Istud est secūdum operimentū tabernaculi, q̄ ponebatur immediatè super cortinas. Erat aūt de pilis caprarū, & inde facta sunt 11. saga quorū sex ligabantur per cōsuturā inter se: quinq; aūt alia identidē. & fiebant duo saga magna quæ postea iungebantur per fibulas æneas, & ansas de quo Exo. 26. cap.

Istud vocatur hic tectū fęderis. i. tectū tabernaculi fęderis, & nō accipit tabernaculū fęderis hic pro ipsa domo, quia tunc non magis esset tectū tabernaculi istud sed m operimentū q̄ alia tria. Nec accipitur q̄ sit tectum tabernaculi. s. immediatè tegens tabernaculum, tunc enim primum operimentū de cortinis vocaretur solum tectum, sed dr̄ tectum tabernaculi, i. tectum cortinarū: nam cortinæ erant pulchræ & delicatæ, & non debebant solæ poni sup tabernaculū, sed sup eas positū est opimentū de sagis, & qa istæ cortinæ vo-

næ vocantur tabernaculum, vt patet Exo. 26. Cum dicitur. tabernaculū vero ita fiet. 10. cortinas de byſſo &c. & postea sequitur, quibus cortinarum vela iūgenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Ecce enim dicit fieri tabernaculum ex cortinis coniunctis. Et qa operimentum de sagis erat operimentum immediatè super cortinas, dicebatur tectum fęderis vel tabernaculi, quia erat tectum cortinarum.

Operimentum aliud. Istud est tertium operimentum tabernaculi, quod fiebat de pellibus arietum rubricatis, & ponebatur super operimentum de sagis, vt patet Exo. 26. cap.

Et super omnia velamen hyacinthinum. Istud erat quartum operimētum factum de pellibus hyacinthinis. i de pellibus grossis artificiosè dispositis, & tinctis colore hyacinthino, qui est color cęlestis vel aereus. Et istud dicitur super omnia, quia erat quartum operimentum & vltimum.

Tentoriumque quod pendet in introitu fœderis tabernaculi. Istud est quædam cortina posita in ostio tabernaculi quæ trahebatur extendendo, & dicitur quod pendet in introitu tabernaculi, quia aliud tentorium erat q̄d pendebat in introitu atrij: vtrunque aūt a Gersonitis portabatur. *In introitu fœderis tabernaculi.* Idest in ostio tabernaculi fęderis, sed litera mutata est. *Cortinas atrij.* Istæ sunt cortinæ, quæ pendebant in circuitu columnarum atrij. Erat enim atrium spatium magnum habens in longitudine cubitos centum, & in latitudine cubitos quinquaginta: claudebatur aūt istud spatiū columnis. s. 20. colūnis positis in latere meridiano, & totidem in Aquilonari. & 10. columnis in latere Occidentali & totidem in Orientali. In circuitu aūt istarum columnarum ponebantur cortinæ de byſſo retorta, vt non esset introitus in tabernaculum, nec in atrium. Istæ autem cortinæ portabantur a Gersonitis. *Et velum in introitu.* Idest etiam portabunt velum, quod est in introitu atrij. Accipitur hic velum largè: nam non solet vocari velum operimentum ostij atri & tabernaculi, sed vocatur tentorium. Illud autē, q̄d est ante sancta sanctorum vocatur semper velum. hic autem non fuit seruata hæc differentia. & dicitur esse in introitu non determinando cuius sit iste introitus, quia refertur ad immediata. s. cortinas atrij. Et maximè declaratur per ea, quæ sequuntur. s. q̄d est ante tabernaculum, nam nullum velū est in introitu ante tabernaculum, nisi tentoriū, quod est in introitu atrij.

Quod est ante tabernaculum. Dicitur esse istud velum ante tabernaculum dupliciter. Primo modo, quia est ante ostium illius. Est autem ostium pars anterior domus. ideo quicquid est ante ostium domus dicit esse ante domum. In tabernaculo autem sic erat, q̄ habebat ostium contra illam partem, contra quā habebat atrium ostium suum, ergo tentorium positū in ostio atrij dicebatur esse ante tabernaculum: cortinę autem atrij quæ erant in introitu totius tabernaculi non dicebātur esse ante tabernaculum, sed post tabernaculum, vel ad latera eius. Alio modo dicitur istud velum ante tabernaculum, quia in rebus q̄ non habent proprie ante & retro, assumitur ante & retro secundum respectum ad positiones mundi. Nam in quibusdam rebus secundum naturam sunt determinata ante & retro, sicut in animalibus. naturaliter em est ibi ante facies, & cauda retro. Aliæ autem duæ partes dicuntur dextrum & sinistrum, & hoc est ex aliqua virtute quæ est in istis membris. vnde motus animalium est ad vultum, & non ad caudam, nec in latera. Ideo quomodocunque se vertant animalia, siue habeant vultum ad Orientem, siue Occidentem, vel quamcunque partē mundi, semper anterior pars dicętur esse, vbi est facies animalis: aliæ res sunt q̄ non determinant sibi ante, & retro, dextrum, & sinistrū, quia non habent aliquam virtutem naturaliter magis in vna parte quàm in alia, sicut lapides, & terra, & generaliter omnia homogenea: in his igitur non pōt accipi ante & retro, nisi per comparationem ad nos, & tunc aduenium eis isti respectus mobiliter s̄m q̄d nos mouemur, & sic id, quod aliq̄n est dextrum postea est sinistrum, vel ante & retro nō mutata re. Alio modo accipitur magis propriè in istis rebus ante, & retrò, dextrum, & sinistrum s̄m comparationem ad positiones mundi. Nam in mundo determinātur naturaliter istæ quatuor positiones. Nam in parte Oriētali est ante, quia ibi apparet magis motus mundi, q̄ in Occidente & alijs partibus, sicut in animali dicitur ante facies sua, quia ad illam partem mouetur: retrò in mundo est Occidens: Septentrio, & Meridies sunt dextrum & sinistrum mūdi, ideo s̄m q̄ aliquæ res respiciunt istas partes mundi dicuntur hr̄e diuersas positiones: nam pars rei respiciētis ad Orientem est anterior, pars vero ad Occidentem posterior, & sic de dextro & sinistro respectu Septētrionis, & Meridiei. Ita autem erat in tabernaculo, q̄ non determinabat sibi naturaliter aliquam positionem, sed s̄m partes mundi accipientur in eo ante, & retrò, dextrum, & sinistrum.

Ideo pars illa tabernaculi, quæ fuerit versus Oriētem erit anterior: huiusmodi aūt erat ostium tabernaculi. vt patet Exo. 26 cap. ideo id, quod esset ante ostium tabernaculi dicebatur esse ante tabernaculum: sed ostium atrij erat versus partem Oriētalem tabernaculi, & ostium tui, ergo dicebatur esse ante tabernaculum. *Omnia quæ ad altare pertinent.* Secundum literam istam incipit l[illegible] versus, & continuatur vsque ad illam partem. hic est cultus familiæ Gersonitarum, & est sensus, filij Ge[illegible]n portabunt omnia quæ ad altare pertinent, & fu[illegible]culos & vasa ministerij. Sed hoc non potest stare. N[illegible]m supra in litera dicebatur, q̄ filij Caath portarent [illegible]are thymiamatis, & altare holocaustorum cum oībus vasis, & exprimuntur ibi illa nōiatim, nihil ergo manebat Gersonitis de altari, q̄d portare possent. Sed ista lr̄a est deuians in snīa à litera hebræorū. hr̄. n. in hebræo, velum ostij, q̄d est ante tabernaculū & altare in circuitu. & tunc est lr̄a clara. s. q̄ illud velum atrij erat ante tabernaculū, & ante altare in circuitu. Nam cum esset velū ante tabernaculū necessario erat ante altare, quia altare holocaustorū erat apud ostium tabernaculi, vt patet Exo. 29. & Leui. ca. 1. Est aūt hic corrupta lr̄a nr̄a in punctuatione, qa facit vnū versum ab isto loco. *Omnia quæ ad altare.* Vsq; ad locum illum. *Hic est cultus.* Et tñ s̄m lr̄am hebraicā versus debet incipere a parte superiori. & hoc est cōtinuatū cum versu superiori vsq; ad locū illū. *Hic est cultus.* Et est sensus, q̄ Gersonitæ portabunt velū, q̄d est in introitu ante tabernaculū, & ante altare, & ante oīa quæ ad altare pertinent, & ante funiculos, & vasa ministerij, & sic erit versus ab illo loco. hoc est officium Gersonitarū vsq; ad locum illū. *Hic est cultus.* Et tunc est snīa clara & vera nihil addēdo. Sed obijcies, q̄ non pōt esse totus iste vnus versus, quia in vno versu est vnicus cōtextus, & vnicū verbū principale, q̄d dico pp verbum relatiui. Hic aūt ponitur verbū geminatum. s. *Vt portent.* & in fine. *Portabunt filij Gerson.* Respondendum est, q̄ istud secundum verbum, portabunt, non refertur ad ly oīa q̄ ad [illegible]are ptinent, sed est q̄dā repetitio quasi ex supabundāti. Et est sensus. Hęc oīa supradicta. s. cortinas, & tectū fęderis & operimentū aliud, & operimentū hyacinthinū, & velū, q̄d est in introitu atrij ante altare, & ante oīa quæ ad eum pertinent, portabunt Gersonitæ. Et sic ponitur tota ista snīa repetita propter verbum duplicatum.

Versuū hebraicorū distinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia quæ ad altare pertinent. Non refertur ad illud verbum inferius portabunt, sed ad præpositionem supra positam. s. ante tabernaculum & subintelligitur. & ante omnia, quæ ad altare pertinent. Ea enim quæ pertinebant ad altare erant simul posita cum ipso altari. Ideo velum pendens in ostio atrij erat simul ante ostium tabernaculi & ante altare, & omnia q̃ pertinent ad altare.

Funiculos & vasa ministerij. i. aũ funiculos, & ante vasa ministerij. Est enim sententia suspensiua. & est sensus, quòd illud velum, quod erat in introitu atrij erat ante funiculos, & ante omnia vasa ministerij altaris. Funiculi qui vocantur. Vocantur hic funiculi illi, qui extendebant operimẽta tabernaculi. habebat namque tabernaculum quatuor operimenta loco tecti, vt supra positum est. & vt ista non contraherentur in rugam, & ineprè iacerent atque impellerentur a vento, extendebantur funiculis, quibus alligabantur paxilli ænei figendi in terra, sicut patet in omnibus tentorijs quæ portantur ad expeditiones bellicas. Isti autem funiculi extendebãtur versus omnem partem tabernaculi, ideo necesse erat, quòd quidam eorum essent ad partem Orientalem versus ostium tabernaculi apud altare holocaustorũ, & ante hos dicebatur esse velum pendens in ostio atrij, cum esset ante tabernaculum, & isti funiculi erant in parte anteriori tabernaculi.

Et vasa ministerij. Est etiam erat istud velum ante vasa ministerij. ista sunt vasa altaris holocaustorum, quibus ministrabatur in eo, quæ supra in litera nominatim expressa sunt: ante hæc erat velum, quod pendebat in ostio atrij, quia atrium erat in circuitu tabernaculi & introitus atrij, qui erat in parte Orientali erat ante introitum tabernaculi, & consequenter antè altare, & omnia vasa quæ nominantur hic, cũ ista essent apud ostium tabernaculi.

Iubente Aaron, & filijs eius portabunt filij Gerson. i. omnia quæ supra posita sunt portabũt Gersonitę ad mãdatum Aaron, & filiorum eius. Et quamquam hoc verum sit, quòd sacerdotes imperabãt Leuitis faciẽtibus ista: tamen specialiter pertinebat cura iubendi Gersonitis ad Ithamar filium Aaron, vt patet immediate, sicut pertinebat ad Eleazar iubere Caathitis specialiter, vt supra patet.

Et sciant singuli cui oneri debeant mancipari. Idest cum iusserit sacerdos Gersonitis portare onera scient cui oneri debent mancipari. i. quilibet sciet, quod onus portare debeat. si autem ad præceptum nullius ipsi portarent onera contenderent de portatione onerũ, scilicet ad quẽ pertineret istud vel illud onus portare

Hic est cultus Familiæ Gersonitarum. Idest istud est officium, vel labor Gersonitarum, scilicet qui supra positus est.

An sacerdotes disponerent onera Gersonitarum.
Quæstio. XXXI.

DICEBAT aliquis, an sacerdotes disponerent onera Gersonitarum, sicut onera Caathitharum, antequam portarent. Nam non licebat Caathitis accedere ad onera sua, antequã sacerdotes illa inuoluerent, aliàs morerent.

Dicendum est, non esse sic de Gersonitis, quia onera eorum non erant aliqua vasa, quæ deberent inuolui, sicut onera Caathitarum.

Item onera Gersonitarum erant omnibus manifesta, scilicet operimenta Sanctuarij, & nulli erat periculum in videndo. de oneribus autem Caathitarum aliter erat, ideo non debebant hæc a sacerdotibus disponi.

Item quia dispositis oneribus Caathitarum introibant ipsi pro illis sine aliquo periculo, ergo ita iñ possunt Meraritæ, & Gersonitæ intrare in Sanctuarium, & tangere vasa sua.

Item nõ videtur rationabile, quòd sacerdotes deponerent operimenta tabernaculi, & monerent tabulas, quæ pertinebant ad Gersonitas, & Meraritas, ideo dato, quòd vellent, non possent, quia quando data sunt ista præcepta, solum erant tres sacerdotes, scilicet Aaron, Eleazar, & Ithamar. alij duo namque filij Aaron Nadab, & Abiu mortui fuerant, vt patet præceden. cap. Isti ergo non possent facere hæc, sed faciebant Gersonitæ & Meraritæ.

In tabernaculo fœderis. Idest iste est cultus vel ministerium, quod fit a Gersonitis in tabernaculo. non est autem intelligendum, quòd aliquid facerent Gersonitæ in tabernaculo, quia non licebat eis ingredi illuc. Sed dicebanẽ habere cultum in tabernaculo. i. in portando operimenta tabernaculi, sicut supra declaratu est de Caathitis.

Eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Hic ponitur ad cuius curam pertineant Gersonitæ, & dicitur, quòd ad Ithamar filiũ Aaron. Erant enim nũc duo filij Aaron Eleazar, & Ithamar, quibus erat commissa cura trium familiarum Leuitarum. s. Eleazar erat commissa cura Caathitarum: Ithamar autem erat commissa cura Gersonitarum, & Meraritarum.

Cur Eleazar habuit curam vnius Familiæ tantum cum esset maior: Ithamar vero duarum. *Quæst. XXXII.*

SED circa hoc aliquis quæret, cum Eleazar esset primogenitus horum succedẽs in summo sacerdotio, quare dabatur Ithamar cura duarum familiarum, & Eleazar cura vnius?

Respondendum est, q̃ Eleazar semper erat maior Ithamar. Nam licet haberet commissam vnicam familiam specialiter, habebat postea curam omnium Leuitarum in generali, & erat princeps eorum. sic dicitur præced. cap. princeps principum Leuitarũ Eleazar filius Aaron. & sic non solũ erat princeps familiæ Caathitarum, sed etiam princeps principum Gersonitarum, & Meraritarum, & princeps ipsius Ithamar. Vnde ipse cum principibus Gersonitis, & Meraritis reddebat rationem de omnibus quæ fiebant in familijs suis ipsi Eleazar: maior ergo princeps erat Eleazar quàm Ithamar.

Quomodo Ithamar erat princeps Gersonitarum.
Quæstio. XXXIII.

SED dicet aliquis quomodo erat Ithamar princeps Gersonitarum, quia præced. c. dicitur, q̃ Heliasaph filius Iaiel erat princeps Gersonitarum.

Respondẽdum est Gersonitas habere plures principes: nam Heliasaph erat princeps familiæ ipsius, tãquam constitutus ex genere super familiam Gersonitarum, & erat de ipsamet familia. Ithamar autẽ erat princeps Gersonitarum, non q̃ conueniret ei ex familia, quia erat de sacerdotibus, & non de Gersonitis. Sed erat princeps in iubendo quid facere deberent inquantum subijciebantur sacerdotibus: fuerãt namque omnes Leuitæ traditi sacerdotibus, vt ministrarent coram eis ad eorum mandatum, vt præceden. capitulo. & infra octauo, ideo quamquam ipsi haberent principes familiarum inter se, tamen fuerunt traditi eis principes de sacerdotibus, qui iuberent quid facerent ministrando sacerdotibus, & hoc modo Eleazar, & Ithamar filij Aaron erant principes Leuitarum.

Filios

Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis a triginta annis & supra vsque ad annos quinquaginta: omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultũ fœderis testimonij. Hæc sunt onera eorum. Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius: columnas ac bases earum. columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

Onera filiorũ Merari.

Filios quoque Merari. Hic describitur officium tertiæ familiæ Leuitarum. *Per familias & domos suas.* Idest debebunt cõputari omnes Meraritæ per familias & domos, quia quamquam Meraritæ facerent vnam familiam, tñ sub hac erant aliæ familiæ minores. s. Mooli tæ & Musitæ, vt patet præced. ca. ideo familia Meraritarum diuidebatur primo in illas duas: deinde quælibet illarum diuidebatur in domos, quæ sunt minores congregationes, & sic computabantur distincte viri in qualibet domo. *Domos suas & patrum suorum.* i. q̃ cõputati sunt Meraritę p familias & domos suas atq; patrum suorũ, q̃d dupliciter intelligitur. vno mõ, q̃ Meraritæ computabãtur per domos suas & domos patrum suorum. s. q̃ essent istæ domus distinctæ, & tunc domus patris significat magis q̃ domus sua, vel domus Gersonitarum, & hoc quia vocatur domus patris, q̃cunque multi descendunt ab eodem patre, & congregatio illorum omnium vocatur vna dom⁹, quæ aliq̃n vocatur familia. Domus sua dr̃ domus cuiuslibet Meraritæ, & iam ista est minima diuisio, cum domus solum contineat vnam œconomiam. Accipiendo tñ domum patris est maior cõmunicatio, q̃ vna œconomia: nam ſm Arist. 1. Polit. cap. 1. cõmunicatio ista vocatur homogalatharum, vel collactaneorum, & sic significabitur hic duplex domus. vna quæ est tanquam familia, & vocatur domus patrum. alia quæ est tanquam œconomia, & vocatur domus sua. Aliter potest intelligi, q̃ non sint hæc tanquam distincta, sed vnum sit expositio alterius. s. per domos suas & patrum suorũ. i. per domos suas quæ sunt domus patrum suorum. Et tũc est sensus, q̃ istæ domus Leuitarum sunt domus patrum suorum. i. nominatæ à patribus, quia à matribus non nominabatur aliqua generatio. & iste est sensus literæ. Nam supra 1. c. cũ dicebatur de his numerationibus semper dicebatur, q̃ computabantur viri per cognationes, & familias, & domos cognationum suarum, vbi accipitur dom⁹ cognationum. i. domus patruum.

Quod est officiũ tertiæ Familiæ Leuitarum,

Recensebis a 30. annis & supra. Idest nullus erat hic numerandus, nisi iam compleſſet annum 30. ideo qui incipiebant non computabantur. *Vsque ad annos* 50. Vltra ad annum quinquagesimum nemo computabatur, quia hic assumebãtur viri fortes robore ad portanda onera. Et tamen istud robur integrum nõ est, nisi ab anno 30. vsque ad quinquagesimum.

Omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui. i. numerabitis omnes, qui ingredi debent ad executionem ministerij sui. q. d. ministerium omnium Meraritarũ est portare tabulas Sanctuarij, & alia quæ infra habẽtur: omnes autem qui debebant ingredi ad istud ministerium erant hic computandi. dicuntur autem ingredi ad ministerium. i. incipere ministrare, quia q̃i facta fuit primo ista numeratio fuit inchoatio totius ministrationis sacerdotalis. *Et cultum fœderis testimonij.* Idest numerabitis omnes Meraritas, qui ingrediũtur ad cultum tabernaculi fœderis. Hoc autem idem est, quod superius. s. ad officium ministerij sui. Nam nõ habebant Meraritæ alium cultum tabernaculi, nisi ministerium suum, nec habebant aliud ministerium nisi cultum tabernaculi, sed vnũ exponit alterum. s. q̃ ministerium Meraritarum erat cultus tabernaculi fœderis. dicitur cultus. i. labor vel officium, nec intelligitur, quod haberent cultum tabernaculi. s. q̃ ministrarent in tabernaculo, & talis ministratio solis sacerdotibus conueniebat, sed habebant cultum tabernaculi fœderis. i. habebant officium suum, vel laborem in portando tabulas, & columnas tabernaculi. Accipitur hic largè tabernaculum fœderis pro toto Sanctuario. Non solum enim portabant Meraritę ea, q̃ erant in tabernaculo, sed etiam columnas atrij, cum basibus suis, vt patet infra, sed tam atrium, quàm tabernaculum vocatur hic tabernaculum fœderis.

Hæc sunt onera eorum. s. ista quæ sequuntur. *Portabunt tabernaculi tabulas.* Hic accipitur propriè tabernaculum, quia non erant tabulæ in alia parte Sanctuarij nisi in tabernaculo. has portabant Meraritæ. Erat nãque tabernaculum constans ex tabulis in circuitu: in superiori autem parte habebat operimenta de pellibus & filis. habebat autem in tribus lateribus tabulas. s. in Aquilonari, Australi, & Occidentali, quæ simul erant tabulæ. 48. quia in Aquilonari erant 20. & in Australi totidem. In Occidẽtali autem octo, vt patet Exo. 26. cap. *Et vectes eius.* Portabant & Meraritæ vectes tabularum. i. quædam ligna quæ mittebantur per dorsa tabularum: nam tabulæ Sanctuarij non poterant simul teneri cum essent multæ, nisi esset aliqd retinaculum vel compages eorum: habebat autem quælibet tabula suas bases argenteas in fundamẽto, quibus infigebatur terræ, & per has quælibet tabula tenebatur, ne caderet in terram, sed non tenebantur omnes in vnam compagem, ideo ad hoc fuerunt positi circuli aurei in dorsis tabularum, & per illos immittebãtur quædam ligna longa & magna, quæ cõtinebant tabulas, & ista vocantur vectes, non a vehendo. i. portando, quia nihil portabatur in eis, sed continebantur tabulæ in vnam compagem. Cum autem tabulæ portandę essent, non manebant in eis vectes, sed educebantur, quia alias necesse erat simul portari multas tabulas. s. totum vnum latus Sanctuarij, qd erat 30. cubitorum continens tabulas. 20. & tamen non posset moueri, ideo educebantur vectes de tabulis, & portabantur tabulæ per se, & sic erat facile.

Columnas & bases earum. Portabant etiam Meraritæ columnas. Erant autem columnæ in atrio, & in tabernaculo: vtræque tamen pertinebant ad Meraritas. Hic tamen vocantur columnę ipsæ, quę erant in tabernaculo: nam de columnis atrij immediatè sequitur. De figura columnarum tabernaculi & de basib⁹.

Erant enim in tabernaculo columnæ nouem. Scilicet quinque in introitu tabernaculi ante quas pendebat tentorium, & trahebantur aliæ quatuor in distinctione primæ partis tabernaculi, & Sancti sanctorum, & ante eas pendebat velum distinguens Sancta sanctorũ a reliquo tabernaculo. Nec erant istę columnæ, sicut columnæ atrij, quia columnę atrij erant ænęę: colũnę autem tabernaculi erant de lignis Sethim, vt patet Exo. 26. iuncto 27. cap. Istę columnę habebant bases, quia figebantur in terra, vt tenerentur, nec habebant bases amplas, sicut columnę communiter in alijs ędificijs, sed acutas & infixas terrę.

Causa diuersitatis est, quia in alijs ædificijs columnæ sunt sustentamenta impositi oneris, ideo debent habere bases amplas, ne extremitates columnarum pressæ magno pondere terræ infigantur, & refugiente terra imposita onera ruant. Cum autem fuerint amplæ bases, hoc non contingit, quia amplitudo detinet ne columnæ terræ infigantur: in columnis autē Sanctuarij secus erat, quia nullum impositum pondus habebant, cum Sanctuarium non haberet tectū de lignis, sed de operimētis pellium & filorum. Ideo ipsę cortinæ per se stare debebant, ad quod requirebatur eas infigi terræ, & hoc erat per quasdam bases acutas in modum paxillorum infixorum extremitatibus columnarum, & deinde infixorum terræ, sic enim columnæ tenebantur.

Columnas quoque atrij per circuitum. Idest etiam portabunt Meraritæ columnas, quę sunt per circuitū atrij. Erant enim istæ columnæ æneæ, vt patet Exod. 27. Erantque 60. s. 20. in latere Meridiano, & totidem in latere Aquilonari. & 10. in Occidentali. In orientali autem totidem, vt patet Exo. 27. cap.

Cum basibus & paxilis & funibus suis. Istæ columnæ habebant bases, sicut columnæ tabernaculi. s. quibus infigebantur terræ. vocantur autem paxilli, & funes columnarum, non q̄ columnæ haberent aliquos paxillos ad hoc q̄ figerentur, quia basibus suis tenebantur, sed erant paxilli & funes cum columnis atrij, quia in columnis illis pēdebant cortinæ in circuitu totius atrij, & illæ affigebantur mediantibus paxillis & funibus religatis ad columnas, & quamquam ad Gersonitas pertineret portare cortinas, quæ erant in circuitu atrij, tamen paxilli & funiculi quibus affigebantur non pertinebant ad eos, sed ad Meraritas, & hoc quia adhærebant isti paxilli & funes columnis atrij, quia in columnis illis pēdebant cortinæ in circuitu totius atrij, & illæ affigebantur mediantibus paxillis & funibus religatis ad columnas, & q̄q̄ ad Gersonitas pertineret portare cortinas, quæ erant in circuitu atrij, tñ paxilli & funiculi, quibus affigebantur non pertinebant ad eos, sed ad Meraritas. & hoc quia adhærebant isti paxilli & funes columnis pertinentibus ad Meraritas.

Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient. Hic ponitur modus quo portabant Gersonitę vasa sua & supellectillia. s. q̄ recipient ea per numerum a principe suo Ithamar. Et sic postea darent ea per numerū ipsi. Et dicitur hic omnia vasa accipiendo largè, quia non erant aliqua vasa quæ portarētur à Meraritis, sed Caathitę omnia portabant, tñ secundum morem hebraicum largè vocantur vasa omnia quæ pertinēt ad aliquam ministrationem. Et sic vocant vasa belli ipsa arma, & vocant vasa carminis, siue vasa psalmi instrā musica. sic patet Psal. 70. cum dicitur confitebor tibi in vasis Psalmi. i. in psalterio in quo canitur. Et sic ipsa quæ portant Meraritæ vocantur largè vasa, s. tabulæ & columnæ &c. vocantur etiam supellex, & quantū ad hoc potest intelligi dupliciter, vno modo, q̄ vasa & supellex distinguantur, & tunc aliqua de his q̄ portabant Meraritæ vocantur vasa. s. ea quæ magis pertinent ad ministrationē, sicut funiculi & paxilli, q̄ sunt ad ministerium columnarum & tentorium: alia autem quæ magis stant, sicut tabulæ, & columnæ, vocabuntur supellectilia.

Vasa dicū tur ośa q̄ pertinent ad aliquā ministrationem.

Alio modo potest intelligi, quòd vasa & supellectilia dicantur esse idem, sed duplicatur nomen ad magis exprimendum, sicut aliquando in vsu nostro est, & hoc conuenientius dicitur.

Hoc est officium familiæ Meraritarum. Idest ista portatio eorum, quæ supra dicta sunt, est officium pertinens ad Meraritas: nulla ēnim aliam ministrationē hēbāt.

Et ministerium in tabernaculo fœderis. Idest & hoc est ministerium vel officium eorum in tabernaculo fœderis, non quòd intrant in tabernaculum & ministrāt ibi, sed quòd ministrent in portando ipsas tabulas tabernaculi, & cætera quæ hic habentur. Vnde nō dicit hic ista præpositio in habitudinem loci, sed materiæ.

Officium Meraritarum, an sit aliud quàm eorum ministerium.
Quæstio. XXXIIII.

ALIQVI enim volunt ponere ista distincta. s. q̄ aliud sit officium Meraritarum, & aliud sit ministerium eorum in tabernaculo fœderis. Dicunt enim q̄ officium dicit aliquid laboriosum, & istud est in custodiendo res tabernaculi, & portando illas. Ministerium vel cultus dicit aliquid pertinens ad delectationem, & hoc est cantādo vel pulsando. Vnde dicunt, quòd aliqui erāt de Leuitis Meraritis cantantes & pulsantes ad recreationem aliorum Leuitarum laborantium in portando res tabernaculi. Sed hoc non habet aliquem colorem, quia Meraritæ non laborabant in portando, cum ferrent onera sua in plaustris. sed Caathitarum labor erat qui portabant humeris suis. vt patet infra 7. cap. Item non diceretur talis esse ministratio, vel cultus in tabernaculo, quia nec fiebat intra tabernaculum, nec erat in portando aliquam rem tabernaculi.

Fundantur autem hic Iudæi super hoc, quod reperitur istud nomen. s. officium vel cultus, aut officium, & ministerium. Sed hoc nihil est, quia frequenter sit talis repetitio nominum in sacra scriptura. Haberent autem maiorem colorem si dicerent, q̄ Meraritæ habebant officium pulsandi, & canendi in Sanctuario, sicut postea quidam Leuitæ habuerunt istud officiū tempore Dauid, vt patet in distinctione officiorum q̄ habetur. 1. Paral. 25. cap. vbi ponuntur quidam cantores, & alij ianitores.

Sed adhuc hoc non stat, quia ista distinctio nō fuit vsq; ad tempus Dauid. Item quia dato, q̄ ista distinctio cantare & psallere in sanctuario fuisset tempore Moysi: tñ non pertineret ad Meraritas, sed ad Caathitas. sic patet 1. Paralip. 25. c. *Erunt que sub manu Ithamar.* Idest familia Meraritarum pertinebit ad principatū Ithamar. Erat autem alius princeps Meraritarū. s. Suriel filius Abiael. vt patet p̄ced. c. sed Suriel erat princeps ex genere in ipsa familia, & Ithamar erat princeps quantum ad officia, sed non erat de ipsa familia, sicut declaratum fuit supra de principatu Gersonitarum.

Filij Aaron sacerdotis. Vocatur hic Aaron sacerdos, scilicet sacerdos magnus.

Recensuerunt igitur Moyses & Aaron, & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, a triginta annis & supra, usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath, qui intrant tabernaculum fœderis, hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonē Dñi per manū Moysi. Numerati sunt, & filij Gerson per cognationes,

tiones, & domos patrum suorum a triginta annis & supra vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis, & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. Hic est populus Gersonitarum quos numerauerūt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum a triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum: omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis. & inuenti sunt tria millia ducenti, hic est numerus filiorum Merari quos recensuerunt Moyses & Aaron, iuxta imperium Domini per manum Moysi: Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum a triginta annis & supra vsque ad annum quinquagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda: fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. Iuxta verbum domini recensuit eos Moyses vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

Recensuerunt igitur. Hic ponitur secundum principale huius. c. s. collectio numerorum. supra enim fuerant assignata officia Leuitarum. Hic ponitur summa omnium ministrantium in his officijs, & est summa ista distincta a summa quæ habetur præce. cap. vt infra patet. *Moyses & Aaron & principes Synagogæ.* Idest in numeratione Leuitarum fuit Moyses, tanquam principaliter numerans, & Aaron tanquam coadiutor cum principibus synagogæ. vocatur synagoga multitudo.

An synagoga sit multitudo Israelitarum, aut Leuitarum.
Quæstio. XXXV.

SED in hoc est dubium, an sit multitudo Israelitarum, vel Leuitarum: nam primo modo erit sensus, q̄ principes totius multitudinis. s. principes. 12. tribuum adiuuerunt Moysen ad faciendum hoc. Si autem intelligatur secundo modo est sensus, q̄ principes synagogæ. i. multitudinis Leuitarum adiuuerunt Moysen, & tunc fuerunt isti principes tres. s. Eliasaph princeps Gersonitarum, & Elisapham princeps Caathitarum, & Suriel princeps Meraritarum, præced. c. patet. Hi enim erant principes totius multitudinis Leuitarum.

Dicunt autem quidam, q̄ principes Leuitarum solum adiuuerunt hic Moysen ad computandum multitudinem populi, ita principes Leuitarū adiuuerint ad computādum omnes Leuitas. Et primus modus conuenientior est. Primo quia dicitur hic, q̄ fuerint in hac numeratione principes synagogæ. i. multitudinis, nunquam tamen congregatio Leuitarum vocatur synagoga, vel multitudo, sed congregatio totius populi. Item quia ad principes. 12. tribuum pertinebat ista numeratio. Nam ad quem pertinet aliquam rem donare, pertinet eam tradere ad numerum, sed principes multitudinis. 12. tribuum cum tota multitudine sua donauerunt Leuitas sacerdotibus, vt patet præced. cap. & infra 8. non tradiderunt eos pro seipsis ad ministrandum, ergo ipsi numerare debebant. Itē patet, quod intelligatur de principibus multitudinis Israelitarum, & non Leuitarum, quia infra in litera, cum ponitur epilogus numerationis omnium Leuitarum dicitur. omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos fecerunt ad nomē Moyses, & Aaron, & principes populi Israel &c. non solum vocauit principes, sed principes populi Israel, quod non potest intelligi de principibus Leuitarum, quia isti non erāt principes populi. *Filios Caath.* Ista familia prius numerata est, quia erat dignior, & ad nobiliorem administratio nem assumpta.

Per cognationes & domos patrum suorum. Vocantur hic cognationes familiæ minores: nam Caathitæ faciebant vnam familiam in Leuitis, sed adhuc erant quatuor familiæ sub eis. s. Amramitarum, Hebronitarū, Ozielitarum, Iessaaritarum, vt patet præced. ca. & istæ vocantur cognationes, quia quælibet earum faciebat vnam specialem cognationem. domus patrum dicuntur minores diuisiones præter œconomias: sunt enim specialissimæ cognationes, sicut congregatio omnium descendentium ab eodem patre, vel auo superstite. & dicuntur domus patrum, quia semper cognationes denominantur a patribus. *A 30. annis & supra.* Quia ante istud tempus non erat perfectum robur in hominibus pro officijs istis ad quæ hic assumebantur. *Vsque ad quinquagesimum.* Si aliquis esset q̄quaginta & vltra annorum non numerabatur, quia iam deficit robur ad magna onera & labores, quæ pti nebant his Leuitis.

Omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis. Idest numerati sunt omnes qui incipiunt ministrare in tabernaculo fœderis. i. in portando vasa tabernaculi: non autē in intrando & ministrando in ipso tabernaculo, quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat.

Cur Leuitæ numerantur tot modis. *Quæst. XXXVI.*

SED quæretur, quare Leuitæ numerātur tot modis. i. tot terminis: Israelitæ autem numerātur solum vno modo. s. numerantur Israelitæ a 20. an. & s. vt patet s. 1. ca. & infra 26. & nullo alio modo: Leuitæ autem numerantur quatuor modis, vel ex quatuor terminis, s. ab vno mense & supra, vt patet præced. c. & infra 26. Etiam à vigintiquinque annis. infra 8. cap. etiam a triginta annis, vt patet hic in litera. etiam vsque ad annum quinquagesimum, vt patet hic in litera, & infra octauo.

Dicendum quòd Leuitæ computantur pluribus modis, quia computantur ad plura, & secundum exigentiam rei ad quam fit numeratio accipitur alius & alius terminus numerandi. Computantur primo ab vno mense & supra, quando ipsi commutantur pro primogenitis Israelitarum præceden. cap. & ratio est, quia primogeniti redimi principiebantur, quando essent vnius infra decimooctauo, sed Leuitæ dabantur pro primogenitis Israelitarum præceden. capitu. & infra octauo, ideo ab vno mense & supra computari debebant.

Sciendum tamen, quòd ista computatio habebat terminum a parte ante, sed non a parte post, quia incipiebat computatio ab vno mense & supra, & non erat aliquis terminus, quia in quantacunque senectute esset aliquis Leuita, computabatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro vno primogenito Israel. Secunda computatio erat a vigintiquinque annis vsq; ad quinquagesimū patet infra 8.c. Tertia erat ab anno tricesimo vsq; ad quinquagesimum, vt patet infra in litera.

Sed de istis duabus dubitant aliqui quomodo potuerint poni, quia non apparet aliquid propter quod differant, quia tam illi qui computantur a 25. annis vsq; ad quinquagesimum, quàm illi qui à tricesimo vsque ad quinquagesimum numerantur ad opera, vt patet hic. & infra 8. ideo deberet esse idem terminus tam a parte ante, quàm a parte post.

Aliqui dicūt propter hoc, ꝙ est error in litera per ignorātiam librariorum, qui vnum vel alterum corruptè scripserunt.

Dicendum ꝙ non stat, quia tam litera nostra tàm græca quàm hebræa generaliter habet istas duas differentias, ideo non licet concedere esse errorem, ga hoc modo tolleretur certitudo sacræ scripturæ, cum in multis alijs possemus dicere eē errorem librariorum, & hoc est valde periculosum.

Dicendum ergo ꝙ istæ duæ distinctiones ponuntur, & cōmuniter putatur, ꝙ a tricesimo anno vsque ad quinquagesimum computabantur Leuitæ ad portandum onera statim, quia ætati suæ hoc cōueniebat, sed a vicesimoquinto anno vsq; ad quinquagesimū computabantur ad hoc, ꝙ addiscerent officia quæ facturi erant. s. ꝙ in illis quinque annis addiscerent officia sua, & statim in anno tricesimo inciperent portare onera vsque ad quinquagesimum annum, & tunc coinciderent ambæ ministrationes, sed de hoc quid sit verum dicetur latius infra 8. Quarta numeratio Leuitarum erat a quinquagesimo anno vsque ad mortem, & in ista accipiebantur Leuitæ ad custodienda vasa quæ alij portabant infra 8. cap. Inter Israelitis laicis non erat sic, quia non erant in eis tot diuersitates finium: ideo non erant tot numerationes, ideo numerabantur solum a vicesimo anno & supra.

Sed dicendum, ꝙ adhuc istud non est verum: nā non solum fiebat vna computatio, sed duæ in Israelitis laicis. Prima erat a viginti annis, & supra vsq; ad mortem, de qua supra 1. cap. & ista erat, quia Deus volebat ponere numerum illorum, qui debent habere nomen & numerum in populo, & tamen per legem Dei fiebat hoc a vicesimo anno, & supra tricesimo, ideo ab illa ætate iussit nunc numerari.

Secunda numeratio eorum erat ab vno mense & s. s. vsq; ad mortem. & ista nō fuit numeratio omniū Israelitarum, sed solum primogenitorum suorum. Nam fuerunt numerati omnes primogeniti Israelitarum ad hoc, ꝙ commutarentur pro eis Leuitæ præc. cap. & illi pro quibus nō possent dari Leuitæ redimerentur. Certum est autem istos numeratos fuisse ab vno mense & supra. nam Leuitæ, qui pro eis dabātur numerabantur ab vno mense & supra. s. cap. primo. Item primogeniti redimebantur generaliter ab vno mense & supra infra octauo capitulo. Sed isti redempti fuerunt, quia pro quolibet eorum fuit datus vnus Leuita, vel quinque sicli, sicut dantur infra 18. vt patet præced. cap. ergo fuerunt computati isti primogeniti Israelitarum ab vno mense & supra, licet præced. cap. non exprimatur, quia præsupponitur quasi notum, eo quòd lex erat omnes primogenitos redimi ab vno mēse, infra decimooctauo cap. etiam quia Leuitæ, qui dabātur pro ipsis primogenitis numerabantur ab vno mense & supra præced. cap. non ergo debebat esse dispar conditio eorum, qui ad vnam rem numerabantur.

Quid fiebat de Leuitis, qui erant ab vno die vsque ad vnum mensem, & an fuerunt numerati. Et an in deserto fuerit facta redemptio. Quæst. XXXVII.

Sed quæretur occasione præcedentium, cum Leuitæ ad commutandum pro primogenitis numerati fuerint ab vno mense & supra, quid fieret de alijs Leuitis, qui erant ab vno die vsq; ad vnum mensem, quia certum est in tanto populo aliquos fuisse istorum?

Dicendum ꝙ illi non computati sunt, licet essent multi, sed transierunt in cultum Dei sine aliqua commutatione, quia non fuerunt ipsi dati pro primogenitis Israelitarum.

Sed tunc dicetur quid etiam factum est de primogenitis Israelitarum, qui erant infra vnum mensem. Dicendum ꝙ pro illis non fuerunt dati aliqui Leuitę nec fuerunt dati sicli, sicut pro illis, qui erant ab vno mense & supra, eo ꝙ nondum tenebantur ad redemptionem, nam ante mensem nullus primogenitus redimebatur infra decimooctauo.

Aliquis dicet, ꝙ hic fuit seruatus fauor Deo. Nam accepit aliquos Leuitas sine cōmutatione. s. vltra numerum sibi debitum. Isti enim erant omnes, qui erāt infra mensem, cum illi non commutati fuerint pro aliquo primogenito Israelitarum, vt dictum est. habuit tamen illos Deus sibi applicatos semper, sicut cęteros Leuitas, qui dati sunt in commutationem.

Dicendum ꝙ non fuit hic seruatus fauor Deo, sed potius Israelitis, quia sicut aliqui Leuitæ erant. j. mēsem, ita etiam aliqui primogeniti Israelitarum essent infra mensem, & tamen pro illis non fuerunt dati aliqui Leuitę, nec etiam sicli, sed manserunt sine redemptione. Aliquis dicet, ꝙ istud nihil adiuuat, quia isti primogeniti Israelitarum, qui erant infra mensem, licet nunc non redimerentur, quia nondum venerat tps redemptionis suæ: adueniente tamen mense redimerentur per legem generalem. j. 18. Et ita nullus maneret sine redemptione: Leuitæ tamen qui erant infra mensem accipiebantur sine commutatione.

Dicendum ꝙ non est verum, quia isti primogeniti qui fuerunt nūc infra mensem nunq; fuerunt postea redempti. Etiam si viueret quilibet vltra centum annos, quia illud teneret si præsupponeremus, ꝙ oēs masculi primogeniti Israelitarum redimerentur statim, vt complerent mensem.

Sed falsum est, quia illud solum fuit postq; Israelitæ intrauerunt in terrā Chanaan, & habitauerunt ibi pacificè, qa tunc fecit lex obligare Deute. 12. & tunc quotquot primogeniti nascebantur redimebant post mensem, sed in toto deserto, cum lex non obligauerit, non fiebat redemptio primogenitorū, sicut nec obseruabantur alię cæremoniæ. Si aūt objiciat, ꝙ hic redempti sunt & cōmutati oēs primogeniti Israelitarum. Dicēdum ꝙ hoc fuit solum in monte Sinai, & non fuit factū quasi Deus vellet, ꝙ ex tunc inciperet seruari lex de redemptione primogenitorū, sed quia voluit assignare sibi ministros, & qa hoc fieri debebat cōmutando pro primogenitis facta fuit cōmutatio, & redēptio eorū qui supfuerunt: postea tn nō fuit facta aliqua redemptio in toto deserto. Simile patet de cæremonijs sacrificiorū q̄ iubebantur a lege: nam in monte Sinai facta sunt sacrificia, & postea nunq; fuerunt facta, vt oñsum est. s. Et ita gñaliter de alijs cæremonijs. Apparet ergo ꝙ non fuit hic fauor aliqs seruatus Deo, neq; Israelitis, qa Leuitæ qui erant infra mensem non fuerunt cōmutati, sed sine cōmutatione appliciti Deo: primogeniti aūt Israelitarū infra mēsem non fuerunt tunc redempti, nec postea, cum in quadraginta annis deserti nulla fuerit facta redēptio,

Aliquis

Aliquis dicet, quòd licet isti non fuerūt redempti in deserto, fuerunt redempti postquam introierunt in terram Chanaan, & ita redibat ad idem.

Dicendum quòd nō est verum, quia isti licet intrarent postea in terram Chanaan non tamen redimebantur, quia esset tunc quilibet illorum trigintanouem, aut quasi quadraginta annorum: lex tamen dicit redemptionē fieri statim post mensem Deutero. 12. ideo lex non obligaret eos ad redēptionem, quasi illa esset facta post natiuitatem ipsorum: nam leges aut constitutiones non extenduntur ad prēterita extra de consti. c. cognoscentes.

Obiectio refellitur quæ contra id quod dictum est supra quæst. 36. posset fieri. Quæst. XXXVIII.

Sed aliquis obijciet contra id quod dictum est supra q. 36. s. ꝙ Leuitę cōputati fuerint ab vno mense, & supra ad faciendam commutationē pro primogenitis Israelitarum. nam infra 26. computantur Leuitæ iterum ab vno mense, & supra: & tamen ibi nulla fit commutatio ipsorum pro primogenitis Israelitarum. Aliqui dicunt quòd fuit facta numeratio ibi ab vno mense & supra, quia fuit facta iterū redemptio primogenitorum totius Israel, & fuerunt Leuitæ dati pro eis.

Dicendum quòd istud nō stat primò, quia scriptura nihil de hoc dicit: & tamen prēced. cap. quando factum est expressit illud, s. quòd numerarētur primogeniti Israelitarum, & omnes Leuitæ, & darētur Leuitæ ꝓ primogenitis Israel. ibi tn nihil expressum est.

Secundo, quia si fieret ibi commutatio solueretur precium pro illis qui superessent de primogenitis Israel sicut factum est præcedenti cap. & tamen ibi de nullo precio dicitur.

Tertiò & præcipuè, quia non poterat istud fieri, nā Leuitæ omnes fuerunt nunc dati Deo pro primogenitis Israelitarum: & per istam applicationem pertinebant in perpetuum ad Deum ipsi & omnes descendentes ab eis. Ideo iam non possent dari pro primogenitis Israel, quia tunc quod meum esset ex vna causa fieret meum ex alia: cum nondum desijsset esse meum, quod est impossibile.

Quarto, quia hoc modo nunquam daretur precium pro aliquo de primogenitis Israel: quia quandocunque nasceretur aliquis illorum daretur pro eo vnus Leuita de illis qui iam pertinebant ad Deum. sed falsum est, quia regula generalis erat, quòd de cætero ꝓ quolibet primogenito darētur quinq; sicli infra 18.

Dicendum ergo ꝙ non fuit ibi facta aliqua commutatio nec potuit fieri post hæc. Sed Leuitæ fuerunt ibi computati ab vno mense & supra 1. vt non coinciderent cum numeratione Israelitarum: nam fuerunt illi computati a viginti annis & supra eo. cap. vt ergo differret numeratio Leuitarū a numeratione populi, fuerunt computati Leuitæ ab vno mense & supra præced. cap. vt ergo videretur quòd habebant propriam computationem secundum quā soliti erāt computari fuerunt numerati ab vno mense & supra.

Sed aliquis dicet quòd potuerunt computari ibi a triginta annis & supra sicut computantur hic in litera, vel a vigesimoquinto anno, sicut infra 8. cap.

Dicendum quòd non fuit conueniens, quia istæ computationes fiunt pro Leuitis qui incipiunt portare onera, vt patet in litera: & tamen in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto quādo fuit facta cōputatio quæ habetur infra 26. non fuit facta aliqua applicatio Leuitarum ad portanda onera, sed manebāt sibi illa officia quæ tunc data fuerant, ideo non oportebat sic computari.

Cur Leuitæ non computantur a viginti annis & supra. Et quare tota multitudo Leuitarum aliquando non numeratur. Quæst. XXXIX.

Adhvc quæretur, cum Leuitæ computentur tot modis, idest quatuor, vt dictum est supra q. 36. quare non computantur aliqñ à viginti annis & supra.

Aliquis dicet, quòd Leuitæ omnes nunquā computantur a viginti annis & supra, quilibet tamen illorum computatur quādo est viginti annorum ad hoc quòd transeat ad nomen & numerum Exo. 30.

Dicendum quòd etiam isto modo nūquam computabantur Leuitæ, quia qui sic computantur sunt Israelitæ, idest de populo vt colligitur eo. cap. Leuitæ tamen separati sunt a populo.

Item quia qui sic computantur soluunt dimidiū siclum eod. cap. & tamen Leuitæ nulla iura soluebāt, sed potius ipsi accipiebant iura a populis: ergo non numerabantur sic.

Sed adhuc manet semper dubium quare non numeratur aliquando tota multitudo Leuitarum a vigesimo anno & supra sicut alij Israelitæ supra 1. cap.

Alij dicūt quòd illa numeratio est bellatorum, vt colligitur ibidem, & nō pertinet pugnare ad Leuitas.

Dicendum quòd istud nihil facit, quia non numerati fuerunt ad bellandum illi qui numerantur supra 1. etiam Leuitis non erat licitum pugnare. vtrumque eod. cap. probatum est.

Sed dicendum quòd hoc fuit. primo vt nunquā coincidentent Leuitæ cum Israelitis qui computantur ab anno vigesimo: volebat autem Deus Leuitas separatos esse ab Israelitis, & nō poni simul cū Israelitis supra 1. ideo nūquam debebāt numerari eodem modo quo illi. sed illi numerabantur a viginti annis, & supra, ergo Leuitæ, nunquam sic debuerunt numerari.

Secundo, quia per numerationem quę fiebat a viginti annis, & supra constituebatur homo in statu politico, & incipiebat esse vnus de populo, qa tūc transit homo ad nomen & numerum Exo. 30. cap. Sed Leuitæ nunquam constituebantur in statu politico, ita vt quilibet illorum esset vnus de populo, ideo licet multis modis numerarentur, nunquam debuerunt numerari a viginti annis, & supra.

Cur Deus iussit numerari Leuitas ab anno trigesimo vsque ad quinquagesimum. Et quòd numerus trigesimus laudatur in sacra scriptura. Sic annus quinquagesimus in scriptura commendatur. Quæst. XL.

Sed quęretur quare Deus iussit numerari hic Leuitas ab anno trigesimo vsque ad quinquagesimum. Aliqui dicunt quòd istud fuit propter significationes istorum numerorum, & qa laudantur isti numeri in scriptura. nam Ioseph triginta annorum erat cum susceperit regimen Aegypti Gen. 41. Ezechiel autem propheta erat triginta annorum quando vidit magnas Dei visiones, & incępit prophetare, vt patet Ezech. 1. cap. Dauid quoque triginta annorum erat quando factus est rex super Iudā 2. Reg. cap. 2. etiam in mēsuris ædificiorum laudatur iste numerus. nam tabernaculi longitudo triginta cubitos continebat, vt colligitur Exo. 26. & 27. arca ēt Noe totidē cubitos in altitudine habebat Gen. 6. & templū Salomonis eandem habebat altitudinis mensuram 3. Reg. 6.

De anno quinquagesimo dicunt similiter, quòd in scriptura commendatur & pertinet ad remissionem peccatorum. Nam Abraham quando petijt Deo

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non ſubuerti vrbem Sodomorũ incepit a quinquaginta iuſtis & peruenit vſque ad quinque non auſus infra deſcẽdere Gen.18. quinquaginta tamẽ & quinque ad eandem rationem pertinent, quia vnus ex alio naſcitur: ſimiliter quinquageſimus annus erat iubileus apud Hebręos, quia remittebantur debita, & liberabatur homo a ſeruitute, & reuertebantur poſſeſſiones venditæ ad priſtinos dominos nullo dato prę-cio Leuit.25. etiam Chriſtus quando voluit ponere parabolam de remiſſione dixit, de duobus debitoribus quorum vnus debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta Matth.18. ſed quingenti & quinquaginta ad idem pertinẽt: etiam quinquaginta efficitur ex numero ſeptenario in ſe ducto addita vnitate, quia ſeptem ſepties ſunt quadragintanouem, & addita vnitate completur quinquagenarius: ſeptem tamẽ ad remiſſionem pertinet, quia in anno ſeptimo fiebat remiſſio ſeruitutis, & debitorum inter Iudæos Exo.21. & Deut.15.

De vigintiquinque ſimiliter dicunt quòd eſt perfectus numerus. nã per quinque ſignantur quinque ſenſus, & tamen quinque ductum in ſeipſum, ideſt quinquies quinque efficit vigintiquinque, qui eſt numerus perfectus, & ſignat perfectionẽ ſenſuum. iſtas & ſimiles applicationes tenent Origenes & glo.

Sed dicendum quòd iſtud non eſt ad propoſitum, quia Leuitæ numerabantur hic ad exercendum officia ſua, ſed ad hoc numeri nihil conferunt quãtumcunque habeant perfectam ſignificationem.

Dicendum quòd veritas eſt, quia Deus iuſſit numerari ſic Leuitas, quia eligebat eos ad opera dura, ſ. vt portarent onera totius ſanctuarij: & ad hoc oportebat eos eſſe robuſtæ ætatis, vt poſſent iſta onera mouere, maximè autem in illis qui portabant onera ſuper humeros, & non dabãtur eis plauſtra, ſicut erãt Caathitæ, vt patet infra 7.cap. Sed ętas triginta annorum eſt valde robuſta, quia ante illud tempus non eſt completum robur alicuius, ideo nõ incipiebant portare Leuitę onera ante annum trigeſimum, & quia iſtud magnum robur non durat ſemper in homine, ſed ſolum ab anno trigeſimo vſque ad quinquageſimum, iuſſit Deus quòd computarentur Leuitæ ab anno trigeſimo vſque ad quinquageſimũ, quia poſt quinquageſimum ſtatim ceſſarent portare onera, & efficiebantur cuſtodes vaſorum infra 8.cap.

Cur non numerantur ſacerdotes. Quæſt. XLI.

QVAERETVR cum computati fuerint Leuitæ quare non fuerunt computati ſacerdotes, & quare non ponitur ætas à qua numerarentur ſicut ponitur de Leuitis?

Dicendum quòd ſacerdotes erant pars quædam Leuitarum cum eſſent de filijs Leui. ideo in computatione illa qua computati ſunt omnes Leuitæ ad cõmutandum eos pro primogenitis Iſraelitarum fuerunt ſacerdotes numerati cum Leuitis, & fuit quilibet ſacerdos datus pro vno primogenito Iſrael, ſicut quilibet Leuita: & ibi numerati ſunt ſacerdotes ab vno menſe & ſupra, ſicut numerabantur alij Leuitæ præcedenti cap.

Sed dicetur quare ſigillatim nõ fuerunt poſtea numerati ſacerdotes ſicut fuerunt Leuitæ? Nam erant tres familiæ Leuitarum, ſ. Caathitæ, Meraritæ, Gerſonitæ, pręced.cap. & cuiuslibet earum fuit poſitus numerus per ſe hic in litera. ergo ita debuit eſſe de ſacerdotibus.

Dici poteſt quòd non eſt ſimile, quia iſtæ tres familię Leuitarum habebant officium portandi onera ſanctuarij, & quia quælibet familia habębat diſtincta F onera ab alia familia, debuit accipi numerus cuiuslibet familiæ per ſe, & ita accipitur hic in litera. Sed ſacerdotes non portabant aliqua onera, ideo nõ oportuit eos ſic numerari.

Sed dicitur quòd licet non portarent onera habebant miniſtrationes quę eis ſolis competebãt pręcedenti cap. & infra 18. ergo pro illis debebãt per ſe numerari.

Dicendum quòd ſacerdotes per ſe debuerunt numerari ſicut quęlibet alia familia Leuitarum, immo excellentius inquantum illi digniores erant, & ita factum eſt, quia non ſolum fuit poſitus numerus illorum, ſed etiam fuerunt nominati per nomina ſua: erant enim ſacerdotes Aaron & filij ſui ſolum, quia iſtos ſolos iuſſit Deus conſecrari in ſacerdotes. Exo. G 29. & Leui.7. & iſtis ſolis dedit veſtes ſanctas. Exo.28. Aaron tñ habebat ſolum quatuor filios, ſ. Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. duo primi cremati fuerũt a Deo in die prima miniſtrationis ſuę Leuit.10. & ſic manebãt alij duo ſoli, ideſt Eleazar, & Ithamar, & ſic nunc erãt ſoli tres ſacerdotes Aaron, & duo filij eius, & iſtud totum refertur pręced.cap. ideo non ſolum fuerunt numerati ſacerdotes, ſed etiam numerati & deſignati ex nominibus.

Cur non poſita fuit ætas a qua numerarentur ſacerdotes ſicut ponebatur de Leuitis. Quæſt. XLII.

H SED quęretur quare non fuit poſita aliqua ætas a qua numerarentur ſacerdotes, ſicut ponebatur de Leuitis hic in litera.

Dicendum quòd hoc fuit. primò, quia ętas ponitur pro numeratis quando debent repelli aliqui propter defectum ętatis, & tamen de filijs Aaron nemo repulſus eſt à conſecratione & officio ſacerdotali: ideo non oportuit poni ætatem aliquam.

Secundo, quia deſignatio ętatis eſt quando illi qui numerãtur multi ſunt, & neſcitur de omnibus cuius ætatis ſunt, & per illam deſignationem ſcitur qui numerãdi ſunt, & qui non. Et quia ſic erat de qualibet familia Leuitarum quòd in ea erant valde multi, vt patet hic ex ſummis ſingularibus debuit poni ætas a qua numerarentur: ſacerdotes autem erant nũc ſoli I tres, ſcilicet, Aaron, Ithamar, & Eleazar, vt dictũ eſt. ideò non oportuit deſignari ætatem à qua numerarentur.

Tertiò, quia ꝓ Leuitis fuit aſſignata ætas, quia accipiebantur ad opera dura, ſ. ad portandum onera: ſacerdotum autem adminiſtrationes non erant duræ: ideo nõ oportebat aſſignari eis ætatem ſaltem illam quæ aſſignabatur Leuitis, ſ. à trigeſimo vſq; ad quinquageſimum.

Quartò dicendum & melius, quòd ſacerdotibus aut erat aſſignanda ætas ad hoc, quòd eſſent ſacerdotes, aut ad hoc, quòd conſecrarentur & miniſtrarent. pro primo non erat aſſignanda ætas, quia quicunque K filius ſacerdotis eo ipſo erat ſacerdos, & ſicut natus de Leuita ſtatim eſt Leuita, ita natus de ſacerdote ſtatim erat ſacerdos, & non poterat non eſſe ſacerdos. Et ſic omnes filij Aaron, & deſcendentes ab eo a prima die natiuitatis ſuæ vſque ad mortem erant ſacerdotes: nõ igitur poterat ad hoc aſſignari aliqua ętas.

De ſecundo dicendum, quòd licet quilibet filius ſacerdotis eſt ſacerdos: tamen nullus eorum miniſtrabat quouſque eſſet cõſecratus, vt colligitur Exo. 29. & Leuit. 8.cap. vbi ponitur ritus conſecrationis eorum.

Ad iſtam conſecrationẽ requirebatur aliqua ętas: quia non licebat conſecrari paruulos ſtatim vt naſcerentur, vel quando eſſent vnius anni, quia nõ poſſent

tunc

tunc miniſtrare. conſecratio tamen fiebat ad miniſtrandum: de iſta ętate nunc non fuit aliqua expreſſio facta, eo quòd iſti erant tantæ ætatis vt conuenienter conſecrari poſſint & miniſtrare.

qua æta conſe- bantur erdo-

Si autem quęratur in qua ętate conſecrabantur ſacerdotes. Dicendum quòd non inuenitur expreſſim in veteri teſtamento. Certũ eſt tamen aliquam fuiſſe ętatem in qua non poſſent conſecrari: & aliquam vltra quam ſtatim poſſent conſecrari. Iſtud autem accipietur ex fine conſecrationis, quia conſecratio fiebat ad miniſtrandum, ſed aliqua ætas eſt in qua non poſſet homo exercere ſacerdotales adminiſtrationes propter impotentiam & defectum virium. Nam ſacerdotes iugulabant animalia ad ſacrificium, & decoriabant ea, & ſecabant in partes atque cremabant ſuper altare, & alia huiuſmodi. Leui. primo 3. & 4.c. tamen iſta aliquod robur corporale exigunt. Ideo ante ætatem habentem tale robur, non debebat aliqs conſecrari ad miniſtrandum.

portet erdo- habe- cientiã, legem.

Secundo propter ſcientiam, quia oportebat ſacerdotes habere ſciẽtiam legis Dei Mala. 2. ſ. labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore eius exquirent, & Agge.2.c. dicitur interroga ſacerdotes legem. oportebat autem ſacerdotes ſcire reſpondere ad dubia legis: & docere populum de his ſicut dicitur Leui.10. ad ſacerdotes habeatis ſcientiam diſcernẽdi inter ſanctum & prophanum: inter pollutũ & mundum, doceat quiſque filios Iſrael omnia legitima quę locutus eſt Dominus. Prius tamen quã aliquis conſecraretur in ſacerdotem oportebat habere iſtam notitiam rerum, quia aliàs repelleretur à miniſterio, qui eſſet ignarus, vt patet Oſeę 4.c. ſ. quia tu repuliſti ſciẽtiam ego repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. ad ſciendum tamen iſta requirebatur aliquãta ætas, ideo non poſſet in quacunque ætate conſecrari ſacerdos, ſed aliqua eſſet determinata ad hoc.

Eſt tamen dicendũ quòd illa non eſſet tanta quanta aſſignatur hic Leuitis, ſ. ab anno trigeſimoprimo vſque ad quinquageſimum, quia Leuitæ aſſumebant ad opera valde dura, ideſt ad portanda onera, quod requirit ætatem valde robuſtam. In adminiſtrationibus autem ſacerdotalibus non erat tanta difficultas neque requirebãtur tantæ vires, ideo minor ætas ſufficiebat.

Secundò, quia inuenimus ſacerdotes fuiſſe conſecratos & miniſtre in minori ætatę, ſic refert Ioſephus libro de bello Iudaico: de filio Hircani ſacerdotis magni fratre Marianes vxoris Herodis regis qui procurante Herode ſuffocatus eſt in Iericho. illum enim dicit anno 18. ætatis ſuæ miniſtraſſe in ſummo ſacerdotio: & ſic videtur quòd in illa ætate vel paulo ante poterat quis conſecrari & miniſtrare in ſacerdotio.

Cur Leuitæ omnes computati ſunt ſub vna ſumma, & ſacerdotes non. Quæſt. XLIII.

ADHVC occaſione pręcedẽtium quæretur cum ſacerdotes per ſe computati fuerint pręced.cap. & quęlibet familia Leuitarum per ſe fuerit computata, vt patet hic in litera, quare Leuitę computati fuerunt omnes ſub vna ſumma, ſcilicet vigintiduo millia?

Dicendum quòd hoc accipitur ex fine computationis, quando enim vnus finis eſt ad quem omnes cõputantur, ponũtur omnes numerati ſub vna ſumma: quando autem ſunt plures fines fiũt tot ſummæ quot ſunt fines computationis. Quando autem numerati ſunt hic Leuitæ, fuit accepta sũma cuiuslibet familiæ per ſe, eo quòd licet omnes tres familiæ portarent onera erant illa onera diuerſa. Nam Caathitę A portabant vaſa ſanctuarij, quæ non erant partes eius: Meraritæ autẽ, & Gerſonitæ portabãt ipſum ſanctuarium, ideſt omnes partes eius ſed in his differebant: quia Gerſonitæ portabant partes molles, Meraritæ autem partes duras, vt patet hic in litera: ideo debuerunt accipi ſingillatim numeri iſtarum familiarum: & ſic factum eſt.

Sed quando Leuitæ numerantur pręced.cap. fuerunt numerati vt commutarentur pro primogenitis Iſraelitarum: & hoc erat cõmune omnibus, ſcilicet, quia quilibet Leuita magnus, vel paruus de quacunque familia eſſet, dabatur pro vno primogenito Iſraelitarum, ideo debuerũt omnes poni ſub vna ſumma, quia non erat aliqua cauſa differendi.

B Sic autem fuit infra 26. quando numerati ſunt iterũ Iſraelitæ in anno quadrageſimo ab exitu de Aegypto infra 26. nam omnes Leuitæ fuerunt poſiti ſub vna ſumma: fuerunt enim vigintitria millia. Cauſa huius eſt, quia ibi non fuerunt numerati ad applicandum eos aliquibus oneribus, ſed ſolum ad ſciendum quot erant Leuitæ omnes: & ſic ſub vna ſumma eſſe debebant. Sic etiã fiebat de omnibus tribubus Iſraelitarum: quia quęlibet habebat multas familias, quæ nominantur infra 26.cap. nunquam tamen accipiebantur ſummæ particulares familiarum, ſed tota tribus cõputabatur ſub vna ſumma, vt patet ſupra 1. & infra 26. Et hoc erat quia omnes computabantur ad vnum finẽ, ſcilicet, vt ſciretur quot viri eſſent in qualibet tribu, qui iam tranſiſſent ad nomen & numerũ, C & in iſto conueniebant omnes de tribu: non fiebant ſummæ particulares familiarum, ſed vna ſumma pro tota tribu.

Rationes poſitæ præcedenti quæſt. examinantur, & vires earum oſtenduntur. Et quòd fines fuerunt diuerſi numerationis. Quæſt. XLIIII.

SED dicendum quòd rationes poſitæ pręced.q. ab illis qui hoc quęrebant ſunt legitimæ: & tñ quod pręſupponitur ab eis in q. eſt falſum. Nã petitur quare Leuitæ omnes præced. cap. numerati fuerunt ſub vna ſumma, & hic ponitur pro qualibet familia vna ſumma: & tamẽ falſum eſt, quia D tam hic quam ibi accipiũtur tres ſummæ pro tribus familijs. nam dicitur ibi quòd in familia Gerſon fuerunt ſeptem millia & quingenti. in familia autem Caathitarum fuerunt octo millia & ſexcenti. in familia vero Merari fuerunt ſexmillia & ducenti: & poſtea ponitur ſumma omnium Leuitarum ſimul, ſ. vigintiduo millia. ita autem penitus fit hic, quia cuiuslibet familię ponitur per ſe ſumma, & poſtea vna ſumma totalis collecta ex tribus ſummis partialibus, & non differt in aliquo hic & ibi, niſi quia ibi numerantur Leuitę ab vno menſe & ſupra: hic autẽ computantur ab anno trigeſimo vſque ad quinquageſimum.

Sed dicendum quòd rationes aſſignatę pręcedenti quęſt. ſunt verę, ſ. quòd vbicunque eſt vnus finis nu- E merationis ponuntur omnes numerati ſub vna ſumma: cum autem ſunt diuerſi fines tot ſunt ſummę, quot ſunt fines numerãdi: & ideo Iſraelitę pro qualibet tribu licet contineret multas familias, vnicam ſummam habebant ſupra 1. & infra 26. cap. Leuitę quoque quãdo fuerũt numerati in anno quadrageſimo ab exitu de Aegypto infra 26. fuerunt omnes poſiti ſub vna ſumma, & non fuit numerata quęlibet familia per ſe. cauſa erat, quia ibi ſolum numerati fuerunt ad ſciendum quot erant. Iſraelitę quoque in tribubus ſuis ad idem numerabantur, vt dictũ eſt pręced. q. ideo erat vnica ſumma pro qualibet tribu.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De numeratione autem Leuitarum facta preced. cap. vbi ponitur ſumma pro qualibet familia. dicendum quòd illa habuit aliquem finem communem omnibus Leuitis, & habuit alios diſtinctos competentes ſingulis familijs: finis communis erat quòd omnes numerabantur ad hoc, quòd commutarētur pro primogenitis Iſraelitarum, & propter hoc numerati fuerūt omnes ab vno menſe, & ſupra, & quantum ad hoc differt illa numeratio ab iſta, quia hic numerātur a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimū. Alij fines fuerūt diſtincti & proprij ſingulis familijs: & ſunt tres fines, ſ. quia cuilibet familię datur princeps, & datur locus per ſe caſtrametandi, & aſſignatꝰ quid de rebus vel partibus ſanctuarij pertineat ad illā familiam, & iſta tria differunt. nam de familia Gerſonitarum dicitur ꝙ caſtrametabitur ad occidentē ſanctuarij, & quòd habebit principem Heliaſaph, & deinde ponuntur onera huius familiæ. de Caathitis dicitur quòd caſtrametabuntur ad meridiem, & quòd erit princeps eorum Eliſaphan, & ponuntur vaſa ſanctuarij, quę iſti portabant. de Meraritis dicitur quòd caſtrametabuntur ad ſeptentrionē, & quòd erit princeps eorum Suriel, & ponūtur partes ſanctuarij quas illi portabant. Et quia iſtæ familiæ habebant ſingulæ tres fines proprios quibus inter ſe differebāt, oportuit poni ſummam cuiuslibet earum per ſe, vt ſic cuilibet familiæ aſſignarentur iſta tria propria, in quibus differebat ab alijs duabus familijs.

Cauſa huius fuit, quia ſcriptura ſacra voluit breuiter loqui:
H potuerāt enim ibi poni duæ computationes: vna in qua computarentur omnes Leuitę ſimul pro commutatione facienda pro primogenitis, & numerarētur ab vno menſe & ſupra, & poneretur vna ſumma omnium: & hęc non eſſet diſtinctio familiarum. Alia computatio eſſet in qua numerarentur tres familię diſtinctę & ponerentur pro qualibet familia illa tria quę erant ſibi propria, & cuiuslibet familię per ſe poneretur vna ſumma: ſcriptura tamen vt breuius ageret ſub vna computatione ſeruauit iſta duo: ideo numerauit ab vno menſe & ſupra: & tamen poſuit ſummas diſtinctas ſingularum familiarum.

An ſuperflua fuerit vna iſtarum duarum numerationum. Et an ſecunda & tertia numeratio differant.

Quæſt. XLV.

TVNC tamen dicitur quòd eſt ſuperflua vna iſtarum duarū numerationum quæ habent hic & prçced. cap. quia hic numerātur tres familiæ diſtinctim: & ſimiliter prçced. cap.

Aliquis dicet quòd non coincidunt, quia hic computātur a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimū: ibi autem numerantur ab vno menſe & ſupra.

Reſpondebit aliquis quòd poterat hic fieri numeratio ab vno menſe & ſupra, quia numerātur hic Leuitę ad portandum onera: & tamen ab vno menſe nemo portat onera: ideo oportebat fieri iſtam numerationem a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimum, nec etiam poterat fieri prçced. cap. numeratio a trigeſimo anno, quia ibi fit numeratio Leuitarum ad hoc, quòd commutentur pro primogenitis Iſraelitarum, vt patet ibi in litera. & tamen redemptio vel commutatio primogenitorū fit poſt vnum menſem a natiuitate eorum infra 18. cap. ideo debuerunt computari ibi Leuitæ ab vno menſe & ſupra.

Eſt ergo dicendum quòd neutra iſtarum duarum computationum eſt ſuperflua, immo poterant fieri tres cōputationes diſtinctæ, & quòd nulla ſuperflueret: vna enim fieret ad commutandum Leuitas pro
F primogenitis Iſraelitarum: & iſta non eſſet diſtincta per familias, ſi eſſent omnes Leuitæ ſub vna ſumma & computarentur ab vno menſe & ſupra.

Secunda eſſet Leuitarum diſtinctorum per tres familias ſub tribus ſummis ad dandum cuilibet familię proprium principem, & propriam caſtrametationē, & onera propria portanda, & eſſent tunc tres ſummę trium familiarum, & computabuntur iſti Leuitæ ab vno menſe & ſupra.

Tertia computatio eſſet Leuitarum qui inciperēt actualiter portare onera, & iſta eſſet per tres familias, & ſub tribus ſummis, & fieret ab anno trigeſimo vſque ad annū quinquageſimum, ſicut fit hic in litera.

De prima numeratione quòd differat ab alijs duabus non eſt dubium, ſed de ſecunda & tertia aliquis
G dicet quòd coincidant, quia in iſta tertia poterant poni omnia quæ ponuntur in ſecunda, ſ. caſtrametatio, & princeps, & propria onera: & fieret computatio ab anno trigeſimo, & ſic ſuperabundaret ſecunda numeratio.

Dicendum quòd iſtæ duæ differunt, & non potuit vtraque fieri ab anno trigeſimo, neque vtraq; ab vno menſe, quia illa tria quę ponuntur prçced. cap. in ſecunda numeratione competunt Leuitis ab vno menſe & ſupra: immo ex die natiuitatis, & manent eis ſemper vſque ad mortem: iſta vero quæ ponuntur hic in tertia numeratione, ſ. actualiter portare onera: non competebant Leuitis niſi ab anno trigeſimo: & non ſemper poſtea, ſed ſolum vſque ad annum quinquageſimum.

Iſta patent, quia prçced. cap. in ſecūda numeratione ponitur caſtrametatio ſingularum familiarum: & tamen caſtrametari ad talem vel talem partem ſanctuarij conuenit Leuitis non ſolum ab anno trigeſimo, ſed a die quo naſcuntur, quia omnes Leuitæ caſtrametantur in circuitu ſanctuarij ſupra 1. cap. & nō commiſcentur popularibus, & cōpetit cuilibet propria caſtrametatio prçced. cap. ideo cuilibet Leuitæ etiam vnius diei competit illud, & non a trigeſimo anno ſolum.

Item in illa numeratione ponuntur proprij principes familiarum, ad ordinandum autem aliquam multitudinem oportet nullam eſſe ſine principe, ideo nō
I ſoli Leuitæ, qui erant ab anno trigeſimo & ſupra debebant habere principem, ſed etiam qui eſſent in anno 10. aut 5. vel 4. ergo numeratio ad habēdum principem non debebat fieri a trigeſimo anno & ſupra, ſed ab vno menſe vel a die natiuitatis.

Item licet portare onera non conueniat ab vno menſe, ſed a magna ætate, ſ. ab anno 30. vt hic dicitur: tamen onera eſſe propria iſtius vel illius familiæ non conuenit ſolum ab anno trigeſimo, ſed etiam ex die natiuitatis, quia Leuitæ in ſeptimo, vel octauo anno, licet non poſſent portare onera actualiter, tamē iam onera familiæ ſuæ erant ꝓpria eis, & dicebantur pertinere ad eos, ita quòd Leuitæ aliarum familiarum
K non poterant illa portare, neque ipſi onera alterius familiæ. Ideo dicendum quòd computatio quæ habetur prçced. cap. differt ab iſta, & neutra earum ſuperfluit. Nam facta illa pro illis tribus finibus ſuprapoſitis oportuit iſtam tertiam fieri in qua numerarētur ſoli Leuitæ qui actualiter portarēt onera, eo quòd nunc mouendum erat ſanctuarium de monte Sinai per totum deſertum, & oportebat deſignatum eſſe certum numerum Leuitarum qui illud portarent.

Inuenti ſunt duomillia 750. Iſta eſt ſumma Leuitarum Caathitarum miniſtrātium. Alia tamen ſumma eſt, quę habetur prçced. cap. ſ. octomillia ſexcenti.

Cauſa diuerſitatis eſt, quia ibi computātur omnes Caathitæ ab vno menſe & ſupra ad commutandum

pro

pro primogenitis Iſraelitarum. Ideo fuit magna ſumma. Hic autem computantur ſoli viri robuſti ab anno 30. vſque ad quinquageſimum ad ferendum onera. *Hic eſt numerus populi Caath*. Scilicet, iſte qui ſupra poſitus eſt: & magis propriè accipitur hic populus quàm prçced. cap. vbi dicebantur populi Caathitarū & Gerſonitarum, quia hic ſoli nominantur illi, qui tranſeunt ad numerum, ſ. vltra vigeſimum annum. In priori autem computatione ponebantur plurimi, qui non tranſierant ad numerum, quia fiebat computatio ab vno menſe & ſupra: tamen homo non tranſit ad numerū ad hoc quòd ſit pars populi vſque ad annum vigeſimum, vt patet Exo. 30. cap.

Qui intrat tabernaculum fæderis. Ideſt populus qui computatus eſt in Caathitis intrat tabernaculum fę-
B deris, ſ. incipiens miniſtrare, & hoc quia omnes qui computati ſunt hic erant ad miniſtrationem portandorum vaſorum, ſed non diceretur ſic prçced. cap. de Caathitis numeratis ꝙ illi intrarēt in tabernaculum fęderis ad miniſtrandum, quia non omnes intrarent: cum fiat computatio ab vno menſe & ſupra.

Hos numerauit Moyſes & Aaron. Non ſolū intelligendum eſt de iſtis, ſed etiam de principibus populi, qui cum eis numerauerunt, vt patet ſupra.

Iuxta ſermonem Domini. Ideſt Deus mandauit quòd omnes iſti numerarētur, vt patet ſupra in litera: *Per manum Moyſi*. Ideſt Deus iuſſit hoc per Moyſen, ſ. ꝙ denunciauit ipſe ſermonem Domini.

Dicitur. n. ſermo Dñi fieri per manū Moyſi vel in
C manu Moyſi aut alterius ꝓphetę qñ verba dicta a Deo Moyſi reuelat Moyſes: & tātum eſt dici locutus eſt Dominus per Moyſen ſicut per manum Moyſi, vel in manu Moyſi. Fit autē talis modus loquendi, quia, per, vel, in, ſignificant inſtrumētum actiuum, & quia manus eſt organum organorum, & inſtrumentum maximè operatiuum ponitur pro toto homine, qui talis locutionis inſtrumētum eſt, vel dicitur per manum Moyſi aut in manu, quia verba Dei ſunt in poteſtate Moyſi cū ipſi reuelata ſunt, ſicut in manu noſtra ſunt ea quę nobis ſubijciuntur.

Numerati ſunt & filij Gerſon. Hic ponitur ſumma Gerſonitarum potētium miniſtrare, & tota litera patet cum ſit replicatio ſuperiorum, quæ iam expoſita ſunt, & inuenti ſunt duo millia 630. Iſta ſumma Ger-
D ſonitarum exceditur a ſumma Caathitarum in 120. vt patet conferendo illam ſummam iſti.

Sed dicet aliquis quòd maior ſit exceſſus: nā præced. cap. ponuntur de Gerſonitis ſeptem millia quingenti, de Caathitis autem octo millia ſexcenti: & ſic eſt exceſſus in mille & centum.

Reſpondendum eſt quòd Caathitæ ſemper excedunt Gerſonitas: & tamen ſecundūm diuerſitatem numerationum eſt diuerſitas exceſſuum. In computatione facta prçced. cap. ſumebantur omnes Leuitæ ab vno menſe & ſupra, ideo plures excederent ibi de Caathitis ad Gerſonitas quàm hic vbi computantur ſoli a trigeſimo anno vſque ad quinquageſimū: vnde eſt exceſſus prçced. cap. in mille & centum. hic autē in centum & viginti.

E *Hic eſt populus Gerſonitarum*. Scilicet iſta multitudo quæ ſupra numerata eſt ad miniſtrandum.

Quem numerauit Moyſes & Aaron. Scilicet, iunctis principibus populi. Nam cum dicatur ſupra, quòd numerati ſunt Caathitæ à Moyſe & Aaron & principibus populi, intelligendum etiam in computatione Gerſonitarum. Nō enim fieret diuerſitas. Et ſi velis proteruire dicens Gerſonitas ſolum eſſe numeratos à Moyſe & Aaron, quia de eis ſolum mentio fit, non poteſt ſtare, quia ſimilis modus eſt ſupra de Caathitis. Nam a principio dicitur recenſuerunt Moy-
A ſes & Aarō & principes ſynagogę filios Caathitarū: & poſtea ſubijcitur de eiſdem. Hic eſt numerus populi Caathitarum: hos numerauit Moyſes & Aaron idem patet infra de Leuitis. Nam a principio dicitur quòd omnes Leuitæ fuerūt computati per Moyſen & Aaron & principes populi, & poſtea in fine ſubijcitur ꝙ Moyſes numerauerit iſtos ſubticendo alios. Sic ergo eſt hic dicēdum de Gerſonitis quòd fuerint numerati à Moyſe & Aaron & principibus populi.

Numerati ſunt & filij Merari. Hic ponitur ſumma Meraritarum. & litera patet ex dictis, quia eſt repetitio prçcedentium. *Omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi*. Dicuntur ingredi Meraritæ ad explendos ritus tabernaculi, ideſt ad faciendum opera in rebus ſanctuarij. Non enim ingrediebantur ad faciendum aliquam miniſtrationem, ſicut nec cæteri Leuitæ ſimplices, ſed ritus eorum erant, vt portarent tabulas, & columnas, & baſes, vt ſupra declaratū eſt. Tamen iſtud nomen ritus magis conuenit ad cæremonias quas ſacerdotes faciunt in miniſtrādo, quàm ad id quod faciunt Meraritæ: illorum enim propriè eſt officium vel miniſterium.

Inuenti ſunt tria millia ducenti. Iſta eſt ſumma Meraritarum, & excedit ad Caathitas in quadringentis quinquaginta, & Gerſonitas in quingētis ſeptuaginta, vt patet ex collatione ſummarum. in prçced. tamē cap. ſumma Meraritarum exceditur ab alijs, quia de Meraritis fuerunt ſex millia ducenti. de Caathitis octo millia ſexcenti. de Gerſonitis ſeptē millia quingenti. Ratio huius veritatis eſt, quia in Meraritis erāt multi viri & pauci de paruulis. In Caathitis autem, & Gerſonitis è contrario.

Quare in alia ſumma Meraritæ excedebantur, & in hac aūt excedunt.

Hic eſt numerus filiorum Merari. Scilicet, qui ſupra poſitus eſt, & non eſt iſte numerus omnium Meraritarum, ſed eorum qui erant a triginta annis vſque ad quinquaginta: quos recenſuerunt Moyſes & Aarō. ſubintelligendi ſunt etiam principes populi, quia omnes Leuitæ per eos numerati ſūt, vt patet immediatè.

Iuxta imperium Domini. Ideſt iſti Meraritæ numerati fuerunt, quia Deus imperauerat. *Per manum Moyſi*. Hoc poteſt referri ad duo, ſ. quòd numerati ſunt omnes per manum Moyſi, vel quòd imperium Domini factum eſt per manum Moyſi. ſed ſecundus ſenſus eſt quem facit litera.

Non enim debet intelligi quòd numerati ſunt per manum Moyſi, quaſi ſolum per eum numerati ſint. cum dicatur hic immediatè quòd numerati fuerint per Moyſen, & Aaron, & principes populi. ſed refertur ad immediatum, ſ. quòd imperium Domini factum eſt per manum Moyſi.

Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis. Hic ponitur epilogus omnium Leuitarum numeratorum ad officia: & non dicitur quòd omnes Leuitæ ſunt octo millia quingenti octoginta, ſicut infra dicitur. ſed omnes Leuitæ recenſiti: nam multi de Leuitis manſerunt non numerati, cum fiat hic numeratio a trigeſimo vſque ad quinquageſimum annum ſolum. Manebāt autem multi in alijs ætatibus. Summa autem omniū Leuitarum qui erant tempore huius numerationis fuit vigintiduorum millium trecentorum, vt patet præcedenti cap.

Et quos fecerunt ad nomen. Facere ad nomen eſt ponere aliquos viros in numero & nomine deſtinatos ad aliquod officium, ſic erat de iſtis: quoniam omnes hi tranſibant ad aliqua officia, fecerūt eos ad nomen Moyſes & Aaron, quia ipſi numerauerūt eos, & ſcripſerunt nomina eorum. In Iſraelitis autem dicebatur aliquis tranſire ad nomen quando tranſibat ad officium & numerū bellatorum, & ideo inter Iſraelitas tranſibatur ad numerum anno. 20. vt patet Exo. 30. cap.

Quid [illegible] nomen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

30.cap. quia ab anno vigesimo computabantur bellatores, vt patet supra 1.cap. isti autem transibant ad numerum ab anno trigesimo vsque ad quinquagesimum, quia alijs temporibus non ministrabant in his officijs. *Moyses & Aaron.* Isti duo erant principales computatores. Moyses tanquam princeps totius populi & Aaron tanquam princeps Leuitarum. *Et principes totius populi Israel.* Scilicet, duodecim tribuum. Nam in toto Israel erāt solum duodecim tribus: principes ergo harū dicebātur esse principes totius Israel: & in hoc tollitur dubium quod supra ponebatur cū dictum est quòd Moyses & Aaron & principes synagogæ numerauerunt Caathitas. Ibi enim quidam dicebant intelligi de principibus Leuitarum, quia illi faciebant vnam synagogam, idest multitudinem per se. hic tamen declaratur quid sit ista multitudo vel synagoga omnium Israelitarum. Ideo isti principes qui numerant non sunt principes Leuitarū, sed duodecim tribuum. *Per cognationes & domos.* Ex præcedentibus patet hoc cum litera sequēti, quia ibi expositum est.

Ad ministerium tabernaculi. Idest omnes isti Leuitæ qui supra numerati sunt ingrediebātur ad ministeriū tam Caathitæ quàm Gersonitæ quam Meraritæ. Nā omnes habebant aliquod officium in portatione vasorum sanctuarij, vt patet ex superioribus, & quātum ad hoc ingrediebantur ad ministerium tabernaculi.

Et onera portanda. Non est istud aliquid distinctum ad ministerium, vt supra ponitur. nam præter portationem rerum sanctuarij non habebant isti aliquod officiū, quod pertineret specialiter ad hos numeratos.

De exubatione in circuitu Tabernaculi. Et quòd excubare est officium commune non tantum Leuitarum. Et quòd erectio & depositio tabernaculi erat idem officium cum portatione.
Quæst. XLVI.

ALIQVIS tamen obijciet quòd debebant excubare in circuitu tabernaculi, vt patet supra cap.1.& 2. Et hoc non pertinebat ad alios Israelitas.

Respondendum est excubare non esse aliquod officium proprie dictum Leuitarum, quia non determinat sibi aliquam operationem, nec aliquam familiam, sed omnes Leuitæ excubabant, & si adhuc dicere velis q excubare sit officium Leuitarum, non stat, quia hic ponuntur officia Leuitarum numeratorum ab anno trigesimo vsque ad quinquagesimum: ad hos tamen nō pertinebat specialiter excubare, sed ad omnes qui erant de genere Leuitarum siue magni siue parui ætate, siue masculi siue fœminæ: omnes enim castrametabantur in circuitu tabernaculi, hic tñ ponuntur officia istorum qui transibant ad numerum a trigesimo anno vsque ad quinquagesimū: ergo non ponitur excubare tanq officium eorum.

Sed dicetur q adhuc portatio onerū & ministeriū tabernaculi quod hic dr nō sit idem, quia præter portationem onerū Gersonitæ, & Meraritæ deponebant tabernaculum, & erigebant, vt patet ex præced.cap.1.

Dicendum est q erectio & depositio tabernaculi computabatur idem officium cum portatione, quia non poterant portare nisi deponerent, nec de illo fit mentio: quod patet, quia Caathitæ non deponebant nec erigebant tabernaculum, sed solū portabant vasa eius accipiētes ea a sacerdotibus, & post eadem reponentes: & tamen isti dicebantur habere ministerium in tabernaculo, & portare onera.

Fuerunt simul octomillia 580. Ista est summa omniū Leuitarum a triginta annis vsque ad quinquaginta numeratorum ad ministrationem, vt patet colligendo summas superiores.

Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses. Idest sicut Deus iusserat ita Moyses numerauit. Non est autem intelligendum, quòd solus Moyses numerauerit, cū supra dicatur quòd Moyses & Aaron & principes Israel numerauerunt. Sed variatur, quia aliquando dicitur de solo Moyse: aliquando de Moyse & Aarō: & aliquando de omnibus, vt patet in litera. Nam cū veritas manifesta sit, nihil refert, quòd sic vel aliter describatur. *Vnumquemque iuxta officium & onera sua.*

Officia non fuerunt distincta tantum in generali, sed etiam in speciali. Et quòd officium & onus differunt.
Quæst. XLVII.

POTEST hoc referri ad familias, s. quòd numerati sunt omnes Leuitæ, & non ad idem: sed vnaquæque familia ad officium suum & onera, sicut supra distinctum est, ideo nō numerabantur omnes Leuitæ simul, sed quælibet familia per se.

Alio modo potest hoc intelligi de personis singularibus, s. q fuerūt numerati Leuitæ vnusquisque iuxta officium suum & onera sua, idest quilibet de Leuitis ponebatur cum illis, qui pertinebāt ad officium, & onera sua. Nam non solum in generali numeratores distinxerunt officia: dicentes vasa pro Caathitis: operimenta pro Gersonitis: tabulæ & columnæ pro Meraritis. Sed dixerunt tales Caathitæ portent arcam: & tales portent altare holocaustorum: & hi altare thymiamatum, & sic de cæteris vasis. De Gersonitis autem idem fuit, scilicet, quòd dictum est. Isti Gersonitæ portent cortinas, & illi portent operimenta de sagis. Alij autem hyacinthina. Alij pelles rubricatas. De Meraritis idem modus est quantum ad tabulas, & columnas, vectes, & bases, quas portabant. & accipitur hic officium & onera pro eodem, sicut supra accipiebatur ministerium & onera pro eodem. Sed officium dicit obligationem & assuetudinem: onus dicit portationem & actualem laborem. Nicolaus aliter distinguit, scilicet, quòd officium & onera dicuntur esse pertinētia ad diuersa, s. officium ad cantātes, & pulsantes in sanctuario: portare onera refertur ad laborem, & distinguebantur omnes Leuitæ per hoc quòd quidam canebant: Alij vero onera portabant. Sic enim erat tempore Dauid quādo positi fuerunt multi cātores & ianitores, vt patet primo Paralipo.25.c.

Dicendum tamen est hoc non stare, quia ille ordo nunquam fuit vsque ad Dauid, & hoc ipse expressit primo Paralip. 23.c.s. quòd Dominus dederat requiē Israeli, & iam nō erat portāda arca, & vasa sanctuarij per diuersa loca, ideo iam non esset ministerium Leuitarum id quod ante erat, s. in portando, sed alia officia eis distribuit, vt patet c.23. & 25.& 26. videtur ergo quòd ante Dauid non habuerunt Leuitæ officiū canendi, sed solum portandi.

Item si fuisset officium Leuitarum vt cātarent coram Domino exprimeretur alicubi in hoc: cum tamen sæpe ponantur hic officia Leuitarum, nihil tale scriptura meminit. ergo non erat. sed intelligenda sunt officia & onera eo modo, quo supra declaratum est.

Sicut præceperat ei Dominus. Idest istę distinctiones factæ sunt sicut Dominus præcepit, & numerationes, quod intelligitur tanquam ad numerantes quantum ad formam numerandi.

CAP.

CAP. V.

LOCVTVS est Dominus ad Moysen dicens. Præcipe filijs Israel vt eijciant de castris omnem leprosum & qui semine fluit: pollutusque est super mortuo, tā masculum quàm fœminam, eijcite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. Feceruntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.

LOCVTVS. Descripta in superioribus populi numeratione, & dispositione ad recedendum. Hic tollitur quoddam totius multitudinis infectiuum, s. de leprosis, & fluentibus semine, & immundis super mortuo. Ista enim populum inficiunt, quamquàm in hoc non sit ordo multum consequens, sed solum in superioribus fuerat posita numeratio omnium Israelitarū, & Leuitarum: & quia totus liber iste partim historias, partim præcepta cęremonialia, & iudicialia continet, subiugūtur hic præcepta: nec potest assignari ordo ita consequēs in hoc libro, sicut in illis qui pure historici, aut pure legales sunt, quia iste ex vtroq; mixtus est, & in mixtis non est ordo consequens. Et quia in hoc capitulo agitur de corruptione quæ duplex est, s. immunditiæ corporalis, & iniustitiæ, & suspitionis. primò tollitur corporalis immunditia. secundò corrigitur iniustitia. tertiò examinatur diffidentia. Secunda ibi. *Locutusque est.* Tertia ibi. *Locutusque Dominus.*

Circa primum ponitur præceptum de excludendis immundis a castris, s. *Locutusque est Dominus ad Moysen.* Ad hoc enim quòd ista præcepta darētur, oportebat quòd loqueretur Deus Moysi, quia non loquebatur populo per se nisi cum dedit legem in monte Sinai. Erat autem Moyses valde acceptus Deo, ideo loquebatur ei omnia quæ iubere volebat Israelitis.

De ista locutione an fuerit facta immediate post numerationes de quibus præce.cap. vel magno tempore post, aut aliquantò non apparet ex litera. Sed satis videtur dicendum, quòd parum post numerationem supra positam fuerit auditum hoc à Moyse. Nam hic disponebatur populus ad recedendum de monte Sinai: præceptum autem istud de eijciendis immundis extra castra ordinat populum quātum ad dispositionem castrorū, ideo ante recessum de monte Sinai videtur rationabiliter, quòd hoc præceptum datum fuerit. Populus tamē recessit de Sinai pauco tempore post istam numerationem. Nam numerationes supra positæ inceptę sunt prima die mēsis secundi, anni secundi ab exitu de Aegypto: & tamen die vigesimo mēnsis eiusdē mota sunt castra de monte Sinai, vt patet infra 10. cap. Ista tamen præcepta data fuerunt ante recessum de monte Sinai, vt supra dicebatur. ergo pauco tempore post numerationē supra positam fuit datum præceptum quod hic habetur.

Præcipe filijs Israel vt eijciant de castris. Hic præcipitur exclusio immūdorum in lepra, & fluxu seminis, & tactu hominis mortui: & hoc quia causabatur in his immunditia magna.

Quare in veteri testamento multæ cæremoniæ immunditiarum observabantur. Et quòd multiplex immunditia esset. immunditia naturalis, immunditia secundum opinionem honestatis. Et quomodo purificabantur immundi.
Quæst. I.

PRO quo considerandum est, quòd in veteri testamento observabantur multæ cæremoniæ munditiarum corporalium quātum ad accedentes ad sanctuarium: & hoc quia ea quę fiebant in veteri testamēto per se non habebant aliquam reuerentiam, nisi Deus eis apposuisset: & hoc erat faciendo observari multas cæremonias in accedentibus ad sanctuarium. Erat autem generale quòd nullus immundus tangeret res sacras accedendo ad sanctuarium vel introeundo.

Erat tamen immunditia multiplex, quarum quædam excludebant homines a cōsortio aliorum, & nō omnes. In omnibus tamen excludebantur ipsi immundi à rebus sacris.

Est autem intelligendum quòd immunditiarum quędam sunt naturaliter immunditiæ, aliæ autem per solam opinionē honestatis, scilicet, quòd quamquam non essent verè immunditiæ: tamen quia aliquo modo apparebant fœditates quædam, vt magis homines essent honesti cauebant illas: & qui inquinatus esset, arcebatur a rebus sanctis. Exemplum primi est in leprosis, qui secundum naturam immundi sunt, & inficiunt eos quibus adiunguntur: sic etiā in fluentibus semine, & in mulieribus menstruatis. hę enim immunditiæ ab intrinseco sunt: dicuntur autem naturales, quia non sunt ex aliquo exteriori, sed ex principio intrinseco, quod pertinet ad naturā: quia natura est principium motus & quietis eius in quo est iuxta Arist. 2.Physic.

Aliæ immunditiæ sunt per contactum, sicut siquis tangeret animalia horticina, vel reptilia aut hominē fluentem semine, & similia. in his enim est immunditia, sed non ab intrinseco, sed per contactum.

Sunt autem multiplices immunditiæ per contactum. nam siquis tangat reptilia, siue viuentia, siue mortua immundus est, vt patet Leuit.11.cap. & siqs tetigerit carnes morticini animalis, siue sit licitum ad esum, siue non, immundus est, vt patet eod.cap. & qui tangit carnes animalis illiciti ad esum, siue cum occisum est, siue cum morticinum immundus est, vt patet eo.cap. & qui tangit leprosum, aut vestes eius vel intrat in domum, quæ propter lepram clausa est, immundus est, vt patet Leuit. 14.cap. qui tangit hominem fluētem semine, vel lectum eius, aut id super quo ipse sederit immundus est, vt patet Leui. 15.cap. & qui tetigerit mulierem menstruatam, siue cognoscendo carnaliter, siue solum tangendo manu carnē eius, aut vestes, vel lectum immundus est, vt patet eo. cap. & qui portabat caprum emissariū in solitudinē immundus erat, vt patet Leuit.16.cap. & qui cremabat carnes sacrificiorum diei propitiationis immundus erat, vt patet eod.cap. & siquis cremaret carnes vitulæ rufæ immundus erat, vt patet infra 19.cap. Idē siquis tetigisset hominem mortuum, vel sepulchrū eius, aut ossa arida reperta in agro, vel ingrederet in tentoriū hominis mortui, aut iret ad funera immundus erat, vt patet eod.cap.

In omnibus his & alijs contrahebatur immūditia: tamen non purificabatur eodem modo, quia in quibusdam lauabantur vestes solum. in alijs autem lauabantur vestes, & carnes, vt patet Leuit.11.& 15.& 16. cap. in alijs autem solum fiebat aspersio aquæ lustrationis, vt patet infra 19.cap.& 31. Eodem modo quædam erant immunditię, quę durabant maiori tēpore quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm alię. nam communes immunditiæ durabant vsque ad solis occasum: & tunc lotis vestibus erat homo mundus, vt patet Leuit.cap.11. In quibusdam autem durabat immunditia per septem dies, sicut in in illo qui tetigisset hominem mortuũ, & in eo qui cognoscebat carnaliter mulierem menstruatam. de primo habetur infra cap.19. de secundo habetur Leuit.15.cap.

Hoc autem est quantum ad immunditias quę cau sabantur per contactum. In illis autem quæ erant a principio intrinseco non dabatur certum tempus expiationis,quamquam in hoc differt,quia aut erat mulier quę patereturmenstrua temporibus determinatis redeunte mense, aut erat quælibet alia immunditia de naturalibus. Si primo modo, quamquam flũxus menstrualis duraret solum vna die vel minus, mulier erat immunda septem diebus. Si autem essent aliæ immunditiæ, sicut lepra, & fluxus sanguinis tempore non menstruali vel fluxus seminis ex ægritudine, non ponebatur tempus certum ad emundationem,sed quamdiu manebant istę immunditiæ siue vno anno, siue pluribus, siue in æternum semper erat, qui patiebatur immundus. Deinde cum sanarentur istæ immunditiæ manebat quilibet de pollutis per septem dies in quibus fiebant aliquæ ablutiones. Deinde in octaua die offerebat,qui immundus fuerat sacrificia. de Lepra habetur Leuit. cap.14. De emundatione autem huiusmodi in fluentibus semine,& in mulieribus fluentibus sanguine habetur Leuit.15.cap.

Pro his autem immunditijs, quę erant naturales excludebantur homines a castris. pro aliis autem immunditijs quę veniebant ex contactu solum non eijciebantur de castris. Erant autem aliæ immunditiæ naturales pro quibus immũdi eijciebãtur de castris, scilicet,fluxus seminis,& fluxus sanguinis,atq; lepra: non tamen pro omnibus immunditijs naturalibus extra castra ibant: quia qui cognoscebat mulierem carnaliter immundus erat, vt patet Leuit.15.cap. Et tamen non ibat extra castra, sed lauabat carnem suã, & immundus erat vsque ad vesperum. In immunditijs autem,quæ erant per solum contactum,& nullo modo ab intrinseco,non eijcitur immundus extra castra, sicut patet in eis, qui tangunt carnes animalium morticinorum, & similium, vel vestes pollutas, aut similia polluta: nam isti non vadunt extra castra.

Fallit tamen in quibusdam,scilicet,in tangentibus hominem mortuum, vel aliquid pertinens ad illud: quia isti immũdi sunt, & extra castra vadunt, vt patet hic. sic quoque de illo qui portabat in solitudinem caprum emissarium. Nam cum redibat lauabat vestes suas, & in vespere ingrediebatur in castra. Idem de illo qui cremabat sacrificia diei propitiationis, vt patet Leuitici capitulo decimosexto. Idem erat in sacerdote qui immolabat vitulã rufam, & in eo qui cremabat illam.

Nam non poterant ingredi in castra vsque ad vesperam,& lotis vestibus,vt patet infra decimooctauo capitulo.

Vt eijciant de castris. Hoc pertinet ad ea, quæ supra dicebantur de castrametatione, quia quilibet erat castrametaturus sub vexillo tribus suæ per domos & cognationes suas, vt patet supra secundo cap. Isti tamen qui eijciebantur a castris non manebant sub vexillis. nam Deus iusserat quòd non habitarent inter alios,

Quomodo eiecti a castris manebant extra castra. Et quomodo qui erant extra castra procedebant cum castra mouebantur. Quæst. III.

Sed quęretur de his quomodo manerẽt extra castra? Respondendum est quòd cum erant Israelitæ in terra sua, illi qui huiusmodi immundi erant habebant aliquas domos extra vrbes & oppida,in quibus manebãt segregati a consortio cæterorum.Nunc tamen non erat talis modus quia non erant manentes, sed sequebantur columnam motam.

Et tunc dicet aliquis, quomodo illi qui erant extra castra,procedebant cum castra mouerentur?

Respondendum est quòd nõ mouebãtur ad motum vexillorum suorum in tribubus suis, sicut non manebant sub eis cum castra manerent: mouebantur tamen ad motum aliorum Israelitarum, scilicet, postquam alij totaliter mouissent castra.

Quomodo ijdem habebant cibum cum essent extra castra. Quæst. IIII.

Sed quęretur quomodo isti habebant cibum cum essent extra castra? Respondendum est quòd dum fuerunt in deserto comederunt manna, & ita poterant illi qui erant extra castra, sicut qui erant in castris comedere. Nam manna cadebat in circuitu castrorũ, vt patet Exo. 16.cap. Ideo ita in circuitu eorũ, qui erant in castris cadebat manna sicut in circuitu castrorum. Illi autem qui erant extra castra propter immunditiam non multũ distabant a castris, ideo accipiebant de manna, quod propinquum erat eis sicut existentibus in castris.

Triplex castrum à quo eijciebantur immundi licet diuersimode. Quæst. V.

Circa hoc quod dicitur de eiectione à castris dicit Rab.Sal. quod castra erant triplicia, scilicet, castrum deitatis: & hoc erat ipsum sanctuarium, quod sic vocabatur, quia ibi habitabat deitas specialiter & colebatur atque cũ Moyse loquebatur.

Secundum castrum erat Leuitarum circundantium sanctuariũ a quatuor partibus mũdi, vt patet ẽ.3.cap.

Tertium castrum erat multitudinis Israelitarum diuisum in quatuor partes sub quatuor vexillis,vt patet supra cap.2. Et dicit quòd ab istis castris eijciendi erant immundi,qui hic habẽtur, sed non eodem modo: quoniam a castris diuinitatis eijciendi erant immundi super mortuo, & nõ a castris Leuitarum,nec populi. A castris autem Leuitarum eijciendi erant fluentes semine,& de castris deitatis.permittebantur autem in castris multitudinis, quia non est fluxus seminis morbus contagiosus, sicut lepra, quæ inficiat accedentes: à Leuitarum tamen castris eijciebantur isti, quia inter Leuitas requiritur maior munditia q̃ in laicis. Immundi tamen super mortuo non eijciebantur a castris Leuitarum, quia isti non causant immunditiam in alijs per contactum? nam ad sanctuarium nulla immunditia accedere poterat. in Leuitis autem, & popularibus aliqua permittuntur. Ista tenet Rabbi Sal. & videtur sentire Nicolaus, sed nihil sunt: fundantur enim super aliquid friuolum,s.quia dr̃ hic castra plurale ideo distĩguit illa in tria. Sed hoc falsum est. nã dato q̃ solũ ponãtur castra multitudinis nõ vocabuntur castrũ sed castra.nã castrum si singulariter proferat significat munitionẽ siue castellũ. Cũ vero pluraliter significat tentoria posita: & isto modo accipitur semper hic. Nam dato quòd non esset tabernaculum cum Israelitis, nec essent Leuitæ adhuc tota multitudo non diceretur castrum,sed castra pluraliter, & non solum tota multitudo dicitur castra, sed etiam quęlibet pars multitudinis quando per se consideratur. sic dicitur supra cap.2. in castris filiorum Dan, & in castris filiorum Ruben, & sic de cæteris. ideo nunquam reperietur in tota sacra scriptura,nec in aliquo loco apud historicos, quòd congregatio plurium manentium in campo ad bellum vel alias vocetur castrum,sed castra pluraliter. sic etiã Leuitæ per se vocarentur castra.

An secundum Rab.Salom. quælibet immunditia respondeat vni de castris supra assignatis. Et quid sit eijci de castris. Et qui polluti eijciebantur extra castra. Quæst. VI.

Mouetur etiam Rab.Salo. ex alio, s.quia hic dicitur de tribus immunditijs,& videtur ei, quòd quælibet immunditia correspondeat vni de castris assignatis. Sed etiã hoc nihil est, vt infra declarabitur. Sed sensus est, q̃ castra vocentur hic tam ea,quæ sunt Leuitarum, quã ea quæ sunt totius populi, & omnia simul dicantur castra, & quilibet de his immundis expelleretur a castris,idest a tota multitudine tam Israelitarum quam Leuitarum. Et quando dicebat Rab. Salom. quòd eijcerentur de castris isti immundi non referebat ad idem,sed quosdam dicebat eijci de castris deitatis, & alios de castris Leuitarum, alios vero de castris populi. Sed hoc non stat. primo cum dicebat quòd polluti super mortuo eijcerentur de castris deitatis. nam non potest eijci de castris,nisi qui ibi est, sed intra sanctuariũ nullus manet. ergo nullus inde eijci potest. Si autem respondere velit accipi eijci de castris, idest non permitti accedere ad ministrandum. dicendum est non stare, quia infra sequitur quomodo Israelitæ eiecerint omnes istos de castris. ergo sequitur quòd tunc aliquis erat immũdus extra castra deitatis, quod falsum est. debet igitur intelligi de castris pro tota multitudine Israelitarũ simul, quia ab illis eijciebantur omnes immundi qui hic nominantur. Item patet hoc q̃a quando iuerunt Israelitę in pugnã contra Madian iussit Deus, vt omnis qui occiderat hominẽ vel tetigerat,cadauer occisi, maneret extra castra septem diebus, & lauaretur die tertio & septimo: postea autem intraret in castra, vt patet infra 31.cap. ecce igitur qualiter immũdi super mortuo manebant extra castra totius populi, & non solum extra castra deitatis. hoc autem erat, quia ista reputabatur magna immunditia. Similiter autem de fluentibus semine dicebat Rab. Salom. quòd non eijcerentur extra omnia castra, sed solum extra castra Leuitarum. Manebat tamen in castris multitudinis. Hoc tamen falsum est. nam non solum illi qui erant immundi per fluxum seminis ægritudinalem manebant extra castra, sed etiam illi qui erant immundi per pollutionem nocturnam eijciebantur de castris, vt patet Deuter.23.cap.s.si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus somnio egredietur extra castra & nõ reuertetur priusquã ad vesperum lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra, sed valde maior immunditia erat cum quis fluebat semine. per ægritudinem:ergo erat eijciendus extra castra. Ratio huius erat, quia si manerent isti in castris inficerent cæteros,& consequẽter cultus Dei impediretur. quod patet,quia si aliquis tangeret hominem pollutum semine erat immũdus vsque ad vesperum, & si aliquis tangeret lectum huius vel locum in quo sedisset, aut alia pertinẽtia ad ipsum immundus erat,vt patet Exo. 15.cap. Sed hoc modo cum isti manerent in castris multi tangerent res eorum, & efficerentur immundi,& sic arcerentur a cultu Dei in sacrificijs,quia non poterant accedere ad sanctuarium. hoc autem erat inconueniens, ideo debuerunt viri isti fluentes semine eijci de castris, ne essent alijs occasio diminuendi cultum diuinum,ideo sensus est,quòd omnes isti eijciebantur de castris, idest a tota multitudine.

Omnem leprosum. Isti sunt qui magis arceri debent a castris,quia non solum ista est immũditia,sed est etiã morbus contagiosus, ideo periculosa est habitatio istorũ cum alijs non infectis,& hoc obseruatur nunc non tanquam cæremonia veteris testamenti, sed tanquam aliquid conferens ad salutem. Manebant autẽ leprosi extra castra, & non solum hoc, sed vt cognoscerentur a cęteris immundis portabant os cõtectũ, & vestimenta dissuta & caput nudum,vt patet Leui. 14.cap.hoc autem erat,quousque sanarentur. deinde sacerdos egrediebatur extra castra, & cõperto quòd tales sanati essent,faciebat in eis cæremonias ablutionum & tinctionum, quæ habentur Leui.14.c. *Et qui semine fluit.* Idest etiam eijciuntur de castris fluentes semine. Intelligitur hoc de illis, qui fluunt semine per ægritudinem, qui proprie dicuntur fluere, quia inuoluntarijs eis semen elabitur per singula momenta distillans,atque concretus carni,vt patet Leui.c.15. Alij autem dicuntur effundere semen, & non fluere, scilicet,qui voluntarie hoc agunt, sicut in coitu & similiter. de fluentibus tamẽ semine per coitum non intelligitur,quòd eijcerentur de castris, sed solum lauabant carnem suam,& erant immundi vsque ad vesperum, vt patet Leuit.15.cap. Isti autem per ęgritudinem patientur,& inficiebant alios.& non solum eijciebantur de castris fluentes semine per ęgritudinem,sed etiam per somnium nocturnum. Nam qui taliter polluebatur exibat extra castra diluculo, & nõ reuertebatur vsque ad vesperum post solis occasum cum lotus esset aqua,vt patet Deut.23.cap.

Fluere & effundere semen differunt.

Cur non iussum est, quòd patientes fluxum seminis per somnium eijcerentur extra castra. Et quòd fœminæ fluentes sanguine non eijciebantur. Quæst. VII.

Sed dicet aliquis quare non iussum est hic de fluentibus semine per somnium nocturnum, quòd eijcerentur de castris cum irent extra castra. Respondendum est hoc fuisse propter duo. primo,quia non poterat cognosci ab alijs Israelitis, quis fuisset pollutus semine nocturno,ideo non possent eum eijcere de castris. de alijs autem cognoscebant,s.quis esset leprosus, & quis fluẽs semine per ægritudinem,ideo illos eijciebant. Item eiectio hominis polluti somnio nocturno erat breuis, scilicet, vsque ad occasum solis. Alię autem erant pollutiones maioris temporis, ideo de hac non iussum est, q̃ polluti eijcerentur de castris,sed quòd ipsi egrederentur,& manerent vsque ad vesperum, vt patet Deute. 23.cap.

Per hoc etiam quod dicitur de fluentibus semine videbitur alicui intelligendum de mulieribus fluentibus sanguinem. Nam ad idẽ pertiner, & æqualiter efficitur aliquis immundus contingendo fœminam fluentem sanguine,vel virum fluẽtem semine, vt patet Leuit. 15.cap. Vt ergo non inficerent istæ fœminę cõmunicãtes cum eis iustum erat ire extra castra

Et si aliquis obijciat inconueniens esse mulierem manere extra castra.

Rñdendum est hoc non obstare, quia hic iubetur q̃ immũdi tã masculi q̃ fœminæ eijciantur de castris,

ideo licet non exprimatur de fœminis fluentibus semine, satis videtur alicui intelligendum esse de eis. Sed hoc non multum differt, quia quamquam aliquando sit eadem ratio plurium, lex statuens de vno non statuit de alio: ideo si de fœminis fluentibus sanguine statutum esset, quòd eijcerentur de castris, etiã exprimeretur de eis sicut de cęteris, sed nihil tale exprimitur.

Item videtur quòd non eijcerentur de castris tales fœminæ, quia Iudęi obseruabant ista precepta in veteri testamento tẽpore Christi, & tamen tunc erãt fœminæ fluentes sanguine in ciuitatibus. quod patet de illa quę per duodecim annos passa fluxum sanguinis erogauerat omnem substantiam suam in medicos, & non potens curari, tetigit simbriam Christi & sanata est, vt patet Lucę 8.cap. tunc tamẽ Christus erat in vrbe Hierusalem, quia ibat in domum Archisynagogi, vt sanaret filiam eius, & multa turba cum illo: in medio tamen turbæ illa fœmina erat. ergo erat in vrbe, si tamen huiusmodi fœminæ iuberetur eijci de castris non maneret illa ibi, cum manifestissimum esset illam laborare hac ægritudine, quia per duodecim annos patiebatur, vt patet eod.cap.

Item si fœminę fluentes sanguine extra castra ponerentur, eodem modo fœminę fluentes sanguine menstruali irent extra, quia eandem immunditiam habebant, & faciebant homines immundos, & quidquid tangerent tempore huius fluxus mẽstruorum, vt patet Leuit.15.cap. sed hoc dato fere omnes fœminæ essent semper extra castra, quia postquam fœminę perueniunt ad ætatem adultam in qua possunt concipere, patiuntur quolibet mense fluxum menstrualis sanguinis, & tunc per septem dies erant separatæ, vt patet Leuit.cap.15. & tunc quælibet fœmina quolibet mense esset septem diebus extra castra, quo dato plures fœminę habitarẽt extra castra quam in castris. quod satis erat dissonum rationi & honestati. Ideo quamquam eandem immunditiam causant fœminę fluentes sanguine tam menstruali quàm non menstruali, quam causant viri fluentes semine, tamen viri eijciuntur de castris cum fluunt semine: fœminæ autem non eijciuntur. Et ratio est, quia fluxus seminis ægritudinalis rarissimus est in viris. ideo quamquam isti eijciantur de castris rari essent. fœminæ autem fluentes sanguine si eijcerẽtur esset eijci omnes fœminas. Si autem esset generale, quòd viri fluerent semine, sicut fœminę fluerent sanguine menstruali, quamquam in vtroque immũditia esset: tamen neutri eijcerentur de castris. Et cum obijcitur tam virũ quàm fœminam excludendum esse. dicẽdum est intelligi de leprosis & pollutis super mortuo. Ista enim rara sunt, & non sequitur idem inconueniens quod eijciendo fœminas mẽstruatas de castris.

Pollutusque est super mortuo. Idest illi qui contrahebant immunditiam tangendo mortuum eijciebantur de castris.

Diuersimode ex tactu fiebat homo immundus. Et quòd maior erat immunditia in contactu hominis mortui quam aliorum. Quæst. VIII.

IN quo sciendum est, quòd quicunque tangeret aliquam rem mortuam erat immundus, sed in hoc differebat, quia aut illa res mortua erat homo, aut aliud animal. Si esset homo quicunque tãgeret eum siue per se mortuũ, siue ab alio occisum erat immundus septem diebus, etiã qui tangebat sepulchrum, vel ossa arida reperta in agro, vel qui intrabat in tentorium hoĩs mortui vel ibat ad funera eius erat immũdus septẽ diebus, sic patet ĵ.c.19. Si autem esset aliud aĩal aut erat reptile, aut non: si reptile quod tangeret illud siue viuens siue mortuum immunditiam ꝯhebat, quæ durabat vsque ad vesperũ, vt patet Leui.11.cap. Si aũt esset aliud aĩal, aut esset licitum ad esum, aut non: si non, qñcunque tangeretur, siue per se mortuum, siue ab alio occisum causabat immunditiam, vt patet Leui.11.c. Si aũt esset aĩal licitum ad esum, aut per se moriebatur, aũt occidebatur. si per se moreretur non liceret illud tangi, quia causabat immunditiam. Si aũt occideretur ad cibũ licebat tangi, quia aliter comedi non poterat, vt patet Leui.11.c. In his oĩbus immunditijs durabat contaminatio vsq; ad vesperum, & qui immũdus erat, lauabat vestimẽta sua, in sola aũt immũditia super hoĩe mortuo manebatur septem diebus. Cũ aũt hic dr̃ de contaminato super mortuo non intelligitur de quolibet aĩali morticino, sed solum de contaminatione super hoĩe mortuo, & ista durabat plusq̃ aliæ, & qui immundus erat aspergebat se die tertio & septimo aquis lustrationis, & sic mundus fiebat. In quo apparet maiorem esse immunditiam in tactu hoĩs mortui q̃ aliorum aĩalĩũ. Nam quanto aĩal sanctius est tanto causat maiorẽ immũditiã q̃ cętera cũ mortuũ fuerit. Itẽ quia pro contactu hoĩs mortui eijciuntur extra castra tangentes, sed non pro cõtactu aliorum aĩalium mortuorũ. In istis aũt pollutis erat tps determinatum qñ redituri erant in castra, s. post diẽ septimũ, & non facta aliqua alia cęremonia a sacerdotibus regrediebãtur. Pollutũ aũt lepra & semine fluente q̃q̃ sanarentur non reuertebantur in castra quousque sacerdotes facerent quasdam cęremonias in eis. de leprosis hr̃ Leui.cap.14. de fluentibus semine Leuit.15.c. *Tam masculum quàm fœminam eijcite de castris.* Idest ista lex est pro fœminis, & pro masculis, quod dr̃, quia aliquis dubitaret an fœminę deberẽt eijci de castris, eo ꝙ videbatur inhonestũ eis esse extra castra, sed dr̃ ꝙ etiã erant, & hoc solum intelligitur quantũ ad lepram, & ad pollutionẽ super mortuo. Nam secunda immunditia, quæ est in fluxu seminis non põt esse in fœminis, nisi accipiat̃ fluxus seminis, i. sanguinis, quia semen est sanguis decoctus, vt aliqui dicunt. sed hoc improbatum est. *Ne contaminent ea.* Idest ne contaminẽt castra, de oĩbus castris intelligitur quod patet ex eo, quod subditur. *Cum habitauerint vobiscum.* Quasi dicat si habitãt in castris polluẽt ea. ideo nõ debẽt habitare in illis, sed morabant extra castra. *Feceruntque ita filij Israel.* Idest obedierunt mãdato Dei de eijciendo immundos de castris. ante hoc enim nunq̃ fuerunt eiecti: postea aũt fuit obseruatũ semper istud p̃ceptũ in deserto. nã paulo post Maria soror Moysi & Aaron incurrit lepram a Dño, quia obiurgata est ꝑ Moysen, & mansit septem diebus extra castra quousque sanata est, vt patet ĵ.12.c.

An in deserto fuerit obseruatum præceptum de eijciendis immundis extra castra, & an lex Moysi obligaret in deserto Iudæos. Quæst. IX.

SED dicet aliquis, quòd istud non fuit obseruatum in deserto, quia erat cæremoniale, & cæremonię non obligauerunt vsque ad terram promissionis, vt patet Deutero. 12.cap. & ibi declaratum est.

Respondẽdum est, quòd cæremonialia pręcepta, & quasi vniuersaliter tota lex non obligauit Israelitas in deserto, sed solum post habitam terrã promissionis. Si tamen Deus iubebat specialiter de aliquo præcepto, quòd obseruaretur in deserto obligabat, & sic fuit de phase quod iussit celebrari in monte Sinai, vt patet infra cap.9. Idem de ritu consecrationis qui obseruatus est in eodem monte, vt patet Exo.29. & Leui.

& Leui.8.cap. Sic autem fuit de isto præcepto, scilicet quòd eijcerentur immundi de castris, quia iussit illud obseruari in deserto. ideo ibi obligabat, immo maior causa erat obseruandi istud præceptum in deserto q̃ in terra promissionis. nam obseruabatur ne immundi manentes cum mundis inficerent eos. Sic dicitur hic in litera. eijcite de castris ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. In deserto tamen magis poterant Israelitæ pollui quam extra, quia ibi erat maior communicatio eorum cum essent tẽtoria simul. Ideo magis obseruandum erat ibi, quòd nõ essent immundi cum mundis, quàm postea in terra Chanaan.

An præcepta legis Moysi obligarent in deserto Iudæos. Quæst. X.

SED ad magis intelligendum, an præcepta legis Moysi obligarent Iudæos in deserto ad obseruationem sui, est considerandum, quòd vt cõmuniter dicitur erãt triplicia præcepta, scilicet moralia, iudicialia, cæremonialia, siue legalia.

Dicuntur moralia, quæ naturaliter sunt ad dirigendos mores etiam sine aliqua legislatione positiua, & ista vocantur pręcepta legis naturę, vel iuris naturalis, & insunt in principiis rationis practicę sine aliquo docente. de his dicitur ad Roman.2. quòd gentes quę legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciũt, quia eiusmodi legem non habentes ipsi sunt sibi lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscięti a ipsorum. de istis pręceptis dicendum, quòd obligant omnes homines etiam si nunquam dentur eis, eo quòd naturaliter insunt, & nemo potest illa ignorare, quia scripta sunt in cordibus nostris, & testimonium de illis reddit nobis conscientia nostra ad Rom.2. Item quia vt dicit Arist. 5. Ethic. iura naturalia sunt eadem vbique, sicut ignis ardet hic, & in persis, & tamen non essent vbique, nisi ligarent vbique homines ad obseruationem suam. ergo sine legislatione obligant. Nam si ex sola positione illa ligarent, non essent eadem vbiq; cum non fuerit vbique idem legislator qui illa statuerit.

Secunda erant iudicialia, & ista erant præcepta foralia per quæ iudicabatur de contentionibus Israelitarum inter se, & ista sunt illa præcepta quę dirigunt hominem ad hominem, sicut præcepta, de furtis, & de seruitutibus, de coniugiis, de iniurijs illatis, de damnis datis, de venditione, & redemptione possessionum, & huiusmodi: de quibus Exo.21.& 22.& 23. & ĩ multis alijs locis huius libri, & Deuteronom.

Tertia erant cęremonialia, siue legalia, & ista erant quæ ordinabant hominem ad Deum, sicut præcepta de sacrificijs, & de obseruatione festorum, & solutione decimarum, & primitiarum votorum, & redẽptionũm, & omnium oblationum atque purificationum ab immũditijs, quia omnia ista faciebat homo ꝓpter Deum, & non propter hominem, quia in nullo conferebant proximo, sed exhibebatur per hęc cultus Deo. De primis dicendũ, ꝙ licet illa naturaliter obligarent ẽt si non darentur, ĩs Deus multa de illis dedit in lege Moysi, sicut patet ex decalogo Exodi 20. & in multis aliis pręceptis Leuit.19. & alibi. De istis est dicendum, ꝙ Iudęi ęqualiter obligabantur ad seruandum illa in deserto, & in terra Chanaan, & patet de blasphemia Dei quæ erat contra pręcepta moralia, & blasphemus lapidatus est in deserto Leui.13. sic etiam idolatræ occisi fuerunt ibi infra 25. Et si quis esset homicida, vel adulter, certum est, quòd occideretur, quia ista sunt contra ius naturale, quod exprimitur in decalogo.

De pręceptis iudicialibus dicẽdum est generaliter, quòd obligabant in deserto, sicut in terra Chanaan, quia ista erant in habitudine hominis ad hominem, vt dictum est. & tamen in deserto oportebat, quòd homo per aliquam regulam iuris se bene haberet ad hominem, quia si quilibet faceret, quod vellet nõ posset manere communitas, cum vt ait Aristo. 1. Polit. in politia sit magis necessarium distributiuum iustitię, quã panis, idest iudex magis quam panis, sed nõ manet politia sine pane, ergo nec sine iudice. ergo aliquæ regulæ iuris essent, per quas Iudęi inter se regerentur in deserto. Deus tamẽ dederat eis præcepta iudicialia. ergo per illa potius regerentur, quam per alia quæ ipsi sibi fingerent. Item quia Moyses sedebat per totum diem iudicãs populum, & audiens negocia illorum, & non sufficiebat diffinire illa Exodi 18. & postea constituti sunt iudices, decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni qui similiter audiebant lites populi. eodem ca. & Deuter.1.cap. & adhuc omnes isti non sufficiebant ad negocia populi, sed ad querelã Moysi dedit Deus alios septuaginta seniores. infra 11. & omnibus istis iubebatur, quòd audirent partes in deserto, & iustum iudicarent Deuteronom.1. ergo oportebat, quòd haberent leges per quas iudicarent, & ista erant præcepta cęremonialia.

Et in deserto fuerunt necessaria.

Item si in terra Chanaan necessaria erant præcepta iudicialia, multo magis erant necessaria in deserto, qa in deserto erant omnes simul in castris. In terra autẽ Chanaan erãt diuisi per loca. vbi autem simul sunt, plures lites oriuntur, ideo ibi magis sunt necessariæ leges iudiciales. Non est igitur dubium, quin omnia præcepta iudicialia obligauerunt Iudęos in deserto, sicut postea in terra Chanaan.

De cæremonialibus autem dicendum est, ꝙ est aliquale dubium, an obligarent, & obseruarentur: & de his considerandum est, quòd quædam obligauerunt in deserto, & obseruatæ sunt. aliæ vero, nec obligauerunt, nec obseruatæ sunt, nec potuerunt obseruari, sed solum in terra Chanaan.

Pro quo sciendum, quòd quædam pręcepta cæremonialia fuerunt quæ requirebant materiam quę nõ poterat haberi in deserto, nisi per accidens, & ista non obligabant, sicut præcepta de sacrificijs. nam requirebantur ibi animalia Leuitici 1. & 3. & libamenta sacrificiorum sine quibus non offerebantur sacrificia, quæ erant farina. & vina, & oleum, & sal, & thus, infra 15. cap. & ista non poterant haberi in deserto.

Ex quo sequitur, quòd nulla pręcepta in quibus aliquid de sacrificio agitur obseruabãtur in deserto, quia non poterant seruari, immo nunquam facta fuerunt sacrificia in deserto nisi in monte Sinai, vt colligitur infra 28. & declaratum est præcedenti cap. quæst. 15. maxima tamen pars pręceptorum cęremonialium cõsistebat in sacrificiis.

Alia erant etiam pręcepta cęremonialia quę propter defectum materię non poterant seruari, sicut de dandis decimis, & primitiis fructuum: nam Hebręi in deserto non colebant terram, ideo non poterant soluere inde decimas neque primitias. Alia autem erãt quę seruari poterant, tamen non seruabantur, s. quia non manebat causa obseruationis eorum. Et ista sunt omnia pręcepta cęremonialia, de solutione iuriũ sacerdotaliũ, & Leuiticorum de quibus ĵ.18. Nam poterãt Hebręi dare decimas, & primitias de pecoribus, & offerre primogenita pecorũ, & redimere primogenitos suos, quia nõ deficiebat materia ad hoc, & tñ nõ faciebant, quia nulla iura soluebant Leuitis, nec sacerdotibus in deserto, vt ostensum est ŝ.3.c. & hoc quia iura soluuntur pro ministratione: Leuitę tamen non ministrabant in deserto. Alia erant cæremonialia q̃ non poterant seruari in deserto pp incertitudinem motus castrorum: non.n. sciebant Israelitę quandiu manere debe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deberent alicubi, aut quando mouenda essent castra, F
sed quandiu nubes manebat super tabernaculum erat
fixa castra, cum vero nubes eleuabatur inde moueban
tur castra Exodi 40. & infra 9. cap. & propter hæc, licet
Iudei haberent omnem materiam conuenientem sa-
crificijs, nunquam illa fecerunt, quia nesciebant, an tā-
diu maneret nubes, q̄ compleri posset sacrificium, cre
mabatur quippe per diem, & noctem holocaustum
iuge. Leui. 6. Et propter istam causam etiam non po-
terat seruari circuncisio in deserto, nullus quippe Iu-
dęorum circuncisus fuit in quadraginta annis quibus
manserunt in deserto, vt patet Iosue 5. cap. & hoc fuit
propter incertitudinem motus. esset quippe periculū
nouiter circuncisis si mouerentur statim, ideo ad vitā-
dum periculum nemo circūcidebatur, vt declaratum G
est, eodem cap.

Erant autem alia cæremonialia quæ nullum impe-
dimentum habebant ad hoc, quòd seruarenur, & ista
obligabant ad obseruationem sui, & seruabātur, sicut
erat discernere cibos, vel manducare de quibusdam a-
nimalibus, & alijs nō. nam nihil impediebat istam ob-
seruationem, quia non consistit in faciendo, sed non
faciendo. ponuntur autem cibi illiciti Leui. 11. & Deu
teron. 14. cap. Etiam poterant obseruari cęremonialia
immunditiarum, & purificationum, ideſt, q̄ abstine-
ret quis ab omnibus quę iudicabantur immunda secū
dum legem, & omnia præcepta quę cōsistebant in ab- H
stinendo ab aliquo, vel non faciendo obligauerunt in
deserto, & hoc modo obligauit præceptum de eijcien
do leprosos de castris Leuit. 14. Nam Deus iussit illos,
& fluentes semine, & pollutos super mortuo eiici de
castris, vt patet in litera. etiam omnes immunditię ca-
uebantur, scilicet, vt non tangeret fluentem semine,
nec mulierem fluentem sanguine, aut menstruatam
Leuitici decimoquinto cap. Sic etiam non licebat tan
gere mortuos infra 19. & obseruatum fuit istud in de-
serto, quia iussit Deus, quòd sacerdotes non tangerēt
fratres suos mortuos, nec lugerent super eos Leu. 10.

De purificationibus ab immunditijs similiter dicē-
dum, quòd quędam obseruabantur in deserto, scilicet
illę quę non habebant aliquod impedimentum, sicut
si quis tangeret aliquid immundum lauabat vestimen
ta sua, & manebat immundus vsque ad solis occasum
Leuitici vndecimo cap. Et tunc per se cessaret immū-
ditia sine aliqua alia cęremonia. Sic erat de muliere
menstruata quæ separabatur per septem dies, & in fi-
ne illorum munda erat Leui. 15.

Aliæ purificationes erant quę exigebant alias cęre-
monias sacrificiorum, sicut in purificatione leprosorū
Leuitici decimoquarto cap. & in purificatione fluen-
tis semine, & in muliere fluente sanguine extra tem-
pora menstruorum Leuitici decimoquinto cap. Nam
istę purificationes quantum ad istam partem, in qua
requirebant sacrificia non poterant obseruari, sed cæ-
terę cęremonię seruabantur. Alia quoque erant cæ-
remonialia præcepta de obseruatione festorum, & ista
obligabant in deserto, vt patet de sabbatis. nam Deus
faciebat illud ibi obseruari, & non voluit, quòd Iudæi
colligerent manna in sabbato, sicut aliis diebus, sed
die veneris colligebant pro sabbato Exo. decimosex-
to capitu. Et infligebatur mors non obseruanti, sicut
fuit de colligente ligna in sabbato. Nam lapidatus est
infra 15. cap.

Sed dicendum, quòd in festiuitatibus duo erant.
vnum ipsa obseruatio diei abstinendo ab opere seruili.
Aliud ipsa sacrificia vel oblationes diei. Nam quod-
libet festum habebat aliqua sacrificia, & oblationes, vt
patet Leuitici 23. & infra 28. & 29. capitulo.

De primo dicendum, quòd omnia festa quę requi-
rebant abstinentiam ab opere seruili, seruabantur in

deserto, nisi forte accideret die illa moueri columnā
nubis, quia tunc mouerentur Israelitæ, quia motus il-
le nubis erat quasi præceptum speciale Dei ad Israeli-
tas, quòd ambularent.

De secundo dicendum, quòd in quolibet festo erāt
sacrificia, & cęremonię proprię, quarum numerus, &
ordo ponitur infra 28. & vigesimonono capitu. & ist
non poterant obseruari cum in deserto non fierent sa
crificia.

Ex prędictis patet, quòd omnia præcepta moralia,
& iudicialia obligauerunt totaliter in deserto, sicut in
terra Chanaan, & fuerunt ibi obseruata, præceptorum
autem cęremonialium quędam obligauerunt, & quę
dam non. & patet quę sunt vtraque.

Et eiecerint eos extra castra. Ideſt eiecerint istos immū-
dos, & hæc expositio est præcedentis, quia idem est fa
cere, quod iussit Dominus, & eijcere immundos de
castris, cum nihil aliud ibi iuberet Deus.

Sicut locutus fuerat Dominus Moysi. Ideſt Deus iusserat
Moysi, vt eijcerentur isti de castris, & sic factum est.

Locutusque est dominus ad Moysen di-
cens. Loquere ad filios Israel. Vir siue mulier
cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solēt
hominibus accidere, & per negligentiam
transgressi fuerint mandatum Domini, atq;
deliquerint, confitebuntur peccatum suum,
& reddēt ipsum caput, quintamque partem
desuper ei in quem peccauerint. Sinautem
non fuerit qui recipiat, dabunt domino, &
erit sacerdotis excepto ariete qui offertur pro
expiatione, vt sit placabilis hostia. Omnes
quoque primitiæ quas offerunt filij Israel ad
sacerdotem pertinent, & quicquid in San-
ctuarium offertur a singulis, & traditur ma-
nibus sacerdotis, ipsius erit.

Locutusque est Dominus. Hic ponitur secundum prin-
cipale huius cap. scilicet, de excludenda iniustitia, quæ
est in hoc, q̄ aliquis vsurpat res alterius, & quia contin
git hoc dupliciter, s. in rebus sacris, & non sacris, ideo
de vtroque dicitur. & primo de accipiente rem non sa
cram. *Loquere ad filios Israel.* Quia alias nō poterat ad eos
peruenire istud præceptum, cum Deus non loqueret
illis, sed mediante Moyse. *Vir siue mulier.* Ponitur hic
lex de accipientibus res alienas, & est lex ista tam ad vi
rum quam ad fœminam. vterque enim peccat alienū
vsurpans, & tenetur ad hanc legem. *Cum fecerint ex om-
nibus peccatis quæ solent hominibus accidere.* Ideſt cum fece
rint vnum de peccatis quę solent accidere. non enim
est necessarium, q̄ aliquis faciat omnia peccata, quæ
hominibus accidere solent ad hoc, q̄ teneat hac lege.
sed q̄cunq; fecerit aliq̄d de illis tenebit, & hoc signi-
ficat litera dicens, ex oībus peccatis. & non dr̄ oīa pc̄a.

*Quomodo fieri debebat restitutio, & sacrificium, quod iubetur
hic, pro ijs qui tollebant res alienas.* Quæst. XI.

SCIENDVM est, q̄ ista lex non potest intelligi de
quolibet peccato, q̄d homini accidit. Nam si aliqs
offendat Deum idolatrando, aut non colēdo sabbatū
vel deierando non tenet hac lege, quia hic dr̄, q̄ debet
fieri satisfactio ipsius, quod ablatū est, & quintę partis
insuper. Deo aūt non fit aliqua talis satisfactio, sed ne-
cesse est intelligi de peccatis factis in proximum.

Sed

Sed adhuc non potest intelligi de omnibus pecca- A
tis contra proximum, quia illorum quædam sunt in
quibus non fit aliqua restitutio, sicut in adulterio, &
iniuria, siue infamando, siue percutiendo, vel alias.

Et si aliquis obijciat, quòd iniuriæ possunt estimari
pecunia non tenebit ista lex. Respondendum est non
stare, quia dicitur infra, quòd dabitur caput rei, & quī-
ta pars insuper. sed hoc non potest intelligi de iniurijs
quia ibi quamquam iniuriæ estimentur in pecunia da
tur precium estimatæ iniuriæ, & non caput rei, & quin
ta pars, quia nihil tale potest inueniri: sed hoc est cum
aliquis surripuit alterius rem, & postea tenetur redde-
re eam cum quinta parte.

Quantum tenebatur reddere suo creditori negligens debitor, aut B
*fur. Et an ista confessio, & pœna haberet locum in fo
ro iudiciali.* Quæst. XII.

ALIQVI enim dicunt circa istam literam,
quòd solum intelligitur de illo, qui inuenie
bat rem alterius, & negligebat reddere tē-
pore debito, quoniā tenebatur postea red-
dere illud cum quinta parte.

Dicunt etiam, quòd non potest intelligi de furto,
aut dolosa extorsione, vel quacunque ereptione rei al
terius iniuste facta alio non intelligente, quod probāt
quia dicitur hic, & per negligentiam transgressi fue-
rint mandatum Dei. isti tamen qui furantur, vel quo-
uismodo illicite extorquent, non agunt per negligen- C
tiam, sed ex deliberatione iniqua, & proposito.

Item arguunt, quia si furtum esset non daretur res
cum quinta parte sua, sed daretur duplum, aut quadru
plum, aut quintuplum. nam in quibusdam duplum,
& in alijs variè soluebatur, scilicet pro vno boue quin-
bus duplum, vt patet Exodi vigesimosecundo cap. Er-
go debet intelligi de alio, scilicet de illo qui inuenit rē
& non restituit.

Sed est dicendum hoc nō stare. nam qui furabatur
rem non restituebat duplum quadruplum, aut quin-
tuplum, nisi conuictus esset. Hic autem agitur, quan-
do aliquis confitetur id quod furatus est, vt patet in li-
tera cum dicitur. confitebuntur peccatum suum. D

Sed forte aliquis dicet, quòd hoc intelligitur de cō
fessione inuoluntarie facta in iudicio.

Respondendum est, quòd non stat, quia dicitur cō-
fitebuntur, & tamen in iudicio diceret conuincerēn-
tur de peccato suo. Item quia ponitur hic, quòd pe-
cantes offerant arietem, & tamen quando agitur in iu
dicio solum imponitur pœna, quæ cedat in vtilitatem
proximi, & nunquam pœna sacrificij, quia hoc perti-
net ad forum conscientiæ, siue Ecclesiasticum, vt latè
declaratum est Leuitici capitu. quinto. & patet Exo-
di vigesimosecundo cap. vbi cum ponantur leges quæ
sunt pure forales, solum imponitur pęna in solutione
facienda proximo, & nunquam in aliquo sacrificio. er
go non erat hic contentio in iudicio. Item magis pa- E
tet, quia dicitur infra. si autem non fuerit qui recipiat
dabunt Domino, & erit sacerdotis. in quo præsuppo-
nitur, quòd aliquando fieret confessio ista delicti, &
tamen non esset cui solueretur hoc, quod oblatū erat.
Si tamen iudicialiter cōtenderetur necesse erat, quòd
esset aliquis qui hoc petere posset, & cui lucrum rei iu
dicatę proueniret. ergo non intelligitur hoc de con-
fessione facta in iudicio, sed de ea quæ sponte fit.

Item quando dicebatur, quòd intelligeretur litera
ista, quando aliquis inuenit rem, & tarde eam reddidit
quòd teneatur reddere eam cum quinta parte, falsum
est, quia si voluntarie confiteretur, secūdum quòd ne-
cesse est intelligi hic, solum reddebat totam rem sine
quinta parte. Si autem inueniens negaret inuenisse, &
conuinceretur soluebat rem cum quinta parte, vt ha-
betur Leuit. cap. 5.

Cum vero arguebatur, quòd non posset hoc intelli
gi de re ablata furto, quia dicitur hic per negligēriam.

Respondendum est, q̄ non vocatur hic negligentia
omissio faciendi aliquid tempore debito, sed contem
ptus, quia vtrūque signatur in hoc verbo: quamquam
magis proprie accipitur pro omissione, sed hic solum
pro contemptu est, & patet, quia ista lex habetur Le-
uit. c. 5. vbi dicitur, anima quæ peccauerit, & contem-
pto Deo negauerit depositū &c. Ecce posuit ibi Deū
cōtemptum, ideſt neglectum, & tamen est eadem lex
illa cum ista, quamquam illa complectitur plures clau
sulas. quod patet quia ibi ponitur tota res cum quinta
parte soluenda sicut hic. ergo ita accipietur hic per ne
gligentiam sicut ibi, scilicet per cōtemptum. Est ergo
sensus illius literę de illo qui peccat in aliquo ex omni
bus quę solent hominibus accidere, ideſt, in peccatis
quæ cōiter eueniūt, s. in furto, & in extorsione fraudu-
lenta, aut violenta, & in calumnia, aut negatione depo
siti. In his enim omnibus, vel aliquo eorum qui peccat
tenetur ad ea quę hic dicuntur. *Quæ solent hominibus ac-
cidere.* Non accipitur accidere hic proprie, quia dicunt
aliqua accidere hominibus, quæ eis communiter eue-
niunt, siue ignorantibus, siue renuentibus tanquam a
fortuna, vel aliquo agente extrinseco proueniant. Pec-
catum autem quodcunque sit, voluntarium est, ideo
non accidit hominibus, sed fit ab hominibus. Accipi-
tur tamen large accidere prout distinguitur cōtra ne-
cessarium esse, vel contra illud, quod rarissimum est.

Et per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini.
Ista est conditio legis, s. quando per negligentiam, id-
est negligendo, vel contemnendo mandatum Dei de
liquerūt, quod est peccare quasi per superbiam, sicut
dicitur Leui. cap. 5. anima quę contempto Deo. Si au-
tem fieret aliquod peccatum non cōtempto Deo, sed
alias ex quadam leui omissione, sicut in illo qui non
reddidit depositum tempore suo, & tamen postea li-
benter reddit, non esset ista lex, sed solum solueretur
res sine quinta parte. *Atque deliquerint.* Ideſt in negligē
do mandatum Domini, & transgrediēdo deliquerint.
Sed non est hic delictum aliquid distinctū a transgres-
sione, & negligentia: explicat tñ per plura verba idem
sicut in mō loquendi vulgari. vel pōt intelligi, q̄ ista
sint distincta, s. q̄ negligentia, & transgressio pceptorū Delictum,
referat ad actū cordis, qa in corde nro ptemnit Deus, & trāsgres-
& non p rē exteriorem, & delictum referret ad exte- sio, an sint
riora. s. ad ipsam ablationē rei. Et tunc est sensus, q̄ ista idem.
lex non tenet, dato q̄ aliqs transgrediat pcepta Dei p
cōtēptū, s. in corde, nisi deliquerit exterius, s. in opere,
quantū ad ablationem rei alienę. *Confitebuntur peccatum
suum.* Hoc intelligit, qñ aliquis furatus fuerat rem alie
nam, aut fraudulenter subtraxerat, vel quomodocun-
que illicite, & conterebatur de hoc volens restituere
domino suo ad quod primo confitebatur peccatum
suum, & deinde restituebat rem cum quinta parte.

*Confessio facienda in testamento veteri non est confessio sacerdo-
talis.* Quæst. XIII.

NON est aūt intelligenda ista pfessio de pfessione
sacrali qualis est in nouo testō, qm̄ in veteri te-
stamento nulla talis fuit, nec esse poterat, qa sacerdo-
tes non habebant ibi claues ligandi, & soluendi, nec vl
lo modo habere poterant, nec Deus eis dare debuit,
quia erat p̄ statum veteris testamenti, vt fuit declarā-
tū Leui. 16. c. fiebat tñ quędam figura confessionis sacra-
mentalis, s. q̄ semel in anno in die propitiationis sacer
dos magnus cōfitebatur oēs iniquitates populi super

Universidad de Deusto
Biblioteca

caput hirci, & postea mittebat eum in solitudinem. F De hoc Leuitici capitulo 16. Sed tamen nec illa confessio proderat aliquid ad remissionem peccatorum, vt ibi declaratum est.

Sed dicendum istam esse confessionem quę fiebat cui res ablata fuerat, scilicet, quòd furans, aut extorquens quomodocũque indebite diceret domino rei: ecce ego abstuli tibi hoc: ideo accipias illud cum quinta parte insuper. vel intelligitur de confessione facta sacerdoti, scilicet, quòd si iste qui furatus fuerat, vel acceperat rem illicitè nolebat hoc confiteri ei, cui abstulerat, reuelabat illud sacerdoti dans ei rem cum quinta parte, vt restitueret ei, cui ablata fuerat. & hoc verisimile est, quia iste qui sic peccauerat offerebat arietem pro peccato sacerdoti, & illi manifestaret peccatum G propter quod offerebat: quamquam in hoc nihil differebat, an sacerdoti, vel alteri hoc peccatum manifestaretur, quia ista confessio peccati, dato quòd fieret sacerdoti non erat sacramentalis, magis quam si fieret cuicunque laico, sed solum erat reuelatio amicabilis secreti sui.

Et reddent ipsum caput. Idest ipsam rem principalem quam isti furati sunt, vel quomodocunque illicitè surripuerunt. Vocatur autem res ablata furto caput, idest capitale, vel principale respectu quintę partis, quæ erat accessoria, & quasi ex superabundanti soluebatur. sicut in mercatoribus ipsa pecunia, quæ principaliter ponitur vocatur caput, vel capitale respectu lucri supuenientis inde.

Quintamque partem desuper ei in quem peccauerint.

Triplex solutio ei fiebat, cui damnum fuerat illatum, quia ibi reperiebatur delictum triplic iter.

Quæst. XIIII.

ISTA duo soluenda erant ei, cui damnum inflictum esset, scilicet tota res ablata, & quinta pars eius insuper, soluebatur autem tota res pro æstimatione damni principalis: soluebatur autē quinta pars, vel pro dãno, quod sustinuit in absentia rei dominus eius, dum alius tenuit eam vsurpatam, vel magis quia offendit eum accipiendo rem suam, & fit hic æstimatio offensæ, sicut damni.

In quo sciendum, quòd pro isto peccato fiebat triplex solutio. Prima erat, quòd dabatur totum, quod ablatum erat. Secunda, quòd superaddebatur quinta pars. Tertia, quòd dabatur domino aries. Causa huius est, quia in quolibet peccato necesse est assignari plura delicta, aut transgressiones.

Ideo secundum legem, nunquam aliquis furripiēs aliquid ab altero tantum patitur solum quantum intulit, sed aliquid magis. Erat autem hic triplex transgressio, quia cum aliquis furabatur rem alterius, offendebat Deum qui iusserat nō furari, nec decipere, ideo tenebatur ei ad aliquid. & hoc significatur hic cum dicitur. & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini. quod apertius dicitur Leuitici capit. 5. K anima quæ peccauerit, & cõtempto Deo &c. Pro hac autem offensione dabatur aries Domino, qui dicitur pro peccato, de quo habetur infra in litera, & Exodi c. quinto. erat secunda transgressio contra proximum. damnificando eum, tantum quantum auferebatur ab eo, ideo reddebatur æquale, quod vocatur hic caput. Præter hoc erat tertia transgressio, inquantum isti offendebant eos quibus abstulerant res, quia aut si fuerāt accedere ad res suas eis renuentibus, & hoc in modum offensę, & iniurię cadit præter damnum rei pro quo quinta pars datur.

Si autem non fuerit qui recipiat. In hoc declaratur quomodo istud non fit in iudicio. sed quia ille qui peccauerat conterebatur de malo facto volens reddere, qđ vsurpauerat. nam si in iudicio contenderetur necesse erat ibi esse aliquem ad quem ista pertinerent, scilicet dominum rei, vel procuratorem suum. hic tamen dicitur si non fuerit qui recipiat, quod intelligitur, quando ille cui res ablata est mortuus est, & nō reliquit hæredes institutos, vel qui ei succedere possint ab intestato. Nam dato, quòd neminem instituisset hęredem: si tamen proueniret hęreditas eius alicui ab intestato, semper dicebatur manere qui reciperet. Cum autem non manebat aliquis horum, deuoluebatur istud debitum ad Deum, sicut nunc in non habentibus hęredes succedit Ecclesia, vel fiscus.

Et erit sacerdotis. Idest istud, quod dabitur Domino pertinebit ad sacerdotem. Omnia enim quę dabantur sacerdotibus dicebantur dari Deo, quia non dabatur illis aliquid, nisi vt ministris Dei, & Deus volebat, qꝑ ipsi haberent istos reditus pro ministratione quam faciebant. sic patet infra decimo octauo cap. & Deuteronomij 18.

Quæ dantur sacerdotibus dantur Deo.

Quæst. XV.

DICITVR tamen, quòd erit sacerdotis, quia cum primo dixisset dabunt domino intelligeretur, quòd veniret hoc in vsus Sanctuarij, sicut pecunia data in numeratione populi, vt patet Exodi 30. capitu. & alia quę similiter offerebantur, vt patet infra trigesimoprimo capitu. de auro, quod obtulerunt de thesauris Domini bellatores venientes de Madian: hoc tamen sacerdoti dabatur, idest ad vsus sacerdotum, ita quòd nulla pars eius cederet in vsus Sanctuarij. Erant namque distincta ea quæ proueniebant sacerdotibus, & quę proueniebant Sanctuario. de iuribus autem sacerdotum habetur infra capitulo decimo octauo. iura vero Sanctuarij pauca erant, de quibus habetur Exodi capitu. trigesimo, & quarto Regum, duodecimo cap. Dicitur autem, quòd erit sacerdotis, non quidem vnius sacerdotis, quia nō erat aliquid, quare magis pertineret ad vnum quam I ad alterum, nec etiam ad ipsum summum sacerdotem.

Nec valet si obiicias de sacrificijs, quia sacerdos qui faciebat victimam pro peccato, vel holocaustum, & offerebat libamenta eius, suscipiebat iura omnia prouenientia ex his, vt patet Leuitici capitulo sexto. & sacerdos faciens hostiam pacificam habebat pectusculum, & armum illius in partem suam, nihil dans aliis sacerdotibus, vt patet Leuitici capit. septimo. ergo sic posset hic esse.

Dicendum quòd non, quia in recipiēdo pecuniam istam a peccante non erat aliqua ministratio specialis, quam faceret vnus sacerdos & non alij, sicut in explendo cęremonias sacrificiorum, ideo nō erat causa quare magis pertineret ad vnum quam ad cęteros. Sed deuidebatur inter omnes sacerdotes. Secus autem erat de sacrificio oblato pro isto peccante, quia ad sacerdotem qui faceret cæremonias, pertinebant omnia iura illius.

Excepto ariete qui offertur pro expiatione.

Secundum diuersitatem peccatorum, & peccantium debet fieri diuersa immolatio. Et aries quare non dicatur dari sacerdoti, sed pro expiatione.

Quæst. XVI.

IN hoc duo dicuntur. Primum, quòd deberet iste offerens dare arietem pro peccato.

Secundum quòd iste aries non pertinebat ad sacerdotem, sed ad Deum. A

De primo præsupponitur hic regula generalis, scilicet, excepto ariete, qui pro expiatione offertur, idest, quòd ad expiandum peccatum semper deberet offerri aries.

Hoc tamen non est intelligendum, quòd pro omnibus peccatis offeratur aries. Nam distinguendum est in hoc, an sint peccata per ignorantiam, vel alias. Si per ignorantiam debent distingui personæ peccantes, & secundum hoc fient diuersorum animalium immolationes, vt patet Leuit. 4. cap. Si vero non sit peccatum per ignorantiam, adhuc non semper offertur aries, sed aliquando agna, & aliquando turtures, vel columbæ, & aliquando aries secundum regulas datas Leuit. ca. B 5. Dicitur tamen hic, quòd debeat dari aries pro expiatione, & hoc præsupponitur tanquam regula, quia ista lex ponitur Leuit. capit. 5. & ibi iubetur dari arietem. Ideo præsupponitur hic generaliter, quòd debeat dari aries pro expiatione, s. pro tali expiatione qualis iubetur hic fieri. secundum erat, quòd iste aries non pertinebat ad sacerdotem. & dicitur hoc, quia superiora iubebantur dari sacerdoti loco Dei. ita intelligeretur, qꝑ deberet dari aries. ideo dicitur, quòd non dabitur aries sacerdoti, sed est ad expiandum pro peccato. In quo sciendum est, quòd quamquam Deus vetet prouenire sacerdoti arietem non tollitur: nam totus sibi proC uenit, quia iste aries offerebatur pro peccato, & in talibus sacrificijs pro peccato solum dantur Domino adipes cum sanguine, vt patet Leui. cap. 6. Omnes autem carnes sunt sacerdotis, vt patet ibidem, ergo ad sacerdotem pertinet aries.

Sed dicitur excepto ariete, quia alias intelligeretur, quòd iste aries daretur eis viuus, & non offerretur Domino, sicut cętera pertinebant totaliter ad eundem, & tunc non esset aliquod sacrificium in ariete isto, nec expiatio. Offertur tamen iste aries ad expiationem, & vt sit acceptabilis hostia, vt patet ī litera. & sic iste aries cum traderetur Domino nullo modo pertinebat ad sacerdotem. Sed postea ex lege sacrificij pro peccato pertinebat ad sacerdotem. Nam dicitur Leuit. capit. 6. quòd hostia pro peccato, cuius sanguis non infertur intra Sanctuarium, a sacerdotibus comedebatur tota, D illa vero de cuius sanguine inferebatur, non comedebatur, sed cremabatur. de sanguine tamen huius arietis non inferebatur ad expiandum intra Sanctuarium, quia solum in sacrificio facto pro peccato summi sacerdotis, & pro peccato totius populi inferebatur sanguis illuc, vt patet Leui. cap. 4. Iste autem aries erat pro peccato personæ priuatæ: ideo nō inferebatur de sanguine eius intra Sanctuarium, sed comedebantur omnes carnes. Hic tamen dicitur, quòd non pertinet ad sacerdotem, quia daretur iste aries sacerdoti directè sicut alia, quorum Dominus non reperiebatur posset vendere eum, vel comedere, aut conuertere in quoscunque vsus, nec cogeretur inde facere sacrificium, nunc vero cogitur immolare coram Domino, & dare ei sanguinem, & adipes, cætera sibi sumendo. E

Qui offertur pro expiatione. Idest iste aries offerebatur ad expiationem, vel redemptionem peccati. Nam offenderat Deum iste, qui abstulerat rem alienam, vt vero expiaretur, idest emundaretur istud delictum, & offensio dabatur aries Domino. an vero per istud sacrificium oblatum pro peccato tolleretur culpa peccantis, vel pœna, aut remitteretur aliqua pars eius, declaratum fuit Leui. cap. 1. & 4.

Vt sit placabilis hostia. Idest iste aries offertur, vt sit hostia ad placandum Dominum, quasi dicat, non placaretur huic peccāti, nisi offerret aliquid. Ideo offert hunc arietem ad placādum sibi Dominum. Sic enim

est in omnibus sacrificijs pro peccato, quòd illa sunt ad placandum Deum iratum pro peccatis.

Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filij Israel. Quia supra dicebatur de pecunia illa, quæ pertinebat ad sacerdotē, ponuntur hic incidentaliter aliqua iura sacerdotum. hæc magis habentur infra 18. cap. vbi est catalogus sacerdotalium iurium.

Quomodo in fructibus erant tria genera primitiarum, quæ quolibet anno offerebantur per tria tempora, & de significatione primitiarum, & cui dabantur; Et quæ omnino dicantur. Et quòd Leuitæ dabant decimam decimarum summo sacerdoti.

Quæst. XVII.

ET dicitur, qꝑ omnes primitię, quæ offeruntur ptinēt ad sacerdotes, scilicet, qꝑ de illis ad Deū non pertinet. In quo sciendum est primitias ꝓpriè sumptas dici de fructibus terrę, aliquādo tamen primitiæ dicuntur oblationes de omnibus alijs rebus, vt oblationes de auro, vel argento, aut vestibus, vel ceteris rebus, & sic dicitur Exo. 25. & 35. quòd Israelitæ ꝙparent apud se primitias de auro, & argento, & hyacintho, & purpura, & cęteris, atque offerant Domino. Ibi enim non est aliquid in fructibus terræ, quod ad primitias pertineat.

Dicuntur tamen istæ primitiæ ꝙparationes, vel electiones, quia primitię dicuntur de primis, & primus significat prioritatem, & anteceſſionem, sed aliquando prioritatem temporis, aliquando prioritatem dignitatis.

Accipiendo primo modo dicuntur primitiæ illæ, quæ dantur de fructibus terrę, quoniam illæ offeruntur Domino antequam homines degustent aliquid de illis fructibus. Vnde Leuit. 23. capit. dicitur, quòd non deberent Israelitæ comedere de segetibus nouis panem, nec polentam, nec pultes vsquequo offerrent manipulum primitiarum Deo.

Secũdo modo primus significat anteceſſionem dignitatis, & sic dicuntur primitiæ quando partes rei meliores, quæ dicuntur esse priores alijs dignitate, offeruntur. Ideo cum quis ꝙparat aliquid de rebus suis specialiter ad offerendum Deo dicitur dare primitias. Vnde in Hebræo vbi nos dicimus primitias habetur ꝙparationes, vel electiones, idest res ꝙparatę, vel electæ ad offerendum Deo. Iubet autem hic Deus omnes primitias dari sacerdotibus, quia siue sint de terrę nascentibus, siue non, ad eos pertinent.

In fructib° tria genera primitiarum.

Erant autem de fructibus tria genera primitiarum. Primæ erant quæ offerebantur in festo azymorum in principio messis nouarum frugum. Tunc enim offerebantur Domino manipuli spicarum virentiū, quorum vnus eleuabatur coram Domino, & conuertebatur in farinam torrendo grana, cuius pugillus cremabatur ſuper altare: reliquum autem eiusdem manipuli, & omnes alij manipuli cedebant in ius sacerdotum, vt patet Leui. 23. cap.

Secundum genus primitiarum erat in festo Pentecostes, quando de qualibet domo offerebantur duo panes continentes singulas decimas, quoniam pars vnius cremabatur: reliquum autem proueniebat sacerdotibus, vt patet Leui. 23. cap.

Erat tertium genus primitiarum, quod soluebatur in mense septimo in festiuitate tabernaculorum collectis omnibus terrę nascētibus. & istę vocantur ꝓpriè primitię, quia hic dabatur aliquid magnum, scilicet, quidam dabant sexagesimam partem fructuum. Alij vero dabant quadragesimam, vel medium inter 40. & 60. Sicut dicit Hiernoymus super Ezechielem,

& habetur extra de deci.capit.primo. De his primitiis dicitur Exodi 34. Et quando agitur de primitiis fructuum terræ absolute intelliguntur istę primitiæ. Pertinebant autem istę totaliter ad sacerdotes, sicut decimæ ad Leuitas, & de his nihil offerebatur Deo super altare, nec cedebat in vsus Sanctuarii: de his omnibus dicitur infra 18.cap.ſ. omnem medullam olei, & vini, atque frumenti quicquid offerunt primitiarum Domino tibi dedi, vniuersa frugum initia quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos.

Erant autem aliæ primitię quę vocantur separationes cuiuslibet rei, sicut quòd offerrentur primitię mellis, vel panum fermentatorum, ideſt, quòd eligerentur de his aliqua pars, & offerretur Domino, quę vocarentur primitiæ, & non cremabantur in altari istę, nec aliquid eorum. Sed totaliter cedebant in ius sacerdotũ, vt patet Leui.cap.2.ſ. nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini, primitias tamen eorum offeretis & munera, super altare vero non imponentur in odorem suauitatis. Etiam de pulmentis dicebantur Israelitę offerre primitias, & dabantur sacerdotibus sic patet infra ca.15.ſ. cum veneritis in terram quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias domino de cibis vestris, sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitias. Item proueniebant sacerdotibus in primitias omnes fructus arborum quarti anni, ſ. quòd quandocunque plantarentur arbores non comedebatur de fructibus eorũ tribus annis primis, in anno quarto omnes fructus dabantur domino. in quinto licebat comedere plantantibus, vt patet Leui. 19.cap. Et sic fructus anni quarti cedebant totaliter sacerdotibus, quia nihil de fructibus crematur super altare. Pertinebant autem primitiæ sacerdotes de omnibus alijs rebus quæ separabantur ad offerendum Domino, vt siquis separasset apud se aurum, & argentum, vel vestes, aut similia, & offerret in Sanctuario vocabantur primitię, & cedebant vsus sacerdotum. de hoc intelligitur id, quod habetur infra 18.cap.ſ. primitias autem quas vouerint, & obtulerint filii Israel tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis iure perpetuo: quod non potest intelligi de tribus generibus primitiarum quæ offeruntur de fructibus terrę, quia dicitur primitias quas vouerint. Et tamen manifestum est, quòd primitiæ trium generum de terrę nascentibus non cadũt sub voto, quia erãt positæ sub præcepto. ergo istę erãt aliæ primitiæ spontaneę generaliter. ergo primitiæ ad sacerdotes pertinent. Et dicitur, quòd pertinent ad sacerdotem, non quòd pertineant ad vnum specialiter, sed ad totum ordinem sacerdotalem, nec potest accipi hic sacerdos specialiter pro summo sacerdote, quia non pertinebant ad eum omnes primitię, sed diuidebantur inter omnes sacerdotes. Decima tamen decimę pertinebat ad eum solum, quã susciebat de Leuitis, vt patet infra 18.cap. nec etiam accipitur hic, sicut in sacrificiis, quòd quicunque fecisset cęremonias alicuius sacrificii haberet omnia iura prouenientia ex illo. sic patet Leui.cap.6. quantum ad holocaustum, & hostiam pro peccato, & Leui.cap.6. quantum ad hostiam pacificam. Nam in primitiis non faciebãt sacerdotes aliquam cęremoniam specialem, sicut in sacrificiis. Ideo siue essent primitię de fructibus terrę, siue qualitercunque non pertinebant specialiter ad aliquẽ sacerdotem, sed diuidebantur equaliter inter omnes.

Leuitę dabant decimam summo sacerdoti decimum.

Et quicquid Sanctuario offertur a singulis, & traditur manibus sacerdotis ipsius erit. Ideſt omnia quæ offeruntur in Sanctuario pertinent ad sacerdotes.

An omnia oblata in Sanctuario pertineant ad sacerdotes, & quid eis proueniebat de holocausto, & quid de hostia pacifica, & quid de hostia pro peccato. Et vota quomodo commutabantur. Quæſt. XVIII.

SED hoc, quod hic dicitur diceret aliquis videtur esse falsum, quia animalia oblata pro sacrificiis holocaustorum, aut pro pacificis offerũtur in Sanctuario, tamen non pertinent ad sacerdotes. sed de holocausto omnes carnes Deo proueniẽt, & sola pellis sacerdoti, vt patet Leui.cap.6. De hostia pacifica solus armus dexter, & pectusculum, vt patet Leui.c.7. De hostia pro peccato varie proueniebant iura de quibus Leui.c.6. Non ergo omnia quę offerebãtur pertinebant ad sacerdotem. Ad euidentiam huius considerandum est, ꝙ ea quæ offerebantur, vel proueniebant in iura Dei, aut sacerdotum quomodocunq; vel erant aliqua quę deberent offerri cremãdo super altare, vel non. Si vero offerrentur cremando, aut erãt sacrificia, aut libamenta ipsorum. Dicuntur enim sacrificia ipsa animalia oblata ad immolandum. libamenta vero dicuntur ea quę cum animalibus offerebantur, vt vinum, panis, oleum, & thus, & sal. Si autem accipiatur primo modo pro ipsis sacrificiis, aut erãt holocausta, aut hostia pacifica, vel pro peccato. Si erant holocausta, sola pellis proueniebat sacerdoti immolanti, vt patet Leui.ca.6. Si autem hostia pacifica, proueniebat pectusculum, & armus, vt patet Leui.c.7. & 10. Si vero esset sacrificiũ pro peccato, aut erat de illis de quorum sanguine inferebatur intra Sancta sanctorum. sicut erat sacrificium oblatum pro peccato summi sacerdotis, & peccato totius populi, & tunc nihil proueniebat sacerdotibus, quia omnia cremabãtur extra castra, vt patet Leui.cap.4. Si vero esset sacrificium cuius sanguis non inferretur intra Sancta sanctorum, sicut erat in omnibus aliis, omnes carnes animalis proueniebant sacerdotibus, vt patet Leui.ca.6. præterquam in hostia pro delicto in qua cremabatur animalis cauda cum adipibus domino, vt patet eod.c. Considerandum tamen est in his, ꝙ non semper quandocunque offerrentur animalia deberent immolari. Nam si aliquando laici simpliciter vouerent bouem, vel ouem Domino non exprimentes, ꝙ vouebant ad immolandum, cedebat illud animal in ius sacerdotum, & non debebat immolari, sed viuũ eis proueniebat, quia omnia quę reddebantur ex voto erant sacerdotum, vt patet infra 18.cap.cum dicitur. omne quod ex voto rediderint filii Israel, tuum erit. Si autem animal vouebatur ad immolandum, vel voueretur simpliciter non determinando, an pro holocausto, vel victima pacifica, vel offerebatur in holocaustum. Si autem determinasset offerens genus sacrificii illud fiebat, sicut declaratum est Leui.cap.22. Sed quomodocunque se haberet semper proueniebant sacerdoti aliqua iura de illo animali immolato, siue vt holocaustum, siue vt victima pacifica. Aliquando autem offerebantur animalia quę non dabantur in holocaustum, vel pro peccato, vel hostiis pacificis, sed dabantur, quia obligata erant Deo, ſ. primogenita, & tunc illa cum offerrentur proueniebant sacerdotibus totaliter preter sanguinem, & adipem, vt patet infra 18.cap. Si autem ista quę cremabãtur super altare essent libamenta, sumebatur de eis vnus pugillus de simila cõsperſa oleo, & cremabatur, reliquum autem sacerdotibus proueniebat, vt patet Leuitici cap.2. quantum autem de libamentis dandi esset in quolibet sacrificio habetur infra 15.cap. Si autem id, quod offerebatur non erat aliquid quod deberet super altare cremari, aut erat datum ex necessitate, vel spõte. Si autem ex necessitate hoc dupliciter, quia tunc, aut pertinebat ad iura Leuitarum, aut sacerdotũ, vel ad iura Sanctuarij. Si ad iura Sanctuarii erat preciũ quod dabat quilibet, quando transibat ad numerum, & erat dimidius siclus, vt patet Exod.30. ca. De hoc enim nihil pertinebat ad sacerdotes, sed cedebat in vsus Sanctuarii, vt patet eod.capit. Fiebant enim ex hoc ędificationes, & restaurationes in Sanctuario. sic patet 4.Reg.ca.12.& 2.Paralip.c.24. Si autem erant iura quæ nõ proueniebant Sanctuario, sacerdotibus, & Leuitis proueniebant. Leuitis enim dabantur decimę omniũ fructuum terrę, & pecorum, vt patet infra 18.ca. Et de his nihil habebant sacerdotes pręter sacerdotem magnum, qui suscipiebat decimam decimę a Leuitis, vt patet eod.cap. Alia autem iura proueniebant sacerdotibus, & in istis erant ex necessitate primitię, quia tenebantur Israelitę quolibet anno dare tria genera primitiarum de quibus supra dictũ est. & ista proueniebant sacerdotibus, vt fuit declaratum. proueniebant etiam ex necessitate redemptionis primogenitorum, vel oblationes.

In quo considerandum, ꝙ aut primogenitum erat hominis, aut pecoris. si hominis dabantur pro eo quinque sicli, qui proueniebant totaliter sacerdotibus, vt patet ſ. cap.3. & ſ.18. Si esset primogenitum pecoris, aut esset immolaticium, aut nõ. Si immolaticium immolabatur, & omnes carnes proueniebant sacerdoti datis Deo solis adipibus, & sanguine, vt patet inf.c.18. Si autem esset animal non immolaticium commutabatur, vel dabatur pecunia pro illo, & cedebat ista pecunia in ius sacerdotum, quia generalis regula datur infra 18.cap. de redemptione primogenitorum, quòd totaliter pertineat ad sacerdotes, prętquam cum offeruntur primogenita animalium immolaticiorum.

Si autem essent alia quę dabantur non ex necessitate, aut dabantur purè liberè, sicut dona, vel ex aliquali necessitate, sicut vota. nam votum quamquam a principio liberum sit, postea tamen non est liberum. Si vero ista quę dabantur erant vota, aut simpliciter vouebat se aliquis Deo, aut vouebat rem suam. si voueret se dabat certam pecuniam secundum diuersitates ętatum & sexuum, quia pro quibusdam dabantur tres sicli, pro alijs quinque, pro aliis decem, & sic vario modo. de quo habetur Leuit.27.c. in litera. & tunc ista pecunia data proueniebat sacerdotibus, quia isti promittebant se Deo ad seruiendum ei, & quia non poterant ipsi manere in Sanctuario ministrando ei, cum non pertinerẽt ad genus Leuitarum, dabatur pro eis pecunia cedens sacerdotibus, qui loco eorum seruiebant, & de hac nihil proueniebat Sanctuario.

Si autem aliquis vouisset rem suam, aut illa erat animal, aut non. Si autem esset animal, aut tale quod posset offerri, vel non: si posset offerri, aut simpliciter offerẽs vouerat illud Domino, aut expresserat ad immolandum.

Si primo modo proueniebat in ius sacerdotum, & non immolabatur, quia omne quod ex voto reddebatur sacerdotum erat. Si autem exprimeretur ad immolandum, fiebat sacrificium, & proueniebant inde iura sacerdoti, sicut supra declaratum est. Si autem esset animal immundum ęstimabatur in pecunia, & si dominus qui vouerat redimeret, superaddebat partẽ quintam ad ęstimationem, & dabatur tota illa sacerdoti. Si autem alius emisset, proueniebat sola ęstimatio, vt patet Leuit.27.cap. Sed qualitercunque esset pecunia semper proueniebat sacerdoti, quia ista ex voto erant. Si autem quod voueretur non esset animal, sed esset ager, redimi debebat ante vnum annum, & si dominus redimeret dabat quintam partem super ęstimatam pecuniam: modus autem ęstimandi erat, vt videretur quot modios semẽtis capiebat ager. augebatur, & diminuebatur precium iuxta regulam datam Leu.27.c. Si autem non redimeret vouens agrum suum, vendebatur alteri secundum ęstimationem pecunię non addita quinta parte, & dabatur pecunia sacerdotibus, ager autem manebat in potestate ementis vsque ad iubileum, postea vero redibat ad sacerdotes, & in ęternũ pertinebat ad eos. sic patet Leui.c.27. In hoc tamen distingui debet, an ille qui vouebat agrum, habebat eũ ex hęreditate patrum suorum, vel emebat. si habuisset iure hęreditario fiebant ista quæ dicta sunt. Si vero emisset non poterat transire ager in proprietatem sacerdotum in ęternum, quia vouens non possidebat eum in ęternum, sed vsque ad iubileum. Ideo cogebatur redimere de manu sacerdotum, & pecunia proueniebat illis, vt patet Leui.27.c. Idem autem quod dictum est de agris intelligendum est de domibus, & quibusc̃ũq; possessionibus immobilibus, vt patet eo.c. Si autem aliquis vouisset res alias mobiles, & inanimatas, sicut pecuniam, aut vestes, vel similia, cedebant in ius sacerdotũ, nisi aliquis specialiter vouisset res suas pro thesauris Sanctuarii. vt si voueret aurum, vel argentum, vel aliquid simile de thesauris Domini, quia tunc cedebat thesauris.

Nec obstat si aliquis dicat, ꝙ omne, quod reddebãt filii Israel ex voto proueniebat sacerdotibus, vt patet infra 18.c. Quia hoc verum est cum generaliter vouebatur aliquid domino non exprimendo pro thesauris Sanctuarii, vel si offerret vouẽs Domino pro sacerdotibus. Si tñ exprimeretur, ꝙ esset pro thesauris Domini nihil proueniret sacerdotibus. quod patet, quia id, quod poterat aliquis facere simpliciter donans, & sine voto potest facere donãdo votiue, sed simplicite potest aliquis donare pecuniam pro Sãctuario Domini ad thesauros ei⁹, vt patet infra 31.c. De Israelitis qui intulerunt in tabernaculum testimonii omne aurum, quod acceperant in pręda Madian, & de hoc nihil habuerunt sacerdotes, sed de reliqua pręda hominum, & iumentorum, vt patet ibidem. poterunt ergo facere hoc ex voto. Si autem id, quod proueniebat Domino non erat ex voto, sed sponte donatum, aut inferebatur in gazophilacium Domini, aut non. Si inferebatur in gazophilacium, sicut erat mos Israelitis in festiuitatibus offerre pecuniã in gazophilacium, vt patet Luc.21.c. proueniebat Sanctuario, & nullo modo cedebat aliquid sacerdotibus, sed ad ędificationem, & restaurationem, & reliquos vsus Sãctuarii proficiebat, vt patet 4.Reg.12.c.& 2.Paralip.c.24. Si autẽ non poneretur in gazophilacio, sed proueniret manibus sacerdotũ, quicquid illud esset, siue animal, siue res aliæ inanimitatę, vt supellectilia, vel pecunia, proueniebat sacerdotibus: & si non dicerent se offerre in holocaustum, vel hostiam pacificam, aut pro peccato proueniebat eis illud animal quodcunq; esset, nec immolabatur. hoc modo se habebãt iura sacerdotum. De fructibus autem quarti anni omnium laborum qui proueniebant sacerdotibus, vt patet Leuitici 19.cap. Dicendum est, quòd pertineant ad iura, quę ex necessitate soluuntur, quia cogebantur Israelitæ dare, istos fructus sacerdotibus.

De primitiis autem pulmentorum, & mellis, & fermentatorum etiam dicendum est, quòd ad hęc iura necessitatis pertineant, quia iusserat Deus hęc solui. de primitiis mellis, & fermentatorum habetur Leuitici capitu.2. De primitis pulmentorum habetur infra 15.capitu. & hęc totaliter pertinebant ad sacerdotes, & secundum hęc debet intelligi hęc litera de iuribus sacerdotum. Potest tamen ista litera coarctari ad vnum casum solum, quia dicitur. quicquid offertur a singulis in Sanctuarium, & traditur manibus sacerdotis ipsius erit, scilicet, quod quandocunque populares offerrent aliquid in Sanctuario, & non dicerent se offerre

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre pro thesauris Sanctuarii, sed tradere manibus sacerdotum, pertinebat ad sacerdotes solum, & nihil ad Deum, & hoc, siue essent animalia immolaticia, siue quæcunque aliæ res. Erat tamen in animalibus attendendum, quòd aut exprimebant offerentes se offerre ad sacrificium, aut non. Si exprimerent, offerebantur in sacrificium secundum voluntatem offerentium, & cedebant inde sacerdotibus iura q̃ alias prouenire deberent. Si autem non exprimerent aliquid pertinebant illa animalia ad sacerdotes, & non immolabant. de aliis autem rebus quæ offerebantur manibus eorũ generale erat, quòd prouenirent eis.

Et traditur manibus sacerdotis. Hoc exprimitur ad differentiam eorum quæ in Sanctuario offerebantur, & non tradebantur manibus sacerdotum, sed mittebantur in gazophilacium Domini, quia illa non proueniebant sacerdotibus, sed erant ad vsus Sanctuarii.

Ipsius erit. Idest pertinebit ad sacerdotem. non est sensus, quòd ad illum sacerdotem cui offerebatur solum pertineret, sed diuidebatur inter omnes. nã omnia iura sacerdotum erant communia præter iura quę proueniebant de sacrificiis, quia ibi quilibet sacerdos habebat integraliter omnia iura quæ prouenirent ex sacrificio illo cuius cęremonias ipse complebat, vt patet Leuitici cap. 6. & 7. Sed præter hęc erant multa alia iura, scilicet omnia quęcunque offerrentur, & traderentur manibus eorum. ergo non pertinebant ad vnũ sacerdotem specialiter, sed ad omnes. Ponitur tamen sacerdos singulariter pro ordine toto sacerdotali, vel ponitur sacerdos prout distinguitur contra Sanctuarium. Nam eorum quę offerebantur quędam proueniebant Sanctuario vel Deo, alia prouenirent sacerdotibus. nominato ergo sacerdote singulariter, intelligitur, quòd ista iura non pertinent ad Sanctuarium, sed ad sacerdotes.

Locutusque est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit maritumque contẽnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, si spiritus zelotypiæ concitauerit virum cõtra vxorem suam quæ, vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinę ordeaceę. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypię est, & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram domino. Assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terrę de pauimẽto tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationẽ zelotypię. Ipse autem tenebit aquas amarissimas in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam, & dicet. Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ in quas maledicta congessi. Sin autem declinasti a viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem exemplumque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat fęmur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquę maledictę in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat fœmur tuum. Et respondebit mulier. Amen amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram domino, imponetque illud super altare, ita dumtaxat, vt prius pugillum sacrificii tollat de eo, quod offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit si polluta est, & contempto viro adulterii rea est, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet fœmur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quod si polluta non fuerit erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier a viro suo, & si polluta fuerit marituſque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in cõspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

Adulteræ deprehensio p aq. a.

Maledictio adulteræ.

Locutusque est Dominus. Hic ponitur tertium principale, scilicet de examinatione suspitionis: dato enim præcepto de restitutione rei alienę, quod omnes pacificat de communitate. Hic datur præceptum de euitanda, & cognoscenda zelotypia vera, vt vir pacificetur vxori. Rabbi Aben Ezra aliter continuat istam literam dicens, quòd post præceptum de offerendis primitiis, & aliis iuribus sacerdotum ponitur de zelotypia, quia peccata adulterii, & suspitio sunt tanquam quædam pœnæ in viro, & ponuntur ad designandum, quòd ille qui defraudauerit sacerdotem detinendo primitias, vel alia iura punietur in hoc, quòd cum magna verecundia adducet vxorem suam coram sacerdote. Et quamquam non videatur multum in radice, tamen satis stat, quia propter peccata demeretur aliquis, quòd ipse anxietur, quia vxor eius adultera sit, vel saltem affligatur habens suspitionem de ea, & sic potuit Dominus in pœnam, vt patet Deuteronom. 28. & Osee capquarto, scilicet, vxorem ducas, & alius dormiat cum ea.

Loquere ad filios Israel. Quia necesse erat, vt exprimeretur

retur eis lex. alioquin nihil proficiebat, quod daretur lex Moysi.

Vir cuius vxor errauerit. Ponitur forma quomodo vir cognoscere debeat vxorem quę adulterata sit, & dabat dominus hunc modum Iudæis, quia valde afflige rentur suspicantes eam ab alio cognitam, nisi certificrẽtur hoc, vel alio modo. Et permittebat Dominus immo tradebat hãc purgationem vulgarem, sicut est probatio aquæ frigidæ, vel ferri candentis, quam nobis iura vetuerunt, vt patet extra de purga. cano. vel vulga. cap. 1. Iudęis autem non erat illicita, quia erat gens imperfecta, & nisi daretur eis iste modus experiendi de vxoribus, an adulteratæ essent, vel non, occiderent eas, quòd deterius esset, misit ergo Deus eis hoc malum minus. Nunc autem in nouo testamento, quia est lex perfectionis non permittuntur mala parua, nec maiora. Fuerunt quoque alia permissa eodem modo in veteri testamento, scilicet libellus repudii, vt quando vxor displiceret viro posset eam a se expellere, etiam non existente causa, & hoc, vt non occideret eam, sed quia ex imperfectione ipsorũ habuit locum ista lex, Christus non consensit eam esse in nouo testamento dicens. Ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere Moyses vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. dico autem vobis quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam superduxerit męchatur, vt patet Matth. 19. capit. Simile fuit de vsuris quę permissæ fuerunt Iudęis ad gentiles, & ad conuersos ad Iudaismum, vt patet Deuterono. capitu. 34. tamen Christus exclusit eas, vt patet Lucæ capitulo sexto. scilicet mutuum dantes, nihil inde sperantes.

Vir cuius vxor errauerit. Non dicitur, quòd errauerit tanquam necesse sit, quòd errauerit ad hoc, quòd ista lex habeat locum, cum infra ponatur contrarium, scilicet, quòd si mulier polluta est contempto viro inflabitur venter, & putrescet fęmur. Si autem non declinauit a viro erit innoxia, & faciet liberos. sed dicitur, quòd vxor errauerit, idest, vel quòd errauerit, vel saltẽ præsumatur de ea, quòd errauerit per aliqua signa probabilia aliqualiter, vt si vir mandauit vxori, quòd non loqueretur tali, vel tali viro, & postea reperit eam colloquentem illi, & similes præsumptiones. Non enim requiritur, quòd sciatur eam errauisse cum hic veritas huius rei dubia inquiratur, nec requiritur, quòd errauerit etiam si incognitum sit, vt dictum est. sed ponitur ad præsumptionem. Lex enim aliquando loquitur de re quæ præsumitur, sicut de re quæ vere est, vt patet Deuterono. 22. capit. cum dicitur de puella quæ cognita est in agro: præsumit enim lex eam clamauisse, & tamen nullum audiuisse voces illius, cum dicit, sola erat in agro clamauit, & nullus affuit qui liberaret eã. Poterat tamen esse, quòd puella ex industria iuisset in agrum, vt ibi secretius cognosceretur, vel vt posset accusare corruptorem, & ipsa esset innoxia: lex tamen quia contrariũ præsumit dicit eam clamauisse, & non fuisse auditam.

Sciendum etiam, quòd non requiritur hic virum habere aliquas præsumptiones, aut violentas, aut probabiles, vel saltem leuissimas, sed quomodocunque inciderit ei spiritus zelotypiæ poterit eã inducere ad subeundam istam experientiam. nam nisi permitteretur occidissent Iudei vxores. lex tamen erat data in remedium earum. sicut ergo de libello repudii dictum est, quòd nõ cogebatur dare vir aliquam causam quare repudiaret vxorem, sed solum si displicebat in oculis eius poterat dimittere, vt patet Deuteronom. 24. c. Ita si hic incidisset ei aliquis spiritus zelotypiæ, dato quòd non esset aliqua præsumptio contra vxorem cogebatur ipsa ad subeundum hanc purgationem.

Maritumque contemnens dormierit cum altero viro. In hoc est totus error vxoris, & contemptus viri, quòd ipsa cum altero dormierit. Et dicitur mulier contemnens virum, quando dormit cum altero, quod duplici ter intelligitur.

Primo modo, quòd vxor habet virum qui videtur ei miserabilis, & despicabilis, ideo magis diligit adulterum, quia pulchrior, & sibi gratior est. Si autem virum non contempsisset putans eum despicabilẽ, non fuisset commixta alteri viro.

Alio modo potest intelligi, quòd mulier contempsit virum, s. quia obligabatur ei ad fidem præstitam matrimonialem, quia cum alio nunquam commisceretur. Nunc autem, quia alteri se immiscuit contempsit pactum factum cum viro. & iste est conuenientior sensus, quia aliquando fœmina non contemnit virum primo modo. tamen inquirit sibi plures viros, vt sic satisfaciant suę libidini, vel ex aliis causis, & quocunque horum modorum contemnitur vir secũ do modo.

Et hoc maritus deprehendere non quiuerit. Ponitur hic casus in quo habet locum ista purgatio indicenda vxori, scilicet quando vir non potuit eam inuenire coeũtem cum adultero. Nam si vir hoc deprehenderit, & adulterium testibus argui potest, faciet eam lapidari, vt patet Leuitici capit. 20. nec erit expediens ista purgatio, habet tamen ista locum in defectum aliarum probationum.

In quo sciendum, quòd quando vir erat concitatus spiritu zelotypiæ super vxorem dicebat ei, quod subiret hanc purgationem, & tenebatur ad subeundam, quòd si fœmina recusaret mouebat eam coram iudicibus, quæ si ibi etiam recusaret habebatur tanquam conuicta de crimine. ideo mulieres quibus indicebatur, subibant hanc purgationem.

Sed latet adulterium.

Si vir admouerit vxorem subire istam purgationem coram iudicibus, & recusaret habebatur tanquam conuicta. Et quid dicant Iudæi quando vir inuenit fœminam coeuntem cum alio. Quæst. XIX.

HOc potest referri ad superiora, vel ad inferiora. Primo modo est sensus, quòd vir nõ potuit deprehendere vxorem, idest nõ potuit eam reperire cum adultero commiscẽtem. sed latet adulterium, idest latet ipsum virũ, quia solum præsumit nihil sciens.

Alio modo potest referri ad inferiora, cum dicatur testibus argui non potest, scilicet, quòd adulterium latet, idest non est manifestum ad hoc, quod vir possit illud probare in iudicio, quamquam ipse viderit vxorem adulterantem, & hoc erat, quia non poterat argui testibus, idest probari. Sed primus sensus melior est. Nam aliter non conueniret ista litera superiori, s. & hoc maritus deprehendere non quiuerit. debent ergo referri ad idem. Sed illa prima pars intelligitur, quãdo vir non potuit deprehendere vxorem cum adultero fornicantem, ergo etiam ista aduersatiua, s. sed latet adulterium, debet referri ad idem, ita quòd adulteriũ lateat virum. Item patet hoc ex eis quæ sequũtur, quia dicitur quòd non est inuenta in stupro, sed spiritus zelotypię concitauerit virum contra vxorem suam. si ergo non est inuenta vxor coiens cum altero, adulterium adhuc latet viro, & sic debet intelligi ista partícula de viro, & non de iudicibus, scilicet, quòd lateat iudices, & tamen ad hoc, quòd ista purgatio non indicatur, sed habeatur alterum remedium, scilicet, vt vxor lapidetur, non solum requiritur, quòd ipse deprehenderit eam coeuntem cum adultero, sed etiam, quòd

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc probari possit testibus, quia non credetur viro cõ F
tra vxorem, sufficiebat tamen, quòd testibus probari
posset, dato quod vir nõ cognouisset adulterium, sed
suspicaretur.

Hebrei dicũt, quod differentia esset quando vir inueniebat vxorem coeuntem cum altero, & non poterat probare testibus, vel si posset probari. nam si posset probari lapidabatur, vt patet Leuitici cap. 20. & Io. 8. capitu. Si autem vir reperisset eam fornicantem, & testibus conuincere non posset, dicunt, quòd non poterat lapidari, sed abiiciebat eam vir a se, & lucrabatur dotem, poteratque superducere aliam vxorem.

Sed hoc, quod dicitur non stat. Nam quòd vir possit a se repellere vxorem per libellum repudij secundũ G
legem veteris testamenti, etiam sine aliqua presumptione satis manifestum est. Quod tamen ipse lucraretur dotem si vidit vxorem fornicari, etiam si non probet falsum est. nam tunc quilibet repudians vxorẽ lucraretur dotem, obiiciens ei, quòd fuerat fornicata, cum non requireretur probatio huius obiectionis.

Dicendum ergo, quòd si vir videret vxorem fornicari, & posset probari testibus, habebat remedium legis, quòd accusaret eam de adulterio, & lapidaretur. Si tamen non conuinceretur testibus, siue vir vidisset eã fornicantem, siue non: non habebat alterum remedium, nisi quòd vel repudiaret eam simpliciter non obiecto aliquo crimine, vel quod faceret eam subire H
hanc purgationem.

Et testibus argui non potest. Ista est secunda particula quæ requiritur ad hoc, quòd lex ista non habeat locũ, vel saltem non sit necessaria, scilicet quòd testibus argui non potest. Nam dato, quòd non lateat adulterium ipsum virum, sed vidit, si tamen testibus non conuinci potest, lex ista adhuc erit necessaria, è contrario tamen esse potest, scilicet, quòd vir non vidit fornicantem vxorem, & tamen potest probari testibus, tunc subiiciet hoc, vt patiatur pœnam legis de adulteris.

Purgatio de adultera non dabatur, nisi in adultera occulta. Tamen aliquando Iudæi nolebant accusare fœminas adulterio, ne si deficerent in probatione punirentur.
Quæst. XX. I

Sciendvm tamen, quòd quamquam non esset necessaria ista lex de indicenda purgatione quando adulterium poterat testibus probari, tamen si vir vellet cogere vxorem ad subeundum hanc purgationem cogebat, & hoc poterat esse, quia vir volebat concludere clarius contra vxorem. Si enim testibus probaret forte dici posset, quòd testes erant corrupti precio, & sic esset aliqualiter obscura probatio, cum autem per hanc purgationem coram Deo factam conuinceretur adulterium, erat manifestior probatio, quia Deus mentiri non potest. Si tamẽ esset adulterium vxoris notorium, & vir vellet facere eam subire hanc purgationem, non permitterent iudices, quia in hoc videbatur contemni lex a Deo data, quæ solum fuerat posita ad hoc, quòd manifestarentur occulta. inducere ergo illã ad ea quę notoria erant contemptus erat, & non permitterent iudices, nisi q vel accusaret, vel relinqueret. Aliquando tamen viri habentes probationes de adulterio vxoris non accusabant, quia nisi essent probationes multũ lucidæ non condemnaretur vxor, & tunc vir deficiens in probatione criminis condemnaretur: quia in criminalibus qui accusat debet se inscribere, & non solum secundum leges humanas, sed etiam secundum legem diuinam criminaliter accusans si in probatione deficiat condẽnatur, vt patet Deuteronom. 22. capi. de illo qui accusauit vxorem suam, dicens non inueni eam virginem. Nam si probasset puella se esse virginem per vestimẽtum, quod expandebant parentes puellæ coram iudicibus, flagellabatur vir accusans, & cõdemnabatur ad quinquaginta siclos patri puellæ, & etiam, quòd nunquam posset eam repudiare in æternum. non confidentes ergo viri probationibus suis faciebant aliquando subire vxores hanc purgationem.

Quia non est inuenta in stupro. Istud ponitur tanquam declaratiuum superiorum, s. quòd non cognoscebat vir adulterium, nec poterat probari testibus, quia non fuerat inuenta fœmina cum adultero. & dicitur, quia non est inuenta in stupro accipiendo large. Nam proprie stuprum est defloratio virginum, ista tamen quæ hic cogitur subire purgationem hanc non est virgo, quia vxor est, & tradita viro. Sed tunc nulla fœmina virgo est, vel saltem non presumitur, accipitur ergo hic stuprum large pro adulterio.

An possit aliquis sponsus cogere sponsam nondum traditam ad istam purgationem. Et quod ipse sponsus habebat meliores probationes quam purgatio zelotypiæ.
Quæst. XXI.

Sed forte aliquis dicet, quòd possit accipi proprie, vt si aliquis habens sponsam nondum sibi traditam concitetur contra eam spiritu zelotypiæ: poterat enim facere illam subire hanc probationem.

Respondendum est non posse stare. Nam si vir nõdum accepta vxore hoc contra eam presumat, habet aliud conuenientius remedium, s. quòd accipiat eam, & si inuenerit virginem satis probatum est, quòd presumptio erat falsa: si autem non inuenerit virginem poterit accusare de adulterio, & non tenetur probare, sed solum puella ipsa debet probare se fuisse virginẽ, demonstrando signa virginitatis in vestimento, vt patet Deuteronom. 22. cap. Item non poterat hoc stare, quia ista purgatio inducta erat in defectum aliarũ probationum, quòd tamen puella desponsata est nondũ tradita viro satis clare potest probari, an fuerit adulterata. nam præter modum probationis qui est, quando vir cognoscit eam relictis signis in vestimento, vt supra dictum est, erat alius modus, scilicet, quòd matronæ inquirerent virginitatem puellæ per tactum, & visum, & tunc si probaretur non esse virginem, conuincebatur rea criminis, & lapidaretur. Si autem reperiretur virgo, manifeste erat suspitio falsa.

Secundum legem diuinam puella quæ prima nocte non cognoscebatur virgo, lapidabatur.
Quæst XXII.

Sed dicet aliquis, quòd non erat ista conueniẽs probatio, quia dato, quòd puella desponsata nõ reperiretur virgo, poterat obiicere se fuisse defloratam antequam acciperetur in sponsam, & sic non teneretur ad legem viri, nec ille coitus vocaretur adulterinus. K

Sed respondendum est hoc tenere secundum leges humanas, & est valde rationabile. tamen secundum legem diuinam datam Hebrẽis secus est, quia si puella non reperiretur virgo cum primo cognosceretur a viro suo, lapidabatur, siue fuisset cognita, siue fuisset defforata postquam desponsata fuerat, siue ante, vt patet Deuteronom. cap. 22. & hoc erat, quia quando puellæ accipiebantur in sponsas tanquam virgines sumebantur, nisi exprimerent se non esse virgines. Si ergo puella de-

la desflorata ante desponsationẽ subticeret se esse de- A
floratam, & acciperetur tanquam virgo, tenebatur postea rea tanquam si desflorata fuisset post desponsationem: debuerat enim a principio declarare se fuisse defloratam, & sic semper tenebit modus supra positus in desponsatis mulieribus, & non erit necessaria ista purgatio.

Quid faciendum erat quando aliquis acciperet puellam traditam alteri, aut defloratam. Et zelotypia quare dicatur spiritus zelotypiæ. *Quæst. XXIII.*

Sed adhuc inquiretur quid faciendũ esset quando aliquis acciperet in sponsam eam, quæ fuerat tradita alteri viro, vel puellam quę confitebatur se fuisse defloratam? Nam tunc si antequam traduceretur a viro est suspitio de ipsa, non posset vir probare contra ipsam per modum supra positum, sed videbatur necessarium esse, quòd haberet locum ista lex.

Respondendum est, quòd in hoc casu habebat vir remedium per repudiationem, vel quòd acciperet eã semel in vxorem, & postea cogeret subire hanc purgationem, & tunc manifestaretur non solum adulterium patratum post desponsationem, sed ante traductionem.

Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum. Vocatur spiritus zelotypiæ ipsa zelotypia, siue presumptio concepta de maleficio vxoris. Et vocatur spiritus, quia secũdum communem locutionem sacræ Scripturæ omne principium actiuum, & motiuum, vel impulsiuũ dicitur spiritus. Nam spiritus proprie sumptus est flatus ventorum a spirando dictus, idest a flando. iuxta illud, spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius, idest flatus ventorum, vt patet Psalmo 148. Gene. cap. 1. spiritus Domini ferebatur super aquas, idest ventus missus a Deo, & ab hoc anima nostra vocatur spiritus, quia ipsa est principium totius motus, & operationis nostrę, vel magis secundum modum vulgarem, quo creditur aerem inspiratum, & respiratum esse animã nostram. Ex hoc etiam omnia principia operandi, & mouendi, quæ habent aliquam impulsionem vocantur spiritus. De zelotypia autem sic est, quòd ipsa est quędam presumptio, vel instinctus cordis nostri, quo concitamur contra vxores in malum. Ideo spiritus vocatur. & sic quilibet instinctus dicitur spiritus, sicut dicimus qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, idest qui mouentur instinctu diuino. Dicitur autem zelotypia quasi figura zeli. nam zelus zeli, & typus est figura, quia ille qui hãc suspitionem habet figuram habet zeli. Dicitur autem zelus amor priuatus nolens habere consortium in amato, & iste debet esse in omnibus coniugatis, alioquin agerent contra legem matrimonii, si aliter facerent, vel fieri consentirent. Vocatur tamen zelotypia non in omni qui habet zelum, sed solum in eo qui habet suspitionem de violato fœdere. Dicuntur tamen isti zelotypi, idest habentes figuram zeli, quorum qui talia suspicantur de vxore videtur amare, & ob hoc nolunt vxores aliis commisceri. Non tamen semper est zelotypia ex amore magno, quia frequenter qui minus diligunt, magis in suspitionem concitantur, sed ista zelotypia ex multis aliis causis prouenit, de quibus nihil ad nos. B C D E

Concitauerit virum contra vxorem suam. Dicitur vir concitatus, quando vehementer incitatur ad credendum, quòd vxor commiserit adulterium.

Quæ vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur. Ponit hoc sub disiunctione, quia non constat de veritate quando inquiritur ista purgatio, & dicitur, vel polluta est, idest, quòd commisit crimen. Est enim generale in omni crimine, quòd peccans polluatur, quia peccata sunt quædam sordes animæ. In fornicatione tamen magis proprie est pollutio, quia est secundum vtrunque. Licet oẽ peccãs polluatur, magis tñ pp fornicationem.

Ideo dicit Apostolus, quòd qui fornicatur in carnem suam peccat, idest cętera peccata sunt pollutiones animę, fornicatio autem etiam pollutio corporis est. dicitur mulier appeti falsa suspitione, idest inquietari, vel impugnari, quoniam vir molestus est ei propter hanc suspitionem.

Adducet eam ad sacerdotem. Scilicet ad experiendum, an suspicatio vera sit.

Alia purgatio suspitionis non tantum vulgaris, vt prima propter duo. Et modus similis in probatione periurii. Et iudæus committens periurium coram altari morieba-tur, vel eueniebat ei aliqua magna pœna. ita est qui iurat nunc super altare beati Petri Romæ. *Quæst. XXIIII.*

Et ista est purgatio vulgaris, sicut in ferro, vel aqua, aut cęteris generibus, quamquam ista non est ita proprie vulgaris, propter duo. Primo, quia a Deo habuit ortum, & non ab hominibus, sicut cęteræ vulgares.

Secundo, quia in aliis vulgaribus ex ipsa natura rei videtur manifestari delictum. Nam qui subit illas probationes, non posset euadere, nisi miraculose, sicut in feruescandenti, aut aqua feruenti, vel similibus. In hoc autem non erat tale, quia dato, quòd mulier biberet istas aquas quæ ei dabantur, tamen non sequebatur naturaliter ad periculum, etiam si mulier peccasset, sicut in purgationibus vulgaribus. Vocatur tamen aliquo modo vulgaris, quia inquiritur veritas rei non modo iudico per probationes, sed per quædam alia experimenta.

Similis autem modus purgationis est si forte aliqua ecclesia, vel locus sit in quo qui periurium fecerit morietur immediate, vel post aliquod tempus certũ, aut accident ei aliqua manifesta infortunia, si voluerit aliquis alterum cogere subire purgationem hanc, scilicet, quòd ibi iuret, vt sic pateat veritas, probatio vulgaris est, ideo talis illicita est, & qui alterũ ad hoc cogit, siue iudex sit, siue pars, peccat. Consentiebatur tamen in veteri testamento talis purgatio, non solum quæ habetur hic quantum ad zelotypiam, sed etiam quantum ad iuramentum. Nam si aliquis Hebræus iurasset in templo coram altari Domini committens periurium moriebatur, vel eueniebat aliqua magna pœna, vt patet tertio Regum, capitu. octauo, in oratione Salomonis cum dicitur. Si pecauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur astrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies de cœlo, & facies, & iudicabis seruos tuos condemnans impiũ, & reddens viam suam super caput eius.

Nunc autem non sunt tales probationes, quia omnia ista permittebantur in veteri testamento propter imperfectionem Iudæorum. Quamquam ergo nunc sint aliquę Ecclesiæ, vel loca in quibus falle iurantes mortem incurrerent, & hoc nobis cognitum sit, non debemus vti eis ad hãc experientiam: illicitum enim est. Dicitur autem hic, quòd vir adducebat fœminam ad sacerdotem, quia cogebatur ipsa venire, & si nolle admonita a viro iudices compellebãt eam subire purgationem, vel haberi pro conuicta de crimine, de quo erat suspitio, & dicitur ad sacerdotem, idest ad quemcunque sacerdotem. Poterat enim istam purgationem facere quilibet, quia non erat aliquod ministerium

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium pertinens specialiter ad sacerdotem magnum. F

Et offerret oblationem pro illa. Adducebat enim vir vxorem suam ad sacerdotem ad ostium tabernaculi intra atrium, & ibi offerebat, quod sequitur. & dicitur oblatio pro illa, ideſt muliere, non vt Deus misereatur illius, sed vt demonstret, an fornicata fuerit, vel non.

Decimam partem sati farinæ. Ista est mensura farinæ quæ offerebatur, scilicet, quòd portaretur farina nondum cocta, nec aspersa oleo, vel aqua, & sic poneretur super manus mulieris, vt infra sequitur.

Satũ significat mensuram.

Dicitur decima pars sati, quia satum significat hic mensuram, sicut dicimus gomor, vel ephi. Et forte dicetur, quòd hic dicat decima pars, ideſt decima pars ephi, quoniam ephi est mensura magna, & diuiditur in decem partes, quarum quælibet vocatur Gomor, G vel decima ephi. vt patet: Exodi 16. capitu. & sic potest hic accipi, quòd satum significet ephi, & tũc erit sensus, quòd portabat vir oblationem pro vxore sua decimam partem sati, ideſt decimam partem ephi, scilicet vnum Gomor. Aliquando tamen accipitur satũ pro minori mensura, vt patet Genes. 18. capitu. cum dixit Abraham ad Sarram accelera fac tria sata similе, & commisce, & fac subcinericios panes. Ibi enim non poterat accipi satum pro mensura quæ dicitur ephi, quia non iuberet Abraham tria sata, ideſt tria ephi commisceri pro inuitatis, cum solum venissent ad eum tres viri, vt patet ibidem. Item quia dixit Abraham accelera tria sata cõmisce, sed si dixeret Sarra commiscere tria ephi, & facere inde panes subcinericios, non poterat accelerare, ideſt breuiter facere. H

Item quia dicitur fac subcinericios panes, in quo videbat, vt tota farina trium satorum esset ad formandum panes subcinericios. Si igitur essent tria sata, tria ephi essent triginta Gomor, quia quilibet ephi cõtinebat decem Gomor, vt patet Exodi decimosexto capitu. & vnum Gomor sufficiebat tota die vni homini ad cibum, quia tantum accipiebat quilibet de manna, vt patet Exodi decimosexto capitu. Commiscẽdo ergo tria sata similę commiscebatur cibus pro triginta hominibus pro tota die in mane, & vespere. tamen Abraham iussit fieri cibos pro tribus viris venientibus ad eum. ergo non iuberet tria sata, ideſt tria ephi commisceri. Accipitur ergo ibi satum pro minori mensura, hic autem rationabiliter dicitur, quòd vnum satum esset vnum ephi, cum iubeatur solum decima pars illius offerri.

Farinæ ordeaceæ. Ista farina quæ hic offerebatur non erat de tritico sed ordeo, quod est contra communẽ legem aliorum sacrificiorum. Nam quandocunque offerretur aliquod sacrificium, in libamentis eius ponebatur similа, quę est farina delicatissima triticea, vt patet infra decimoquinto capitu. Si aliquis de pauperibus vellet per se offerre farinam semper offerebat similam. de ordeo autem nihil, vt patet Leuitici cap. secundo. Hic tamen iubetur farina ordeacea offerri, K quia alia sacrificia erant pro causa honesta, istud autem pro causa vili. Et ponebatur ordeum, quia ordeũ est cibus bestiarum. Sic autem inquirebatur hic crimen bestiale, scilicet, an fęmina sequens desideria bestialia declinasset ad alium virum.

Quare ordeum ponebatur in tali probatione adul

Non fundet super eam oleum. Etiam hoc est contra legem aliarum oblationum, quia semper ponebatur cum simila oblata oleum ad commiscendum eam, vt patet Leuitici capitu. 2. & infra decimoquinto cap. hic autem non ponitur. Causa est, quia oleum signat misericordiam, quæ non inquiritur in hoc sacrificio, sed zelotypia, scilicet, vtrum fuerit mulier fornicata ad puniendum eam. vel quia oleum est fomentum luminis, aduiterium autem in abscondito tenebrarũ perpetratur. oculus enim adulteri diligit caliginem, vt patet Iob. 24. cap.

Nec ponet thus. Etiam hoc vetatur hic, quia quandocunque fiebat aliqua oblatio offerebatur farina, cui illa si esset oblatio animalis. Erat autem farina libamentum, & cum farina oleum, thus, & vinum, & Sal, vt patet Leuitici cap. 2. & infra capit. decimoquinto. Et idem fiebat quando nõ offerebatur sacrificium de animali, sed offerebatur per se farina, quoniam omnia ista veniebant cum illa, & ideo, quia iubendo, quòd offerretur farina, intelligerentur omnia ista, expressum est, quòd non offerretur thus, vel oleum. De thure causa specialis est, quia thus significat deuotionẽ, vel incensionem mẽtis in Deum iuxta illud. dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. hic autem non fiebat sacrificium pro deuotione, sed pro suspitione. Item quia thus flagrantiam denotat bonæ famæ, hoc autem sacrificium pro infamatione fit.

Quia sacrificium zelotypiæ est. Hic redditur causa quare non offeratur thus, nec oleum in hoc sacrificio, sicut in aliis, quia istud non erat ad id, quod alia, scilicet ad laudandum Deum, sed ad inuestigandum adulterium, & hoc est esse pro zelotypia, ideſt pro suspitione, quam habet vir de fœmina, quòd alteri viro commisceatur.

Et oblatio inuestigans adulterium. Idem est, quod superius, scilicet sacrificium zelotypiæ, quia offeret pro suspitione quam habet de vxore, quod est offerre pro zelotypia, vel offerre ad inuestigandum adulterium idem est. non dicitur inuestigare adulterium, quòd sit, sed inuestigare, an sit. Nam cum ista fiunt dubium est, an fuerit adulterium perpetratum. de ista oblatione dicendum est, quòd sola farina ordeacea offerebatur, & cum ea sal, quia omnia alia libamenta fuerunt prohibita, s. oleum, & thus. etiam vinum, quod erat aliud libamentum non offerebatur, quia solum offerebatur cum sacrificio carnium, vt patet infra capi. 15. De sale autem non fuit facta prohibitio. Ideo debebat offerri, potissime, quia Deus dixerat in omni sacrificio offeres sal. & iterum, quicquid obtuleris sacrificii, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.

Vocatur autem ista farina oblata sacrificium, quia offerebatur coram Domino. Nam cum mulier portasset istam farinam cum sale, sacerdos tollebat vnum pugillum de illa, & ponebat ad cremandum super altare, eleuans prius coram Domino. deinde reliquum ponet in vase super manus mulieris, dum sacerdos dicit ei verba maledictionis. tenebitque ipsa farinam in manibus. Cum vero sacerdos compleuerit verba maledictionis tollet de manu eius farinam, & dabit ei potandas aquas amarissimas, postea autem eleuabit partem residuam farinę coram Domino, & cedet in ius sacerdotum, de hoc patet hic.

Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino. Cum vir duceret vxorem suam in atrium tabernaculi ad sacerdotem, ipse accipiebat eam, & faciebat accedere apud ostium tabernaculi iuxta altare holocaustorum, & in hoc dicebatur eam offerre, & stare, ideſt præsentare coram Domino, tãquam si Deus esset aliquis vir manens intra tabernaculum, & applicãdo ad ostium tabernaculi aliquid applicaretur coram Deo. fiebat autem ista applicatio, quia illa mulier offerebatur specialiter Deo, vt declararet veritatem suam specialiter super illam, vel offerebatur, vt aliqui dicunt, ad hoc, quòd mulier timore ducta cum videret se adducia a sacerdote confiteretur peccatum suum, non fieret ista examinatio. sed primum est conuenientius dictum.

Non enim est verisimile, quòd mulier timore ducta confiteretur peccatum, quia nihil peius sibi esse poterat

poterat, quàm cum confiteretur. nam si confiteretur adulterium, lapidaretur immediatè: hic autem quãquam esset rea sceleris, non immediate peribat, nec erat mors ita dura. magis ergo hanc vellet subire, quã alteram quæ erat si confiteretur. A

Si mulier coram sacerdote manifestaretur peccauisse, an deberet ei infligi pœna per iudices, priusquam subiret istam purgationem. Et quòd mulier poterat subire pluries hanc purgationem si pluries esset suspecta. Quæst. XXV.

ALIQVIS quæret circa hoc si talis mulier ducta corã sacerdote manifestaretur peccauisse, an deberet ei infligi pęna aliqua p iudices. Ratio dubij huius est, quia si de crimine adulterij pateret ante purgationem istam, mulier lapidaretur, vt patet Leui. ca. 20. Si ergo hoc modo patuerit, videtur etiam punienda. B

Aliquis respondebit, quòd quamquam manifestetur crimen mulieris hoc modo, non poterit sibi infligi pęna per iudices, quia duplex forus est. s. litigiosus, & conscientiæ vel diuinus: in foro autem conscięntiæ, sicut in confessione quamquam crimina manifestentur non datur eadem pœna, quæ in iudicio sęculari, ita hic aliud iudicium erat cum agebatur coram iudicibus, & aliud cum agebatur coram Deo. ergo si claruerit crimen in iudicio coram Deo, non est danda pœna sæcularis.

Respondendum est, quòd postquam semel mulier præsentabatur ante sacerdotem, vt subiret hanc purgationem, iudices non poterant ei aliquam pœnam imponere, nõ quidem propter diuersitatem fori, quia non est talis diuersitas hic, sicut in foro conscientiæ, & litigioso. Nam forus conscientiæ & litigiosus sunt diuersi, nec introducitur vnus propter alterum. Ista tamen purgatio, quæ fiebat coram Deo, non erat distincta totaliter à foro litigioso, sed erat tanquam quædam pars eius, eo quòd solum erat introducta in defectum fori purè litigiosi. s. q̃ quando vir non poterat probare adulterium testibus, recurrebat ad aliud genus probationis. s. ad istam purgationem: non est autem sic de foro pœnitentiali, quia nõ est propter defectum probationum, sed propter alteram rationem. Item in purgatione ista litigium est, quia fęmina compulsa ducitur a viro suo ad subeundam eam. In foro tamen pœnitentiali nemo dicitur compulsus ab aliquo accusatore, vt confiteatur. Ideo propter hoc non tollitur quin de criminibus illis, quę hoc iudicio manifestantur daretur pœna a iudicibus, sed propter alterum. s. q̃ postquam aliqua mulier subijciebat se huic purgationi, siue rea esset, siue innocens, Deus dabat pœnam condignam, vel absolutionem. Ideo non erat conueniens, quòd iudices adderent alias pœnas, immo non poterat esse, quia quãdo mulier subibat hanc purgationem non patebat immediatè, an peccauisset, vel esset innocens, sed post aliqua tempora, & tunc si innocens esset faciebat liberos, & erat nimis fęcunda, si autem rea putrescebat venter eius & marcescebat. Erat autem crimen incognitum quousque putresceret venter mulieris, sed cum putrescit ipsa moritur. ergo iam non poterant iudices ei imponere aliquam pœnam, & sic mulier q̃ semel subibat istam purgationem non poterat puniri a iudicibus. Ideo dato q̃ vir eius offerret se probaturũ crimina mulieris, non admitteretur postquam subiret hanc purgationem, quia certior probatio est, quę fit per Deum, quàm quæ per testes, cum testes aliqñ corrupti falsa dicant: Deus autem nunquam errat. C

Ideo si illa rea esset Deus puniret eam, vel absolueret si innocens. vnde nõ recipiebatur alia probatio, quod verum est quantũ ad illa crimina, quæ diceretur mulier perpetrasse antequam subiret purgationem illã: secus autem si obijcerentur alia posterius commissa. nam tunc alia erat facienda probatio. nam si antequã mulier subiret hanc purgationem non peccasset, & post purgationem peccaret, ante tempus illud, quo solet apparere pœna mulierum peccantium, non puniret illam Deus, quia non poterat cadere purgatio præterita super ea quæ futura erant.

Item considerandum est, q̃ postquam aliqua mulier subibat semel istam purgationem poterat etiam iterum subire. Nam quoties vir conciperet de ea spiritum zelotipię tenebatur subire hanc purgationem, quod patet, quia ista lex est ad declarandam veritatẽ & falsitatem zelotypiæ, & non ponitur certus numerus quoties fieri debeat. ergo semper fiet quandocunque venerit zelotypia. Item fuit data ista lex in remedium ne viri cõcepta suspitione de vxoribus occiderent eas, cum non cognoscerent veritatem, sed hoc fieret quandocunque zelotypia veniret si subtraheretur ista probatio. ergo quotiescunque veniret coge batur fœmina ad arbitrium viri subire eam. Item sciendum est, quòd quando mulier subibat hanc purgationem, non puniebatur a deo pro quocunq; delicto facto in coitu, sed solum pro eo quod commisisset in potestate viri illius. nam si sub alio viro fornicata esset, aut antequam haberet aliquem virum, postquam vero suscepisset hunc nihil deliquisset, nõ mostraret Deus pœnam super eam, ac si nunquam peccasset. D

Assumetque aquam sanctam. Istę sunt cæremoniæ quas facit facere vos ad purgationem fœminæ, scilicet quòd primo accipiat aquam in vase, vt maledicat illam, & det potum fœminæ.

Quare dicatur sancta ista aqua quam mulier bibebat. Et quare vocatur aqua amarissima.
Quæst. XXVI.

VOCATVR autem hic aqua sancta quæ secundum Rabbi Sal. erat de aqua sacrificiorum, scilicet de illa, quæ erat in labro æneo in atrio tabernaculi, in quo lauabantur sacerdotes, & vocabatur sancta, quia erat ad vsus sacros. vel secundum Iosephum, & historiam scholasticam vocabatur sancta, , quia in ea diluebatur nomen Dei tetragrammaton, & sanctificabatur aqua ex eo.

Sed obijcietur contra hoc, quia infra dicitur, ipse autem tenebit aquas amarissimas, & intelligitur de ista aqua, quæ vocatur hic sancta. ergo non debet sic vocari.

Respondendum est, quòd aqua ista vocatur sancta ex ratione superiori, scilicet quia est ad vsus sacros. Vocatur autem amarissima, quia multæ maledictiones in ea positæ sunt, vt patet infra, vel quia causabat amaritudinem in muliere bibente, scilicet quòd si rea esset, putresceret femur eius. E

In vase fictili. Ideſt in vase terreo: dicuntur vasa fictilia a fingendo, quia manibus finguntur, quod est opus figulorum. Vasa autem metallina, lignea, aut lapidea non sic finguntur, sed per dolationem, vel sculpturam, aut conflationem figuram suscipiunt. Et dicitur in vase fictili. nam nisi hoc exprimeretur intelligeretur, quòd deberet poni in vase aureo: fiebant namque ministrationes sanctæ in vasis aureis, quia omnia vasa mensæ propositionis erant ex auro purissimo, scilicet phialæ, cyathi, mortariola, acceptabula,

bula, vt patet Exo. 25. Expressit tamen Deus, quòd fieret in vase fictili, & hoc ad vituperium criminis adulterij, de quo arguitur. vnde omnia quæ hic fiunt ponuntur in quadam vilipensione, scilicet vt fieret sacrificium de farina ordeacea, & quòd non poneretur ibi oleum, nec thus, sic etiam de aqua, quòd esset in vase fictili, & quòd poneretur in ea puluis.

Quidam Iudæi dicunt, quòd ideo ponebatur aqua in vase fictili, quia adultera plus alienum quàm virũ suum diligens adultero in argenteo vase potum tribuit, viro autem suo in fictili.

Quare ponebatur in aqua puluis.

Et pugillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Idest etiam sacerdos ponet modicum de puluere in aqua illa, quod fit, vt potus iste horridior sit, quia ex vili causa accusatur, & hoc crimen turpe est, & vile, sicut puluis pedibus calcatus. vnde dicitur Ecclesia. ca. 9. mulier fornicaria, quasi lutum conculcabitur. & dicitur de puluere tabernaculi, idest Sanctuarij, scilicet atrij, quia quando sacerdos ista facit est in atrio ante ostium tabernaculi.

Cumque steterit mulier in conspectu Domini. dicitur stare mulier in conspectu Domini, quãdo stat apud ostiũ tabernaculi, quia Deus dicitur esse in tabernaculo. Et sic ponitur istud hic per recapitulationem. quia primo fiebat hoc, scilicet quòd mulier nudaret caput, quàm quòd assumeret sacerdos aquam, vel faceret aliquid alterum, quia immediatè vt staret mulier in ostio tabernaculi fieri debebant hæc.

Discooperiet caput eius. Idest tollet ei omnia ornamẽta capitis relinquens illud nudum, quod fit ad vilipẽsionem, sicut omnia quæ sunt in hac purgatione.

Aliqui dicunt hoc fieri, vt mulier magis timeat, & erubescens confiteatur. sed non stat, vt supra fuit declaratum. Dicunt autem aliqui hoc fieri, quia ipsa vt adultero placeret caput ornabat, patiens ignominiam suam: nunc versa vice eius confusio reuelatur.

Et ponet super manus illius sacrificium recordationis. Iste qui ponebat erat sacerdos, & ponebat super manus mulieris: sacrificium autem quod ponebat erat farina ordeacea, quam obtulerat vir pro muliere, & de illa sacerdos acceperat pugillum ad cremãdum super altare: reliquum vero in aliquo vase ponebat super manũ mulieris, quę tenebat illud, dum sacerdos maledictiones poneret super aquas bibendas a muliere.

Sacrificium recordationis. Vocatur sacrificium farina ordeacea, quia de illa cremabatur pars super altare. & dicitur sacrificium recordationis, quia ponebatur ad recordationem præteriti criminis, scilicet vt Deus recordaretur illius criminis ad ponendam pœnam pro eo.

Et oblationem zelotypiæ. Ponitur & pro ideſt, quia nõ erat ista oblatio zelotypiæ distincta a sacrificio recordationis. sed dicitur ad recordationem propter causam prædictam. & dicitur oblatio zelotypiæ, quia erat ad inuestigandam veritatem, vel falsitatem suspitionis conceptæ de muliere, quę vocatur zelotypia. nam quocunque modo eueniret ex hac purgatione mitigabatur zelotypia, & pacificabatur vir. Nam si mulier esset immaculata apparebat & cessabat præsumptio. Si aũt esset culpabilis puniebat a Deo, & cessabat præsumptio, quia iam erat manifesta veritas.

Ipse autem tenebit aquas amarissimas. Scilicet sacerdos tenebit manibus suis in vase fictili aquas, dum ipsa mulier tenet oblationem. & hoc vt maledicat eis: vocantur autem hic aquæ amarissimæ, quæ supra vocabatur aqua sancta, & hoc quia maledictiones erant positæ in illa, vel vocatur amarissima, quia amaricaret mulieri si culpabilis esset. vnde in hebrœo non dicitur aquas amarissimas, sed amaricantes.

In quibus cum execratione maledicta congessit. Dicebatur congeri, ideſt congregari maledicta, scilicet maledictiones super aquas, quia sacerdos proferebat multas maledictiones super eas.

Quæ maledictiones erant illæ quas sacerdos proferebat super aquas, & super fœminam.
Quæst. XXVII.

DE istis maledictionibus est dubium, an sint illæ, quæ infra habentur, scilicet det te Dominus in maledictionem &c. vel sint aliquæ aliæ.

Videtur quibusdam esse has eo, quòd non exprimantur aliæ quàm quæ habentur infra. Sed dicendũ est non esse illas, quia istæ maledictiones referuntur ad fœminam, & nullo modo ad aquas, scilicet det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorũ in populo suo: putrescere faciat femur tuum &c. nihil tamen ad aquas referri potest. ergo aliæ, maledictiones erant quę congerebantur in aquis. Item quia in maledictionibus istis dicitur ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur. ergo necesse est iam aquas maledictas fuisse, quando proferebantur istæ maledictiones ad fœminam.

Dicendum ergo alias maledictiones poni super fœminam, & alias super aquam: hic autem solum ponitur de maledictionibus quæ sunt super fœminam. Quæ autem sint maledictiones super aquam, nõ patet hic, sed videtur quibusdam, quòd sint in solo nomine Domini tetragrammaton, diluendo in aquis, q̃ acciperetur aliqua cartula, in qua scriberetur istud nomen, & tunc literæ recenter scriptæ diluerentur in aquis digito. De hoc autem, an fieret nihil differt: tamen qualitercunque sit, non potest poni hic esse maledictio, de qua hic dicit. Nam habet in litera in quas maledicta congessit. i. congregauit: si tamen solum dilueretur nomen Domini in aquis, non erat ibi aliqua congestio, quia non congregabatur vnum alteri, sed dicuntur congesta maledicta, quando sacerdos in voce sua addit vnam maledictionem alteri. Item patet hoc, quia dicitur, in quibus cum execratione maledicta congessit: diluere tamen nomen Domini in aquis non est congerere maledicta cum execratione.

Dicendum ergo q̃ maledictiones positæ super aquas dicuntur esse aliqua verba prolata a sacerdote in per aquam, vt noceat mulieri, & dicuntur ista maledicta congesta cum execratione, ideſt cum imprecatione alicuius mali venturi super fœminam, si faciet malũ, vt si dicatur aqua maledicta fis in nomine Domini, & si mulier ista peccauit ingrediaris vterũ eius, & dirumpas, atque putrescere facias femur.

Adiurabit eam & dicet. Postquam sacerdos maledicere aquas adiurabat fœminam, ideſt proponebat ei ista verba in modum execrationis, & non in modum iuramenti, quamquam aliquo modo pertinent ista ad cæremonias iuramenti. nam cum aliquis iuratur de veritate dicenda subiungitur. si sic feceris Deus, sperent actus tuos, alioquin pereas, & talia sunt ista verba maledictionis, ideo vocantur adiuratio.

Si non dormiuit vir alienus tecum. Intelligitur hoc postquam fuit susceptа in vxorem ab isto viro. Nam si ante fuisset cognita ab alio, vel ab alijs viris non sibi non nocebant ei aquæ istæ, quia non erat, tunc mulier alligata legi viri huius, qui cogit eam subire ad purgationem.

Et si non polluta es deserto mariti thoro. Idem est, quod superius. Ad idem enim pertinet, quòd aliqua mulier non dormiat cum viro alieno, & non polluatur deserto thoro viri, sed vnum est expositio alterius.

nius. nam in hoc magis declaratur quàm in superiori, scilicet si non polluta est deserto viri thoro, quia quamquam cognosceretur ab aliquo altero viro antequam haberet istum, non dicebatur polluta deserto viri thoro. Non enim deseruit thorum viri, quæ virum non habebat, & est hic metaphora. Nam non dicitur mulier deserere thorum viri, eo quòd commisceatur adultero in alio lecto quàm viri sui. nam si in lecto viri sui adulteretur, nihil de crimine diminutum est, sed potius augmentatum, sed thorus viri dicitur accessus carnalis ad virum suum, & si præter illum habet aliquem alterum accessum polluta dicitur.

Non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ. Grammatica antiqua est: deberet enim dici non tibi nocebunt: dicuntur autem nocere aquæ istæ amarissimæ, quia si mulier perpetrasset nefas, putrescebat femur illius bibitis aquis, quod est malum nocumentum mortis inductum. dicuntur aquæ amarissimæ, quæ solent amaricare mulieribus adulterij reis, & hoc non intelligitur quantum ad gustum, quia non sunt amarę quamquam bibere eas horridum est propter puluerem positum in eis, vt supra patet. Sed dicuntur amarissimæ ab effectu, scilicet quòd dirumpebatur vterus mulieris reæ adulterij postquam bibisset.

De his tamen aquis dicendum est, quòd non erat in illis aliqua vis ad faciendum putrescere femur, vel rumpi vterum. sed Deus hoc faciebat in testimonium veri criminis: aquæ autem solum ponebantur ad cæremoniam, sicut in alijs cæremonijs veteris testamenti, quæ nihil effectus habent.

In quas maledicta congessit. Idest in quas congregauit maledictiones, scilicet quòd sacerdos multiplicauerat verba maledictionis super aquas istas.

Sin autem declinasti a viro tuo. Idest si recessisti ab eo coniungendo te carnaliter alteri quàm ei. *Atque polluta es.* Idest polluta fuisti, scilicet per adulterium, quod inducit duplicem pollutionem, scilicet interiorem & exteriorem, quia qui fornicatur in corpus suum peccat.

Et concubuisti cum altero. Repetitio est eiusdem sententiæ. Idem enim est concũbere cum altero, quod declinare à viro, vel polluram esse. *His maledictionibus subiacebis.* Ideſt venient super te maledictiones istæ quæ infra habentur.

Maledictiones q̃ inferebantur, adulteræ in probatione.

Det te Dominus in maledictionem. Ideſt faciat te Deus esse maledictam, vel det te in maledictionem, ideſt tantum tibi maledicat, quòd faciat poni te in forma maledictionis. nam quando aliquis valdè maledictus est dicimus. maledicat tibi Deus, sicut maledixit illi. Sic enim dicitur de Sodoma, & Gomorra, & Dathan, & Abiron, quos exprimimus in maledictionibus, quia nimis ipsi fuerunt maledicti aduenientе super eos horrenda indignatione Dei, de Sodoma, & Gomorra habetur Genes. 19. cap. de Dathan, & Abiron habetur infra 16. & 26. capitulo. Sic etiam erat de forma benedictionis, quia quando aliquis valdè benedictus erat benedicebantur alij expresso nomine eius, sicut cum dicitur. benedicat tibi Deus, sicut benedixit illi, sic habetur Genes. 48. capitulo, scilicet in te benedicetur Israel atque dicetur. faciat tibi Deus: sicut Ephraim, & Manasse, & hoc maius est quàm esse benedictum vel maledictum solum, quia talis maledictio importat excellentiam, & iste sensus est magis cõueniens. quod patet per id quod sequitur, s.

Exemplumque cunctorum in populo suo. Ideſt Deus ponat te in exemplũ, ita q̃ omnes de populo suo, qñ maledicere voluerint alicui proferant nomen tuũ: aliter enim non est exemplum nisi in communi vsu loquatur. vnde si esset maledictio parua, quæ non cognosceretur a multis non esset vulgata, nec diceretur exemplum.

Putrescere faciat femur tuum. Hic ponuntur in speciali expresse maledictiones, & hoc quòd putresceret femur. Vocatur enim aliquando femur venter: aliquando autem crus, & non totum crus, sed partes, quæ adhęrent ventri circa genitalia: primo modo dicitur, quòd egressæ sunt de femore Iacob septuagintaquinque animæ vt patet Exodi capitulo primo: femur autem non potest accipi ibi nisi pro ventre vel lumbis. Accipitur autem pro crure, vt patet Genesis vigesimoquarto cap. quando Abraham adiurauit seruum suum Eliezer dicens. pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per Deum cœli. Non enim potest accipi ibi pro ventre vel lumbis, quia non poterat ponere seruus manum subter lumbos, vel sub ventre, sed sub crure, ita vt supra sederet Abraham.

Hic autem potest accipi femur vtroque modo, scilicet pro ventre: & tunc erit sensus quòd venter huius fœminæ putrescat: & tunc quando sequitur tumens vterus tuus dirumpatur. est replicatio sententiæ eiusdem, sicut apparet sępe in istis superioribus. Et tunc rationabiliter dictum est, quòd putrescat femur, ideſt venter, qui ab adultero viro impregnandus erat.

Alio modo potest accipi pro extremitate cruris, vbi crus coniungitur genitali fœmineo: & tunc erunt diuersę sententiæ in his duabus clausulis, scilicet, quòd femur putrescat, ideſt illa pars coniuncta cruri, & vterus rumpatur. Causa autem femoris putrefaciendi est, quia partes femoris ad libidinem denudantur, vel quòd partes illæ, quæ in libidine delectatæ sunt computrescant, & iste est conuenientior sensus, scilicet, quòd primo femur computreat, & cum sit in parte inferiori ventris dirumpetur venter per locum femoris, & exeant viscera carne putrida concisa, & sic moriebatur mulier.

Et tumens vterus tuus dirumpatur. Venter enim intumescit tanquam aquæ illæ inflarent eum, sed non efficiunt illud, vt declaratum est. Deus autem est qui istam pœnã sine aqua infligit, & vterus ad hoc quòd rumpatur primo inflatur, vt partes eius per violẽtiam inflationis ab alterutro discindantur. Si autem inflaretur venter non ita citò viscera exirent, quamquam putrescente femore, aliquando elapsura erant: venter autem tumescit, & dirumpitur, quia ibi fœtus adulterinus suscipiendus erat, aut susceptus est, vel quia ibi delectatio fœminarum causatur in coitu, sicut ait Gregorius in homelia trigesimasecũda, scilicet, quòd libido virorum est in lumbis eorum, & libido fœminæ in vmbilico eius.

Ingrediantur aquę maledictæ in ventrẽ tuum. Non intelligitur quòd solum aquæ ingrederentur in vterum, quia siue esset fœmina rea adulterij, siue innocens, aquæ ingrediebantur in ventrem cum ipsa biberet, sed dicitur quòd ingrediantur in ventrem, scilicet, ad nocendum & faciendum quæ dicta sunt.

Et vtero tumescente putrescat femur. Ideſt si polluta es cum biberis istas aquas putrescat femur tuũ, & venter intumescat, vt propter femoris putredinẽ, & ventris tumorem vterus dirumpatur effusis visceribus per locum femoris.

Et respondebit mulier amen amen. Tenebatur hoc respondere mulier ad istas maledictiones, sicut qui iurat de veritate dicenda tenetur respondere amen, ad imprecationes quæ fiunt super eum, scilicet, si sic feceris in omnibus prospereris: sin autẽ illico pereas, & respondebat hic fœmina bis amen, quia amen pertinet ad affirmationem: qui autẽ bis affirmat magis affirmat.

affirmat. & ponitur duplicatio ista ad expressionem affectus, scilicet, quòd multum intendit confirmare qui sic loquitur. Sic Christus sepe dicebat. amen amen dico vobis, vel potest referri duplex amen ad duo, scilicet amen, idest si male feci veniant super me ista mala. & iterum amen, idest si non feci malum veniant super me omnes benedictiones. vel secundũ, quòd ait Rab. Salom. proferebatur bis amen ad designandum, quòd mulier inuocaret super se maledictiones istas, si concubuisset cum viro illo, de quo suspicabatur maritus suus, vel si cum aliquo alio.

Duplicatio amen significat maiorẽ affectũ cõfirmationis.

Scribetque sacerdos in libello ista maledicta. Idest sacerdos scribet omnes istas maledictiones in quadam parua carta ad delendum eas in aquis. Erat autem ordo iste, quòd primo sacerdos proferret maledictiones super aquas, quę non habentur hic. deinde proferret maledictiones istas quæ sunt in litera super fœminam, & ipsa respondebat, postea autem scribebat eas in parua cartula, & dabat bibere fœminæ aquam cum lauisset primo cartulam in aqua ad delendum maledictiones ibi, & non sunt maledictiones istæ quæ scribuntur illæ quæ fuerant prolatæ super aquas, sed quę prolatæ sunt super fœminam.

Et delebit ea aquis amarissimis. Idest postquam scripserit in cartula recenter lauabit cartam, vt maneant nomina in aquis. Iosephus autem dicit, quòd solum scribebatur in cedula nomen Dei tetragrammaton, & diluebatur in aquis. Cęteræ autem maledictiones, quæ hic habentur proferebantur verbo, sed non consentit litera, quę dicit, quòd scribet ea, id est maledictiones istas in libello, vocatur autem carta illa libellus, quia paruus liber est. dicunt etiam aquæ istæ amarissimę ab effectu, vt declaratum est.

In quas maledicta congessit. Idest, quòd prius protulerat verba maledictionis super istas aquas. Aliæ namque erant maledictiones, quæ proferebantur primo super aquas, & alię quæ delebantur postea, quoniam istæ sunt maledictiones quæ proferuntur super fœminam, & distinguuntur a maledictionibus aquarum, vt declaratum fuit supra.

Et dabit ei bibere. Idest dabit sacerdos fœminę istas aquas maledictas ad bibendum, & tunc tollebat ei sacerdos vas cum farina ordeacea, quod tenebat in manu suscipiebatque aquas amarissimas, & bibebat, nec poterat effugere mulier quĩ biberet. nam si recusaret reputabatur adulterii rea, & lapidaretur.

Quas cũ exhauserit tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ. Idest, quando bibebat mulier istas aquas tollebatur sacrificium de manu eius, scilicet farina ordeacea. nec intelligendum est, quòd tollebatur postquam bibisset, sed quando bibitura erat. Nam non posset tenere aquas in manibus, vt biberet, & sacrificium simile, quia illud erat aliquanta pars farinæ in vase, scilicet vnum gomor. Sed intelligitur cum, idest quando, scilicet, quòd quando mulier bibitura esset tolleretur ei sacrificium de manibus. Vocatur autem sacrificium ista farina ordeacea, quia de illa pars cremanda erat in altari, & non erat aliquod alterum sacrificium de animalibus, scilicet holocaustum, vel hostia pro peccato, quia sola farina ordeacea iubetur offerri.

Et eleuabit illud coram Domino. Idest, sacerdos eleuabit istam farinam coram Domino, scilicet coram altari holocaustorum, vel coram ostio tabernaculi; ibi enim erat Deus specialiter, & erat ista eleuatio cęremonia sacrificiorum, nam etiam in sacrificiis de animalibus fiebat ista eleuatio, sicut patet in hostia pacifica, vt patet Leuitici cap. 7.

Imponetque super altare. Istud sacrificium de farina ponebatur super altare holocaustorum super parietẽ eius, tamen non cremabatur totum, sed solum vnum pugillum de eo, vt patet hic cum dicitur. ita dumtaxat, vt prius pugillũ sacrificij tollat de eo, quod offertur. nam nunquam totum sacrificium de simila pertinebat ad altare, sed vnus pugillus cremabatur. reliquum autem cedebat sacerdotibus, vt patet Leuit. c. 2. Sed ista impositio fiebat, vt videretur sanctificatum id quod residuum erat.

Ita dumtaxat, vt prius pugillum sacrificij tollat de eo, quod offertur. Idest priusquam omnia ista fiant debet tolli vnus pugillus de illa farina, vt cremetur super altare, hoc autem fiebat antequam aliquid de istis cęremonijs fieret, scilicet, cum primo duceret mulier farinã in Sanctuario. & dicitur de eo quod offertur, idest de illa farina ordeacea quę offertur, quia nihil aliud offerebatur.

Et incendat super altare. Idest faciat sacerdos cremari pugillum farinæ ordeaceę in igne altaris holocaustorum, & quantum ad istam partẽ erat sacrificium ista farina quę offerebatur. Si enim nihil de illa cremaretur super altare, non proprie vocaretur sacrificium, sed largissime, sicut vitula rufa, de qua nihil offerebatur intra Sanctuarium, nec cremabatur, quia extra castra immolabatur, & tota exurebatur, vt patet infra decimonono cap.

Et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Idest cum ista omnia fecerit dabit mulieri aquas amarissimas, vt patet, scilicet illas in quibus posite fuerunt maledictiones, & puluis, & in hoc declaratur id, quod supra dicebatur, scilicet, quòd prius sacerdos tulit sacrificiũ de manu mulieris, quam ipsa biberet aquas, quamquam litera superior videatur contrarium dicere, sed ista totaliter eam explanat.

Quas cum biberit. Hic ponitur pęna quę sequebatur in muliere bibente aquas, si esset rea adulterii, scilicet, quòd rumperetur venter putrescente fęmore.

Si mulier confiteretur peccatum suum postquam esset coram sacerdote antequam biberet de aquis, an cogeretur bibere, vel poterat recedere a viro solum perdens dotem.

Quæst. XXVIII.

SCIENDVM est, quòd aliqui dicunt, quòd quãdo diluebantur maledictiones in aqua, & nomen Domini, cogebatur mulier bibere aquas, & quamquam ipsa vellet confiteri non excusabatur quin biberet. si vero nondum essent deletæ maledictiones in aqua, & mulier vellet confiteri peccatum, non cogebatur bibere, nec etiam occidebatur pro confessione delicti, sed recedebat a viro perdens dotem poteratque alteri copulari, sicut cum apud nos aliqua fœmina fornicatur, & vir vult accusare eam de adulterio non ad mortem, sed ad thori separationem lucrabitur dotem, vt patet extra de dote post diuort. restit. per totum. Sed non potest vir copulari alteri matrimonialiter, nec fœmina, quia apud nos matrimonium ratum est, apud Iudæos autem, & infideles quamquam matrimonium earum sit, ratũ tamen non est, vt patet extra de diuortiis in cap. gaudemus.

Primum autem, quod dicunt Hebręi, scilicet, quòd postquam diluebatur nomen Domini in aquis cogebatur mulier bibere, & non poterat effugere etiam si confiteretur, dubium est: non. n. habet probationem. Nam satis fortè posset dici, q᷑ quandocunque mulier velit confiteri delictum, cessaretur ab his cęremonijs, quæ solum erant introductæ in defectum probationis criminis, de pœna tamen quæ daretur fœminæ, si

næ, si tunc confiteretur delictum non satis patet, sed posset aliqualiter dici, quòd esset pœna lapidationis, sicut si probaretur delictum per testes, vel aliàs per confessionem suam sine hac purgatione. sed in hoc non est multum insistendum. Secundum dictum eorum, scilicet quòd mulier confiteretur delictum antequam diueretur nomen Dei in aqua, quantum ad hanc partem satis rationabile est, sed quando adiungunt, quòd mulier sic confessa non occidebatur, sed recedebat à viro perdens dotem, non habet apparentiam. nam quantum ad hoc, quòd non occideretur satis est dubium, quamquam rationabiliter dici posset, quòd occideretur, sed dato quòd non occideretur non videtur verum, quòd ipsa perdens dotem posset recedere a viro & copulari alteri: hoc enim existeret si vir vellet lucrari dotem, & nollet vxorem. sed aliàs ipsa non poterat recedere, quia tunc sicut vir dat repudium vxori: ita vxor repudiaret virum. sed hoc non consentitur in lege. Solum enim permissum fuit viris ius repudiandarum vxorum, vt patet Deuter. 24. cap.

Occasione autem huius dicti Iudæi adiungunt alterum, scilicet quòd nullus in lege eorum occidebatur pro quocunque crimine etiam si confiteretur illud, nisi testibus probaretur, quod dicunt propter mulierem confitentem peccatum suum timore aquarum amarissimarum, quia illa si conuinceretur testibus de adulterio lapidaretur. Cum autem confessa est nullo teste conuicta, dicebant solum perdere dotem.

Sed hoc valde irrationabiliter dictum est. nam testes inducuntur in defectum probationis rectissimæ, quæ est confessio partis aduersæ. Nulla enim solidior probatio est quàm cum quis contra se deliberato animo aliquid confitetur: ista enim non potest præuaricari. Nam cum quilibet diligat se naturaliter in summo gradu, non confiteretur aliquid in dãnum suum, nisi cum veritatis vrgeret amor: testes autem corrumpi possunt, & errare multipliciter.

Ideo est magis standum confessioni cuiuslibet contra se, quàm testibus contra ipsum deponentibus.

Item contrarium reperitur in veteri testamento, scilicet quòd aliquis occiditur ex sua sola confessione nullo teste adiuncto, sicut patet de illo iuuene Amalechite, qui dixit se occidisse Saul, & propter hoc occidit eum Dauid, & dicitur ibidem. os enim tuum locutum est contra te, dicens occidi Saul. falsum est igitur, quod dicunt, scilicet quòd nullus cõdemnetur de quocunque crimine, & si sponte confiteatur, nisi testibus conuictus fuerit.

Si polluta est. Idest si mulier illa fuit coinquinata dormiendo cum altero viro, quod dicit coinquinationem, eo quòd peccatum est, & quia infringuntur ibi iura matrimonialia.

Et contempto viro adulterij rea. Idest & si contempsit virum & incidit in adulterium, ista omnia idem sunt. nam fœmina quæ polluta est, vt hic dicitur, ipsa est quæ contempsit virum: ipsa quoque adulterij rea, sed sunt omnes istæ conditiones peccati illius. Nam fœmina quæ adulterata est polluta est: etiam dicitur contempto viro, idest quòd ipsa adulterando contẽpsit virum: dicitur enim contempsisse, quia non curauit de obligatione quam habebat ad virum, nec de omnibus iuribus matrimonialibus: si enim curasset de viro obseruasset fœdera mrimonij. dicitur rea adulterij, quia verè adulterium perpetrauit.

Pertransibunt eam aquæ maledictionis. Ista pertransitio non solum est, quòd descendant aquæ in ventrẽ, quia in omnibus bibentibus hoc est, sed quòd transeant aquæ istæ per totum corpus, idest penetrent illud ad nocendum, sicut dicimus de venenis, quòd ipsa corpus penetrant, idest quòd per venas transeũt diffundendo se per corpus ad nocendum: ita de istis aquis fiebat, quia erant ad mortem fœminæ.

Et inflato ventre computrescit femur. Idest quòd si ista mulier erat rea adulterij inflabatur venter eius, sicut cum aliquis percussus est a vipera: totus enim inflatur fęmur etiam fęminæ, idest pars extrema ventris apud genitalia computrescebat atque putrebat, & viscera effundebantur. sic enim fęmina erat in maledictionem & exemplum, quia Deus eam occidebat.

Inflatio ventris mulieris an immediatè post aquæ potationem sequeretur. Quæst. XXIX.

DE hac punitione an immediatè fieret postquam mulier bibisset aquas, vel post aliquantum tempus, quidam dubitant.

Dicit enim Iosephus quòd non fiebat immediatè inflatio ventris, & putrefactio fęmoris, sed vsque ad decem menses si mulier peccasset.

Alij autẽ dicunt quòd immediatè fiebat, & erumpebant viscera mulieris: hoc autem magis consonat miraculosę operationi, quia Deus subito operatur: natura autem per successionem, ideo si post decem menses consequeretur ista pęnalitas, aliqui forte dubitarent an prouenisset ex Deo, vel ex altera causa. poterat nãque aliquid naturaliter euenire per quod putresceret fęmur, & inflaretur venter, atque viscera effunderentur, ideo putaretur a quibusdam naturaliter factum. Item dato quòd crederetur hoc venisse supernaturaliter, quia tamen tanto tempore proueniebat post istam purgationem non aduerteretur ad hoc, nec multum appenderetur diuinum miraculum: iam dum facta purgatio in obliuionem transisset. vnde non videretur esse conuenienter mulier illa posita in maledictionem, & exemplum omnium in populo Dei. supra tamen dicebatur quòd esset in exemplum. magis ergo videbatur quòd immediatè vel parum post bibitionem istarum aquarũ mulieri pęnalitates istæ prouenirent.

Considerandum autem quòd Deus hic propter duritiem cordis Iudæorum, & ad euitanda mala quæ ipsi facerent, puniebat quædam peccata, quæ aliàs nõ puniret. Non enim Deus infligit punitionem quandocunque fœmina adulteretur: quandocunque tamen conciperet vir suspitionem adulterij de fęmina, si verum esset, & subiret hanc probationem, infligebatur pęnalitas, quæ supra posita est à Deo. nam nisi Deus sic faceret Iudæi concepta zelotypia de vxore non habẽtes aliquam firmam probationem, aliquando occiderent illas. prouidit ergo Deus melius esse, vt solum nocentes iudicio suo punirẽtur, quam tam nocentes, quam innocentes virorum suspitione occiderentur, & ob hoc verè dicitur de hac lege, quòd ad duritiam cordis Iudæorum data est, idest quia ipsi erãt duri occisuri fęminas propter suspitionem, Deus permisit eis hanc purgationem.

An Iudæi cogentes vxores hanc purgationem subire peccarent. Et quare leges humanæ multa permittunt quæ peccata sunt. Quæst. XXX.

SED quæret aliquis an Iudæi cogentes vxores suas hanc purgationẽ subire, peccarent mortaliter. Aliquis respõdebit quòd sic, quia hoc erat malum, scilicet, velle per diuinum iudicium examinare veritatem omnium scelerum: ergo peccabant hoc efficientes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondebit aliquis, quòd hoc permittebat lex, F
ideo malum non erat, alioquin lex iniusta esset. Dicetur ad hoc, quòd non permittebat lex istud, & similia simpliciter, sed propter duritiam cordis Iudęorũ, scilicet ne occiderent vxores, sic dicitur de libello repudii, qui ad duritiam cordis eorum datus est, vt patet Matth. decimonono capitu. ideo malum esse videbatur. Item patet quoniam si ista mala non essent, nũc prohibita non forent, sed nunc prohibita sunt, quia non licent istę purgationes, nec libellus repudii, nec vsurę, & similia, quæ omnia erant in veteri testamento permissa.

Respondendum est, quòd ista mala sunt, & tamen permissa erant in veteri testamento, quia Iudæi erant G
viri imperfecti, & adhuc non assuefacti iugo legis spiritualis, quòd si omnia quæ mala erant prohiberentur eis, non possent sustinere legem, vnde ad maiora mala occasionem haberent. prouidit ergo Deus infirmitati eorum quædam eis mala permittendo, vt cętera bona quę iubebat obseruarent. lex autem noui testamenti non sic fuit, quia ipsa est pro viris perfectis. ideo omne malum eliminauit, nihil impium cõsentiens, & ideo bene arguitur, quòd vsura, & libellus repudii, & purgatio ista mala sint, quia in nouo testamento vetita sunt arguendo, simpliciter tamen ista Iudæis non erant mala quæ erant eis a Deo permissa.

Si tamen diceretur, quod permissa erant, & tamen H
mala erant, postquam permissa erant: sequeretur, quòd ista lex erat valde iniqua. decipere enim homines, quoniam ipsi putantes se per legem facere peccarent mortaliter. nullus autem maior error est. nam si non esset ista lex posita, aliqui de Iudæis qui erant viri boni ne peccarent, non cogerent vxores suas subire aliquam purgationem, nec etiam eas occiderẽt, nunc vero, quia lex ista posita erat, putantes sibi licere, cogerent vxores ad hanc purgationem, & peccarent mortaliter frequentissime, qui alias peccaturi non essent, nisi lege ista posita.

Opi. Doc. Ideo dicendum est, quòd quęcunque in lege erant
permissa, quamquam ipsa secundum se mala essent, permissio tamen Dei ea licita faciebat, non quidem, I
quòd isti vtẽtes his legibus aliquod obsequium Deo per eas impenderent, magis enim Deo famularẽtur, si non vterentur eis, sed quòd isti non incurrerent aliquod peccatum vtendo his legibus.

Sic enim de vsura dicitur, quòd Iudæi dantes ad vsuram tempore veteris testamenti, scilicet vsque ad Christi mortem, & publicatum Euangeliũ, nihil peccarent, scilicet, si darent secundum formã quæ habetur Deuteronomij vigesimoquarto capitu. Nunc vero quęcunque ad vsuram dent, mortaliter peccant, quia illa lex iam expirauit. idem dicendum est de repudiantibus vxores.

Sed obiicietur, quòd quamquã ista permissa erant, non propter hoc erant licita. Nam leges humanæ permittunt fornicationem simplicem, & quędam K
alia, tamen ista illicita sunt.

Ad hoc responderi posset, quòd leges humanę rectę ista non permittunt tanquam approbent, sed ea non puniunt: nam si conarentur punire, totus status politicus breuiter subuertendus foret.

Aliter potest dici, quòd dato, quòd leges humanæ directe ista permittant, tamen non colligitur quin ista sint peccatum. Causa est, quia dispensare in eo, quod malum est, quòd non sit malum, pertinet ad illum respectum, cuius, quæ fiunt, bona vel mala sunt. Isti autem non sunt legislatores humani, quia quamquam ipsi non imputent hoc peccatum ad pœnam remittentes omnem eius punitionem, tamen non tollitur, quin Deus talia facta ad pœnam imputet pro futuro
seculo, & aliquando pro presenti. ideo nullus est cui sit potestas faciendi actum alias illicitum esse licitum, nisi Deus qui legislator est habens punitionem hic, & in futuro, & respectu cuius actus boni, vel mali sunt, si igitur ipse per legem suam dispensauerit aliquem actum qui alias malus erat bonum esse, iam ille actus non erit malus, idest nõ offendetur Deus per illum, nec etiam imputabitur ad pœnam ęternam, vel temporalem. sed Deus hic per legem suam dispensabat in istis actibus, scilicet vsura, & libello repudii, & purgatione, quòd essent liciti. ergo facientes non peccarent. Et cum arguitur de dicto Christi, scilicet, q ad duritiam cordis Iudęorum ista permissa sunt, non est sensus ex hoc, quòd peccarent Iudæi in faciendo, vel quòd propter duritiem cordis sui ista facerent, sed est sensus, quòd Deus non permisisset eis facere ista, nisi essent duri corde, & hoc verum est: tamẽ quamquam a principio permissa sunt propter duritiã, postquam tamen permissa erant, ita licita erant ac si ex alia causa permitterentur.

Item patet magis, quòd vir cogens vxorem subire hanc purgationem nihil peccabat, quia dicitur infra. & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam: ecce dicit esse maritum sine culpa cum cogit vxorem ad hanc purgationem.

Et sciendum, quòd non solum vir erat sine culpa, quando fęminam cogebat subire purgationem hanc si vere peccasset, sed etiam si non peccasset, dum tamen vir haberet aliquam rationabilem præsumptionem, per quam concitaretur contra fœminam ad suspitionem, & tamen si aliquando leuis est suspitio, nõ propter hoc sequebatur virum peccare, quia ista lex data erat ad subleuandam infirmitatem Iudæorum.

Eritque mulier in maledictionem. Idest ista mulier erit maledicta. quilibet enim qui punitur vocatur maledictus, idest diminutus a bono. maledictio namque importat diminutionem. Et benedictio augmentum, vt patet secunda ad Corinth. capitulo nono. Et sic de omni pœna maledictionem prędicamus. sic dicitur Deuteronomij vigesimo primo capit. maledictus homo qui pendet in ligno. vel dicitur, quòd erit in maledictionem, idest in formã, vel exemplum maledicẽdi. sicut supra declaratum est. Nam illi qui valde maledicti sunt ponuntur in forma maledicendi, cum alicui maledicere volumus.

Et exemplum omni populo. Idest ista mulier sic punita erit in exemplum omni populo, idest omnibus aliis mulieribus, ne similia faciant propter pœnam Dei apparentem in ea.

Quod si polluta non fuerit. Idest, si non fuerit mulier rea adulterii, sicut vir suspicatur.

Erit innoxia. Idest non nocebunt ei istę aquæ, neque putrescet fœmur, nec inflabitur venter, sed vt prius erit.

Et faciet liberos. Idest Deus dabit isti mulieri, quòd gignat filios, quasi dicat, si ante sterilis erat, vel rarissime concipiebat, Deus dabit ei, quòd multos concipiat.

An mulieribus quæ erant innoxiæ in hac purgatione, dabatur fœcunditas prolis, & an conciperent sine semine, vt Iudæi dicunt. Et quòd mulieres diceban tur fœlices per fœcunditatem.
Quæst. XXXI.

DABAT autem Deus mulieri hoc bonum, quia ipsa passa fuerat verecundiã, & dehonestationẽ in purgatione, quam subierat nihil horum merita. &

& hoc fiebat propter legem Dei. ideo Deus dabat in A
satisfactionem pœnæ præteritæ bonum fecunditatis, & hoc conuenienter factum erat, quia si mulier peccauisset punienda erat in ventre, & femore, scilicet quòd femore putrescente, venter rumperetur. ideo rationabile erat, quòd si non peccasset haberet bonum in ventre, quod est bonum fœcunditatis.

Item Deus dabat fœcunditatem fęminæ isti, quia antiquitus nullum maius bonum reputabatur in fęmina, quàm quòd esset in prole fecunda. Ex hoc enim fœminæ se fœlices æstimabant, quòd plurimos peperissent. Sic enim dixit Lia quando habuit quatuor filios suos, & duos de ancilla sua, quòd ipsa erat ex hoc beata. Vocauitque filium illum Aser, B
qui hebraicè beatitudo dicitur, sic patet Genes. trigesimo capitulo, cum dicitur peperitque Zelpha alterum, dixitque Lia hoc pro beatitudine mea. beatam quippe me dicent omnes generationes propterea appellauit eum Aser.

Opinio Hebræorum, quòd mulier concipere potest sine semine.
Quæst. XXXII.

HEBRAEI autem dicunt, quòd ista fœmina quæ innoxia erat postquàm subijsset hanc purgationem faciebat liberos, idest gignebat filios sine semine, vel saltem primum filiorum suorum post purgationem illam con C
cipiebat sine semine.

Et hoc quidem Deo, neque impossibile, neque difficile est: sed nullo tempore tale fatebor, nec aliquis Christianus concedere debet, quòd aliqua pręter Mariam sine semine conceperit. Nulla enim Hebræa muliercula Dominæ nostræ in hoc comparanda est, quia multum repugnat dignitati Messiæ, quòd aliquis ei æqualis in natiuitate fuerit. Item quia nos distinguimus quatuor modos humanæ generationis, siue formationis, quorum quartus est ex sola fœmina sine viro, & hunc soli Messiæ attribuimus. absit ergo vt diminuamus gloriam nostram, similia in alijs Iudæis constituentes.

Item repugnat hoc sacræ scripturæ, quæ solum D
Messiam sic natum vult. vt patet Hierem. capitulo trigesimoprimo, scilicet nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum. quod intelligitur de Christi conceptione. ipsum enim fœmina circundedit, idest totum esse secundum substantiam corporalem tribuit ei fœmina mater, & nihil suscepit a viro, sicut in alijs generationibus est.

Item repugnat hoc dicto Esa. capitulo septimo. vbi dixit. Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Dixit enim hoc signum esse, & aliquid valde speciale, & mirabile. Si tamen fœminæ quæ subibant hanc purgationem, & E
erant innocentes parerent filios sine semine, iam hoc in tanta temporum diuturnitate frequentissimè euenissent. vnde nec esset signum, sicut ait Esa. nec aliquid nouum, sicut dicit Hieremia.

Item patet non esse verisimile, quia si Iudæi vidissent quomodo mulieres expertæ hanc purgationem innocentes conciperent filios sine semine, nulla sibi difficultas esset ad credendum, quòd Domina nostra virgo conceperit. huic tamen difficillimum assenti re putant: ideo nihil tale vnquam viderunt. Sed ista sunt ridicula & ficta, sicut ipsi plurima alia confinxerunt. solum ergo fœmina dicebatur facere liberos, quia fœcundior erat quàm prius, vel si primo esset pure sterilis, nunc abundabat in fętu.

Ista est lex zelotipiæ. Hic ponitur epilogus præcedentium, & causa eorum, & dicitur quòd ista, scilicet, quæ prępositа est lex zelotypiæ, idest lex per quã inquiri debet an vera sit suspitio, quam concepit vir de fœmina, quæ vocatur zelotypia.

Si declinauerit mulier à viro suo. Idest si fornicata fuerit, quod est declinare a viro. debent enim sibi conuges fidem quantum ad carnalem commixtionem, ne alijs misceantur. Cum igitur fœmina alteri quàm viro suo commiscetur, dicitur ab eo declinare, & nõ solum intelligendum est quando fœmina verè declinauit a viro, sed quandocunque creditur declinasse. Nam hic non est manifestum an declinauerit, quia hoc inquiritur, ideo cum suspicatur vir eam declinasse, dicitur hic declinasse, & posset tamen intelligi hoc in casu, quando verè fœmina declinauit, & hoc propter clausulam, quæ infra habetur, scilicet, quòd maritus erit absque culpa & illa recipiet iniquitatem suam. Illud tamen de vero peccato intelligitur.

Et si polluta fuerit. Idem est declinare a viro & polui. vtrumque enim significat fœminam adulteratam fore. Sed duplicantur verba, sicut supra dictum est.

Maritusque zelotypiæ spiritu concitatus. Idest & maritus fuerit concitatus contra ipsam spiritu zelotypiæ, idest suspitione de adulterio. vocatur enim spiritus quilibet instinctus vel pulsatio, & pertinet ad omnia quæ mouentur a seipsis, de quo supra magis declaratum est. zelotypia est ipsa suspitio, & dicitur figura zelotypiæ, idest figura amoris, quia qui suspicatur aliquid sinistre de vxore, & ex hoc anxiatur, videtur diligere: aliquin enim non curaret an fornicaretur. Non est tamen zelotypia semper verus zelus, idest amor. ideo vocata est typus zeli, idest figura, quia semper amorem figurat: licet illud non semper gerat. Spiritus quid dicatur.

Adduxerit eam in conspectu Domini. Idest si vir propter zelotypiam adduxerit mulierem in conspectu Domini, idest intra atrium ad ostium tabernaculi, vbi dicitur esse Deus, & hoc vt præsentet eam sacerdoti ad faciendum cęremonias, quæ supra habentur, & dicitur quòd vir adducat eam, quia non erat in potestate fœminæ adduci vel non adduci. Sed vir poterat eam cogere ad eundum illuc. vel dicitur quòd vir adducet eam, quia fęminæ non ibant libenter ad subeundum istam purgationem. Nam si erant nocentes reperiebatur culpa earum: si autem innoxiæ saltem dehonestabantur, quia discooperiebantur capita earum in sanctuario, & dabatur illis aqua cum puluere ad bibendum, vt patet supra. ideo fęminæ non ibant, sed ducebantur a viris.

Et fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt. Idest quòd sacerdos faciet pro purgatione huius fęminæ omnes cæremonias, quæ supra habentur.

Maritus absque culpa erit. Idest nihil peccabit vir, quamquam adduxerit fęminam, & ipsa mortua fuerit. nam Deus permiserat hanc purgationem, & ipse dabat pœnam quæcunque inde sequeretur. ideo ad virum nihil pertinebat. Si autem dicatur quòd ista illicita sunt nobis, ideo peccabant Iudæi faciendo. Respondendum est, vt supra fuit responsum.

Et illa recipiet iniquitatem suam. Idest fœmina tunc punietur pro peccato suo recipiendo a Deo punitionem iuxta ea quæ supra dicta sunt. Sciendum quòd tota ista litera ab illo loco.

Ista est lex zelotypiæ. potest dupliciter legi. Vno modo, quòd sit recapitulatio præcedentium: & tũc est sensus, quòd illa quæ supra fuit est lex zelotypiæ; & ista est, si declinauerit mulier a viro suo, & si polluta fuerit, quia tunc adducetur in conspectũ Dñi, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic continuetur tota litera. Alio modo potest esse sensus, quòd solum illa particula, scilicet. *Ista est lex zelotypiæ*. Sit epilogus precedentium, & omnia alia quæ sequuntur, scilicet, si declinauerit mulieri a viro suo vsque ad finem ca. pertineant ad quendam casum specialem declarandum.

Est autem casus, quòd cum vir cogat vxorem ad hanc purgationem, & ipsa aliquando moriatur, dubitaretur an esset ibi peccatum viri, qui eam compulerit ad id per quod mortua est, & tunc respõdet Dominus in hac litera tota, scilicet, si declinauerit mulier a viro suo, ideſt si verum est, quòd declinauit, & polluta fuit, & maritus concitatus suspitione adduxerit eam ad sacerdotem, & ipse fecerit omnia quæ scripta sunt hic: quamquam mulier moriatur, maritus absque culpa est, & mulier recipit pœnam iniquitatis suę, & iste est proprius sensus literę.

Ratio huius est, quia quando obseruantur omnes istę cęremonię, & mulier moritur nõ perit opere hominum, sed Dei iudicio. maritus ergo absq; culpa est. & hoc positum fuit specialiter magis hic, quam de vsuris, & de libello repudij, nam illa mala erant, & faciebant homines ea Deo permittente. dubitaret ergo aliquis, an peccarent, nihil tamen ibi ponitur, quia dare ad vsuram, vel repudiare vxorem non est de maximis nocumentis, mors autem quæ inducebatur per hanc purgationem est vltimum terribilium, ideo fuit hic maior causa determinandi, quam in aliis. & tamen etiam si hoc non poneretur manifestum erat virum non peccare, quia poterat vir facere vxorem lapidari si eam testibus conuinceret adulterii rea. Cum ergo nunc Deus permitteret hanc purgationem tanquam probationẽ criminis, licebat viro probare vxorem suam hoc modo ream, & si inde aliqua pœna sequeretur, non erat ei illicitum, quod tam alio modo licuisset.

CAP. VI.

Ritus Nazaræorũ. 35.di. §.1. & c. vinolentum.

LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen dicens. Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Vir siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare a vino, & omni, quod inebriare potest abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur non bibent, vuas recentes siccasque non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur, quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedẽt. Omni tẽpore separationis suę nouacula non transibit per caput eius vsq; ad completum diem quo domino consecratur. Sanctus erit crescente cęsarie capitis eius.

Locutusque. Positis quibusdam ad mali euitationem hic sequuntur quædam aliæ leges ad cultus diuini augmentationem, scilicet de voto Nazaręorum.

Nazaræi q̃ dicebant,

Erant enim Nazarei inter Iudæos specialiter Deo consecrati, & abstinentes a multis, sicut nũc in religiosis est qui strictiorem vitam habent, quam illi qui in seculo sunt. id autem, quod facere debebant Nazarei habetur infra in litera.

Erant autem isti duplices, quia quidam habebant votum perpetuum, in alijs autem ista segregatio erat temporalis. in eis uero qui perpetuum votum obseruabant, non fiebant omnes cęremonię quę hic habẽtur, sed in eis qui temporaliter obseruabant hoc. Ista lex est proprie de Nazarei temporalibus. dicũtur autem Nazarei, ideſt segregati. descendit hoc nomen a vocabulo Hebraico, quod ipsi ponunt hic, scilicet nazir, ideſt segregatus. Cum autem vertitur in formam latinam, & declinationẽ dr Nazaręus. Et ponũtur hic quatuor. primo ponitur modus promissionis. secũdo modus obseruationis. tertiò status professionis. quartò modus benedictionis. Secunda ibi. *Omni tempore*. Tertia ibi. *Ista est lex consecrationis*. Quarta ibi. *Locutus est*.

Circa primum. *Locutusque est dominus ad Moysen*. Ista lex fuit data in monte Sinai, & omnes quæ habentur infra vsque ad decimũ capitu. non constat tamen, an ista immediate data fuerit post precedentes. Satis enim dici potest, quòd fuerit data immediate, quia cũ in monte Sinai facta, & dicta sint omnia quæ habẽtur a principio istius libri vsque ad decimũ capitu. inclusiue: & fiunt dicta, & facta in viginti diebus. nam a principio mensis secundi, anni secundi egressionis de Aegypto incepta sunt quę habentur supra capitu. primo, & in die vigesimo recesserunt Israelitæ de Aegypto, vt patet infra decimo cap. non potuit ergo distare vna lex istarum ab altera multis diebus, sed fortè simul dicte sunt lex quę habetur hic, & quę habetur precedenti capit. Fuit autem data ista lex ad Moysen, quia Deus per se nihil populo loquebatur, sed mediante Moyse. petiuerat enim populus, vt nunquam amplius audirent vocem Domini ne morerentur, vt patet Exodi capitu. vigesimo, & Deuteronomii capitu. quinto. Et sic Deus eis concessit, vt patet Deuteronom. decimo octauo capit. Ratio autem quare non fuerit eis Deus locutus, nisi in datione decalogi, posita fuit Exodi capitulo 20.

Loquere ad filios Israel. Quia postquam Deus dicebat ista Moysi præponebat ipse toti populo. & dicitur ad filios Israel, ideſt ad omnes Israelitas, quia istud votũ Nazaręorum cuilibet de populo poterat conueniri, siue sacerdoti, siue non sacerdoti, siue viro, siue fœminæ. vt patet infra immediate. Aliquando autem dicitur in quibusdam legibus. loquere ad Aaron, & filios eius, quia ille leges solum conueniebant actibus sacerdotum. Cum vero totius multitudinis actus legeret dicebatur loquere ad filios Israel.

Vir siue mulier.

Nazaræi quomodo consecrabantur. Nulli fœminæ conceditur status ordinis ministrationis, nec prælaturæ. Et quòd secundum diuersitatem ministrationum poterant diuersi ad eas se vouere.
Quæst. I.

IN hoc declaratur, quòd quilibet poterat facere istud votum Nazaręorum, se consecrando Domino, siue vir, siue mulier, quia non importat aliquem ordinem, vel specialem ministrationem aut prelationem. nam hęc ad viros solos pertinent, nulli enim fœminæ character ordinis imprimitur, nec eis administratio pmittitur. Et in veteri testõ non erat proprie ordo. ipsæ ministrationes sacerdotales, & Leuiticæ non ptinebant ad fœminas, sed solis viris. Status ẽt prælationis nulli fœminę, tam in veteri, quã in nouo testamento concessus est. Nã claues ligandi & soluendi non fuissent datæ beato Petro a Christo in exordio veteris testamenti, sed beatę Virgini, quæ erat excellentior, si licuisset fœminis habere statum ecclesiasticæ prælationis. sic habetur extra de pe. & remi. capitu. noua quædam. vbi Papa dicit se mirari de quadam Abbatissa, quæ monachas sibi confitentes absoluebat. Dicit enim quòd claues ligandi & soluendi non sunt apud fœminas. nam quamq̃ beata Virgo cũctis Apostolis sanctior fuerit: non tñ ei, sed beato Petro claues ligandi & soluendi collatæ sunt. hoc autem Nazaręorum votum non dicebat aliquã potestatem spiritualem, sed solam abstinentiam a quibusdam quæ alijs licita erant, & ad hoc quilibet sufficit, sicut quilibet potest vouere ieiunare vel ingredi religionem.

Cum fecerint votum sanctificentur. Ideſt cum vir vel mulier vouerent se sanctificare dicebatur, q̃ vouebant se sanctificare. i. specialiter applicare ad cultum Dei.

Sed obijcietur q̃ nemo posset vouere se sanctificare, quia sanctificatio erat ad specialem applicationẽ ad Deum: ista tamen non conueniebat omnibus, sed solis sacerdotibus, & Leuitis, qui ministrabant in aliqua speciali operatione.

Respondendum est, q̃ aliquę erant ministrationes quæ solis sacerdotibus conueniebant, & ad istas nemo se poterat vouere, nisi esset sacerdos, sicut facere sacrificium, & offerre incensum, atque similã. ideo si quis conaretur accedere ad has ministrationes occideretur, vt patet supra 3. & infra 18. cap. Eodem modo de Leuitis erat, qui habebant alias speciales ministrationes, de quibus supra 1.3. & 4. cap. Ad has autẽ nemo de popularibus se vouebant, nec votum Nazareorum erat ad hoc: sed cum quis se consecrabat in Nazareum applicabat se Domino non ad aliquam ministrationem sacerdotalem, vel Leuiticam, sed solum vt abstineret a quibusdam propter Deum, a quibus alij non abstinebant, quæ omnia habentur infra in litera. & nihil de his pertinebat ad ritum sacerdotalem, vel Leuiticum, sed ipsi sacerdotes vel Leuitæ poterant hoc vouere.

An qui se voto Nazareorum consecrabant debebant seruare istas cæremonias, vel poterant se redimere dando certam pecuniam, sicut in alijs votis. Et quòd votum tenebat si de conuenientibus factum esset, aliàs non.
Quæst. II.

SED adhuc quæret aliquis de hoc voto Nazareorum, quia infra dicitur, q̃ si se sic consecrabant debebãt obseruare quædam, quæ hic habentur. Et videtur q̃ non: quia quandocunq; aliqs se vouebat Deo in veteri testamento non trãsibat in ministrationem eius, vel cultum aliquem specialem, sed esset de Leuitis: sed solum dabat pro se certam pecuniã, & redimebatur ab obligatione quã incurrerat per votum. sic patet Leui. 27. cap. vbi taxatur precium omnium se vouentium Deo secundum diuersitatem ætatum, & sexus. Nam pro quibusdam tres sicli, pro alijs 5. pro alijs 10. & sic vario modo dant. Sed illi qui efficiebantur Nazarei vouebant se Domino, vt patet hic. ergo non debebant obseruare aliquas cæremonias, sed dare pecuniam ad se redimendum.

Respondendum est, quòd quando aliquis se vouebat Deo in veteri testamento, aut vouebat se ad aliquem actum specialem siue tẽporalem, siue perpetuum, vel vouebat se simpliciter dicens, ego voueo me Deo nihil vltra addens. Si primo modo, aut ille actus erat talis qui conueniebat omnibus, siue sacerdotibus, siue non sacerdotibus. Si autem conueniebat omnibus, tenebatur quilibet illum exequi, vt siquis voueret se ad ieiunandum vel ad faciendum aliquem laborem similem: & isto modo erat votum Nazaręorum, quia committebatur ibi quidam actus, vel status, qui competebat omnibus siue sacerdotibus, siue non. Si autem ille actus esset talis qui soli sacerdoti conueniebat, non poterat eum vouere, nisi ille qui erat sacerdos: & dato quòd voueret non tenebat votum, nec admitteretur ad executionem eius, quamquam ipse impossibile vellet: velut si quis nunc pure laicus non habens aliquem ordinem voueret se ad dicẽdum hodie missam. Erat enim talis actus sibi illicitus, ideo nõ tenebat votum. Si autem ille qui se vouebat simpliciter se vouebat, dicens ego voueo me Deo, nihil addens. Aut erat Leuita, vel sacerdos, vel aliquis de popularibus. Si primo modo ille manebat in ministerio diuino specialius quàm ante, quia solum obligabantur ante huiusmodi Leuitæ vel sacerdotes ministrare corã Domino: non tamen semper, sed suis diebus. nunc vero obligabatur semper manere coram Domino. De hoc magis fuit declaratum Leuit. cap. vlt. Si autem ille qui se sic vouebat erat laicus, nõ poterat transire in aliquod ministerium Dei, sed dabat pro se certam pecuniam secundum varietatem ætatis, & sexus, vt patet Leui. cap. 27.

In voto autem Nazaręorum non erat sic: quia nõ vouebat se Nazaręus Deo simpliciter dicens. ego voueo me Deo, ad hoc quòd esset res vel possessio Dei, sicut dicimus: ego voueo istam domum Deo, sed promittebat vel dedicabat actum suum Deo, s. abstinentiam illam quam faciebat ab eis, quæ infra exprimuntur, ideo hoc licitum erat, nec erat mutãdum in pecunias, sicut vota quæ habentur Leuit. c. 27. immo si aliquis emittebat votum Nazaręorum in perpetuũ, vel pro aliquo tempore, & postea vellet dare pecuniam, vt non coheretur implere votum, non recipiebatur commutatio, sicut siquis voueret se futurum religiosum non poterat commutari hoc votum in eleemosynas. Erat autem causa huius, quia illi qui se vouebant Deo redimebantur quando ipsi simpliciter erant obligati Deo, tanquam aliqua res, vel possessio eius, & non poterant transire in aliquem actũ conuenientem diuino cultui specialiter. Cum tamen aliquis emittebat votum Nazaręorum nõ erat ipse obligatus Deo, tanquam res, vel possessio illius, sed solum obligabat se ad actum illum, ideo non poterat fieri commutatio in pecunia pro isto voto.

Et se voluerint Domino consecrare. Ideſt si vir vel mulier voluerint se consecrare Deo, ideſt dedicare se, vel exponere se ad cultum illius: non tamen est intelligendum quòd consecrarent se ad aliquod ministerium speciale Dei, quia istud pertinebat ad solos sacerdotes & Leuitas, sed consecrabant se ad quendam statum, vel modum viuendi propter Deum, qui erat strictior modo viuendi laicorum, & cæterorum hominum. quælibet autem applicatio specialis ad Deum consecratio dicitur. *A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt*.

Nazaræi abstinebant a vino. Et vini abstinentia quare iubebatur & omnium inebriantium. Et quòd Nazarei strictiorem habebant statum sacerdotibus veteris testamenti.
Quæst. III.

PRIMVM quod obseruabant Nazarei, erat quòd toto tempore quo perseuerabant in hoc voto abstinerẽt a vino & ab omni inebriatiuo: & hoc siue votũ esset tpale, siue ad sempiternũ. Dicebat. n. supra q̃ votũ Nazaręorum

cum

Universidad de Deusto Biblioteca

Cum erat temporale regulabatur his legibus. cum erat sempiternum habebat alias leges.

Dicendum tamen est, quòd istę conditiones quę ꝑtinent ad abstinentiam, s. ꝙ non bibat vinum, nec vuas comedat, nec radat capillos, & similia quæ habentur hic pertinebāt ad Nazaręos, tam temporales quā sempiternos: sed sacrificia, & alia remedia quę infra habētur solum pertinebant Nazaręis temporalibus, eo ꝙ illa fiebant cum complebatur votum. Sed in sempiternis nunquam complebatur, nisi per mortem: ea tamē quę ad statum pertinent, eadem illis sunt.

Iubetur autem hic abstinētia a vino, & ab omni inebriatiuo. cuius causa est, quia isti qui cōsecrantur Deo per votum Nazaręorū debent specialiter vacare Deo cauendo aliorum vitia, & contemplationi specialiter insistendo: vinum tamen vtrūque tollit, nam luxuriosa res est vinum, & contumeliosa ebrietas, qui his immiscetur non erit sapiens, vt patet Prouerb. 20. cap. & Hieronymus ait, venter mero ęstuans cito despumat, in libidinem, & vbi ebrietas ibi libido dominatur, & furor. hæc autem vitia maxime cōmaculant, & hominem vilem faciunt, quod nō pertinet ad specialiter Deo consecratos, nec solum hoc, immo qui ebriosus est, vel qui luxurię vacat, & consequenti ex ebrietate, non potest alicui virtuti adhęrere, vt patet in prędicta auctoritate, s. qui his immiscetur nō erit sapiens. sumit autem ibi sapiens pro virtuoso, sicut vtitur Aristo. in 2. Ethic. & ferè in omnibus moralibus libris, & Seneca vbicunque loquatur.

Item vinum tollit contemplationem. Nam cū contemplatio sit actus rationis mentis eleuatę in Deum, & vinum deprimat intellectum non poterit vino studens speculationi vacare, nec etiam solum in his prohibetur vinum propter luxuriam, vel ebrietatem, propter quę vetuit Apostolus ad Ephes. cap. 6. s. nolite inebriari vino in quo est luxuria. Sed etiam quia abstinentes a vino acutiores ingenio sunt, quia est phātasia eorum semper temperata. sic dicitur Eccle. c. 2. Cogitaui corpus meum abstinere a vino, vt animam meam trāsferrem ad sapientiam, & sic videtur, quòd per abstinentiam a vino sapientior homo sit, & aptior ad speculationem.

Causa tamen potissima est huius abstinentię a vino, quia qui nunquam bibit nō inebriatur, qui vero bibit, & si temperatus sit, aliquando tamē in ebrietatem incurrere potest. In hoc autem erat status Nazaręorum excellentior, aut saltem strictior statu sacerdotali, quia sacerdotibus licebat bibere vinum semper, nisi tempore quo ministrabant, & erant in Sanctuario. sic patet Leui. c. 10. scilicet, dixit quoque Dominus ad Aaron vinum, & omne quod inebriare potest non bibetis tu, & filij tui, quando intratis tabernaculum Domini, ne moriamini, quia pręceptum sempiternum est in generationes vestras, & vt habeatis scientias discernēdi inter sanctum & prophanum, inter pollutū & mundum. Idem patet Ezech. 44. cap. s. & vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atriū interius. Cum vero non ministrabant isti, licebat eis bibere vinum, & quicquid vellent: Nazaręis autem nunquam licebat toto tempore quo durabat votum. ergo erat strictior status eorum.

Inebriātia pręter vinū multa.

Et omni quod inebriari potest. Non solum Nazaręi cogebantur abstinere a vino, sed etiam ab omnibus inebriatiuis: quoniam quidam succi sunt, qui inebriant, sicut sicera, quę de pomis exprimitur. Sic autem, & de multis alijs rebus exprimuntur succi, qui vini similitudinem pręferunt, & ebrietatem causant.

Ab his ergo abstinere cogebantur Nazaręi. Sunt etiam cibi quidam ebrietatem causantes, sicut est palma Aegyptia. Fructus enim illius si comedatur nondū F maturus tollit sitim, si autem post maturitatem sumatur tollit sensationem, & impedit ambulationem, linguam retardat, & ebrietatis vitium imitatur. sic ait Solinus in Polyhistorum, ca. de Aegypto.

Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione. Idest, non bibēt Nazaręi acetum factum ex vino, & ex qualibet alia potione, quę habeat nomen, vel efficaciam aliam vini. acetum enim in specie differt a vino. fit tamen de vino, quia vinum cum corrumpitur acetum fit, sicut homo cum moritur cadauer gignitur: & tamē manet differentia in specie, vel magis inter vinum, & acetum sicut inter hominem, & cadauer. prohibetur tamen acetum, quia licet non sit vinum, manēt tamen in eo G aliquę qualitates vini. vnde inebriare potest. sicut in corpore viuo & mortuo, manent aliquę qualitates similes. nam in genito & corrupto manent symbola, i. quædam qualitates similes, iuxta Aristotel. secundo, de Generatione & corruptione. vetatur ergo acetum ne aliquam ebrietatem inducat, vel ne bibendo acetū inducantur ad bibendum vinum.

Et quicquid de vua exprimitur non bibant. Idest, siue aliquis succus exprimatur de vua, qui non sit ad faciendum vinum, sed ad aliqua alia condimenta, adhuc nō licebat sumere de illo, quia ibi maneret aliqua vis vini, vel ne inducerentur ad vinum bibēdum. in hoc enim multum insistitur, cum etiam acetum ex qualibet alia H potione vetetur. quęlibet enim potio, quę vinum est, vel similitudinem vini in aliquo exprimit, quando est in suis qualitatibus habet nomen suum, cum vero mutatur ab illis acetum dicitur, quia transit in quendam saporem acutum, qui pertinet ad acetum. eodē modo si exprimeretur de vua antequam esset matura aliquis succus, qui non esset vinum, nec acetum: tamen adhuc illicitum erat Nazaręis talem succum bibere.

Vuas recentes siccasque non comedent. Hoc iubebatur ne daretur Nazaręis occasio ad infringēdum votum bibendo vinum. Nam capti dulcedine fructus inducerentur ad bibendum de vino. vuæ tamen, siue recentes, siue siccę non habent vim inebriatiuam, sed tollebatur occasio, sicut in fermentato, quantum ad obseruationem Paschalem. Iubebatur enim, quòd I Iudæi in septem diebus non comederent de fermentatis, & quia si in domo esset panis fermentatus inducerentur aliqui ad comedendum de eo, vetitum est ne in diebus illis esset fermentum in domo, sed antequam inciperet solennitas Paschalis excludebant omne fermentatum de domo, vt patet Exodi capit. duodecimo.

Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur. Idest omnia ista quę supra dicta sunt obseruabunt Nazaræi toto tempore consecrationis suæ, scilicet, quandiu durat votum. hoc videtur intelligi de temporali consecratione, sed non solum de hac, sed etiam de illa quæ erat sempiterna, intelligitur, & tamen isti rari erant.

K *Quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedent.* Hic datur regula generalis circa ea quę nascuntur in vinea, scilicet, quòd essent illicita Nazaręis, siue essent vuę, siue vinum, vel quilibet succus inde expressus. & vt videatur excludere omnia alia, quæ magis ad vinum pertinent, expressit de vua passa, & de acino. vua enim passa modicum habet vinositatis, cum iam sit desiccatus humor eius substantialis, qui defluxurus erat in vinum manēte sola carnositate eius, quæ ad cibum magis pertinet quàm ad potum, sed hæc quoque illicita erat Nazaręis: acinum autem dicitur folliculus vuæ, vel quicquid restat de ea, postquam totum vinum effluxerit, & hoc etiam non licebat Nazaręis in cibum, vnde in Hebræo dicitur.

A fol-

A folliculo vsque ad granula. Idest nec comedent A Nazaręi folliculum vuæ, nec granula eius, & hoc vt excludatur totum, quod in vua, & ab vua est.

Omni tempore separationis suæ. Hic ponitur secundū huius cap. de quadam separatione speciali Nazaręorum in ritibus, & hoc non pertinet ad cibū, sed quantum ad alios actus, & dicitur omni tempore separationis, idest omni tempore, quo iste vouens separatus est a cęteris hominibus in modo vouendi. Nazaręus enim nihil aliud signat, nisi separatum, & qa isti obseruantes cęremonias, quæ hic habentur erant a reliquo populo distincti in modo viuēdi, dicebantur segregati, & totum tempus durationis voti vocabatur tempus separationis. Est enim istud nomen commune apud Hebræos ꝓ omnibus rebus separatis ab B alijs, sicut istud nomen segregatus apud Latinos, sic patet Deuterono. capi. 33. vbi Ioseph vocatur Nazaręus inter fratres suos, idest segregatus ab eis in segregatione.

Nouacula non transibit per caput eius. Idest iste, qui Nazaręus est nō tondebitur, nec abscindetur aliquid de capillis eius.

Quare Nazaræus non tondebatur toto tempore voti. Et quòd in capillorum, et aliorum pilorum tonsione diuersa obseruantia erat Quæst. IIII.

HOc autem fiebat, vt completo tempore cōsecrationis huius Nazaręi cremarētur C capilli eius super altare. Nam sicut cremabatur Domino sacrificium de animalibus in altari, ita & capilli istius cremabantur, vt patet infra, vel fiebat hoc ad repugnandum speclaliter idolatriæ: nam idolatrę radebant barbam, & capillos capitis, vt patet in epistola Hieremiæ ad captiuos in Babylonia, quam continet sextum ca. Baruch Prophetæ. sed prima ratio melior est. Nam aliquando Deus mandabit tonderi caput, & omnes pilos corporis, sicut in consecratione Leuitarum, vt patet infra capitulo octauo.

Aliquando etiam Iudęi totaliter radebantur quantum ad omnes pilos corporis, sicut in leprosis, vt patet Leuit. cap. 14. Cęteri autem Iudęorum ex aliqua D parte poterāt tondere capillos, & ex aliqua parte nō, barbam autem radere non poterant, sic patet Leuit. 19. cap. nec in rotundum tondetis comam, nec radetis barbam: idem autem iubebatur de sacerdotibus, scilicet, quòd ipsi non nutrirent magnam comam, sed tonderent eam scindentes forficibus: non poterant tamen radere nouacula, sic patet Ezech. 44. cap. scilicet: Caput autem suum non radent, nec comam nutrient, sed tondentes tondebunt capita sua, & in hoc obseruabatur specialis cęremonia in Nazaræis quantum ad capillos, quàm in omnibus alijs Israelitis, quia omnibus alijs licebat tondere capillos, licet non in rotundum, necnon radere barbam, vt patet Leuit. cap. 19. istis tamen non licebat aliquem capil- E lum tollere de capite radendo, vel tondendo: & hoc vt cremarentur capilli. Si vero aliquis de Nazaræis tonderet capillos suos, infringebat votum, & propter hoc defecit fortitudo Samsonis, quia Nazaręus erat, & capilli eius attonsi sunt. de hoc Iudic. capi. 16. non tamen ex hoc infertur, ꝙ esset fortitudo sua in capillis, de quo magis ibi declarabitur.

Vsque ad completum diem, quo Domino consecratur. Idest nouacula non transibit per caput Nazaręi, vsque ad completionem temporis, quo erant consecrati: & hoc quia tunc cremandi erant capilli super altare holocaustorum, vt patet infra, cum dicitur. Tunc radetur Nazaręus ante ostium tabernaculi fœderis cęsarie consecrationis suæ, tolletque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. & non solum vetebantur Nazaręi radi ascēdente nouacula super caput eorum, sed etiam quòd nullo modo tollerent capillos de capite, quia omnibus alijs Israelitis erat vetita rasio in nouacula, ꝑmittebatur solum tonsio, vt patet Leuit. 19. capi. si ergo solum vetaretur in Nazaręis nouacula ascendere super caput, & permitteretur tonsio non esset aliquid speciale in Nazaręis, & cęteris Iudæis. ideo nihil deberet hic poni, sed exprimitur specialiter de capillis Nazaręorum: ergo oportebat, quòd non solum non raderentur nouacula, sed etiam quòd non tonderentur capilli eorum vllo modo.

Sanctus erit crescente cæsarie capitis eius. Idest Nazaręus dicetur sanctus, idest Domino applicitus quando creuerit cęsaries eius, idest capillatura, quasi dicat, ꝙ ante hoc non cognoscitur, an Nazaręus sit specialiter Domino applicitus, quia non videntur signa in habitu. Cum verò permittitur crescere omnes capillos non tondendo eos sicut omnes alij tondebāt, sciebatur ꝙ esset consecratus Domino.

Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius. Quod radet illico, & in eadem die purgationis suæ, & rursum septima. In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij, facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo. Sanctificabitque caput eius in die illo, & consecrabit Domino die separationis illius offerens agnum anniculum pro peccato; ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius.

Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur. Idest toto tempore, quo fuerit Deo consecratus, durante isto voto, non ingredietur ad locum, in quo aliquis mortuus fuerit.

Quare Nazaræus a quocunque mortuorum accessu abstinere debebat. Et quòd mundi debent esse ministri Dei. Quæst. V.

IN hoc enim vetatur omnis immunditia, quam poterat ꝯtrahere Nazaręus accedendo ad mortuos, vel quomodocunque ꝯhabendo ad eos, contaminabatur autem aliquis super mortuo, si tangeret cadauer, aut ossa reperta in agro, vel si iret ad plangendum ipsum, aut introiret in domum, in qua staret aliquis mortuus, vel tangeret aliqua vasa illius. & pro quolibet horum incurrebatur immunditiā septem dierum; de plangentibus mortuos, quòd contami-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contaminarentur patet Leuit.capit.10. nam ob hoc prohibitus est ibi Aaron cum filijs suis ne irent ad plangendum Nadab,& Abiu mortuos, qui erant filij Aaron: de omnibus autem alijs habetur infra 19. capit. ab omnibus ergo his abstinere debebat Nazareus. Ratio huius est, quia Deus volebat in ministris suis, & alijs applicitis ad Deum munditiam. Vnde nullus ministrorum,nec alius de Israelitis poterat accedere ad Sanctuarium,aut aliquas res sacras,quando erat immundus, alioquin moreretur,vt patet Leuiti. cap.15.& infra 19.Sed Nazaræi erant consecrati Domino toto tempore, quo erant in hoc voto:ergo debebant abstinere ab immunditia, quæ contrahitur tangendo mortuos, vel quomodocunque se habendo ad illos. Etiam cauere debebant Nazarei omnes alias immunditias: multiplex enim modus immunditiarum erat: de alijs tamen non exprimitur, sicut de immunditia,quę contrahitur super mortuo. Causa est,quia ista erat maior omnibus alijs,quę fiunt per simplicem contactum: ideo in alijs solum erat immunditia, vsque ad vesperum: in ijs autem durabat immunditia per septem dies, vt patet infra decimonono,vnde si pollueret aliquis Nazareus super mortuo dies priores, quos habuerat in voto irriti erant, scilicet,quòd non computabantur,sed radebatur totum caput suum, & ob. rebat sicut iubetur infra, & tunc incipiebat iterum tempus voti: in alijs autē immunditijs,non sic fiebat, de quo infra dicetur.

Et dicitur hic, quòd non ingredietur super mortuo,scilicet super hominem mortuum.Nam quamquam tangeret cadauera brutorum non incurrebat immunditiam, quæ habetur infra,sed solam immūditiam simplicem, secundum quòd alij Iudei: nec propter hoc repetebatur votum a principio: nam etiam in alijs Iudæis, qui non erant Nazarei hoc obseruabatur, quòd quando tetigisset aliqua morticina brutorum,in quibus pollueretur, incurrabat immunditia,vsque ad vesperum solum, vt patet Leuit.capit. 11. Si tamen aliquis pollueretur super homine mortuo manebat immūdus, vsque ad septem dies, vt patet infra cap.19.

Nec super patris quidem matris,sororisque funere contaminabitur. Idest non debet Nazareus contaminari in morte patris,vel matris,fratris,vel sororis.

Nazaræorum multæ obseruantiæ. Et quòd Nazaræi habebant statum perfectiorem, quàm laici, & quàm sacerdotes minores vete.test. Quæst. VI.

NON contaminari in funere alicuius harū personarum est, quòd non tangat Nazareus cadauer illius,nec stet in domo postquam decesserit, aut quando fuerit in articulo mortis,nec eat ad exequias plangentium: hæc enim omnia faciunt hominem contaminari super mortuo.

In hoc enim Nazareus habebat strictiorem statū, quàm omnes laici Israelitarum. Ceteris enim licebat contaminari super quoscunque mortuos, scilicet, quòd quamquam esset contaminatio in faciendo prædicta super mortuos, tamen licitum erat populoribus: ideò in hoc exhibebant Deo speciale obsequium, & est de operibus misericordiæ mortuos sepelire. Postquam tamen hæc egissent, manebant septem diebus in immunditia, non accedentes ad Sanctuarium, non tamen peccabant, quia contaminati erant, sed magis è contrario peccassent, si noluissent contaminari in quibusdam mortuis, quos sepelire obligabantur. Item patet ex hoc quòd status Nazarçorum erat perfectior statu sacerdotum minorum, quantum ad quasdam ceremonias, licet non haberent eandem administrationem, quam sacerdotes,quod patet,quia sacerdotibus minoribus licitum erat contaminari super patre, & matre, fratre, & sorore.super alijs autem non, vt patet Leuiti. 21.capitu.Nazarçis tamen non erat licitum contaminari super aliquo: cum excludantur hic istę quatuor personę, quę sunt coniunctissimę: Causa autem est quia quamquam sacerdotes essent ministri Dei,tamen non vouebant aliquem specialem statum præter eum ad quem Deus obligabat ex lege sacerdotij. Nazarçi autem seipsos Domino vouebant ad aliquē specialem statum, ideo imponebatur istis maior strictio, quam sacerdotibus. Erat autem tanta strictio in Nazarçis quantum ad hoc, sicut in sacerdote magno, quia non poterat sacerdos magnus contaminari super aliquo mortuo, etiam super patre,& matre,vt patet Leui.capi.21.ita autem in istis.

Quia consecratio Dei sui super caput eius est. Ideſt, quia caput Nazarçi est consecratum Domino. non est autem intelligendum,quòd fieret aliqua vnctio in oleo, vel in sanguine super caput Nazarçi ad hoc, quòd esset consecratum, sed solum dicebatur esse consecratio Dei in illo, ideſt quia illud caput erat applicitum ad ceremonias cultus diuini, scilicet quòd propter Deum non radebatur nec tondebatur, sed crescebat capillatura.In sacerdotibus autem fiebat quędam unctio.nam sacerdos magnus vngebatur oleo in capite, quòd erat in modum vnguenti, & fundebatur super caput eius, vt patet Exo.29.& Leui.capi.8 In sacerdotibus autem minoribus non fundebatur oleum in capite, sed aspergebatur super eos, & vestes eorum oleū simplex mixtum cum sanguine, & tingebatur auris eorum dextra in sanguine, vt patet Leui.capi.8. ideo in capite istorum poterat dici esse oleum vnctionis, vel consecratio.nam per oleum consecrabantur. sic dicitur Leui.capi.10.vbi iubetur.quòd non exeant sacerdotes ad plangendum mortuos,quia habēt oleū sanctum in capite infra, vos autem non egrediamini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippè sanctę vnctionis est super vos. hic autem non dicitur de Nazarçis, quòd erat oleum sanctum super caput eorum, sed solum, quòd capita eorum erant consecrata Deo, scilicet quòd propter eum non radebātur nec tondebantur.

Omnes dies separationis suæ sanctus erit Domino. Ideſt Nazareus iste erit sanctus Domino,ideſt propter Dominum omnes dies separationis suę, ideſt in omnibus diebus quibus est separatus in hoc voto.Dicuntur autem dies separationis Nazarçi omnes dies, quibus tenet hoc votum,quia esse Nazeræus est esse separatū a modo communi, & habitu aliorum.omnibus autē his diebus erit Nazaræus sanctus Domino, ideſt sanctificatus propter Deum, & mundus. sanctus enim proprie mundus, vel incontaminatus dicitur.vnde in greco pro sancto agios dicunt ab a, quod est sine, & ge,quod est terra,quia sine terra,ideſt terrena fece sit, ideo nihil iubetur hic nisi, quòd Nazarçi omnibus diebus quibus obseruant hoc votum sint mundi, cauentes omnes contaminationes. quędam namque contaminationes sunt in quibus infringitur votum Nazarçorum sicut declaratur infra. si Nazareus viderit aliquem coram se mori, quia tūc omnes dies priores voti sui irriti sunt, & debet radi caput, vt ergo non incidat in fractionem voti, cauendę sunt omnes immunditię, & quamquam non omnes immunditię destruant votum Nazarçorum:tamen omnes repugnant aliquo modo, quia iste status est hominum valde mundorum, ideo debēt cauere omnem immunditiam.

Si

Si autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo. Hic ponitur casus,in quo destruitur obseruatio Nazarçorum, scilicet, quando moreretur aliquis coram Nazarçis: nam debebant abstinere ab omni contaminatione: in mortuis autem erat contaminatio: ideo si moreretur aliquis coram Nazarçis erant contaminati: ita quòd votum eorum non tenebat quantum ad obseruationem, scilicet,quòd obseruatio prętérita nihil proderat.

Et dicitur hic si aliquis fuerit subito mortuus coram eis.non tamen intelligitur,quòd non polluerentur, si moreretur aliquis coram eis spectantibus ipsis, & ex deliberatione: nam magis hoc modo videretur, quòd deberent pollui,quàm alias. Nam cum quis ex deliberatione agit, si in actu illo aliqua macula vel peccatum est,maior erit,quā si fiat sine deliberatione:ideo quomodocunque moreretur aliquis coram Nazarçis contaminabantur.

Sed fuit positus iste casus,quia in hoc erat ratio dubitandi. Nam si aliquis moreretur coram Nazarçis ipsis spectantibus mortem illam, non videbatur dubium, quòd deberent contaminari, quia ex culpa eorum hoc veniebat. sed cum ipsis non respicientibus, aliquis moriebatur, videbatur esse dubium, an contaminarentur, quia ipsi non fuerant in culpa. Ideo fuit hic determinatum de hoc, & non de alijs casibus.

An Nazaræus debebat repetere obseruationem voti sui in omnibus immunditijs, sicut in morte alicuius, & de diuersitate immunditiarum, & quæ illarum infringerent votum Nazarei, & quæ non. Quæst. VII.

QVAERET autem aliquis cum hic dicatur, quòd Nazaræus debebat repetere obseruationem voti sui, quando moriebatur aliquis coram eo, vel alias contaminabatur in mortuo, an deberet sic esse in omnibus alijs immunditijs.

Respondendum est, quòd immunditiarum quædam sunt, quæ causantur per solum contactum,& a principio extrinseco: aliæ autem sunt naturales, & a principio intrinseco. In primis est contaminatio in tangendo aliqua morticina, vel hominem fluentem semine,aut mulierem menstruatam, & similia. Alię sunt pollutiones naturales ab intrinseco, quæ sunt morbi, & sunt immunditiæ, scilicet,hominem esse leprosum, vel fluentem semine. simile quoque si sit mulier menstruata, vel fluens sanguine. De primis immunditijs dicendum est,quòd in nulla immunditia, quæ est secundum contactum solum fiebat irrita obseruatio Nazarçorum, præterquam cum aliquis polluebatur in mortuo homine: ista tamen immunditia non solum erat quando aliquis tangebat cadauer hominis, sed etiam si staret in tabernaculo, vbi moriebatur homo, quando ipse moriebatur. quod patet, quia hic dicitur, quòd si aliquis moreretur subito coram Nazarço fiebat immundus, & repetebatur votum suum a principio,vt patet hic.eodem modo si intraret Nazaræus in domum alicuius mortui existente ibi cadauere;incurrebat enim eandem pollutionem, quam primo, vel si tangeret tabernaculū in quo esset homo mortuus, vel aliqua vasa illius,aut si tangeret ossa, iam arida humana reperta in agro, aut si tangeret sepulchrum, vel si iret ad plāgendum mortuum: in omnibus enim ijs incurrebat fractionem obseruantiæ voti, ita vt dies priores irriti essent: nam omnia ista æqualia sunt quantum ad immunditiam. Quicunque enim de nō Nazarçis aliquod horum tetigisset erat septem diebus immundus, vt patet infra decimonono capit. In alijs autem immunditijs,quæ sunt per contactum, si tangeret mulierem menstruatam, aut virum fluentem semine, vel animal brutum morticinum contrahebatur immunditia, tamen non fiebant dies priores obseruati in voto irriti.

De immunditijs autem, quæ erant secundum naturam, sicut esse mulierem menstruatam, aut fluentem sanguine,vel virum fluentem semine,dicendum est, quòd quamquam ipsę secūdum se maiores sint, quàm quælibet immunditia, quę est per contactum, tamen quamquam incideret Nazareus in aliquam harum immūditiarum non fierent irriti omnes dies priores consecrationis suæ, nisi illa immunditia talis sit, quæ directè repugnet statui Nazarçorum. quod dicitur quia de statu Nazarçorum est, quòd portent cęsariem, & non radant capillos capitis sui, tamen aliquæ immunditiæ erant,in quibus necessario radebantur capilli, sicut in viro leproso. Si enim aliquis incurrisset lepram, quando sanaretur debebant omnes pili corporis sui radi, vt patet Leuit.cap. decimoquarto. Si tamen aliquis vouisset statum Nazaræorum,& incideret lepram, necesse erat,quòd ibi fierēt irriti dies obseruationis, quandiu iste maneret in lepra. quod patet, quia aut iste sanaretur a lepra antequam finirentur dies voti,aut non. Si autem sanaretur a lepra prius erant radendi capilli capitis eius bis ad ritum emundationis suæ, vt patet Leuit.cap. decimotertio. hoc tamen repugnabat statui Nazarçorū, quia ascendebat nouacula super caput illius. ideo debebant dies obseruationis repeti ab eo tempore,quo rasisset pilos corporis sui,& tunc crescente cęsarie esset sanctus Domino, vt dicitur in litera. & obseruaret votum Nazarçorum. Si autem votum finiretur in viro leproso, antequam mundaretur a lepra necesse etiam erat,quòd isti dies nō tenerent,quia ad hoc, quòd votum Nazarçi expleretur oportebat,quòd in die expletionis suæ raderetur cęsaries eius, & cremarentur capilli coram Domino, & offerret holocaustum, tamen hoc facere non poterat priusquam emundaretur a lepra, quia capilli capitis leprosi immundi sunt, & non poterant radi in Sanctuario, sed debebant radi extra castra, vt patet Leuit.14.capit.Et tunc infringebatur votum, quia non radebantur capilli coram Domino, & cremabantur: ergo non poterat Nazarçus continuare votum suum,sed tenebatur repetere a principio, quia ascenderat nouacula super caput suum ante diem,qua cremandi erant capilli eius coram Domino.

Item non poterat intrare in Sanctuarium ad tondendum ibi capillos suos,quia erat immundus,& nō permitteretur accedere ad res sacras: ergo non poterat tondere capillos in Sanctuario, & consequēter non poterant fieri omnes ritus Nazarçorum.

Sed dicet aliquis, quòd quamquam iste leprosus non poterat tunc intrare in Sanctuarium, tamen poterat differre,vt postquam esse mūdatus a lepra scinderetur capillatura eius in Sanctuario, & sic expleren tur cęremonię Nazarçorum,

Respondendum est,quòd non poterat stare: nam ad hoc, quòd emundaret aliquis a lepra necesse erat, vt capilli eius bis raderentur, vt patet Leuit.14.capit. ergo antequam iret in Sanctuarium necessario radebantur capilli pro emundatione a lepra. Quisquis ergo incępisset votum Nazarçorum necesse erat, vt vel nunquam finiret, vel postquam sanaretur iterum repeteret ab exordio obseruationem voti: ita quòd dies quibus obseruauit in lepra, irriti essent.

De alijs immūditijs naturalibus, sicut est esse mulierem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lierem menſtruatam, vel fluentem ſanguine, aut virum fluentem ſemine. Dicendum eſt, ꝙ iſte non irritabant obſeruationem voti prioris. Sed differebant completionem.

Cauſa huius eſt, quia ad emundationem mulieris menſtruatæ, aut fluentis ſanguine, vel viri ſpermatici non radebantur aliqui capilli corporis, ſicut in emundatione a lepra, ſed ſolum lauabatur corpus, vt patet Leuit. decimoquinto cap. Lotio autem corporis non repugnabat voto Nazareorum, ſicut raſio capillorum. ergo in lepra, cuius emundatio faciebat capillos radi, irritabantur omnes dies voti præcedentis. In alijs autem immunditijs non irritabatur, ſed differebatur expletio. quod patet, quia ſi aliquis vir, vel mulier vouiſſet Nazareorum ſtatum, & vir incurriſſet ægritudinem fluxus ſeminis, fœmina autem fluxum ſanguinis, & votum finiretur dum iſti manerent in iſtis ægritudinibus, non poterant à voto abſolui, quia ad hoc, quòd expleretur votum oportebat, quòd Nazaræus iret in Sanctuarium, & ibi tonderetur coma eius, atque offerret ſacrificia, quæ infra habentur. Cum tamen maneret in aliqua harum immunditiarum non poterat introire in Sanctuariū. Ergo quæcunque harum immunditiarum impediebat expletionem voti differendi, tamen non irritabat dies priores.

Qñ aliquis ma[...]bat i immuditia numquam poterat [...] mittere votum Nazaræorum.

Sed hoc generaliter dicendum eſt in omnibus immunditijs, quòd quandocunque eſſet aliquis immundus immunditia durante per aliquantum tēpus, non vouebat ſtatum Nazaræorum, [q]uia ille qui Nazareus erat ſpecialiter Domino conſ[ec]rabatur ad ſeruandum munditiam, magis quàm omnes alij populariter viuentes. Sed ille, qui erat in immunditia erat magis ſeparatus a Deo, quàm omnes alij, cum non liceret ei accedere ad res ſacr[as]: ergo iſti non debebant vouere tunc ſtatum Naz[ar]æorum, qui dicebat perfectionem ſuper omnem [ſ]tatum vulgarē. ſi tamen aliquis vouiſſet Nazareorum ſtatum, & inciperet obſeruare, poſtea autem incurreret aliquam immunditiam, durante magno tempore, omnes illi dies computabantur in voto, dum tamen non fieret aliquid contra ſtatum Nazaræorum, ſcilicet, quòd raderentur capilli, ſicut fiebat in purgatione lepræ.

Polluetur caput conſecrationis eius. Ideſt ſi aliquis fuerit mortuus ſubito coram Nazareo polluetur caput conſecrationis eius, ideſt polluetur caput ſuum conſecratum Domino.

Sciendum, quòd non ſolum dicitur pollui caput Nazaræi in iſta immunditia, quę eſt mori aliquem coram ipſo, ſed etiam quandocunque incurrerit aliquam immunditiam, polluitur caput eius, quia ipſe totus polluebatur. Quod patet, quia in multis immunditijs ille, qui incurrebat eas lauabat totum corpus ſuum. ſed hoc non fieret, niſi totum corpus iudicaretur pollutum: ergo cum aliquis polluitur totus polluitur, & caput ſuum pollutum eſt. Quòd autem polluti aliquando lauent totum corpus ſuum aqua patet Leuit. vndecimo, & decimoquarto, decimoquinto, & decimoſexto capitulis. Sed dicebatur caput Nazaræi hic eſſe pollutum, quia non proficiebat conſecratio eius præterita, ſed oportebat repeti votum a princ[ip]io: in alijs autem immunditijs, quamquam totum corpus ipſius Nazaræi immundum eſſet, & caput quoque, tamen non dicebatur pollui caput conſecrationis, ideſt non reputabatur ita pollutum, quòd dies præcedentes in voto ſuo eſſent irriti, & repetendi ab exordio obſeruationis.

Caput pollui quare dicatur.

F *Cur quando Nazaræus incurrit pollutionem dicitur, quòd pollutum eſt caput conſecrationis ſuæ. Et quòd immunditia manente nihil computabatur ad obſeruationes voti.*
Quæſt. VIII.

QVAERET aliquis quare cum Nazareus incurrit pollutionem dicitur magis, ꝙ pollutum eſt caput conſecrationis ſuę, quam ꝙ aliquid alterum pollutum eſt, vel quòd ipſe pollutus eſt.

Reſpondendum eſt, ꝙ in voto Nazareorum, quāquam multa eſſent ſubſtantialia, quę habentur hic in abſtinendo a quibuſdam: nihil tamen erat magis neceſſarium, quam ipſa capillatura, ſcilicet quòd creſcerent capilli ſui, & non raderentur, nec tonderentur: G ideo conſecratio ſua dicebatur eſſe in capite, ſcilicet quòd id, per quod erat magis applicitus Deo erat obſeruatio capillaturę. Cum ergo obſeruatio pręterita Nazarei irrita fiebat, dicebatur pollui caput, quod principale erat in conſecratione. Item quamquā alia pertinerent ad ſtatum Nazareorum, habitus tamen ipſorum, & id per quod cognoſcebantur, erat capillatura, quia de quolibet alio obſeruato a Nazareis poterat dari aliqua cauſa, quare obſeruaretur etiam ab hominibus, qui non eſſent Nazarei: capillatura tamen ad nullos pertinebat niſi ad Nazareos, ideo debebant denominari ab eo, quod erat principale, & hoc erat caput. *Quod radet illico in eodem die.* Ideſt ſi aliquis mortuus fuerit ſubito corā Nazareo polluitur caput eius: H ideo debet radere immediatè, quia iam non proficit illa capillatura ad continuandum votum. Sed debet repeti ab exordio.

Item dato, quòd Nazareus vellet repetere votum manente capillatura illa, fieri non debebat, quia iam polluta erat: ideo quidquid fieret ipſa manente, non computaretur ad obſeruationem voti, ſed eſſet totū irritum: ita ergo, vt votum proficeret debebat radi caput, & tunc creſcente noua capillatura, quę polluta non erat, obſeruaretur conuenienter votum.

In eadem die purgationis ſuæ. Immediatè enim, vt aliquis Nazareus incurriſſet pollutionem pręd ictam debebat radi caput eius, & iſta dies vocabatur dies purgationis, quia in ea incipiebat purgari ab immūditia, I quam contraxit moriente aliquo coram ipſo, & iſta raſio erat purgatio, nam manente iſta capillatura, quę ſemel polluta fuerat ſemper eſſet Nazareus pollutus. *Et rurſum ſeptima.* Ideſt etiam iſte Nazareus raderetur in ſeptima die. in die enim qua incurrebat immunditiam radebatur, & deinde in ſeptima die computādo à die primę raſionis iterum radebatur, quia aliqui capilli interim creuerant, qui radendi erant, quod fiebat ad maiorem munditiam, & quia ſequenti die, ſcilicet octauo iturus erat iſte Nazareus in Sanctuariū ad offerendum ſacrificium, vt immediate patet: illuc tamen ingredi non decebat niſi homines valde mundos. *In octauo autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ.* Iſte dies erat octauus computando a die in K quo Nazareus incurreret immunditiam, & raſum eſt caput eius: offerebat aūt tūc turtures, vel columbas quaſi in emundationem peccati prio[ris], & ad ſolennitatem voti incipiendi. Si autem Nazaræus non incurriſſet hanc immunditiam, ſed a principio votum ſuū inchoaret, non debebat offerre aliquod ſacrificium. Nunc vero, quia fuerat votum interciſum propter pollutionem Nazarei fiebat ſacrificium, vt ſolennius inſtauraretur votum: iubebatur autem, quòd offerret Nazareus duos turtures, vel duos pullos columbarū, ideſt duos columbinos. erat enim ſacrificium iſtud de paruis, quia turtures, & columbę abundant in terra Chanaan, & ſunt ibi parui valoris. Iubetur autē, quòd offe-

Turtures, & pulli columbarū, quare Deo offerunt & nō ipſę columbæ, & in oſtio tabernaculi.

rantur turtures, & non pulli turturum, & è contrario, quòd offerantur pulli columbarum, & non columbæ. Cauſa eſt, quia Deus vult pro ſacrificijs ſuis ea, quæ meliora, & pinguiora ſunt, ſicut nos volumus pro cibis noſtris. Iſtam enim comparationē facit Deus Malac. cap. 1. vbi dicit, quòd offeruntur ei animalia clauda, & cęca, atque debilia, quæ non offerrentur principibus, vel ducibus hominum. In turturibus autem ſic eſt, quòd maiores turtures ſunt groſſiores, & ſapidiores. in columbis verò è contrario: pulli enim columbarum ſunt pingues, teneri, & ſapidi. Columbæ autem magnæ non. Cauſa eſt, quia columbæ libidini vacant nimis, & deſiccatur tenerum, & humidum illarum, atque efficiuntur calidę, & ſiccę complexionis, vnde ſaporoſæ non ſunt: pulli autem columbarum, quia nondum libidini vacant, pingues, atque ſapidi ſunt: in turturibus autem è contrario: libidini enim non vacant, quia ſunt aues caſtiſſimæ. ideo pinguedinem, & ſaporem proprium non perdunt.

Sacerdoti in introitu fœderis teſtimonij. Ideſt offeret iſte Nazaræus duos pullos columbæ, vel duos turtures ſacerdoti ante oſtium tabernaculi fœderis. iſte erat ritus omnium offerentium: intrabant enim in atriū Sanctuarij, vſque ad oſtium tabernaculi, & ibi erat ſacerdos aliquis, q de manu eorum acciperet quodcunque offerre vellent. Fiebat autem oblatio hæc in oſtium tabernaculi, quia iſtud offerebatur Domino, & Deus dicebatur habitare ſpecialiter in tabernaculo: ergo vt coram ipſo fieret oblatio fiebat in oſtio tabernaculi. Alia cauſa eſt, quia iſta quæ offerebantur cremanda erant in altari holocauſtorum. Sed altare erat apud oſtium tabernaculi, vt patet Leuit. capitulo primo, ergo apud oſtium offerri debebat. Dicitur in introitu fœderis teſtimonij, ideſt in porta tabernaculi fęderis. iſta locutio nō eſt propria, quia teſtimonium, & fœdus idem ſunt. Non enim vocatur tabernaculum teſtimonij, niſi quia erant ibi tabulæ, quæ erant teſtimonium, quomodo Deus dediſſet legem Iſraelitis, ſic patet Exod. vigeſimoquinto cap. cum dicitur: Pones teſtimonium in arca, ideſt pones tabulas decalogi, quæ vocantur teſtimonium, fœdus etiam dicuntur ipſę tabulę, quia in eis continebatur fœdus Dei, ideſt id, quod pepigerat Deus cū Iſraelitis, vt obſeruarent. Sed debet dici in introitu tabernaculi fœderis: ponitur tamen iſte genitiuus teſtimonij pro tabernaculi. Sic etiam patet ſupra 3. & 4. cap.

Facietque ſacerdos vnum pro peccato. Ideſt offeret, vel ſacrificabit ſacerdos vnum de iſtis turturibus, vel [p]ullis columbarum pro peccato Nazarei: facere enim accipitur hic pro diſponere, & ſic dicitur aliquis facere capillos, ideſt ornare eos, vel ſcindere. Sic enim dicit Virgilius in Bucolicis Ecloga ſecunda,

Cum faciam vitulam pro frugibus ipſe venito,

Ideſt cum ego coquam, vel diſponam vitulam,

Quod peccatum erat, pro quo offerebat Nazaræus ſacrificium. *Quæſt. IX.*

SED dicet aliquis, quod peccatum erat iſtud, pro quo offerebat Nazaræus? Aliquis forte reſpondebit, quòd non erat iſtud aliquod peccatū ſpeciale, pro quo offerretur, ſed offerebatur pro peccato in generali, quia iſte Nazareus cuius caput fuerat coinquinatum peccauerat in aliquo, cum nemo a peccato immunis ſit, & pro emundatione alicuius peccati fiebat ſacrificium iſtud, ſicut dictum eſt Leuit. decimoſecundo cap. de mulieribus parientibus, quòd in die purgationis offerrent pro A peccato: nullum tamen peccatum erat in pariendo, nec in concipiendo, ſed offerebatur pro peccato in generali.

Reſpondendum eſt, quòd hic fiebat duplex ſacrificium pro peccato. vnum in quo offerebatur vnus turtur, vel vnus pullus columbę, & aliud in quo offerebatur ouis immaculata, vt patet infra. De illo autem ſacrificio nunc nihil dicitur, ſed de iſto, in quo offerebatur turtur, vel pullus columbæ, dicendum eſt, quòd nō offerebatur pro peccato Nazaræi in generali, ſed pro ſpeciali peccato, ſcilicet, quia pollutus fuit ſuper mortuo, vt patet immediatè cum dicitur. Et deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo. Sed de hoc infra ponetur veritas.

B *Et alterum in holocauſtum*. Ideſt, & offeret alium turturem, vel alium pullum columbę in holocauſtū. Ritus autem iſtorum duorum ſacrificiorum erant varij, quia turtur, vel pullus columbę, qui offerebatur in holocauſtum, non debebat iugulari, ſed retorqueri caput eius ad pennulas, & rupto vulneris loco decurrebat totus ſanguis ſuper altaris parietem: veſicula autem, & plumæ proijciebantur, & carnes eius non diuiſę ferro cremabantur ſuper altare, vt patet Leuit. cap. 1.

In pullo autem columbę, vel turture non erat differentia, quādo offerebatur [pr]o peccato, ab holocauſto, quantum ad modum occiſionis, ſed quantum ad effuſionem ſanguinis, quia in turture oblato pro holocauſto ſanguis totus decurrebat ſuper altaris crepidinem [ſ]ue parietem, vt patet Leuitic. capitulo C primo, in t[ur]ture autem oblato pro peccato aliquę guttæ ſanguinis debebant diſtillare ſuper parietem altaris, & reliquus ſanguis ad baſim illius, vt patet Leuit. capitulo primo.

Item differebant, quia in holocauſto totus pullus columbæ, vel [tu]rtur cremabatur ſuper altare, & nihil proueniebat ſacerdoti, in ſacrificio pro peccato totus turtur proueniebat ſacerdoti, ſicut in reliquis ſacrificiis pro peccato, in quibus omnes carnes animalis proueniebant ſacerdoti, oblatis ſolis adipibus, vt patet Leuit. cap. 6. in turturibus autem, & columbis non erant adipes, qui offerrentur: ideo nihil pro- D ueniebat Deo, niſi ſanguis: carnes vero ſacerdoti immolanti.

Et deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo. Ideſt ſacerdos, qui fecerit ſacrificium pro peccato, & holocauſtum pro Nazaræo, deprecabitur pro eo, ſcilicet, vt Deus ſibi remittat peccatum, quia peccauit ſuper mortuo.

Quomodo peccauit Nazaræus, quia aliquis coram eo mortuus eſt. Et quando actus imputetur nobis tamquam culpabilis propter alium præcedentem actum, & an ſemper peccatum in ſacra Scriptura accipiebatur pro offenſa Dei.
Quæſt. X.

E CIRCA hoc inquirendum eſt, quomodo ſacerdos orabat pro peccato Nazarei contracto ſuper mortuo, in quo inquirendum eſt primo, quomodo Nazaræus peccauerit ſi aliquis coram eo ſubito defunctus eſt, quia peccatū non cauſant, quæ nobis nolentibus accidunt.

Aliqui reſpondent, quòd licet Nazaræus nō peccauit in hoc, quòd aliquis ante eum mortuus eſt, peccauit tamen in alia re, propter quam Deus eum permiſit cadere in talem euentum, & tunc pro illo peccato imputatur ſibi iſte actus ad malum, ſicut aliquis actus malus, qui alicui imputabilis non eſt, quia non eſt a voluntate, imputatur propter aliquam cauſam præceden-

Qūo Nazarę⁹ peccabat viſo mortuo inuolūtarię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præcedentem huius actus, quę causa fuit voluntaria, sicut patet de ebrietate Loth. coitus namque Loth cum duabus filiabus suis, qui est actus de se malus, nō fuisset in Loth culpabilis, qui non poterat cognoscere vtrum cum filiabus coiret, sed quia peccauit in bibē do, plusquam debuerat, coitus qui inde secutus est, occasionaliter imputatur ei, & si non in toto: tamen in quanto, vt habetur per Magistrum sententiarum, & in decretis. 15. quęstione prima, capitulo inebriauerūt Loth. Si autem fuisset Loth in aliqua infirmitate, vel ignorantia inuincibili sine culpa sua, propter quam scire non posset, vtrum cum filiabus coibat non imputaretur ei ad culpam, sicut in illo, qui cognouit vxoris suę sororem, quæ intrauit in lectum viri, quam vir credidit esse vxorem, de hoc in decretis. 32. quęstione secunda, capitulo in lectum. De Nazaręo ergo isti dicunt, quòd cum ipse peccauerit in aliquo, propter qđ Deus permisit illum pollui moriente coram ipso aliquo, imputabatur hoc ad culpam.

Dicendum est hoc non stare, quia ad hoc, quòd imputetur aliquis actus in culpa propter actum præcedentem, qui fuit voluntarius, oportet quòd iste actus qui imputatur sit actio nostra, & non passio, & sit talis qui alias per se peccatum esset, si esset voluntarius. Si tamen fuerit aliqua pœna, quę nobis directe infligitur propter aliquod præcedens peccatum, quamquā peccauerimus in primo: tamen illa pœna non imputatur nobis ad peccatum: nam tunc si aliquis peccauisset, & propter hoc occideretur a iudice, vel a Deo, diceremus, quòd illa occisio, erat peccatum istius, qa sequebatur in eo propter peccatū, quod fecerat. hoc tamen purè est absurdum. Nam ista pœna non est peccatum illius, sed magis diminuit, vel consumit totam culpam, quia malum culpæ in bonum ordinatur per pœnam.

Ratio autem huius est, quia peccatum est actio nostra, ista autem pœna non est actio, sed passio. iō quantacunque peccata præcedant in nobis, quę sint causa pœnalitatis consequentis, nunquam illa pœna dicetur peccatum, ideo qualitercunque illa sit, siue voluntarie assumatur, siue inuoluntarie, nunquam imputatur ad peccatum. In coitu autem Loth cum filiabus suis aliter est, quia quamquam tunc peccatum non esset totaliter, eo quòd non fiebat ex aliqua deliberatione, nec ipse sciebat quid ageret: erat tamen actio eius, & non passio. Etiam erat talis actus qui si alias voluntarie fieret, erat grauis culpa, ideo cū secutus fuerit iste actus occasionatus ex quodam alio peccato, istemet actus imputabitur ad culpam præter ebrietatem, quæ erat præcedens, & erat verè peccatum.

De Nazaræo autem, coram quo moriebatur quisquam non erat sic, quia ex eo, quòd aliquis moriebatur coram Nazaræo incurrebat immunditiam, & irritabantur dies prioris obseruationis, quod pœna erat, scilicet, quòd rediret a principio in voto suo, & quòd offerret sacrificium, & non erat aliquis actus suus. ergo quamquā ista pœna euenisset ei propter aliquod peccatum, nunquam poterat ista imputari ad peccatum, quia passio erat, & pœna, & non actio. Etiam si dicatur de hoc, quòd erat mori aliquem coram Nazaręo, quòd esset peccatum Nazaręi. Nam aliquem alium mori non erat actus Nazaræi, nec pendebat ab ipso vllatenus, ideo quamquam propter peccatū eius eueniret: tamen pœna erat, & non culpa, ideo nō poterat dici peccatum, nec oportebat, vt oraretur pro illo, vel offerretur, sicut si aliquis suspenditur, quia furatus est, non funduntur preces pro eo, quia suspensus est, sed magis, vt Deus liberet illum ab aliquibus aliis, in quibus deliquit, quia suspensio potius facit in diminutione pęnę eius: non ergo offertur sacrificium hic pro Nazaręo, & oratur tamquam peccauerit, eo quòd aliquis coram ipso mortuus est, vel quia incurrit immunditiam: Sed propter aliquid alterum.

Alia regula est, quòd quamquam aliquis faciat id, quod malum est si ageret deliberatè, tamen incidit in illud, quia permittitur cadere propter aliquod alterum malum quod fecit, illud non est imputandum ei ad culpam, quamquam actio sua sit, quia malum, quod ipse primo fecit, non est causa immediatè ad hoc, vt si aliquis peccauit in Deum, & propter hoc Deus permittat, eum occidere alterum inuoluntariè: ista occisio non imputabitur isti ad culpam, quāquam habet ortum ex peccato suo, vt siquis occiderit filium suum nesciens. Est enim ista occisio actio, & non passio occidentis, & esset mala simpliciter, si fuisset deliberata: fuit tamen ignoranter, & non imputatur aliquo modo ad culpam, quia dabitur talis casus, in quo iste non potuit hoc scire: habet etiam ista occisio ortum, eo quòd iste peccauit, quia Deus non fecisset, quòd iste occideret filium suum ignorāter, nisi in aliquo valde demeruisset, propter quod mereretur nimis anxiari, sicut mortuo filio, tamen non est iste actus imputabilis ad culpam. Causa est, quia non habet depēdentiam immediatam directè, aut saltem occasionaliter euidenter ex aliquo peccato istius, sed solum ex hoc, quòd Deus permittit istū cadere in illud malum propter aliquod peccatū præcedens eius: quòd autem iste permittatur cadere, nō est actio sua, sed Dei. Non ergo propter hoc imputatur ad peccatum actus quem postea efficit, quia ille verisimiliter non sequebatur ex priori, sicut in Loth ex ebrietate, aut directè, aut occasionaliter fornicatio: ideo imputatur ei fornicatio aliqualiter, quamquam fuerit inuoluntaria, quia secuta est ex ebrietate, quæ erat voluntaria: in eo tamen qui permittitur a Deo occidere filium ignorāter, quia in aliquo alio deliquit, nō sequitur directè ex priori peccato, quòd iste filium occideret. Nam vnum per se non habet causalitatem ad alterum, sed solum Deus permittit vnum propter alterum. Si tamen ipse non ordinaret ex peccato priori non fuisset secuta occisio filij: per se tamen ex aliquali naturę consequentia ebrietas habet causalitatem super fornicationem: ideo in eis solum, quæ secundum naturam sic se habent, quòd vnum præstat causalitatem alteri directā, vel indirectam, actus malus præcedens facit imputari sequentem ad culpam, quamquam aliàs imputandus non esset: in his verò quorum vnum non sequitur ex altero directè, vel occasionaliter secūdum naturam, sed solum in ordine Dei, qui vult vnum propter alterum permittere, non imputabitur sequens actus ad culpam propter priorem, quia vnus non habet causalitatem ad alterum per se, sed solum ex ordine Dei.

Sic autem est in casu de Nazaręo, coram quo aliquis homo subito mortuus est, quamquam ergo ista mors esset actus aliquis Nazarei, vtpotè si ipse occideret illum ignoranter, non erat imputandus Nazaræo ad aliquam culpam, quia nō sequebatur ex actu suo priori, sed ex causalitate Dei sic ordinatur. Non igitur incurrebat aliquod peccatum Nazaręus, si aliquis coram ipso moreretur, etiam si hoc euenirec propter peccatum suum, nec igitur pro eo preces fundendæ erant quantum ad istam partem.

Sed dicendum est, quòd peccatum accipitur hic largè pro immunditia: nam quæcunque contaminatio dicitur peccatum, ideſt quædam irregularitas corporalis. Nam sicut ea, quæ vera peccata sunt nos a Deo separant: ita irregularitates istę separabant a contactu rerum sacrarum, ideo peccata vocabantur. vel potest vocari peccatum, quia erat aliquid contra statum Nazaræi: debebat enim Nazaræus obseruare omnem munditiam, sed hic incurrebat in quandam magnam immunditiam, quæ faciebat irritam totam præteritam obseruationem. ergo vocabatur peccatū, & dicitur, quòd iste Nazaræus peccauit sup mortuo, ideſt contaminatus est super illo. & tunc est sensus, qp sacerdos faciens sacrificium deprecabitur pro isto, qa peccauit super mortuo, ideſt deprecabitur, quòd ista contaminatio, quam iste habuit super mortuo, non imputetur ei ad totalem destructionem status Nazarę̄orum, sed hoc non obstante possit nunc repetere a principio votum, & quòd valeat, ac si nūquam fuisset contaminatus. Secundum illos, qui ponebāt peccatum Nazaræi illud, per quod demeruit, qp moreretur iste homo coram illo, exponendum erat aliter, scilicet, quòd deprecabitur sacerdos pro isto Nazaræo, quia peccauit super mortuo, ideſt rogabit, quòd Deus non imputet isti cōtaminationē præteritam, & magis, quòd nō imputet sibi peccatum, per quod demeruit cadere in cōtaminationem illam. sed primus sensus melior est.

Peccatum quatuor modis accipitur in sacra Scriptura, & quòd non semper accipitur peccatum pro eo, pro quo Deus offenditur. Et quod erat peccatum, pro quo mulier parturiens offerebat sacrificium: & etiam leprosus. Quæst. XI.

DICENDVM autem, quòd aliqui nescientes consuetudinē locutionis veteris testamenti, quandocunque dicitur de peccato, putant esse aliquod peccatum propriè dictū, quod nos vocamus peccatum, scilicet actionem peccantis contra legem Dei, per quam Deus offenditur, & ista est consuetudo locutionis in nouo testamēto: ideo quandocunque de peccato dicitur in veteri testamento putant esse aliquod verum peccatū, & quia interdum non inueniunt, vnde peccatum proprie dictum ibi esse possit, occurrunt eis multę difficultates.

Est tamen dicēdum, quòd peccatum accipitur aliquando in veteri testamento pro eo, quod est verum peccatum, vt illud Ezech. 18. cap. anima, quæ peccauerit ipsa morietur, ideſt occidetur a Deo pro peccato. Sed illud non est, nisi quando quis peccat mortaliter, quia pro hoc solo infligitur mors. sic accipitur Exod. 32. vbi vocatur peccatum magnum adoratio vituli, & verum est, quia idolatria, de qua ibi agitur est maximum omnium peccatorum.

Secundo accipitur peccatū pro aliqua offensa Dei faciendo cōtra aliquam de cęremoniis legis Dei, vel omittendo facere, quod præceptum est. sic accipitur Leuitic. quarto, scilicet: Anima cum peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini, quæ præcepit, vt non fierent, quippiam fecerit: iste modus est magis communis accipiendi peccatum in libris Moysi.

Tertio modo accipitur peccatum pro ipsa re materiali, in qua committitur peccatum, licet ipsa in veritate non sit peccatum; ita posset homo occisus iustè vocari peccatum, quia occisio eius fuit peccatū, & tamen homo mortuus nullum peccatum est, & sic Israelitæ fabricauerunt sibi vitulum aureum in Deū ad adorandum, quod erat peccatum, & tamē vitulus ipse aureus non erat peccatum, sed aurum: scriptura tamen vocat illum vitulum peccatum, sic patet Deuter. 10. s. peccatū autem vestrum, quod feceratis, ideſt vitulum arripiens igne combussi.

Quarto modo accipitur peccatum pro immunditia quadam legali, siue cum illa esset aliqua naturalis, siue esset sola legalis, & non erat cum tali immūditia aliquod peccatū, ideſt non sequebatur ex aliquo peccato, quod esset operatio hominis, neque ex peccato alicuius alterius. Sed fortè erat aliquod honestum, & licitum, vel aliquid dependens ex natura. sic accipitur Leui. 12. de muliere pariente: nam dicitur, qp offeret pullum columbæ, siue turturē pro peccato, & sic innuitur, qp quælibet mulier, quę peperit est in peccato, sed hoc non est verum, vel saltem partus nō causauit in ea aliquod peccatum. Et propter hoc doctores cōmuniter non possunt assignare, quod peccatum sit illud mulieris parientis, & ob hoc dicunt, qp non sit aliquod peccatum speciale parientis, sed est peccatum aliquod in generali, vel confuso, quia nulla mulier, siue pariens, siue non pariens est sine peccato.

Sed istud non conuenit, quia hoc modo non solū mulier pariens offerret sacrificium pro peccato, sed etiam quęlibet alia, cum partus nullum peccatum inducat. ergo oportet aliquid aliud esse peccatū ipsius mulieris parientis, quod inueniatur in omni pariente, & non in alijs mulieribus. Et dicendum, quòd istud non est, nisi immunditia causata per partum, qa fluxit sanguis, & aliqui alij humores, qui polluunt corpus realiter, & etiam si lauetur, lex iudicat adhuc illud immūdum, vsque ad certum tempus, s. diem quadragesimum, vel octuagesimum Leui. 12. Et tunc offert sacrificiū pro peccato, ideſt pro immunditia mulieris parientis. Item patet istud, quia dicitur eod. cap. offeret pullum columbæ pro peccato, & tradet sacerdoti qui orabit pro ea, & sic mundabitur a profluuio sanguinis sui, & sic innuitur, qp offerendo illud sacrificiū pro peccato mundaretur mulier a profluuio sanguinis, in quo significatur, qp peccatum parientis nō erat aliud, nisi fluxus sanguinis, ideſt immunditia causata ex fluxu sanguinis, quā lex reputat manere vsquequo fiant illę cęremoniæ sacrificiorum.

Cum autem dicitur, qp sacerdos orabit pro ea. est sensus, qp orabit, vt Deus nō reputet iam illam mulierem immundam, & licitè ingrediatur in Sanctuariū.

Item patet hoc de leproso, quia si sanaretur offerebat sacrificium de peccato, siue pro delicto Leuit. 14. & tamen fuisse leprosum non erat aliquod peccatū, pro quo necesse est offerri. Et si dicatur, qp iste incurrerat lepram ex peccato concedi potest, & tamē non est necesse, qp iste maneret semper in peccato quousque sanaretur, immo verisimilius erat, qp prius cessasset a peccato, & tamē pro quolibet sanato a lepra offerebatur sacrificium post emundationem. Itē quia si pro peccato, quod fuerat causa leprę, offerretur sacrificium deberet offerri ante sanitatem, vt sic sanaretur, & tamē numquam offerebatur sacrificium, nisi post mūdationem a lepra eodem capi. ergo non erat istud aliquod peccatum.

Sed dicendum, qp erat peccatum, ideſt immūditia, quia cum lepra esset naturalis immūditia, postquam quis sanaretur ab illa adhuc iudicabatur immundus legaliter, & durabat ista immunditia quousque fierēt cęremoniæ per sacerdotem, & sic dicebatur offerri sacrificium pro delicto, vel pro peccato, ideſt pro immunditia illa legali, vt iam non reputaretur manere ille in immunditia. Sic etiam erat de viro fluente semine si sanaretur, & de muliere fluēte sanguine extra tempora menstruorum si sanaretur. Nam pro vtroque iubebatur offerri sacrificium pro peccato Leuit. 15. ibi tamen non erat peccatum aliquod, sed sola illa immunditia legalis, quæ vocabatur peccatum, & ab illa mundabantur isti per sacrificia; & iste modus accipiendi peccatum inuenitur sępe in Leuitico.

Ita fuit nunc de sacrificio pro peccato Nazaræi: nā non fuit hic aliquod peccatum eius, sed sola immunditia,

ditia, quam lex reputat eum incurrisse, eo quòd corã ipso mortuus est aliquis, & ita dicitur deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, ideſt contaminatus est propter mortuum, quia coram eo obijt, & sacerdos deprecabitur Deum, vt non reputetur iste Nazarçus iam immundus, sed vt mundus existens possit continuare votum suum. nullum autem aliud peccatum hic intelligi potest, & sic sepe accipitur.

Sanctificabitque caput eius in die illa. Ideſt sacerdos faciet caput Nazarei in die illa esse sanctum. nõ est sensus, ꝙ tunc fieret aliqua cõsecratio in capite Nazarei, sicut fiebat in sacerdotibus: quoniã nũquam vngebãtur capita Nazarçorum. Sed dicitur sanctificari caput Nazarei, ideſt applicari Deo, & hoc fit ex die illa cum offert oblationes supra positas, quasi dicat, ꝙ ante hoc non poterat Deo applicari caput Nazarei.

Causa horum est, quia caput Nazarei quãdiu durat in statu illo est consecratum Domino ad obseruandũ speciales ceremonias, & Deus acceptat illud ad completionem voti. Cum vero polluitur moriẽte aliquo coram eo, omnes dies prẽteritę obseruationis in voto illo sunt irriti, quia non computantur, & raditur. postea vero in octauo die fiunt oblationes, & tunc restituitur Nazarçus pristinæ sanctificationi, & cõsecrationi, quia sicut ante omnes dies quos in voto ageret valerent, & acceptarentur a Deo: ita erit post istã diem octauam, in qua fiunt oblationes pro eo. septem autẽ dies priores, quibus mansit in rasione capitis non cõputantur in voto, quia tunc caput immũdum esse dr. restitutio ergo ad pristinũ statum, quę fit in die octaua, vocatur sanctificatio capitis: proprie tamen sanctificatio est mundatio, cum sanctum distinguatur cõtra pollutum, & sic dr Leuit. 11. c. sancti estote, quia ego sanctus sum, ideſt estote mundi ab omni ꝓtaminatione. Nazarçus autem sanctificatur in hoc die octauo, quia tũc caput eius mundum effi[illegible]tur ad obseruationem voti, & valorem: ante hoc [illegible]em non erat. & dr ꝙ sanctificabit eum sacerdos, quia ipse facit ritus immolationum, quibus expletis Nazarçus mundus est.

Et consecrabit Domino dies separationis illius. Istud est expositio prẽcedẽtis, s. ꝙ caput Nazaræi fuerat ante hoc sanctificatum, ideſt effectum mũdum ad obseruationem voti huius, & tunc consecrantur Domino dies separationis huius, & applicantur Deo, vel dedicanẽ, quasi dicat, si ante istam purgationẽ vellet Nazarçus ꝓtinuare votum suum viuendo in habitu Nazaræorum, & faciendo illa, quę faciunt cęteri Nazaræi non acceptarentur a Domino illi dies obseruationis, quia fiebat ꝓtra ordinẽ Dei. Nunc verò expletis omnibus cęremonijs, quas Deus iubet, acceptabantur dies sequentes in voto; & hoc est consecrati dies Nazaræi.

Offerens agnum anniculum pro peccato. Præter sacrificia quæ supra fiebant in duobus pullis columbæ, vel turturibus, quorum erat vnus pro holocausto, & alius ꝓ peccato, adhuc fit hic aliud sacrificium pro pcto.

Pro quo peccato Nazaræi fit hoc sacrificium.
Quæst. XII.

SED dicèt aliquis pro quo pcto fit istud sacrificium? Posset enim responderi, ꝙ fiebat ꝓ immunditia expianda, quam incurrerat iste Nazarçus moriente aliquo corã se, sicut dicebat supra de turture immolato pro peccato. s. deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, ideſt ꝓtaminatus est. ita potest hoc fieri ꝓ eadem ꝓtaminatione. Rñdendum est, ꝙ non fiebat pro ista ꝓtaminatione, quia non erat valde opportunum pro eadem contaminatione bis offerri. Sufficiebat enim semel ad cęremoniarum expletionem: potissimè quia nõ dr hic deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, sicut supra dicebatur, sed ꝙ immolabitur pro pcto. Dicendum ergo, ꝙ hic fit immolatio pro vero pcto Nazarei non determinate pro aliquo, quia non esset tũc aliquod, quod exigeret specialem oblationem, sed iubebat Deus cum alijs cęremonijs fieri oblationem ꝓ peccato istius in generali.

An possit concedi, quòd Nazaræi sacrificium esset pro immunditia eius. Et quòd vnicum potest fieri sacrificium diuersis generibus animalium. Quæst. XIII.

ISTI si concedant sacrificium pro pcto Nazarei esse pro immunditia eius, q̃ contraxit super mortuo, & non esse aliquod verum peccatum ipsius, quia tñ ponitur iterum sacrificium pro peccato turbantur. vnde non putant illud esse iam pro immunditia, sed pro aliquo alio, quia alias non repeteretur. Dicendum tñ, ꝙ istud non stat, quia tunc redirent eadem inconuenientia, quę allegata sunt prẽcedẽn. ꝙ scilicet quia oporteret dari in quolibet Nazarço aliquod peccatũ, qñ aliquis coram eo mortuus est, quod non est verum. Item nõ tenet, ꝙ dicatur offerri istud sacrificiũ pro pcto in generali, quia istud non est in consuetudinem legis, quę nunq̃ imponit sacrificium nisi pro aliquo determinato pcto. Itẽ quia istud quolibet alio tempore poterat imponi Nazarçeo, & cuicũque alteri, eo ꝙ in quolibet est aliquod peccatum. & tñ hoc non imponitur Nazarçeo, nisi cum aliquis mortuus est coram ipso, ergo non est hic pctũ ꝓ quo offertur aliquod pctũ speciale, neque etiam peccatum in generali, sed est immunditia. Cum aũt obijcitur ꝙ sunt hic multa sacrificia pro pcto, ideo ꝙ oportet esse multa peccata. Dicendum ꝙ nõ stat. vnicum enim sacrificium pro pcto, & tñ fit in duobus generibus animalium. s. in turture, & in agno, & non est inconueniens, quia licet regulariter detur vnum genus animalis in vno sacrificio, vt colligitur Leuit. 4. & 5. tamen aliquando in eodem sacrificio offerũtur multa animalia non solum similia, quod minus est, sed etiam diuersarum specierum, quod plus est, sic patet in fœdere, quod pepigit Deus cum Abraam: nam ibi occisa fuit vacca, & capra, & aries, & turtur, & columba Gene. 15. & pertinuerunt ad eundem modum aries, capra, & vacca, quia ista tria diuisa fuerunt per medium. c. c. ideo videtur, ꝙ vnum illorum sufficiebat: tamen ad maiorem solennitatem fœderis posita fuerunt ista tria animalia. Item patet manifestius sequenti c. in sacrificijs dedicationis Sanctuarij, quia ibi in sacrificio pacifico cuiuslibet principis oblata sunt multa animalia, tam similia, q̃ diuersarum specierum in hostias pacificas, & in holocaustum. Nam quilibet obtulit in holocaustum tria animalia. s. bouẽ vnum, arietẽ vnũ, agnum anniculum vnũ, & obtulit quilibet in hostias pacificas decem, & septẽ animalia. s. boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Certum est autem, ꝙ holocaustum est vnum genus sacrificij, sicut sacrificium ꝓ pcto, & sacrificiũ pacificũ est vnum genus sacrificij, sicut sacrificium pro peccato, quia ista ponũtur tanq̃ tria genera distincta, vt patet Leui. 1. & 3. & 4. ergo sicut in holocausto, & hostia pacifica offeruntur interdum multa animalia similia, & aliquando dissimilia ad solennitatem sacrificij, ita & in sacrificio ꝓ pcto fiet aliqñ: ideo hic in sacrificio Nazarei factum est. Sed obijcietur, quòd nõ solum erãt hic duo sacrificia pro peccato, sed etiam tria. nam primo ponitur turtur, aut pullus columbę pro peccato, deinde agnus anniculus pro peccato, & postea ouis immaculata pro peccato, vt patet in litera.

Dicendum, quòd ista non referuntur ad idem tẽpus, neque ad eandem rem. Alius enim ritus erat, qñ polluebatur Nazarçus moriente aliquo coram eo, & tunc offerebatur turtur, & agnus anniculus. Alius ritus erat, quando complebatur tempus voti, & non inciderat Nazaræus in aliquam immunditiam, & tunc offerebantur sacrificia multum dissimilia prẽcedentibus, & ibi erat pro peccato ouis immaculata, & sic non coincidit in tempore neque in re cum prioribus sacrificijs, sed de turture, & de agno anniculo ꝓ peccato erat ratio dubitandi, quia offerebantur simul, & pro eadem re, scilicet pro immunditia, quam contraxerat super mortuo, sed sunt vnicum sacrificiũ, sicut dictum est.

Aliter posset dici, quòd ibi fuerunt duo sacrificia pro peccato, quæ vocantur duo, quia non fuerunt simul oblata, sed diuersis temporibus, scilicet vnum in mane diei octaui, & aliud ad vesperum eiusdem diei, vt aliqualiter innuitur ex litera, scilicet in octauo die offeret duos turtures, vel duos pullos columbarum sacerdoti: facietque sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, & sequitur. sanctificabitque caput eius in die illo offerens agnum anniculum pro peccato. inquãtum enim dixit sanctificabit in die illo signatur, quòd isti actus non fuerũt continui, scilicet offerre duos turtures in holocaustum, & pro peccato, & postea dicitur, quòd offeretur agnus anniculus ꝓ peccato, quia si in eodem tempore ista fierent, nõ diceretur. sanctificabitque in die illo, sed solum diceretur sanctificabit, vt significaret vnus actus continuus, & ita si discontinuè istud fieret, vocarentur duo sacrificia pro peccato. si autem simul, etiam si multa animalia dissimilia offerantur, erit vnicum sacrificium. satis posset teneri, quòd fuerint duo, ideſt in duobus temporibus facta: melius tamen est, quòd sit vnicum sacrificium, ideſt ambo animalia simul oblata.

Ita tamen, vt dies priores irriti fiant. Ideſt etiam cum istis omnibus cęremonijs stat hoc, quòd dies priores habiti in voto sint irriti, ideſt non computentur: vtpote si aliquis stans in voto Nazaræorum magno tempore, scilicet duobus, vel trib⁹ annis, & post 10. vel 15. dies consummãdum esset si moreretur aliquis homo corã eo, omnes illi tres anni nihil valerent, sed a principio repetendi erant, & non solũ dies prẽteriti vsque ad diem quo mortuus est aliquis coram Nazaræo irriti sunt, sed etiam septem dies, qui computantur ex tunc vsque ad diem octauum, in quo fiunt sacrificia pro Nazaræo. nam in die illo octauo incipiebant dies computari.

Quoniam polluta est sanctificatio eius. Ideſt omnes dies priores irriti sunt, quia sanctificatio Nazarei, ideſt caput suum sanctificatum pollutum est. non enim poterant computari dies voti, nisi quando Nazarçus esset sanctus, vel incontaminatus. Cum vero incidisset in pollutionem prẽpositam iam immundus fiebat, ideo quidquid obseruabat, super quod cadebat ista contaminatio reddebat pollutum, sed dies cum pollutione non computantur. ergo nec dies prẽcedentes cõputabantur: postea verò cum mundus esset incipiebant computari. In quo sciendum, ꝙ si Nazaræus multoties pollueretur erat repetenda multoties ista purificatio, & toties fiebant dies irriti. vnde posset aliquis Nazarçus vouens vnum annum in voto Nazaræorũ in 20. annis non finire si acciderent sibi frequentes cõtaminationes, propter quas deberet votum repeti ab exordio.

Ista est lex consecrationis. Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur, adducet

eum ad ostium tabernaculi fœderis, vt offerat oblationem eius Domino, agnũ anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum hostiam pacificam, canistrum quoque panum azymorũ, qui conspersi sunt oleo, & lagana, absq; fermento vncta oleo, ac libamina singulorum, quæ offeret sacerdos corã domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustũ. Arietem vero immolabit hostiam pacificam domino, offerens simul canistrum azymorum, & libamenta, quæ ex more debentur. Tunc radetur Nazarçus ad ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ. Tolletque capillos eius, & ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum, & armum coctum arietis, tortamque absque fermento vnam de canistro, & laganum azymũ vnũ, & tradet in manus Nazarei, postquã rasum fuerit caput eius. Susceptaque rursum ab eo eleuabit in conspectu domini, & sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari iussum est, & femur. Post hæc potest bibere Nazaræus vinum. Ista est lex Nazaræi cum vouerit oblationem suam domino tempore cõsecrationis suę exceptis his, quæ inuenerit manus eius. Iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suę.

Ista est lex. Hic ponitur tertium huius c. s. status professionis qui consistit in complemento voti: nã sicut cum aliquis Nazarçus polluebatur faciebat aliqua sacrificia, ita cum finiret votum suum faciebat alia. *Ista est lex consecrationis.* i. ista est lex quam obseruant Nazarei consecrati domino, quando explent votum suũ. *Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur.* Ideſt ista, quæ sequuntur debet facere Nazaræus, quando explet votum. si enim vouisset manere vno anno in voto Nazarçorum, expleto illo non obligabatur vltra obseruare cęremonias illas, sed faciebat sacrificia ista, & erat liberatus a voto. in hoc autem patet, ꝙ votum Nazarçorum non erat perpetuum de se, sed quilibet poterat in eo manere. quanto tempore voluisset.

Nazaræus quæ facturus sit qñ explet votum.

Adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis. Istud verbũ ꝓt referri ad Nazarçum, vel ad sacerdotẽ. Primo modo est sensus, ꝙ adducet eum. i. Nazarçus adducet seipsum, vt vr̃ dicere litera hebraica, vel refertur ad sacerdotem. s. ꝙ ipse adduceret eum, quasi inuitum, qa si aliquis de Nazarçis completo tpe suę consecrationis vellet bibere vinum, & radere capillos relicta obseruatione Nazarçorum nulla facta solennitate sacerdos violenter adducebat eum ad Sanctuarium, ne ꝓderet sacrificiorum partes, quæ sibi inde ꝓueniebãt. vel accipitur adductio. i. prẽlentatio ad Sãctuariũ. s. ꝙ sacerdos præsentaret eum ad ostium tabernaculi fœderis. nam quamquam laici possent introire in atriũ tabernaculi liberè ad offerendum, tñ ad ostiũ taber-

Universidad de Deusto Biblioteca

naculi accedere non poterant, nisi sacerdotes eos ducerent, & iste est hic sensus. s. ꝙ in die expletionis voti Nazaræus portaret oblationem suam in Sanctuariū, & tunc sacerdos acciperet eum cum oblatione sua, & duceret coram domino ad ostium tabernaculi.

Et offeret oblationem eius domino. i. sacerdos præsentabit totam oblationem Nazaræi coram domino ad ostiū tabernaculi, siue coram altari holocaustorum, & ponuntur hic sacrificia de omnibus generibus, tā in carnibus, quam in panibus propter magnam solennitatē expleti voti. Nicolaus dicit, ꝙ fiebat oblatio de omnibus generibus ad signandum, ꝙ Nazarẹus debet esse prōptus famulari domino omnibus modis. Sed hoc non pertinet ad sensum literalem, quia tunc a principio debuissent offerri ista sacrificia. Nam in toto tempore quo obseruabat votum Nazaræi erat specialiter Deo applicitus. Cum vero desinebat obseruare rediēs ad vitam secularem, non erat ita applicitus, ideo magis conueniebat a principio voti, quòd signaret se eē promptum ad obediendum Deo in omnibus, quam in fine voti, ideo stat prima causa assignata. *Agnum anniculum immaculatum in holocaustum.*

Sacrificia, quæ faciebat Nazaræus, & quare de istis animalibus. Et quòd meliora debent offerri Deo.
Quæst. XIIII.

DECLARANTVR hic sacrificia, quæ faciebat Nazaræus. Et primum erat holocaustū pro quo offerebat agnum anniculum. De istis enim fiebat communiter holocaustū, quia sacrificia sunt, sicut cibus noster, id[eo] Deus altare suum vocat mensam, tanquam aliquid ibi ponatur ad cibum eius, vt patet Malach. cap. 1. sed in cibis nostris nos eligimus ea, quæ teneriora, & sapidiora sunt: ita ergo Deus in sacrificiis, & hoc quidem non quasi magis proficeret in sacrificium ips[i] Deo vnū animal, quam alterum, quoniam secundu[m] veritatem, nihil horum sibi proficit, quia bonorū nostrorum nō indiget, vt patet Psal. 15. Sed offerri debebant ea, quæ meliora erant, vt sacrificia Dei non haberentur tanquam despicabilia, ideo Deus conqueritur de sacerdotibus per Malachiam, quòd contemnerēt sacrificia illius, & dicerent esse polluta, vt patet Malach. cap. 1. scilicet, dixit dominus exercituum ad vos ò sacerdotes q despexistis nomen meum, & dixistis in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis in quo polluimus te? in eo, ꝙ dicitis mensa domini despecta est, si offeratis cęcum ad immolandum nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum? offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam dicit dominus, & nūc deprecamini vultum domini, vt misereatur vestri, de manu. n. vestra factum est hoc, si quō suscipiat facies vestras. ecce qualiter conqueritur Deus, ꝙ sacrificia sua despecta sint, ideo ea quę meliora apud nos sunt offerenda sunt illi.

Cur Nazaræus offerebat holocaustum. Et quòd nullum sacrificium est ita ad laudem Dei, sicut holocaustum. Et quid hostia esset. *Quæst. XV.*

QVAERETVR in hoc, quare Nazaræus offerebat holocaustum.

Et respondetur, ꝙ ipse offerebat omnia genera oblationum istarum in solennitatē expleti voti. in sacrificijs tn̄ nullum est, quod ita directe ad laudem Dei sit, sicut holocaustum. Nam istud est ad laudem Dei totaliter non habens alium aliquē finem principalē. si aūt consequenter inde fiat expia-

F tio, sicut patet Leuit. c. 1. vbi dr̄, ꝙ holocaustum ꝓdest in expiatione, non est hoc ex prima intentione offerētis, sed solum laudare, vel honorare Deū. alia aūt sacrificia, q̄q̄ sint ad honorem Dei generaliter, sicut sunt oēs ceremonię, tam noui, q̄ veteris testamenti: tn̄ in speciali pro quibusdam aliis causis fiunt. s. hostia pacifica ad pacificandum nobis Deum, vt aliquid tribuat quod optamus, vel ad reddendum ei gratias, quia fuit nobis pacificatus reddendo, quod petebamus, vt [est] declaratum Leui. c. 3. & 7. hostia autem pro pc̄tō, q̄q̄ ad laudem sit: tamen in speciali est ad emundationē delicti, vt patet Leuit. c. 4. & 5. ergo cum ad honorem Dei aliqua sacrificia facimus, maxime debet fieri G holocaustum, quia directius proficit in laudem Dei, quā cętera. *Et ouem anniculam immaculatam pro peccato.* Istud erat secundum genus sacrificii. s. pro pc̄tō, & offerebatur ouis annicula. i. ouis, quę nondum excessit vnū annum. Nec accipitur stricte annicula. i. ꝙ in die illa, in qua offerretur compleret vnum annum, quia difficile erat hoc mō inquiri ouem anniculam. raro. n. reperirentur tales, vel saltem non oī tpe. Sed vocatur ouis annicula, postquam compleuerit dies septem, vsque ad annum completum. Nam ante septimum diē offerri nihil poterat, postea vero qn̄cunque, sic patet Exo. c. 22. & Leu. 22. c. cum dr̄, bos, ouis, & capra cum genita fuerint 7. diebus erūt sub vbere matris suę. die aūt octauo, & deinceps offerri poterunt dn̄o. Causa H aūt quare offerebatur ouis pro peccato, & non aries, erat quia fęmina est minus sacrificium, quam masculus. vnde pro peccatis magis debet offerri masculus, pro peccatis autem paruis offertur fęmella, hoc obseruatur Leui. cap. 4. vbi pro peccato summi sacerdotis per ignorantiam, & pro peccato totius populi offerebatur vitulus, quia ista sunt magna peccata. pro peccato autem principis populi offerebatur hircus, qa istud licet non sit ęquale duobus pręcedentibus, est tn̄ satis magnum. pro peccato autem personarum priuatarū quod minus est, offerebatur capra.

Quomodo offerebatur hic pro peccato Nazaræi. Et quòd non cogitur aliquis offerre pro peccato, nisi illud sciatur.
I *Quæst. XVI.*

SED quęretur quō offerebatur hic pro pc̄tō Nazaræi: non. n. est dicēdum, ꝙ offerretur pro peccato, quod iste habuit super mortuo. i. pro contaminatione, de qua supra dicebatur. s. & deprecabitur pro eo, quia peccauit sup mortuo: illud. n. peccatum erat, qn̄ repetebatur votum Nazaræi a principio propter aliquam contaminationem superuenientē: nunc aūt erat expletio voti Nazaræi. Sed dicēdū est, ꝙ fiebat istud sacrificium pro pc̄tō Nazarẹi in generali. s. ꝙ Nazarẹus in aliquo peccauerat, q̄q̄ nō esset illud determinatum, & ideo vt remitteretur offerebatur sacrificium.

K Aliter & melius dici potest, quòd offerebatur pro peccato Nazaræi, scilicet, quòd Nazarẹus obseruauerat votum toto tpe quo ꝓmiserat. in hoc aūt nesciebat an Deū offendisset. s. agendo aliquid, qđ eēt ɔ̄ statutū voti per quod Deus non acceptaret votū. ideo vt oīa talia remitterētur, & votū acceptabile esset fiebat sacrificium pro pc̄tō. Istud vltimum aliqualiter erat rōnabile, eo ꝙ Nazaræus poterat per ignorantiā omisisse aliquam cęremoniam de illis, ad quas tenent Nazarẹi tpe quo durat votum, & pro illa omissione, quæ erat peccatum, poterat nunc offerre.

Sed dicendum, ꝙ non est verum, quia nunquā aliquis cogebatur offerre pro peccato, nisi quando sciebat se peccasse, ēt si a principio qn̄ peccauit, nesciret se peccare, & tn̄ nunc Nazarẹus nō erat sibi conscius

alicuius

alicuius violationis voti. ergo non tenebatur offerre hoc sacrificium.

Item quia si pro pc̄tō sub dubio deberet Nazarẹus offerre sacrificium, teneretur offerre illud, antequam moreretur aliquis coram eo, quia tunc idem dubium habebat. s. an peccasset omittendo aliquid de voto, & tn̄ nō tenebatur offerre aliquid, anteq̄ incideret in istā immunditiam, ergo non offerebat nunc ꝓ tali pc̄tō.

Sed dicendum est, ꝙ istud pc̄m̄ erat immunditia, quam incurrerat super mortuo, quę expiabatur ꝑ ista sacrificia. vt ostensum est supra 11. & 13. q. *Et arietem immaculatum hostiam pacificam.* Idest etiam offeret arietem in hostiam pacificam.

Hostia pacifica, quare a Nazaræo offerebatur.
Quæst. XVII.

ISTA conditio, quę est esse immaculatum nō est conditio magis vnius sacrificii quam alterius, in nullo. n. sacrificio poterat offerri, nisi immaculatum, vt patet Leui. c. 22. offerebatur hic hostia pacifica pro pace habita, vel habenda, nam semper pacifica hostia a pacificando Deum dr̄, vt declaratum est Leui. c. 7. Nazarẹus autem poterat offerre hostiam pacificam ad vtrunque horum. Primo ad pacificandum Deum. s. ꝙ si aliquid peccauerit propter hoc, qđ demereretur acceptari votum a Deo, Deus pacificarēt ei, & acceptaret votum suum expletum, & tunc quasi in idem redit sacrificium pro pc̄tō, & hostia pacifica. hic p̄t intelligi hostia pacifica pro Deo pacificato. s. ꝙ Nazaræus intelligeret Deum sibi esse pacificatum, eo ꝙ perduxerat illum ad completionē voti, & pro hac pace offert ei hostias pacificas, quæ dicuntur pro pace habita, vel in gratiarum actiones. Adhuc autem alia causa est, quare offerat Nazarẹus hostias pacificas, scilicet propter gaudium completi voti. Nam hostia pacifica cedebat pro maiori parte offerentibus, cū Deo solum prouenirent adipes, & sanguis, vt patet Leuiti. c. 3. sacerdotibus autem de istis hostiis proueniebat pectusculum, & armus dexter, vt patet Leui. c. 7. Cęteræ autem carnes offerentibus proueniebant. victimæ ergo pacificę erant ad gaudium ipsorum offerentium, quia comedebant partes earum, holocaustum vero, & hostia pro pc̄tō totaliter proueniebat Deo, & sacerdotibus, offerentibus autem nihil. Et de his hostiis pacificis comedebant offerentes intra Sanctuarium in atrio eius, & lętabantur coram domino, vt patet Deu. 12. & 16. c. & Iosue, c. 8. poterant etiam conuocare oēs amicos suos ad comedendum de his victimis, dum [tn̄] essent mundi, qui possent intrare in Sanctuarium, qđ patet Deut. c. 12. vbi qui offerunt hostias pacificas cōuocant filios, & ancillas, seruos domus suę, peregrinos, & aduenas, & pauperes Leuitas ad comedēdum de illis. De ritibus autem horum sacrificiorum, nihil hic dr̄, quia pręsupponuntur ea, quę hn̄t in Leuitico. de ritibus horum. s. de hostia pacifica, quid proueniat Deo, & quid sacerdotibus, & quid offerentibus, & de mō immolationis, & cremationis hr̄ Leu. c. 3. & 7. de toto ritu holocausti hr̄ Leui. c. 1. de ritu autem sacrificii pro pc̄tō hr̄ [Le]uit. c. 5. & 6. ideo hic nihil repetitur.

Libamēta istorum sacrificiorū. Et panis cōditiones.

Canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo. Hic ponuntur libamenta istorum sacrificiorum, semper. n. holocaustum, & hostia pacifica offeruntur cum libamentis, vt patet j. 15. sunt autem libamenta simila, oleum, vinum, sal, & thus de quibus ibi, & Leu. c. 2. sacrificium aūt pacificū, qn̄ erat pro gr̄arum actione habebat ꝑter hoc specialia libamenta. s. ꝙ offerebant panes cum illo, erant autem isti panes conspersi oleo, absque fermento, & lagana, azyma vncta oleo, & simila cocta, atque collyridæ conspersæ, & cōmixtę oleo,

A panes etiam fermentati, de quibus omnibus hr̄ Leui. c. 7. Hic autem ponuntur aliqui de istis panibus, & dr̄ ꝙ portabit Nazarẹus canistrum panum azymorū. i. panes azymos. in canistro portabantur azymi, quia ad sacrificium non pertinent panes fermentati, quia nihil de fermento, & melle cremandum est super altare, idest quamquam tradantur manibus sacerdotis panes fermentati, super altare tn̄ offerendi non sunt ad cremandū, vt patet Leui. c. 2. sed hic debebat pars istorum cremari, ideo azymi necessario esse debebant.

Qui conspersi sint oleo. Dn̄r panes ɔspersi oleo, quādo in sua formatione, siue massatione oleo commiscent̄, sicut erant commiscendi aqua, & ita quidam panes in formatione sua butyro ɔsperguntur, qui osomogari B dn̄r: ibi aūt offerebant̄, & pars eorum cremabat̄, reliquū aūt sacerdotibus proueniebat. *Et lagana absque fermento.* Istud est secundum genus oblationis in pane, quod offerebat Nazarẹus, & est cum massa coquit̄ in aqua, & postea frigitur in sartagine. Erant ēt ista lagana sine fermento, quia de eis aliquid cremādum erat: super altare tn̄ de fermentis nihil cremabatur. *Vncta oleo.* i. ista lagana debebant vngi, vel superfundi oleo, & hoc est, quod vocat̄ alio noīe oleo litum. Differt. n. esse vnctum, vel litum oleo, & esse ɔspersum. Nā conspersum oleo dr̄ id quod cu[m] formatur in panem cōmiscetur oleo, sicut cum farina commiscetur aqua ad formandum panes. oleo litum, vel vnctum dr̄ id qđ non commiscetur oleo, qn̄ formatur in panē, sed po- C stea ei superfunditur, & sic erat de laganis, ideo nō vocantur co[n]spersa oleo, sed oleo vncta. per istos duos modos panum intelliguntur omnes alii panes qui offeruntur cum hostia pacifica. s. simila, cocta, & collyridę, atque panes fermentati, quia omnes hi iubentur offerri cum hostia pacifica, vt patet Leui. c. 7. ad quem autem pertiner[e]nt istę oblationes panis declaratur. j. in litera. *Ac lib[a]mina singulorum.* Idest pręter hęc debent offerri libamina, in quolibet istorum: refert̄ hic ad sacrificia supra posita. s. cum quolibet sacrificiorum offerentur libamina sua, quę autem sint libamina, infra 15. c. datur regula generalis pro omnibus animalibus, quantum de vino, pane, & oleo habere debeāt, quę vocantur libamina. in sacrificio tamen pro pc̄tō D libamina nulla dantur, ideo cum hic dicitur libamina singulorum: non intelligitur, ꝙ omnia ista habeant libamina, sed solum illa quibus alias debetur ex iure, & ista sunt holocaustum, & victima pacifica, pro quibus pręsupponitur, id quod habetur. j. 15. in quo patet, ꝙ non fuerunt ista omnia eo ordine scripta, vel acta quo hic narrantur, cum illa, quę habentur infra 15. c. p̄supponantur hic, & alibi in Leuitico. *Quæ offeret sacerdos coram domino.* i. omnia pręducta, siue panes, siue sacrificia, siue libamenta offeret sacerdos, quia ipse in manibus suscipiebat, & pręsentabat coram domino. *Et faciet tam pro peccato, quam in holocaustum.* Idest iste sacerdos faciet vtrunque sacrificium. s. pro pc̄tō, & in holocau- E stum, & non intelligitur hic de libamentis, quia pro pc̄tō non offerebantur libamenta, sed in holocaustū solum, & victimam pacificam, vt patet infra 15. c. Sed dicitur facere pro pc̄tō, & in holocausto. s. facere pro his cęremoniis, quæ requiruntur in sacrificando, & patet, quia immediate subditur de alio tertio genere sacrificii. s. de hostia pacifica, cum dicitur.

Arietem vero immolabit hostiam pacificam. Idest etiam immolabit arietem pro hostia pacifica. q. d. pro peccato, & in holocaustum offerebat agnum anniculum, & ouem anniculam, in hostiam tamen pacificam offeret arietem. Sic enim supra iussum erat.

Tertiū genus sacrificii.

Offerens simul canistrum azymorum. Dixit per se de hostia pacifica, quia ipsa habebat specialia libamenta: nā offerebatur ibi simila, vinum, oleum, thus, & sal, sicut

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ſacrificio holocauſti, & præter hoc offerebant alia libamenta. ſ. panes alterius modi, qui ponunt hic, & ſ. dicti fuerũt. Et dr. ꝙ offerretur caniſtrum azymorũ. i. caniſtrum cum panibus azymis: multi. n. ibi erant, offerebantur & reliqui panes, de quibus ſupra eſt dictũ. *Et libamenta, quæ ex more debentur.* i. cum hoſtia pacifica, p̃ter hos panes offerentur libamina, q̃ debent ex more. i. quę alias conſuetũ eſt dari in cęteris ſacrificiis pacificis, quod poteſt intelligi dupliciter. vno modo proſimila, & oleo, vino, ſale, & thure, quę in oĩbus hoſtiis pacificis offerri ſolent, nunq̃. n. ſine his licebat offerri hoſtiam pacificam, vt patet. j. 15. c. Alio modo poteſt intelligi de libamentis, quæ ſunt ſpeciales modi panum. ſ. de laganis, & collyridis, & panibus fermẽtatis, quę oĩa ſunt tanquam libamenta hoſtiæ pacificę, iuſſum. n. erat in hoſtiis pacificis hęc offerri, va patet Leuit. c. 7. *Tunc radetur Nazaræus.* ſ. poſtquã fuerint facta ſacrificia quæ dicta ſunt, radetur Nazarçus oĩbus pilis capitis ſui. Ante hoc enim toto tempore, quo manebat Nazaræus in voto ſuo, nutriebat capillaturam, & non licebat ei radere vllum de capillis, vel tondere. tẽpore ergo completi voti erat magna cęſaries eius, & tota radebatur nouacula.

Quomodo licebat Nazaræis radere caput cum faciebant ſacrificia cum in lege vetita eſſet raſio.
Quæſt. XVIII.

SED arguet aliquis hoc non licere, quia Leuitic. c. 19. iuſſum erat, ne quis tonderet ſi rotundũ comam ſuam, nec raderet barbam, hic tamen iubebatur totum radi, tam in barba, quam in capillis capitis. Reſpondendum eſt, ꝙ regulariter Iudęis non licebat tondere totam comam ſuam. Radere autem nihil licebat, vt patet Leuit. c. 19. & Ezec. cap. 44. Erant tamen aliqui caſus ſpeciales in quibus radebantur, non quia ipſi vellent, ſed quia lex hoc iuberet. Sic erat in leproſis, qui pilis totius corporis denudabãtur in emundatione ſua, vt patet Leuit. c. 14. & hoc, quia plaga lepręadhęret pilis, & vt homo perfecte mundatus eſſet, radebantur omnes pili eius. Etiam Nazaræi quando polluebantur ante finitum votum, debebat radi tota coma ſua ad purgandum eum, & coma, quę poſtea creſceret eſſet ſanctificata. ſic patet ſupra in litera. radebantur etiam capilli Nazaræorum, quãdo finiebant votum, & hoc vt cremarentur corã domino capilli ſui. Cauſa huius eſt, quia conſecratio Nazaræi erat in capillis, vt patet ſupra. ſ. ſanctus erit creſcente cęſarie capitis eius. Et iterum, quia conſecratio Dei ſuper caput eius, & iterum. polluetur caput conſecrationis eius, expleto autem voto Nazarçus rediturus erat ad cõmunicationes ſeculares relictis prioribus obſeruantiis. Si autem capillos ſuos ſecum portaret reduceretur ad vſus ſeculares id, quod domino conſecratum fuerat, vel ſi tonderentur ab aliis vulgaribus haberentur capilli illi nullius momenti, & conculcarentur: tamen non erat decens, quia iſti capilli Deo conſecrati fuerant. Ad honorandum ergo diuinum miniſterium, & cultum cremabantur iſti capilli coram domino, & erat valde rationabile, quia ſicut animalia, quę Deo offerebantur cremabantur coram ipſo, ita capilli Nazaręorum cum domino eſſent conſecrati cremari debebãt. *Ante oſtium tabernaculi fœderis.* Ideſt ſacerdos radet iſtum Nazarçum coram oſtio tabernaculi. ſ. apud altare holocauſtorum in quo erant cremandi capilli, vel coram oſtio tabernaculi, vt viderentur eſſe cremati corã domino, qui ſpecialiter erat in tabernaculo. *Cæſarie conſecrationis ſuæ.* Ideſt radet ſacerdos Nazaræum Cęſarie conſecrationis, ideſt cęſarie conſecrata. vocatur cęſaries tota capillatura, tam capitis, quam barbę, & genarum. & iſta vocabatur cõſecrata, quia erat dedicata Deo toto tempore, quo iſte obſeruabat votum Nazaræorum. Cum autem Nazaræus radebatur iam deſinebat eſſe Nazaræus.

Tolletque capillos eius. Ideſt ſacerdos radens Nazarçi accipiet oĩs capillos eius, ita vt nihil de eis perdatur, quia debebant omnes cremari coram domino cum eſſent ſacri.

Et ponet ſuper ignem qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorũ. Ideſt ponentur iſti capilli in igne altaris, in quo cremãtur ſacrificia pacifica.

An capilli Nazaræorum cremarentur ſuper ignem ſacrum in altari holocauſtorum, vel in alio igne prophano. Et quæ erant cæremoniæ, quæ fiebant in raſione Nazaræi.
Quæſt. XIX.

ALIQUI enim errauerunt in hoc exiſtimãtes, ꝙ cremabantur iſti capilli non in igne altaris holocauſtorum, quia dr hic qui ſuppoſitus eſt ſacrificio pacificorũ. Sed in quodam alio igne prophano, vbi coquebantur carnes pacifici ſacrificii pro ſacerdotibus, & popularibus offerẽtibus. Sed hoc non ſtat, quia tunc non viderent pertinere capilli Nazaręi ad aliquam cõſecrationem, ſicut cremabantur aliæ res prophanæ in illo igne. Item qa dicitur hic ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum. ergo cremabantur capilli iſti in igne, in quo ſacrificia cremabantur. Sed idẽ ignis erat in quo cremabantur omnia ſacrificia, ſcilicet ſuper altare holocauſtorum. ergo in illo altari cremabantur capilli Nazaręi. Dicitur autem hic qui ſuppoſitus eſt in ſacrificio pacificorum, ideſt tunc quando cremabantur capilli in igne altaris erat ſuper illum ignem ſacrificium pacificum. Nam hic offeruntur tria ſacrificia, ſcilicet holocauſtum, & victima pacifica, & pro peccato. Primo autem offerebatur ſacrificium pro peccato, quia iſtud ſemper eſt primum apud omnes offerentes, deinde offerebatur holocauſtum, & cremabatur in eodem altari. poſtremo autem ſacrificium pacificũ adolebatur, & cum cremaretur iſtud ſacrificium cremabantur capilli, ideo dicitur, ꝙ ille ignis erat tunc ſuppoſitus ſacrificio pacificorum: ſi autem tũc cremaretur holocauſtum diceretur, quòd ille ignis erat ſuppoſitus holocauſto.

Et armum coctum arietis. Hic ponuntur quædam aliæ cęremoniæ, quæ fiebãt in raſione Nazaręi. ſ. ꝙ accipe-rentur quidam de panibus quos offerebat Nazarçus, & armus arietis coctus, & ponebantur ſuper manus Nazaræi iam raſi, vt poſtea ſacerdos inde ſumens eleuaret illa coram domino, & dicitur ꝙ ſumet armum coctum arietis. Solum. n. offerebatur hic vnus aries in hoſtiam pacificã, & armus illius coquebatur, deinde ponebatur ſuper manus Nazaręi ad faciendum cæremonias, quæ hũr hic. pertinebat autem iſte armus ad ſacerdotem, quia de hoſtia pacifica, tã armus dexter, quam pectuſculum ſacerdotis facientis ſacrificium erant, vt patet Leui. ca. 7. Hic autem ſumebatur ad faciendum iſtam cæremoniam in manibus Nazaręi: cedebat tamen in partem ſacerdotis, vt patet infra. *Torta tamque abſque fermento vnam de caniſtro.* i. ẽt accipiet ſacerdos vnã tortã de caniſtro ad ponendũ ſuper manus Nazaręi. iſta torta eſt de panibus azymis, quos. ſ. iuſſerat portari in caniſtro, cum dictum fuiſſet, caniſtrum quoque panum azymorum, qui conſperſi ſunt oleo offeret. vocãtur tamen iſti panes tortæ, vel ex vſu vulgari, vel ex latina origine a torquendo dictæ, quoniam quidam panes ſunt, qui in extremitatibus contorquentur. Et dicitur hic tortam abſque fermento, quia Nazarçus offerebat quoſdam alios panes, qui erant fermentati: ſic enim iubebatur Leui. c. 7. vbi ponuntur panes oblati cum hoſtia pacifica.

Et laganum azymum vnum. i. etiam ponebat ſacerdos vnum laganum ſuper manus Nazaręi ad cæremoniã explendam, & iſtud etiam erat azymum, quia nihil de laganis fermentabatur. *Et tradet in manibus Nazaræi.* Ideſt ponet ſuper manus illius, & hoc vt ipſe Nazarę' ſpecialiter offerre videretur: deinde ſacerdos tollebat ſibi. *Poſtquam raſum fuerit caput eius.* Erat enim iſte ordo, quòd Nazaræus primo duceret in Sanctuarium oblationem ſuam: deinde ſacrificia iſta fierent, ſcilicet ꝙ cremarentur ſuper altare ſucceſſiue, primo ſacrificium pro peccato, deinde holocauſtum, poſtea victima pacifica, & cum cremabatur iſtud vltimum ſacrificium radebatur Nazarçus, quod patet, quia ſupra dr ꝙ capilli Nazaręi cremabantur in igne, qui erat ſuppoſitus ſacrificio pacificorum, poſt hęc cum eſſent coctę carnes ſacrificii pacifici extrahebatur armus dexter, & ponebatur ſuper manus Nazaręi iam raſi.

Sed arguet aliquis cũ dicatur hic, ꝙ armus dexter coctus ponebatur ſuper manus Nazaręi: nam ſupra dr, ꝙ ſacrificium pacificum erat in altari ſuper ignem.

Reſpondendum eſt, ꝙ quamquam cremaretur ſacrificium pacificum, tamen nõ cremabantur omnes carnes eius: ſolum enim proueniebat domino de hoſtis pacifica adeps, & ſanguis, carnes autem proueniebant partim ſacerdotibus, & partim offerentibus, vt patet Leui. c. 3. & 7. cum ergo dicitur, ꝙ cremabatur ſacrificium pacificum. non eſt ſenſus, quòd cremabãtur omnes carnes illius, ſed ſolum, quòd cremabatur adeps eius: cætera autem coquebantur pro ſacerdotibus, & offerentibus.

Suſceptaque rurſum ab eo eleuabit in conſpectu domini. i. ſacerdos recipiet iterum iſta de manibus Nazaręi, & eleuabit coram domino. Et dicitur hoc, quia primo Nazaræus offerebat omnia iſta ſacerdoti: deinde coctis carnibus ſacerdos ponebat in manu Nazaræi armum dexterum arietis, & tortam cum lagano. Cum vero nunc reciperet ab eo dicebatur recipere rurſum, qa iam bis eadem recipiebat. dicitur ꝙ eleuabit corã domino, quia ſacerdos prẽſentabat iſta ſuper altare, quãquam non ad cremandum, & eleuabat verſus ſex partes poſitionis. ſ. ante, & retro, ſupra, & deorſum, ad dextrum, & ad ſiniſtrum, vt ſignificaretur, ꝙ Deus cui eleuabantur iſta, erat dominus omnium rerum, q̃ ſunt ſub iſtis poſitionibus, de quo magis fuit declaratum Leui. cap. 7. *Et ſanctificata ſacerdotis erunt.* Ideſt iſta quę eleuabat ſacerdos per iſtam eleuationem ſanctificabãtur, & pertinebant ad ipſum: ſic enim in omnibus ſacrificiis pacificis eleuabat ſacerdos pectuſculum & armum, & pertinebant ad eum, vt patet Leui. c. 7. torta autem, & laganum, quę hic ſimul eleuabãtur pertinebant ad ſacerdotem. *Sicut pectuſculum, quod ſeparari iuſſum eſt, & fœmur.* i. pertinebunt ad ſacerdotem iſta, q̃ eleuabat in manibus, ſicut pectuſculum, quod Deus iuſſit ſeparari in hoſtiis pacificis, & fœmur.

Opin. Nicolai, quòd in iſto ſacrificio Nazaræi eſſet aliquid ſpeciale, quam in aliis ſacrificijs & an ſit verum. Et quare vocatur pectuſculum ſeparationis, & non armus.
Quæſt. XX.

DICIT enim Nicolaus, & quidam alii, ꝙ in iſto ſacrificio erat aliquid ſpeciale, quia in aliis ſacrificiis pacificis ſolum ſeparabatur pectuſculum, vt habetur Leuit. c. 7. hic autem fœmur additur. Sed hoc ſtare non poteſt, quia Leuit. cap. 7. & 10. de hoſtiis pacificis iubetur tolli armus dexter, & pectuſculum pro ſacerdote. cum dicitur pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum eius, armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias ſacerdotis, & iterum, pectuſculum. n. eleuationis, & armum ſeparationis tuli a filiis Iſrael de hoſtiis eorum pacificis, & dedi Aaron ſacerdoti, & Leuit. c. 10. dr pectuſculum quoque, quod oblatum eſt, & armũ, qui ſeparatus eſt edetis in loco mũdiſſimo tu, & filii, ac filiæ tuę tecum: non habebãt ergo ſolũ ſacerdotes pectuſculum de hoſtia pacifica, ſed pectuſculum cum armo dextro. Qui tamen exiſtimant ſolum pectuſculum prouenire ſacerdoribus de hoſtiis pacificis habẽt occaſionem errandi, eo ꝙ in hoſtiis iſtis vocatur ſemper pectuſculum ſeparationis, quod non dicitur de armo dextro. Exiſtimant ergo ſolum pectuſculum eſſe ſeparatum pro ſacerdotibus, ſed errant, vt declaratum eſt. Cauſa tñ quare vocatur pectuſculum ſeparationis, & non armus eſt, quia armus eleuabatur coram dño ſemper de hoſtiis pacificis, & pp hoc non erat dubiũ quin pertineret ad ſacerdotem, quia per iſtam eleuationem efficiebatur ſpecialiter illius: pectuſculum aũt non eleuabatur, vt patet Leui. c. 7. ideo dubitarẽt an pertineret ad ſacerdotẽ, quia cęterę carnes, quę non eleuabantur non pertinebant ad eum, vt ergo in pacificis hoſtiis ſemper intelligeretur pertinere pectuſculum ad ſacerdotem, vocauit illud Deus pectuſculum ſeparationis, ideſt ſeparatũ pro ſacerdotibus de omni hoſtia pacifica.

Secundum dictum Nicolai, & aliorum erat, ꝙ ſpeciale erat in hoc ſacrificio pacifico Nazaręi. ſ. ꝙ pueniebat hic fœmur ſacerdoti, & non in aliis. Sed ꝓrium euidenter patet ex litera, quę ſignat, ꝙ ſacerdoti prouenire dẽbant hęc, ſicut in oĩbus aliis ſacrificiis pectuſculũ, & fœmur ſeparari iuſſa ſunt, qđ patet cum dicãt, & ſanctificata ſacerdotis erunt, ſicut pectuſculũ, qđ ſeparari iuſſum eſt, & fœmur. ergo refertur hic ad iuſſionẽ, quę alibi facta erat, & non ad iuſſionem, quę fit hic, & ſic ſignificatur, q̃ in omnibus aliis ſacrificiis pacificis dabantur pectuſculum, & fœmur.

An in omnibus ſacrificijs pacificis dabantur pectuſculum armũ, & fœmur ſacerdoti. *Quæſt. XXI.*

SED tunc quęretur quomodo poſſit hoc ſtare: nam non apparet alibi, ꝙ iuſſum fuerit dari fœmur in hoſtia pacifica ſacerdoti, ſed ſolum pectuſculum, & armum, vt patet Leui. c. 7. & 10. vbi ponuntur iura hęc.

Dicendũ eſt, ꝙ forte aliquis reſpondere poſſet plura prouenire ſacerdotibus de hoſtia pacifica: nã Deut. 18. c. dicitur, ꝙ cum quis obtulerit victimas, ſiue ouẽ, ſiue bouem dabit ſacerdoti armum, & ventriculum in primitias, & ibi intelligitur de hoſtia pacifica. ergo prẽter armum, & pectuſculum aliquid alterum dandum erat. Dicendum eſt, ꝙ ex hoc non tenet argumẽtum: nam ventriculus qui ibi ponitur non diſtinguit a pectuſculo, & armo dextro, vt fuit ibidem declaratum. Hic aũt dicendum eſt, ꝙ per pectuſculum, & fœmur ſignificantur pectuſculum, & armus dexter, aliqñ tñ ex equiuocatione hebraici ſermonis ponit vnũ loco alterius. Nam in quibuſdam aliis multũ improprie interdum fit aſſumptio vnius pro altero, ideo dicendum erit, ꝙ quantum ad hoc non erat aliquid ſpeciale in ſacrificio pacifico Nazarçorum, & in aliis, qa hic non dabatur fœmur magis, quam in cęteris.

Poſt hoc poteſt bibere Nazaræus vinum. Hic ponitur iam abſolutio Nazaræi a votu ſuo: toto. n. tempore prẽterito non poterat bibere vinum, nunc autem raſo capite iam ſibi incipiebat licere, quia non durabat votũ poſt capitis raſionem, ideo in die illa octaua cum offerebat Nazaræus ſacrificia poterat bibere vinum, & comedere vuas, atque contaminari in mortuis, &

Universidad de Deusto Biblioteca

facere cętera,quę alijs licebant. In hoc enim,quod de vino dicitur intelliguntur omnia alia cum eſſent omnia ſub eadem obligatione voti. dicitur tamẽ de vino, quia hoc erat communius, & in quo magis peccare poſſet Nazarȩus,quam in cȩteris cum ſit quotidianũ. contaminari autem in mortuis, & comedere vuas, & cȩtera, quȩ ad iſtum modum pertinent,non erant quotidiana. magis ergo de hoc expreſſum eſt. ideo Nazarȩus conſummatis iſtis cȩremonijs cũ comederet de partibus prouenientibus ſibi de hoſtia ſua pacifica in eadem die octaua bibebat iam vinum. *Iſta eſt lex Nazaræi.* ſ. iſta quæ ſuprapoſita eſt quãtum ad obſeruationem voti,& expletionem cum ſacrificiis.

Cum vouerit oblationem ſuam domino tempore conſecrationis ſuæ. i. iſte ritus ſuperior ſacrificiorum eſt quem dẽt obſeruare Nazaræus cum vouerit oblationem ſuã.i. cum vouerit dño offerre,& hoc in die conſecrationis ſuę.i.qñ primum conſecratur in Nazarȩum. Eſt dies conſecrationis Nazarȩi prima dies in qua vouet obſeruare ſtatum Nazaræorum aliquanto tp̃e, & tũc dicebatur vouere iſtam oblationem, quia dato, ꝙ nihil exprimeret de his intelligebatur. Nam cum aliquis vouebat ſtatum Nazaræorum vouebat oĩa eſſentialia illi voto. Iſtæ aũt oblationes ſuprapoſitȩ ſunt eſſentiales voto Nazaræorum ex lege data.ergo tenebatur quilibet Nazaræus ad illas ẽt ſi in prima die conſecrationis ſuę,nihil de eis expreſſiſſet, ſicut ſi quis vouiſſet regulam beati Franciſci,ẽt ſi nõ expreſſerit de paupertate,cum vouerit tñ ad illam tenetur ex conditione neceſſaria regulę. *Tempore conſecrationis ſuæ.* Dicitur tempus conſecrationis dies illa, qua primò vouet ſtatum Nazarȩorum, quia tunc conſecratur dño.i.applicatur ei ſpecialiter recedens a cõicatione populari pp Deum. *Exceptis his, quæ inuenerit manus eius.* i. iſtȩ oblationes ſuperiores fient prȩter eas, quas potuerit ipſe Nazarȩus facere. Eſt ſenſus,ꝙ ſuperiores oblationes tenebatur facere Nazaræus ex conditione ſtatus Nazarȩorum,alias tñ faciebat gratis, quæ non computabantur in illis,& iſtȩ erant ſ'm facultatem ipſius Nazarȩi,ideo dr̃ exceptis his, q̃ inuenerit manus eius.i.his, q̃ poterit ipſe, vltra prædicta offerre,& dr̃ non inuenire manus alicuius qñ non poteſt hr̃e id, quod vult,ſic hr̃ Leui.c.5.vbi dr̃,ꝙ ſi nõ inuenerit manus eius duos pullos columbȩ offerat pro peccato ſimilam, idẽ patet Leui.c.12.Intelliguntur aũt iſta verba ciuiliter, nõ ꝙ offerret quantum poſſet manus eius, quia tunc teneretur offerre oĩa,quȩ haberet,ſed dr̃ quilibet offerre,quod poteſt,qñ ſ'm diuerſitatem facultatum oblationes fiunt differentes. Dicunt hebrȩi,ꝙ in ſacrificiis gratuitis Nazarȩi attenditur tp̃s voti, quia maiora ſacrificia gratis offerebat,qui fuiſſet quinque annis Nazarȩus,quam qui fuiſſet vno anno, ſed in hoc nõ multũ differt. maxime quia immediate dr̃. *Iuxta quod mente deuouerit ita faciet.* i. quantum ad iſta ſacrificia, ita ſe habebit Nazarȩus,ſicut vouerit: ſi.n.multum offerre vouerit multum offeret. *Ad perfectionem ſanctificationis ſuæ.* i. omnia iſta erant ad cõplendum cȩremonias ſanctificationis ſuæ in voto Nazaræorum, ſicut.n.requirebatur,quòd offerrentur ea, quȩ ſupra dicta ſunt ad completionem voti Nazarȩorum:ita ẽt offerri debebant ea,quæ Nazaræus ſponte dediſſet, & oĩa offerebantur in hac die,in qua fiebant aliȩ cȩremoniæ, & raſio capillorum Nazaræi. Dñr iſta eſſe ad perfectionem ſanctificationis.i.ad explendam, vel finiendã ſanctificationem. Erat aũt ſanctificatio conſecratio Nazaræi toto tp̃e quo durabat in illo voto, & non cõplebatur iſta ſanctificatio,donec fierent oblationes ſupra poſitȩ. Nam dato,ꝙ aliquis vouiſſet manere quinque annis in ſtatu Nazaræorũ, & compleſſet illos annos, atque raderet caput:non dicebatur cõpleuiſſe votum,

Minus alicuius inuenire quid dicatur.

F niſi faceret iſtas oblationes, quia iſtȩ erant eſſentiales voto,ideo adhuc manebat aliquid de voto,quouſque iſtæ fierent.conſummatis autem illis dicebatur perfecta ſanctificatio. Circa votum Nazarȩorum conſiderandum eſt,ꝙ in veteri teſtamento non fuit ſub pręcepto,ſed q volebat vir, ſiue mulier obſeruabat illud.

Quare Deus voluit iſtam obſeruantiam Nazaræorum eſſe in veteri teſtamento,& an eſſet,tanquam præceptum,vel conſiliũ, & quare lex vetus erat imperfecta, & quæ erant imperfectiones quas permittebat. In omni lege fuerunt conſilia pro perfectis. Et lex noua,quare dicatur perfectionis lex. Et quod multa quæ alias vitia erant permittebantur in veteri teſtamento, & quare. Quæſt. XXII.

G CAVSA autem quare Deus poſuit iſtã obſeruationem in veteri teſtõ fuit, quia ipſe omni tempore voluit ad ſe applicare aliquos homines ſpecialiter: per legem autem datã applicabat ſibi totum populũ Iudȩorum,tanquam peculiarem ſibi gentem,vt patet Exo.c.19.& Deute.7. Adhuc tñ erant quidam alii modi ſpecialiores applicãdi ad Deũ,& ſtrictiores, ſed iſti non debuerunt dari in lege toti cõitati,ne nimis ſtringeretur, quin potius p viris,qui ſpecialiter Deum colere vellent relinquendi erant,nec tñ prorſus Deus debuit illos in lege ſubticere, quia ſi tacuiſſet aliqui forte vellent applicari Deo, & neſcirent modum. Expreſſit ergo Deus hic de ſtatu Nazarȩorum,qui erat quidã modus ſpecialis adhæ- H rendi Deo,& tñ non poſuit ſub p̃cepto,ſed reliqt,tanquam conſilium oĩbus volentibus ſequi: ſic.n.& in lege euangelica eſt.Nam licet iſta ſit lex perfectionis,tñ nõ obligauit hoĩem ad oẽm perfectionẽ, cuius cã eſt, quia lex euangelica danda erat toti mundo. Oẽs autẽ hoĩes nõ poterant eſſe perfecti, vel ſaltẽ nõ erãt diſpoſiti ad perfectionem,ideo non debuit eis dari lex continens oẽm gradũ,& modũ perfectionis. Vocatur tñ lex euangelica lex perfectionis,non ꝙ oẽm perfectionẽ iubet, ſed quia oẽm imperfectionẽ prohibet.ſ.oẽ pctm̃.Nullum.n.vitium in toto nouo teſtõ permittit. lex aũt vetus non vocabatur lex perfectionis, quia nec oẽm gradum,& modũ perfectionis iubebat, nec oẽm imperfectionem prohibebat.nam multa,quȩ alias vi- I tia eſſent permittebantur in veteri teſtõ.nam permittebatur libellus repudii,vt patet Deu.c.24. & tñ ſ'm ſe illicitus erat,vt patet Mat.19.c. permittebantur vſuræ, & tñ ſimpliciter erant illicitȩ. Quod permitterent patet Deut.24.c.Quod ſint illicitæ,patet Luc. c.6. pmittebatur ẽt purgatio vulgaris. ſ.ꝙ viri adducerent vxores ſuas coram dño,& compellerent eas bibere aquas maledictas, & ſic cognoſceretur an fornicatæ eſſent, vt patet prȩced.ca. Permittebatur ẽt vindicta.ſ.ꝙ poſſet quis occidere hoſtem ſuum manu ſua, & non puniebatur in caſu,qui habetur infra 35.c. vindicta tamẽ illicita eſt cum ẽt ira ſit illicita, purgatio ẽt vulgaris illicita eſt. Omnia.n.iura illam interdixerunt. ergo im- K perfectionis lex erat vetus teſtm̃. Etiam vocabatur lex euangelica lex perfectionis, quia erat tota ſpũalis, & lex autem vetus magis conſiderabat temporalia, & de temporalibus bonis loquebatur ponens præmia. Ergo quantum ad hoc non vocabatur ſpiritualis, nec lex perfectionis.Iſta autem lex euangelica, quãquam eſſet lex perfectorum eo mõ quo dictum eſt,nõ vrgebat ad oẽm perfectionem, cum non poſſent ſubiecti hoc tolerare, vt igitur in ea homines applicarent Deo ſpecialius ponebãt quędã doctrinæ, in quibus hoĩes applicabantur Deo ſpecialius,q̃ per ipſam legẽ,& illȩ non vocantur præcepta,ſed conſilia,& hoc modo ponimus multa conſilia euangelica.Sic aũt erat,qd dixit Chriſtus,Mat.19.c.ſi vis eſſe perfectus vade, & vende vniuerſa

vniuerſa quæ habes,& da pauperibus. Sic eſt conſilium de virginitate ſeruanda,vt patet.1.ad Corin.c.7. & multa,tam in euangelio,quàm in epiſtolis, in veteri autem teſtamento ſimile erat in voto Nazarȩorũ, nam ad illud nemo obligabatur, ſed obſeruabant volentes,vt ſpecialius applicarentur Deo.

An obſeruantes votum Nazaræorum mererentur aliquid per hoc. Quæſt. XXIII.

CIRCA hoc quȩret aliquis, an illi qui obſeruabant votum Nazarȩorum, per hoc aliqd mererentur. Et reſpondendum eſt,ꝙ ſic: nã q̃q̃ obſeruatio Nazarȩorum cõſiſtat in quibuſdam cȩremoniis pure corporalibus. ſ. ꝙ nutriret aliquis comam,& ꝙ abſtineret a vino, & a ſimilibus, tñ meritorium erat:nam abſtinentia iſta erat quidam modus ieiunii longȩui: ideo ſicut ieiunium acceptat a Deo, ita acceptabãtur Nazarȩorum obſeruationes. Item ea quæ in veteri teſtõ erant q̃q̃ de ſe non iuſtificarent,tñ iuſtificabant ex deuotione facientium. Sic aũt de voto Nazarȩorum erat: nã pertinebat ad cæremonias veteris teſtamenti,ergo cum aliquis deuote aſſumeret illud,& obſeruaret merebatur. Item non erat votum Nazarȩorum minoris conditionis, q̃ omnes alii actus,ſed in cȩteris actibus non prohibitis,ſic eſt ꝙ quicunque fecerit aliquem eorum propter Deũ mereretur faciendo.ergo de voto Nazarȩorum, ſic erit, ꝙ merebuntur omnes qui illud deuote obſeruant. Itẽ adhuc habet aliquid maioris perfectionis votum Nazarȩorum, quia nõ ſolum eſt actus dirigibilis in Deũ, & potẽs eſſe meritorium, ſed etiam eſt a Deo approbatum,& datum in conſilium, velut quidam modus ſpecialis quo homines in tempore veteris teſtamenti Deo applicari poſſint. Aliquid ergo boni conſequitur in Deo, quod eſt a Deo traditum magis, quã aliæ morales traditiones,quæ ſunt per hominem inuentȩ. Vnde ſcriptura laudat Nazaræos, ſic patet Threnorũ c.4.cum dicitur: candidiores Nazarȩi eius niue: nitidiores lacte:rubicũdiores ebore antiquo: ſaphyro pulchriores, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis,adhæſit cutis eorum oſſibus aruit,& facta eſt,quaſi lignum. ſi tamen non eſſent alicuius meriti in hac obſeruatione, nec ſcriptura laudaret illos, nec Deus iuſſiſſet aliquid laborioſæ obſeruationis,& nullius vtilitatis.

Erat igitur magni meriti in veteri teſtamento obſeruare votum Nazarȩorum, ſicut nunc in nouo teſtamento magni meriti eſt obſeruare conſilia euangelica,illud enim etiam conſilium erat, ſed ſecũdum ꝙ lex ſe habebat,ita erant conſilia. erat autem lex vetus aliquid carnale.ſ.in obſeruationibus corporalibus, ideo conſilia in illa lege fuerunt pertinentia ad obſeruationes corporales, ſicut eſt in voto Nazaræorum. Oẽs.n.cȩremonię eius corporales ſunt:lex aũt euãgelica eſt ſpũalis, ideo conſilia eius ptinentia ad ſup erogationem ſunt ſpiritualia:rara tñ conſilia reperiunt in veteri teſtamento,in nouo autem multa.

Locutuſque eſt dominus ad Moyſen, dicens. Loquere Aaron,& filiis eius. Sic benedicetis filiis Iſrael,& dicetis eis. Benedicat tibi dominus,& cuſtodiat te. Oſtendat dominus faciem ſuam tibi,& miſereatur tui. Conuertat dñs vultum ſuum ad te,& det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis.

Eze. 36.

A *Locutuſque eſt dominus ad Moyſen.* Hic ponitur quartum huius c.ſ.benedictionis modus, & iſte fiebat ſup omnes Iſraelitas offerentes, ſpecialius tamen ſuper ipſos Nazarȩos,& eſt hic forma totius benedictionis. *Loquere Aaron & filijs eius.* Hoc ſolum dicitur ad Aaron,& filios eius, quia eſt iſta lex de officio ſacerdotali,ſcilicet de benedicendo Iſraelitis, ideo ſoli Aaron, & filiis ſuis iſta dicta ſunt. *Sic benedicetis filijs Iſrael.* Scilicet quãdo obtulerint aliquid, vel quandocunq; propter alteram cauſam benedici debuerint. *Benedicat tibi dominus.* Ideſt det tibi gratiam gratum facientem. per hanc enim homo benedictus eſt, quia omnia opera ſua Deo placent. Si autem in gratia non ſimus, nihil quod egerimus Deo acceptabile eſt, habere tñ iſtam B gratiam non poſſumus,niſi Deus infuderit. ergo hãc infundendo benedicere dicitur. *Et cuſtodiat te.* Scilicet ne perdas gratiam, quam ſuſceperis. parum enim prodeſt gratiam ex Dei beneficio ſuſcepiſſe, ſi eã noſtris demeritis amittamus: melius enim eſt viam domini nõ cognoſcere,quam poſt agnitam retroire, ſic patet 2.Petri c.2. & pro hoc valde orandum eſt, vt ſicut Deus nobis gratiam donauit gratis,ita & ex beneficio ſuo eam in nobis conſeruet. *Oſtendat tibi dominus faciem ſuam.* Illuſtrando intellectum tuum ad cognitionem ſui. dicitur Deus demonſtrare nobis faciem, quandocunque ſeipſum nobis manifeſtat: ideo petebat Moyſes a domino, vt oſtenderet ei faciem ſuam ad ſciendum ipſum,vt patet Exo.33.c.

Forma benedictiõs ſuper Nazaræos.

C *Quomodo Deus oſtendit nobis vultum ſuum cum vultum non habeat. Et quid ſignificetur. Quæſt. XXIIII.*

CAVSA huius eſt, quia q̃q̃ Deus faciẽ nõ habeat cum non ſit aliquid corporeum,ſed purus ſpiritus: tamen cognitio eius ſignificatur in nobis per tranſumptionem ad iſta corporalia,in corporalib' aũt ſic eſt, ꝙ ipſa maxime cognoſcuntur p faciem. nam plures partes diſtinctionũ ſunt ibi,q̃ in reliquo corpore, in ſignificatione enim reliq corporis ferè oẽs cõcordant in eadem ſpecie, q̃q̃ differat magnitudo membrorum, in vultu aũt nulli hoĩ D totalis ſimilitudo eſt ad alterũ, ideo in hoc magis cognoſcuntur in quo magis differunt. Sic etiam Deus cum dat nobis aliquam intellectionem, vel virtutem intelligẽdi dicimus,ꝙ dat nobis aliquid de vultu ſuo. Sic patet Pſal.4. cum dicitur, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.i.in corde noſtro inſita eſt virtus cognoſcendi,quæ eſt a vultu Dei. Oratur autem hic,vt Deus conuertat vultum ſuum ad nos. i. vt det nobis intellectionem de ſeipſo.ſ.qualiter ei placere debeamus: magnum eſt.n.hoc.ſ.ꝙ Deus illuſtret vultũ noſtrum ad intelligendum modum adhȩrendi illi. nam niſi ipſe direxerit nos neſcimus, directio autem illius in hoc eſt efficax. Nam ſi perfecte nos illuſtrat ſine E dubio ſequimur eum. *Et miſereatur tui.* Peccatorũ tuorũ pȩnas debitas remittendo. Non.n.eſt aliquis hõ,q non peccet,iuxta illud 1.Io.1.c.Si dixerimus,ꝙ peccatum non hẽmus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. nec ſolum eſt hoc de peccato veniali, de quo iſta auctoritas a ſanctis doctoribus intelligit, ſed ẽt de pctõ mortali intelligit,ꝙ rari ſunt qui effugiant, ſic dicit Salomon.3.Regum,ca.8. Non eſt enim homo in terra,qui faciat bonum,& non peccet. pro peccatis tñ a Deo pȩnas duriſſimas meremur, & niſi benigne tractare vellet pro quolibet peccato mortẽ iuſtè poſſet infligere, quia vero non infligit,miſeretur, & pro hoc aſſidue orandum eſt, vt miſereatur noſtri: nam cum ſȩpe delinquamus,niſi ſemper miſereretur,breuiter deleremur.

Non eſt hõ q non peccet, ideo orandum eſt.

Universidad de Deusto

Conuertat Dominus vultum suum ad te. Scilicet consolationem tibi impendendo, vt cum in aliquibus amaritudinibus fuerimus Deus nobis consolationem impendat. Aliud enim est ostendere vultum, & aliud cõuertere. Ostendere enim est cum aliquis vultum velatum habebat, quamquam contra nos conuersum haberet, contemplari non possemus: tunc enim si detegatur vultus dicitur ostendi, vel reuelari, & hoc pertinet ad cognitionem: nam semper Deus vultum suũ contra nos habet, est tamen nobis inattingibilis, quia habitat lucem inaccessibilem sicut ait Apostolus 1. ad Thimo. capitulo quinto. Cum autem a nobis intelligi debet ostendit se. Conuersio vultus est quandocunque Deus deflexerat a nobis vultum suum, & postea redit, vt nos recto vultu conspiciat, & ista sunt per transumptionem. nam cum Deus vultum non habeat, nec illum vnquam a nobis deflectit, nec ad nos aliquando conuertit, sed quia omnia quęcunque nobis prospera siue aduersa eueniunt Deo actore, & disponente fiunt, quando prospera largitur dicitur habere vultum suum ad nos. Cum vero aduersis nos premit, dicitur a nobis vultum deflexisse. in tribulationibus ergo constituti petimus, vt ad nos vultum conuertat, scilicet vt aduersitatem in prosperitatem mutet, quod est ad nos iam vultum conuertere.

Vultum ostendere aliud est, ꝙ illum conuertere.

Et det tibi pacem. Scilicet perturbationis materiam auferendo. Est autem pax tranquillitas quædam animi cum nullis infestantibus agitamur, & ista est de maximis bonis, & quæ facit maximè ad fruitionem. Nam sine pace nullius rei est perfecta iocunditas. Vltimum, ergo petitur hoc tanquam in quo omnia cõsummantur bona.

Pax quid.

Ista expositio pertinet ad modum doctorum nostrorum, qui secundum morem noui testamenti ad spirituale bonum omnia referunt: Iudæis tamen non fiebant promissiones secundum istum modum: nam quamquam implicite eis vita ęterna promitteretur, atque daretur pro deuota legis obseruatione: promissiones tamen explicitę de bonis temporalibus semper fiebant, ideo videtur, quòd ista forma benedictionis, quam hic Deus tribuit magis intelligeretur de bonis temporalibus, & hoc modo intelligendum est. Sic enim exponit Rab. Abra. Aben Ezra.

Benedicat tibi dominus. Ideſt repleat te bonis temporalibus. Benedictio enim semper augmentum signat, maledictio vero diminutionem. sic patet Deute. 28. c. scilicet benedicta horrea tua: benedictus fructus iumentorum tuorum: benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. in quo significat augmẽtum omniũ illorum pro obseruationibus legis. Maledictio autẽ ibidem significat diminutionem cum dicitur. maledictum horreum tuum: maledictę reliquię tuę, quod patet immediate, scilicet mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua. Nec solum ibi significabat benedictio abundantiam rerum temporalium, sed etiam secundum modum loquendi noui testamenti. sic patet 2. ad Corin. capi. 9. scilicet qui seminat parce metet parce, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet. Ecce fecit ibi opponi parcitatem benedictioni, sed parcitas pertinet ad diminutionem, ergo benedictio ad augmentationem, & patet magis, quia dicitur ibidem, & prepparen promissam benedictionem hanc paratam esse sic quasi benedictionem, & non quasi auaritiam. Cum ergo opponatur ibi benedictio auaritię manifestum est, ꝙ benedictio aliquid magnum notat. hanc aũt imprecabantur sacerdotes super offerentes, quia primum, & maximum, quod erat apud antiquos, erat abũdantia in rebus temporalibus, quia in his comprehendebantur omnia bona pertinentia ad vitam humanam. *Et custodiat te.* Scilicet ne incidas in aliquas aduersitates, vel ne res illas perdas quas a Deo susceperis, quia nihil accepisse, pdest si perderis. *Ostẽdat dominus faciem suam tibi.* s. demonstrando se tibi hilarẽ. facies. n. multipliciter accipitur, & vnus modus est, ꝙ accipiatur facies pro vultu grato, & sic dicit aliquis monstrare faciem suam alteri quandocunque se ei lętum ostẽdit. sic patet Ecclesiastici c. 7. si filij tui sunt erudi illos, & curua illos a pueritia eorum: filię tibi sunt serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam ad illas. i. non ostendas te eis hilarem. rogamus aũt hoc modo Deum, vt ostendat nobis vultum suũ, ideſt vt det nobis prosperitatẽ in omnibus, quę egerimus, & per hoc cognitum sit vultum eius esse nobis hilarem. *Et misereatur tui.* scilicet tibi fauendo, & ab omnibus malis te conseruando, aut ab angustijs eripiendo. proprie enim misericordia de miseris est, & quia illi dñr miseri, qui sunt calamitatibus pressi, cum aliquis etuit illos dicitur misereri. Si vero quis benefaciat alicui non existenti in aduersitate non dicit misereri, sed liberaliter operari. *Conuertat Dominus vultum suum ad te.* s. ꝙ teneat super te fixum vultum suum, vt nunquam te deserat, sed tibi semper benefaciat, vel si aliquando te punierit discedens a te rursus conuertat vultum suum ad te miseratus tui. *Et det tibi pacem.* s. tranquillitatem cum omnibus, vt iocunde semper viuere possis. Aliter exponit Rab. Sal. qui valde Iudæus est in modo intelligendi. *Benedicat tibi Dominus.* i. det tibi multos filios. *Et custodiat te.* s. ne habeas filias. Sed hoc ridiculum est. nam Deus, qui hanc formã benedictionis dedit non intellexit talia: cum filia aliquid bonum sit, & a Deo sit, sicut & filius, ideo ista expositio omittenda est. *Inuocabunt nomen meum super filios Israel.* Ideſt sacerdotes inuocabunt nomen meum super Israelitas. s. ad benedicendum eis. inuocatio autẽ est cum dicitur hic benedicat tibi Dominus, &c. ibi enim sacerdos inuocat Dominũ, quia rogat, ꝙ Deus benefaciat his quibus benedicit. *Et ego benedicam eis.* Ego conferam bona, quæ sacerdotes imprecantur super populares.

Benedictio ad solum Deum pertinet, licet eius inuocatio ad sacerdotes. Quæſt. XXV.

IN quo innuitur, ꝙ benedictio ad solum Deum pertinet: inuocatio autem super benedicendos pertinet ad sacerdotes. Causa huius est, quia benedictio accipitur hic pro effectu. s. efficere id, quod dicitur, & hoc nõ pertinet ad aliquem hominẽ, sed ad solum Deum. Benedictio tamen quę est imprecatio pertinet ad homines: differt tamen, quia aliqñ maiores benedicunt minoribus, & aliqñ e contrario. Si vero minores maioribus est sola imprecatio bonorum. sic dicitur de Iacob, ꝙ benedixit Pharaoni regi, vt patet Gene. c. 47. Si autem maiores minoribus benedicant etiam ibi imprecatio est: tamẽ pertinet istud ad auctoritatem maiorum, ideo quamquam non cõferatur ꝑ illã benedictionem id, quod oratur in ea: tñ confertur aliquod alterum bonum, quia est ab illo, qui habet auctoritatem benedicendi. Cum autem homines Deo benedicunt aliud est, quia ibi non imprecantur Deo euenire aliqua bona, quæ non habeat, cũ in ipso fit totius boni complementum, sed magis ad nos pertinet benedictio ista, ad declarandum affectũ nostrum erga Deum, quam ad aliquid alterum. De differẽtia autem harum benedictionum, scilicet hominis ad Deum, & Dei ad homines, & maiorum ad minores, minorumque ad maiores, & quid in his cõferatur declaratum fuit Leui. capi. 9.

CAP.

CAP. VII.

IACTVM est autem in die qua cõpleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud vnxitque, & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter, & omnia vasa eius, obtulerunt principes Israel, & capita familiarum, quæ erant per singulas tribus præfecti eorum, qui numerati fuerant munera coram domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli. Obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moysen. Suscipe ab eis, vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerij sui. Itaque cum suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit ea Leuitis. Duo plaustra, & quatuor boues dedit filijs Gerson, iuxta id quod habebant necessarium. Quatuor alia plaustra, & octo boues dedit filijs Merari, secundum officia, & cultũ suũ, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filijs autem Caath non dedit plaustra, & boues, quia in Sanctuario seruiunt, & onera proprijs portant humeris.

Exo. 40.b

Oblatiões Israelitarũ tabernaculo dñi.

Factum est. In superioribus descripta ordinatione quantum ad omnem populum hic agitur de ordine, & oblatione principum: vel aliter supra dictum est de oblatione Nazarẽorum, hic autem incidenter ponitur de oblatione principum. Nam principes tempore consecrationis Sanctuarii obtulerunt singuli oblationes suas, & quia nõ fuerat alibi scriptum, posuit illud hic Moyses continuando oblationẽ oblationi, & diuiditur in duas partes. Primo describitur oblatio principum. Secundo sacerdotum, & Leuitarum, quoddam officium sequẽti cap. Prima in duas. primo ponitur oblatio principum combinata. secundo oblatio singulariter a quolibet facta. Secunda ibi. *Igitur obtulerunt.* Circa primum. *Factum est autem.*

De duodecim Principum oblatione. Quæſt. I.

HIc interponitur de oblatione duodecim principum Israel: erãt enim in singulis tribubus principes, & iuxta duodecim tribꝰ erant duodecim principes, & quoniam isti erant capita totius populi, atque maior illis debebatur honor, obtulerunt ipsi in dedicatione Sanctuarii ante omnes alios populares, & quilibet offerebat die sua, vnde pro duodecim principibus, fuerunt duodecim assignati dies iuxta ordinem, qui infra patet. Et quãquam fuerat facta ista oblatio in dedicatione Sãctuarii: tamen non fuerat alicubi enarrata, ideo ponit eam hic Moyses.

Sciendum autem, quòd fit hic recapitulatio. Non enim fuit iste ordo oblationum post aliqua eorum, q̃ in hoc libro narrantur. nam fuerunt factę istæ oblationes in erectione tabernaculi, vt patet hic in litera. Erectio tamen fuit anno secundo ab exitu de Aegypto mense primo die prima mensis, vt patet Exo. cap. 40. sed ista quæ habentur in hoc libro, vsque ad 10. c. facta sunt in mense secundo anni secundi. Nam numerationes Israelitarum fuerunt primæ in hoc libro, vt patet supra c. 1. Illę tamen inceptę sunt mense secũdo anni secundi ab exitu de Aegypto die prima mensis, vt patet eod. c. ergo per mensem integrũ præcessit erectio Sanctuarii, & oblatio principum ad omnia, quæ habentur hic.

Cur fiat hic ista recapitulatio, & quare non tenetur rectus ordo. Quæſt. II.

QVAERET aliquis, quare fit ista recapitulatio. debuisset enim poni in ordine suo, scilicet post erectionem tabernaculi in fi. Exod. Respondendum est, quòd erectio tabernaculi, & consecratio sacerdotum, atque oblatio principum simul fuerunt, non tamen scribuntur simul. nã sacra scriptura in istis libris Moysi præcipuè in quatuor vltimis magis est legis positiua, quam enarratiua gestorum, sed vtrunque facit, quamquam non æqualiter. ideo necesse est fieri anticipationes, & recapitulationes: nam si tota continentia esset historica, aut tota legis positiua posset obseruari ordo, quia tamen præceptis miscentur historiæ nõ bene sibi cohęrent, quia nõ est ordo temporis prącepti ad historiam, vel historiæ præceptum, sed bene historiæ ad historiã. ideo scriptura sacra non tantum curauit obseruare in rebus enarratis ordinem temporis, quam ordinẽ materiæ: nam secundum ordinem temporis erectio tabernaculi, sacerdotum consecratio, principum oblatio simul fuit: tamen non exprimuntur simul, qa non pertinent ad eandem materiam. si enim omnia, quę ad idem tempus pertinent simul scriberentur, necesse erat omnia esse particulata, & precisa, vnde cõfunderetur intellectus legentium, quia non inuenirent ea, quę pertinent ad eandem materiam simul. Voluit ergo magis Sacra scriptura confundere ordinem temporum, quantum ad aliquid per anticipationem, & recapitulationem, obseruando vnitatem, & integritatẽ materiæ, quam obseruato ordine temporis singulas materias minutatim concidere modo non intelligibili. Cum ergo ista tria pertinerent ad diuersas materias, scilicet erectio tabernaculi, sacerdotum consecratio, & oblatio principum, quamquam in eodem tempore facta fuissent, tamen diuersis locis descripta sunt. In fine enim Exo. de erectione tabernaculi agitur, qa de fabricatione totius tabernaculi, & partibus eius totaliter fuit descriptum in Exodo, in Leuitico autẽ agebatur de omni ministratione pertinente ad sacerdotes. ideo de eorum cõsecratione ibi interpositum est, scilicet in c. 8. Oblatio autem principum pertinebat ad laicos, ideo fuit descripta in hoc libro, vbi potissime agebatur de rebus eorum, & quia supra dictũ fuerat de oblatione Nazarẽorum præced. c. subiunctum est hic de oblatione principum.

Factum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculũ. Ideſt in die qua tabernaculum completũ est fuit hoc quod sequitur. s. ꝙ obtulerunt principes Israel. Dicitur Moyses compleuisse tabernaculum, non ꝙ ipse aliquid in eo construxerit, aut fabricauerit, quia Beseleel, & Ooliab cum sociis suis ista fecerunt, vt patet Exo. 31. & 35. c. Sed ipse dr̃ compleuisse, quia prærat artificibus iubens eis qualiter deberẽt fabricare, iuxta exemplar, quod datum fuerat Moysi in monte, vt patet Exo. 25. c. Etiam Moyses erat, quasi dominus artificum, quia ad mandatũ eius omnia hęc fiebant, ideo

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſe facere diceretur. ſicut dicitur de Salomone, quòd ipſe fecerit domum Domini, & domum ſaltus, vt patet 3. Regum, c. 6. & 7. tamen ipſe nihil conſtruxit manibus ſuis, ſed iuſſit illud artificibus facere, & ſicut dicitur de Moyſe, q̃ ipſe conſtruebat tabernaculū Domini, ita de eo dicetur, q̃ compleuerit. cui enim competit facere competit incipere, & finire. Et dicitur hic tabernaculum, ideſt totum Sanctuarium, ſcilicet tabernaculum cum atrio eius. Nam non fuit erectum tabernaculum quouſque complerentur cortinę atrij, & columnę, vt eſſent in circuitu tabernaculi: principes etiam non obtulerunt quouſque omnia conſummata ſunt, ſiue in atrio, ſiue in tabernaculo. Nā prius vnctum eſt tabernaculum cum omnibus vaſis ſuis, q̃ offerrent principes, vt hic patet: tamen vnctio fuit ſimul tabernaculi, & atrij, atque omnium, quę in eis ſunt, vt patet Exod. 30. c. Sed accipitur large tabernaculum pro toto Sanctuario. *Et erexit illud.* Non erat tabernaculum aliqua domus facta, & manens ſicut domus noſtrę, quia tunc non eſſet portabile per deſertum: Leuitę tamen portabant illud, vt patet ſupra 4. c. ſed erat quędam domus conſtans ex tabulis, & operimentis, cuius partes poterant ab inuicem ſegregari, & ſingulariter portari. Cum vero ſegregatę erāt non erat tabernaculum: etiam dato, quòd eſſent ſimul non facerent tabernaculum, niſi erigerentur tabulę in ordine ſuo, & columnę ſuperpoſitis operimētis. Cum vero deponebatur non erat tabernaculum, ſed tabulę, & pelles: ſicut patet in tētorijs noſtris, quę portātur ad bellicam expeditionem. nam cum extēta ſunt vocantur tentoria, cum vero colliguntur nihil huiuſmodi ſunt. dicitur hic, q̃ Moyſes erexit tabernaculum: non tamen eſt intelligendum, quòd ipſe erexit, ſed magis artifices, qui illud fecerant erexerunt, ipſe tamen dicitur erexiſſe, quia erudijt alios de modo erigendi, vel iuſſit, quòd erigerent, & hoc fuit in prima erectione tabernaculi poſtquam factum eſt. nam tunc nemo ſciret erigere niſi ipſi, qui conſtruxerant: poſtea vero non erigebatur ab artificibus, ſed a Leuitis. Erat enim officium Meraritarum, & Gerſonitarum tabernaculum erigere atque deponere, & portare in via, vt patet ſupra c. 1. cum dicitur cum p̃ficiſcendum fuerit deponent Leuitę tabernaculum, cum caſtra metanda erigent, ſed in iſta erectione nihil fecerunt Leuitę, quia nondum erat datum eis hoc officium, ſed poſtea fuit aſſignatum cum fuit populus numeratus, vt patet ſupra capi. 1.

Vnxitque, & ſanctificauit. Ideſt Moyſes vnxit tabernaculum, & ſanctificauit illud. ad idem pertinēt iſta duo. vnctio dicitur, quia de oleo vnctionis, quod vocatur vnguentum liniebatur totum Sanctuarium, vt patet Exo. c. 30. ſanctificatio dicitur applicatio ad Deum, & iſtam contrahebat Sanctuarium cum vngebatur. nā antequam vngeretur erant partes eius indifferentes ad vſus humanos, & ad diuinum cultum. Cum vero vnctum eſt Sanctuarium applicitum fuit ad Deum ſpecialiter, ita vt non liceat conuerti ad vſus humanos: ſicut illi, qui ordinantur, & vnguntur contrahunt quandam ſanctificationem: ita q̃ non liceat eis redire ad ſęculum. fuit autem iſta vnctio facta conſummato tabernaculo, & erecto, quia tūc Moyſes liniuit partes tabernaculi tango digito ſuo tincto in oleo. de cuius ritu declaratum eſt, Exo. c. 30. *Cum omnibus vaſis ſuis.* Ideſt etiam fuerunt omnia vaſa tabernaculi hoc oleo vncta, & ſanctificata. dicitur hoc, quia nomine tabernaculi non intelliguntur vaſa, ſicut nomine domus non intelliguntur ſupellectilia, quę in ea ſunt. fuerunt autem hic ſanctificata vaſa Sanctuarij, quia illa erant ad vſum ſacrum, ſicut & ipſum tabernaculum. Sunt autem hęc vaſa arca cum Cherubim, & propitiatorio, altare thymiamatum, menſa propoſitionis, & candelabrum. Erant etiam extra tabernaculum alia vaſa, ſcilicet altare holocauſtorum cum omnibus vaſis ſuis, & labium ęneum in quo lauabantur ſacerdotes. omnia hęc oleo vncta ſunt. *Altare ſimiliter.* Ietiam altare vnctum eſt. duo altaria erant in Sanctuario, ſcilicet holocauſtorum, & thymiamatum. hic autem accipitur altare pro ſolo altari holocauſtorū, & hoc, quia dictū fuit ſupra, q̃ omnia vaſa tabernaculi fuerunt ſanctificata, & nomine huius intelligebantur arca, candelabrum, altare thymiamatum, & menſa: manebat altare holocauſtorum, quod non erat intra tabernaculum, & tamen iſtud fuit conſecratum, ideo ſubditur hic de eo ſpecialiter.

Et ſciendum eſt, quod ad conſecrationem altaris holocauſtorum fuerunt plures ceremonię quantum ad omnia alia vtenſilia Sanctuarij. nam in cęteris ſolū fuit facta quędam tinctio in oleo vnctionis, in altari autem holocauſtorum fuit facta iſta tinctio, & prętea hoc per ſeptem dies expiabatur in ſanguine, & vngebatur, vt patet Exo. 29. c. & Leui. 8. mundabiſque altare cum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem 7. diebus expiabis altare, & ſanctificabis, & erit Sanctum ſanctorum.

Et vaſa eius. Ideſt etiam vnxit vaſa altaris. dicebantur vaſa altaris ea, quæ erant ad miniſtrationem eius, ſcilicet lebetes, & fuſcinulę, forcipes, & ignium receptacula, vt patet Exo. 27. & ſupra c. 4. intelligitur etiā per hęc labium ęneum in quo lauabātur ſacerdotes. Nam iſtud pertinebat ad miniſtrationem ſanctam, & fuit ſanctificatum: nunquam tamen exprimitur per ſe, & hoc, quia intelligitur nomine vaſorum altaris, quia ſicut alia vaſa, quæ erant in altari ad miniſtrationem altaris proficiebant: ita, & labium ęneum. Nam cum aliquis deberet miniſtrare in altari. primo lauabatur in labio ęneo, vt patet Exo. 30. c. & quamquam ad cętteras miniſtrationes etiam lauabantur ſacerdotes: tamē magis communis erat iſta, ideo magis dicebatur labiū ęneum eſſe inter vaſa altaris, quam cum cæteris vtenſilibus. *Obtulerunt principes Iſrael.* Ideſt in die in qua Moyſes compleuit tabernaculum, & erexit, atque vnxit illud principes obtulerunt. ſ. 12. principes Iſrael, qui erant capita omnium Iſraelitarum in tribubus ſuis.

Qua die principes Iſrael inceperunt offerre, & quomodo ſe habet ad eam conſecratio ſacerdotum. Et quomodo potuit Moyſes ſolus facere ſacrificia principum, & an cogamur dicere, quòd ſacerdotes erant conſecrati, quando incæperunt offerre principes.

Quæſt. III.

QVAERENDVM nunc eſt circa hoc, quod hic dicitur de die in qua obtulerunt principes Iſrael, & nemo nos exiſtimet quærere de die in qua omnes principes obtulerunt, vt patet hic. Sed quæſtio eſt de tempore quo incęperunt offerre, & quia hic dicitur, q̃ obtulerunt in die qua Moyſes erexit tabernaculū, & vnxit. dicendum eſt, q̃ prima dies, qua obtulit primus de principibus fuit illa in qua erectum eſt tabernaculum, ſed tunc de iſta erectione dubitatur, quando fuerit: dicitur autem Exo. c. 40. q̃ die primo menſis anni ſecundi ab exitu de Aegypto fuit tabernaculum erectum. ergo oportet, q̃ in hac die obtulerit primus iſtorū principum. Sed circa hoc dubitant aliqui an fuerit iſta erectio de qua hic dicitur. Et dicendum eſt, q̃ ſic, ſcilicet quod in prima die menſis primi anni ſecundi egreſſionis de Aegypto fuit prima oblatio primi principis horū, & ea die fuit erectio tabernaculi. prima etiam ipſa die incęperunt ſacerdotes conſecrari, vt fuit declaratum Leuit.

Leuit. c. 8. atque durauit per dies 7. vt patet e. c. oblatio autem principum durauit 12. diebus, ideo in primis ſeptem diebus fecit Moyſes oblationes principum offerendo eorum ſacrificia. In die autem octauo cum obtulit princeps filiorum Manaſſe, ſcilicet Gamaliel fecit Aarō ſacrificia illius, quia iam in die illo octauo incęperunt miniſtrare ſacerdotes finita eorum conſtratione. vnde Moyſes fecit ſacrificia 7. principum: Aaron autem fecit ſacrificia quinque principum, & ſic in eodem die erectionis tabernaculi fuit ſacerdotum conſecratio incępta, & oblatio principum, & ad hanc poſitionem non ſequitur aliquod inconueniēs. Alij autem dicunt aliter. ſ. q̃ prima dies erectionis huius fuit in qua principes incęperunt offerre, & fuit prima dies anni ſecundi egreſſionis de Aegypto, & dīt, quòd iſta prima dies fuit octaua dies conſecrationis ſacerdotum: ſeptem autem dies priores quibus fiebat Aaron conſecratio, erant de menſe vltimo primi anni: quo dato Aaron, & filij ſui fecerunt omnia ſacrificia principum, & nullum illorum Moyſes. Et arguūt iſti contra poſitionem ſupra aſſignatam. Dicūt enim, quòd ſi fuiſſet eadem dies in qua cępta eſt conſecratio ſacerdotum, & oblatio principum, nō potuiſſent Aaron, & filij ſui miniſtrare in his ſacrificijs; quia nondum erant conſecrati, & ſicut in ſacerdotibus noſtris nemo poteſt miniſtrare donec ordinetur, ita illi non poterant donec expleretur eorum conſecratio, quę in die 7. finiebatur. in octauo autem miniſtrabant, ergo in his ſeptem diebus ſolus Moyſes facere deberet ſacrificia principum, ſed hoc nō videbatur poſſibile, quoniam quotidie offerebantur multa animalia. ſ. 21. tot enim quilibet princeps offerebat, ſcilicet bouem vnum, & arietem vnum, & agnum anniculum in holocauſtum, & hircum pro peccato. in ſacrificio pacifico boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque, vt patet infra: non poſſet, ergo Moyſes hoc. facere fecerunt igitur Aaron, & filij ſui, ſed non poterant niſi eſſent cōſecrati. ergo dies prima erectionis tabernaculi, quia fuit oblatio prima principum, erat ad minus octaua dies conſecrationis ſacerdotum. Ad hoc reſpondetur, q̃ in ſeptem diebus quibus conſecrabantur Aaron, & filij ſui non poterāt miniſtrare tanquam habentes ordinem, ſed poterant tanquam adiuuantes Moyſen ad miniſtrandum, quia aliter non poſſent hęc complere. ſimilis modus erat in ſacerdotibus: nam miniſtrare in officio ſacerdotali, vt faciendo ſacrificia, & ſimilia ad ſolos ſacerdotes p̃tinet, & ſiquis tentaret de alienis hoc efficere moriebatur, vt patet ſupra 3. c. Aaron, & filios eius cōſtitues ſuper cultum ſacerdotij: externus vero, qui ad miniſtrādum acceſſerit morietur. Si tamen aliquādo eſſet maximus defectus ſacerdotum conſecratorum poterant Leuitę adiuuare eos ad officia ſacerdotalia, vt patet 2. Paralipo. c. 29. ſacerdotes vero pauci erant, nec poterant ſufficere, vt pelles holocauſtorum detraherent. vnde, & Leuitę fratres eorum adiuuerunt eos donec impleretur opus, & ſanctificaretur antiſtes. Sic ergo hic potuerunt Aaron, & filij ſui adiuuare Moyſen ſaltem ad detrahendum pelles ſacrificiorum: in cęteris autem ceremonijs Moyſes ſufficeret.

Poſitio autem illorum non ſtat, ſcilicet quòd dies prima erectionis tabernaculi eſſet dies octaua conſecrationis ſacerdotum. nam ſacerdotes non poterant conſecrari niſi in ſanctuario, vt patet Exo. 29. & Leui. capi. 8. ergo erectum erat tabernaculum, quando incępit eorum conſecratio. Sed die prima erectionis tabernaculi fuit incępta oblatio principū, vt hic patet. ergo ante oblationem incęptam principum non potuit eſſe aliquis dies conſecrationis ſacerdotum.

Ad iſtud argumentum conantur reſpondere Iudęi ſicut Rab. Sa. & etiam Nicolaus dicentes, quòd duplex eſt erectio tabernaculi, ſcilicet vna quotidiana qua tabernaculum mane erigebatur, & in veſpere deponebatur. alia eſt ſtabilis ſecundum, quam erigebatur tabernaculum in locatione caſtrorum, & deponebatur in eorum motione, vt patet ſupra capi. 1. & 4. & dicunt, quòd in ſeptem diebus quibus Aaron, & filij ſui conſecrabantur, erigebatur tabernaculum mane, & deponebatur in veſpere. In octaua autem die erectum eſt ad manendum, ideo quando dicitur in litera, quòd iſtę oblationes incæperunt fieri in die quo erectum fuit tabernaculum: intelligunt de erectione ad manendum, quæ primo facta fuit octaua die conſecrationis Aaron, quando ipſe, & filij ſui poterant miniſtrare in officio ſacerdotali.

Sed hoc dictum videtur eſſe inconueniens propter duo. Primò quia iſta poſitio non ſatis conſonat rationi. Secundo quia poſito, quòd conſonaret non coguntur ex textu ad talem poſitionem. Quod autem poſitio iſta ſit rationi diſſona patet, quæ enim neceſſitas cogebat, vt tabernaculum per continuos ſeptē dies erigeretur quotidie, & deponeretur: penitus fruſtra videtur, & aliquid confictum eſſe.

Item non videtur hoc eſſe ſatis poſſibile ſecūdum ea, quæ preſupponuntur, quòd qualibet die erigeret, & deponeretur tabernaculum, quia ſi aliquis conſideret multitudinem columnarum, vaſium, tabularū, vectium, paxillorum, cortinarum, tentoriorum, velorum, operimentorum, & diſpoſitionem vaſorum: forte non ſufficit vna dies ad erigendum, & collocandum atque deponēdum: maxime quia iſta cum quadam modeſtia, & reuerentia tractari debebant non tanquam res prophanę. Item quia eodem die deponebatur, & erigebatur ſecundum iſtam poſitionem, quod ſatis eſt inconueniens, cum vtrumque fieret in quadam mora ſatis magna. Sed adhuc dato hoc pro poſſibili accedit aliud, q̃d impoſſibile facit, quia quolibet dierum iſtorum fiebat ſolennitas conſecrationis, quæ requirit ſatis magnam moram, vt patet Exo. 29. & Leui. capi. 8.

Item non poteſt ſtare, quia quolibet iſtorum dierū fiebat iuge ſacrificiū, ſcilicet quòd offerebatur vnus agnus anniculus in aurora holocauſtum, & alius in veſpere: ſacrificium autem, quod fiebat in aurora erat oriente ſole, & tunc neceſſe erat eſſe erectum tabernaculum, & atrium, quia nūquam fiebat ſacrificium, niſi intra atriū tabernaculi ad oſtium eius. ergo ante diem erigeretur tabernaculum. Item neceſſe erat tota nocte a ſolis occaſu vſque ad auroram eſſe erectum tabernaculum, quia ſacrificium veſpertinum crematur per totam noctem vſque ad mane, vt patet Leui. c. 6. ſed non poterat eſſe niſi in atrio tabernaculi. ergo erectum erat per totam noctem: non poterat ergo dari, quòd in quolibet ſeptem dierum erigeret, & deponeretur tabernaculum etiam ſi daretur, quòd erigeretur, & deponeretur, non ſolum hoc fieret ſemel in die, ſed neceſſe eſſet fieri bis, quod patet, quia iſti dicunt quotidie erigi, & deponi. Sed neceſſe erat, q̃ in veſpere iterum erectum eſſet ad cremandū ibi ſacrificium per totam noctem, ergo bis fieret erectio qualibet die, & depoſitio, quod impoſſibile eſt, & abſurdum.

Item totaliter falſum eſt, quia Leui. capi. 8. dicitur, quòd Aaron, & filij eius in 8. diebus conſecrationis ſuæ non exirent de Sanctuario, ſed ſemper intra manerent cuſtodiendo vigilias Domini. ſi tamen tabernaculum quotidie deponeretur, & erigeretur non poſſent eſſe ſacerdotes intra Sanctuarium, quia ſicut domus proſtrata ad ſolum non eſt domus, ita tabernaculum depoſitum non erat tabernaculum. ergo

non

non fuit sæpe erectum, & depositum tabernaculum in illis septem diebus, sed mansit erectum sicut manere consuetum erat.

Secundo isti erãt, quia dato, quòd ista positio esset bona, tamen non coguntur ex textu ad eam sicut ipsi se cogi putant. quia non dicitur, quòd in die quo erexit Moyses tabernaculũ facta sunt ista, sed in die quo erexit, & consecrauit atque sanctificauit, & ista omnia facta sunt eodem die. nam completo tabernaculo cũ erectum est, consecratum est faciendo in eo vnctiones quasdam in oleo sancto, & illę non requirebant aliquorum dierum durationem, sed breuiter factę sunt, & sic eodem die quo primo erectum est tabernaculum fuit cõsecratio sacerdotũ incępta, & oblatio principum. Ad inconueniens autem, quod supra ponebatur, scilicet quòd non possent Aaron, & filij sui facere sacrificia in septem diebus, & Moyses non posset illa per se explere supra responsum est.

Alij enim respondent aliter, qui dicunt 7. diebus ante cępisse consecrationem sacerdotũ, quam oblationem principum ad hoc, quòd potuissent facere sacerdotes omnes oblationes principũ. Dicũt enim, quòd oblationes ptincipum non fuerunt incępte primo die quo erectum est tabernaculũ, sed primo die quo fuit erectum, sanctificatum, & vnctum. ista autõ fuit dies octaua consecrationis Aaron, quia intelligit hoc non de prima erectione, sed de vltimo die completionis erectionis, vnctionis, & sanctificationis Sanctuarij. Cum ergo durauerit ista consecratio per multos dies non dicitur erectum, & vnctum, atque sanctificatum quolibet horum dierum, sed solum die vltimo, quo omnia ista finita sunt, & sic est modus loquẽdi apud artifices, scilicet in die qua compleueris omnes parietes domus, & totum tectum dabo tibi pecuniam. Sed manifestum est, quòd non eadem die consummantur omnes parietes eiusdem domus, & tectũ, sed in die refertur ad vltimam diem consummationis horum, scilicet vltimę rei, quę fit in his, & sic est prior completio totius Sanctuarij quantum ad fabricationem, deinde erectio, post vnctio, & sanctificatio, & sic illa dies est in qua Moyses compleuit tabernaculum, & erexit, & vnxit, in qua consummata fuit sanctificatio, & vnctio, & patet, quòd erant omnia ista ad terminum vltimę rei referenda, quia omnia ponũtur sub eadem clausula. Dicetur ergo dies completionis, erectionis, & vnctionis dies in qua fuit consummata sanctificatio. Sed ista responsio non stat: prę supponit enim, quòd post erectionem tabernaculi durauit consecratio per aliquot dies, sed falsum est, quia solum fieri debebant quędam liturę in oleo super aliquas partes Sanctuarij, & vasorum eius, sicut fit in ecclesia, quando consecratur, quia fiunt cruces in angulis domus. hoc autem paruo tempore indigebat, ideo eadem die factum est.

Item sicut oblationes principum non incęperunt secundum, quòd isti volunt antequam finiretur consecratio Sanctuarij, ita & oblationes, quę fiebant in consecratione sacerdotum non debebant incipere antequam finiretur consecratio. Non enim licebat ministrari in domo illa ante sanctificationem, & consecrationem, quia non videbatur applicita esse Deo, nisi per consecrationem, ergo iam finitum erat tabernaculum in consecratione sua, quando sacerdotes incęperunt consecrari in eo, & sic referretur necessario consecratio sacerdotum, & oblatio principum ad idẽ tempus, scilicet quòd in eodem die cępta fuerint. Isti tamen recusant hoc, quia existimant esse incõueniẽs eadem die inceptum esse vtrunque, quia tunc non possent sacerdotes ministrare in 7. diebus primis oblationis principum, sed hoc non est inconueniens, vt supra declaratum est. Dicendum igitur, quòd dies ista in qua dicitur tabernaculum erectum, consecratum, & vnctum, fuit dies prima mensis primi anni secundi ab exitu de Aegypto, & tunc simul incęperunt consecratio sacerdotum, & oblatio principum.

Obtulerunt principes Israel. isti sunt 12. principes tribuum, & quia erant excellentiores, & oblationes suę magnæ, fuerunt eis assignati dies ad offerendum per quolibet dies vnus: populares autem obtulerunt, sed quia oblationes istorum erant paruæ, nec erat distinctio excellentiæ inter eos, sicut inter principes, nec fuerunt eis assignati dies, nec descriptæ eorum oblationes. Sunt autem isti principes illi, qui nominantur supra c. 5. quod patet ex nominibus eorum, & patrũ suorum: eadem enim sunt hic, & ibi, & hoc satis facile est, quia ista oblatio, quæ hic enarratur fuit facta primo die mensis primi anni secundi, vt supra declaratũ est, & computatio, quæ habetur supra 1. c. fuit incepta die primo mensis secundi anni secundi, ideo intercidit vnus mensis inter vtranque nominationem principum. Et sic ijdem fuerunt principes vtrobique nominati. Vocantur isti principes Israel, quia erant principes totius multitudinis. Nam cum essent principes 12. tribuum, & in toto populo erant istę solę tribus dicebantur principes totius Israel. *Et capita familiarum.*

An obtulerint principes tribuum, & principes familiarum hic, vel solum principes tribuum. Quæst. IIII.

PER hoc aliqui intelligunt principes familiarum. nam in qualibet tribu erãt multę familiæ, sicut patet infra 26. capitulo, & sicut in qualibet tribu erat vnus princeps, ita & in qualibet familia, & sicut obtulerunt principes tribuũ, ita & principes familiarum, & isti vocantur capita familiarum. s. principes illarum. Erant etiam in qualibet familia multæ domus, & quælibet earum habebat vnum principem, sicut tribus, & familiæ, & isti significantur cum dicitur infra, & præfecti eorum, qui numerati fuerant, & sic volunt isti comprehendere oẽs principes hic, sed litera ista solum intelligitur de 12. principibus quorum oblationes infra narrantur. Si autem alij principes obtulisse dicerẽtur, etiam describerentur eorum oblationes, sed nihil tale fit. Etiam qsi ex litera arguunt dicentes poni hic principes tribuum, & familiarum. Respondendum est solum intelligi hic de principibus tribuum, & cum dicitur ibi, & capita familiarum. nõ est sensus, qp ista capita familiarum sint alia, q̃ 12. principes Israel, sed istimet principes sunt capita familiarum, quia cum sint principes totius Israel erunt principes familiarum. similis modus loquendi habetur supra 1. c. cum dr̃ hi nobilissimi principes multitudinis per tribus, & cognationes suas, & capita exercitus Israel: constat tñ, qp ibi solum dicitur de duodecim principibus, & patet etiam hoc ex litera cum dicitur, & capita familiarum, quæ erant per singulas tribus. Non enim dixit, & capita familiarum, quæ erant per singulas familias, quia tunc intelligeretur de principibus familiarum, sed dixit p singulas tribus. ergo necessario referendum est ad 12. principes, qui dicentur capita familiarum. Dicet aliqs posse intelligi de principibus familiarum. Nec obstat ista litera, quia in tribubus erãt familiæ, ergo in tribubus erant principes familiarum. Dicendum est non stare, qp non solum dr̃ per tribus, sed p singulas trib̃. s. qp in qualibet tribu esset vnus princeps. hoc tñ referri non p̃t ad principes familiarum, quia non erant singuli per singulas tribus, sed multi in qualibet tribu ſm numerum familiarũ. *Præfecti eorum qui numerati fuerant.* Hoc referunt quidam ad maiores principes. s. qui erãt principes domorum, & minorum congregationum, sed non stat, quia soli principes 12. hic numerantur, sed isti vocantur prefecti eorum, qui numerati sunt, ideſt principes numeratorum. ista numeratio, quę hic dicitur est illa, quę habetur supra 1. c. hi autem 12. dicuntur esse principes omnium illorum numeratorũ, quia erant principes omnium tribuum, & non erant alij qui numerati nisi de tribubus. Et ex hoc patet, qp nõ intelligatur de principibus minoribus, qui sunt principes domorum, quia isti non erant præfecti eorum, qui numerati sunt, nam multi numerabantur quorũ isti principes domorum non erant principes, scilicet principes familiarum, & principes tribuum, & quamquam hic dicantur isti 12. principes præfecti eorum, qui numerat unt: non tamen est intelligendum, qp ipsi non sint numerati, ita enim numerabantur, sicut cæteri. *Munera coram Domino.* Ideſt obtulerunt principes munera coram Domino. ista munera sunt, quæ infra habentur.

An principes obtulerunt de expensis cumulatis ab omnibus oblationes istas, vel de sumptibus suis. Quæst. V.

DICVNT quidam, quòd principes 12. quamquam obtulerunt ista munera, non tamen de expensis suis, sed omnes principes familiarum, & domorum, qui minores erant conferebant partem expensarum, & sic in qualibet tribu omnes principes domorum, & familiarum cũ ipso principe tribus, offerebant de proprijs expensis ad cumulandum oblationem, quam offerebat princeps tribus: offerebat tamen ille nomine suo, & aliorum, quia maior eorum erat. Sed hoc non habet aliquam euidentiam, quia ista dicentes mouentur, quia dicitur hic de principibus Israel, & capitibus familiarum, atque præfectis numeratorum, quos existimant esse principes tribuum familiarum, & domorum, & quia solum fit mẽtio infra de oblatione 12. principũ dicunt, quòd isti omnes principes contribuebant ad oblationem illam, quam offerebant principes tribus. Sed hoc improbatum est: solum enim intelligentur ista de principibus tribuum, vt fuit declaratum. nullũ est ergo motiuum ad dicendum hoc. Dicuntur isti principes obtulisse coram Domino, ideſt apud Sanctuarium, quoniam pecora, quę obtulerunt fuerunt introducta ad ostium tabernaculi, sicut erat de omnibus oblationibus. de plaustris autem non viderur dicendum, quòd introducta fuerint in atrium tabernaculi. Satis enim est, qp fuerint ducta ad ostium atrij & ibi etiam dicerentur offerri coram Dño. *Sex plaustra tecta.* Ideſt obtulerunt principes sex plaustra. s. quadrigas opertas aliquibus velamentis. principes enim offerebant plaustra Dño, quia intelligebant ea necessaria esse ad vsum Sanctuarij. Cum enim sanctuarium esset domus portatilis, & non posset totaliter portari humeris hominum propter magnitudinem tabularum, & columnarum, necessaria erãt plaustra in quibus hęc portarentur. Moyses tamen non dixerat eis, quòd offerrẽt plaustra. nam cum ipsi obtulerunt dubitabat Moyses an accipere deberet, iussit aũt Deus, quòd acciperet, vt patet infra. Si ipse tamen dixisset eis, quòd offerrent, non dubitaret, an suscipienda essent plaustra, ipsi tamen principes moti fuerũt ad hoc, & cum dicitur, quòd principes obtulerũt sex plaustra. nõ est sensus, quòd quilibet de principibus obtulisset sex, sed omnes simul obtulerunt sex, scilicet quia duo principes simul offerebant vnum plaustrum. Dicunt ista plaustra tecta, ideſt operta velamentis, quod fuit ad totalem apparatum portandorum. nam illa plaustra offerebantur, vt aliquid in eis portaretur, & quia honestius portarentur qũæcũque velata, quam nuda, obtulerunt principes velamenta cum plaustris, vt nihil deficeret ornatui eorum.

Cum 12. bobus. Sex plaustra habebant 12. boues, vt cuilibet corresponderent duo. Ex hoc etiam intelligendum est, quòd Israelitę portabant res suas per desertum in plaustris. Conuenientius enim sic portabãtur, quam super animalia solũ. An vero de Aegypto Israelitę eduxerint plaustra, vel postea in deserto fabri cauerint, vt conuenientius res suas deportarent, non multum differt: vtrunque enim satis esse potuit. forsitan enim magis dicetur, quòd de Aegypto non eduxerint plaustra, ne viderentur totaliter recedere, sed etiam hoc nõ multum agit, quia alia signa apparebãt manifesta in Israelitis de recessu suo.

Vnum plaustrum obtulerunt duo duces. Cum enim solũ sex plaustra offerrentur a 12. principibus: necesse erat, vt quidam eorum offerrent plaustra, & alij non, vel qp nullum eorũ oblatum esset ab vno principe, sed duo intelligebantur ad offerendum vnum plaustrum, nec fiebat ista coniunctio duorum principum ad vnum plaustrum propter auaritiam, vel paupertatem, quia munera, quę per se quilibet obtulit prævalebant, quã multa plaustra, vt patet consideranti pondus argenti in vasis, & animalia oblata, sed ista coniunctio fuit ex magna concordia, ne vnus excellẽtior alio appareret, quia inuidi, & inanis glorię appetitores volũt in publico super alios dare, vt alijs maiores videantur. Ne ergo quęstio vel murmuratio inter eos oriretur, ita cõuenerunt: ipsi etiam offerentes prius coniuncti sunt, vt scirent, qui erant oblaturi. & quid, & verisimile est, quòd ex aliquot diebus facta inter eos concordia de rebus offerendis quilibet apparauerit vasa ad oblationem suam faciendo illa fabricari: obtulerunt autem plaustra ad deportationem rerum Sanctuarij, & quia considerabant, qp si quilibet vnum plaustrum cum bobus offerret superabũdarent, & si forte vnus offerret plaustrum, & alius non, dissensionis materia pullularet, ita cõuenerũt, vt duo vnum plaustrũ offerrẽt. *Et vnum bouem singuli.* Ideſt quilibet de principibus obtulit vnum bouem. nam cum essent plaustra sex 12. boues necessarij erant, ita vt cuilibet principi competeret vnus, & non offerebantur isti boues ad sacrificium, sed ad portandum plaustra. *Obtulerunt ea in aspectu tabernaculi.* Ideſt præsentauerunt ista plaustra cum bobus ante tabernaculum, non quidem intra atrium tabernaculi sicut erat de animalibus immolaticijs, q̃ ducebãtur ad ostium tabernaculi, quia illa ibi cremãda erant. Plaustra autem ad nihil expediebant intra atrium tabernaculi, sed sufficiebat, quòd offerrentur ad ostium atrij versus tabernaculum, & hoc erat esse in conspectu tabernaculi. Vnde differt esse apud ostiũ tabernaculi, vel ante ostium, & etiam in conspectu tabernaculi. Primum dicitur de omnibus, quę immolabantur. Secundum dicitur hic de plaustris oblatis. sic etiam dicebatur de vitula rufa, quòd ipsa immolaretur contra fores tabernaculi, & aspergeretur versus tabernaculum sanguis eius: constat tamen, quòd ipsa immolabatur, & cremabatur extra castra, sed quia sacerdos, quando aspergebat sanguinem eius conuertebat se versus partem in qua erat ostium tabernaculi, dicebatur aspergere contra ostium tabernaculi, vt patet infra 19. capi.

Sit autem Dominus ad Moysen suscipe ab eis. Cũ Moyses videret offerri plaustra, quę non pertinebant ad sacrificium, dubitauit an accipienda forent, & consuluit Dominum super hoc, qui respondit, quòd acciperet. nam Moyses quandocunque volebat introibat in Sancta sanctorum, & ibi audiebat à Deo solutionem

Oblatiões plaustrorum.

tionem dubiorum ſuorum, vt patet infra in litera. Et ſic factum eſt hic: Deus enim non notificauerat hoc Moyſi prius: mouerat tamen principes ad offerendū, quia plauſtra erant neceſſaria in Sanctuario.

Vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi. Ideſt iſta plauſtra erant, vt proficiant in miniſterio Sanctuarij. nam tabernaculum accipitur hic large, quia non ſolum erāt plauſtra ad portandum ea, quę erant in tabernaculo, ſed etiam pro cortinis, & velis, atque columnis atrij tabernaculi: dicuntur iſta ſeruire in miniſterio Sanctuarij non, quòd eſſent plauſtra ad aliquam miniſtrationem in Sanctuario, quia omnes illæ miniſtrationes fiebant per manus hominum: ſed quia ſeruiebāt in miniſtratione, quæ eſt portari ipſum Sanctuarium, & ſic dicebantur Leuitæ ſeruire in tabernaculo fœderis: non quòd intra tabernaculum haberent aliquam miniſtrationem, quia iſta ſolum pertinebat ad ſacerdotes, vt patet ſupra 3.c. Sed quia ipſi miniſtrabant in portando tabernaculum cum vaſis ſuis, vt patet ſupra capi.4. *Et trades ea Leuitis.* Sacerdotes non indigebāt his, quia plauſtra ſolum erant ad portandum res Sanctuarij. ſacerdotes autem nihil portabant, ſed Leuitę, ideo ad Leuitas plauſtra pertinebant patet ſupra 3.& 4.c.vbi ſacerdotibus ſolum datur miniſtratio in Sanctuario, Leuitis autem datur miniſtratio in portando ipſas res Sanctuarij.

Iuxta ordinem miniſterij ſui. Ideſt Leuitis dabis hęc ſecundum, quòd conuenit miniſterio ſuo. q.d. non eodē modo conuenit omnibus Leuitis, ſed quibuſdā non conuenit habere plauſtra, quibuſdam vero conuenit. ſicut patet de Caathitis quibus non dabantur plauſtra, vt patet infra. etiam dicitur ſecundum ordinem miniſterij ſui. q.d. non conuenit omnibus Leuitis ęqualiter portare plauſtra. quidam enim magis indigebant, quam alij, & ſic Deus diſtribuit, quia Merarītis tradidit quatuor plauſtra, & octo boues. Gerſonitis autem ſolum duo plauſtra, vt patet infra.

Itaque cum ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra, & boues. Scilicet q̄ Moyſes recepit ab Iſraelitis iſta plauſtra cum offerrent. Cauſa eſt, quia ipſe miniſtrabat, quādo iſta plauſtra oblata ſunt: Aaron autem, & filij ſui nondum miniſtrabāt principaliter, ſed ſolum adiuuando Moyſen, quia nondum fuerat conſecratio eorum expleta.

Plauſtra 6.& boues 12 ſimul oblata ſunt eodem die. Quæſt. VI.

SCIENDVM eſt, q̄ iſta plauſtra, & boues ſuerunt oblata ſimul. ſ. in prima die qua cęperunt offerre principes, quamquam iſta plauſtra pertinerent ad omnes principes, & quilibet offerret die ſuo. Cauſa huius eſt, quia oblationes iſtę non erant diuiſibiles, ſicut oblationes alię, quę infra habētur. nam duo principes offerebant vnum plauſtrum, ideo nullus illorum offerebat illud in die ſuo, quia tunc videretur pertinere ad eum ſolum, vt ergo non magis viderentur plauſtra iſta ad vnū de principibus, quam ad alium pertinere, ſimul oblata ſunt, ideo infra cum agitur de oblatione cuiuslibet die ſuo, non fit mentio de his plauſtris, & bobus. Fuit autem iſte modus, q̄ in die prima dedicationis Sāctuarij ſex plauſtra cum bobus ſuis fuerint portata ad officium atrij tabernaculi, nomine omnium principum Iſrael: & ibi Moyſes ſuſcepit ea. Poſtea vero Naaſon princeps de tribu Iuda, qui fuit in offerentibus obtulit munera ſua die eadem, & conſequenter alij principes diebus ſuis. *Cum ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra, & boues.* Scilicet tanquā ſacerdos faciens ſacrificia diei illius.

Tradidit eos Leuitis. Scilicet plauſtra, & boues. modus diſtributionis habetur immediate. *Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filijs Gerſon.* Gerſonitę autem erant portantes cortinas atrij, & omnia operimenta, & quid pertinebat ad ſupellectilem pelliceam, atque de filis: his dedit duo plauſtra ſolum, quia minora erant onera iſtorum, quam Meraritarum.

Iuxta id, quod habebant neceſſarium. Ideſt iuxta quantitatem neceſſitatis dabat eis multa, vel pauca plauſtra. non eſt ſenſus, quòd daret Moyſes tot plauſtra Gerſonitis quot neceſſaria erant. Sed dabat eis ſecundum neceſſitatem, ideſt ſecundum proportionem neceſſitatis. ſ. q̄, quia Meraritæ in duplo plus agebant, quam Gerſonitæ dedit eis duplo plura plauſtra: non tamen dedit eis tot plauſtra quot indigebant. Non eſt enim verisimile, q̄ tot genera cortinarum, & velorum tentoriorum, & cęterorum operimentorum, quæ erant in Sanctuario tam in tabernaculo, quam in circuitu atrij portarentur in duabus quadrigis: nequaquā enim caparentur, & dato, quòd omnia, quæ pertinebant ad Gerſonitas in duobus plauſtris poſſent portare: tamē ea, quæ pertinebant ad Meraritas non poterant portari in quatuor, vt ſiquis conſideret ſexaginta columnas magnas ęneas, quę erant in circuitu atrij, ſcilicet 20. in latere aquilonari, & totidem in meridiano, & 10. in latere orientali, totidem autem in occidentali: etiam ſiquis conſideret columnas 9. de lignis Sethim quarum erant quinque in introitu tabernaculi, & quatuor vbi erat velum Sancti ſanctorum. Item erant multę tabulę ex quibus conſtabant tria latera tabernaculi, ſcilicet 48. cū vectibus ſuis atque baſibus. Non poterant ergo iſta portari in quatuor quadrigis, ſed plurium opus erat. niſi forte quis dixerit tabulas iſtas eſſe parui ponderis, ſicut ſunt paruę tabulę ferratiles apud nos. Sed falſum eſt, quia quęlibet harum continebat in altitudine cubitos 10. & in amplitudine cubitum, & dimidiū, vt patet Exo. 26.c. in groſſitie quoque ſatis magnę erant ſecundum correſpondentiam altitudinis, & latitudinis. Nam quidam Iudæi dixerunt quamlibet earum habuiſſe dimidium cubitum latitudinis, ſed etiam ſi hoc non ſit, ſatis apparet, q̄ habuerint aliquantam groſſitiem cum cuilibet earum infixę eſſent duę baſes argenteę, vt patet Exo. 26. Item non poterit aliquis dicere, quòd 60. columnæ quas habebat atrium in circuitu erant aliquid paruū. nam altitudo cuiuslibet earum erat cubitorum quinque, vt patet Exo. c. 27. Etiam ſatis magnę groſſitiei eſſent, quia ad fabricandum eas fuſa ſunt 72. millia talenta ęris, vt patet Exo. c. 28. Etiam capita earum, quę erant de argento ſatis magnę quantitatis erant, niſi forte quis dixerit talentum eſſe aliquod paruum pondus. Sed hoc falſum eſt. nam de vno talento auri fabricatum eſt totum candelabrum cum omnibus vaſis ſuis, & partibus diuerſis. multæ tamen diuerſitates erant in eo, quę non poterant fieri ex vno talento auri, quod patet, quia erāt multi calami, & ſphęrulæ, & lilia, atque vaſa, & omnia hæc ſolida, vt patet Exo. cap. 25. Oportet igitur, q̄ talentum eſſet aliquid habens magnam quantitatem, & conſequenter columnæ, & baſes, quæ portabantur a Meraritis erant magni ponderis, & quantitatis. vnde nō ſufficerent plauſtra quatuor. Sed dabantur ſolum quatuor, q̄a principes nō obtulerant, niſi ſex plauſtra, de quibus conueniebant duo Gerſonitis. manebant ergo ſola quatuor Meraritis, & dicebantur iſta dari eis ſecundum, quòd habebant neceſſarium, ideſt non ſecundum ſufficientiam neceſſitatis, ſed ſecundum proportionem, quia ſicut indigebant Meraritæ quatuor plauſtris, ita Gerſonitę duobus.

Quatuor alia plauſtra, & octo boues dedit filijs Merari. Iſti receperūt in duplo plura plauſtra, quia erat in duplo maior neceſſitas Meraritarū, q̄ Gerſonitarū, cū eſſent onera

onera eorum plura, & maioris ponderis. *Secundum officia ſua.* Ideſt ſecūdum exigentiam officiorum ſuorum. q.d. officium Meraritarum exigebat plauſtra in duplo plura, quam officium Gerſonitarum: vel poſſet hoc referri ad diuiſionem, quę fiebat inter Meraritas, ſcilicet quòd fuerunt eis data iſta plauſtra, ideſt diuiſa inter illos ſecundum officia ſua, ideſt ſecundum partē rerum portabilium traditarum aliquibus de Merarīs. nam ſupra 4.c. fuit declaratum, q̄ familia Meraritarum, q̄q̄ eſſet vnica diuidebatur in partes, & vni parti eius aſſignabantur talia, vel talia vaſa portanda, & alij parti alia, & quia quędam iſtarum partium maiorem onerum portationem ſuſceperant dabatur eis de quadrigis excellentia. Sic etiam videbatur debere fieri inter Gerſonitas, quamquam fieri non potuit, quia ſolum data ſunt eis duo plauſtra, quæ non poterant diuidi, niſi in duas partes ęquales. *Et cultum ſuum.* i. f̄m miniſterium, quod habebant. iſta duo ad idem pertinent, ſcilicet cultus, & officium, ſed interdum fit replicatio ex vſitato modo loquendi etiam ſi non importentur diuerſę res per ipſas voces. *Sub manu Ithamar filij Aaron.* Hoc refertur ad iſtas duas familias Leuitarum. ſ. ad Gerſonitas, & Meraritas, q̄ erāt iſtę duę familię ſub manu Ithamar, ita enim fuit ſupra diſtributum. nam iſtę tres familię Leuiticę habebant principes ſuos, qui erant principes ex genere, ſecundum quòd aſſignabātur principes in tribubus pręter hoc, quia iſtę familię Leuiticę erant applicitę ad communes miniſtrationes Leuitarum: oportebat, vt de ſacerdotibus pręponerentur eis aliqui, qui dirigerent eos in his, quę facere debebāt: ideo familiæ Gerſonitarū, & Meraritarum erant ſub Ithamar ſacerdote filio Aaron. familia autem Caathitarum erat ſub Eleazar filio Aaron, & rurſus principes iſtarum trium familiarum Leuiticarum erant ſub Eleazar, vt patet ſupra c.2. & 4. & hoc ſolum erat quantum ad miniſtrationes. nam non erant principes ipſarum familiarum q̄tum ad genus, cum eſſent Eleazar, & Ithamar de familia Caathitarum ſolum: etiam non erant directè principes Caathitarum, quia inter Caathitas diſtinguebantur alię quatuor familiæ, ſcilicet Amramitarum, Hebronitarum, Ozielitarum, Ieſſaaritarum, vt patet ſupra 3.c. filij autem Aaron erant de Amramitis ſolum, ideo non veniebat eis directe principatus totius familiæ, ſed tanquam ſacerdotibus habentibus poteſtatem ſuper Leuitas ad iubendum eis in officijs ſuis. *Filij Aaron ſacerdotis.* Dicitur Ithamar filius Aaron ſacerdotis ad differentiam aliorum, qui in populo hoc nomine vocabantur, & dicitur Aaron ſacerdos. i. ſacerdos magnus. nam quantum ad eſſe ſacerdotem non excedebat filios ſuos.

Filijs autem Caath non dedit plauſtra, & boues. Fuerunt data ſex plauſtra a principibus, de quibus quatuor diſtributa ſunt Meraritis, & duo Gerſonitis. nullum ergo manebat pro Caathitis: hoc tamen ex induſtria factum eſt. Nam ſi indiguiſſent plauſtris ſicut Meritæ, & Gerſonitę fuiſſet eis aliquid datum, ſed miniſtratio eorum non debebat eſſe in plauſtris, ſic enim Deus iuſſerat. *Quia in Sanctuario ſeruiunt.* Ideſt non habebūt Caathitæ plauſtra, quia ſeruiunt in Sanctuario, ideſt in portandores Sanctuarij, nam portabant vaſa omnia Sanctuarij, quæ non erant partes illius, & non dicuntur ſeruire in Sanctuario, ideſt facere aliquam miniſtrationem in Sanctuario. Nam nihil horum pertinebat ad Leuitas, ſed omnes miniſtrationes Sāctuarij ad ſacerdotes: ſeruiebant autem Leuitæ omnes in Sanctuario, ideſt in portando ipſum Sanctuarium, & vaſa eius. Et ſciendū, q̄ non eſt iſta cā quare non data ſunt plauſtra Caathitis. nam ita ſeruiunt oēs alij Leuitæ in Sanctuario ſicut ipſi, vt patet. ſ. 3.& 4.c. tñ data ſunt plauſtra alijs, ſed refertur hoc ad ea, quæ habentē immediate. *Et onera proprijs portant humeris.* Ideſt non dabantur ſibi plauſtra, quia portant, ideſt portare debent onera proprijs humeris.

Caathitæ portabant onera humeris proprijs ideo non indigebant plauſtris. Quæſt. VII.

NON intelligitur, q̄ Caathitæ portarent onera humeris ſuis. i. hērēt conſuetudinē ad portandum, vel q̄ portarēt actualiter, quia nondum portauerant Leuitæ aliqua onera. nam tabernaculum fuit factum in mōte Sinai, & ex ipſo loco cęperunt portare onera. Sed nunc erāt in monte eodem, vt patet infra 10.c. ergo nondum portauerant quidquam humeris ſuis, ſed dicitur, q̄ portare debeāt humeris ſuis, quia Deus iubet, q̄ portent humeris ſuis: nec eſt alia cauſa niſi voluntas Dei. Nam ita potuiſſent portari ea, quæ portabant Caathitæ in plauſtris, ſicut Gerſonitarum onera, & Meraritarum. Sed poterit dici aliter. ſ. q̄ Deus volebat portari iſta humeris hominum, quia maior erat reuerentia, q̄ portarentur humeris hominum, quam in plauſtris, & quia inter omnia, quæ portabant Leuitæ excellentiora erant, quæ portabant Caathitæ. ſ. arca cum propitiatorio, in qua erat maxima ſanctitas, & omnia alia vaſa in quibus fiebant miniſtrationes ſacræ. ea autem, quę portabant alij Leuitæ non erant vaſa miniſtrationis, ſed ſolum partes ex quibus conſtruebatur Sanctuarium. ad Caathitas igitur magis pertinuit portare humeris ſuis propter excellentiam vaſorum, quam ad Gerſonitas, & Meraritas. Aliter dici poteſt, q̄ Deus volebat omnia, quæ erant in Sanctuario, & partes illius portari humeris hominum, vt in maiori reuerētia portarentur, ſed non potuerunt omnia ſic portari: quoniam onera Meraritarum, & Gerſonitarum erāt valde magni ponderis, quæ nō poſſent portari humeris, ideo indiguerunt plauſtris: onera autem Caathitarum minoris erant ponderis, vnde potuerunt portare ſuper humeros, & propter hoc in oneribus Caathitarum Deus iuſſerat fieri vectes, quando fabricabantur ſcilicet in arca, & in mēſa, & in altaribus. in oneribus aūt Gerſonitarum, & Meraritarum nō fuerunt facti vectes. Et ſi aliquis obijciat, q̄ tabulę Sanctuarij habebant vectes, vt patet Exo. 26.c. Reſpondendum eſt, q̄ non erant iſti vectes ad portandum tabulas. ſed ad cōtinendum eas, vt patet Exo. c. 26.& 36. ſ. quia plures tabulæ ponebantur ſimul erectæ in ſublime, & niſi eēt aliquid, quod eas teneret in vna compage diffugerēt abinuicē, & caderent: fuerunt ergo poſiti vectes. ſ. q̄dam ligna longa tranſuerſalia per dorſa tabularum, vt ſic continerentur: vectes tamē, qui fiebant in arca, & altaribus tanquam menſa, ad portandum erant, & non ad continendum, vt patet Exod. vigeſimoquinto capitulo.

Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die qua vnctum eſt, oblationem ſuā ante altare. Dixitque dominus ad Moyſen. Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem ſuam, Naaſon filius Aminadab, de tribu Iuda. Fueruntque in ea acceptabulum argenteum, pondo cētum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrūq; plenum

Munera in dedicationem altaris. Iudas offert.

plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ: mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo. Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircũque pro peccato. Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc eſt oblatio Naaſon filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Iſachar, acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo, bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculũ in holocauſtum, hircumq; pro peccato. Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Heliab filius Helon obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, & bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumque pro peccato. Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc eſt oblatio Heliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben Eliſur filius Sedur, obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad põdus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumque pro peccato. Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc fuit oblatio Eliſur filij Sedur. Die quinto princeps filiorum Simeon Salamihel filius Suriſaddai, obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircũque pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumque pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis, obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtũ: hircumque pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan Abiezer filius Amiſaddai obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appẽdens decem ſiclos plenum incenſo, bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculũ in holocauſtum, hircumq; pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Amiſaddai. Die vndecimo princeps filiorũ Aſer Phegiel filius Ochrã obtulit acceptabulũ argenteũ appendens centũtriginta ſiclos, phialam argẽteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumque pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Nephthalim Ahira filius Henan, obtulit acceptabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircumque pro peccato. Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc fuit oblatio Ahira filij Henan. Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt a principibus Iſrael in die qua conſecratum eſt, acceptabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim. ita vt centumtriginta ſiclos haberet vnum acceptabulum, & ſeptuaginta ſiclos vna phiala id eſt in commune vaſorum omnium ex argento, ſicli duomillia quadringenti pondere ſanctuarij, mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pondere ſanctuarij ideſt ſimul auri ſicli centum viginti, boues de armento in holocauſtum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum, hirci duodecim pro peccato, in hoſtias pacificorum boues vigintiquatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hęc oblata ſunt in dedicatione altaris quando vnctum eſt. Cumque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculũ, audiebat vocem loquẽtis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

Numerus rerũ oblatarum.

Lequebaẽ Dñs Moyſi de tabernaculo fœderis.

Igitur obtulerunt duces. Hic ponitur ſecundum huius cap. ſcilicet, oblatio principum diuiſim facta. nam ſupra dictum fuerat quomodo obtulerant principes ſex plauſtra, & hoc ſimul, ſcilicet, die prima dedicationis ſanctuarij: nunc ponuntur oblationes eorum quæ non fuerunt ſimul, ſcilicet, omnia quæ habentur infra, vnde de plauſtris & bobus ſupra poſitis non fit infra aliqua mentio.

Oblatio principum diuiſim facta.

Igitur obtulerunt. Non ponitur hic igitur tanquam notans conſequentiam, ſed ſolum vt principium alicuius rationis, & ſic interdum in principio locutionum noſtrarum ponimus igitur: nunquam tamen ponitur tanquam ſignum conſequentiæ niſi aliquid præceſſerit.

Obtulerunt duces. Vocantur hic duces ſoli principes tribuum. nam de principibus familiarum & domorum nihil hic agitur cũ ſolum deſcribatur oblatio duodecim principum. vocantur iſti excellenter duces, quia erant totius multitudinis duces, & quilibet ſub ſe habebat valde magnam multitudinem. Alij autem erant minores principes.

In dedicatione altaris die qua vnctum eſt. Ideſt oblatio iſtorum fuit in die dedicationis altaris. Non eſt autem intelligendum quòd omnes principes in aliquo die obtulerint, quia obtulerunt in duodecim. Sed dicuntur obtuliſſe in die dedicationis altaris, ideſt inceperunt offerre in die prima dedicationis altaris. Erat autem dedicatio altaris conſecratio eius. nam vngebatur oleo vnctionis, ſicut & cętera vaſa ſanctuarij, vt eſſet applicitum ad Dei cultum. Aliter enim viderentur omnia illa prophana, cum non haberent aliquid per quod ſpecialiter in Deum tenderent.

Dedicatio altaris q.d.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quomodo stat, quòd fuerit facta oblatio die qua vnctum est tabernaculum, cum etiam fuerit facta die qua erectum est. Et quòd altare habebat duas dedicationes. Quæst. VIII.

SED arguet aliquis, quia supra dicebatur quòd ista oblatio principum facta est die quo tabernaculum erectum est, vnctum, atque sanctificatum. Hic autem dicitur quòd fuit facta in die dedicationis altaris.

Respondendum est vtrumque pertinere ad idem & factum esse eodem die. tabernaculum enim vnctum est in oleo sancto die qua erectum est, factis quibusdam lituris intincto digito in oleo per omnes parietes eius, & per singula operimenta atque vasa, & cętera quę erãt in sanctuario sicut iusserat Deus Exodi capitulo trigesimo: fuit autem facta ista vnctio satis breuiter, quia nullæ cæremoniæ fiebant præter lituras in oleo, & tunc ipsum altare cum cæteris vnctum est, & ista vocatur dedicatio eius, in eodem enim die tabernaculum, & altare dedicata dicuntur, sicut patet supra in litera cum dicitur: factum est in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud, vnxitque & sanctificauit cum omnibus vasis suis altare similiter, & vasa eius, obtulerunt principes &c. Cum ergo in eandem diem ista pertineant nihil magis differt dici fuisse factã oblationem principum die qua erectum est tabernaculum & vnctũ, quàm in die qua altare dedicatum est.

Considerandum tamen quòd altare habebat duas dedicationes, vnam generalem cum cæteris vasis sanctuarij, scilicet, quòd vnctum est in oleo sancto factis in eo quibusdam lituris: & ista fiebat in eodem die in quo omnia alia vasa sanctuarij sanctificata sunt. fiebat autem alia dedicatio altaris, quæ durabat per septem dies quotidie offerendo sacrificia & vngendo, vt patet Exodi capitulo vigesimonono, & Leuitici octauo. Causa autem huius specialis dedicationis erat, quia specialius pertinebat altare holocaustorum ad cultum Dei quàm cætera, cum in eo offerrentur omnia sacrificia. sed quamcunque harum dedicationum assumpserimus, dicendum est, quòd ad eandem diem pertinent, scilicet, quia eodem die inceptę sunt, sed prima quæ erat generalis finita est immediatè. Secunda autem durauit ex tunc per septẽ dies, ideo vtroque modo est verum, quòd fuit oblatio principum in die dedicationis altaris.

Die qua vnctum est. Vnctio & dedicatio idem sunt. nam dedicare est aliquid applicare specialiter ad cultum Dei: & hoc fiebat per vnctionem. intelligitur autem ista vnctio de illa quę facta est in prima die: quia tunc incęperunt principes offerre, & obtulerũt per septem dies, in quibus altare quotidie dedicabatur, & consecrabantur sacerdotes.

Oblationem suam ante altare. Idest quilibet de principibus obtulit munera sua coram altari, scilicet, holocaustorum. Erat autem alterum altare, scilicet, thymiamatum, sed in illo nihil offerebatur, nec ante illud, quia in eo non cremabantur aliqua sacrificia, vt patet Exodi cap.30. Item quia altare thymiamatum erat intra tabernaculum apud velum sancti sanctorum, vt patet pręallegato capitulo. illuc autem nemo de popularibus ingrediebatur, sed soli sacerdotes ad aliquas ministrationes quotidianas. nam si introiuissent morerentur, qa viderent vasa sanctuarij nuda, vt patet supra quarto capitulo. sacerdotibus autẽ quotidie licitum erat illuc introire, vt patet ad Hebræos cap.9. Ad altare autem holocaustorum licebat popularibus accedere ad offerendum sacrificia sua, & hoc quia accedere debebant vsque ad ostium tabernaculi, vt patet Leuit. cap.1.& 3.& vbicunque dicitur de oblatione sacrificiorum. dicitur autem quòd præsentauerunt principes oblationem suam ante altare, ad differentiam oblationis primæ, scilicet, plaustrorum, & boum, quia non introierũt ista vsque ad ostiũ tabernaculi in atrium eius, sed manserunt extra sanctuarium. ipsi tamen principes cum vasis argenteis, & animalibus oblatis intrauerunt in atrium tabernaculi ante altare holocaustorum.

Dixitque Dominus ad Moysen: singuli duces per singulos dies offerant. Obtulerant duces sex plaustra simul cum bobus, & hoc in eadem die. Nunc vero de alijs oblationibus sic facere volebant, vt simul offerrent, & non videretur aliqua excellentia in vno super alios, scilicet, vt sicut erant æquales in oblationibus, ita essent æquales in tempore. Dominus autem prohibuit vt solennius fieret, & pro singulis diebus essent sufficientes oblationes, ideo dixit Moysi quòd iuberet principibus singulis offerre per singulos dies, & sic factum est.

Offerant munera in dedicatione altaris. Idest offerant ad honorem dedicationis altaris, siue ad maiorem solennitatem. in quo Deus non imponit principibus necessitatem offerendi, quia tunc iuberet eis quid & quantum offerrent quod non ponitur, sed dicit vt offerant per singulos dies, scilicet, quòd ipsi oblaturi erãt antequam Deus quidquam mandaret, quia tamen volebant offerre simul iussit Deus, vt offerrent singuli per singulos dies. si tamen ipsi nihil offerre destinassent Deus nihil iussisset offerri. Et dicitur quòd isti offerant in dedicatione altaris, non quidem in die dedicationis solùm, sed quòd offerant ad solennitatem vel honorem dedicationis. Nam dedicatio altaris si accipiatur pro vnctione illa generali ad altare, & omnia vasa sanctuarij, in vna die & per vnicam cæremoniam facta est. Si autem accipiatur pro dedicatione speciali altaris durauit per dies septẽ, oblatio tamen principum per duodecim dies continuata est. ergo non intelligitur, quòd solum in diebus dedicationis altaris offerretur, sed ꝙ offerretur ad honorem dedicationis. nam quamquam duraret ista oblatio vltra dies dedicationis, quia tamẽ incępta est prima die dedicationis altaris, & durauit omnibus illis diebus, dicebatur ad solennitatem dedicationis fieri. Cum enim altare dedicatũ est quotidie offerebantur sacrificia etiam sine sacrificijs principum. Nam dedicatio per septem dies durauit: cõsecratio etiam sacerdotum per totidem, & illi ijdem dies in quibus sacerdotes consecrati sunt, fuerunt in quibus fuit altare dedicatũ, vt patet Exo.cap.29.& Leuit.8. Sacerdotes tamen offerebant sacrificia quolibet horum septem dierum, vt patet præalleg.cap. ergo dato ꝙ non offerrẽt principes in dedicatione altaris essent sacrificia: maior tamen erat solẽnitas cum principes offerrent, quia quilibet eorum offerebat 21. animalia vt patet infra. *Primo die obtulit oblationem suam Naason.*

Quomodo principes obtulerunt æquales & similes oblationes: & de multiplici ordine qui obseruari poterat inter eos, & quis obseruatus est. Quæst. IX.

PRINCIPES isti diuisi fuerunt per dies ad offerendum, & erat in hoc aliqua dignitas, scilicet, quis præcederet alterum: ne tamen in hoc esset aliqua æmulatio conuenerunt quantum ad aliquid in æqualitate, scilicet, quantum ad oblationes. Nam siue in vasis aureis siue argenteis siue animalibus omnes principes obtulerunt æqualiter, vt patet infra in litera. & oẽs obtulerũt vasa eiusdẽ modi & numeri, & aĩalia earũdẽ specierũ, & numeri, & ad similia sacrificia. in quo videtur quòd per aliquot dies ante hoc cõuenerunt inter se quid & quantum quilibet eorum offerre deberet: in tempore etiam offerendi ęquales futuri erant, scilicet, omnes in eadem die nisi Deus vetuisset: datus est autem eis ordo non secundum natiuitatem, quia tũc primo debuisset offerre Ruben, deinde Simeon & postea Iudas. Primò tamen obtulit princeps filiorũ Iuda, deinde Isachar, postea Zabulon.

Fuit tamen obseruatus ordo natiuitatis inter eos in scriptura facta in lapidibus rationalis, & in duobus onychinis qui erant in ephod, vt patet Exo.cap.28. Et ratio est, quia ibi scribebantur quantum ad aliquid spirituale, scilicet, vt essent in memoria Dei, vt patet eo.cap. & quantum ad hoc non est vna tribus nobilior alia, nisi secundum quòd Deus acceptat magis vnam quàm alteram, & quia necesse erat describi secundum prioritatem natiuitatis, quæ est à natura & non secundum aliquam excellentiam temporalem. Hic autem, s. quòd vnus princeps pręcederet alterum in offerendo, pertinebat ad quendam honorem temporalem, ideo datus est eis locus pręcessionis & successionis secundum ordinem dignitatis temporalis: & quia tribus Iuda erat maioris dignitatis super omnes alias, princeps eius prima die obtulit. In cæteris autem fuit hic obseruatus ordo secundum habitudinẽ vexillorum: iusserat enim Deus, quòd essent omnes tribus Israel distinctæ per quatuor vexilla, & sub quolibet essent tres tribus, vt patet supra 2.cap. ideo secundũ quòd se habebant in illis vexillis, ita habuerunt hic ordinem in offerendo. nam prima die obtulit princeps tribus Iuda, & quia sub vexillo suo erãt Isachar, & Zabulon post principẽ Iudæ obtulit princeps Isachar: & post eum princeps tribus Zabulon. deinde obtulerunt illi, qui erant sub vexillo filiorum Ruben, s. primo ipse princeps tribus, deinde princeps Simeon, postea princeps tribus Gad. deinde obtulerunt qui sub vexillo erant filiorum Ephraim, s. primo ipse princeps filiorum Ephraim, deinde princeps tribus Manasse, ad vltimum princeps tribus Beniamin, ad vltimum obtulerunt, qui erant sub vexillo Dan, s. ipse princeps tribus Dã, deinde princeps tribus Aser. postremo princeps tribus Nephtalim, sicut apparet ex litera. Et non fuit hic obseruatus per omnia ordo dignitatis, sed magis ordo vexillorum. Quòd enim princeps tribus Iuda offerret ante principes omnium aliorum vexillorum pertinebat ad dignitatem. Nam quamquam teneretur ordo vexillorum poterat fieri inchoatio à vexillo filiorum Ruben, sicut inchoatũ est a vexillo filiorum Iuda, sed dignitas tribus Iudę fecit, vt ipsi esset prima dies assignata: in alijs autẽ obseruabatur ordo vexillorum. nam si esset pręcessio secundum dignitatem post tribum Iuda nõ offerret princeps tribus Isachar, sed tribus Ruben: & deinde princeps tribus Simeon, sed nõ est factum sic. etiam primò obtulissent oẽs filij Lię & Rachelis qui erant filij dominarum, deinde filij Zelphę & Balę qui erant filij ancillarum, sed non fuit obseruatus iste ordo. Nam tribus Gad erat de filijs ancillarum, cum esset Gad filius Zelphę, vt patet Genesis trigesimo cap. immediatè tamen post Simeonem obtulit Gad ante principes Ephraim Manasse & Beniamin, qui erãt filij Rachelis, vt patet infra in litera. fuit ergo in hoc solus ordo vexillorum.

Sed quantum ad hoc, quòd illi qui erant sub vno vexillorum offerrẽt primo quàm qui erant sub alio, scilicet, quòd inciperetur a principe istius tribus, & non a principe alterius erat ordo dignitatis, scilicet, quòd incępta est oblatio in vexillo filiorũ Iuda, quia erat dignior princeps illius vexilli omnibus alijs principibus. Consummato vexillo isto incępit princeps vexilli tribus Ruben, & nõ princeps vexilli Ephraim vel Dan, quia erat dignior Ruben alijs duobus principibus tribuum. postea obtulit princeps filiorum Manasse, quia iste erat dignior principe vexilli Dan, eo quòd erat de filijs Rachelis. Dan vero erat de filijs Balæ, & sic comparando principes vexillorum ad seipsos fuit ordo dignitatis: comparando tamen omnes alios qui erant sub vexillis ad seipsos vel principes erat ordo vexillorum.

Obtulit oblationem suam Naason filius Aminadab. Oblatio Naason fuit, quæ habetur infra, & iste erat princeps in tribu Iuda cui debebatur primò offerre, quia tribus Iuda erat tribus regia, sicut prædixerat Iacob Gen.39. fuerat autem assecuta istam dignitatẽ quando cęteris tribubus formidantibus introire in mare tribus Iuda prima introiuit, sicut dicebatur a quibusdam de quo dictum est Exo.14.cap. Etiã correspondebat isti tribui locus excellentior in castrametatione. nam ad partem oriẽtalem erat semper vexillum filiorum Iuda, vt patet supra cap.2. iste Naason fuit princeps in toto deserto in tribu Iuda. Pater autem eius Aminadab mortuus fuerat in Aegypto: alioquin ipse fuisset princeps tribus huius, & nõ Naason filius eius: fuit tamen principatus Naason ex primo anno egressionis de Aegypto. Nam prima dies anni secundi ab exitu de Aegypto erat in qua obtulit Naason, & iam erat princeps tribus Iudæ. iste habuit sororem nomine Elisabeth, quæ fuit vxor Aaron, & peperit ei Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, vt patet Exo.cap.6. fuit autem mortuus iste Naason in deserto, quia omnes viri bellatores qui computati fuerant in principio anni secundi ab exitu de Aegypto mortui sunt ante exitum de deserto, vt patet infra decimoquarto capitulo. fuit tamen vnus de numeratis iste Naason, vt patet supra capitulo primo, & sic dicitur infra vigesimosexto capitulo, quòd quando in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto computati sunt omnes Israelitę, nullus fuit ibi de his qui fuerant in prima numeratione. ergo nõ erat ibi Naason. Item patet ex nominibus principum qui assignabantur eo tempore. nam Salmon filius Naason erat princeps tribus Iudæ in exitu de deserto, scilicet, in fine quadragesimi anni: & ipse accepit in vxorem Raab Iericontinam, vt patet Matth.cap.1.

Fueruntque in ea acceptabulum argenteum. Isti principes offerebant sacrificia & munera. Sacrificia erant in animalibus, vt patet infra, quia de omni genere sacrificiorum obtulerunt: munera vero erant in argento & auro, scilicet, quia obtulerunt vasa: & ista erant talia qualia vasa sanctuarij, quæ ponebantur super mensam propositionis: & hoc vt proficerent ista vasa ad ministerium Domini, & offerebat quilibet tria vasa, scilicet, acceptabulum, phialam, & mortariolum. similia nominantur Exodi capitulo vigesimoquinto.

Acceptabulū q[illegible]

Acceptabulum dicitur scutella argentea ampla, & vt aliqui dicunt, erat ad continendum incensum. Sed non videtur, quia supra tertio capitulo dicitur, quòd phialæ, & mortariola, & cyathi, & crateræ erãt ad liba fundenda, & tamen per illa intelliguntur acceptabula.

Dicendum ergo, quòd acceptabulum est scutella ampla facta ad recipiendum sim[illegible]m, & communiter scribitur cum p, ita vt dicatur acceptabulum, & deriuatur ab accipiendo, quia est vas amplum & capax, vt in eo ponatur farina. Alij autem scribunt sine p, dicentes acetabulum ab aceto, sed non erat vsus aceti in toto sanctuario, ideo primo modo verius se habet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Siclus qd. Phiala cuius figuræ esset.

Pondo centum triginta siclorum. Idest acceptabulum argenteum appendebat centum triginta siclis. Est enim siclus pondus vel moneta, & accipitur hic pondo indeclinabile.& sic sępissime habetur in his libris.

Phialam argenteam habentem septuginta siclos. Istud erat secundum vas quod obtulit Naason, & vt communiter dicitur, est vas vinarium: in figura tamen erratur a multis. Dicunt enim esse strictum in collo sicut apud nos sunt phialæ vitreę. Sed hoc non stat quia tunc non possent poni in eo farinæ. Dicitur tamen infra quòd acceptabulum & phiala erant plena simila. ergo non fuit figura eius stricta in collo, sed alterius modi in quo non multum differt: tamen quamquam dicatur infra, quòd phiala erat plena simila,non sequitur ex hoc quòd vsus eius in sanctuario esset ad ponēdum similam, sed magis erat ad fundendum vinum. principes tamen vsi sunt illis nunc ad ponendum similam, quia offerebant pro sacrificijs suis.

Iuxta pondus sanctuarij. Dicitur hoc de siclis. nam erat diuersitas siclorum. quidam erant pertinentes ad sanctuarium. alij vulgares. Sicli autem sanctuarij erant maiores, ideo quandocunque agitur hic de siclis exprimitur quòd sint de pondere sanctuarij. Nā si non exprimeretur intelligeretur de alijs siclis minoribus.

Vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificio. Idest acceptabulum & phiala replebantur simila,& hoc ad sacrificium: quilibet enim istorum principum offerebat holocaustum & hostias pacificas,& sacrificium pro peccato: in duobus autem primis semper offerebantur libamenta,quamquam de eis sperare non iuberetur,quia erant concomitantia ex lege, vt patet infra cap.15.offerebantur autem simila, & oleum, & vinum,& thus,& sal in libamēta de quibus patet Leuit.cap.2. Dicitur de ista simila quòd erat conspersa oleo,ideſt quando commiscebatur, fundebatur oleū super ipsam,sicut solet farina conspergi aqua. & ex hoc patet quòd ista simila non erat panis coctus, sed solum farina nondum formata in panem. quod patet, quia dicitur, quòd phiala, & acceptabulum erant plena simila. de pane tamē formato non diceretur hoc. Et dicitur hic ꝙ erat simila in sacrificio,i. pro sacrificio,ſ,pro sacrificio carnium. nam iussum erat quòd cum quolibet holocausto & hostia pacifica offerrentur libamenta: de quibus præcipuum erat simila, & ista erat pro sacrificio,i.vt esset libamētum duorum sacrificiorum. Alio modo potest intelligi sacrificium nō pro ipsis animalibus, sed pro libamentis. nam Leuit.cap.2.& infra 15. simila vocatur sacrificium,i.libamentum, & hoc modo poterit intelligi quòd oblata est simila conspersa oleo in sacrificium, ideſt vt ipsa esset sacrificium,ſ.libamen.

Mortariolum quid.

Mortariolum ex decem siclis aureum plenum incenso. Istud erat tertium vas quod offerebat Naason & erat ex auro. dicitur autem mortariolum vas ad continendum thus, quod patet ex eo quòd iste Naason obtulit illud incenso plenum, sed nō manifestatur ex hoc sufficienter. Nam de phiala & acceptabulo supra dictum est,quòd offerebantur plena simila: & tamen phiala vas vinarium est. ex alio autem patet hoc magis,scilicet,ex paruitate vasis, quia erat factum ex decem siclis ex quibus satis paruum vas fieret, vnde nō proficiebat ad tam similæ cōtinendæ, nec ad vsum vini aut olei pro sacrificio, sed ad continendum incensum quod in quantacunque quantitate proficiebat. *Bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum.*

Quæ fuerunt sacrificia oblata a Naason.
Quæst. X.

HIc ponuntur sacrificia oblata a Naason & ponuntur omnia genera sacrificiorum, scilicet, holocaustum, hostia pro peccato,& victima pacifica. in holocausto autē ponuntur hic tria genera animalium,& hoc quia solum erant ista tria immolaticia, & vt videretur esse complementum quantum ad omnia obtulit de omnibus de quibus offerri poterat. Inter pecora autem de nullis alijs poterat offerri,vt patet Leuit. cap.1.vbi distinguitur de holocausto, quòd aut erit de auibus, aut de pecoribus. Si de pecoribus, vel de bobus, vel de ouibus,aut de capris: & sic videtur nulla alia permitti offerri pecora pręter hæc, cum detur ibi diffinitio sufficiens:etiam quia in toto discursu veteris testamenti non reperiretur de aliquo alio animali oblato.

Cur principes isti non obtulerunt sacrificium de auibus, cum obtulissent de cæteris alijs animalibus.
Quæst. XI.

SEd quæret aliquis cum isti principes obtulerint sacrificia omnū generum, & in quolibet sacrificio ponerent de omnibus animalibus, quę licebat offerri, quare non obtulerunt sacrificium de auibus. nam ita potest offerri holocaustum de volucribus,sicut de pecoribus,vt patet Leuit. cap.1.

Respondendum est, quòd holocaustum offerebatur Deo in pecoribus directè: oblatio autem volucrū non fuit inuenta a Deo posita nisi propter pauperes, qui non poterant offerre pecora, sicut patet Leuitici cap.5.12.& 14.ſ.cum dicitur, quòd si non potuerit manus eius inuenire agnum anniculum,siue arietem offerat par turturum, aut duos pullos columbæ. isti autem principes erāt valde diuites. quod satis significatur in magnificis eorum sacrificijs auri & argenti & pecorum,ideo non obtulerunt turtures,vel pullos columbæ qui pertinebant ad sacrificia pauperum.

Cur isti principes non obtulerunt hircos in holocaustis.
Quæst. XII.

ITem aliquis quæret quare non obtulerunt hic principes in holocaustis suis hircos. Nam ita poterant offerri hirci sicut oues & boues, vt patet Leuit.cap.1.

Respondendum est, quòd quamquam posset de hircis offerri holocaustum, tamen nunquam reperitur aut rarissimè huiusmodi oblatio, quia magis hirci pertinebant ad sacrificium pro peccato: ideo principes non obtulerunt hic, quia poterant animalia de tribus speciebus offerri in holocaustum. obtulit hic quilibet princeps tria animalia, scilicet, bouem, & arietem, & agnum anniculum. de ritu autem horum patet Leuitici capitulo primo, scilicet, quòd omnes carnes istorum animalium cremabantur,quia erat holocaustum: pelles vero eorum cedebant sacerdoti, vt patet Leuitici capitulo sexto, quia tamen Moyses fungebatur hic vice sacerdotis, cum nondum essent consecrati Aaron & filij sui recipiebat ipse iura horum sacrificiorum. sic patet de alijs iuribus quæ recipiebat tempore quo consecrabantur sacerdotes de sacrificijs eorum, vt patet Exodi capitulo vigesimonono. *Hircum pro peccato.*

Pro quo peccato principes obtulerunt sacrificia. Et quòd sacrificium pro peccato erat primum in ordine.
Quæst. XIII.

OBtulerunt isti principes quilibet in die sua sacrificium pro peccato, non quidem pro peccato in speciali tanquam quilibet eorum esset conscius sibi alicuius peccati propter quod teneretur offerre secūdum legem hęc sacrificia, sed fiebat hoc magis ad solennitatem, scilicet, quòd cum nunc offerrent principes ad honorem dedicationis,debebant offerre solennius quo poterant. Sed erat solennius offerri in omnibus generibus sacrificiorum, quàm si omitteretur sacrificium pro peccato,ideo obtulerūt pro peccato. Item poterat hoc esse ad offerendum pro peccato, ita vt proficeret ad aliquam expiationem: non tamen offerebant pro aliquo peccato in speciali, sed in generali,vt expiarentur: sic enim erat in die propitiationis quando offerebatur pro omnibus peccatis totius populi,vt patet Leuit.cap.16. De isto sacrificio pro peccato dicendum est quòd Moyses offerret illud ante holocaustum & hostias pacificas. nam quandocunque offerretur sacrificium pro peccato cum alijs sacrificijs ipsum erat primum, ad hoc quòd Deus per sacrificium pro peccato placaretur ei pro quo offertur: & deinde cætera sacrificia essent acceptabilia Deo iam reconciliato nobis. sic patet Leuit. cap.16. de ritu diei propitiationis. de hoc etiam dictum est Exo.cap.29.

Cur in sacrificio pro peccato tantum offerebatur hircus, cum possent offerre alia animalia: & an offeratur hircus ad memoriam venditionis Ioseph secundum Hebræos. Quæst. XIIII.

CIrca istud sacrificium pro peccato oblato a quolibet principe aliquis quęret quare offerebatur solum hircus,cum in hostijs pacificis in holocausto offerrentur multa animalia.

Aliquis forte respondebit quòd solum offerebatur hircus, quia non licebat offerri aliquod alterum pecus.

Sed falsum est, quia licebat offerri bouem, & capram,vt patet Leuitici capitulo quarto.licebat etiam offerri arietem, & turtures, vel pullos columbæ, vt patet Leuit.cap.5.

Sed dicendum est, quòd non offerebatur nisi hircus. nam quamquam alia animalia possent offerri in sacrificio pro peccato: tamen non conueniebat principibus istis offerentibus. Non enim obtulerunt turtures vel pullos columbæ, quia ista oblatio erat pro peccato pauperum, cum non poterant offerre aliquid alterum,vt patet Leuitici capitulo quinto. principes autem erant diuites: ideo non obtulerunt hęc. Aliquando offerebatur bos pro peccato, sed hoc solum erat cum peccaret per ignorantiam summus sacerdos, vel totus populus, vt patet Leuitici cap.4. Non ergo conueniebat his oblatio bouis pro peccato. Aliquando offerebatur capra fęmella, sed hoc erat solum pro peccato personarum priuatarum, vt patet Leuitici capitulo quarto,cum dicitur: si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ. Isti autem non erant personæ priuatæ, sed principes populi, ideo non offerebant capram. Item non offerebant arietem, quia aries erat offerendus pro peccato cum aliquis abstulerat quidquam de rebus sacris, vel inuenerat rem, & non reddiderat tempore debito, & sic de multis alijs casibus, qui habentur Leuitici capitulo quinto, & supra quinto cap. principes autem non erant sibi conscij alicuius talis criminis,ideo non conueniebat offerre arietem. Manebat ergo solus hircus, quia Leuitici capitulo quarto iubetur, quòd cum princeps populi peccauerit offerat hircū: isti autem erant huiusmodi. ergo sola oblatio hirci eis conuenit.

Iudęi autem dicunt quòd offerebatur hircus ad memoriam venditionis Ioseph, ad quam occultandam iugulatus est quidam hędus vt in sanguine eius tingeretur tunica Ioseph, vt sic significaretur patri suo mors eius, vt patet Genesis vigesimo septimo capitulo.

Sed hoc satis friuolum est. nam hic non fiebat oblatio pro peccato vēditionis Ioseph,ideo nō oportebat illam significari. Item in omnibus sacrificijs pro peccato cuiuslibet principis terræ offerebatur hircus,vt patet Leuitici capitulo quarto. non tamen in omnibus, nec in aliqua eorum designabatur peccatum venditionis Ioseph.

Si enim in hoc intēderetur, vt in sacrificio pro peccato fieret memoria alicuius prēteriti peccati, magis fieret memoria de peccato immolationis vituli, vel murmurationis in deserto, quam de venditione Ioseph,quia ista fuerunt maxima peccata cum propter immolationem factam vitulo perierint vigintitria millia in deserto,vt patet Exo.cap.32.& propter murmurationem factam in Cadesbarne omnes qui numerati fuerunt a viginti annis,& supra adiudicati sunt vt morerētur in deserto,& nemo introiret in terram promissionis, vt patet infra decimoquarto cap. nihil ergo illud casualitatis confert,vt offeratur hircus pro peccato principum, sed magis id quod supra positum est.

Et in sacrificio pacificorum. Istud erat tertium genus oblationis quod offerebant principes. Erat autem hostia pacifica ista quasi pro gratiarum actione, scilicet,quia Deus eduxisset illos de Aegypto, & dedisset eis legem atque sacrificia, & fecisset compleri sanctuarium, & quoniam hæc non conferrentur eis,nisi Deus esset illis pacificatus, ergo obtulerunt hostiam pacificam,scilicet,pro pace habita. Hic autem quamquam ponantur ista sacrificia non ponitur aliquid de libamentis eorū: subintelligendum est tamen quòd in quolibet animali oblato pro holocausto,& in quolibet oblato pro hostia pacifica fuerūt data libamenta,scilicet,vinum,oleum,simila,thus,& sal. De quantitate autem horum pro quolibet animali oblato habetur infra decimoquinto capitulo, vnde secundum ea quę ibi habentur multum de simila, oleo, & vino videtur hic fuisse oblatum cum cuilibet istorum animalium corresponderet certa pars libamentorum.

Boues duos, arietes quinque, agnos anniculos quinque. Ista sunt animalia quæ offerebantur pro hostia pacifica, & sunt omnia simul vigintiunum. Ponuntur autem hic de omnibus speciebus animalium immolandorum in hostia pacifica. Nam quamquam hirci ratò offerantur in hostia pacifica, tamen hic oblati sunt: & hoc ad magnam solennitatem oblationis.

Cur in sacrificio pacifico non offerebantur volucres.
Quæst. XV.

IN quo aliquis dicet quare non offeruntur hic volucres in sacrificium pacificum cum offeratur de omnibus speciebus pecorum immolaticiorum?

Rndendū est, ꝙ in sacrificio pacificorū nō licebat offerri volucres,vt patet Leuit.cap.3.vbi ponitur tota doctri-

doctrina de hostijs pacificis, & ponitur diuisio, scilicet, quòd si aliquis obtulerit hostiam pacificorum, aut offerret de bobus, aut ouibus, aut capris. ergo videtur, quòd non licebat de alijs, in solo autem holocausto & hostia pro peccato licebat offerri pro pauperibus volucres, de quo Leuitici capitulo primo, & quinto.

Et si dicas quòd ita poterant pauperes offerre hostiam pacificam sicut holocaustum & pro peccato. ergo debuit eis dari aliquid correspondens eis, quòd possent offerre, scilicet, volucres.

Respondendum est quòd fuissent aues datæ in sacrificio pacificorum, sed ad hoc repugnabat lex hostię pacificæ, quia debebat hostia pacifica diuidi, scilicet, vt adipes eius darentur Domino ad cremādum in altari, vt patet Leuitici cap.3. pectusculum, & armus dexter dabantur sacerdoti facienti sacrificia, vt patet Leuitici cap.7. Cęterę autem carnes proueniebant offerentibus. Hoc autem fieri non poterat in volucribus, quia non habent adipes, qui solum prouenturi erant Domino de hostia pacifica: etiam nō possunt fieri diuisiones aliq carnium inter sacerdotem & offerentem, ideo conuenit pro hostia pacifica offerri volatilia. in sacrificio autem pro peccato & in holocausto conueniunt, quia carnes holocausti totaliter cremantur, in sacrificio autem pacifico totaliter prouenium carnes sacerdoti, vt patet Leuitici capitulo sexto. nec fit diuisio inter eum & offerentem; ideo volucres non fuerunt pro sacrificijs pacificis.

Cur quilibet princeps in sacrificio pacifico tot animalia obtulit.
Quæst. XVI.

ITEM quæret aliquis quare oblata sunt in sacrificio pacifico tot animalia a quolibet de principibus, scilicet, decemseptem: in holocausto autem solum tria: & in sacrificio pro peccato vnum.

Respondendum est quòd sacrificium pacificum fiebat ad exultationem, & de hoc licebat ipsis offerentibus comedere. De holocausto autem & sacrificio pro peccato non licebat: & quia volebant offerentes gaudere comedendo de sacrificijs suis coram Domino, offerebant multa animalia, vt sufficienter inde epularentur. Non enim solum quilibet horum principum comedebat de partibus sacrificiorum pacificorum sibi proueniētibus, sed etiam multi alij de tribu sua. Nam quilibet istorum erat princeps vnius tribus, & conuocaret secum ad cibos saltem principales illius tribus, scilicet, principes familiarum & domorum: & pro his erant necessaria multa animalia: offerebat ergo quilibet multa, scilicet, decemseptem. De numero autem istorum, scilicet, quare offerrentur boues duo, & arietes quinque: & quare non erāt quinque boues, sicut quinque arietes, ratio reddi nō potest, sed sola voluntas offerentis erat causa. Vocantur autem hic duo boues, idest duo tauri non castrati. & quandocunque dicitur de bobus offerendis vel occidendis sic intelligitur. Nam nullum animal castrari debebat inter Israelitas, vt patet Leuitici capitulo vigesimosecundo, cum dicitur, omne animal quod sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino: & in terra vestra hęc omnino non facietis, idest non secabitis vel amputabitis testiculos animalium.

Ponuntur etiam hic quinque arietes, & quinque agni anniculi, quia isti differunt secundum ætatem. nam dicuntur agni anniculi a septem diebus vsque ad vnum annum completum: toto enim illo tempore intermedio agnus vocabitur anniculus. Cū vero compleuerit annum, aut excesserit iam non vocabitur agnus, sed aries: ideo quandocunque iubetur in veteri testamēto offerri arietem, intelligitur quòd ille compleuerit annum, & non satisfit si offeratur aries nondum completo anno.

Hæc est oblatio Naason filij Aminadab. Iste est epilogus precedentium, scilicet, quòd ista quæ dicta sunt, & enumerata supra, pertinent ad oblationem Naason.

Secundo die obtulit Nathanael. Hic ponitur quid in secunda die oblatum sit: & est ista oblatio secundi principis. Nam quilibet die sua offerebat. fuerunt autem oblationes omnium principum æquales tam in muneribus auri, & argēti quā in animalibus oblatis: & hoc videtur fuisse factum ex conuentione inter ipsos, ne aliquis appareret cæteris gloriosior, & ex hoc haberetur occasio æmulationis: si tamē non conueniissent super hoc, aliquis eorum vellet cæteros superare addēs muneribus eorum: & dato quòd non æmularentur in alterutrum gloriam desiderantes in super, excellentia tamen nō contingeret quòd omnes æqualiter offerrēt, quia aliquis eorum a principio apud se offerendorum quantitatem disponens plus aut minus quàm alij apparasset: ideo contingeret alterum ab altero in quantitate munerum superari, sed omnes fuerunt equales per omnia. ergo ex conuentione mutua & priori deliberatione ista facta sunt.

Nathanael filius Suar dux de tribu Isachar. Iste princeps est, qui fuit princeps in eadem tribu tempore numerationis, vt patet supra 1. & 2. cap. & hoc quia in eodem tępore quasi ista oblatio & illa numeratio facta sunt, prędcessit enim oblatio principum ad numerationem vno mense, quia primo die mēsis primi ab exitu de Aegypto cępit oblatio principum in anno secundo egressionis. numeratio autem inchoata est die prima mensis secundi eiusdem anni, vt patet supra capitulo primo. Iste princeps de tribu Isachar obtulit post principem tribus Iuda: quia erat in eodem vexillo, vt patet supra capitulo secundo. obtulit autem ante principem tribus Zabulon, quia Isachar erat prior natiuitate Zabulon. Erant enim ambo filij Liæ, vt patet Geneseos capitulo trigesimo. & quamquam sub eodem vexillo essent, præcessit tamen Isachar propter natiuitatem. ea autem, quæ iste princeps obtulit sunt talia penitus, qualia obtulit Naason, ideo litera plana est ex præcedentibus.

Tertia die princeps filiorum Zabulon Heliab. Iste princeps est qui habetur supra capitulo primo & secundo. Et sic est de omnibus principibus qui habentur hic.

Nam habentur etiam supra capitulo primo, & secundo, ex causa supra assignata, iste princeps Zabulon obtulit die tertia non quidem, quòd ipse excelleret omnes principes posteriores dignitate, vel natiuitate: quia in vtroque excellebatur a quibusdam eorum, sed ideo obtulit tertia die, quia erat tertius sub vexillo tribus Iudæ, & postquam incipiebāt offerre principes qui erant sub vno vexillo, non offerebant aliqui alij prius, quam ipsi omnes obtulissent.

Die quarto princeps filiorum Ruben. Iste erat princeps secundi vexilli quod erat ad partem meridianam, vt patet supra capitulo secundo. & oblaturus erat immediate post principem tribus Iuda, quia a nullo excedebatur in dignitate, nisi ab illo: non obtulit tamen, vt seruaretur ordo vexillorum: postquam tamen obtulerunt omnes de vexillo Iudæ, incœperunt offerre principes sub vexillo Ruben.

Et

Et causa est, quia tribus Ruben erat dignior principibus aliorū duorum vexillorum, scilicet, Ephraim, & Dan: ideo fuit prior. etiam fuisset ante tribum Iuda nisi perdidisset iura primogenituræ, quæ diuisa sunt inter Ioseph, & Iudā de quibus Gen.48. & 49.c. in litera & commento.

Sciendum autem quòd in oblationibus istorum principum vsque ad septimum inclusiue Moyses fecit sacrificia, quia sacerdotum nondum erat completa consecratio, & ipse percipiebat omnia iura prouenientia ex sacrificijs eorum, scilicet, de holocausto accipiebat omnes pelles animalium, quæ prouenium sacerdoti immolanti, vt patet Leuit. cap.6. datis omnibus carnibus Deo, vt patet Leui.cap.1. de sacrificijs pro peccato proueniębant sibi omnes carnes & pelles prętęr adipes, vt patet Leuit.cap.6. de sacrificijs pacificis proueniębat sibi de quolibet animali pectusculum & armus dexter, vt patet Leuit.cap.7. hæc autem iura prouenientia Moysi comedebat ipse cum familia sua. Nam sacerdotibus & filijs & filiabus suis comedere licebat de hostia pacifica, vt patet Leuit.c.10. familiæ etiam sacerdotis, scilicet, seruis empticijs licebat hoc, vt patet Leuit.22.

Simeon quare obtulit ante Gad.

Die quinto princeps filiorum Simeon. Iste obtulit post principem tribus Ruben, quia erat sub vexillo eius, & obtulit ante principem tribus Gad, quia quamquam essent isti tres principes sub eodem vexillo: tamen princeps tribus Simeon excedebat principem tribus Gad in duobus. primo in ordine natiuitatis, quia Simeon natus est antequam nasceretur Gad, vt patet Gen.cap.29.& 30. Secundo excedebat in dignitate, quia Simeon erat filius Liæ quæ erat domina: Gad vero erat filius ancillæ, scilicet, Zelphę, vt patet prealleg.cap.

Die sexto princeps filiorum Gad. Iste erat de filijs ancillarum: obtulit tamē ante filios Rachelis qui erāt sub vexillo Ephraim, quia iste erat in vexillo tribus Ruben: & omnes qui erant sub vno vexillo postquam semel offerre cępissent offerebant primo quam alij qui erant sub reliquis vexillis. fuit autem iste princeps de filijs ancillarum positus cum principibus, qui erant filij dominarum propter ordinem & æqualitatem vexillorum: erat enim totus Israel diuisus per quatuor vexilla, & sub quolibet erant tres tribus. Si autem filij ancillarum potuissent poni simul sub vno vexillo, positi fuissent sicut fuerūt collocati tres, s. Dā, Nephtalim, & Aser. deficiebat autē quartus, scilicet, Gad, fuisset autem iste positus cum illis, sed excederet istud vexillum reliqua, quia essent sub eo quatuor tribus, & in aliquo alio vexillo essent solum duę. fuit ergo iste positus cum filijs dominarum, s. cum Rubē & Simeon.

Tertium vexillum.

Die septimo princeps filiorum Ephraim. Istud erat tertium vexillum sub quo erant tres principes tribuum pertinentium ad Rachelem, scilicet, Ephraim, Manasse, & Beniamin. Princeps aūt vexilli erat Ephraim: ipse enim excedebat in natiuitate Beniamin, quia quamquam descenderent ex eadem matre ambo, quia tamen Ephraim & Manasse successerunt loco Ioseph, qui erat prior natiuitate Beniamin, prędecedebant Ephraim, & Manasse ipsum Beniamin. rursus Ephraim prędecedebat Manasse: quia quamquam esset Manasse prior natiuitate: Deus tamen benedixerat Ephraim magis quàm Manasse. sic enim prędixerat Iacob auus istorū Gen.48. quòd Manasses crescęret in populos, & Ephraim crescęret in gentes, data est ergo excellentia semper tribui Ephraim, ita vt ipse esset princeps in vexillo filiorum Rachelis.

Ista dies septima in qua obtulit princeps filiorum Ephraim fuit, in qua finita est consecratio sacerdotum. Septem enim diebus durabat consecratio eorum, vt patet Exodi vigesimonono, & Leuitici capitulo octauo, & in his non ministrabant principaliter, sed solum adiuuabant Moysen quantum ad aliqua parua quæ ipse cōplere non poterat: nondum enim eis licebat facere sacrificia. post hoc autem licuit finita consecratione.

Die octauo princeps filiorum Manasse. Iste erat secundus sub vexillo filiorum Ephraim & pertinebat ad Rachelem: obtulit autem ante Beniamin, quia erat ipso natiuitate prior. Nam licet secundum veritatem Beniamin natus fuisset prius quàm Ephraim & Manasses, cum isti fuerint nati in Aegypto, & Beniamin erat iam vir integrę ætatis habens decem filios quando descendit in Aegypto, vt patet Genesis quadragesimo sexto capitulo: Ephraim tamen & Manasse non computantur tribus nisi inquantum successerunt patri suo Ioseph cui duplicem partem hæreditatis dedit Iacob, vt patet Genesis quadragesimooctauo cap. Ioseph vero erat antiquior ætate ipso Beniamin. ergo filij sui debebant poni tanquam priores Beniamin.

An in die octauo quo obtulit Manasse cæperint sacerdotes ministrare. Et quòd octauo dixerit solennior oblatio propter nouitatem sacerdotum.
Quæst. XVII.

SCIENDVM tamen quòd dies octauus iste in quo obtulit princeps filiorum Manasse fuit in quo cęperunt sacerdotes ministrare finita eorum consecratione: & iam Moyses non obtulit amplius sacrificium, sed Aaron & filij sui, quia Moyses ministrabat propter defectum sacerdotum. cum vero iam fuerunt sacerdotes sufficientes ministrare, non debuit ministrare, nec ministrauit Moyses.

In hac die populus ad solennitatem nouę ministrationis sacerdotalis, iubente Domino, obtulit ea, quæ habentur Leuitici capitulo nono. & factæ omnes ipsę cęremoniæ, quę habentur ibidem, ideo in principio capituli dicitur: facto autem octauo die, scilicet, à principio oblationis principum & consecrationis sacerdotum, & est octauus dies qui habetur hic.

Fuit autem iste dies octauus solennior in oblationibus cęteris diebus prędecedentibus & subsequētibus. Nam in prioribus septem diebus solum erat solennitas oblationis principum: In hoc autem octauo die fuit solennitas oblationis vnius principis æqualis prędecedentibus: & prętęr hoc fuit solennitas oblationis populi ad gaudium nouæ ministrationis sacerdotalis: & hęc omnia fine sacrificio iugi matutino & vespertino, vt patet Leui.cap.9. In hac etiam die ad gloriam nouę ministrationis venit ignis de cęlo ad cremandum sacrificia, vt patet prealleg.cap. fuit etiam in hac die mors Nadab & Abiu. Nam cum nouiter ministrarent erant inexperti, & errantes in oblatione ignis, cum obtulissent ignem alienū combusti sunt, a Domino, vt patet Leuit.cap.10.

Die nono princeps filiorum Beniamin. Iste erat vltimus in vexillo Ephraim, quia erat vltimus filius Rachelis. fuerunt autem isti tres positi sub eodem vexillo, quia pertinebant ad eandem matrem, scilicet, ad Rachelem, & vt melius conuenirent propter dilectionem decuit eos simul poni, magis quam quòd ponerentur aliqui de filijs Rachelis cum filijs Liæ: præsertim cum filij Rachelis tot essent, quot sufficiebant ad vnum vexillum, & non amplius.

Die decimo princeps filiorum Dan. Isti pertinebant ad ve-

Universidad de Deusto Biblioteca

Die decimo pertinentes ad quartũ vexillum.

ad vexillum quartum, & fuerunt vltimi, quia erant dignitate posteriores cum essent filij ancillarum. Omnes enim qui sub hoc vexillo erant pertinebant ad ancillas, s. Dan, Aser, & Nephtalim, duo enim erant filij Balę ancillę Rachelis, scilicet, Dan & Nephtalim. Tertius erat filius Zelphæ ancillę Liæ, s. Aser, vt patet Gen. cap. 30. in his fuit datus principatus vexillo tribui Dan. Excedebat enim Dan alios duos in natiuitate. ipse enim fuit primus filius Balæ: & quantum ad hoc solum excedebat Nephtalim. ipsum autem Aser in duobus excedebat. primo, quia erat prior natiuitate, secundo quia mater eius fuerat in vxorem susceptа prius à Iacob quàm mater Aser. Nam cum Rachel parere non posset dedit viro suo ancillam in vxorem, vt saltem ex ea susciperet filios, vt patet Gen. cap. 30. deinde Lia videns concepisse ancillam Rachelis, & quòd ipsa parere desijsset, dedit in vxorem viro suo ancillam suam nomine Zelpham, vt patet eod. cap. Erat ergo dignior Dan: & de tribu ista fuit iudex in Israel Samson, vt patet Iudic. cap. 13.

Die vndecimo princeps filiorum Aser. Iste erat secundus in vexillo filiorum Dan: & quamquam esset posterior natiuitate ipso Nephtalim: tamen fuit positus ante eum. quod patet quia primò peperit Bala ancilla Rachelis duos filios (Dan & Nephtalim, quàm Zelpha ancilla Liæ traderetur in vxorem Iacob, vt patet Gen. cap. 30. Erat ergo posterior natiuitate Aser ipso Nephtalim: præcipuè quia Aser erat secundus filius Zelphę, vt patet prędicto cap. fuit tamen positus Aser ante Nephtalim, ne videretur totaliter cõtemptus Aser, qui pertinebat ad Zelpham ancillam, sed sicut frater eius Dan excedebat cęteros filios ancillarum, quia erat princeps vexilli, ita frater eius Nephtalim esset extremus.

Die duodecimo princeps filiorum Nephtalim. Iste fuit vltimus in vexillo Dan & in omnib⁹ principibus Israel: quia erat de filijs ancillarum & de vltimo vexillo: quamquam autem ipse debuerit præcedere principẽ tribus Aser: tamen non præcessit propter causam supra assignatam.

Hæc in dedicatione altaris oblata sunt a principibus Israel. Hic ponitur epilogus præcedentium quãtum ad omnia quę principes obtulerunt: & hoc tam in animalibus pro sacrificijs quàm in auro & argento. Et istud pronomen demonstratiuum non demonstrat superiora, sicut supra fiebat in oblatione cuiuslibet principis, quia ponebatur epilogus in fine, sed refertur ad ea quę infra ponũtur quæ per singula enumerantur. Dicuntur autẽ ista oblata in dedicatione altaris, ideſt ad honorem dedicationis altaris, vt solennius fieret: vel in die qua dedicatum est altare. non quidem q̃ omnia in eadem die oblata essent, sed inchoata est oblatio principum prima die dedicationis altaris & durauit per duodecim dies. dedicatio autem solum per septem, vt patet Exo. 29. cap. Et dicitur hic in dedicatione altaris cum supra in principio cap. dicantur istæ oblationes factæ in die qua sanctificatum & vnctum fuit tabernaculum, sed idem ista sunt, quia tabernaculum cum omnibus vasis suis & altari holocaustorum sanctificatum est. dicitur tamen specialiter de dedicatione altaris, quia durauit per septem dies. Sanctificatio autem sanctuarij & omnium aliorum vasorum in vna die & satis breuiter facta est.

In die qua consecratum est. Ideſt facta fuit ista oblatio in die qua cõsecratum est altare: non quidem quòd fuerit aliqua vna dies in qua fierent omnes istæ oblationes cum dicantur factę per duodecim dies, sed q̃ cępit in die qua consecratum est altare. Est autem cõsecratio id quod dedicatio: & significat quasdam cęremonias vnctionis quę fiebant in parietibus altaris in sanguine & oleo de quibus Exodi capitulo vigesimonono.

Acceptabula argentea duodecim, phialas duodecim, mortariola aurea duodecim. Hic ponitur numerus vasorum oblatorum & erant de quolibet genere duodecim vasa: quia quilibet princeps offerebat vnum acceptabulum, & vnam phialam, atque mortariolum vnum.

Ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnum acceptabulum. Hic ponitur põdus vasorum. Erant enim acceptabula maiora vasa, & cõtinebat quodlibet eorum centum triginta siclos: summa autem siclorum istorum erat mille quingenti & sexaginta, vt patet si multiplicentur duodecim per centum triginta.

Et septuaginta siclos, vna phiala. Erant phialæ minora vasa, scilicet, sub duplo minora, vel quasi, & quodlibet continebat septuaginta siclos. Erat autem summa omnium siclorum octingentorum quadraginta.

Ideſt in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti. Ista est summa siclorum ponderis phialarum & acceptabulorum. quod patet ex summis duabus precedentibus, scilicet, si coniungantur mille quingenti sexaginta sicli acceptabulorum & octingenti quadraginta phialarum erunt duo millia quadringenti sicli.

Pondere sanctuarij. Ideſt per pondus sanctuarij, quasi dicat sicli quos appendebant ista vasa non erant de siclis minoribus & vulgaribus, sed de siclis sanctuarij qui erant maiores.

Mortariola aurea duodecim. Non ponebatur summa istorum & pondus cum acceptabulis & phialis, quia illa erant argentea. mortariola autem ex auro sunt, vt patet hic.

Plena incenso. Ideſt ista mortariola oblata fuerunt a principibus plena incenso pro victimis suis, sicut phialæ & acceptabula erant plena simila conspersa oleo, vt patet supra.

Denos siclos appendentia. Ideſt quodlibet mortariolum habebat decem siclos auri in pondere.

Ideſt simul auri siclos 120. Hoc patet multiplicando decem per duodecim, quodlibet namque mortariolum decem siclos appendebat.

Boues de armento duodecim in holocaustum. Hic ponitur summa animalium collatorum, & quia animalia oblata sunt ad diuersa sacrificia, ponitur numerus animalium cuiuslibet sacrificij. & primo de holocausto, scilicet, quòd erãt duodecim boues: & hoc quia principes duodecim obtulerunt, & quilibet ferebat bouem vnum. Non computantur autem hic boues oblati cum plaustris, alij duodecim boues cum sex plaustris: quia illi non erant ad holocaustum, sed ad ferenda onera, vt patet supra.

Arietes duodecim, agni anniculi duodecim. Isti arietes, & agni erant ad holocaustum sicut boues, quia quilibet princeps offerebat holocaustum de bobus arietibus & agnis de quolibet vnum animal.

Et libamenta eorum. Ideſt cum istis animalibus oblatis in holocaustum offerebantur libamenta. erant autem libamenta simila, vinum, oleum, thus, & sal. In thure & sale non ponebatur mensura. nam de sale tantum dabatur quantum sufficeret alias in condimento, ac si offerretur cibus super altare, & non sacrificium. De thure mensura nulla erat, sed quilibet offerebat quantum vellet. In oleo autem, vino, & simila erat mensura, nam pro bobus dabatur maius libamen, & pro arietibus, quam pro agnis. nam pro quolibet boue dabantur tres decimæ similę conspersæ oleo, ideſt tria gomor, & de oleo medietas mensurę hin. & de vino medietas mensurę hin. per arietes autẽ dabatur minus, s. duæ decimę similę conspersæ

spersæ oleo, & tertia pars hin de oleo ad conspergendum & de vino tantundem. pro agnis anniculis dabatur vna decima siue vnum gomor de simila, & quarta pars mensuræ hin de oleo: tantundem de vino, vt patet infra 15. cap.

Hirci duodecim pro peccato. Solum fuerunt oblati hirci pro peccato, & nõ fuit factum sacrificium de multis animalibus propter causam supra positam. Erant autem duodecim hirci, quia duodecim principes obtulerunt pro peccato, & quilibet vnum hircum.

Hostiæ pacificorum boues 24. Hic ponitur quot fuerint animalia in hostia pacifica omnium principũ. Habuit enim maiorem numerũ ista victima quàm aliæ duæ ex causa supra assignata, & erant istæ de tribus generibus animalium, sicut holocaustum. de bobus autẽ erant 24. quia quilibet princeps obtulit duos boues ad hostiam pacificam.

Arietes 60. hirci 60. agni anniculi 60. De istis animalibus plura oblata sunt quàm de bobus, eo q̃ erant minora & fuerunt 60. de quolibet genere, quia quilibet princeps obtulit quinque arietes ad hostiam pacificam, & quinque hircos, & quinq; agnos, sed si principes erant 12. essent simul arietes 60. & totidem hirci atque agni, vt patet multiplicando quinque per duodecim.

Hæc oblata sunt in dedicatione altaris. Ideſt ista omnia sacrificia, & munera auri, & argenti fuerunt oblata in dedicatione, ideſt ad honorem dedicationis Sanctuarij & altaris: non solum fuerunt oblata in istis diebus ea, quæ principes obtulerunt, sed etiam quotidie offerebatur holocaustum matutinum & vespertinum, quod non coincidebat cum alijs sacrificijs, & ex nulla causa dimittendum erat, vt patet Leui. cap. 9. fuerunt etiam sacrificia, quæ obtulit populus in die qua cœperunt ministrare sacerdotes, de quibus præalleg. cap. Sed de his non fit mentio, quia nõ fuerunt oblata ad honorem dedicationis altaris, sed sacrificium iuge matutinum & vespertinum offerebatur ex necessitate legis, & non propter dedicationem, vel ministrationem sacerdotum nouam.

Oblatio populi nõ fuit ea ratione qua principũ.

Oblatio autem populi, quæ fuit die octaua a principio consecrationis sacerdotum nõ fuit in honorem dedicationis altaris, sed ad honorem nouæ ministrationis sacerdotum, quia ipsa die cœperũt nouiter ministrare: sacerdotes quoque per se obtulerunt sacrificia de expensis suis die eadem, vt patet Leui. cap. 9.

Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis. Cum supra dictum fuerit de consecratione Sanctuarij, & omnium vasorum eius, & de oblatione facta ad honorem illius consecrationis. Hic agitur de cultu Dei qui fiebat in ipso Sanctuario, & ponitur id quod pertinebat ad Moysen. s. q̃ ingrederetur in Sãcta sanctorum ad inquirendum oraculum. Postquam enim sacerdotes consecrati sunt, non manebat Moysi aliqua ministratio in Sanctuario. Omnes enim pertinebant ad sacerdotes, nisi q̃ ingrederetur in Sancta sanctorũ ad consulendum Dominum quando vellet.

Qui erant qui solum ingrediebantur in Sancta sanctorum. Et quòd sacerdos magnus tantum semel in anno ingrediebatur in Sancta sanctorum. *Quæst. XVIII.*

IN quo considerandum est, quòd Sancta sanctorum erat locus secretissimus in toto Sanctuario. nam erat in extrema parte tabernaculi. ibi enim erat arca fœderis, & super eam Cherubim de medio quorum audiebatur vox respondens ad inquisita vt infra dicetur. In istum locum non licebat alicui sacerdoti minori ingredi vllo tempore, vt patet ad Hebr. cap. 9. Sed solus summus sacerdos ingrediebatur illuc semel in anno in die expiationis, ferẽs in manu sua craterulam sanguinis ad aspergendum coram propitiatorio, & thuribulum plenum prunis, & thymiate exhalante crassum vaporem, vt patet Leui. 16. cap. 9. & ad Hebr. 9. Non ingrediebatur autem illuc sacerdos magnus, nisi semel in anno propter magnã reuerentiam loci: non enim esset tantum venerabilis si liceret sacerdoti magno quotidie illuc introire. Non enim reputabat Deus illum dignum ad ingrediendum, nisi semel in anno quando fiebat expiatio pro toto populo, & tunc sacerdos magnus ferebat se cum thymiama emittens crassum vaporem, vt non videret ea, quæ erant in propitiatorio, vt patet Leui. cap. 16. & hoc quia Deus reputabat illum indignum hac visione.

De Moyse autem secus erat, qa licebat ipsi introire in Sancta sanctorum quandocunque vellet, vt innuitur hic. Non enim erat ei posita lex ad ingredien dum semel in anno, sicut erat imposita sacerdoti magno: etiam ipse non ferebat secum thymiama, cum ingressurus eẽt in Sancta sanctorũ. sicut sũmus sacerdos, & hoc qa sacerdos portabat thymiama ad hoc quòd operiret propitiatoriũ ne videret corp⁹, in quo angelus formabat vocem inter alas Cherubim, & hoc quia indignus erat videre. Moyses autem reputabatur a Deo dignus ad videndum hæc, ideo non erat necesse, vt portaret secum quicquam, vt inde operiretur corpus, in quo formabantur voces in propitiatorio. Obseruabat tamen Moyses, vt nemo esset in prima parte tabernaculi, cum ipse ingrediebatur in Sancta sanctorum, ne audiret voces formatas de propitiatorio, sicut obseruabat summus sacerdos cum illuc introibat, vt patet Leui. cap. 16. Item permittebatur Moysi, quòd introiret in Sancta sanctorũ quandocunque vellet: summo sacerdoti autem non nisi semel in anno. Cuius causa est, quia Moyses erat princeps populi Dei. ideo debebat respondere ad omnia quæ essent necessaria populo, sed frequenter nesciebat respondere, sicut patet in quæstione filiarum Salphaad. bis enim interrogauerunt eum, & nunquã respondere sciuit. De primo habetur infra 27. cap. De secundo habetur infra 36. c. & tunc oportebat, vt Moyses inquireret diuinum oraculum, quod fiebat super propitiatorium inter duo Cherubim: vnde si non liceret ei ingredi in Sancta sanctorum quando vellet, multoties populus quæreret diuinum responsum, & habere nõ posset. decuit ergo vt liceret Moysi introire in Sancta sanctorum quandocunque vellet, & sic frequenter introibat quærens diuinum responsum: propter hoc etiam non obligabatur facere aliquas cęremonias antequam introiret, sicut summus sacerdos. de quo Leui. capit. 16. quia hoc modo aliqualiter impediretur ingressus suus in Sancta sanctorum, quia non occurreret ei semper citò facere sacrificia & alias cæremonias.

Tabernaculum fœderis. Accipitur hic tabernaculum strictè pro sancta sanctorum, sicut accipitur Leui. capit. 16. quia non audiebat Moyses vocem, de qua hic dicitur in prima parte Sanctuarij quæ vocatur tabernaculum, sed in Sancta sanctorum in propitiatorio, vt patet infra.

Vt consuleret oraculum. Ideſt introibat Moyses, vt q̃reret responsum. & dicitur oraculum responsum, quod datur in voce, sic erat intra Sancta sanctorum, qa audiebat ibi Moyses vocem loquentem ad se de propitiatorio. vnde dicitur oraculũ ab ore, quia in ore formatur.

Audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio. Ideſt formabatur

Quo formabat vox super propitiatorium.

mabatur quædam vox in propitiatorio, quæ audiebatur a Moyse tanquam veniens de propitiatorio, quia ibi erat vera formatio eius, & in voce est motus cum fit aer fractus per collisionem loquentis, & venit ab vno loco in alterum. mouetur enim ille aer fractus ad modum vndarum aquæ per circulos, & peruenit ad aures audientis. & ista est causa quare non auditur vox immediatè, vt formata est. s. quia est motus eius a loco formationis, vsque ad organum auditus.

De ista formatione vocis dicendum est, ꝙ non poterat esse a Deo, vt sæpe probatum est. de quo Exodi cap. 23. & cap. 25. & Leui. cap. 1. Et hoc quia Deus nō potest agere per successionem, cum totū eius eē sit simul. Vox tamen non potest formari, nisi per successionem, cum consistat in ordine partium syllabarū & literarum, ideo creabilis non est, quia ea quæ creā tur in instanti fiunt. Oportet igitur dari aliquid quod illam vocem formet & operetur in successione. Sic enim est de angelo qui successiuè operari potest, & huiusmodi super propitiatoriū inter alas Cherubim erat quidam angelus qui formabat vocem auditam à Moyse. Iste autem non poterat eam formare simpliciter in esse suo, quia esse angeli est incorporale: voces tamen sine corpore non formantur: assumebat igitur iste angelus quoddam corpus de aere, & in illo formabat voces. Esset item illud habens organa similia corpori humano, vt similes voces formare posset, quia voces articulatæ quales sunt voces humanæ non possunt formari in quolibet organo, sed solum in humano aut quasi simili. Manebat iste angelus in propitiatorio quamdiu manebat erectū in Sanctuarium, ideo tunc quandocunque introiret Moyses poterat habere responsum. Cum vero mouerentur castra per desertum recedebat angelus de propitiatorio ad mouendam nubem, & manebat locus sine angelo, ac si tunc quisquam quæreret nullum inueniret responsum. Et ista est causa quare licebat sacerdotibus minoribus introire in Sancta sanctorum, cum sacerdote magno ad deponendum ipsum Sanctuariū, scilicet vt tegerent arcam & vasa, tunc enim nō erat aliquid quod videre possent in Sancta sanctorum respectu cuius essent indigni. si tamen maneret angelus in corpore illo formato, non liceret istis ingredi.

Dicitur ista vox de propitiatorio, quia propitiatorium est tabula aurea operiens arcam super quā erāt duo Cherubim, & inter alas eorum erat corpus formatum de aere, de quo voces resonabant.

Non est autem intelligendum, ꝙ semper quando Moyses quæreret a Deo responsum introiret in Sancta sanctorum. Nam aliquando hoc inueniebatur ad ostium tabernaculi apud altare holocaustorum, vt patet Exo. cap. 29. aliquando etiam extra Sanctuarium. Sed vt communiter vox ista audiebatur intra Sancta sanctorum in propitiatorio.

Quod erat super arcam testimonij. Ideſt istud propitiatorium erat super arcam testimonij. Erat enim quædā tabula de auro purissimo facta ad tegendum arcam. nam non habebat aliud opertorium arca.

Propitiatorium quid. Et duo Cherubim, an essent quid separatum a propitiatorio. Quæst. XIX.

DE hoc autem plurimi dubitant. Quidam enim dicunt, ꝙ propitiatorium non sit tabula aurea quæ erat opertorium arcæ, sed aliqua alia q̄ erat eleuata inter manus duorum Cherubim. Veritas tamen est, ꝙ propitiatorium erat ipsa tabula qua operiebatur arca, & ex ea p malleationem formabātur Cherubim. s. ꝙ extremitates illius tabulæ, quæ erant quædam grossa materia percutiebantur malleo, & extendebantur ex ea Cherubim opere ductili. Vnde litera hebraica secundum punctuationem quæ in omnibus libris eorum est, dicit, ꝙ de propitiatorio erunt Cherubim, & ad hoc facit, quòd quando inuoluebatur arca non fit mentio de ipsis Cherubim. si tamen esset aliquid separatum, quod non esset de tabula propitiatorij fieret mentio de illis, quia per se inuoluerentur. litera etiam nostra satis ad hoc concordat Exodi 25. capitu. dicens facies duos Cherubim ductiles ex vtraque parte propitiatorij, ideſt ꝙ duo Cherubim producerentur de duabus partibus propitiatorij. Sed id quod habetur Exo. cap. 37. videt aliqualiter deuiare. dicitur enim fecit duos Cherubim de auro ductili, & posuit eos in vtraque summitate propitiatorij. Si enim Cherubim de propitiatorio producerentur non propriè diceretur fecit duos Cherubim, & fecit eos in extremitatibus, vel summitatibus propitiatorij, quia quod ex aliquo est non ponitur in eo, sicut pars non ponitur in toto, cum poni in aliquo locationem dicat, quod semper rebus extrinsecis conuenit, quia totum non locat partem, & sic videtur ꝙ Cherubim non erant producti de propitiatorio, sed positi super illud.

Dicendum tamen est, ꝙ erant producti de extremitatibus propitiatorij, & cum dicitur. posuit eos in vtraque summitate. non accipitur propriè posuit, sed posuit, ideſt fecit. & hoc signat litera ibidem cum dixerit de auro ductili. de hoc latius dictum est Exodi 25. cap. & 37.

Inter duos Cherubim. Non intelligitur, quòd esset propitiatorium inter duos Cherubim. s. ꝙ ad vnam extremitatem arcæ esset vnus Cherub. & ad aliam extremitatem alius. propitiatorium autem inter illos, sed de ipso propitiatorio erant fabricati duo Cherubim de extremitatibus suis, eo modo quo supra est dictū. Dicebatur tamen esse propitiatorium in medio Cherubim, quia de duobus extremitatibus propitiatorij erant facti Cherubim productiles, ac si esset propitiatorium positum inter illos: non erat tamen propria positio, quia totum non ponitur inter partes, vel in partibus, nec partes locantur in toto.

Vnde & loquebatur ei. Ideſt de medio duorum Cherubim loquebatur angelus ad Moysen, & ob hoc extendebant illi duo Cherubim alas suas super propitiatorium extendendo alas vnius contra alas alterius, vt tegeretur in medio corpus formatum, in quo angelus loquebatur, & cum Moyses oraculum vellet proponebat quæstionem suam coram propitiatorio in voce, & angelus qui erat habens corpus formatum de aere inter alas Cherubim respondebat ei ad quæsita.

CAP. VIII.

LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen dicens. Loquere Aarō, & dices ad eum. Cum posueris septem lucernas candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, vt lucernę contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis contra eam partem quam candelabrum respicit lucere debebunt. Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super cādelabrum, vt præceperat Dominus Moysi. Hæc autem erat fa-

ctura

ctura candelabri ex auro ductili: tā medius stipes quàm cuncta quę ex vtroq; calamorū latere nascebantur. Iuxta exemplum, quod ostendit dominus Moysi, ita operatus est candelabrum.

LOCVTVS QVE. Dicto in superioribus de obligatione principum, hic agitur de officio vel dignitate pontificum. Nam quamquam de solo Aaron dicatur hic, quia tamen ipse pontifex erat de omnibus pontificibus intelligitur. Vel potest aliter continuari. s. ꝙ supra dictum est de officio Moysi. s. quomodo introiret in Sancta sanctorum. hic agitur de quibusdam pertinentibus ad officium sacerdotum maiorum. Erat namque Moyses, quasi caput omnium sacerdotum tam summi sacerdotis q̄ minorum, ideo post eius officium dicitur de officio aliorum, & diuiditur in duo, quia primo agitur de ordinatione & compositione lucernarum. Secundo de consecratione Leuitarum ibi.

Locutus est Dominus. Ista secūda in duas, quia primo ponitur ordinatio Leuitarū quæ pertinebat ad summi pontificis officium. Secundo officiorum executio ibi.

Locutus est Dominus. Iterum in duas. Primo ponitur præceptum Domini. Secundo impletio mandati. ibi.

Feceruntque. Circa primum. *Locutusque est Dominus.* Hic ponuntur præcepta duo. s. de compositione lucernarum, quæ pertiuebat ad Aaron, & præceptum de consecratione Leuitarum.

Quando data fuerint hæc duo præcepta, scilicet de incensione lucernarum, & consecratione sacerdotum.

Quæst. I.

AN vero ista duo præcepta data fuerint hic. scilicet post ea, quæ supra posita sunt, vel ante illa, non patet ex litera. Si enim dicamus, ꝙ hic teneatur rectus ordo cum ea quæ habentur a principio libri cœperint die primo mensis secūdi anni secundi egressionis de Aegypto, vt patet e.c. sequerē, quòd ista fuissent facta post primam diem mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto.

Sed fortè hoc non videbatur, quia consecratio sacerdotum fuit præcepta per vnum mensem antequā inchoarentur ea, quæ habentur in principio libri huius. Sed ista duo videntur pertinere ad tempus consecrationis sacerdotum. ꝙ autem sit hic recapitulatio satis est verisimile, quod apparet ex præcedentibus. nam ea quæ habentur in præcedenti cap. per recapitulationem dicta sunt. Cum enim ea, quæ habentur in principio libri huius inchoata fuerint in principio mēsis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto, oportebat vt cætera quæ habentur in eo essent post principium mensis huius, & tunc oblatio principum, de qua habetur præced. cap. incepisset post principium mensis huius.

Sed falsum est, quia dicitur præced. cap. ꝙ oblatio illa facta est in dedicatione altaris, & cepit in die quo consecratum est Sanctuarium, & omnia vasa eius, atque erectum. Sed ista erectio facta est prima die mensis primi anni secūdi ab exitu de Aegypto. ergo oblatio principis eodem die cœpit. vnde necessario per recapitulationem ponetur hic. Similiter de his, quæ habentur in hoc c. dici posset, ꝙ per recapitulationē posita sint, fuerintque facta in mense primo anni secundi antequam fierent ea, quæ habentur in principio libri huius de compositione lucernarum. patet primo. Hic enim dabatur regula de modo incendendi lucernas in candelabro intra Sanctuarium. Sed ista ministratio erat quotidiana in sacerdotibus, vt patet Exodi cap. 27. & 30. & Leui. 24. ergo oportebat, ꝙ daretur antequā sacerdotes inciperent ministrare: alioquin si ministrassent aliquanto tempore antequam daretur istud præceptum ex doctrina, vel illo tempore semper bene administrassent, aut semper male. Si vero semper bene superfluum erat adiungi præceptum de modo ministrandi. Si autem dicatur, quòd semper male ministrassent est magnū inconueniēs, quia cum hoc fieret propter defectum legis, quæ ab eo dari debebat, poneretur aliquod inconueniens in ordinatione Dei.

Dicendum est, ergo quòd lex ista fuerit data antequam ministrare inciperent sacerdotes. sed ministratio sacerdotum cepit die octauo mēsis primi anni secundi ab exitu de Aegypto, vt declaratum fuit præced. capit. & Leui. cap. 8. & 9. ergo ante octauum diem mensis primi anni secundi datum fuit præceptum istud de compositione lucernarum, & sic ponitur hic per recapitulationem, quam ea quæ habentur in principio libri huius inchoata fuerint die primo mensis secundi anni secundi, vt patet supra cap. 1. Si autem non esset aliqua recapitulatio necesse erat, vt transisset vnus mensis, aut plus sacerdotalis ministrationis, in quo non fuisset datum præceptum de modo ministrandi in candelabro, quod est inconueniēs. De consecratione Leuitarum eodem modo dicendum est, scilicet quòd ponatur hic per recapitulationem.

Sed adhuc in hoc aliquis dicet, consecrationē Leuitarum esse antiquiorem consecratione sacerdotū, quia Leuitæ dicunt minores gradus. sacerdotes autē habent maiora ministeria. In ordinibus autem conferendis sic est, quòd minores conferantur ante maiores. ergo Leuitæ ante sacerdotes consecrati sunt.

Respondendum est, quòd non potest stare: quoniam Leuitæ consecrati sunt postquam traditi sunt Aaron & filijs eius, & separati à multitudine populi, sed quando separati sunt Leuitæ, Aaron erat iam cōsecratus in sacerdotem, vt patet supra cap. 3. vbi ei & filijs suis oblati sunt Leuitæ. ergo consecratio Leuitarum non fuit antequam finiretur consecratio sacerdotum. Item licet Moyses consecrauerit Leuitas, tamen Aaron fecit aliquid de consecratione, vt patet infra. s. quia eleuauit Leuitas coram Domino, & orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia sua. Si tamen Aaron non esset consecratus non posset facere aliquam talem ministrationem consecrandō alterum. ergo iam expleta erat consecratio sacerdotum, cum inchoata est consecratio Leuitarum.

Dicendum tamen est, ꝙ hoc non obstante fit hic recapitulatio quantum ad consecrationem Leuitarum. Erant enim necessarij Leuitæ ad subministrationem sacerdotum in multis, ideo non est verisimile, ꝙ post consecrationem sacerdotū aliquandiu moratum sit, quin consecrarentur Leuitæ, vt possent habere subministrantes, nec oportebat multis diebus manere in consecratione Leuitarum, sicut septem diebus manebatur in consecratione sacerdotum, qa Leuitæ faciliori ritu consecrantur, quàm sacerdotes, vt patet 2. Paralip. cap. 29. Sed in vna die consecrarentur, ita vt sacerdotes semper haberent subministrantes. Hic tamen posita sunt per recapitulationem, quia in locis suis poni non debuerunt, ne intricarentur diuersæ materiæ. Nam si non fuisset aliqua recapitula-

tio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, sed rectus ordo temporis, oportebat vt in principio Leuitici ageretur de consecratione sacerdotum, & de oblatione principum, & de præceptis istis datis pro compositione candelarum, & consecratione Leuitarum. vt tamen non diuideretur atque intricaretur id quod tractabatur de officio sacerdotum in principio Leuitici, ista non posita sunt, quia pertinebant ad quendam alium modum, ideo pro alio loco seruanda fuerunt, sicut hic, vt non perturbarent ordinem materiæ quamquam perturbaretur in eis ordo temporis. Et sic dicēdum est de eo, quod habetur supra 3. & 4. cap. vbi agitur de oblatione Leuitarum, quæ præcessit ad istam consecrationem. Idem etiam patet de celebratione paschali, de qua seq. cap. Nam illa fuit in mense 1. die 14. mensis, vt patet ibidem. Si tamen nō esset recapitulatio oportebat, vt fuisset mē se 2. cum ea, quæ habentur in principio lib. huius, cęperint mense 2. vt patet supra cap. 1.

Loquere ad Aaron. Hic non dicitur, quòd loquatur Moyses ad omnem Israel, sicut in quibusdam legib⁹ dicitur. & hoc secundum diuersitatem legum. nam quædam leges sunt quæ pertinebant ad totum populum, & in his dicebatur, ꝙ Moyses loqueretur ad omnem Israel. Lex autem ista de compositione lucernarum solum pertinebat ad sacerdotes, quia ipsi ministraturi erant, & non populares. ideo non dicitur, quòd loquatur Moyses ad Israel.

Quare dicitur hic, quòd loquatur Moyses ad Aaron, & non ad alios sacerdotes, & an incensio lucernarum pertineat ad solum summum sacerdotem. Et quòd ministrationes sacerdotales in Sanctuario erant quatuor tantum. Quæst. II.

SED quæret aliquis quare dicatur hic, ꝙ loquatur Moyses ad Aaron, & non fit mentio de alijs sacerdotibus cum videatur ad eos pertinere. Respondet Ra. Abra. Aben Ezra ꝙ incendere lucernas pertinebat ad solum Aaron. ideo ad eū locutus est Moyses.

Sed hoc falsum est. nam tam ad Aaron quàm ad sacerdotes minores pertinebat compositio lucernarum. Nam si ad solum Aaron pertineret sequeretur, quòd multis diebus non incenderentur lucernæ in candelabro, vel ꝙ aliquis immundus intraret intra Sanctuarium: vtrunque est falsum. Nam quotidie iussum erat in mane & in vespere collocari lucernas, vt patet Exo. 30. & Leui. 24. Quòd autem nullus immūdus introire deberet in Sanctuarium patet Leui. cap. 15. vbi dicitur, ꝙ siquis immundus ad illud accesserit morietur, idem infra 19. cap. Quòd autem ista sequerentur patet, quia sacerdos magnus habebat vxorem & filios gignebat, qui ei succederent in sacerdotio. necesse ergo erat, ꝙ aliquando accederet ad vxorem suam, & tunc erat immundus per totam diem sequētem, vt patet Leui. cap. 15. tunc de illa die quæretur, an introiret ad incendendum lucernas in tabernaculum vel non. Si autem dicas, ꝙ introiret. ergo immūdus introibat in tabernaculum, quia quamquam lauaret carnem suam, & vestes, tamen non poterat esse mundus vsque ad vesperum, vt patet præall. c. Si vero dicatur, ꝙ cessabat ab ingressu in tabernaculum, dabitur quòd in illa die non accederet quisquam ad cōponendum lucernas in candelabro, & quia in multis diebus contingeret sacerdotem magnum pollui accedēdo ad vxorem suam, multi essent dies, in quibus non componerentur lucernæ in candelabro. falsum tamen est, quia quolibet die lucernæ componendæ erant, vt patet Exo. cap. 30. & Leui. 24. Oportet ergo ꝙ in his diebus aliquis alius lucernas incēderet, & sic pertineret etiam ad sacerdotes minores. Item patet hoc quia offerre thymiama coram Domino erat æquale ei, quod est componere lucernas incādelabro. Sed offerre thymiama pertinebat etiam ad minores sacerdotes, ergo pertinebit incensio candelarum. patet hoc nam Exo. c. 30. æquiparantur incendere thymiama, & componere lucernas. Dicitur enim quòd quando Aaron componet lucernas in mane, & in vespere vret thymiama perpetuum. Quòd autem sacerdotes minores incenderent thymiama apparet Leu. cap. 21. cum dicitur. incensum Dei sui & panes offerent, & intelligitur de sacerdotibus minoribus, vt patet ibidem. Item patet Luc. cap. 1. vbi dicitur de patre beati Ioannis Zacharia, ꝙ incenderit coram Domino thymiama: ipse tamen erat de minoribus sacerdotibus de vice Abia, vt patet ibidem. Item apparet hoc ꝙ offerre thymiama & incendere lucernas pertineat ad eundem sacerdotem, vt patet Exo. c. 30. cū dicitur, ꝙ Aaron vret thymiama in mane & in vespere, quando componet lucernas. Sed incendere thymiama pertinebat ad minores sacerdotes. ergo eodē modo incendere lucernas. Item patet hoc, quia ministrationes sacerdotales in Sanctuario solū erant quatuor præter illam ministrationem quam habebat semel summus sacerdos in anno ingrediens in Sancta sanctorum die expiationis. Prima erat facere sacrificium, de qua patet in omnibus libris legalibus veteris testamenti. Secunda erat offerre thymiama. Tertia erat ponere panes propositionis coram Domino. De prima harum Exo. c. 30. de vtraque Leui. 24. cap. Quarta ministratio erat componere lucernas de qua hic. Sed primæ tres pertinebant ad sacerdotes minores, ergo & ista quarta, quia non erat maioris dignitatis. De prima quæ est in faciendo sacrificia apparet Leui. cap. 7. vbi dicitur, ꝙ quilibet de filijs Aaron poterat offerre sacrificium pacificum. De oblatione panum propositionis super mensam, & de crematione thymiamatis simul habetur Leui. cap. 21. vbi dicitur de sacerdotibus minoribus. incensum. n. Dei sui & panes offerent, ideo Sancti erunt. Accipitur ibi incensum pro thymiamate, & panes pro panibus propōtionis. manet ergo de incensione candelarum, & collocatione earum, ꝙ pertineret ad omnes sacerdotes minores, quia non erat ista excellentior ministratio omnibus alijs. Item patet hoc, quia tempore Dauid cum sacerdotes diuisi sunt fuerunt factæ. 24. sortes & quælibet earum ministrabat tēpore suo, vt patet 1. Paralip. c. 24. Et quando ministrabat vna pars sacerdotum illa faciebat omnes ministrationes Sāctuarij, sed non poterat summus sacerdos esse in qualibet harū sortium, cum solum esset vnus summus sacerdos. ergo alij præter summum sacerdotem componebāt lucernas in candelabro. Item patet hoc expresse in litera Exo. ca. 27. vbi dicitur. vt ardeat semper lucerna in tabernaculo testimonij extra velum, & collocabunt eam Aaron & filij sui, vt vsque mane luceat coram Domino. Ergo non solum pertinebat ad Aaron ista ministratio, sed etiam ad filios suos, qui erant minores sacerdotes. Et hoc modo non stat aliquod de inconuenientibus quæ sequebātur si supponamus sacerdos solum ministraret incendendo lucernas. Nam poterat ipse accedere ad vxorem vacans generationi: non tamen cogeretur introire immundus in Sancta sanctorum, quia alii sacerdotes ministrarēt, & sic nō maneret aliqua dies, in qua non fieret collocatio & incensio lucernarum in candelabro.

Cum autem dicitur hic, ꝙ loqueretur Moyses ad Aaron de incensione lucernarum non tollitur, quin ad eum & filios suos simul loqueret, & sic videtur ꝙ locutus

locutus fuerit: multa namque facta sunt, quæ sacra scriptura referre non curat: præsertim vbi colligi potest ex his quæ facta aut dicta referuntur, quid aliud dictum aut factum fuerit, & dato ꝙ Moyses non loqueretur, nisi ad solum Aaron de lucernarum compositione ipse erudiret filios suos, quia functuri erant officio sacerdotali coram ipso, vt patet supra cap. 3.

Cum posueris 7 lucernas super candelabrum. Istud est candelabrum aureum, quod fabricatum est in monte Sinai totum de auro, cum omnibus vasis suis. de cuius figura habetur Exo. cap. 25. & 37. & hic infra.

Tantum vnum candelabrum erat in toto Sanctuario, quia nullum erat in Sancta sanctorum, nec in atrio. Quæst. III.

NEC erat aliquod alterum candelabrum in toto Sanctuario, ideo de eo scriptura loquitur appellando candelabrum, & nihil vltra determinando, quia si esset aliud candelabrum, aut esset intra Sancta sanctorum, vel in prima parte tabernaculi, aut extra tabernaculū in atrio eius. Solū enim erant istæ tres partes in Sanctuario. Non erat aliquod candelabrum in atrio tabernaculi, quia illa pars erat non habens tectum, sed patens soli, & lunæ, & toti cęlo: vnde non egebat alia luce, nec ibi erat. Intra Sancta sanctorum non erat aliquod candelabrum, quia Deus volebat, vt esset illa pars multum secreta atque obscura ne videri possit corpus formatum de aere, quod erat super propitiatorio inter alas duorum Cherubim. nam & quando sacerdos magn⁹ illuc introibat, vt nihil videre posset, ferebat coram se thuribulum plenum prunis & thymiamate exhalante crassum vaporem, vt inde operiretur propitiatorium, vt patet Leui. cap. 16. Non ergo poneretur ibi aliquod candelabrum, quia sic manifestaretur id qđ erat in propitiatorio.

Item nō erat aliquod alterum candelabrum in prima parte tabernaculi, quia ibi erat istud candelabrū, de quo hic dr̄. & sufficiebat ad illuminandā totā partem cum essent in eo septē magnæ lucernæ, vt patet hic, & magnitudo spatij partis illius nō erat valde excedens. solum. n. habebat cubitos. 20. in longitudine, & in latitudine. 10. vt colligitur Exo. 26. c. & ibi declaratum est. Et dr̄ hic cum posueris septem lucernas. non est intelligendum, ꝙ istę lucernę essent factæ de sepo vel de cera, nihil. n. tale cremabatur in Sāctuario cuius causa posita est Exo. c. 25. sed solum oleum crematur. Vocātur aūt hic lucernæ quædā vasa de auro, in quibus fundebatur oleum, & in quolibet eorū ponebatur lychnū, vt sic arderet, & hoc modo lucernæ erant partes ipsius candelabri, atque fortè cum ipso candelabro: aliàs non diceretur, ꝙ Beseleel fabricauerit lucernas qñ fabricauit candelabrum. Nam si de cera & sepo essent ad alium artificem minorem ptinebat earum fabricatio. dicebantur tñ poni lucernæ super candelabrum impropriè, sicut dicebatur, quòd erant duo Cherubim positi super propitiatorium, vt patet Exo. cap. 37. Erant namque producti de ipso propitiatorio, vt præcedenti cap. declaratum est. Sic tamē non accipitur hic, quia sacerdos magnus & alij minores, nec propriè, nec impropriè ponebant lucernas quæ erant vasa aurea in candelabro. Sed accipiuntur hic lucernæ pro lychnis. Dicebatur. n. sacerdos ponere septem lucernas. i. disponere septem lychna in vasis aureis oleum continentibus, & ad hoc ingrediebatur sacerdos quotidie in mane & vespere. s. vt dispone ret lychna, alioquin possent extingui lumina consumptis lychnis. sic patet Exo. cap. 30. cum dr̄. quādo componet lucernas incendet illud, & qñ collocat eas ad vesperam. Ecce. n. componere lucernas & collocare idem sunt: nihil tamen horum intelligitur de lucernis quæ sunt vasa aurea, de quibus Exo. 25. & 37. c. sed de lucernis quæ sunt lychna. *Candelabrum in australi parte erigatur.* Hic datur locus candelabri.

De habitudine mensæ propositionis & candelabri, & quare sic erant disposita. Quæst. IIII.

PRO quo sciendū, ꝙ vasa principalia Sanctuarij erant arca fœderis: altare thymiamatum, candelabrum, mēsa propositionis: altare holocaustorum, & labium æneum. Primum horum. s. arca ponebatur intra Sancta sanctorum in parte secretiori Sanctuarij, in qua nullum vas erat. in prima parte tabernaculi erant tria vasa. s. mensa propositionis: candelabrum, & altare thymiamatum. Extra Sanctuarium in atrio erant reliqua duo vasa. s. altare holocaustorum, & labium æneum. In tribus aūt vasis quæ erant in prima parte tabernaculi erat ordo, ꝙ altare ponebatur ante velum Sancti sanctorum, quasi in medio domus illius. mensa aūt propositionis in latere aquilonari: candelabrum ex aduerso in latere australi.

Causa dispositionis huius erat, quia per mensam propositionis, in qua erant panes, significatur pars illa mundi, in qua est terra quæ colitur & facit fructus. & hoc est ad partem septentrionalem mundi, quia ista est habitata. Alia autem pars, quæ declinat ab æquinoctiali in meridiem non habitatur: ideo non producit fruges. Nam illa ex maiori parte mari operta est. Candelabrum aūt ponitur in parte meridiana. In eo enim sunt septem lucernæ quæ repræsentant septem planetas per quos principaliter tota mundi machina in regione elementali, quātum ad naturales generationes & corruptiones, disponitur. Isti licet æqualiter declinent ab æquinoctiali versus vtrunque polū mūdi, magis tñ a nobis recedunt quā accedant, eo ꝙ nos habentes magnam obliquitatem sphęrę ad polū mūdi arcticum multū accedimus. lux ergo nobis de parte meridiana est, & nunq̄ sup capita nostra: maxime in regione hac, & in alijs bene habitabilibus, quæ pro maxima parte sunt extra tropicum cancri. Candelabrum igitur erectum est in parte australi, vt luceat ex aduerso ad mensam existentem in parte septētrionali. *In australi parte erigatur.* Idest ponatur candelabrum intra tabernaculum apud latus ejus australe. *Hoc igitur præcipe.* Hoc dixit Dñs Moysi, vt præcipiat Aaron ea. s. quæ j. habentur. *Vt lucernæ contra boream e regione respiciant.* Idest vt lucernæ taliter disponantur, ꝙ lumē earum emittatur ꝯ partem borealē. i. ꝯ latus septentrionale. Erat. n. candelabrum in parte australi positum. Mensa aūt propositionis in latere aquilonari, & iubebatur, ꝙ lumen candelarum emitteretur ꝯ boream. i. ꝯ latus oppositū. hoc aūt dr̄, quia lucernæ istæ nō erāt de sepo vel de cera. nam illæ cum erigūtur diffundūt lumen suum vndique, & non magis ad vnam partē q̄ ad alteram. Istæ aūt lucernæ erant quædā lychna posita in vasis olearijs, & poterant inclinari ꝯ vnam partem vel ꝯ alteram, & sic inclinarentur ꝯ latus septentrionale illuminarent illud magis q̄ latus meridianū, & dr̄ ꝙ è regione lucebunt. i. ad cōtrariam partem. s. erat candelabrum in parte australi, & debebat lumen emitti contra partem borealem.

Quare lucernæ contra boream disponebantur. Quæst. V.

CAVSA huius erat, vt mensa esset luminata, & totum medium tabernaculum. Poterant enim sacerdotes, si nihil eis diceretur, inclinare lychna cōtra latus meridianum, & sic pauca lux, vel quasi nulla esset in Sanctuario, idem

poterant

poterant inclinare contra latus orientale vel contra occidentale, & tunc pauca lux esset in Sanctuario, qa solum ad illa latera, versus mensam autem pauca lux dirigeretur, quia erat in latere aquilonari, & tamē magis erat necessaria lux versus illam partem quàm versus alias, quia ibi ponebantur panes & vasa multa, q̄ erant necessaria ad quotidianam ministrationem, cū illa mensa esset repositorium duorum altarium. Iussit igitur Deus, vt lucernæ taliter disponerētur, quòd emitterent lumen suum contra boream. i. contra latus septentrionale, quia versus illam partem erat mēsa propositionis. Et propter hoc magis conueniebat poni candelabrum in latere meridiano, quàm iuxta mensam in latere australi. nam si esset iuxta mensam, & inclinaretur lumen illius versus latus septentrionale, non esset lux in alijs partibus versus latus meridianū. Cum autem esset in latere meridiano apud parietem tabernaculi, & essent inclinatę lucernæ versus boream, totum medium erat illuminatum. Et ista est causa magis literalis quare candelabrum poneretur in vno latere, & mensa in alio, quàm ea, quæ supra data est: quamquam illa aliqualiter sit literalis.

Ad mensam panum propositionis. Ideſt istæ lucernæ respiciant siue inclinentur versus mensam propositionis. Ista mensa erat in latere aquilonari, ideo candelabrū, qđ erat in latere meridiano inclinabatur versus mensam, cum lucernæ illius inclinarentur ad partem mensæ. Ratio huius inclinationis supra posita est. Vocat hic mēsa, ppositionis illa in qua ponebant panes.

De mensa propositionis, cum panibus suis. Panes propositionis, quare vocantur panes facierum. *Quæst. VI.*

HAbebat enim ista mensa duo officia. Primum q̄ in ea ponerentur panes. 12. in memoriam filiorum Israel, vt patet Leui. cap. 24. & isti ponebantur in quolibet sabbato recentes, & mutabantur in alio, vt ponerentur noui, vt patet ibidem. Vocantur hic panes propositionis a proponendo, quia proponebantur corā Domino ordinatim super mensam illam. Litera hebraica vocat illos panes facierum. & dicunt Iudæi, q̄ vocabantur panes facierum, quia habebāt duas facies. ſ. q̄ tales erant in parte superiori, sicut in inferiori. & hoc volunt, quia dicunt illos formari in quibusdam vasis aureis positis ad iguem, sicut hostiæ fiunt in vasis ferreis, & vtrobique possunt habere faciem. Panes autem nostri qui coquuntur in clibano vnicam faciē habent, quia pars illa quæ adhæret pauimento clibani denigratur aliqualiter & contrahitur in rugam, vel fiunt in ea aliquæ diuisiones.

Sed dicendum est non stare hoc. nam non poterant panes tantæ quantitatis coqui intra vasa aurea, aut ferrea. quilibet enim panis horum habebat duas decimas similæ. i. duo gomor, vt patet Leui. cap. 24. & sic erant tantæ quantitatis quantum comedere possent duo homines in die tota. Sic enim fiebat de manna: pro quolibet namque homine dabatur vnum Gomor ad totam diem, vt patet Exo. ca. 16. tanta autem quantitas panis non poterat coqui intra vasa ferrea, vel aurea. Prius enim verteretur in carbonem ex alterutra partium quàm mediū eius coqueretur. Ideo non formabantur sic, sed coquebantur in clibano, sicut panes nostri. Exemplum autem de hostijs non habet aliquam similitudinē, quia hostiæ sunt tenuissimæ, & quantumcunque paruus calor sit, potest eas coquere.

Sed dicendum, q̄ isti panes vocantur facierum. i. faciei, quia in hebræo ponitur plurale, pro singulari: maxime in isto nomine, facies: quia semper dr facies Domini in plurali, & vocantur panes faciei. i. panes positi coram facie Domini. Hoc autem signat litera nostra vocans illos panes propositionis. i. panes positos ad conspectum Domini in tabernaculis. nam Leui. c. 24. iubetur, q̄ illi panes semper sint coram Domino. Istud erat vnum officium mēsæ propositionis: in quo ipsa distinguebatur ab omnibus alijs vasis Sanctuarij: nullum quippe erat vas Sanctuarij pertinens ad hanc ministrationem. Aliud ministerium erat mēsę propositionis. ſ. q̄ in ea ponebantur multa genera vasorū, vt thuribula, phialę, cyathi, acceptabula, vt patet Exo. 25. & 37. cap. Et quantum ad hoc mensa nō habebat aliquam specialem ministrationem distinctam ab alijs vasis Sanctuarij, sed erat repositorium duorum altarium, quia ibi erant quædam vasa altaris holocaustorum, & alia pro altari thymiamatum.

Contra eam partem quam candelabrum respicit lucere debebunt. Ideſt lucernæ debebunt lucere. i. emittere lumē suum contra partem, quam respicit candelabrum. i. contra partem oppositam candelabro, & ista est pars aquilonaris, in qua erat mensa propositionis, cū candelabrum esset in parte australi.

Fecitque Aaron. Ideſt Moyses locutus fuit ista de cō positione candelarum: Aarō ipse vero fecit illa inclinando lychna lucernarum contra partem aquilonarem, & hoc intelligitur de prima die, in qua cœpit ministrare. ſ. die octaua mensis primi anni secundi ab exitu de Aegypto. Ante hoc enim non ministrauerat ipse, nec aliquis de filijs suis, cum nullus esset consecratus.

An hoc necessario intelligatur de prima die ministrationis sacerdotum. *Quæst. VII.*

ET necesse est, quòd intelligatur hoc de prima die ministrationis sacerdotum. nam nisi sic fecissent errarent, & Deus illos puniret, sicut occidit Nadab, & Abiu cū obtulissent ignem alienum, vt patet Leui. ca. 10. sed non factum est, ergo in hac die bene ministrauerunt, sed non poterant bene ministrare, nisi sic agerent, ergo sic egerunt. Non tamen ex hoc sequitur, q̄ in hac die prima octaua Aaron incenderit lucernas candelabri, quia frequenter ponitur Aaron, & intelligitur ipse vel filij sui, vt patet Exo. cap. 30. vbi dicitur, q̄ quando Aaron in mane & in vespere collocat lucernas vret thymiama: sed non solum ipse vrebat thymiama & incendebat lucernas, sed interdum filij sui, & sic intelligi potest hic, q̄ fecit Aaron quod dictum est. ſ. inclinare lucernas contra partem aquilonarem. i. fecerūt hoc filij sui. An vero in die illa octaua, quæ erat prima dies ministrationis Aaron lucernas parauerit, vel filij sui non constat, tamen cōstat q̄ filij sui. ſ. Nadab & Abiu oblaturi erant thymiama super altare thymiamatū, & tunc peccauerunt sumētes de igne alieno, & mortui sunt. si autem nō fuissent mortui illi cremauissent thymiama, & incendissent lucernas, quia ambæ ministrationes fiebāt simul, & ab eodem. sic patet Exo. cap. 30. ſ. quando componet Aaron lucernas incēdet illud, & q̄ collocat eas ad vsperam coram Domino vret thymiama: quis tamē postea suppleuerit officiū illorum duorum nondum finitum. ſ. an Aarō vel alij duo filij sui Eleazar, & Ithamar non constat: ideo nō potest apparere sufficienter quis ea die lucernas collocauerit.

Et imposuit lucernas super candelabrum. Istud est expositio præcedentis. ſ. fecit Aaron. Nam nihil aliud fecit, nisi q̄ lucernas incendit inclinando contra mensam, dicitur q̄ imposuit eas super candelabrum, non q̄ ipse nouiter eas imponeret, quia positæ erant a prioribus diebus. nam si accipiantur hic lucernæ pro vasis

suis, in quibus erat oleum in extremitatibus calamorum candelabri: falsum est, q̄ Aaron imposuerit. lucernæ. n. illæ erant pars ipsius candelabri: fecitque eas Beseleel, vt patet Exo. ca. 25. & 37. Si autem accipiantur lucernæ pro lychnis positis in vasis illis: falsum est, q̄ Aaron posuerit eas super candelabrum. Nam in præcedentibus diebus 7. in quibus ministrauerat Moyses vrebatur thymiama & incendebantur lucernæ. nihil tamen horum fecerat Aaron. manerent igitur lychna posita ex eo tempore, & Aaron nō imponeret ea nouiter. Sed dr imposuisse. i. collocauisse super candelabrum, ita q̄ qūcunque incendebat lucernas inclinabat eas ꝯ latus aquilonare, in quo erat mensa.

Vt præceperat Dominus Moysi. Ideſt sic disposuit lucernas in candelabro, sicut dns iusserat Moysi. ſ. inclinādo illas contra partem septentrionalem.

Hæc autem erat factura candelabri. Hic tangitur in gñali figura cādelabri. erat. n. vnicum, vt supra declaratū est.

Ex auro ductili. Istud pertinet ad modum fabricationis candelabri. ſ. q̄ esset ex auro purissimo, vt patet Exo. cap. 25. nihil habens argenti, aut ferri, vel alterius metalli, vt dixit Iosephus. ſ. q̄ haberet quasdam partes ferreas. Etiam erat istud aurum ductile. ſ. per extē sionem fabricatum. habebat quippe multas partes. ſ. septem calamos cū stipite, & sphęrulas, & lilia. Ista tamen non erant facta in partes diuersas, ita q̄ per se fabricaretur quælibet pars, & postea affigerentur atq; componerent ipsum candelabrum, sicut fit in crucibus nostris, quæ ex multis partibus componuntur. illud autem non sic, sed ductile erat. i. per malleationē extendebatur, & formabantur omnes partes eius, ita vt nulla alteri affixa vel coniuncta esset, & hoc modo non poterat candelabrum esse intus inane, sed totum solidum, & ex hoc erat difficilis fabricatura huius candelabri. *Tam medius stipes.* Ideſt hastile medium candelabri erat ex auro ductili.

Quàm cuncta quæ ex vtroque latere calamorum nascebantur. Ideſt non solum stipes medius erat de auro ductili, sed etiam omnia quæ nascebantur de vtroque latere eius.

Figura candelabri & calamorum eius. *Quæst. VIII.*

PRo quo sciendum figuram candelabri esse huiusmodi, vt in principio haberet quandā basim amplam super quam sederet ne in alterutrum caderet, & ex illa nascebatur vnū hastile grossum de auro, quod erigebatur in sublime. In lateribus autem illius hastilis nascebantur sex cala mi: tres in latere vno, & tres in alio latere oppositi & hoc per tria loca. ſ. vt duo calami nascerentur in loco vno, & totidem in alio, & in tertio totidem. In medio autem calamorum in quolibet eorum erant fabricati cyphi, sphęrulæ, & lilia. In extremitate aūt cuiuslibet calami. ſ. in capite eius erat vnum vas de ipsomet candelabro factum, & in illo ponebatur oleum, & lychnum. Erant autem ista vasa septem, quia erāt sex calami, & vnus stipes medius: in quorum quolibet erat vnum vas. de ista fabricatura, & de sphęrulis, cyphis, & lilijs ꝯio collocarētur in stipite medio atq; calamo latius fuit declaratum. Exo. cap. 35. & dicitur hic. *Cuncta quæ ex vtroque latere calamorum nascebantur.* Ideſt cuncti calami, qui nascebantur ex vtroque latere. ſ. hastilis: hēbat. n. hastile duo latera opposita, in quibus nascebant sex calami, vt patet Exo. c. 25. calami autē non habebant aliqd quod nascereт ex lateribus ipsorum, nec valet si arguas de cyphis, sphęrulis, & lilijs quæ erant in quolibet calamorum, quia ista nō erant in vtroque latere. i. in duobus lateribus calamorū, sed in circuitu cuiuslibet calami. In hastili autem ècōtrario, quoniam ex vtroque latere. i. ex duobus lateribus oppositis nascebantur calami.

Iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. Ideſt Moyses fecit fabricari candelabrum ſm exemplum siue similitudinem, quam dedit ei Deus. nam in candelabro erant multæ particulæ, & istæ non poterant intelligi quō se haberent in candelabro, nisi videretur figura earum, ideo postq̄ Deus dixit oīa ista Moysi in voce monstrauit similitudinem omnium temporum, vt sic melius contem plari posset & facere figuras similes coram Domino ab artificibus. & sic dr Exo. c. 25. fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. dr hic Moyses operatus candelabrū, non q̄ ipse fecerit, sed quia fieri iusserit, & facientes in modo fabricādi erudierit.

Et locutus est dominus ad Moysen dicēs. Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum. Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint: tollent bouem de armentis & libamentum eius siligineam oleo cōsperſam: bouem autem alterum de armento accipies pro peccato, & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumq; Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filij Israel manus suas super eos, & offeret Aaron Leuitas munus in conspectu Domini a filijs Israel, vt seruiant in ministerio eius. Leuitæ quoq; ponent manus suas super capita bouū, e quibus vnum facies pro peccato, & alterū in holocaustum domini, vt depreceris pro eis. Statuesque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi. Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationē domini: quoniam dono donati sunt mihi a filijs Israel. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Aegypti sanctificaui eos mihi & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel: tradidique eos dono Aaron, & filijs eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis: ne sit in populo plaga si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium. Feceruntque Moyses & Aaron, & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis, quæ præceperat dominus Moysi: purificatiq; sunt & lauerunt vestimenta

Supra 3. Exo. 13. & 33.

Luc. 2.

Exo. c. 3. Sup. c. 3.

stimenta sua. Eleuauitque eos Aaron in cōspectu Domini & orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fęderis coram Aaron & filijs eius. Sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens. Hæc est lex Leuitarum. A viginti quinque annis, & supra ingredientur, vt ministrent in tabernaculo fœderis. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt. Eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata: opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitas in custodijs suis.

Et locutus est Dominus ad Moysen. Hic ponitur secundum principale huiꝰ cap. s. de consecratione Leuitarum, sicut enim erant necessarij sacerdotes ad ministrationes Sanctuarij, quæ erant intra ipsum Sanctuarium. s. facere sacrificia: offerre thymiama: ponere panes super mensam propositionis, & lucernas collocare, quę pertinebant ad officium sacerdotale. ita erāt necessarij Leuitæ ad quasdam alias ministrationes. s. vt erigerent & deponerēt tabernaculum cum castra mouenda essent & figenda, & ꝙ portarent oīa, quæ erant in Sanctuario, vt patet supra cap. 1. fuerunt igitē consecrati Leuitæ, sicut sacerdotes, licet non ad easdem ministrationes, nec eodem ritu consecrandi.

Tolle Leuitas de medio filiorum Israel. Ad hoc ꝙ Leuitę sanctificarentur oportebat; vt separarentur a reliqua multitudine, quia totus populus non erat deditus ministrationi speciali Dei, sed aliqui qui erant singulariter ministri, ideo illi separari debebant à multitudine. s. vt nō essent tanquam vna pars multitudinis, sed quædam alia iura & specialia officia haberent. Non est autem intelligendum, ꝙ Moyses quasi propria auctoritate tulerit Leuitas de populo ad applicandum Deo. hoc enim totus populus fecit, sed solum Moyses significauit populo quid Deus iusserit, & tunc totus populus separauit de medio sui Leuitas applicans illos ad Aaron, vt patet infra.

An ea quæ habentur hic, & supra cap. 3. & 4. pertineant ad idem tempus. *Quæst. IX.*

SCIENDVM autem, ꝙ ea quæ dicuntur hic, & ea quę habentur supra 3. & 4. cap. ad idem tempus pertinent. Nam supra capit. 3. dicitur ꝙ Leuitæ fuerint separati de medio Israelitarum & appliciti Aaron & filijs suis ad subministrandum eis. Ita autem dicitur infra in litera. sed hæc non potuerunt bis fieri: semel enim separandus erat Leuitarum cætus de medio Israel. Cum vero semel segregatus esset, amplius segregari non potuit.

Dicendum est, ergo ꝙ ad idem tempus pertinent & idem sunt. s. [illegible] fuerūt hic, & ibi descripta, quia hic agitur solum de ritu consecrationis Leuitarum sup. 3. cap. agitur de officijs eorum in Sanctuario: vtrunque autem præsupponit separationem a populo. nā non poterant Leuitę consecrari Domino specialiter nisi separati essent a reliqua multitudine, nec etiam poterant designari ad officia sanctuarij, nisi essent separati a reliqua multitudine, quia toti multitudini F non competebant aliqua officia Sanctuarij. vtrobiq; expressum est de hac separatione: fuissent autem posita ista simul, nisi pertinerent ad diuersa, quia supra cap. 3 & 4. agitur de solis officijs Leuitarum. hic autē agitur de consecratione eorum, & quia istæ sunt diuersæ materiæ seiunctim describendæ erant. *Et purificabis eos iuxta hunc ritum*. Idest mundificabis eos hoc modo qui sequitur.

Leuitæ ante consecrationem generali immunditia purgandi erant. *Quæst. X.*

LEVITAE ante hoc fuerant in medio populi, nunc autem segregabantur, vt essent speciales ministri Dei, & quia videbatur, quòd aliquas sordes contraxissent in conuersatione G populari, purificandi erant, vt nihil in eis maneret sordis. non est tamen intelligendum, quòd in Leuitis esset aliqua sordes specialis, quam Deus per istam purificationem tollere intenderet. nam tunc fieret in eis purificatio quam requirebat talis sordes, sicut alia purificatio est, quæ fit in contaminatis super mortuo, & alia in leprosis, alia in fluentibus semine, alia in cōtingentibus morticinia brutorum. Et sic de alijs modis purificationum & cōtaminationum, vt patet Leui. 11. 14. 15. cap. & infra 19. nam si essent Leuitæ immundi aliqua harum immunditiarum, daretur eis purificatio quæ conueniebat secundum illam immūditiam, quam contraxissent, & non ista purificatio, q̄ H habetur hic. nam non est aliquod genus contaminationis cui debeatur ista purificatio, vt patet si inquirantur omnia quæ habentur in Leuitico, & in hoc libro de purificatione immundorum. Solum igitur est dicendum hic non esse aliquam de immunditijs quę aliàs purgandæ erant, sed ista fiebant ad maiorem sanctificationem. Item omnes Leuitæ purificabantur hic qui erant vigintiduo millia & amplius, vt patet supra cap. 3. non tamen est verisimile, quòd omnes isti incurrissent aliquod genus immunditiæ. Posset autē dici si forte pauci de illis purificarentur: de omnibus tamen non erat verisimile.

Item dato quòd diceremus omnes Leuitas incurrisse immunditiam, non tamen contingeret omnes incidere in idem genus contaminationis. ergo fierēt I in eis diuersę purificationes, sed hic eadem fit in omnibus. ergo si immunditiam contraxerunt significatur esse eadem immunditia, nulla tamen fuit, sed fit in eis hic purificatio non ad abstergendam aliquam labem specialem, sed vt puriores sint, & per hoc magis applicentur ad Deum, sicut interdum fiunt sacrificia pro peccato, & tamen nō est aliquod peccatum speciale propter quod ipsi offerentes offerant, sicut patet præceden. cap. de duodecim principibus, qui in dedicatione altaris obtulerunt omnia genera sacrificiorum, & ibi erant sacrificia pro peccato, tamen nō videbatur aliqua causa, aut peccatum speciale, ꝑpter quod ipsi offerrent, sed solum offerebant ad solenni- K tatem dedicationis altaris. Dicitur hic, ꝙ purificaret eos Moyses: non quidem ꝙ ipse fecerit omnes ritus qui hic habentur. nam Aaron fecit partem eorū, cum obtulerit Leuitas coram Dn̄o eleuatis eos, & orans ꝓ illis, vt patet infra. Sed dicit̄ Moyses purificasse illos, quia ipse fecit ritum, qui propriè pertinebat ad purificationem. s. aspergere aqua lustrationis.

Aspergantur aqua lustrationis. Istud erat primum, quod requirebatur in purificatione Leuitarum, scilicet quòd aspergerentur aqua. & istud faciebat Moyses.

An Leuitæ aspergerent seipsos aqua, vel Moyses aspergeret eos, & qualiter aqua lustrationis conficiebatur, & quid significet lustrum. Et quod ciuitas Romana purgabatur. *Quæst. XI.*

QVAMQVAM forte ex litera ista aliquis diceret non constare, an Moyses purificauerit, sed satis stare posse, quòd Leuitæ purificarent seipsos aspergendo aquas, cum dicatur aspergantur. Sed dicendum est non posse stare, quia qui immundus erat nūquam aspergebat seipsum, sed homo mundus aspergebat immundum, vt patet infr. 19. sed Leuitæ erant hic tanquam immundi, cum iuberentur aspergi, ergo non aspergebant seipsos, sed alius eos aspergeret, & iste erat Moyses.

Quod si forte dicere vellemus Moysen non aspersisse Leuitas intelligeretur illa litera superior, s. purificabis eos, idest mandabis, quòd purificentur. Similis modus loquendi habetur multoties in sacra Scriptura. sic patet Exodi cap. 19. cum dixit Deus Moysi, sanctifica eos in diem tertium, quod intelligitur de Israelitis, & tamen sanctificatio illa solum erat in hoc, ꝙ lauarent vestes suas, & abstinerent ab vxoribus, vt patet ibidem. hoc autem non poterat facere Moyses in Israelitis, sed ipsi facturi erant. Dixit tamen Deus, quòd purificarentur, & sanctificaret eos Moyses, s. quòd iuberet eos sanctificari. Sed primus sensus conuenientior est, s. quòd Moyses asperserit super illos aquam lustrationis.

De aqua ista considerandum est, quod fiebat ex cō C mixtione cinerum. occidebatur enim vitula rufa ętatis integræ a sacerdote extra castra, vt patet infra cap. 19. & cremabatur tota, ita vt verteretur in cineres, qui sumebant, & positi in loco mundo extra castra erant ad mundificationem a contaminationibus. accipiebatur enim aliqua pars eorum, & miscebatur aquę, atq; inde fiebat aspersio super hominem immundum, & mundabatur. vocatur ista aqua lustrationis, idest purgationis, quia lustrare significat circundare, purgare, illuminare, & omnia ista possunt descendere ab isto nomine lustrum. tri. pro quinquennio, quoniam ciuitas Romana de quinquennio in quinquennium, vt quidam dicunt purgabatur, circundabatur, & illumina- D batur. fiebant autem ista simul, quia totus populus in Calendis Februarii sumptis facibus circuibat totam vrbem, & tunc dicebatur ciuitas purgari. Vocatur autem apud Romanos istud festum arnabale, idest ambitus ciuitatis per partem exteriorem in aruis. Vocatur etiam festum illud Februa. idest purgationes, quia fiebant illo die purgationes mortuorum. de ritibus horum ponit Ouidius in 2. lib. Fastorum.

Scd̄s ritus erat rasio pilorum.

Et radant omnes pilos carnis suæ. Iste est secundus ritus qui fiebat in purificatione Leuitarum. An vero ipsi Leuitę raderent seipsos, aut in alterutrum aliqui raderent alios, vel alij de popularibus raderent Leuitas, nō constat.

Satis tamen manifestum est, quòd Moyses non rasit illos. Non enim poterat ipse videre tot. Esset enim E hoc multorum dierum opus. De aqua lustrationis secus erat, quia poterat eā breuiter aspergere super omnes Leuitas. Fiebat rasio omnium pilorum, quia totalem munditiam significat: pilis enim sordes inhęrent qui cum ablati fuerint nihil sordis relinquitur, vel iō raduntur, quia pili nascuntur de sordibus, idest, de superfluitatibus exeuntibus per poros. Est autem ista purificatio leprosorum. Nam cum cessasset lepra radebantur omnes pili corporis leprosi, vt non esset aliquid in quo posset manere lepra, vt patet Leuit. capit. 14. Leuitæ autem non erant leprosi, sed fiebat talis ritus ad significandum totalem munditiam inducen- A dam. Dicit Rabbi Moyses, quòd Leuitæ purificabā-tur modo leprosorum, quia ipsi offerebantur Domino loco primogenitorum Israelitarum qui peccauerant in vitio idolatriæ, ponendo vitulum fabricatum, & inducēdo Aaron, vt fabricaret. idolatria autem est quædam lepra spiritualis, ergo fieri debebat in eis purificatio quæ debebatur leprę, scilicet radere pilos carnis totius, vt postea noui pili crescerent.

Cumque lauerint vestimenta sua. Istud pertinebat ad purificationem, scilicet, quod lauarentur vestimenta, & est generale ad multas purificationes. Sic enim purificabantur qui erant leprosi, & fluentes semine, & polluti effusione seminis, & in multis alijs, prius tamen aspergebatur aqua lustrationis super Leuitas quā eorum vestes lauarentur.

B *Et mundati fuerint*. Ista munditia non erat aliquid distinctum a cęremonijs supra positis, scilicet, quòd lauarentur, & aspergerentur aquis, atque raderent pilos, sed dicitur, quòd in his cęremonijs consummabatur eorum purificatio. Cętera autem non pertinebant ad purificationem, sed magis ad quandam solennitatem.

Tollant bouem de armentis. Hic ponūtur sacrificia duo quæ faciebant Leuitæ, scilicet pro peccato, & in holocausto: & quamquam dicatur hic, quòd tollant bouem, tamen intelligendum est, quòd duos tollerent hic tamen dicitur de primo eorum, qui erat in holocaustum.

Et libamentum eius. Idest etiam tollant Leuitæ libamentum debitum cum boue. Isti duo boues offerebantur de expensis Leuitarum, quia erant in solennitatem consecrationis eorum.

Leuitæ offerebant boues, sed quæ sit ratio inquiritur. *Quæst. XII.*

DICVNT Iudæi, quòd offerebant Leuitę boues in memoriā peccati vituli fabricati ab Aaron petēte toto populo. Sed istud nihil est, quia in multis alijs sacrificijs offeruntur boues, & non fiunt pro peccatis illis, sed pro peccato speciali personarum, vel ex aliqua alia causa. Item hoc D staret aliqualiter si offerretur iste bos pro peccato, sed non solum offertur pro peccato. nam etiā in holocaustum offertur alius bos. Non enim propter hoc offert̄ sed ad maiorem solennitatem, quia bos est hostia solēnior, quam aries, vel agnus cū sit maior, & sumptuosior, & quia offerebatur hic pro omnibus Leuitis debuit offerri hostia solennis. Dicitur autem, ꝙ offerret̄ cum libamine suo, quia in omnibus sacrificijs holocaustorum, & hostiarum pacificarum offerebantur libamina, s. simila, oleum, vinum, thus, & sal, vt patet Leuit. c. 2. quantitas autem libaminis debiti pro boue nō ponitur hic, quia infra 15. capit. habetur regula generalis de omnibus libamentis, scilicet, quòd cum quolibet boue offerantur tres decimæ simile conspersæ, idest tria gomor, & medietas mensuræ hin de vino, E & tantundem de oleo ad conspergendam similam.

Similam oleo conspersam. Declaratur hic aliquid de libamine, scilicet, quòd offeratur simila cōspersa oleo, non tamen totum declaratur, quoniam superadditur vinum, thus, & sal. de quantitate horum nihil ponitur hic, sed habetur infra 15. cap.

Bouem autem alterum de armento tu accipies. De boue superiori non dictum fuit ad quid esset, sed intelligendum est, quòd erat in holocaustum, quia hic iubentur offerri in holocaustum, & pro peccato, vt patet infra. Sed bos iste erat pro peccato, ergo bos de quo supra dicebatur erat in holocaustum, sed nō fuit expressum, quia ĩ. exprimitur. De isto boue dicitur, ꝙ

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

acciperet illum Moyses de armento. non est intelligẽ F
dum, quòd de expensis suis offerretur iste bos, sed de
expensis Leuitarum, quia pro eis fiebãt ista sacrificia,
& non pro Moyse specialiter. Dicũtur autem boues
tolli de armento. quia armentum significat congrega
tionem magnorum pecorum, s. boum, sicut grex si-
gnificat congregationem minorum, s. ouiũ, & capra-
rum. vnde boues nunquam, nisi de armento tolli pos-
sunt, nisi solitarij sint. & sic ista additio est, quasi ex su-
perabundanti. *Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœde
ris.* Iste erat ritus oblationum, quòd quãdo aliquid of
ferebatur, ipsa oblatio, & offerens ducerẽtur ad ostiũ
tabernaculi, quia omnes oblationes fiunt Domino. Ip
se autem specialiter esse dicebatur in tabernaculo.

Ad hoc ergo, q̃ offerrentur coram eo oẽs oblatio- G
nes ducebãtur ad ostium tabernaculi. Erat enim hic
duplex oblatio, s. boues duo oblati pro Leuitis, & ipsi
Leuitæ qui non erant hic, tanquam offerentes, sed tã-
quam oblatio, ideo ut res oblata eleuatur corã Do-
mino, ita & Leuitæ, eleuabantur, vt patet infra. Nam
Israelitę offerebant eos pro seipsis, vt essent in mini-
sterio Sanctuarij, sicut si quis offerat Deo aliquod sacri
ficium, & sicut cum quispiam offert portat oblatio-
nem suam coram Domino, ita Leuitæ portati sunt a
filijs Israel. Moyses autem quasi nomine totius Israel
applicabat istos Leuitas coram Domino. ideo dicitur
hic, q̃ Moyses applicaret Leuitas coram tabernaculo. H
Si autem Leuitæ essent hic tanquam offerens, & non
tanquam oblatio, non diceretur, quòd Moyses appli-
caret eos ad ostium tabernaculi, sed ipsi illucirent. Di
citur hic tamen quòd Moyses applicaret eos. *Congre-
gata omni multitudine filiorum Israel.* Idest Leuitæ isti offe-
rebantur coram ostio tabernaculi prẽsenti omni mul
titudine Israelitarum.

An omnes Leuitæ fuerint introducti ad ostium tabernaculi.
Quæst. XIII.

AN vero omnes Leuitæ introducti fuerint
ad ostium tabernaculi intra atrium non cõ
stat. Satis enim videbatur sufficere, q̃ aliq
nomine omnium offerrentur. Si autem ve
limus dicere, q̃ omnes fuerint oblati, etiam satis stat. I
nam quamquam nõ caperentur omnes Leuitę intra
atrium tabernaculi, poterant recipi succedentes, vt qui-
dam primo offerrentur, alij vero posterius.

De alijs tamen cęremonijs, s. de lotione vestium, &
rasione pilorum, atque aspersione aquarum lustratio-
nis, dicendum est, quòd in quolibet Leuita facta fue-
rit, quia in hoc non sufficiebãt quidam pro omnibus,
cum requiratur in quolibet actus determinatus puri-
fications. Dicitur, quòd fiebant ista congregata om-
ni multitudine Israelitarum, quia ipsi erant offerẽtes.
Nam Leuitæ offerebantur pro primogenitis Israeli-
tarum, vt patet inf. in litera. Et sicut totus Israel obla-
turus erat primogenitos suos, ita nũc obtulit Leuitas
pro primogenitis suis. fuit autem cõgregata ista mul-
titudo non, quòd omnes essent intra atrium taberna-
culi, sed quidam erant exterius, alii vero interius. Illi
enim qui erant principales in populo repręsentantes
personam totius populi introierunt in atrium taber-
naculi, tanquam ipsi offerrent Leuitas illos, alii vero
manserunt exterius. Sed adhuc, an fuerit hic congre-
gata tota multitudo populi non constat, quia aliquan
do ipsi qui sunt principales in aliqua multitudine vo-
cantur tota multitudo. sic poterat esse hic de Israeli-
tis. *Cumque Leuitæ fuerint coram Domino.* Idest, quãdo Le
uitæ fuerint pręsentati ad ostium tabernaculi, quod
est esse coram Domino.

Ponent filij Israel manus suas super eos. Hoc fiebat ad mo
dum sacrificiorum. Cũ enim aliquis offerret aliquod
animal ducebat illud ad ostium tabernaculi, & pone-
bat manus suas super caput illius tradens sacerdoti,
quia ille qui offerebat tradebat rem domino, qui mo
rari dicebatur specialiter in tabernaculo. Ponebantur
autem ibi manus super caput animalis ad renuncian-
dum proprietati animalis, quoniam ista impositio ma-
nus significat emissionem a domino, & sic vocantur
serui liberati manumissi, quia domini sui liberantes
illos a manu sua eos emittebant. Leuitæ autem erant
hic oblatio Israelitarum, quia Israelitæ offerebant eos
ad ministrandum coram Domino loco primogeni-
torum suorum. ideo manus super eos imponere de-
bebant, vt significaretur, quòd renunciabant Deo, p-
prietatem ipsorum. G

Et non accipitur hic impositio manuum, vt signifi-
cetur, quòd imprecabantur Israelitæ peccata sua eue
nire super capita Leuitarum, sicut in sacrificijs fiebat.
nam imponebantur manus ad renunciandum, ppriẽ-
tati animalis, & ad imprecationem, quòd Deus trans-
ferret peccata offerẽtis super ipsum animal. Sic enim
fiebat in die propitiationis, quando cõfitebatur sacer-
dos omnia peccata Israelitarum positis manibus su-
per caput capri emissarij, vt portaret omnia peccata
Leuitarum, vt patet Leuit. cap. 16. nam non impreca-
bãtur Israelitæ peccata sua venire super Leuitas. cum
autem dicitur hic, quòd filij Israel ponent manus sup
capita Leuitarum, non erat intelligendum, quòd qua-
libet de filijs Israel poneret manum, sed solum illi qui
erant maiores, scilicet principes populi qui repręsen-
tarent totius populi personam.

Et offeret Aaron Leuitas munus coram Domino. Idest Aa-
rõ obtulit Leuitas in munus, scilicet, quòd sicut cum
offertur aliquod sacrificium offertur munus, ita Leui
tę quia erant aliquid quod dabatur Deo erãt munus.
Dicitur autem obtulisse Aaron, quia postquam Israe-
litæ pręsentauerunt Leuitas, tãquam oblationẽ suam
Aaron qui erat sacerdos, ipse Aaron obtulit eos pręs
sentans coram Domino. fuit autem ista oblatio quæ-
dam eleuatio. eleuauit enim quosdam de Leuitis co-
ram Domino, vt patet infra, & istud erat, sicut in alijs
sacrificijs. nam postquam offerebat quispiam oblatio
nem suam, sacerdos accipiens illam eleuabat coram
Domino, sicut patet Leuit. 7. cap. & alibi sępius. I

A filijs Israel. Idest istud munus, quod offerebat Aa-
ron coram Domino erat oblatum a filijs Israel. *Vt fer-
uiant in ministerio eius.* Idest ad hoc obtulerunt Israelitę
Leuitas, vt ministrarẽt Dño: non quidem quòd mini-
strarent in tabernaculo vel in atrio eius, quia omnes
tales ministrationes pertinebãt ad sacerdotes, sed mi-
nistrabant Domino erigendo, & deponendo Sãctua-
rium, & portando illud in via, atque in circuitu illius
castra metando ad custodiam, vt patet supra cap. 1.

Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum. Leui-
tę erant offerentes, & erant oblatio. ipsi enim erãt ob-
latio filiorum Israel, & erant offerẽtes duos boues, &
sicut Israelitę posuerũt manus super Leuitas, quia ob K
tulerunt eos, ita Leuitę posuerunt manus super bo-
ues, quos ipsi obtulerunt ad renunciandum proprie-
tati, quia non erat aliqua oblatio super quam offeren
tes manum non ponant.

Ex quibus vnum facies pro peccato. Idest de istis duo-
bus bobus offeres vnum pro peccato, faciendo in eo
cæremonias quæ fiunt in sacrificijs pro peccato. ponã-
tur hic præpositio pro, ex, vel, de. Et dicitur, quòd de
istis bobus fiet vnus pro peccato, scilicet iugulabitur,
& disponetur secundum cæremonias sacrificij pro
peccato.

Pro

Pro quo peccato Leuitarum offerebatur vitulus.
Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis pro quo peccato Leuita-
rum offerebatur iste vitulus. Posset aliquis
respondere, quòd hic non accipitur pecca-
tum propriè pro culpa, sed pro quadam im
munditia. sic accipitur supra ca. 6. q̃ sacerdos offerret
vnum turturem, vel pullũ columbæ pro peccato Na-
zaræi, quando aliquis moritur coram ipso: & subditur
ibi causa, quia peccauit super mortuo, idest cõtamina-
tus est. Et sic peccatum vocabitur cõtaminatio sola,
& quia Leuitæ purificabantur hic, quasi haberent ali-
quam immunditiam, dicebatur offerri hostia pro pec
cato pro illis, s. pro eorum immunditia, & hoc satis sta
re potest. Alio modo responderi potest, quòd Leuitæ B
non habebant aliquod speciale peccatum, propter qd
secundum legem tenerentur offerre, sed fiebat obla-
tio pro peccato in generali, quia semper homo habet
ad purgandum dum viuit. Vel potest dici, q̃ offereba-
tur sacrificiũ pro peccato non ad emũdationem aliq̃,
sed magis ad solẽnitatem consecrationis Leuitarum,
sicut principes obtulerunt tempore dedicationis alta
ris, sed duæ primæ responsiones meliores sunt.

Quis ritus erat in sacrificio pro peccato. *Quæst. XV.*

QVAERET aliquis de ritu istius sacrificij p
peccato. Et respondebit aliquis, q̃ fieri de-
bet, sicut in aliis sacrificijs p peccato, quod C
verum est. Sed nihil in hoc determinat, qa
in sacrificijs pro peccato non est vna regula pro oĩbus
sacrificijs holocaustorum, & hostiarum pacifi-
carum, sed habent duas regulas, secundum q̃ patet
Leui. 6. c. Quædam enim totaliter cremabãtur quorũ
sanguis inferebatur in Sanctuarium. Alia vero quorũ
sanguis nõ inferebatur illuc cedebant totaliter in ius
sacerdotum. de boue autem oblato pro peccato Le-
uitarum non constat, an sanguis introduceretur intra
Sanctuarium, vel non: ideo nõ videtur manifestè, se-
cũdum quod genus cęremoniarum fuerit factũ istud
sacrificium. Et dicet aliquis, q̃ fuerit bos totus com- D
bustus præter adipem, & sanguinem, ita q̃ nulla pars
illius prouenerit sacerdotibus, sicut patet de sacrificijs
pro peccato, quę habentur Leui. c. 4. Nam ibi bos ob-
latus crematur extra castra. hircus autem & capra ob-
lati a sacerdotibus comeduntur. Dicendum est hoc
non obstare: nam ad hoc, q̃ cremaretur bos non solũ
requirebatur, q̃ offerretur pro peccato bos, sed etiam
q̃ sanguis eius inferatur in Sanctuarium. Nam offeri
bouem nihil differt ad hoc, q̃ carnes eius crementur
extra castra, sed q̃ sanguis inferatur in tabernaculum.
ideo. Leui. c. 6 quãdo ponitur regula de varietate sa-
crificiorum pro peccato, non fit mentio de boue, vel E
hirco, sed solũ dicitur, q̃ si hostia fuerit cuius sanguis
introducitur in tabernaculum, non comedetur, sed
exuretur igni. si autẽ non introducitur sanguis in San-
ctuarium cedet tota in ius Sacerdotum. Item patet,
q̃ esse bouem, vel hircum oblatum pro peccato nihil
differt ad hoc, q̃ crementur carnes, vel comedantur.
Nam Leuit. c. 16. dicitur de hirco oblato pro peccato
populi, q̃ cremaretur extra castra, & hoc quia fuerat
sanguis eius ĩductus in tabernaculũ. vt patet ibidẽ.
ergo bos oblatus pro peccato Leuitarum ꝓpter hoc,
q̃ erat bos non magis videtur, an fuerit totus crema-
tus extra castra, vel cesserit in ius sacerdotum. Itẽ nõ
stat, q̃ iste bos fuerit crematus extra castra, quia non
est simile ei, quod habetur Leui. c. 4. nam ibi solum iu
betur, q̃ sanguis hostiæ pro peccato summi sacerdo-
tis, & totius populi introducatur in Sanctuarium, &
carnes eius crementur extra castra. bos autem iste nõ
offertur pro peccato summi sacerdotis, nec totius po
puli, sed pro peccato Leuitarum. ergo non debebat
cremari extra castra. Item illud, quod hĩ Leuit. c. 4.
intelligitur, q̃ esset aliquod peccatum speciale p igno
rantiam, vt patet ibidem. Hic autem non offert pro
aliquo peccato determinato, sed offertur in generali
pro omnibus peccatis, vel pro peccato, i. pro immun-
ditia, aut ad solẽnitatem cõsecrationis Leuitarũ. ergo
non cremabatur bos oblatus pro eis, sed fiebat in eo
secũdum cęremonias aliorum sacrificiorum, s. q̃ im-
molaretur effuso sãguine eius ad basim altaris. primo
tinctis cornibus altaris sanguine cremabãt adeps: car-
nes vero totaliter prouenichant in ius sacerdotum.
Alterum in holocaustum Domini. Idest occides aliũ bouẽ
in holocaustum, quia duo erant boues pro duobus sa-
crificijs, vt patet hic. In isto boue pro holocausto fie-
bant cęremoniæ holocaustorum, quæ habentur Le-
ui. c. 1. & in his non est aliqua varietio. *Vt depreceris pro
eis.* Hoc potest intelligi duplicit. Vno modo, q̃ vt
non dicat causam finalem, sed cõsecutionem, i. of-
ferent Leuitæ duos boues, vnum pro peccato, & al-
terum in holocaustum, & deprecaberis pro eis. dice-
bat deprecari pro eis Moyses, quia ipse offerebat eos
coram Domino. potest intelligi alio modo, q̃ vt dicat
causam finalem, s. q̃ Leuitæ ad hoc offerant duos bo-
ues, vt oret pro eis Moyses, quasi dicat, nõ haberet oc-
casionem orandi pro eis secundum formam offerẽ-
tium, nisi aliquid offerrent. Cum vero obtulerint, te-
netur orare pro eis, quia in quocunque sacrificio te-
netur sacerdos orare pro ipso offerente: sicut apparet
Leui. c. 5. & 14.

Vt potest duo dicere.

An Moyses, vel Aaron fecerit sacrificia Leuitarum.
Quæst. XVI.

SED ex hoc videtur dubium, quis fecerit sacri-
ficia Leuitarum, an Moyses, vel Aaron. Et ali-
quis dicet, q̃ Moyses, qa dicitur hic, vt depre-
ceris pro eis: sacerdos tamen faciens sacrificiũ
erat, qui orabat pro offerente. Item posset hoc cõue-
nienter stare si dicamus, quòd fuit facta ista cõsecra-
tio Leuitarum, dum fiebat consecratio sacerdotum
nondum illa explera, quia tunc non posset Aaron fa-
cere sacrificia, sed Moyses illa faciebat. Sed non stat
hoc, quia hic dicitur, quòd Moyses applicaret Leui-
tas ad ostium tabernaculi, & sic ipse offerebat eos, nũ-
quam tamẽ est idem offerens, & faciens sacrificium.
ergo offerebantur ipsi Aaron, tanquam facienti sacri-
ficium, vel recipienti oblationem ab ipso Moyse, quã
ab offerente nomine totius populi. Item patet, quòd
Aaron fuerit hic tanquam sacerdos, & fecerit sacrifi-
cia, quia dicitur infra, quòd Moyses statuit Leuitas in
conspectu Aaron, & filiorum eius: ergo Aaron, & fi-
lij sui erãt hic tanquam sacerdotes, & non Moyses: &
consequenter ipsi facerent sacrificia. Item patet, quia
eleuatio hostiæ coram Domino pertinet ad sacerdo-
tem, vt patet Leui. cap. 7. Aaron tamen eleuauit Leui-
tas coram Domino, vt patet infra, ergo ipse erat tan-
quam sacerdos suscipiens oblationem.

Item Aaron pręsentauit Leuitas coram Domino,
postquã susceperit eos de manu Moysi. Vt patet supra.
Ista tamen pręsentatio pertinet ad recipientem obla-
tionem. ergo Moyses erat hic, vt sacerdos suscipiens
oblationem.

Sed objicietur, qa dicitur hic ad Moysen è quibus
vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustũ,
idest de istis duobus bobus vnum immolabis pro pec
cato, & alterum in holocaustum: ergo ad Moysen
pertinebat ista immolatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad hoc reſpõderi poteſt, quòd accipitur ibi facies, F ideſt offeres, & verum eſt, quòd Moyſes offerebat vnum iſtorum boum pro peccato, & alterum in holocauſtum, quia ipſe obtulit Leuitas coram Aaron, & ſic obtulit ſacrificia eorum: Aaron tamen immolauit boues.

Vel poteſt accipi, quòd facies vnum pro peccato, ideſt facies, quòd Aaron faciat vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum: & quando obijcitur, quòd orabat pro eis Moyſes: non ſequitur ex hoc, quòd orabat pro eis, tanquam ſacerdos faciens ſacrificia. Nã etiam Aaron orauit pro Leuitis, vt patet infra, cum dicitur. eleuauitque eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis. Ergo ex hoc nihil magis ſequitur, quòd fecerit ſacrificia Moyſes quam Aaron. G

Ex prędictis patet, q̃ Aaron immolauit iſtos duos boues oblatos a Leuitis, ſi tamen velimus tenere, q̃ Moyſes illos obtulerit ſatis poteſt teneri, cum litera dicat hic, vt deprecetur pro eis: etiam quia dicit quòd ipſe Moyſes faciet vnum bouem pro peccato, & alterum in holocauſtum. iſtud tamen facere ſignificat immolare.

Ad argumenta in contrarium reſponderi poteſt faciliter, quòd quamq̃ dum Leuitæ fuerint oblati Aarõ, & ipſe eos coram Domino obtulerit atque eleuauerit, & orauerit pro eis, non fecerit hoc tanquam ſacerdos tunc faciens ſacrificia, ſed tanquam perſona ſingularis, cui offerebantur Leuitæ, vt miniſtrarent coram eo. nam Deus impoſuerat onus Sanctuarij ſuper Aaron, & filios eius, & ad hoc dedit eis Leuitas tanquam ſubminiſtrantes: ideo Moyſes obtulit eos ipſi Aaron ex præcepto Dei, dato quòd nondum eſſet ſacerdos. H

Statueſque Leuitas in conſpectu Aaron, & filiorum eius. Ideſt, quòd Moyſes portabat Leuitas in Sanctuarium p̃ſentans eos coram Aaron, & filijs ſuis, & hoc ſiue accipiantur Aaron, & filij ſui, vt ſacerdotes facientes ſacrificia, ſiue vt perſonę ſingulares accipientes Leuitas, qui debebantur eis ad ſubminiſtrationem. Satis videtur, quòd fuerit Aaron, vt ſacerdos.

Et conſecrabis oblatos Domino. Ideſt offeres eos Domino atque conſecrabis, ad Moyſen iſta referuntur: ipſe enim omnia faciebat. Dicebatur conſecrare Leuitas Domino, ideſt applicare eos ad cultum diuinum, nec accipitur hic conſecrare pro aliqua vnctione olei Sancti, vel in ſanguine, ſicut fiebat in ſacerdotibus, aut p̃ aliqua alia cæremonia, quia nullæ cęremoniæ fiebant in ſanctificatione Leuitarum præter eas quæ habentur hic expreſſe. I

Sed dicebantur Leuitæ conſecrati per iſtam applicationem ad Dominum, quia ſicut cum quis offerebat coram Domino quippiam per applicationem ad oſtium tabernaculi, renunciabat proprietati rei tranſferens eam ad Deum, ita vt non liceret iam conuerti illam rem ad vſus prophanos, & per hoc Deo dicebatur conſecrata, ita Leuitæ antequam offerrentur Domino erant liberi ab omni onere miniſtrandi in rebus Sanctuarij, poſtquam vero appliciti ſunt ad oſtium tabernaculi fuerunt Deo traditi ad miniſtrationem. ergo iſta applicatio erat conſecratio eorum, & obligatio ad miniſtrandum. K

Ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael. Ideſt Leuitę ſeparandi erant poſt iſtam conſecrationem ab Iſraelitis, non quidem, quòd eſſent ſeparandi quantum ad locum caſtrametationis, ita quòd non manerent inter alios Iſraelitas, vel quòd non cõuerſarentur cum eis. nam hoc non erat eis interdictum, ſed potius ipſi manebant in medio aliorum filiorum Iſrael quãtum ad caſtrametationem & communicationem. ſolum autem erat veritum non accedere alios Iſraelitas ad miniſteria Leuitarum. ideo dicebantur ſeparari ab alijs, quia ſeparabantur ad ſpeciale officium miniſtrandi in Sanctuario, quod non conueniebat alijs.

Vt ſint mei. Ideſt ſeparabis Leuitas, vt ſint mei, ſcilicet miniſtri, & accipitur hoc, vt ſint ſpecialiter immo ſpecialiſſime ipſius Dei. nam tota terra eſt Dei, populus autem Iudaicus erat ſpecialiter populus Dei, vt patet Exodi capitu. decimonono. cum dicitur. mea eſt omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta, & in peculium de cunctis populis. poſtea autem ſpecialiſſime inter Iudæos pertinebant ad Deum ſacerdotes, & Leuitæ, quia iſti miniſtrabant, & nulli alij.

Et poſtea ingrediantur tabernaculum fœderis. Ideſt poſtquam fierent omnia iſta licebat Leuitis introire in Sanctuarium. ante enim quam iſta fierent Leuitæ erant ſicut cęteri de populo, & non licebat eis accedere ad aliquam miniſtrationem ſanctam, poſtquam vero fiebant iſta, licebat eis accedere, ſic etiam erat quantum ad ſacerdotes. Nam antequam Aaron, & filij ſui conſecrarentur, illicitum eis erat miniſtrare. poſtquam vero conſecrati ſunt miniſtrauerunt, ita etiam eſt apud nos de omnibus ordinatis, quia ante ſuſceptos ordines non miniſtrant, poſtea autem miniſtrare licet.

Tres miniſtrationes tantum fiebant in tabernaculo, quarum nulla pertinebat Leuitis. Quæſt. XVII.

ET dicitur hic, quòd ingredientur Leuitæ in tabernaculum. non eſt ſenſus, quòd ipſi ingrederentur ad faciendum aliquas miniſtrationes intra tabernaculum, quia ibi ſolum fiebant tres miniſtrationes, ſcilicet incendere thymiama ſuper altare thymiamatum, & ponere panes in menſa propoſitionis, lucernas quoque in candelabro diſponere. Non enim erant plura vaſa, neque miniſtrationes in toto tabernaculo, etiam ſi inquirantur omnia quæ habentur in Exodo de fabricatione tabernaculi, & vaſorum eius, & omnia quæ habentur in Leuitico de miniſtrationibus, ſed nulla iſtarum trium miniſtrationum pertinebat Leuitis: ſolus enim Aaron, & filij ſui illas faciebant. De prima patet Exodi capitulo trigeſimo, & Leuitici vigeſimoprimo. De ſecunda habetur Leuitici, capitulo vigeſimoprimo, & cap. vigeſimoquarto. De tertia habetur Exodi vigeſimoſeptimo capit. Item patet hoc, quia quando Apoſtolus ad Hebræo. capitu. nono, diſtinguebat partes tabernaculi, & miniſtrationes quæ fiebant in eis, dixit quòd in primã partẽ Sanctuarij quę vocatur primum tabernaculum introibant ſępe ſacerdotes.

In ſecundam vero partem quę vocatur Sancta ſanctorum ſolus pontifex introibat. ergo in primam partem ſolis ſacerdotibus licitum erat introire. Item patet hoc, quia ſupra capitu. tertio, & quarto. deſcribuntur omnia officia Leuitarum, & quid debet facere quęlibet familia, ſed nulla miniſtratio eis ponitur, niſi in portando tabernaculum & vaſa eius, & in cuſtodiendo illud, ergo nõ pertinebat ad eos aliqua miniſtratio in Sanctuario.

Sed aliquis dicet, quòd accipitur hic large tabernaculum fœderis pro toto Sanctuario, ideo quamquam non haberent aliquam miniſtrationem Leuitæ intra tabernaculum, poterant eam habere in atrio eius, quod vocabatur Sanctuarium.

Dicendum eſt, quòd etiam Leuitę non habebant aliquam miniſtrationem in Sanctuario in atrio tabernaculi, quia ſolum fiebat vna miniſtratio in atrio ſcilicet offerre ſacrificia, cum altare holocauſtorum eſſet extra tabernaculum.

Iſta tñ nõ ptinebãt ad Leuitas. ſoli. n. ſacerdotes ſacrificia

crificia faciebant, & ſiquis de Leuitis auderet vſurpare aliquem de miniſtrationibus ſacerdotalibus moriebatur, vt patet ſupra cap. 3. Sed accipitur hic ingredi in tabernaculum fęderis, ideſt ingredi, vel incipere portare tabernaculum fęderis, & vaſa ſua. hoc enim erat Leuitarum officium, vt Sanctuarium erigerent, A que deponerent, & in via portarent cum caſtra mouenda forent, & excubarent in circuitu Sanctuarij, ne aliquis de popularibus accederet, vt patet ſupra ca. 1. & 3. & 4. & ad iſtud non licebat eis accedere, ſicut nec alijs popularibus antequam conſecrarentur, nunc vero licebat. ſic etiam dicebatur ſupra præcedenti capit. quòd plauſtra oblata a principibus, & boues ſeruiebant in miniſterio tabernaculi, tamen plauſtra non introibant in tabernaculum, ſed ſolum ſeruiebant ad hoc, quòd portabatur in eis ipſum tabernaculum. & accipitur hic tabernaculum fęderis large pro toto Sãctuario, quia non ſolum ſeruiebant Leuitę portando res tabernaculi, ſed etiam portando ipſum atrium cũ omnibus partibus ſuis, vt patet ſupra capitulo tertio, & quarto. B

Vt ſeruiant mihi. Ideſt ingredientur Leuitæ in Sanctuarium ad ſeruiendum mihi, ſcilicet portando Sanctuarium cum omnibus vaſis ſuis. Erat enim iſta miniſtratio facta Deo, licet non de principalibus.

Sicque purificabis, & conſecrabis eos. Iſte eſt epilogus præcedentium, ſcilicet, quòd Leuitæ purificarentur, & conſecrarentur per iſtum modum qui ſupra poſitus eſt. Hic ponuntur duo, ſcilicet, purificatio, & conſecratio. purificatio pertinet ad cęremonias quę primo fiebant, ſcilicet ad aſperſionem aquę luſtrationis, & lotionem veſtium atque raſionem pilorum totius corporis, iſta fiebant extra Sanctuarium, & dicebãtur pertinere ad purificationem, quia quando iſta fiebant videbantur eſſe Leuitę tanquam immundi, & per iſtã purificationem diſponebantur ad hoc, quòd poſſent applicari miniſtrando, & iſta conſecratio vel applicatio dicit omnes cæremonias, quæ fiebant poſtquam introducebant Leuitæ in Sanctuarium, ſcilicet, quòd præſentarentur Aaron, & quòd ipſe eos coram Domino offerret atque eleuaret, & oraret pro eis, fierẽtque ſacrificia duo pro eis, ſcilicet pro peccato, & in holocauſtum. C D

An omnes Leuitæ tam magni quam parui radebantur in omnibus pilis, vel ſi ſufficiebat in quibuſdam. Et quòd in quibuſdam actibus cæremonia facta in vno ſufficit ad multos: in alijs vero requiritur, quòd fiat ſingulariter. Quæſt. XVIII.

QVAERET aliquis circa purificationem quæ fiebat in Leuitis radendo omnes pilos corporis, an eſſet generalis in omnibus Leuitis, ita vt magni, & parui filij Leuitarum raderentur. E

Forte aliquis dicet, quòd non erat neceſſarium radi omnes Leuitas, quia ſicut non erat neceſſe, quòd ſuper omnes Leuitas imponerentur manus, ſed ſufficiebat imponi ſuper quoſdam nomine omnium, ita ſufficeret, quòd raderentur aliqui nomine omnium Leuitarum.

Sed non poteſt ſtare, quia quilibet de Leuitis, ſiue magnus, ſiue paruus accipiebatur loco vnius primogeniti Iſraelitarum ad miniſtrandum in Sanctuario, ergo quilibet debebat purificari, vt miniſtraret, ſed ad purificationem erat neceſſaria raſio omnium pilorũ, ergo oportebat quemlibet Leuitam radi. Item raſio iſta Leuitarum, & omnia quæ hic fiunt erãt quędam pertinentia ad conſecrationem Leuitarum, ſicut er-

go in miniſtris Eccleſię, quando ordinantur cęremoniæ illæ, quæ pertinent ad collationem ordinis debẽt ſuper quemlibet replicari ſpecialiter, & non ſufficit, quòd fiant ſuper aliquos nomine aliorum, quando multi ſunt, quia illi non dicerentur ſic conſecrati. ergo ſic in Leuitis fieri debebat, quòd quilibet eorum raderetur.

In ſacramentis etiam ſic eſt, quia non ſufficit, quòd vnus pro multis baptizetur, aut ſuſcipiat Euchariſtiam, ſed quilibet per ſe recipere debet. Nec eſt ſimile de purificatione Leuitarum, & de oblatione eorum, quia cum offerrentur quidam applicando illos ad oſtium tabernaculi, etiam ſi alij non applicarentur, cauſabatur in illis obligatio ad miniſtrandum coram Domino. ſolum enim fiebat iſta applicatio ad hoc, quòd per eam Leuitæ viderentur obligati ad miniſtrandum coram Domino, & quia obligatio cauſatur in nobis in mente, dato quòd non applicarentur ad oſtium tabernaculi ſi vellent obligari obligabantur. Applicatio autem ſolum erat propter formam cæremoniarum, ideo ſufficiebat, quòd in quibuſdam obſeruaretur iſta cæremonia cum conſtaret de omnibus aliis, quòd vellent obligari.

De purificatione autem, & ſuſcipiendis ordinibus non eſt ſic, quia obligatio, ad ſeruiendum in nobis, quando ſumus liberi, inducitur ſolum per actum noſtrum, ſcilicet, per hoc, quòd volumus obligari. dato ergo, quòd non interueniat aliqua alia cæremonia fiet obligatio ſolida. cæremoniæ autem ſolum pertinent ad ſolennitatem. purificatio autem, & ſuſceptio ordinum non eſt per actum noſtrum, quia cum ego volo obligari ſum obligatus: tamen quando volo habere ordinem, non immediate habeo ordinem, niſi interciderint actus, quos facit conferens ad tribuendum ordinem. ita de purificatione. non eſt enim per actum noſtrum, quia non ſumus purificati ex hoc, quòd volumus purificari, ſed requiruntur actus cæremoniales purificantes. ideo in ordine, & oblatione requiritur replicatio actuum cæremonialium ſuper quemlibet, ad hoc quòd quilibet ſit ordinatus, & purificatus: ideo aliquis poteſt ſe obligare per procuratorem, & vnus nomine multorum poteſt ſe obligare obligando illos, conſtito tamen prius de voluntate ipſorum, ſcilicet, quòd obligari volunt: nemo tamen poteſt ordinari per procuratorem, nec vnus poteſt nomine multorum ordinari, ita vt illi multi recipiant ordinem per receptionem vnius, quia collatio ordinis habet determinatas cæremonias, & requirit materiam determinatam in quam fiant, nec eſt actus tranſumptibilis ab vno in alterum per voluntatem.

Hæc autem omnia vera ſunt, ſcilicet, quòd quilibet de Leuitis per ſe purificaretur radendo omnes capillos corporis: tamen non fuit facta purificatio omnium Leuitarum tunc. Erant enim quidam paruuli, ſcilicet vnius menſis, quod patet, quia ſupra capit. tertio. dictum eſt, quòd omnes Leuitę ab vno menſe & ſupra. acciperentur loco primogenitorum Iſraelitarum, ſed iſti erant teneri valde, & non poterat fieri in eis raſio, ita vt pili penitus tollerentur, quoniam periclitarentur, quia in paruulis pars ſuperior capitis eſt valde mollis, & leui contactu moriuntur ſi premantur.

Ad hoc tamen, quòd raderentur pili omnes partis illius oportebat fortiter premi cerebrum. vnde neceſſario periclitarentur, Deus autem nihil tale iuberet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes Leuitæ qui poterant purificari sine periculo fuerunt purificati. Et quòd quamquam quilibet eo quòd esset filius sacerdotis habebat ius ministrandi tamen non poterat ministrare quousque consecraretur.

Quæst. XIX.

DICENDVM est ergo, quòd omnes Leuitæ ab vno mense, & supra fuerũt separati pro primogenitis filiorum Israel, & obligati ad ministrandum coram Domino: non tamẽ omnes immediate purificati sunt, sed solũ illi qui poterant sine periculo purificari. alij autem manebãt purificandi in alijs temporibus. Nam non est intelligendum, quòd solum nunc fuisset facta purificatio ad Deum. Eodem modo non est intelligendum, quòd sacerdotes solum nunc fuerunt consecrati: postea vero nunquam. Sic enim quidam intelligunt, s. quòd Leuitæ tunc fuerunt appliciti Deo, vt ministrarẽt ei, & fuerunt factæ istę cæremonię, quia ante hoc nũquã ministrauerant Leuitæ corã Domino, sed postea omnes Leuitæ qui nascebantur ministrabant nulla facta in eis cæremonia, sed quia filij Leuitarum erant, poterant ministrare, ita & filij sacerdotibus intelligunt, ꝙ antequam Aaron, & filij sui applicarentur Domino nulli erant sacerdotes, cum vero appliciti sunt Deo factæ sunt cęremoniæ consecrationis, quę habentur Leuitici cap. 8. & Exodi capi. 29. sed postea, quòd nullus sacerdos consecraretur, sed solũ ex eo quòd erant filii sacerdotum liceret eis ministrare in ordine sacerdotali.

Sed falsum est, quia ad hoc, quòd aliquis haberet potestatem, & ius ministrandi, sufficiebat, quòd esset de filiis sacerdotum, nunquam tamen permittebatur ministrare vsquequo consecraretur, secundũ ritum cõsecrationis Aaron, & filiorum suorum, & sic sępissime fiebant consecrationes sacerdotum inter Iudęos, sicut inter nos sępissime fiunt collationes ordinum, cum omnis qui ministrare debet, ordinetur.

De sacerdote magno, quòd inter Iudęos consecraretur quandocũque suscipiebatur in summum sacerdotem patet Exod. cap. 29. cum dicitur. vestem autem sanctam qua vtetur Aaron habebunt filij eius, vt vngantur in ea, & consecrẽtur manus eorum: septẽ diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius. simile patet Leuit. ca. 6. cum dicitur. hęc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent in die vnctionis suæ, & postea sequitur. offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos qui patri iure successerit. ergo sacerdotes magni succedentes Aaron consecrabãtur sicut ipse. De sacerdotibus minoribus, ꝙ consecrarentur antequam ministrarent, patet secundo Paralipom. cap. 29. vbi cum Ezechias rex cultum Domini derelictum a parentibus suis restauraret, obtulit sacrificia multa ipse, & princeps eius. & dicitur ibi, quòd sacerdotes nõ sufficiebant ad detrahendum pelles holocaustorum, quia pauci consecrati erant, sed Leuitæ adiuuerunt eos, & hoc non quasi deficerent viri de genere sacerdotali, sed quia pauci consecrati erant: sic enim dicitur. vnde & Leuitę fratres eorum adiuuerunt eos donec impleretur opus, & sanctificaretur antistes. Apparet igitur, quòd singuli sacerdotes qui inter Iudęos erant, quamquam de genere sacerdotali essent, nõ poterant ministrare donec consecrarentur.

De Leuitis autem similiter dicendũ est, quòd non solum nunc fuerunt purificati, vt applicarentur Domino, sed etiam quandocunque aliquis Leuita nascebatur, quamquam propter hoc, quòd erat filius Leuitæ habebat ius ministrandi: tamen nunquam ministrabat donec purificaretur, & fierẽt cæremonię quæ habentur hic, quod patet secundo Paralipomen. cap. 29. cum dicitur, quòd sacerdotes non poterant detrahere pelles holocaustorum, & adiuuerunt eos Leuitæ, quia Leuitæ faciliori ritu sanctificantur quam sacerdotes. in quo manifeste innuitur, quòd de sacerdotibus pauci erant consecrati, eo quòd consecratio eorum est difficilis.

De Leuitis autem erant multi consecrati, ideo potuerunt ipsi adiuuare sacerdotes, & subditur causa, scilicet, quia Leuitæ faciliori ritu sanctificantur quam sacerdotes, ergo cõsuetum erat purificari Leuitas antequam ministrarent, alioquin nihil ibi diceretur, sed sufficisset, quòd applicati essent Deo ex prima vice, qua obtulit eos Moyses coram Aaron, & filiis suis.

Ita ergo dicendum est hic, quòd Leuitæ qui potuerunt purificari secundum omnes istas cęremonias purificati sunt. qui vero non potuerunt quamquam ex nunc appliciti essent Deo, tamen non fuerunt purificari, sed manserunt purificandi ad alia tẽpora, & tunc obseruarẽtur in eis cęremonię de quibus hic quę obseruatę sunt in alijs, qui hic consecrati sunt & purificati, & sic succesſiue Iudęi Leuitæ cõsecrarentur, cum peruenirent ad ætatem in qua possent ministrare.

Quamquam satis poterat dici hic, quòd non fuerunt purificati hic omnes Leuitę in quibus poterat sine periculo obseruari ista purificatio, sed quòd solum purificati sunt illi qui fuerunt assumpti immediate ad ministrandum. Isti autem erãt solum octomillia quinquaginta octoginta, vt patet supra capit. 4. omnes autem Leuitę simul ab vno mense & supra, qui Domino appliciti sunt erant viginti duo millia & trecentum, vt patet supra capit. 3. sed de istis solum erant octomillia quingenti octoginta in ętate, quæ conueniebat ministrationi. & de his dici potest, quòd isti soli fuerũt purificati, quamquam in hoc non multum differt, scilicet, an dicamus omnes potentes ministrare fuisse purificatos, vel omnes alios qui poterant sine periculo purificari, dato quòd non possent ministrare.

Et consecrabis eos in oblatione Domini. Ideſt consecrabis siue applicabis eos Domino faciendo illos oblationes, quasi dicat, quòd per hoc, quòd Moyses offerebat Leuitas coram Domino, erant consecrati, ideſt applicati Deo.

Quoniam dono donati sunt mihi a filijs Israel. Ideſt filij Israel donauerũt mihi istos Leuitas in donum, vel munus, ideo offeras eos mihi, tanquam donum datum a filiis Israel.

An Leuitæ fuerint donati Deo. Quæst. XX.

SED videtur, quòd non fuerint donati Leuitæ, Deo, quia donatio est libera datio, vbi autem aliquis obligatur ad dandum non est donatio, sed solutio. filii tamẽ Israel obligabantur Deo dare omnia primogenita sua, quia redemerat ea de Aegypto. ergo cum darent illa, vel aliquid pro illis, non donabant, sed soluebant. sic autem fuit cum darentur Leuitæ pro primogenitis, ergo non fuerunt donati.

Respondendum est, quòd accipiẽdo donationem proprie non fuerunt donati Leuitæ Domino, sed dati in commutationem. sic enim significat litera ista cum dicat, quoniam dono donati sunt mihi a filijs Israel pro primogenitis qui aperiunt omnem vuluam, vel sed donatio large dicitur, ideſt dare vel soluere. Vel potest dici, quòd quamquam Israelitę tenerẽtur dare Domino primogenitos suos, vel Leuitas pro illis, quia tamen libenter soluerunt, Deus acceptauit illam solutionem, tanquam donationem sponte factam, tũ secundũ veritatem magis Deus donabat hic Israelitis quam

quam Israelitæ Deo. tenebantur enim Israelitę dare omnes primogenitos suos Deo. quòd autem Deus acceptaret commutationem, s. quòd darentur Leuitæ pro primogenitis bonum erat Israelitis, qui autem benefacit, quantum ad id in quo benefacit, donare dicitur.

A filijs Israel. Licet Moyses offerret Domino Leuitas, tamen non dicebatur ipse donare illos, sed Israelitæ, quia nomine Israelitarum donabantur, ideo ipse Moyses erat vnus de Leuitis datis in commutationẽ, sed ipse faciebat ista, quia erat legislator referens intẽtionem Dei ad populum.

Pro primogenitis qui aperiunt omnem vuluam. Ideſt pro omnibus primogenitis Israelitarũ. Illi enim tenebantur Deo ad ministrandum coram illo, tanquam serui sui, quia redemit eos a morte. voluit tamen commutare, vt acciperet sibi tribum Leui totaliter, quæ non fuerat maculata labe idolatriæ, reliquis tribubus maculatis in fabricatione, & adoratione vituli in monte Sinai, ideſt solum Leuitæ fuerunt vltores huius scelęris cum Moyse, occidentes omnes in quibus apparebat signum idolatriæ, vt patet Exodi capitu. 32. ista est positio communis, scilicet, quòd Leuitæ quasi non peccauissent in idolatria fuerint a Deo electi. sed an peccauerint ipsi, sicut aliæ tribus in idolatria, vel quãtum, & quare Deus non accepit primogenitos omnium tribuum, sed aliquam vnam tribum totam, & quare potius totam tribum Leui quàm aliquam aliã: fuerunt positę causæ verę satis late supra 3. cap. q. 18. vsque ad 30.

De ista redemptione primogenitorum & commutatione, & quomodo omnes primogeniti qui tunc erant in Israel, & postea futuri essent, deberẽtur Domino, & an omnes siue primogeniti, siue non primogeniti descendentes de genere illorum primogenitorũ liberati fuerant in Aegypto deberentur Domino, vel soli primogeniti descẽdentes ex eis, & de multis aliis in hunc modum, satis late dictum est supra cap. 3. vbi agitur de ista commutatione, & redemptione primogenitorum.

Primogeniti quare dicit aperire vuluã.

Qui aperiunt omnem vuluam in Israel. Ideſt, qui primo egrediuntur de vtero inter filios Israel. Dicũtur enim primogeniti aperire vuluam, quia quamquam aperta fuerit ad cognitionem carnalem cum susciperetur semen, tamen apertio quæ est in effusione infantis ab vtero maior est. Ideo dicitur tũc aperiri, quia claustra virginea necessario rumpuntur, nisi miraculum adsit. In conceptione autem, & suscipiendo semen non semper rumpuntur claustra. satis enim faciliter cum omni carnis integritate, & virginitate mentis ac corporis mulier cõcipere potest susceptо semine. de quo satis dictum est in libro nostro de quinque figuratis paradoxis. Et accipitur hic aperiri omnem vuluam, s. in hominibus. Nam pro primogenitis qui aperiunt vuluam brutorum non fuerũt dati Leuitę, sed solum pro primogenitis hominum, pecora autem sola data sunt ipsorum pro omnibus pecoribus primogenitis Israelitarum, vt patet supra cap. 3.

Tantum primogenita in filijs Israel, et non in alijs gentibus sunt Dei. Et quomodo erant applicati ei. Quæst. XXI.

ET cum dicitur hic, ꝙ omnia primogenita in filiis Israel sunt Dei intelligitur, ꝙ non in alijs gentibus. Non erant enim in aliis nationibus primogenita obligata Deo. Nam quamquã omnes, tam primogeniti quam non primogeniti possessio Dei sit: tamen hic intelligitur de speciali modo pertinendi ad eum ſm aliquam obligationem, & hoc non erat in aliis hominibus, nisi in primogenitis, quia Deus solum redemerat primogenitos de Aegypto, cum ipsi soli occiderentur ab Angelo exterminatore vt patet Exo. c. 12. In alijs autem gentibus primogeniti necnon primogeniti non erant Deo obligati, quia non redemerat eos a morte, sicut primogenitos Israelitarum in Aegypto. Ideo quãtum ad ipsum modum obligationis, etiam si Deus accepisset aliam gentem, sicut Iudęis tribuit, non potest eis imponere, ꝙ primogeniti redimerentur, vel applicarentur ei, quamꝙ absolute, vel ex alia causa potest hoc fieri. Item in nouo testamento non potuit ista lex poni ex eadem causa, nam quamquam nos per Christũ redempti sumus, & propter hoc ei teneamur immẽsum: tũ non magis tenentur primogeniti quam non primogeniti, cũ omnes ęqualiter participent redemptionem, quantũ ad sufficientiam non quantũ ad efficientiã. Primogenitis igitur nulla debuit imponi super hoc maior difficultas quam cæteris. Item quia Israelitę dabant preciũ pro primogenitis, quia liberati fuerãt a morte corporali, nos autem non fuimus liberati a morte corporali, sed a spirituali: ideo non conueniebat talis lex. Item quando dicitur hic de primogenitis Israelitarũ, quòd erant redimendi, quia pertinebant ad Deum, non solum intelligitur de primogenitis Israelitarum ex genere, sed etiam de primogenitis conuersorum, sicut fuit declaratum supra cap. 3. & hoc siue essent de Aegyptijs, siue de alijs gentibus conuersi. causæ horum ibidem positæ sunt, vocantur autem hic primogenita filiorum Israel, ideſt omnium qui erant in ritu Iudaico, siue essent Iudęi ex genere, siue non, nã ex hoc quòd conuersi erant iubijciebantur legibus Israelitarum. *Tam in hominibus, quæm in iumentis.* Ideſt non solum ista primogenita data sunt de hominibus, sed ẽt de animalibus brutis, & etiam post hoc danda erant. causa huius erat, quia non solum Deus eripuit a morte in Aegypto primogenita Israelitarum, sed etiã primogenita pecorum suorum. quamquam autem dicatur hic, quòd primogenita iumentorum redimenda erant, non est intelligendum de omnibus iumentis, sed solum de tribus speciebus pecorum immolaticiorum, scilicet de ouibus, bobus, & capris. Quare autem reliqua non redimerentur, aut offerrẽtur declaratum fuit Exodi 34. & supra cap. 3. asinus vero his superadijciebatur, quia primogenita asinorum quamquam nõ essent immolaticia redimebantur, scilicet, quòd commutabantur oue, vt patet Exodi cap. 13.

Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Aegypti. Ideſt, quãdo Deus percussit primogenitos Israelitarũ & primogenita pecorum suorum, quia non solum liberati sunt viri, sed etiam pecora. fuit autem ista percussio die quo exierũt Israelitę de Aegypto, quia occidit tunc Deus omne primogenitum in terra Aegypti, vt patet Exodi c. 12. fuit ista plaga vltima propter hoc, ꝙ Aegyptij occiderant filios Israelitarũ in flumine suffocantes, vt patet Exodi cap. 1. *Sanctificaui eos mihi.* ideſt applicui ad me, quoniam sãctificare est aliquid ad dominum applicare, & nõ est ista sanctificatio, ita quòd primogeniti essent applicati Deo ministrando aliquando, sicut postea fuit in Leuitis, nunquam enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

post illam obligationem Deo ministrauerant. Sed erant applicati Deo, quantum ad hoc, ꝙ essent obligati Deo ministrare, vel dare alios ministros loco sui, & istud non erat in aliis Israelitis postquam applicati sunt Leuitæ Deo loco omnium primogenitorum Israel, fuerunt etiam sanctificati Deo omnes primogeniti, quia quamquam non essent iam appliciti Domino quantum ad hoc, ꝙ obligarentur dare pro se ministros, vel ipsi ministrare, erant tamen obligati ad hoc, ꝙ soluerent singuli quinque siclos pro seipsis, vt patet supra capit. 3. ad quod non erant obligati alii de populo.

Et sciendum, ꝙ isti primogeniti a Deo accepti fuerant, vt ministrarent sibi ex die quo percussit primogenita Aegyptiorum. quod intelligendum est quantum ad obligationem, quæ tunc nouiter innascebatur, tamen sine obligatione aliqua a principio primogeniti Domino ministrabant: ipsi enim erāt sacerdotes, sicut fuit declaratum Gene. 14. cap. de Melchisedech qui erat sacerdos Dei, eo ꝙ esset primogenitus Noe, tunc tamen non sanctificabat Deus sibi primogenitos, sed ipsi se sanctificabant Deo, cum libere offerrent nondum obligati, nunc vero Deus sanctificabat sibi primogenitos, quia erant iā sibi obligati propter susceptum beneficium, ideo quamquā ipsi nollent, Deus illos ad se applicaret.

Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel. Id est accepi Leuitas in commutationem pro omnibus Israelitis, quia quamquam alii deberent ministrare: Deus tamen non acceptauit eos, sed solum Leuitas, quod fuit facilius populo. Nam si omnes primogeniti Israelitarum fierent ministri Dei, crescerent numerus ministrorum in immensum, datis autem Leuitis solis, & ꝙ postea alii primogeniti Israelitarum redimerentur dato precio, & non applicarentur Deo, nō crescerent numerus ministrorum ad tantam multitudinem. Conuenientius ergo fuit accipi Leuitas pro omnibus primogenitis, quam accipi ipsos primogenitos Israelitarum in singulis tribubus, & familiis.

Tradidique eos dono Aaron, & filijs eius. Id est Leuitas acceptos pro primogenitis Deus tradidit Aaron, & filiis suis. non solum alii Leuitæ fuerant accepti pro primogenitis, sed etiam Aaron, & filii sui, & Moyses, vt declaratum fuit supra c. 3. omnes autem hos Leuitas non potuit Deus dare Aaron, & filiis suis, quoniā ipse Aaron, & filii eius erant de istis Leuitis, sed dedit omnes alios eis propter ipsos, & dicitur, ꝙ tradidit eis dono, id est donando, quia Deus imposuerat onus totius ministerii super Aaron, & filios suos. Cum autem dederit eis Leuitas, vt adiuuarēt ipsos, dicebatur dono dare.

De medio populi. Id est dedit Leuitas Aaron educendo eos de medio populi, quasi dicat prius erant Leuitę, sicut populares non habentes aliquam specialem Dei ministrationem. postea cum Deus fecit illos esse suos ministros. dicitur separauisse eos de medio populi, id est ab aliis popularibus distinguendo eos in diuersitate ministrationis eis traditę quam non habebant alii Israelitę. *Vt seruiant mihi pro Israel.* Id est vt seruiant loco primogenitorum Israel. nam quamquam totus Israel deberet dare Deo ministros, tamen non accepti sunt hic Leuitæ a toto populo, sed loco primogenitorum, vt supra patet. tamē cum acciperentur pro primogenitis dicebantur accipi pro Israel, quia totus Israel tenebatur dare primogenitos suos ad ministrandum.

In tabernaculo fœderis. Id est, vt seruiant Leuitę in tabernaculo, non quidem, quòd facerent aliquam ministrationem in tabernaculo, sed quòd seruirent portando tabernaculum, & vasa eius, sicut supra declaratum est, nulla enim alia ministratio competebat Leuitis, & accipitur tabernaculum fœderis pro toto Sanctuario, quia non solum ministrabant Leuitę portando tabernaculum, & vasa eius, sed etiam portando totum atrium cum vasis quę in eo erant, vt patet supra cap. 3. & 4.

Et orent pro eis. Id est Leuitæ orabunt pro filiis Israel, quia seruiebant loco eorum, & sustentabantur de iuribus, & reditibus receptis ab Israelitis.

Ne sit in populo plaga si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium.

Accedentibus Israelitis ad ministrandum in officio sacerdotali, vel Leuitico quomodo punirentur vtrique. Et Deum tulisse Leuitas pro primogenitis Israel quomodo intelligitur. Et quomodo Moyses & Aaron non omnino potuerint resistere Chore.

Quæst. XXII.

ISTA litera potest dupliciter legi, vno modo per se, & tūc refertur ad literam superiorem, scilicet tuli Leuitas pro primogenitis Israelitarum, quasi dicat, ideo accepi Leuitas pro primogenitis Israel, quia non erant mihi grati, & si accederent ad Sanctuarium meum occiderem eos.

Sed iste sensus non est conueniens, quia si Deus semel accepisset primogenitos Israelitarū in ministros non occideret eos, quamquam accederēt ad Sanctuarium, nisi in aliquo alio delinquerent, alioquin Deus esset valde irrationabilis si acciperet eos ad occidendum ipsos, iubens illis id, per quod necessario morte incurrerent. Adhuc est inconueniens, quia dicitur in litera. si ausi fuerint accedere, ille autem qui audet accedere contra prohibitionem audere dicitur. si tamē primogeniti Israelitarum acciperentur a Deo in ministros non dicerentur audere accedere, quia non esset prohibitum eis, ideo iuberetur, quòd accederent cum mandarentur, quòd ministrarent, ideo secundū istum sensum deberet dici si accesserint, & nō si ausi fuerint accedere. legatur continuata cum superiori sub eadem clausula, s. quòd Leuitæ orent pro Israelitis ne sit in populo plaga, si ipsi fuerint ausi accedere ad Sanctuarium.

Et adhuc secundum hunc modum potest intelligi dupliciter. Primo modo, quòd Leuitæ orarent pro Israelitis, quòd quamquam aliquando accederent ad Sanctuarium Deus nō occideret illos. Sed iste sensus non stat, quia cum aliqui de Israelitis accederent ad Sanctuarium, aut hoc fieret per negligentiam Leuitarum, s. quia ipsi consentiebant, quòd populares accederent, vel non curabant prohibere, aut esset potentiam ipsorum popularium inualentium cōtra Leuitas. Si primo modo, tam Leuitę quam ipsi Israelitę introeuntes rei mortis erant, & super Leuitas principaliter veniebat illud peccatum, sicut veniret super sacerdotes si permitterent alios non sacerdotes ministrare in ordine sacerdotum, sic patet infra 18. ca. cum dicitur. dixit Dominus ad Aaron, tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij, & tu & filij tui, simul substinebitis peccata sacerdotij nostri, id est omnia peccata, vel errores qui fierent in Sanctuario volentibus accedere ad faciendum aliquid de officio sacerdotali vel Leuitico, sustinebunt ipsi Leuitæ, & sacerdotes, si ipsis volentibus, aut ex negligētia hoc fieret, & si aliquis de Leuitis negligentia sacerdotum intromitteret se ad ministrandum in ordine sacerdotali, peccabat ipse Leuita, & sacerdotes quorum negligentia hoc accideret, atque punirētur simul. sic patet eod. c. cum dr. excubabunt Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita dum taxat, vt ad vasa Sanctuarii, & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.

Si autem accederēt populares ad ministrationem Leuitarum per potentiam opprimentes Leuitas, peccatum non esset Leuitis, sed in popularibus, & ipsi soli perirent, sicut patet de rege Ozia qui offerre voluit thymiama coram Domino, & resistentibus ei sacerdotibus cum conaretur semper offerre percussus est lepra in fronte, vt patet 3. Reg. capit. 15. & non solum punirentur illi qui vellent ministrare, sed etiam populus si consentiret, vel non prohiberet illos a præsumptione sua, & propter hoc cum populus Israel non repressisset Chore, & socios eius volentes ministrare in ordine sacerdotali, sed potius contra Moysen, & Aaron insurrexisset dicens, ꝙ ipsi occiderant eos qui cremati fuerant offerendo thymiama, vastatus est ex magna parte, quoniam combusti sunt 14. millia & septingenti ex eis, vt patet infra 16. cap.

Sed dicet aliquis quomodo ergo Moyses, & Aarō permiserunt facere officia sacerdotalia Chore, & socijs suis. debuissent enim resistere, & tamē ex hoc nō fuerunt a Deo puniti. Respondendum est, ꝙ Moyses, & Aaron satis restiterunt Chore, & sociis suis, vt desisterent ab hoc incepto, sed noluerunt. per potentiam autem nequibant illos comprimere, quia illi erāt valde multi. Ideo Moyses motus a Domino, vt ipse daret signum manifestum quos elegisset ad sacerdotiū dixit, quòd separaretur Aaron cum filijs suis in partē vnam, & Chore cum socijs in partem alteram, & offerrent thymiama: tunc enim videretur quos Deus acceptaret: non ergo peccauerunt, quia iussu Dei credendum est hoc fuisse factum, vt manifestaretur miraculum eius, sicut immediate comprobatum est. de hoc infra 16. cap. si tamen Aaron simpliciter permisisset Chore cum sociis suis accedere ad ministrandum, siue cum ipso Aaron, siue sine ipso, grauiter peccauisset, & esset reus mortis.

Licebat populo aliquibus temporibus accedere sine plaga ad Sanctuarium. Quæst. XXIII.

SCIENDVM, quòd quando hic dicitur, quòd erit plaga in populo si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium. non est intelligendum, ꝙ quandocunque accederet populus ad Sanctuarium esset plaga, quia non solum licebat accedere, immo etiam introire in atrium vsque ad ostium tabernaculi omnes quippe offerentes perueniebāt vsque ad ostiū tabernaculi, oblationem suam ibi Domino præsentantes, vt patet per totum Leuiticum.

Item licebat popularibus, quando offerrēt hostias pacificas comedere intra Sanctuarium partes sibi pertinentes ex eis. sic patet Deuteron. 12. c. & 16. s. ꝙ offerentes comederent coram Domino, & lętarentur, hoc autem erat coram tabernaculo intra atrium. Itē patet hoc, quia carnes hostiarum pacificarum deditæ offerentibus coquebantur intra Sanctuarium, vt patet 1. Regum c. 2. vbi filii Heli accipiebant de caldaria, vel lebete de inter partes proferentibus offerentibus, & propter hoc conquerebantur offerētes, ergo intra Sanctuarium comedebantur carnes istę, quia non comederentur ibi, nisi comederentur: ergo non erat illicitum popularibus accedere ad Sanctuarium. Sed est sensus, si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium, id est, ad aliquam de ministrationibus Sāctuarii, siue ad ministrationes Sanctuarii, siue sacerdotales, siue Leuiticas. vnde nemo de popularibus poterat se intromittere ad erigendum, & deponēdum tabernaculum, nec ad portandum vasa illius, aut ad excubandum, & cætera tādum in circuitu illius. Hęc enim omnia pertinebant ad ministrationes Leuiticas, vt patet sup. c. 1. non ergo tenet iste sensus, s. ꝙ orarēt Leuitæ, vt Deus non puniret Israelitas, si aliquando auderent accedere ad Sanctuarium ad ministrandum, quia in hoc daretur audacia ipsis popularibus. Sed est sensus, ꝙ orent pro Israelitis ne sit plaga in eis si ausi fuerint accedere id est orent, vt Deus non permittat illos incidere in hāc præsumptionem, vt accedere velint, quia si accesserint morientur. Et iste est sensus conueniens. Aliquando enim Deus permittit aliquem cadere in peccatum, quia nec ipse, nec alius orauit pro eo, vt non permitteretur cadere. Cum autem oratur pro aliquo instātissime ne cadere permittatur Deus placatus exaudit, & non permittit cadere. sic autem de Israelitis, nisi enim pro eis orauerint Leuitæ, forte aliquando exigētibus peccatis suis permitterentur accedere ad Sāctuarium, & morerentur. Leuitis autem exorantibus non permittebantur.

Feceruntque Moyses et Aaron, & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitas quæ præceperat Dominus. Hic ponitur epilogus præcedentium, s. ꝙ Israelitæ fecerūt omnia quæ fieri iussa erant circa Leuitas: supra enim solum mandatum positum fuerat, hæc autem est executio, & ne repetantur omnia superiora ponuntur sub epilogo: & dicitur quòd Moyses & Aaron, & Israelitę fecerunt super Leuitas, id est de Leuitis quæ iusserat dominus. singuli enim istorum aliquid fecerūt, qa Moyses accepit Leuitas de medio Israel, & portauit eos ad Sanctuarium, ac obtulit corā Aaron, & filiis eius duos boues cum eis, vnum in holocaustum, & alterum ꝓ peccato: Aaron quoq; aliquid fecit, quia susćepit Leuitas de manu Moysi, & Israelitarum, eleuauitq; eos coram Domino atque pro illis orauit, vt purificati accederent ad ministerium tabernaculi. Israelitę etiam aliquid fecerunt, s. ꝙ cum Moyse obtulerūt ipsos Leuitas in cōmutationem pro primogenitis suis, & manus imposuerunt eis, quando oblati sunt.

Purificati sunt, & lauerunt vestimenta sua. Hic declarāt, quod fuerat dictum sub epilogo. purificatio enim significat tres ritus, s. lotionem vestium, & aspersionem aquæ lustrationis, & rasionem pilorum totius corporis, vnum tamen eorum exprimitur hic. s. de lotione vestium, ideo purificare signat alia duo: quamquam aliqui volunt, quòd purificatio etiam signet ritum oblationis factæ pro Leuitis, non stat, quia hic ponit litera duo, s. purificationem, & consecrationem: purificatio pertinet ad illa quæ facta sunt antequam introirēt Leuitæ in Sanctuarium. Cōsecratio autem ad ea quæ facta sunt post introitum in Sanctuarium. *Et lauerunt vestimenta sua.* Ista lotio intelligitur in aquis viuētibus, quamquam aliqui dicere volūt, quòd intelligatur de aquis lustrationis.

Purificatio significat tres ritus.

Sed hoc nullo modo stat, qa aquæ lustrationis erāt solum ad aspergendum, & non erant ad lauandum, ideo quandocunque dicitur de aquis lustrationis nō dicitur, quòd lauabitur aliquis, sed quòd aspergetur aquis, sic patet supra de Leuitis cum dixit, quòd aspergentur aqua lustrationis. Idem patet infra cap. 19. vbi de istis aquis fit mentio: nec enim poterant accipi conuenienter aquę lustrationis ad lauandū, quia erāt ipsę commixtæ cineribus, vt patet infra cap. 19. Ideo magis vestes coinquinarentur in illo si lauarentur, quam abluerentur. Ad aquas ergo viuētes pertinebat ista ablutio.

Eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini. Id est eleuauit Leuitas. non est intelligendum, quòd omnes Leuitas eleuauerit Aaron: non enim posset eleuare, potissime quia erant valde multi. Sed eleuauit aliquos eorum nomine omnium: non enim requirebatur, quòd fieret ista eleuatio in quolibet, quia non erat aliquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis actus purificationis Leuitarum, sed erat quædã ceremonia oblationis, & quia per oblationem Leuitæ applicabantur Deo, & obligabantur ad ministrandum, sufficiebat constare de eis, quòd volebant obligari, & nulla alia existente ceremonia obligarentur. fiebat tamen ista eleuatio propter formam oblationis, ideo in quibusdam sufficiebat obseruari. fiebat autem ista eleuatio in conspectu Domini, idest coram ostio tabernaculi, quia ibi fiebant omnes oblationes, & erat ad figuram aliarum oblationum, quia quandocunque offerebatur aliquid, sacerdos eleuabat illud coram domino, quia erat ista ceremonia quædam, vt Deus acceptaret oblationem, & quia Leuitæ erant dati tanquam quædam oblatio, conueniens erat, vt eleuarentur coram domino. *Et orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia sua.* Idest Aaron, quando suscepit Leuitas de manu Israelitarum orauit Dominum, vt ingrederentur ad officia sua purificati, idest, vt acceptaret eos, nquam purificatos. non est sensus, quòd Aaron oraret, vt essent purificati Leuitæ. Nam antequam ipse oraret iam purificati erant, non ergo oraret pro hoc, ut iã esset, præcipuè quia istud dependebat ex actu ministro, s. purificare, vel non purificare Leuitas, nemo autem oraret pro eo, quod totaliter in sua potestate situm est. sed orauit, vt ingrederentur purificati, idest, quòd facta ista purificatione Deus acceptaret Leuitas tanquam perfecte purificatos ad ministrãdum. Quia quamquam esset facta ista purificatio in Leuitis nesciebat Aaron, an sufficeret, ideo orat Deum, vt facta solum hac purificatione acceptet Leuitas tanquam perfecte purificatos, & non infligatur eis aliqua pœna propter imperfectam purificationem.

Ingrederentur ad officia sua. Idest inciperent facere officia sua, quia non ingrediebantur ad locum aliquem ad ministrandum, sed accipitur hic ingredi, idest incipere.

In tabernaculum fœderis. Idest, quòd ingrediantur ad officia sua in tabernaculum. vocauit officia plura, quia non erat eadem ministratio omnium Leuitarum, sed secundum, quòd erant tres familiæ, ita erant distincta tria officia, vt patet supra ca. 3. & 4. vel accipiuntur officia pro diuersis actibus, qui omnibus Leuitis conueniebant, s. erigere tabernaculum, & deponere, atque portare, & in circuitu illius excubare, quilibet enim de Leuitis hæc omnia faciebat. sic patet supra cap. 1. Sed solum distinguebãtur in hoc, quòd portatio quarundam partium Sanctuarii pertinebat ad quosdam Leuitas, & portatio aliarum partium pertinebat ad alios. sic patet supra cap. 3. & cum dicitur, quòd ingrediantur in tabernaculum fœderis. non est sic intelligẽdum, sed quòd Leuitæ ingrediebantur ad officia sua, idest incipiebant ministrare in officiis suis, & hoc in tabernaculum fœderis, idest ista officia erant in tabernaculo, s. in portando res tabernaculi, intra tabernaculum autem nihil faciebant, nec ingrediebantur vnquam illuc, immo si ingrederentur morerentur. sic patet supra cap. 4. vbi dicebatur, quòd si viderent nuda vasa Sanctuarii morerentur, & tamen si ingrederentur in tabernaculum necesse erat, quòd viderent vasa nuda, ergo morerentur. & accipitur large tabernaculum fœderis pro toto Sanctuario, quia ita portabant Leuitæ partes atrii, sicut partes tabernaculi.

Coram Aaron, & filijs eius. Idest, quòd ministrarent Leuitæ coram Aaron, & coram filius suis, s. iubentibus eis: nam Eleazar erat princeps familiæ Caath, & ad præceptum eius mouebantur omnes Caathitæ in officiis suis. Ithamar autem erat princeps super familiam Gerson, & Merari, & ad præceptum eius ministrabant omnes qui de his familiis, ideo coram Aarõ, & filiis eius dicebantur ministrare, quia ad eorum præceptum, & propter hoc dicebatur supra, quòd Leuitæ fuerant donati Aaron, & filiis suis, s. vt seruirent eis in illis quæ iuberent, vel dicitur. coram Aaron, & filiis suis, idest in præsentia eorum, quia videntibus ipsis faciebant Leuitæ omnia ministeria sua.

Sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. Iste est epilogus omnium precedentium. Postquam enim aliqualiter in speciali declarata est executio mãdati, subditur hic generaliter, quòd omnia quæ præcepit Dominus de Leuitis facta sunt.

Locutus est Dominus ad Moysen. Supra fuit posita applicatio Leuitarum ad Dominum, vt ministrarent, hic autem ponitur quædam regula de ætate ministrãtium. *Hæc est lex Leuitarum.* Idest ista lex est distincta Leuitarum secundum officia quãtum ad ætates suas.

A 25. annis, & supra ingredientur, vt ministrent. Idest postquam compleuerint annum 25. & vsque ad quagesimum ingredientur, vt ministrent, idest ministrabunt, vel incipient ministrare.

Quo anno debebant Leuitæ ministrare.
Quæst. XXIIII.

SED dicet aliquis quomodo iubetur hic, quòd Leuitæ ab anno 25. ministrarent, quia supra 4. cap. dicitur quòd inciperent ministrare ab anno trigesimo.

Respondendum est, quòd ministratio Leuitarum incipiebat in anno 30. vt patet supra cap. 4. tamen post completum annum 25. incipiebant Leuitæ assuefieri ad ministrationem, vt videretur, an essent apti, vel inepti ad hoc, & cum peruenissent ad annum 30. si reperirentur idonei ministrabãt principaliter, alioquin expellebantur. hic autem computatur tempus in quo incipiebant assuefieri ad ministrandum.

Quare Leuitæ tempore Dauid cæperunt ministrare anno 20.
Quæst. XXV.

SED dicet aliquis, quòd Leuitæ ministrabant ex anno 20. vt patet 1. Paralip. 23. Sic enim ordinauit ibi Dauid.

Respondendum est, quòd ante tempus Dauid Leuitæ semper ministrauerunt ab anno 30. vsque ad quinquagesimum. Dauid tamen in senectute sua statuit cum toto Israel, vt Leuitæ ministrarent ab anno 20. & redditur causa in eo. c. s. quòd iam Dominus dederat requiem Israel, & non erat officium Leuitarum vlterius portare Sanctuarium de loco in locum, ideo sufficiebat, q; Leuitæ ad ministrandum computarentur ab anno 20. quasi dicat, q; quando erant Leuitæ portantes Sanctuarium de loco in locum erant officia eorum onerosa, vnde non sufficerent ad illa iuuenes teneri qui erant in anno 20. sed requirebatur robur maioris ætatis, s. 30. anni. Cum vero cessatum est a portatione Sanctuarii manentibus solum officiis ianitorum, & cantorum atque similium sufficiens erat a 20. anno computari Leuitas, & propter hoc Dauid ad ampliandum cultum Dei mutauit Leuitarum ætatem pro ministrantibus. Cum dicitur hic a 25. annis, & supra, non est intelligendum, q; in toto tpe s. 25. annum ministrarent Leuitæ, quia cũ peruenirebant ad annum quinquagesimũ ministrare desinebant, vt patet.

Cur numeratio Leuitarum aliquando fit ab anno 30. aliquando a 25. *Quæst. XXVI.*

SED adhuc dubium est circa id, quod aliqui dixerũt supra de numeratione Leuitarum, quia supra 4. cap. iubentur numerari ab anno trigesimo hic vero a 25.

Aliqui dicunt, quòd istud fuit, quia supra 4. cap. ponitur numeratio Leuitarum ad portãdum onera. hic autem ponitur numerus eorum ad commutandum pro Israelitis, & ideo accipitur alia ætas.

Dicendum, quòd non stat. primo quia Leuitæ semel numerati fuerant ad commutandum pro Israelitis supra 4. capit. ideo non oportebat iterum ad hoc numerari. Secundo quia Leuitæ ad commutandum pro primogenitis computati fuerunt ab vno mense, & supra, vt patet supra 3. cap. Sed hic computantur ab anno 25. ideo non numerantur ad commutationem. Tertio quia dicitur hic: hęc est lex Leuitarum a 25. annis, & supra ingredientur, vt ministrent. ergo ista numeratio non erat ad commutandum Leuitas pro primogenitis, sed ad laborandum in operibus Sanctuarii. Quarto quia in numeratione illa quę fit ad commutandum Leuitas non ponitur aliquis terminus a parte post, sed dicitur ab vno mense, & supra, vt patet supra 3. cap. sed in ista numeratione ponitur terminus a parte ante, & a parte post, quia dicitur a 25. anno vsq; ad 50. vt patet in litera. ergo nõ est ista numeratio ad commutationem Leuitarum.

Alii dicunt, quòd fit ista computatio ad sciendum, numerum Leuitarum, illa autem quæ habetur supra 4. fiebat ad inueniendũ eos qui portarent onera, ideo est diuersa.

Dicendum, quòd etiam istud non stat. primo, quia siquis vellet stare numerum Leuitarum simpliciter deberet computare eos a primo die natiuitatis suæ, quia illi iam erant Leuitæ, & tamen hic non computantur sic.

Secundo, quia siquis vellet numerare Leuitas ad sciendum quot sunt, quando illi habent nomina, & numerum iuxta cõsuetudinem Israelitarum deberet eos numerare ab anno vicesimo, quia illo tẽpore trãseunt Israelitæ ad nomen, & numerum Exodi 30. ca. & tamen numerantur hic a vigintiquinque, ergo nõ fit ad hoc.

Tertio quia Leuitæ habent propriam numerationem, ideo etiam si numerentur ad inueniendũ quot sunt non numerabuntur a viginti annis, & supra, sed ab vno mense, & supra. sic patet infra 26. vbi in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto numerati fuerũt omnes Israelitæ a viginti annis, & supra ad sciendum quot erant. Leuitæ autẽ numerati fuerunt ibi ab vno mense, & supra, & non fuerunt numerati ad commutandum pro primogenitis Israelitarum, quia iam fuerat facta ista commutatio, nec etiam ad portandum onera, quia non conuenit illi ætati, sed solum numerati sunt ad sciendum quot erant, quasi illa numeratio sit propria Leuitis. sic Israelitis est proprium numerari a viginti annis, & supra, ad hoc, quòd sciatur quot sunt. supra 1. cap. quia illo tempore transeunt ad nomen, & numerum Exodi 30.

Quarto, quia dicitur hic in litera, quòd Leuitæ a vigesimoquinto anno, & supra ingredientur, vt ministrarent. ergo non erat ista numeratio ad sciendum quot erant, sed ad signandum ministrationis tẽpus.

Quinto quia si numerarentur ad sciendum quot erant poneretur terminus a parte ante quicunque ille esset, sed nullus poneretur a parte post, quia postquam aliquis incipit esse de populo, vel habere nomẽ, & numerum, nunquam desinit habere vsque ad mortem, & tamen hic dicitur, quòd fieret ista numeratio ab anno vigesimoquinto vsque ad quinquagesimũ, ergo non fiebat ad sciendum quot erant Leuitæ.

An numeratio Leuitarum fiebat ad ministrandum.
Quæst. XXVII.

DICVNT alii, quòd fiebat ista numeratio ad ministrandum, & etiam illa quæ habetur supra 4. cap. & tamen ibi numerantur Leuitæ a 30. anno, quia accipiuntur ad operationes duras, s. portando onera, hic autem numerantur ad operationes faciliores, in quibus sufficit minus robur, ideo numerantur ab anno 25.

Sed dicendum, quòd non stat. primo quia si numerarentur ad tales ministrationes nõ fieret numeratio a 25. anno, sed potius a vicesimo, quia ita Dauid numerauit Leuitas ad officia Sanctuarii, quando iam cessauerant portare Sanctuarium 1. Paralip. 23. cap. & declaratum est supra quæst. 26. & tamen hic numerãtur ab anno 25. ergo non erant istę ministrationes faciles sed durę.

Secundo quia præsupponit falsum, s. quòd essent aliquę alię ministrationes, vt ianitorum, ianitorum, thesaurariorum, quia istę ministrationes non fuerunt institutę tempore Moysi, sed postea Dauid distinxit omnia hęc officia, vt patet 1. Paralip. 14. cap. vsque ad 27. sed tempore Moysi Leuitæ solum habebant officium portandi Sanctuarium, vt patet supra 3. & 4. ergo ista numeratio non fieret ad aliquas faciles ministrationes, sed ad portandum Sanctuarium.

Tertio quia ista numeratio, & illa quę habetur supra 4. cap. habent eundem terminum a parte post, s. annum 50. ergo videtur, quòd ad easdem ministrationes fit, & tamen numeratio facta supra 4. cap. fit ad portandum onera, ergo etiam ista.

Quarto quia si fieret ista numeratio ad ministrationes faciles, sicut habet alium terminum a parte ante quam nnmeratio ad dura quæ habetur supra 4. capit. ita haberet alium terminum a parte post, s. sexagesimum, vel 70. annum, & tamen ponitur annus 50. terminus a parte post, sicut in numeratione posita supra 4. cap. ergo non erat numeratio ista ad ministrationes faciles.

Quinto quia quando Dauid numerauit Leuitas ad ministrationes faciles quę non erãt portatio Sanctuarii numerauit eos a viginti annis, & supra, & non fuit positus aliquis terminus a parte post 1. Paralip. 23. & tamen hic ponitur terminus, s. annus 50. ergo nõ ministrabant isti in ministrationibus leuibus, sed in difficilibus.

An numeratio Leuitarum quæ hic fit, differat ab ea quæ habetur supra 4. cap. *Quæst. XXVIII.*

ALII dicunt, quòd differt ista numeratio ab illa quę habetur supra 4. cap. quia licet tã hic quam ibi numerentur Leuitæ ad portãda onera, tamen Leuitę qui erant triginta annorum portabant statim onera, qui autem erãt 25. annorum non portabant onera statim, sed a 25. vsque ad trigesimum annum ministrabant in officiis portandorum onerum, sed nondum illa portabant, cum autem peruenirent ad annum tricesimum portabant statim onera.

Dicendum, quòd non stat, quia opus portandorum onerum non erat alicuius dimcultatis ad sciendum illud, sed solum opus erat robore ad executionem.

Secundo quia dato, quòd aliquod tempus esset necessarium ad instruendum in illis, tamen illud esset paruum, non autem quinque annorum, s. a vicesimo quinto vsque ad tricesimum. ergo ad aliud fiebat ista differentia.

Tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio quia tunc illi qui essent triginta annorum, & vltra tempore quo facta est numeratio in monte Sinai ipsorum Leuitarum ad portandum onera, non statim portarent illa, sed per quinque annos instruerẽ turin officiis suis, quia non erat facilius homini triginta annorum scire officium portãdorum onerum quam homini vigintiquinq; annorum, sed iuxta istã positionem homini 25. annorum dabantur quinque anni ad addiscẽdum istud officium. ergo etiam quinque anni concederentur hoĩ triginta annorum. Hoc autẽ dato, sequeretur quòd quando castra mota sunt de monte Sinai nullus portaret Sanctuariũ, quia omnes Leuitæ addiscerent portare onera, & nemo portaret adhuc, quod est falsum, quia statim post istã numerationem, non per viginti dies portauerunt Leuitę Sanctuarium. quod patet, quia numeratio tam Israelitarum quam Leuitarum cępit prima die mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto supra 1.ca. recesserunt autem Israelitæ de monte Sinai die vicesimo mensis secundi eiusdem anni infra 10.capitu.& portatum fuit tunc Sanctuarium a Leuitis eod.cap.ergo non fuerint vigint dies intra numerationem Leuitarum, & portationem Sanctuarii. non igitur concessum fuit Leuitis 30. annorum aliquod tempus ad addiscendum officium portandorum onerum, & cõsequenter neque concederetur tẽpus aliquod Leuitis qui erant 25.annorum.

Quarto quia si statueretur tempus aliquod in quo inciperent Leuitę addiscere officium portandi onera non esset ab anno 25.sed a vicesimo, vel prius, quia licet tunc non possent portare onera, possent tamen addiscere officium portandi.

Quinto quia videtur, quòd nullum tempus debuit assignari in quo Leuitæ inciperẽt addiscere officium suum, quia per hoc potius pręstaretur illis causa ignorandi. Nam inter Leuitas erant iam distincta officia, & onera per familias suas supra 3. & 4.cap. ideo certũ erat quid competeret cuilibet Leuitæ statim a natiuitate sua de oneribus Sanctuarii, propter quod statim, vt essent pueri alicuius discretionis incipiebant addiscere ea quę pertinebant ad officium suum. si autem statueretur eis terminus a quo inciperent, non inciperent prius instrui, & sic periret multum de tempore. non igitur iussum est, quòd a 25.anno Leuitæ inciperent instrui ad portandum onera.

Sed qui tenent istam positionem mouẽtur ad hoc, quia dicitur in litera a 25.annis, & supra ingrediẽtur, vt ministrent, s.quia dicit. ingredientur vt ministrent, & non dicitur ministrabunt, vel portabunt onera, & illud ingredi intelligunt esse quãdam dispositionem pręuiam ad ministrãdum, scilicet instrui in officio ministrandi.

Sed dicendum, quòd non stat, quia potius ista litera signat contrarium, quia ingredi significat incipere, & dicitur ingredientur, vt ministrent, ideſt incipiant ministrare. Secundo quia sic dicitur supra 4.cap. quòd numerati a triginta annis vsque quinquaginta ingrediuntur, vt ministrent, & tamen certum est, quòd illi portabant actualiter onera, ergo etiam isti qui numerantur a 25.annis non instruuntur in portandis oneribus, sed ad aliud numerantur.

An ista numeratio Leuitarum fieret, vt videretur an essent apti, vel inepti ad ferenda onera.
Quæst. XXIX.

Dicunt alii, quòd ista numeratio fiebat pro Leuitis, vt in anno vigesimoquinto inciperẽt portare onera, & videretur si erant apti, vel inepti ad istud, qui enim essent apti reciperentur ad hoc cum essent annorum triginta. qui vero essent inepti repellerentur tunc.

Sed dicendum, quòd non stat. primo quia istud officium erat tale in quo nõ erat opus inquiri, an aliquis esset aptus, vel ineptus, quia non requirebatur hic aliquod ingenium, aut industria, sed vires corporales. Ideo statim posset ex habitudine corporis cognosci sine aliquo experimento quis esset aptus, vel ineptus ad hoc.

Secũdo, quia dato, quòd requireretur aliquod experimentum esset illud duorum, vel trium dierum, non autem quinque annorum, scilicet ab anno 25.vsque ad tricesimum.

Tertio quia eodem modo cũ Leuitę essent triginta annorum si ante hoc nunquam portauerant onera deberet similiter experiri de eis, an essent apti, vel inepti ad hoc, quia ita poterat aliquis triginta annorum esse ineptus ad portanda onera, sicut aliquis vigintiquinque annorum. Sed de homine trigenario nemo concedit, quòd fieret experimentum, an esset aptus, vel ineptus, ergo etiam non fieret de illo qui erat 25. annorum.

Quarto quia fieret ista experientia, an quis esset aptus, vel ineptus si deberet quis repelli a ministerio propter ineptitudinem, sed nemo repellebatur, quia non erat istud officium, quod requireret aptitudinẽ aliquam prẽter vires corporales, quilibet autem habet aliquas quidam maiores alii minores, ideo quilibet est aptus ad portanda onera.

Quinto quia repellitur quis propter ineptitudinẽ ab officio, vel dignitate, quando illa pertinent ad honorem personæ. Secus autem quando pertinent ad onus, & seruitutem quandam, portare tamen onera, quod erat officium Leuitarum non erat aliquid pertinens ad honorem, sed ad subiectionem, & seruitutem quandam. ergo nemo repelleretur propter ineptitudinem.

Sexto quia ad sacerdotes pertinebat officium magnę dignitatis, scilicet ministrare in Sanctuario, ideo Deus requirebat in eis magnam aptitudinem, & propter multas maculas repellebãtur a ministrando Leuitici 22.scilicet si fuerit cęcus, vel claudus, si habens parũum, vel grãdem, vel tortum nasum, si pedem fractum, vel manum, si esset gibbus, vel lippus, vel albuginem habens in oculo, vel si scabiem iugem, vel impetiginem in corpore, vel si esset hernioſus. De Leuitis autem non inuenitur, quòd aliqua macula, vel ineptitudo repelleret eos a ministrando. ergo istud officium non requirebat aliquam aptitudinem, vel dignitatem personæ, quia si aliquam exigeret exprimeretur illa, quia in lege Moysi Deus nihil volebat fieri nisi quod ipse expresserat Deute. 12. s. quod pręcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo tuo, neque addas quicquã, neque minuas. Septimo, quia si aliquis inter vicesimumquintum, & tricesimum annum propter ineptitudinem repelleretur, ita & aliquis i anno tricesimo posset esset ineptus, & repelleretur. sed falsum est, quia omnes qui erant ab anno tricesimo numerati sunt sup. 4.ca. ergo nemo repellebat propter ineptitudinẽ siue in 25. siue i 300.anno. Octauo quia si propter ineptitudinem repellerentur aliqui daretur occasio, quòd multi se fingerent ineptos, vt non cogerentur portare onera quod esse nõ debet. Nono quia esset hoc in prędiudiciũ illorum qui essent apti, s.q; soli cogerentur portare omnia onera, quod est inconueniens.

Dicendum ergo, quòd propter ineptitudinem nemo repellebatur, ideſt propter paucas vires, quia & si non tantum portare possent quam illi qui apti, ideſt robustiores erant, adiuuarent saltem eos in aliquo, quod

quod erat conuenientius quam, q; robusti soli onera portarent.

Determinatio auct. ad q.26. de numeratione Leuitarum a 25. anno vsque ad quinquagesimum. Quæst. XXX.

Dicendum ergo videtur, q; numeratio Leuitarum a 25. anno vsque ad quinquagesimum fiebat ad ministrandum in portandis oneribus, sicut illa quæ facta est supra 4.ca. & patet primo, quia dicitur hic, quòd Leuitæ a 25. annis ingrediuntur, vt ministrent, & supra 4.cap. dicitur de omnibus numeratis ibi, q; ingrediebantur, vt ministrarent.

Secundo, quia dicitur hic, q; a vigintiquinque annis vsque ad quinquaginta ingrediebãtur ad ministrãdum. Et tamen si non esset istud in portatione onerũ, quæ sunt opera dura non poneretur annus quinquagesimus, vt terminus huius laboris, sed vel nullus terminus poneretur, vel saltem poneretur vlterius, s. in septuagesimo, vel octuagesimo anno.

Tertio quia termini ijdem ponuntur hic, & supra 4.cap. a parte post, s. annus quinquagesimus, quod nõ fieret nisi esset eadem ministratio, sed supra 4.ca. facta est numeratio ad portandum onera, ergo etiã hic numerantur Leuitæ ad onera portanda.

Quarto patet, quia dicitur hic, q; Leuitę a 25. annis ministrabant, & cum implerent annum quinquagesimum cessarent seruire, custodientes solum quæ sibi commendarentur, opera autem non facerent, & sic patet, q; isti numerati ministrabant a vigintiquinque annis.

Quomodo differt numeratio Leuitarum facta hic, & supra. Et quod erant Leuitarum tres differentiæ.
Quæst. XXXI.

Sed tunc manet difficultas cum istę duæ numerationes sint Leuitarum ad portanda onera, quomodo differunt numeratio quæ habetur hic, & quæ habetur supra 4.capit. ita vt vna sit ab anno vicesimo quinto, & alia ab anno tricesimo?

Dicendum, quòd non satis constat, quia scriptura non continet aliquid vnde euidenter colligamus differentiam istorum.

Sed potest dici, quòd illa numeratio quæ habetur supra 4.cap. fuit facta pro Leuitis qui statim actualiter portaturi erant onera, ista autem fuit facta pro Leuitis qui purificati, vel consecrati fuerunt ad portanda onera. Pro quo sciendum, quòd in Leuitis erant tres differentiæ. Quidam erant deputati ad portanda onera, sed non actualiter consecrati, & purificati. quidam erant qui consecrati erant, & actualiter deputati ad portanda onera. quidam vero ad portandum illa consecrati, vel purificati erant, non tamen statim portabant, licet tenerẽtur pro aliquo tempore portare onera. Amplius considerandum est, quòd cum Leuitę distincti essent per familias, & cuilibet familiæ data essent certa onera supra 4.cap. de quolibet Leuita a prima die natiuitatis suę constabat quę onera pertinerẽt ad eum. Sed dicendum, quòd non statim, vt Leuita esset potens ad onera portanda portabat illa, sed necesse erat prius consecrari, vel purificari, & tunc licite accedebat ad portanda onera. istud patet quia 2. Paralip. 29. dicitur de Leuitis, q; consecrantur ad ministrandum, & etiam sacerdotes consecrantur ad ministrandum, & aliter non ministrant. Et quamuis certum sit de primogenito sacerdotis magni, quòd ille successus sit patri in dignitate, & ministratione Leui. 21. tamen nunquam ministrat in summo sacerdotio, si habet aliquas maculas propter quas prohiberet de quibus habetur Leui. 21. & tamen non poterant actualiter ministrare, neque recipiebantur ad hoc nisi prius consecrati essent, vt patet Exo. 29. & Leui. 8. de Leuitis, ita erat, ideo antequam sequeretur aliqua ministratio ipsorum consecrati sunt, vt patet hic. nam fuit ista consecratio facta in monte Sinai vbi fabricatum est Sanctuarium, & post hæc mota sunt castra, & cęperũt Leuitę portare Sanctuarium infra 10.c. & sic consecratio pręcessit ministrationem.

Et tunc dicẽdum, q; Deus voluit prouidere de Leuitis, vt essent qui possent portare onera Sanctuarii, & ad hoc statuit, q; soli illi qui erant ab anno tricesimo vsque ad quinquagesimum portarent onera, qui vero essent infra 13. vel vltra quinquagesimum nihil portarent, & quia statim mouẽda erant castra de mõte Sinai, & portandum Sanctuarium, fecit Deus numerari omnes Leuitas qui erant ab anno tricesimo vsque ad quinquagesimũ, vt illi statim portarent Sanctuarium, & ista numeratio est quæ habetur supra 4. ca. quia cum isti cito deficerent si haberent alios adiutores, fecit Deus, q; consecrarentur, siue pacificarentur multi alii de Leuitis qui per paucum tempus possent istos adiuuare, & ita iussit, q; omnes Leuitæ qui erant a vigintiquinque annis, & supra consecrarentur nunc, quia licet non tenerentur statim portare onera, tamen adueniente anno tricesimo erãt dispositi portare illa, q; nihil dederat eis ad hoc, q; statim ministrarent. Motiuum autem huius est, quia scriptura posuit ista simul: nam postquam scripsit ritum purificationis Leuitarum adiunxit. Hęc est lex Leuitarum a vigintiquinque annis, & supra ingredientur, vt ministrent, ideſt a vigintiquinq; annis numerabuntur nũc ad hoc, q; consecrentur omnes qui sunt vigintiquinque annorum, vt possint ministrare quando venerit tempus suum, s. annus tricesimus, & non videtur aliquid aliud, quod verisimilius dici possit ad hanc literã.

Obiectio contra prædicta. Et quare Leuitæ ante tempus portandi onera sunt consecrati. Quæst. XXXII.

Sed aliquis dicet, q; istud erat superfluum, quia cum non deberet aliquis Leuita portare onera quousq; esset triginta annorum, frustra erat consecrari nunc omnes Leuitas a vigintiquinque annis, & supra, cum per quinque annos non deberent portare onera, sed satis erat, q; qñ quilibet perueniret ad annum tricesimũ consecraretur, & statim portaret onera. Dicendum, q; non fuit sic factum. primo quia tunc in mõte Sinai erat opportunitas ad cõsecrandum Leuitas qñ fuerunt sacerdotes consecrati, quia ibi erat populus quietus, & exercebantur sacrificia, postea aũt forte non occurreret in breui talis opportunitas, fuit igitur conueniens nunc anticipari cõsecrationem istorum, & fuit magna multitudo Leuitarum ꝓsecrata. Secundo erat hoc cõueniens pp minores sumptus, quia in consecratione Leuitarum offerebantur duo boues cum libamentis suis, vt patet hic in litera: Si autem quilibet Leuita per se consecraretur, vel pauci simul, fierent eis magni sumptus. potissime, quia Leuitæ erant pauperes quibus Deus iubebat eleemosynam fieri Deut. 12. ideo voluit Deus, q; multi consecrarentur simul, ẽt si nondum veniret tps ministrandi ipsorum, s. omnes qui erant a 25. anno vsq; ad 50. Et non solum vĩ istud tunc fuisse, sed ẽt, q; sic fieret in terra Chanaan postq; ibi essent Israelitę, s. q; non consecraretur quilibet Leuita per se, sed oẽs qui essent intra 25. & 30. annum consecrarentur simul, & isti essent multi: nam postq; erat Leuita triginta

Universidad de Deusto Biblioteca

ginta annorum non licebat ei manere sine consecratione, quia statim ministraturus erat, & preiudicium aliorum esset si non esset tunc consecratus, quia non posset adiuuare illos ad ministrandum, ad quod tamē tenebatur. Et ista videtur fuisse consuetudo consecrationis Leuitarum vsq; ad tempus legis Dauid; quia ille ordinauit aliter Leuitas diuidendo eos per officia, & computando ab anno vicesimo ad ministrandum 1. Paral. 23. sed Leuitæ consecrabantur antequam ministrarent, ergo qui ministrabant in anno. 20. oportebat, quod consecrarentur ante annum vicesimum, & forte consecrarētur simul omnes qui erant ab anno quintodecimo vsque ad vicesimum.

An post vnam consecrationem Leuitarum fuerit facta alia, & quando. Et quod Leuitæ 30 annorum etiam non consecrati portabant onera. Quæst. XXXIII.

ADHVC aliquis dubitabit de tempore quo fuerunt Israelitæ in deserto, an post istam consecrationem fuerit facta alia. nam ista duraret vsque ad quinque annos, ita vt nō esset opus fieri aliam quia consecrati fuerunt omnes a 25. annis, & supra. & tamen non erant portaturi onera vsque ad annum 30. nisi manerēt quinq; anni post istam consecrationem, in quibus non erat necessaria alia consecratio Leuitarum. & satis videtur dicendū, ꝙ in illis quinq; annis non fuerit facta alia consecratio Leuitarum. Sed tunc quæritur, an post illos quinque annos fuerit facta statim alia consecratio Leuitarum. Aliqui dicunt, ꝙ statim post illud quinquenniū fuit facta alia consecratio, quia alias multi Leuitę accederent ad annum 30. & non consecrarentur, esset autem istud in preiudicium aliorum Leuitarum qui portabant onera, ꝙ isti in ętate legitima constituti nō adiuuarent eos in officio suo. Istud patet, quia qñ tunc in monte Sinai facta est consecratio Leuitarum ab anno 25. essent aliqui propinqui illi anno quibus forte soli tres, vel quatuor menses deficerent, & isti post quinquennium essent triginta annorū. Si igitur post illud quinquennium non fieret alia consecratio multi accederent ad annū 30. & non ꝯsecrarentur, & sic non portarent onera, qđ erat in preiudicium aliorū. Dicendum, ꝙ non fuit facta alia consecratio Leuitarū post quinquennium, immo forte vsq; ad 40. annos, quia toto tpe deserti non facta fuit: nam consecratio ista non fit sine sacrificiis, quia offeruntur duo boues, vnus pro peccato, & alius in holocaustū, vt patet hic in litera. & tñ in toto deserto nunquam fuerunt facta sacrificia nisi in monte Sinai, vt colligitur ĩ. 28. & probatum est s̃. 4. c. quæst. 15. ideo nō potuit fieri post hoc alia consecratio in toto deserto quęst. 35. Sed tunc dicetur, qũo ergo se haberent Leuitę illi qui peruenirēt ad annum 30. nam vr̃ in eis necessario sequi vnum de duobus inconuenientibus, s. ꝙ nunc ministrarent sine consecratione, aut adueniente ętate legitima non ministrarēt, qđ erat in preiudicium aliorum qui portabant onera, & non haberent adiutores. Dicendum certum esse, ꝙ nunquam fuit alia consecratio Leuitarum in deserto, & tñ Leuitæ qñ perueniebant ad annum 30. ministrabant portando onera etiam si non essent consecrati. primo quia maius inconueniēs erat, ꝙ Leuitæ in ętate legitima non ministrarent, quam ꝙ ministrarent nondum consecrati: nam vtrunque Deus iusserat, s. ꝙ portarent onera ab anno 30. s̃. 4. ca. etiam, ꝙ consecrarentur ad portanda onera, vt patet in litera. magis tñ necessarium erat, ꝙ portaretur Sāctuarium etiam a non consecratis, quam ꝙ cessaret portari propter quosdam non esse consecratos. Secūdo, quia portari Sanctuarium a non consecratis nul-

F lius preiudicium erat, sed ꝙ Leuitæ in ętate legitima non addiuuarent alios ad portandum propter non esse consecratos, esset præiudicium portantium, cum omnes Leuitæ ab anno tricesimo tenerentur statim ministrare supra 4. ca. ergo potius fieri debuit, ꝙ non consecrati portarent onera, quia hoc nulli erat præiudicium. Tertio quia si daretur, ꝙ non consecrati non portarent onera sequeretur, ꝙ aliquod tempus esset in deserto, in quo nemo posset portare aliquid de Sanctuario, & patet hoc, quia ista consecratio facta est in principio secundi anni ab exitu de Aegypto: nam facta est in monte Sinai, & de illo recesserunt Israelitæ die vicesima mensis secundi anni secundi ĩ. 10. ca. & sic manebant 39. anni vsquę ad introitum in terram G Chanaan, & in toto isto tpe nunquam facta fuit consecratio, quia non potuerunt fieri sacrificia neq; facta sunt, vt ostendimus preced. quęst. Et tamen ista consecratio Leuitarum fiebat ab anno 25. & qui consecrabantur portabant onera solum vsque ad annum quinquagesimum, vt patet hic in litera, & sic nemo illorū qui nunc consecrarentur, poterat portare onera, nisi vsque ad vigintiquinque annos post hoc, quia tunc necesse esset, quòd omnes isti numerati compleuissent annum quinquagesimū, & sic nemo illorū teneretur ad portanda onera, immo Deus iubebat, quòd non portarent ea, vt patet hic in litera, sed isti viginti, & quinque anni complerentur in anno 26. aut 27. ab exitu de Aegypto, cum ista consecratio facta fuerit H in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, vt nūc ostensum est. ergo in quatuordecim annis vsq; ad exitum de deserto, & introitum in Terram Chanaan sequentibus, nemo esset qui posset portare Sanctuariū. Sed falsum est, quia illud fuit portatum, ergo necesse est, ꝙ multi Leuitæ non consecrati ministrarent portando onera, & ista ratio necessario concludit.

Quarto quia non erat inconueniens, ꝙ Leuitæ nō consecrati portarent onera, quia ad hoc non fuit obligatio nisi ex lege Dei, quæ voluit fieri certas ceremonias sacrificiorum ad hoc, ꝙ Leuitæ consecrarentur, & tamen ista lex de sacrificiis non obligauit in toto I deserto, nec obseruata fuit, vt patet Deuteronom. 12. ideo Leuitæ non obligabantur tunc consecrari, sed licite ministrarent non cōsecrati, quia ministratio ista portandorum onerū erat simpliciter necessaria, consecratio autem ista non erat necessaria.

Cur hic non fuit posita summa Leuitarum a 25. vsque 50. annum, vt supra. Quæst. XXXIIII.

ALIQVIS quæret, quare non fuit hic posita summa istorum Leuitarum a 25. anno vsque ad 50. sicut fuit posita supra 4. summa illorum qui numerabātur a triginta annis? Dicendum, ꝙ non fuit posita hic aliqua summa, quia nec poterat poni, quia summa non est, nisi numeratorum. K Hic autem nulla fit numeratio: nam Deus nō iussit hic numerari aliquos, sed solum mādauit, quòd Leuitæ a 25. anno ingrederentur, vt ministrarent, idest consecrarentur ad hoc, ꝙ possent ministrare, vnde est lex, & non numeratio. sic patet cum dicitur in litera. locutus est Dominus ad Moysen dicens, hæc est lex Leuitarum, a viginti, & quinque annis ingredientur, vt ministrent, &c. sed supra 4. cap. iussit Deus numerari omnes Leuitas qui erant triginta annorū, ideo ibi potuit poni summa, & hic non, vt sciretur quot erant qui ministrare debebāt in singulis modis onerum, sed hic Leuitæ non fuerunt applicati ad aliquam ministrationem, sed solum fuerunt consecrati ad hoc, quòd quando essent ętatis legitimæ ministrarent, ideo non debuit poni aliqua summa eorum, quia ad nihil proderat cum nulli officio applicarentur.

Quare nullus Leuita infra 25. annum consecrabatur, omnes tamen supra. Quæst. XXXV.

CONSIDERANDVM vlterius, ꝙ licet hic dicatur de Leuitis a 25. anno vsque ad 50. & dixerimus, ꝙ istud fuit ad consecrandū omnes Leuitas qui erant 25. annorum. non est intelligendum, ꝙ soli illi qui essent inter 25. & 50. cōsecrarentur. Sed dicendum est, ꝙ nullus infra 25. annum consecrabatur, omnes tamen qui erāt supra 25. consecrabantur etiam si esset annorum centum. Causa huius est, quia licet soli qui erant intra 30. & 50. annum portabant onera, vt patet supra 4. cap. tamen qui erant vltra 50. annum vsque ad mortem suam ministrabant in aliquo, non quidem portando onera, sed custodiendo illa quæ portarentur ab aliis, quando eis commendabantur post portationem, vt patet hic in litera. Consecratio tamen Leuitarum fiebat ad ministrationem, sed isti vltra 50. annum ministrabant cum dicatur in litera. erunt ministri fratrum suorum in tabernaculo fęderis. ergo oportebat istos consecrari, sicut, & cęteros. Sed dicetur quare ergo litera expressit hic de 25. anno vsque ad 50. quia videtur innuisse, ꝙ post 50. nullus consecraretur. Dicendum, ꝙ scriptura sacra est breuis, & vult multa comprehēdere sub vno. facit enim hic duo. Vnum est, ꝙ ponitur lex de consecratione Leuitarum. Aliud est, ꝙ iubetur quid facere debeant Leuitæ in singulis ętatibus, s. quid a 25. vsque ad 50. & quid a quinquagesimo vsque ad mortē, si solum primum ponere vellet diceret. hęc est lex Leuitarum, ꝙ a vigintiquinque annis ingrediantur, vt ministrent, idest consecrentur ad hoc, ꝙ ministrare possent, & tunc nihil deberet addi de anno 40. vel de alio, sed diceretur absolute a 25. annis, & supra, idest ab illo anno vsque ad mortem omnes Leuitę quottunc essent consecrarentur. Si autem solum secundum dicere voluisset diceret. hęc est lex Leuitarū a 30. anno ingredientur, vt ministrent. & quando cōpleuerint annum 50. cessabunt portare onera, & erūt ministri aliorum Leuitarum custodiendo onera portata ab eis. sed scriptura voluit complere vtrunq; sub vna locutione propter breuitatem, ideo posuit duos terminos, s. 25. annum propter primum, idest propter consecrationem Leuitarum, & quinquagesimū propter secūdum, s. quia tunc cessant portare onera. Sed obiicietur, ꝙ superuacuo fuerit facta ista mixtio, sed sufficiebat poni solum primum de consecratione Leuitarum: nam secundum iam fuerat positum supra 4. cap. vbi numerati sunt omnes Leuitæ ab anno 30. vsque ad quinquagesimum ad portanda onera. Dicendum, ꝙ fuit conueniēs ista mixtio duorum pręceptorum hic facta, quia licet supra 4. c. fuerit positum mandatum de operatione Leuitarum, tamen non sufficiēter, quia solum dictum fuit, quòd ab anno tricesimo vsque ad quinquagesimum portarent onera, sed postea quid facerent non fuit expressum. hic autem additum fuit, s. ꝙ post quinquagesimum annum non portent ipsi onera, sed custodiant illa quæ portata fuerint ab aliis Leuitis, & sint ministri eorum, ideo conueniens fuit fieri hic istam mixtionem duorum præceptorum.

An Moyses fuerit consecratus cum alijs Leuitis. Quæst. XXXVI.

NVNC est dubium de Moyse, an fuerit consecratus cum aliis Leuitis. Dicendum, ꝙ de ipso solo A est dubium. nam de omnibus aliis quid factum fuerit certum est. Leuitarum namque quidam erant filii Aaron alii filij Moysi, omnes alii erant distincti in tres familias, s. Gersonitarum Meraritarum, & Caathitarum supra 3. De Aaron, & filiis eius patet, quòd fuerint consecrati, vt fungerentur sacerdotio Exodi 29. & Leuitici 8. & 9. & supra 3. cap. de filiis autem Moysi, licet duos haberet, s. Gerson, & Eliezer, Exodi 2. ca. tamen certum est, quòd nullus eorum fuit consecratus, quia fuerunt Leuitæ consecrati ab anno 25. vt patet hic in litera, & tamen filii Moysi erāt paruuli, quia maior eorum vix erat annorum sex, aut septem. Nā B quando Moyses reuersus de Madian in Aegyptum tulit duos filios suos, & posuit eos super asinam, Exo. 30. c. in quo innuitur, quòd erant paruuli nondum potentes itinerare peditando cum imponerentur asino. etiam satis erant parui cum ambo in eodē asino possent ire ĩ itinere, sed statim, vt intrauit Moyses in Aegyptum cum istis secutæ sunt plagę, & egressus est Israel de Aegypto, quia ad faciendum hęc mittebat Deus Moysen in Aegyptum Exodi 3. & 4. cap. & consecratio Leuitarum fuit facta in principio secundi anni ab exitu de Aegypto, vt supra ostensum est, & sic illo tēpore filii Moysi vix essent ad plus octo, vel nouem annorum, vnde non possent consecrari. de omnibus autem Leuitis trium familiarū dicendum, quòd illi qui erant a 25. annis, & supra fuerunt consecrati, cęteri vero C minores non fuerunt consecrati, & sic manet dubium de solo Moyse, an fuerit consecratus cum ipse esset ętatis legitimæ, idest annorum quasi octoginta, nam quādo Moyses faciebat prodigia in Aegypto erat annorum octoginta Exodi 7. ca. consecratio autem fuit quasi duobus annis post.

Aliqui dicunt, quòd Moyses non debuit consecrari, quia hic dicitur de Leuitis a 25. anno vsque ad 50. & agitur de consecratione eorum, & tamen Moyses erat vltra annum quinquagesimū, scilicet, octogintaduorum annorum, vt dictum est, ideo non poterat cōsecrari.

D Dicendum, quòd Moyses poterat consecrari, quia nulla lex hoc prohibebat. Et cum obijcitur de anno 50. Dicendum primo, ꝙ illud fuit ad ostendendum tēpus ministrationis, & non consecrationis, vt ostēsum est preced. quæst. Cōsecratio autem poterat fieri a 25. anno vsque ad mortem, vt ibi dictum est. poterat ergo Moyses consecrari, licet esset octogintaduorum annorum.

Secundo patet, quia licet vsque ad quinquagesimū annum esset ministratio in portando onera, erat post illum annum ministratio in custodiendo onera, vt patet hic in litera. & tamen ad quamlibet ministrationem Leuiticam requirebatur cōsecratio. ergo Moyses poterat consecrari. ergo videtur, quòd erat sibi necessarium consecrari, cum maneret sibi aliqua ministratio, s. custodia vasorum.

E Tertio patet, quia Aaron erat antiquior Moyse tribus annis, quia quando fiebant prodigia in Aegypto erat Moyses annorum octoginta, & Aaron erat octoginta trium, Exodi 7. cap. Et tamen Aaron consecratus est postea in anno secundo ab exitu de Aegypto Exod. 29. & Leui. 7. ergo Moyses qui minor ętate erat poterat consecrari.

Moyses non fuit consecratus, sed consecrans. Et quod Consecratio non fit a minori, sicut & iuramentum. Quæst. XXXVII.

SED nunc manet dubium cum Moyses potuerit consecrari, an fuerit consecratus? Aliqui putant, ꝙ sic, quia Deus iussit hic omnes Leuitas cōsecrari, sed

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse erat vnus de eis, ideo ꝓsecraretur, qa nollet transgredi legem, Sed dicendum, ꝙ Moyses non fuerit cõsecratus. primo quia inter consecrantem, & consecratum est dictinctio personarum, sed Moyses fuit hic cõsecrans Leuitas, ergo ipse non consecrabatur. patet quia dr̃ in litera locutus est Dominus ad Moysen tolle Leuitas de medio filiorũ Israel, & purificabis eos, & postea dicitur. statues Leuitas in conspectu Aaron, & consecrabis oblatos Domino. Etiam ibi apparet qũo Moyses immolauerit illos duos boues pro Leuitis, ergo non fuit ipse consecratus. Secundo, quia Leuitæ non fuerunt consecrati, nisi quia lex hoc iussit, & tñ ex lege hac non colligitur, ꝙ deberet consecrari Moyses inquantum Deus dicit Moysi, ꝙ consecret Leuitas: ergo ipse non fuit consecratus, quia nolebat aliquid facere vltra necessitatem legis. Tertio quia Deus voluit facere differentiam inter Leuitas, s. vt alii qui ministrarent post consecrationem in gradu inferiori, alii autem post consecrationem ministrarent in gradu superiori, alii vero sine consecratione ministrarent in gradu superiori, & consecrarent alios ad ministrandum tam in superiori quam in inferiori gradu. In primo modo fuerũt Leuitæ de quibus hic dicitur, quia illi consecrati fuerant ad hoc, ꝙ ministrarent in officio portandorum onerum, quod erat minor gradus ministrandi. In secundo modo erat Aaron, & filii sui qui soli ministrauerunt in officio sacerdotali supra 3. & infra 18. & erat iste gradus excellentissimus, ad quem non licebat alicui accedere, nisi Aaron, & filiis eius, & tñ isti non ministrauerunt quousque consecrati sunt Exo. 29. & Leui. 8. In tertio gradu erat Moyses qui ministrauit in officio sacerdotali faciens sacrificia Exo. 19. & Leui. 8. & ipse consecrauit tam sacerdotes quam Leuitas, vt possent ministrare. De sacerdotibus patet Leui. 8. De Leuitis patet supra in litera. differret ergo iste gradus a primo, sed in primo gradu erant Leuitæ qui consecrati sunt, vt ministrarent, ergo Moyses qui erat in tertio gradu nõ consecraretur ab aliquo, vt ministraret. Quarto quia si Moyses deberet ab aliquo consecrari non esset ille, nisi Aarõ, quia ille erat maximus omnium Leuitarum, & sacerdotũ præter Moysen, & tñ non consecraretur Moyses ab Aaron, quia Moyses erat maior: consecratio autem consistit in quibusdam benedictionibus, sed maior non benedicitur a minori, sed è cõtrario minor a maiori benedicitur. sic dicit Apostolus ad Hebr̃. 7. ergo non poterat consecrari Moyses ab Aaron. Sed dato, ꝙ Moyses ministrare deberet, necesse erat, ꝙ aut non consecratus ministraret, aut a seipso consecraretur, cũ a minori non posset consecrari. Sic est de iuramento, quia homines per maiorem suum iurant ad Hebræ. 7. & tamen cum Deus nõ habeat aliquem maiorem se, necesse est, ꝙ aut non iuret, aut per seipsum iuret, & quia Deus voluit alios iurare in veteri testamento iurauit per seipsum, Gen. 22. Et istam rationem ponit Apostolus ad Heb. 7. dicens, ꝙ per seipsum iurauit, qa non habuit alium maiorem se, sed in Moyse non fuit tanta necessitas consecrationis, ꝙ ipse seipsum consecraret, cum multi Leuitæ ministrarent, sine consecratione, sicut fuit in deserto, vt supra ostensum est. dato ergo, ꝙ Moyses ministraturus esset, sicut alii Leuitæ non consecrarer a se, nec ab alio, sed ministraret nõ consecratus. Quinto quia non videtur eadem necessitas consecrationis in Moyse quæ in alijs Leuitis, quia ij consecrabantur ad portandum onera, Moyses aũt etiam si non esset excellentior aliquo Leuita, non teneretur portare onera, quia ista obligatio erat in Leuitis ab anno tricesimo vsque ad quinquagesimum supra 4. ca. Moyses autem erat nunc octoginta duorum annorum, quia in exitu de Aegypto fuit annorum octoginta. Exo. 7. ca. ergo non tenebatur portare onera. Sexto quia dato, ꝙ consecratio Leuitarum fieret non solum ad portanda onera, sed etiam ad custodiendum illa, & ideo Leuitæ qui erant vltra annum quinquagesimum consecrarentur, tamen Moyses non debuit consecrari, quia in nullo ministraturus erat, s. in portando onera, neque custodiẽdo illa, quia ipse erat princeps totius populi cum omnes iudicaret, & omnibus imperaret Exo. 18. & infra 27. & Deut. 1. c. etiam erat princeps super omnes sacerdotes, ideſt super Aaron, & filios eius, cum ipse cõsecrauerit eos Exo. 29. & Leui. 8. & ipse præciperet eis, quicquid acturi essent supra 3. cap. ergo nullam ministrationem iste habiturus erat, nisi solum præcipiendi omnibus, & tamẽ præcipere non est ministrare, consecratio autem fit pro ministratione, ideo Moyses non debuit consecrari.

Dicendum, ꝙ ista est vera causa: nam si Moyses nõ esset princeps totius populi Dei, & haberet aliquem maiorem a quo posset consecrari, cum ille esset de familia Caathitarum consecraretur, & ministraret, sed quia fuit maior, & princeps omnium non fuit obligatus alicui ministrationi, nec etiam potuit ab aliquo consecrari, ideo neque consecratus est, neque ministrauit, cæteri autem Leuitæ de tribus familiis a viginti quinque annis, & supra consecrati sunt, & ministrauerunt.

Ingredientur, vt ministrent. Ideſt incipient ministrare, & hoc in portando vasa Sanctuarii, & ipsum Sanctuarium.

In tabernaculo fœderis. Ideſt istæ ministrationes pertinent ad tabernaculum fœderis, non quòd in illo fierent, sed quòd consistebant in portando illud.

Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint seruire cessabunt. Ideſt ministratio Leuitarum cessabit quando peruenerint ad annum quinquagesimum. hoc intelligitur quantum ad portationem onerum, & erectionem atque depositionem Sanctuarii. hæc enim, erant opera dura, & non sufficerent Leuitæ quinquagenarii ad illa, quia illa ætas iam incipit declinare ad defectum, tamen isti seruiebãt in hoc, quòd castrametabantur in circuitu Sanctuarii, sicut cæteri, & erat istud vnum de officiis Leuitarum, vt patet supra capitul. primo.

Eruntque ministri fratrum suorum. Ideſt Leuitæ postquam excesserint annum quinquagesimum erũt ministri aliorum Leuitarum qui sunt fratres sui, ideſt de familia sua.

Et non est intelligendum, quòd essent ministri illorum, ideſt seruirent eis, quia cum ipsi liberati essent a ministratione propter ætatẽ non fierent ministri aliorum incidentes in aliam seruitutem, sed erant ministri fratrum suorum in custodiẽdis oneribus eorum. Erant enim Leuitæ obligati ferre onera, & custodire illa, nunc vero iuuenes ante annum quinquagesimum ferebant onera. Senes autem qui excessissent annum quinquagesimum habebant curam de custodiendis vasis. & in hoc erant ministri fratrum suorũ, ideſt seruiebant illis.

In tabernaculo fœderis. Non quòd Leuitæ ministrarent pro fratribus suis in tabernaculo fœderis, sed erant ministri in tabernaculo fœderis, ideſt in custodiendo res pertinentes ad tabernaculum.

Vt custodiant quæ sibi fuerint commendata. Ideſt Leuitæ isti senes custodiebant ea quæ alii iuniores ferentes onera commendabant eis, nam cum mouerentur castra, & in aliquo loco sedissent portitores onerum Leuitæ succedebant in custodia iunioribus potentibus iam vacare aliis operationibus.

Opera autem ipsi non facient. Ideſt Leuitæ senes non facient opera laboriosa quæ sunt portando tabernaculum, erigendo atque deponendo, sed solum custodient sibi commendata, quod est leuissimum, & ob hoc cum castra essent fixa, & erectum tabernaculum Leuitæ tenebantur excubare in circuitu eius ne accederent populares. Porerant tamen istas excubias commendare Leuitis senibus, & ipsi tenebantur eas suscipere ex hac lege. *Sic dispones Leuitas in custodijs suis.* Verba sunt Dei ad Moysen. s. sic ordinabis Leuitas, quantum ad ea, quæ facere debent, & accipitur hic custodia large pro omni officio. Aliter enim solum diceretur de Leuitis senibus, qui ponebantur in custodiis. de omnibus tñ intelligitur, nam Leuitæ iuniores habebant custodias. i. curam, vel officium portãdorum onerum: Leuitę autem senes habebãt custodiam de conseruandis eis, quæ commendata essent, & sic cuilibet competebat sua custodia. s. suum officium per singulos Leuitas.

CAP. IX.

Phase primum celebratur.

LOCVTVS est dominus ad Moysen in deserto Synai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Aegypti, mense primo, dicens. Faciant filij Israel phase in tempore suo quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes cæremonias, & iustificationes eius. Præcepitque Moyses filijs Israel, vt facerent phase. Qui fecerunt tempore suo quartadecima die mensis ad vesperam in monte Synai. Iuxta omnia, quæ mandauerat dominus Moysi fecerunt filij Israel.

Locutus. In superiori dictum est de consecratione Leuitarum, & quodam officio sacerdotali. Hic consequenter agitur de celebratione paschali.

Quæ sit huius cap. intentio opinio Nic. Et an aliquo modo pertineret immolatio phase ad summum sacerdotem.

Quæst. I.

NICOLAVS aliter dicit. s. ꝙ supra descriptũ est officium pontificis in dispone lucernarum, & quantum ad Leuitarum cõsecrationem. hic agitur de eius officio qtum ad paschalem celebrationẽ. Sed non multum videtur, quia ad põtificẽ nihil facere pertinebat de celebratione paschali, sed singuli per domos suas immolabant agnum anniculum, & comedebant secundum omnes cæremonias, quę habentur Exo. capi. 12. inter quas nulla erat, quę pertineret ad pontificem, vel ad aliquem de sacerdotibus.

Magis ergo dicendum est, quòd in isto libro non oportet semper ponere continuationem gestorũ, quia ea, quæ habentur hic non sunt scripta in ordine consequenti, sed magis per recapitulationem cum pertinerent ad tempus, quod præcessit, antequam fierent ea, quę habentur in principio huius libri. ne illa tamẽ simpliciter omitterentur qualicunque ordine scripta sunt in hoc libro in quo recolliguntur omissa, & multoties non est aliquis ordo consecutionis inter ea, quę scripta sunt, vt patet supra capi. 6. & 7. quia 6. capi. dicitur de voto Nazarçorum, & statu eorum. In 7. dicitur de oblatione principum facta in dedicatione altaris, sed ista nihil sibi attinent, sed solum posnuntur ne omittantur, ita celebratio paschalis facta in monte Synai nihil attinebat ad consecrationem Leuitarum: tamen quia iubente Domino facta fuerat, ne videretur omissa descripta est, tanquam quidam casus incidentalis, & diuiditur in tres partes. nam primo describitur tempus, & modus celebrationis. Secundo casus dilationis. Tertio reatus transgressionis. Secũda. ibi. *Ecce autem quidam.* Tertia ibi. *Siquis autem mundus est.* Circa primum. *Locutus est Dominus.*

In isto libro multa recapitulantur, quæ fuerant omissa, & fit cõmutatio ordinis, & quòd ista facta sunt ante ea, quæ habentur in principio libri huius.

Quæst. II.

ISTA non ponuntur hic continuato ordine, sed per recapitulationẽ. prius enim dictum, & factũ est id, quod habetur hic quantum ad id, quod habetur supra cap. 1. Nam ea, quę facta sunt in principio huius libri incepta sunt die prima mensis secũdi anni secundi egressionis de Aegypto, vt patet supra cap. 1. ea autem, quę habentur hic, facta sunt mense primo anni secundi egressionis de Aegypto, scilicet die 14. vt patet in litera. ergo a die hoc saltem per vnũ, vel duos dies dicta sunt, scilicet die 12. vel 13. mensis eiusdem. necessario igitur est hic ordo turbatus: inceptus tamen fuit liber a computatione Israelitarum in deserto Synai, quia illud principalius erat, quam hęc omnia. A vero inter hęc, & ea, quę habentur prece. cap. sit ordo consequens, ita quod illa dicta fuerint ante ista non patet, quia illa dici potuerunt in fine consecrationis sacerdotum, scilicet die octauo mẽsis primi cum finita est consecratio Aaron, vel potuerunt dici postea circa finem mensis primi. De eis autem, q̃ habẽtur hic dici potest, ꝙ fuerint dicta tempore quo consecrabantur sacerdotes, vel postea aliquibus diebus, vsque ad diem 12. vel 13. mensis, postea vero dici non potuerunt, qa die 14. mensis primi ista facta sunt, vt patet in litera, non potest ergo apparere quid istorũ duorum prius fuerit.

Satis tamen rationabile est, ꝙ prius fuerit id, quod habetur præced. c. s. immediate post consecrationem sacerdotum. Ista vero, quæ habentur hic, tunc vel postea aliquibus diebus facta fuerunt, & dicta.

In deserto Synai.

Quantum tempus steterunt Iudæi in monte Synai. Et lex quo tempore data est Moysi. Et Sanctuary fabricatio quando fuit denunciata.

Quæst. III.

ISTA locutio fuit facta in deserto Synai, quia ibi erãt Israelitæ in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, venerunt in montẽ Synai tertio mẽse egressionis, vt patet Exod. capitulo decimonono, manserunt autem in eodem loco a prima die mensis tertii anni primi, vsque ad diem 20. mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto, in eadẽ quipe mota sunt castra de monte Synai, vt patet seq. cap. Et sic mansio Israelitarum in monte Synai fuit vnius anni demptis decẽ diebus, vt patet colligendo. s. mãsissent Israelitæ, vsque ad primam diem mensis tertii anni secundi fuisset annus integer, defecerunt autem decem dies ad hoc cum receserint Israelitæ 20. die mensis secundi, toto autem hoc tempore quo fuerũt Israelitę in monte Synai, fuerunt occupati circa aliquid. Nam in eadem die qua venerunt Israelitę in Synai ascendit Moyses in montem, & descendens ad populum purificauit eos, vt in die tertio lauarent vesti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta sua,& tunc data est lex. in eadē autem die ascēdit Moyses ad Dominum vocatus ab ipso, vt patet Exod.c.20.& suscepit præcepta cęremonialia, & iudicialia, quæ habentur à fine, siue medio 20.c.vsque ad c.24.& immediate descendens de monte annunciatur populo oĩa verba legis, & confirmata est corā toto populo factis sacrificijs, vt patet Exod.c.24. Deinde eadem die qua lex confirmata est, Moyses ascendit in montē, & fuerit ibi 40.diebus, & 40.noctibus,& audiuit omnia,quę scripta sunt de fabricatione tabernaculi a principio c.25.vsque ad principium c.32.Exod. Die autem 40.descendebat de monte portans duas tabulas, & cum audiuisset vocem Israelitarum cantātium, atque adorantium vitulum fregit tabulas in radice montis, & veniens ad populum occidit 23. millia idolatrarum,vt patet Exod.c.32. Iterum autem reuersus est post interfectionem istam in mōtem,& stetit aliis 40.diebus cum domino.suscepitque tabulas legis secundas,& venit ad populum, vt patet Exo. c.34. & Deute.c.9.tunc iussit populo.ꝙ offerret denunciās fabricationem Sanctuarii, quam Deus imperauerat, vt patet Exod.35.& hinc congregatis artificibus incęptum est opus Sanctuarii,vt patet Exo.c.35.& 36. fuit autem ista inchoatio Sanctuarii, in principio mensis sexti, vel circa finem quinti in anno primo egressionis de Aegypto,vt declaratum est Exod.c.24.Durauit autem ab eo tempore, vsque ad vltimum diem anni primi fabricatio tabernaculi.s.per menses 7. Prima autem die anni secundi fuit erectum tabernaculum, vt patet Exod.c.40.& in eadem die cępit consecratio sacerdotum,vt probatum est Leuit.c.9. incępit quoque oblatio principum, quę durauit 12.diebus, vt patet 5. c.7.deinde in die 14. mensis eiusdem facta est celebritas paschalis,vt patet hic,& datæ sunt leges totius Leuitici in hoc mense durāte celebratione paschali, vsq; ad 22.diē mensis eiusdē. Deinde in primo die mensis secundi iussit Deus Moysi, vt numeraret Israelitas, & numerati sunt in eodem mense, factis autem his numerationibus, & dispositionibus Israelitarum per vexilla sua recesserunt die 20. mensis eiusdem, vt patet seq.c.& sic non fuit aliquod tempus superfluū Israelitis,dum manserunt in monte Synai.

Anno secundo postquam egressi sunt de terra Aegypti. Quamquam istud non fuisset positum, satis tñ apparebat, ꝙ nō potuissent Israelitę celebrare pascha aliquo anno in monte Synai, nisi in secundo ab egressione de Aegypto,nam in primo anno non poterant ibi facere pascha,quia in Aegypto illud fecerāt, immo eadem die qua egressi sunt de Aegypto fecerant pascha occidentes per singulas domos agnum immaculatū, vt patet Exo.12.& infra 33. non poterant etiam in anno tertio egressionis de Aegypto facere Israelitę pascha in monte Synai,quia secundo mense anni secundi ab exitu de Aegypto recesserunt de monte Synai,vt patet sequen.c.ergo solum erat annus secūdus in quo possent Israelitę facere pascha in monte Synai.

Postquam egressi sunt de terra Aegypti. Non est sensus ꝙ completus esset vnus annus, postquā Israelitę exierant de Aegypto, & iam inciperet currere secundus, quia nondum fuerat consummatus vnus annus: nam die 15.mensis primi exierant Israelitæ de Aegypto,vt patet infra 33.c. quando tamen ista verba sunt dicta, nondum erat dies 15.mensis primi anni secundi.quia fuit factum pascha die 14.& ante hoc per aliquot dies saltem per vnum dicta sunt ista,quę habentur hic. ergo aliqui dies deficiebant ad completionem vnius anni,sed dicitur, ꝙ iste erat secundus annus, postquam exierant de Aegypto non computando a die quo cęperat annus in quo Israelitę exierunt de Aegypto.cęperat autem diebus 15. ante exitum eorum cum ipsi egressi fuerint die 15. mensis primi anni illius, vt patet infra 33.c. *Mense primo.* In hoc mense fuit Deus locutus de celebratione paschali. Nam ante hunc loqui potuerat de hac celebratione. Et post hunc mensem non poterat, quia non stat celebrari pascha post mensem primum cum data sit lex,ꝙ in hoc mense celebretur,vt patet Exo.cap.12. sed in quo die mensis illi fuerint dicta verba ista non constat, necesse tamē est, ꝙ fuerint dicta ante diem 14. cū in eo fuerit paschalis celebritas.

Faciant filij Israel phase in tempore suo. i.celebrēt pascha tempore statuto.s.die 14.mensis primi.

Et si cæremoniæ non obligabant in deserto bene tamen paschalis obseruantia. Quæst. IIII.

CONSIDERANDVM est circa hoc, ꝙ in deserto non obligabant cæremonię legales,sed postquam introirēt in terram promissionis, vt patet Deuteron.c.12. cum dicitur non facietis ibi,quæ nos hodie hic facimus singuli,quod sibi rectum videtur. Nondum enim venistis ad requiem, & possessionem,quam dominus Deus daturus est vobis. ideo neque pascha, nec alia festiuitas, aut aliqua de cæremoniis habebat obligationem in deserto,& sic Deus quando dabat leges istas frequenter dicebat. cum ingressi fueritis terram Chanaan, vel cū ingressi fueritis terram possessionis vestrę ad innuendum,ꝙ ante non obligabant cęremonię. sic patet Leuit. cap. 14.& infra 15.

Celebritas tamen paschalis in deserto Synai obliguit, quia dominus specialiter iusserat de isto loco, ꝙ ibi celebraret pascha,& si ita iussisset expresse de omnibus aliis cæremoniis,ꝙ obseruarentur in toto deserto obligassent,tamen non iussit. Quando autem dicitur hic,ꝙ faciant Israelitæ phase tempore suo,non intelligitur,ꝙ istud præceptum erat generale,sed erat temporale,scilicet solum obligans pro ista vice, quod patet, quia dicitur hic faciant filii Israel phase in tempore suo 14.die mensis huius. Si tamen intellexisset Deus vniuersaliter non diceret 14.die mensis huius, sed diceret mensis primi.

Quæ fuerit causa quare non obligabantur Israelitæ in deserto facere cæremonias. Quæst. V.

CAVSA autem quare Israelitę non obligabatur in deserto facere cæremonias erat, quia erant in motu,& incerti,quando nubes moueretur,ad cuius motum ipsi mouebātur,& sic aliqñ inciperentur cæremoniæ, & relinquerentur infectę,& pp hoc non fiebat circumcisio in deserto,vt declaratum fuit Deut.12.c.& Iosue 5. Item quia non habebant Iudęi in deserto omnia necessaria ad expiendum cæremonias,potissimè in sacrificiis,in quibus requirebatur vinum,& oleum,thus,& sal, & farina. Iudęi tamen hęc habere non poterant cum nulla gens communicaret eis,quia erant hostes oĩum,& ob hoc Deus dederat eis manna,quia non poterant hīe cibos a populis: sacrificia tamen sine his non fiebant, ergo non obligabantur ad hęc.

Cur iussit Deus,vt in deserto obseruarent phase, cum cæremonias legis ibi non obligarent. Et quare non obseruatæ sunt in Synai aliæ cæremoniæ legis,vt circumcisio, & similia. Quæst. VI.

QVAERET aliquis cum in toto deserto nō obligarentur Iudęi ad aliquas cęremonias, quare Deus iussit,vt obseruaretur ibi phase.

Respondendum est,ꝙ in deserto Synai non obligabantur Iudęi obseruare phase, sicut nec in aliis locis deserti, obseruauerunt tamen, quia Deus iussit specialiter.

Causa præcipiendi fuit, quia Deus volebat Iudæos assuefacere cęremoniis legis, & quia Moyses erat legislator cui Deus omnia loquebatur,illo viuēte Deus voluit informari Iudęos in lege, & quia si relinqueretur hoc pro terra promissionis Moyses nō posset erudire Iudæos,quia ipse non erat illuc ingressurus, sicut postea patuit,& Deus hoc præcognouerat, voluit igitur,ꝙ eruditet illos in deserto assuefaciendo eos ad custodiam cęremoniarum, & quia in toto deserto non erat aliquis locus ita conueniens ad quietem Iudęorū cum non haberent ibi aliquos hostes, poterant ēt ibi habere necessaria ad cæremonias, quia erat coniuncta terra Madian,& illi erant Iudæis mittentes necessaria cum socer Moysi Ietro esset de terra Madian, & ipse venisset ad Moysen,vt patet Exod.cap.18. voluit ergo Deus, ꝙ obseruatio cęremoniarum in monte Synai inciperet. Ideo postquam data est lex consecrati fuerunt ibi sacerdotes,& factum est Sanctuarium, & sacrificia, per multos dies facta sunt.s.in consecratione sacerdotum,& in oblatione principum,fuit etiam ibi obseruata cęremonia de redemptione primogenitorum, & dati sunt Leuitę pro omnibus primogenitis filiorum Israel, & pro residuis fuit datum pretium ꝙ quolibet quinque sicli,vt patet supra c,3.manebat autem cęremonia de obseruatione paschali, nam alię solennitates non poterant obseruari. Et ista fuit obseruata secundum omnes cęremonias suas, quæ fuerant positæ Exo.c.12.

An esset necessarium obseruari phase in monte Synai. Quæst. VII.

SED dicet aliquis, ꝙ non erat necessariū obseruari phase in monte Synai, nam iam fuerat assuefactus populus per phase, quod fuit celebratum in Aegypto die egressionis Iudęorū inde. Respondendum est,ꝙ non fuit hic iussum,vt obseruaretur phase principaliter, vt assuefierent Iudęi ad cæremonias illius, quia iam istas cognouerant in Aegypto,sed vt crederent se esse obligatos ad hanc obseruationem, nam si obseruando cæteras cæremonias in monte Synai nō fuisset obseruatum phase, non crederent se Israelitæ obligatos ad illud, nec erat arguendū de phase obseruato in Aegypto,quia illud non fuerat obseruatum, tanquam cæremonia veteris testamenti, sed potius omnes celebritates paschales postea factæ ad memoriam illius fuerunt,ideo debuit obseruari in monte Synai, vt ibi tanquam cęremonia legalis inciperet obseruari.

Cur in monte Synai non fuit obseruata circumcisio. Quæst. VIII.

SED quæret aliquis cum omnes cęremoniæ in monte Synai obseruari cęperint, quare nō fuit obseruata circumcisio,nemo enim ibi circuncisus est,& tñ non est verisimile, ꝙ in tanta multitudine populi,vbi erant plura, quam 60.millia virorum Iudęorum præter conuersos de Aegyptiis ascēdētes cum Iudæis,nemo natus fuerit.

Aliquis forte dicet,ꝙ multi nati fuerunt, & omnes circuncisi, scriptura tamen subticet. Sed dicendū est, ꝙ nemo fuerit circuncisus in monte Synai, neque in toto deserto,quod patet Iosue c.5. cum dicitur,populus autem qui natus est in deserto per 40.annos itineris latissimæ solitudinis incircuncisus fuit, donec consumerentur omnes qui non audierant vocem domini quibus ante iurauerat, vt ostenderet eis terrā lacte, & melle manantem,horum filii successerunt loco patrum,& circuncisi sunt a Iosue, quia sicut nati fuerant in pręputio erant, nec eos aliquis in via circunciderat: non potest ergo dici,ꝙ aliquis fuerit in monte Synai circuncisus. Causa huius erat periculum motus,quia circuncisi si mouerentur in itinere,quousque sanarentur periclitarentur,ideo Israelitę,postquam circuncisi sunt in Galgalis manserunt in eodem loco, donec sanarentur,vt patet Iosue c.5.

Ad hoc aliquis dicet non stare, quia in deserto Synai manserunt Israelitę per vnum annum integrum demptis diebus decem,vt supra est probatum.Poterāt ergo in illo vno anno circuncidi plurimi sine periculo itinerationis.

Ad hoc respondetur, ꝙ quamquam ibi manserint per annum vnū, non erant certi an deberent manere saltē per duos dies, vel tres, aut plures, quia quotidie ipsi expectabant columnam nubēdam, ad cuius motū ipsi moueri debebant, incertus ergo excusabat. Sed arguetur adhuc, ꝙ illi qui erant in monte Synai erant certi,ꝙ manerent ibi multos diebus, ergo poterant circuncidere pueros natos,quod patet,quia iussit ibi dominus Sanctuarium cōstrui,& omnia vasa eius. Istud autem erat opus multorum dierum, & durauit magno tempore: nam etiam cum magna velocitate artificium non potuit consummari,vsque ad 7.mēses .s.a principio mensis sexti,vsque ad finem anni, vt supra declaratum est.ergo certi erant, ꝙ hoc tpe manerent ibi. Respondendum est, ꝙ licet Iudęi nouissent constructionem tabernaculi esse opus multorū dierum, tamen non erant certi an omnibus illis diebus mansuri essent in deserto Synai, poterat enim ibi Sanctuarium incipi,& alibi consummari, vnde non erant certi saltem de aliqua die, ꝙ ibi mansuri essent, ideo excusabantur a circuncisione.

Cur in monte Synai non fuerunt obseruata alia festa præter phase. Quæst. IX.

QVAERET aliquis quare in monte Synai nō fuerunt obseruata alia festa præter phase. Nā erāt multa alia.s.pentecostes,festum clāgoris, dies propitiationis,solennitas tabernaculorum. De die autem sabbati, ꝙ obseruaretur satis apparet, quia quidā lapidatus est eo,ꝙ colligeret ligna in sabbato, vt patet ℣.15.c.de aliis tamen nō apparet,ꝙ obseruatę fuerint. Sed potius videtur,ꝙ non,cum nihil de eis iussum sit. Respondebit aliquis ad hoc, ꝙ non fuerunt obseruatæ aliæ festiuitates in monte Synai præter pascha,quia non fuit tempus ad obseruandum illas: festum enim pentecostes secundum Iudęos, semper est quinquaginta diebus post solennitatem phase, vt patet Leuit. 23.cap. Ideo necessario euenit semper in tertio mense,cum phase sit die 14.mensis primi. Sed non steterunt Iudæi hoc tempore in monte Synai, nam die 20. mensis secundi, inde recesserunt,vt patet seq. c. consequenter aūt, nec obseruari potuerunt alię tres solēnitates.s.clangoris,propitiationis, & tabernaculorū, ga istę sunt in mēse 7.vt patet Leu.c.23. Sed ℣ hoc dicet, ꝙ ista responsio procedit de obseruatione festorū secundo anno ab exitu de Aegypto,sed poterant obseruari omnes in monte Synai, anno primo egressionis de Aegypto,quod patet, quia Iudęi celebrant diē pentecostes,die 6.mensis tertii, venerunt tamen in montem Synai die prima mensis tertii,vt patet Exo. c.19. De aliis tribus solennitatibus, quæ sunt mense septimo,satis apparet, ꝙ ibi potuerint obseruari, quia fuerunt Israelitæ mense illo in monte Synai, & toto ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

anno,vsque ad diem 20.mensis secundi, anni sequentis. Dicendum est,q̃ non potuerunt obseruari aliæ festiuitates in monte Synai præter sabbatum & phase, sabbatum quidē non requirebat aliquam cęremoniā ad obseruationem, sed solum q̃ vacaretur a laborib⁹, & hoc in quolibet loco haberi poterat. Vñ dicendum est,q̃ toto tpe quo manserunt Israelitę in monte Synai obseruauerunt sabbatum,qa p̄ceptum de sabbato fuit datum ante montē Synai.s.in deserto Syn. Et ista mansio est ante Synai per mansiones tres.s.halus, depheca,& raphidim, vt patet ỹ.33.c. in mansione.n.illa datum est primo manna,& præceptum de sabbato,vt patet Exo.16.c.q̃ autem phase fuerit obseruatum patet hic. Alię quatuor solennitates non potuerunt obseruari anno primo pp duo. primo,quia nondum fuerat data lex de obseruatione illarum.hr̄.n.lex de obseruatione earum Leuit. c.23. Et tñ illa non fuit data,vsque ad secundum annum ab exitu de Aegypto,quod patet, quia oēs leges Leuitici fuerunt dictæ Moysi a dño in tabernaculo federis,vt patet Leui.c.1.tabernaculum tñ nunquam fuit erectum,vsque ad primā diē anni secundi egressionis de Aegypto, vt patet Exo.c. 40.ergo non potuerunt dari leges de his festiuitatibus ante principium anni secundi, & consequenter, nec potuerunt obseruari anno primo. Alia causa est,quia dato,q̃ fuissent leges de his solennitatibus datę in anno primo,non potuissent obseruari,quia exigebāt istę festiuitates multas cęremonias sacrificiorū, de quib⁹ patet Leu.c.23.& ỹ.c.28. & 29. hęc aūt fieri non poterant sine Sanctuario, sed nondum factū erat Sanctuarium, vsque ad principium anni secundi cum erectū est tabernaculum. ergo non potuerunt obseruari in monte Synai alię solennitates pręter phase, & sabbatum. *Decimaquarta die mensis huius ad vesperum.* Dr̄ de die 14.quia in hac fiebat semper phase,vt patet Exo. c.12. dr̄ mensis huius,quia quando Deus ista loquebaṫ erat mensis primus anni secundi,vt patet supra.

An in deserto Synai fuerint obseruati dies azymorum, sicut festum phase. Et an ista differant tanquam duo festa.
Quæst. X.

QVAERET aliquis circa hoc an in deserto Synai fuerint obseruati dies azymorū: qui erant septem.s.a die 15. mensis primi, vsq; ad diem 22. mensis eiusdem inclusiue,vt patet Exod.c.12.Respondebit aliquis,q̃ fuerint obseruati,quia festiuitas paschalis, & azymorum erat eadē: iubendo ergo q̃ fieret phase iubebatur,q̃ obseruarentur azyma per septem dies. In contrarium dicetur,q̃ istæ erant duę solennitates,ideo cum de vna sola iubetur,non intelligitur de alia,sed oportet exprimi.

Dicendum est,q̃ istę erant duæ solennitates distinctę secundum dies,& secundum causas,& ritus obseruationum,& sic ponuntur duæ Leuit. c.23. cum dicitur,mense primo 14. die mensis ad vesperū phase domini est, & decimaquarta die mensis huius est solennitas azymorum.ecce qualiter duo festa illa dixit. Itē distincta sunt in die,quia solū decimaquarta die mensis primi dicitur esse solennitas phase. Deinde in 15. die erat solennitas azymorum,vlque ad diē 22. eiusdem mensis. Item distinguebātur obseruationes istę, quia phase solum inducebat comestionem agni cum cęremoniis suis in die decimaquarta, & non presupponebat aliquod sacrificium. festiuitas tamē azymorum habebat alias solennitates.s.q̃ offerrentur manipuli nouarum frugum in die secunda azymorum, & q̃ fierent sacrificia quotidie,de manipulis hr̄ Leuitic. c.23.de sacrificiis habetur ỹ.28.c.

Item differebant istæ duæ festiuitates, quantum ad causas. Nam phase celebratur propter transitum angeli exterminatoris vltra domos Iudęorum, quia quando percutiebat primogenita in domibus Aegyptiorū veniens ad domum in qua maneret aliquis Iudęus trāsibat percutiens Aegyptios,& liberans Iudæos.sic patet Exod.c.12.cum dicitur, & cum dixerint vobis filii vestri,quæ est ista religio dicetis eis, victima transitus domini est, quando trāsiuit super domos Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans.obseruatio autem azymorum fuit, quia cū egrederētur Israelitę de Aegypto mortuis primogenitis Aegyptiorum fecerunt Aegyptii festinare Iudęos ad exeundum,quia putabant se morituros,si ibi vltra manerent,ideo non potuerunt fermētare massas hebręorum sed ligauerunt in palliis suis,& comederunt in itinere panes azymos,vt patet Exod.c.12.Ad memoriam autem huius egressionis festinatæ de Aegypto, & panis non fermentati faciebant festum azymorum, quolibet anno,sic patet Deuteronom. c.16.s.septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Aegypto,vt memineris diei egressionis tuę de Aegypto omnibus diebus vitę tuæ.In omnibus ergo erant diuersæ istę duę solennitates,ideo poterat obseruari vna sine alia.& cum hic solum dictū fuerit de obseruatione phase, satis dici poterat,q̃ non fuerit facta obseruatio azymorum, nihil enim de ea tangitur in toto isto c.

Sed dici potest etiam satis rationabiliter, q̃ fuerit obseruata ista festiuitas. Nā sicut fiebat phase ad memoriam liberationis primogenitorum ab angelo percussore in Aegypto, ita festum azymorū erat ad memoriam egressionis festinatę de Aegypto, vtrunque autem erat beneficium Dei, & de vtroque vellet fieri memoriā, q̃q̃ ergo non fuerit expressum de festo azymorum,tamen satis rationabiliter intelligi potuit.

Item Iudęi vtrāque harum festiuitatum, simul obseruant,ideo cum iuberetur, q̃ obseruarent phase intelligi poterat etiam de festo azymorum. Quid autē horum verius,aut rationabilius sit dicendum videtur q̃ Israelitę solum phase obseruauerint. de azymis autem nihil. Et causa huius est,quia ad obseruationem azymorum requirebatur, quòd totus populus comederet azymos panes per septē dies, sed pro tanta multitudine Israelitarum, & Aegyptiorum ascendentium cum eis virorum,& fœminarum paruulorum,& maiorum vix posset haberi copia panis pro septem diebus.ergo non posset ibi obseruari festum azymorum. de phase autem aliud est,quia obligabantur Iudæi comedere fermentatum. non tamen obligabantur comedere azyma,ideo posset fieri phase sine azymis, & dato quòd obligarentur Iudęi comedere azyma,hoc tamen solum erat pro vna cęna, scilicet die 14. ad vesperum, & pro illa vice haberi azyma pro toto populo,quamquam difficile esset non tamen nimis.haberi autem pro diebus septem.erat difficillimum. poterat ergo obseruari phase, sed de azymis septem dierū nō videbatur. Et ista videtur causa quare cum Deus inserit obseruari azyma,nec includebat aliquod inconueniens obseruari phase non obseruatis azymis cum essent istæ duæ festiuitates differentes ex multis,vt supra declaratum est.

Iuxta omnes cæremonias,& iustificationes eius. Idest obseruabitur phase, secūdum omnes cæremonias suas, non replicantur hic cæremonię,quia Exod.12.capit. descriptę sunt,& Iudæi satis illas nouerant cum obseruauissent in Aegypto die qua inde exierant, vt patet Exo.cap.dnodecimo,ponuntur hic cęremonię, & iustificationes phase, & vtrunque signat cęremonias, sed accipiuntur cęremoniæ conditiones, quę consideratur ex parte agni comedendi. s. quòd sit annicu-

lus,immaculatus, assus igne. iustificationes vocantur cæremoniæ, quæ pertinent ad ipsos comedentes.s.q̃ comedant festinantes, & calciatis pedibus, habentes baculos in manibus, & accincti lumbos, & q̃ comedant in vna domo, & non comminuant ossa, & nihil reseruent in crastinum, & sic de omnibus aliis cæremoniis,quæ habentur Exo.c.12. Omnes.n.illæ distinguuntur in cæremonias,& iustificationes.

An azyma,quæ comedi debebant in agno paschali die 14.obseruata fuerint in deserto, & an potuerint habere farinā pro azymis. Et quòd non obligabantur comedere azyma in diebus azymorum, sed obligabantur non comedere fermentatum.
Quæst. XI.

DE omnibus cęremoniis, q̃ obseruatæ fuerint in hac paschali celebritate non vr̄ dubium,quia facile erat obseruari. De solis azymis dubium est,nec dubitamus hic de azymis, idest de festiuitate azymorum per septem dies, quia de hoc iam expeditum est, sed de azymis,quæ comedi debebant die quartadecima cum ipso agno paschali,sicut iubetur Exo.cap.12. scilicet edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Ad hoc respondeti potest, quòd siue Iudæi comederent azyma cum agno paschali, siue non,nihil differebat, quia non obligabātur comedere fermentata,vt declaratum fuit,Exo.12. cap. nam nisi fuisset hoc expressum intellexissent Iudæi,quòd licebat eis comedere fermentatos panes,sicut semper comedebant:dictum est autem,quòd comederent cum azymis, idest non comederent cum fermentatis,vel si comedere volebāt panem nō esset fermentatus. In deserto autem Iudæi comedebant manna, & illud non erat panis fermentatus, nec sine fermento,ideo sufficiebat ad hoc, q̃ non comederēt azyma. Sed adhuc dato,q̃ obligarentur Iudęi comedere azyma,tamen videtur, q̃ non comederint, quia solo manna vescebantur pro pane. panem autem nō habebant,& hoc quia ipsi non seminabant,nec metebant,cum essent in motu,nec poterant habere a gentibus vicinis,quia non audebant ad eas accedere, omnes quippe eorum hostes erant,sed via deserta gradiebantur,& ideo hic quando expressum est,q̃ obseruaretur phase non fuit dictum cum azymis, & lactucis agrestibus,sed in generali cum omnibus cęremoniis, & iustificationibus suis. s. quæ poterant seruari secundum conditionem temporis,ad impossibile autē non obligabantur,ideo Exo. c.12. cum agebatur de solennitate, prout obseruata erat in Aegypto, & postea in terra Chanaan nominati sunt azymi, & lactucę agrestes, qa facile erat in Aegypto haberi, & in terra Chanaan.hic autem non fuerunt ista nominata.

Si autem dicas, q̃ Iudæi habebant farinam ductam ex Aegypto ex qua azymos conficerent. Non stat,qa Exo.c.16.dicitur, q̃ mense secundo ab exitu de Aegypto defecit panis,& omnia alimenta adducta ex Aegypto,& datum est manna,vt patet Exod. capit.16. ergo non poterant facere panes de farina adducta ex Aegypto.Si autem dicatur, quòd ex gentibus vicinis Iudęi habuerunt farinam pro azymis. non videtur, q̃ p tanta multitudine potuissent haberi, quia terra deserta erat, & ciuitates multum distabant, & Iudæi expectabant motum columnæ,vt ipsi mouerentur. Posset tamen columna moueri, dum aliqui profecti fuissent pro alimentis.

Item quia Iudæi nesciebant viam deserti, nisi colūna præcederet. Vnde Moyses dixit socero suo Ietro vade nobiscum,quia tu scis loca, vbi per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, vt patet

sequenti cap.ergo nescirent ire Iudęi ad ciuitates pro cibis. Item quia hostes dare nollent, sed potius desiderarent eos fame perire, tanquam inuasores terrarū suarum.

Si autem dicas, q̃ ex miraculo potuit haberi farina ad conficiendos azymos. Non videtur,quia non apparebat alicuius necessitatis esse, q̃ miraculum fieret ad obseruationem paschalem, quia hoc obseruari ex se non proderat, sed ex intentione obedientium. satis autem eorum obedientia monstrabatur,quia alias cęremonias obseruantes hanc quoque seruassent si facultas occurrisset. maxime quia aliquando Deus faciebat eos non obseruare alias maiores solennitates, vt sabbatum,quia aliquādo mouebatur nubes,& ambulabant diebus sabbatis secundum motum nubis,vt ipsi Iudæi confitentur.

Sed his non obstantibus adhuc dici posset, q̃ Iudęi habere potuissent aliquam farinam in deserto ad conficiendos azymos,sed an haberi possent tantum quātum necessitas totius multitudinis exigebat dubium est, q̃ autem habere potuissent, patet quia sacerdotes consecrati sunt in monte Synai isto mense primo, & durauit consecratio eorū per dies octo, & tunc offerebantur panes,& simila:sic habetur Exo.29. & Leuit.c.8. Item in isto mense primo obtulerunt principes duodecim Israelitarum per dies 12.& quilibet offerebat vnum acceptabulum,& phialam cum simila, vt patet supra 7.c.ergo erat simila in monte Synai,sed ad hoc parata erat necessitas similæ. pro celebrandis autem azymis magna requirebatur multitudo, ideo faciliter potuisset haberi pro oblatione principum, & consecratione sacerdotum, tamen pro conficiendis azymis erat difficilius, an tamen habuerint non multum differt.

Præcepitque Moyses filijs Israel,vt facerent Phase. Supra fuerat positum præceptum a Deo, & datum Moysi. hic autem ipse recitat Israelitis,vt parent se ad faciendum pascha.

Qui fecerunt tempore suo. Ista est executio mandati.s. q̃ Israelitę fecerunt phase tempore suo.i.tpe debito ad hoc p̄stituto.s.in die 14.vt patet immediate,& hoc fuit f̄m cæremonias quas Deus iusserat obseruari.

Decimaquarta die mensis ad vesperum. Istud erat tēpus determinatū pro phase.s.in 14. die, & in vespere diei illius,quia non durabat phase in tota die, sed solum in vespere diei 14.cum solum esset vna cęna, & vocatur vesperum Solis occasus, quamquam enim possit vocari vesperum, postquam Sol declinat a circulo meridiano versus occasum,tamen solum accipitur pro tēpore occasus Solis, quia in hoc iubebatur immolari phase,sic patet Deut.c. 16. cū dicitur immolabis phase vespere ad Solis occasum, q̃n egressus es de Aegypto:fiebant tñ aliquę p̄parationes pro ista solennitate post meridiem:nam immediate tollebatur oē fermētatum de domo, quia nō poterat immolari phase existente fermento,vt patet Exo.c.23.& 24.cum dicitur, non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meę. *In monte Synai.* Ibi datum est præceptum de celebrando pascha,& ibi celebratum est, qa non recesserunt inde Israelitæ,vsque ad diē 20.mensis 2. vt patet seq.c. *Iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi fecerunt filij Israel.* Iste est epilogus p̄cedentium.q̃ Israelitæ fecerunt oīa,q̃ p̄ceperat dñs.i.obseruauerunt oēs cęremonias quas Deus iusserat,non quidē quas iusserat in monte Synai, quia forte non potuerunt omnes illas obseruare, sed iussit obseruare eas, quas natura loci obseruari patiebatur. An vero potuerint ibi obseruari omnes, quę fuerunt obseruatę in Aegypto dubiū est, de quo supra dictum fuit.

Ecce autem quidam immundi super aïa hominis, qui nõ poterant facere phase in die illo accedẽtes ad Moysen, & Aaron, dixerũt eis. Immũdi sumus super aïa hoïs, quare fraudamur, vt non valeamus oblationem offerre dño in tpe suo inter filios Israel? Quibus respondit Moyses. State, vt consulam quid pręcipiat dñs de vobis. Locutusque est dñs ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israel. Homo q fuerit immũdus super aïa., siue in via procul in gente vestra faciat phase dño in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam, cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud. Non relinquent ex eo quippiã, vsque mane, & os eius non confringent. Omnem ritum phase observabunt.

Ioan. 19.

Ecce autem quidam immundi. Hic ponitur secundum principale huius c.s.casus dilationis. Nam licet regulariter deberent Israelitę celebrare phase 14. die mensis primi, aliquando poterat extendi ad mensem secũdum, & de hoc ponitur hic casus. s. quãdo aliquis erat immundus, & non potuerat celebrare, vel erat peregrinus extra terrã promissionis, & ponitur hic casus, vt sequatur determinatio, & dicitur, q quandó Israelitæ celebrauerunt phase in deserto fuerunt inter eos, aliqui immundi, & cum non permitterentur celebrare accesserunt ad Moysen, dicentes quare non celebrabant, & fuit responsum, sicut hic dicitur.

Quare aliqñ differebatur phase.

Super animam hominis. i. quidam erant immũdi, quia contigerãt hominem mortuum, & dicuntur immundi super animam. i. mundi propter contactum hoïs, siue corporis mortui. Accipitur. n. aïa multipliciter aliqñ p toto homine. sic dr Gene. 46. c. & Exod. c. 1. q egresse fuerunt de femore Iacob animę 70. i. homines. Aliqñ ponitur anima pro vita. sic accipitur Io. 12. c. & Matth. 16. c. vbi dr, q qui animam suam perdit inueniet eam, & qui animam suam custodit perdet illam, quę de vita intelliguntur, quę tunc perditur in hoc seculo, qñ in laboribus ducitur, & tũc inuenitur qñ deliciosa est. Alio modo accipitur anima p corpore, & sic est hic, scilicet, q quidam erant immundi super animam hominis. i. super corpus hominis mortui. Non põt. n. intelligi anima pro spiritu, quia nemo polluitur contingendo spiritum cum nec contingi possit. nec accipitur anima pro homine, quia contingendo hoïem nõ est immunditia, nisi forte sit leprosus, aut fluens semine, & tunc non diceretur super animam hominis, sed super hominem leprosum, aut fluentem semine. ergo necesse est accipi animam pro corpore.

Qui non poterant facere pascha. i. isti immundi super animam accesserunt ad Moysen, quia non poterant facere pascha, & hoc est, quia alii non permittebant eos comedere cum essent immundi.

Cur immundi non poterant comedere cibaria paschalia, seu phase. Quæst. XII.

SED quæret aliquis quare non permittebantur comedere isti, qui immundi erant. Non potest dici, quòd hoc sit propter legem, quę infra habetur, quia illa fuit data ad consultationẽ Moysi proposito casu de istis viris immundis, nec potest dici, quòd fuerit propter legem, quę habetur Exo. c. 12. quia ibi non dicitur quidquam de immunditia comedentium, sed solum, quòd agnus debebat esse immaculatus, nec etiam hoc videtur propter formã obseruationis factæ in Aegypto, non enim est verisimile, q omnes Iudęi tunc essent mundi, omnes tamẽ comederunt de phase, vt patet Exo. c. 12.

Sed dicendum est, quòd isti prohibebantur comedere cum essent immundi, quia victima paschalis erat sacrificium, & nullum sacrificium poterat gustari ab immundo. Si autem immundus comedisset peccabat, sic patet Leu. cap. vigesimo secundo, quòd autem agnus paschalis esset sacrificium, patet ex confessione istorum immundorum, dixerunt enim quare fraudamur, vt non valeamus offerre oblationem domino in tempore suo inter filios Israel? Si autem oblatio vocari potest, ergo & sacrificium, quia omnis oblatio de animalibus vocabatur sacrificium. Et sic infra vocatur sacrificium.

An in Aegypto obseruatum fuit, vt comedentes phasen essent mundi. Quæst. XIII.

QVAERET aliquis, an in Aegypto fuit obseruata ista cęremonia. s. q omnes comedẽtes essent mundi. Et dicendum q non: primo, quia nihil tale iussum est illis, Exo. c. 12. vbi data est tota lex de agno paschali: ipsi tamen nescirẽt facere aliquid vltra ea, quæ iussa sunt, quia illa, quę cęremonialia sunt dependent ex præcepto, & non ex ratione. Cum ergo præceptum deficit nulla est obseruatio. Item non poterat iuberi, q omnes comedẽtes essent mundi, quia in hoc præsupponebatur cognitio de mundo, & immũdo. s. per quod efficeretur homo immundus contingendo, sed istę leges non erant datæ Iudęis, quia postea fuerunt datę in Leuitico. ca. 11. 13. & vsque ad 16. & j. 19. Ergo non poterat eis dici, q soli mundi comederent.

Sed aliquis arguet, q Deus poterat dare eis aliquã cognitionem, secundum quam homines essent mundi, vel immundi, & tunc possent scire ad quos pertinebat. Respondendum est non posse stare, quia ad hoc q darentur regulę de munditia, & immunditia oportebat, q dicerentur omnia, quæ habentur infra 19. sed non poterant dici, nec Iudæi poterant ea capere. ergo non data est lex de munditia, & immũditia. Item omnes Israelitæ comederunt phase in Aegypto, quando inde exierunt, sed non poterant comedere omnes isti soli mundi comedere deberent. ergo non data est lex de munditia, & immunditia, scilicet, quòd soli mundi comederent.

Item si daretur regula, q soli mundi comederent, forte nullus in toto populo comederet. Nã cum pars non habuissent Iudęi leges de cauendo a morticinis, & ab aliis rebus, quorum tactus immundus est, & de distinguendis cibis, non est verisimile, q in toto populo esset aliquis, qui non haberet aliquem modũ istarũ immunditiarum, siue in tactu, siue in gustu. ideo nullus comederet, sed hoc manifeste est falsum. Item nõ poterat dari ista lex, scilicet, quòd soli mundi comederent, quia tunc sequeretur, q aliqui erant in populo mundi, & aliqui immundi. Sed hoc non stat, quia si aliqui essent immundi, hoc erat, quia non cauerent a quibusdam, a quibus alii cauebant, sed non erat aliquod tale per cuius accessum homines contraherent immunditiam, cum nulla esset facta prohibitio. ergo nulli erant, qui possent esse immundi.

Item non poterat dari lex, q soli mundi comederent, quia mundi, & immundi considerantur respectu ad Sanctuarium, vt non accedant ad illud, qñ fuerint cõtaminati, sed cũ erant Israelitę in Aegypto nõ erat aliquod

aliquod Sanctuarium, ergo non poterant esse mundi, vel immundi. Et ideo toto tempore quo fuerũt in deserto, sine Sanctuario. s. anno primo nõ fuit aliqua lex data de munditia, & immunditia, nec fuerunt cibi aliqui vetiti, sed licuit eis comedere quidquid volebant. Cum vero Sanctuarium erectum est in principio anni secundi inceperunt dari leges de abstinendo ab immunditia, & in quibus rebus contrahatur, vt patet Leuit. c. 11. non ergo debebat dici existentibus in Aegypto, q soli mundi comederent. Item dato, q esset eis data lex de munditia, & immunditia, qñ Iudæi erant in Aegypto, & obseruassent ea aliquo tpe, nisi in exitu de Aegypto cum celebratum est phase non dębat soli mundi comedere, quia istud phase fiebat, vt ponerẽtur in porta cuiuslibet Iudæi aspersio in sanguine, vt cum angelus percutiens veniret non intraret in domum illam ad percutiendum. Si tñ non inueniret sanguinem in porta introiret, vt patet Exo. c. 12. Volebat tñ Deus liberare oẽs primogenitos Israelitarũ a morte. ergo debebat quilibet de Israelitis, siue mundus, siue immundus comedere de phase, & linire portã suã sanguine agni illius, vt sic videretur particeps beneficii, quod induci debebat per significationem sanguinis agni paschalis. s. liberari ab angelo exterminatore. Dicendum est igitur, q Israelitæ in Aegypto celebrauerunt phase, & nemo fuit qui non comederet de illo. Non tamen dictum est, quòd comedentes essent mundi, vel immundi, sed eorum nullus immundus fuit, nec esse poterat, quia immunditia erat contingẽdo aliquid, quod erat vetitum, sed nihil tunc erat vetitum Israelitis. ergo non poterant aliqui eorum eẽ immundi. tempore tamen celebrationis phase in deserto Synai poterant multi de Iudæis esse immũdi, quia habebant iam leges, secundum quas distinguebat mũdum, & immundum, vt patet in Leuitico. Habuerũt ergo rationabilem causam inquirendi isti, qui erant nunc immundi, an liceret eis comedere phase, vel qđ remedium daretur.

Qui non poterant facere pascha in die illo. Non dicitur de immundis, q nullo modo possent facere pascha, sed q non poterant in die illo. quamcunq; enim immunditiam incurrissent si illo die incurrissent non poterãt facere phase, quia nulla minor immunditia erat, quã vsque ad vesperum. s. vsque ad solis occasum. ista tamen quam contraxerant hi maior erat. s. quia polluti fuerant super mortuo, & durabat per 7. dies, vt patet infra 19. c. & sic cum non finiretur in die illa tẽpus immunditiæ non poterant celebrare phase eodẽ die. vñ nõ conquerebantur principaliter isti immundi, q nõ possent celebrare die eodem, sed petebant an possent alia die celebrare, & ad hoc responsum est illis, q possent celebrare mense secundo, die 15. vt patet j.

Accedentes ad Moysen, & Aaron dixerunt. Ad istos duos accesserunt viri immundi, quia erant principes. Moyses enim erat princeps totius populi in directione tẽporali, & in consulendo dominum. Aaron vero erat princeps sacerdotum, & quantum ad omnia, quæ pertinebant ad Sanctuarium. ad vtrunque autem accesserunt. s. vt si quęstionis determinatio ptineret ad Moysen haberent diffinitorem, si vero ad Aaron eodem modo haberent iudicem, pertinebat tamen quæstio ad Moysen, quia Aaron solum prędicat quantum ad ea, quæ erant in Sanctuario. Respondere autem ad dubia, & consulere dominum non pertinebat ad eũ, nec ad aliquem de iudicibus populi, sed ad solũ Moysen, vt patet Exod. 18. & Deutero. c. 1. ideo proposita quęstione non respondit Aaron, sed Moyses, vt patet infra cum dicitur, quibus respondit Moyses.

Immundi sumus super animam hominis. Ista sunt verba immundorum, qui confitentur se immundos, quia tetigerunt hominem mortuum. *Quare fraudamur, vt non valeamus offerre oblationem domino.* Ideſt quare nos priuamur iure nro. s. ne possimus offerre dño oblationem occidendo agnum paschalem, & comedendo?

Dicebant autem se fraudari, quia putabant multis bonis priuari cum non offerrent oblationem agni paschalis, multa enim bona promissa erant obseruatoribus legis, vt patet Leuitic. cap. 25. & Deuteronom. 28. Et multa mala non obseruantibus econtrario. Nam qui operaretur secundum legem merebatur, quòd viueret, sic patet Leui. cap. 18. s. custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Illud patet ad Roman. capit. 10. cum autem isti non obseruarent phase in tempore suo putabant se priuari his bonis, & erat quidam modus querelæ, scilicet quare nos propter bonum, quod fecimus priuamur isto bono? forte enim isti sepeliuerant aliquem mortuum, quod licitum, & meritorium erat, & tamen propter hoc priuabantur iure celebrandi phase. Vel aliter, forte isti contigerant mortuum non attendentes, ita vt nihil fieret ex deliberatione, quare cum nõ peccauissent, priuabantur iure suo?

Vt non valeamus offerre oblationem domino. Agnum paschalem vocant oblationem, quia erat sacrificium, vt patet infra. Omnia autem sacrificia domino offerri dicebantur. Etiam quia de agno paschali accipiebatur adeps & cremabatur coram domino. sic videt Exod. c. 34. carnes autem non cremabantur, sicut in aliis sacrificiis, sed comedebantur. Etiam quia Israelitę immolabant istam victimam paschalem propter præceptum Dei, dicebantur offerre illi.

Aliqui autem dicunt, q tempore paschali quilibet ex deuotione aliquid offerebat, sicut patet de venientibus in Hierusalem qui offerebant turtures, & columbas, quę vendebantur in templo ad oblationem, vt patet Matth. 21. c. Hoc quidem verum est, q non solum in phase, sed etiam in aliis festiuitatibus Iudęi venientes in Sanctuarium offerebant sacrificia, vel aliqua dona in pecuniis, sicut patet Luc. c. 21. de illis qui mittebant munera in gazophilacium. sed hic non intelligit de tali oblatione, sed solum de ipso agno paschali.

In tempore suo. i. in die 14. mensis in qua alii celebrabant phase, & sic non conquerebantur isti totaliter sibi esse ablatum ius celebrandi phase, sed q nõ possent tempore illo celebrare in quo alii.

Inter filios Israel. Ideſt sicut omnes alii Israelitæ faciebant. licebat enim cęteris in illa die quartadecima celebrare pascha, ideo cogebantur, nisi haberent duas causas, aut alteram earum, scilicet quòd peregrini essent, vel immundi.

Quibus respondit Moyses. Quamquam proposuerint quæstionem coram Aaron, & Moyse, solus Moyses respondit, quia ad eum pertinebat determinatio. potissime, quia iste casus, non erat expressus in lege, sed oportebat dominum consuli super eo, ad Moysen autem pertinebat consulere dominum, Aaron autẽ nunquam consulebat viuente Moyse, quia ipse pro omnibus consulebat. post mortem tamẽ Moysi, & Aarõ filii sacerdotes magni consulebãt dominum, sicut patet de Eleazaro filio Aaron. de quo iussit Deus, quòd quandocunque aliquid agendum esset Eleazar cõsuleret dominum, vt pro Iosue, vt patet j. 27. cap. hoc autem erat, quia fuerat iam mortuus Moyses, & nõ manebant alii consulentes.

State vt consulam quidquid præcipiat dominus. Nescivit Moyses respondere in hoc casu, quia non erat determinatus a lege, nec audebat quidquam dicere, etiam si sibi bene, vel male appareret, quia in his, quæ pertinebant ad præceptum, nihil diffinire volebat, sed relinquere domino diffinitionẽ, sic. n. in multis

Universidad de Deusto Biblioteca

tis alijs factũ est, vt patet infra 27.& 36.c.leges enim, quia particularia regulant, quotidie habent casus nouiter emergentes: ideo nullus homo legislator vnq̃ legislationẽ perfectam dare potuit, sed quotidie noua fit legum mutatio, & appositio. *Quid præcipiat Dominus de vobis.* Idest quid pręcipiat fieri in hoc casu.

Locutusque est Dominus ad Moysen. Quomodo enim fuerit locutus dubium est, quia multis modis poterat Deus loqui Moysi. Aliquando enim apparebat ei in nube extra castra, & sic locutus est in monte Sinai, vt patet Exo.24.c.& 33. Aliquãdo loquebatr ei ad ostiũ tabernaculi in colũna nubis, vt patet Exo.c.29.& non solum ipsi, sed etiam Aaron, & Marię ad ostium tabernaculi locutus est, vt patet infra 12.c. Aliquando loquebatur intra Sancta sanctorum super propitiatorium, & iste erat modus communior, vt patet supra c. 7.cum dicitur, ꝙ cum Moyses vellet consulere oraculum audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio de medio Cherubim. quocunque autem istorum modorum poterit dici ꝙ cõsuluerit hic Moyses Dominũ, sed tertius verisimilior est, quia magis vsitatus. *Loquere filijs Israel.* Moyses solũ quęsiuit in casu istorum hominum immundorum cum dixit. state, vt cõsulam quid pręcipiat Dominus de vobis: respondit tñ Deus generaliter dans legem pro toto Israel, vt patet hic, ideo dixit loquere filijs Israel. i. nõ solum ad istos in quo est casus iste, sed etiam sit lex ad omnes alios in futurum. *Homo, qui fuerit immundus super animam.* i. si aliquis homo fuerit contaminatus tangendo cadauer hominis.

De immunditijs, quæ impediebant hominem a celebratione paschali, & de illo, qui secũdo mense erat immundus qualiter celebraret phase. Quæst. XIIII.

PONVNTVR hic duo casus in quibus dilatabatur celebratio paschalis, & est primus si sit aliquis immundus, & quamquam hic dicat solum immundus super animam. i. in contactu cadaueris, tamen etiam intelligendum est de omnibus alijs immunditijs. nemo enim immundus poterat manducare pascha, quia illud erat sacrificium, vt patet infra, & non licebat contingi ab immundis. maximè, quia ista immunditia, quę est contingere mortuos non est omnium maxima. sunt enim maiores immunditię in lepra, & fluxu seminis, atque sanguinis, & mulieribus mẽstruatis. si ergo ista impediebat: ergo, & reliquę impedirent. Nec solũ magnę immũditię impediebãt, sed etiam paruę a celebratione paschali, vt patet Io.18. de Iudęis, qui noluerunt introire in prætorium Pilati ne fierẽt immundi ad manducãdum pascha. cum dicitur, & ipsi non introierunt in prętorium, vt non contaminarentur, sed mãducarẽt pascha. introire tñ in prętorium de minimis immunditijs erat. Omnes igitur alię immunditię in quibus aliquis existeret die quo pascha celebrandũ erat impediebant eũ ne posset celebrare. Sed distinguendũ est, quia quędam erant immunditię naturales manẽtes magno tpe, sicut lepra, & fluxus seminis, vel sanguinis in muliere cũ esset extra tpa menstruorum, & in his dicendum est, ꝙ qui erat immundus tpe celebrationis paschalis, si non esset mundus mense scdo ab immũdicia illa ñ celebrabat phase. Si vero postea efficeretur mũdus in tertio, vel quarto mẽse nõ poterat illud celebrare nec in toto illo anno celebrabat. Si aũt essent immunditię ꝑ cõtactũ paruo tpe durabãt. nã q̃dam durabant diebus 7. sicut hominis, qui polluebatur in cadauere, aut in aliquo alio, quod ꝑtineret ad morticinum humanũ ſm formã, q̃ habet. ĵ.26.c. Item si quis cognouisset carnalr mulierẽ menstruatã

F erat 7.diebus immundus. In alijs aũt pollutionibus erat minor immunditia, iõ solum erat per diem vnũ, scilicet vsque ad solis occasum, & istę oẽs ablatę eẽnt iam in mẽse secundo, & ob hoc non fuit locutus hic Deus, ꝙ oẽs immundi celebrarent phase mense secũdo, vt excluderentur illi, qui habebant immunditias multũ durantes, sicut leprosi, & fluentes semine, quia forte non essent isti immundi in mense secundo. de omnibus aũt alijs, qui immundi erant ꝑ contactum, manifestũ est, ꝙ eẽnt mũdi ante mẽsem scdm, q̃a nõ poterat durare immũditia illa ad plus, q̃ per 7 dies. De illis aũt, q immundi erant in ęternum, sicut leprosi dicendũ est, ꝙ nunq̃ celebrarent phase, & si qui incidentes in ęgritudinem fluxus seminis nunq̃ sanarent, nõ G licebat eis vnq̃ celebrare phase. sic quoque de mulieribus si incurrerent fluxũ sanguinis ꝑpetuũ, aut valde magni tporis. sicut patet de muliere illa, quę 12. annis passa est fluxum sanguinis, & a Christo sanata est, vt patet Luc.c.8. nam toto illo tpe nunq̃ celebrauit phase, & si aliquis dicat, quare ergo dictum est hic solũ de immundis sup aĩam cum alię pollutiones impediant? Rñdendum est, ꝙ interrogatio fuerat facta in casu de pollutione super animam, ideo rñsum est in eodem. voluit tñ Deus extendi istam legem ad oẽs casus immunditiæ, cum similis causa esset. *Aut in via procul in gente vestra.*

H *Qui peregrini excusabantur a celebratione phase. an illi qui peregrinabantur in terra Chanaan, vel qui ibant in terram Gentilium. Et an possent extendere celebrationem, vsque ad alium mensem. Et an in loco Sanctuarij poterat celebrari. Quæst. XV.*

ALIQVI intelligunt istam lrãm, ꝙ si aliqs de Iudæis iuisset in longam peregrinationẽ in Terram Chanaan, ita vt non posset venire ad paschalem celebrationem, ꝙ in mẽse secundo rediret, & celebraret phase. Aliquis dicet? hoc, quia si Iudæi essent viatores intra terram suã, ꝙ non impedirentur a celebratione phase, quia in quolibet loco terræ promissionis poterat celebrari phase. Sed solum si esset viator in terra gentilium nõ posset I celebrare illud, & expectaret ad mẽsem scdm, sed ista ratio non ꝑcedit. præsupponit enim falsum. s. ꝙ posset celebrari phase in quolibet loco terræ promissionis. Sed falsum est, quia solum celebrabatur in loco Sanctuarij, vt patet Deuter.c.6.s. immolabisque Domino de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Sed ẽt hoc non obstante non stat ista expositio, quia tunc sequeretur, ꝙ si aliquis esset viator extra terram promissionis, ꝙ non excusaretur a celebratione phase, & ꝙ ille qui erat viator intra terram promissionis excusaretur, sed hoc valde irrationabile est. nam longior peregrinatio esset Iudęorum extra terram promissionis, q̃ in K tra illam. Cum ergo pro minori peregrinatione excusarentur a celebratione paschali mense primo, magis excusarentur pro longiori peregrinatione. Ideo non debet exponi si fuerit aliquis in via procul in gente vestra. i. intra gentem vestram. Sed ordinetur aliter litera. s. si aliquis in gente vestra. i. de gente vestra, scilicet de Iudæis, vel conuersis ad Iudaismum fuerit in via procul. i. iuerit in longinquam regionem, ita vt non possit redire ad celebrationem phase, & hoc modo non limitatur magis peregrinatio pro terra Iudęorum, q̃ extra illam, sed vbicunque dicatur in via procul excusaretur viator a celebratione phase, & hoc satis litera innuit, quæ non dixit, siue in via procul in terra vestra, sed in gente vestra.

Si

Si enim primo modo diceretur, intelligeretur de peregrinatione, quæ erat in terra promissionis. Dr tñ in gente. i. refertur ad genus. s. si quis de gente vestra fuerit in via procul.

An peregrinantes in terra promissionis excusarentur a celebratione paschali mense primo. Et quòd non erat dispensabilis, vt alia festa. Et quòd omnes de terra premissionis obligabantur ter in anno ascendere ad locum Sanctuarij. Quæst. XVI.

ET tunc est dubium an qui peregrinabanẽ intra terram promissionis excusabantur a celebratione paschali mense primo.

Et dicendum est, quòd non, quia omnes de terra promissionis obligabantur ter in anno ascendere ad locum Sanctuarij, vt patet Exod. c.23.& 34.& hoc erat in tribus festiuitatibus. s. in phase, & pentecoste, & festo tabernaculorum, vt patet in eisdem eo. cap. si igitur obligabantur venire omnes, qui essent in extremitatibus terræ promissionis, magis obligarentur illi, qui erant viatores per ipsam terram. De his tribus festiuitatibus dicunt Iudæi, quòd erant duo dispẽsabilia. s. pentecostes, & festum tabernaculorum, festũ autem phase non erat dispensabile, ideo omnes qui in terra promissionis essent, siue peregrini, siue nõ peregrini, qui pertinerent ad ritum, & cæremonias hebręorum cogebãtur venire. sola autem peregrinatio, quæ erat extra terram Chanaan excusabat a celebratione paschali in mense primo. Nec tamen est intelligendum, ꝙ omnis peregrinatio extra terram ꝑmissionis excusaret a celebratione paschali, sed solum illa, quæ esset procul, ita quòd non posset peregrinus redire in terram promissionis, siue in locũ Sanctuarij. Aliquæ tamen peregrinationes erant in terra Gentilium ipsis Iudęis breuiores, quam peregrinationes intra terram promissionis: sicut cum Sanctuarium staret ad vnum latus terræ Chanaan, illi qui habitabant circa Sanctuarium breuiorem peregrinationem haberent si irent in terram Gentilium sibi coniunctam, quam si irent in extremitatem oppositam sibi in terram Chanaan, sed non excusabantur propter peregrinationem, quæ erat in terra Chanaan. ergo nec propter peregrinationem breuem, quæ esset in terram Gentilium, sed propter longinquã de qua redire non possent ad tempus celebrandi phase, & hoc significat litera cum dicit, siue in via procul.

Faciat phase domino mense secundo. Dilatabatur per vnũ mensem celebritas paschalis. s. per vnam lunationẽ, quia Iudęi menses computant per lunationes, scilicet quòd si non posset, in 14. die lunationis primę celebrare phase in 14. die lunationis secundę celebrabit.

An peregrini impediti possent celebrare in alio mense. Quæst. XVII.

SED tunc quęret aliquis de istis peregrinis si forte non venirent ad mensem secundum, an celebrare possent in alio mense. Respondendum est, ꝙ cum lex daret peregrinis spatiũ celebrandi phase in mense secundo, obligabat eos ad tunc celebrandum, ideo si voluntarie morarentur, ne redirẽt ad celebrandum phase mense secundo. s. ex causa lucri, peccabant, ideo tenebãtur omissis omnibus lucris venire ad mensem secundum celebraturi phase. Si tamen aliqua infirmitate, vel alio casu impedirentur, ita vt nequaquam possent venire in terram Chanaan erat dubium, an deberent celebrare phase alio tempore.

A *An immundi possent extendere celebrationem ad alium mẽsem. Et quod phase celebrari non poterat, nisi 14. die 1. vel 2. mensis, aliter in toto anno non celebrabatur. Quæst. XVIII.*

EODEM modo quæreretur si aliqui essent immundi mense primo contactu cadaueris, vel alio modo, & deinde mundati inciderent iterum immunditiam, ita vt contingeret 14. die mensis secundi eos immundos esse, an deberent celebrare phase, vel ad alium mensem extendere, vel simpliciter omittere.

Respondendum est, quòd illi qui erant immundi B non poterant in secundo mense celebrare phase: nã si in primo mense non celebrabant, quia immundi erant, sed differebatur ad secundum: eodem modo in secundo non celebrarent. Item dicendum est, ꝙ nunquã possent celebrari phase, nisi in die 14. lunationis. Nam si alijs temporibus posset phase celebrari nõ diceretur, quòd ille qui non posset 14. die mensis primi celebrare, in mense secundo 14. die celebraret, sed ꝙ quamquam citius posset celebraret. s. in 20. vel 25. primi mensis. aut quandocunque, solum tamen dictum est, ꝙ celebraret die 14. mensis sequentis. ergo qui immundus erat in die 14. mensis secundi non poterat in toto ipso mense celebrare phase, sed vel extenderetur ad mensem tertium, vel simpliciter omitteretur.

Dicendum igitur, quòd in his omnibus qualiter- C cunque eueniret, vt ille qui immundus erat, vel in via 14. die mensis primi, si in secundo mense esset impeditus. ita vt non posset celebrare phase, in toto illo anno non celebrabat. Nam sicut contigit, ꝙ in mense secundo esset immundus, ita posset contingere in tertio mense in die illo 14. & sic in quarto, & in cęteris, ita vt contingeret, quòd in die tabernaculorum celebraret quis festiuitatem phase, quod patet, quia festũ istud incipit mense septimo, die 14. mensis ad vesperum, sed durat per septem dies, sicut festum azymorum. Si autem celebratio phase extenderetur semper vlterius quandocunque, vt contingeret aliquem immundum esse, fieret, vt in tempore illo aliquis celebraret phase, & tunc non distinguerentur phase, & fe- D stum tabernaculorum, quod est absurdum.

Item ista festa erant signa rememoratiua exitus de Aegypto, si autem multum longe fierent a tempore egressionis de Aegypto videretur aliquid perdere de perfecta significatione, & propter hoc cum diceba tur supra de illo qui erat immundus die 14. mẽsis primi cum erat celebrandum phase, non fuit respõsum, ꝙ cum ille primo mundatus esset ab illa pollutione celebraret phase, sed ꝙ expectaret ad 14. diem mensis sequentis, vt semper fieret celebritas illa in 14. die, sicut in exitu de Aegypto facta est die 14. vt patet Exo. ca. 12. Si autem attenderetur emundatio a pollutione non diceretur, quòd expectarent, vsque ad mensem secundum, quia non poterat immunditia istorum durare, nisi per septem dies ad plus dato, quòd in eadem E die 14. incurrissent hanc immunditiam, & sic celebrarent phase die 21. mensis primi, iussum tamen est, vt expectarent ad 14. diem mensis secundi. Ergo conformiter non poterat extendi celebratio phase ad tertiũ, vel quartum mensem, quia sicut si fieret extra 14. diẽ perderetur ratio significationis, ita si vltra secundum mensem, scilicet in tertio vel quarto, aliqualiter diminueretur significatio.

Sed dices, ꝙ etiam diminuebatur cum extenderetur ad mensem secundum, quia eductio Israelitarum de Aegypto in primo mense fuit.

Respondendum est, quòd aliqualiter diminuebatur significatio facta mutatione de primo mense ad secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum.lex tamen permittebat ex causa. Si autem ad tertium, vel quartum mensem differretur magis perderetur significatio, & hoc lex non permisit.

An immundi celebrauerint phase mense 2. in deserto. Quæst. XIX.

CIRCA istos viros immundos inquiretur an celebrauerint phase mēse secūdo. Et respōdebit aliquis, quòd sic, quia propter eos data fuit ista lex. Dicendum est, quòd quamquā quæstio fuit facta propter illos: tamen lex ista data est vniuersaliter, nec diffiniuit quidquam de illis, ideo quamquam obligaret in terra promissionis, in deserto tamen non obligabat, & sic ex viribus istius legis dicendum est, quòd non obligati fuerunt isti viri immundi celebrare phase, quia lex non fuit data specialiter pro illis, vt omnes leges, quæ dabantur generaliter, solum obligauerunt pro terra promissionis.

Si autem obijcias, quòd Israelitæ in monte Sinai obligati fuerunt celebrare phase, vt patet hic.

Respondendum est, quòd non fuit illud ex lege data vniuersaliter de celebratione phase, quia alias quolibet anno in deserto phase celebrassent, & obseruassent omnes cęremonias. Sed falsum est. Sed solum fuerunt obligati ex lege aut potius mandato speciali, quia dixit eis Deus. faciant filij Israel phase tempore suo 14. die mensis huius. de immundis tamen non fuit determinatum sic specialiter, quòd in mense secundo celebrarent phase. Sed data est lex vniuersaliter, ideo ex viribus legis non obligabantur pro tunc celebrare. Sed credendum est, quòd celebrauerint, quia Moyses eis mandaret specialiter, cum ista lex occasione eorum data fuerit.

An liceret immundo celebrare phase mense tertio die 14. si contingeret eum esse immundum 14. die mensis secundi. Et an impeditus facere phase mense secundo posset facere tertio. Quæst. XX.

CIRCA hoc, quod dicitur hic in litera de mēse secundo dubitant aliqui si contingeret esse aliquem immundum 14. die mensis secundi an liceret ei celebrare phase mense tertio die 14.

Dicendum, quòd Deus volebat celebrationem phase non omitti a Iudęis propter magnam significationem, & memoriam beneficiorum eis pręstitorū: ideo si tempore constituto a Deo pro hac solennitate essent aliqui impediti celebrare phase, scilicet propter immunditiam, vel peregrinationem, iubebat, q alio tempore celebrarēt. Considerādum tamē, quòd non licebat quolibet die cessante impedimento celebrare, vt siquis die quartadecima mensis primi in qua fit phase esset immundus aut peregrinus, & post decem dies cessaret immunditia, vel peregrinatio, nō licebat ipso die celebrare phase, sed volebat Deus, q celebraretur in 14. die mensis secundi, vt patet in litera. Causa huius erat, quia Deus volebat retineri significationem huius solēnitatis. fiebat enim phase in memoriam liberationis exitus de Aegypto. fuit autem liberatio die quartadecima, & exitus die quintadecima, ideo voluit Deus, quòd in mense primo die quartadecima fieret ista festiuitas. sic dicitur Deutero. 16. obserua mensem nouarum frugum, & verni primi temporis, vt facias phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te de Aegypto.

Ex hoc patet, quòd si propter aliquam causam deberet celebrari phase extra tempus suum semper celebraretur die quartadecima, ideo qui in primo mēse non potuit celebrare phase die quartodecimo celebrabat illud secundo mense quartodecimo die, & ita si propter aliquam causam posset, aut deberet phase fieri vltra mensem secundum quocunque mense fieret, semper fieret die quartodecimo. Et tunc manet dubium si impediretur quis facere phase mense secūdo, an posset illud facere mense tertio die quartodecimo, siue teneretur ad hoc.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia eadem ratio est, quòd mutetur de secundo in tertium, vel de primo in secūdum, & tamen lex voluit, quòd cum esset tempus determinatum pro phase dies quartadecima mensis primi, Exo. 12. & Leui. 23. mutaretur ad secundum mensem propter impedimentum, vt patet hic, ergo eadē ratione de secundo mense fiet mutatio in tertium. sic dicit Augustinus, sed si quęratur quid facerent si forte talis immundus ad secundum etiam mensem occurreret. puto quod dictum est de mense secundo tanquam regulariter fuisse retinendum, vt tertio mēse phase obseruarent.

Quare non licebat tertio mense, vel alio a primo, & secundo celebrare phase. Quæst. XXI.

SED dicendum, quòd non stat, immo si accideret aliquem in secundo mense immundū esse, vel peregrinum non licebat ei iam in anno illo celebrare phase. Primo quia tunc daretur absurdum, scilicet quòd celebraretur phase in sexto aut septimo mense, vel quocunque. nam sicut accidebat immundum esse aliquem secundo mense, accideret etiam immundum esse tertio mense, & tunc celebraret in quarto, & sic fieret de sexto, & septimo, & omnibus alijs. nemo tamen concederet, quòd phase, quod erat primum festum anni, celebraretur in fine eius, ergo nec in tertio aut quarto mense, & tamen si deet idētitas rationis, oportebit istud concedi, quod etiam Augustinus vult dicens, quod dictum est de mense secundo tanquam regulariter fuisse tenendum, scilicet vt non celebraretur in alijs mensibus.

Secundo, quia recederetur a significatione. nam fiebat phase ad memoriam exitus de Aegypto, & tamen fuit iste exitus determinato tempore anni, ideo si mutaretur festiuitas ad aliud tempus, videretur iam aliud significare, quod non conuenit. sic dicitur Deuter. 16. quòd facerent Hebręi phase mēse primo, quia in illo exierunt de Aegypto.

Tertio, quia accideret, quòd festum phase coincideret cum alijs festiuitatibus, scilicet cum festo tabernaculorum, quod fiebat mense 7. die 14. & celebrabat per 7. dies Leui. 23. & patet hoc, quia si posset transferri phase de mense secundo in tertium, & quartum, & ita de alijs. accideret transferri ad septimum, vt siquis in alijs mensibus esset immundus, & in septimo esset mundus, & celebraret tunc phase die quartodecimo. Nam tunc festum phase esset omnino idem cum festis tabernaculorum, quia illud celebratur per septem dies, scilicet a quartodecimo vsque ad vicesimum secundum, Leu. 23. festum autem phase, & azymorum durat similiter a quartodecimo vsque ad vicesimum secundum, Exo. 10. cap. Ideo esset tunc omnino idem festum, quod est valde absurdum. nam diuersæ erant cęremonię horum festorum, & diuersę causę celebrandi illa, vt patet Leui. 23. ideo non licebat transferri phase semper de mense in mensem propter impedimentum.

Quarto, quia celebratio phase erat aliquid cæremoniale, sed in cęremonijs, quę fiebant ad cultum Dei nō licebat aliquid fieri vltra id, quod iussum erat, Deuter. 12. scilicet, quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino

Domino Deo tuo, neque addas quidquā nec minuas. Deus tamen iussit celebrari phase mense primo, Exo. 12. Et si adesset impedimentum præcepit transferri ad mensem secundum. Et tamen etiam si esset impedimentum in mense secundo, non dixit, quòd trasferretur ad mensem tertium, & ad alios, ergo nō licebat transferre: sed illi quibus accidebant impedimenta in secundo mense, non poterant celebrare phase in toto illo anno.

Obiectio ad supra dicta ponitur, & soluitur. Quæst. XXII.

SED adhuc obijciunt, quòd deberet mutari in tertium mensem, & ad alios propter identitatem rationis, quia cum esset tempus phase mēsis primus licebat propter impedimentū trāsferri ad secūdum, vt patet in litera, ergo similiter manente impedimento in secundo mense transferretur ad tertium, & ita de alijs.

Secundo, quia rationes, quę ostendebant non deberе fieri mutationem non tenent. nam dicebatur, q periret significatio festiuitatis data mutatione, & tñ quando celebratur in mense secundo fit mutatio, qa in mense primo liberati fuerūt Israelitę de Aegypto, Deuter. 16. ergo non perit significatio mutato tēpore, vel dato, quòd pereat licitum est mutari: ita mutando in tertium, vel quartum mensem, vel manebit significatio, vel dato, quòd pereat, licebit mutari.

Dicendum, quòd ista non stant, sed solum fiebat mutatio de primo in secundum mensem, sed non de secundo in tertium, vel in alios, vt dictum est prędenti q. Ad primam rationem in contrarium dici potest. vno modo, quòd etiam si esset hic identitas rationis non teneret argumentum, quia illud non tenet in eis, quę pure dependent a voluntate, & tamen sic erat de cęremonialibus, quia dependebant ex sola Dei voluntate, ideo non teneret ibi identitas rationis cum ex ea arguitur.

Secundo potest dici, & melius, quòd non est hic identitas rationis, quia aliquid est, propter quod mutetur de primo mense in secundum, & illud non est ad hoc, quòd mutetur de secundo in tertium, & in alios, quia mutando de primo in secūdum non ocurrit aliqua festiuitas, cum qua coincidat phase, quia in secundo mense Hebręorum nulla festiuitas erat, nisi sabbatum, quod est in qualibet hebdomada, si tamen mutaretur de secundo in tertium, & ita in alios mēses accideret celebrari phase mense septimo die quartodecimo, & ita coincideret totaliter cum festo tabernaculorū, vt ostensum est prec. q. ideo licebat mutari de primo in secundū, sed non de secūdo in alios.

Tertio, quia non tenet identitas rationis in cęremonijs, quia Deus iusserat nihil fieri, nisi quod ipse iuberet de his, quę pertinerent ad cultum suum, Deuter. 12. quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo tuo, neque addas quidquam, neque minuas. Deus tamen iussit mutari de primo in secundū mensem existente impedimento, sed non de secundo in alios, ergo non licebat mutari de secundo.

Quarto, quia hic non est aliquod argumentum ex identitate rationis, sed est lex pura. nam si Deus instituisset celebrari phase solum mense primo, & nos diceremus, quòd propter aliquod impedimentum licebat etiam celebrari mense secundo: deberemus etiā concedere ex identitate rationis, quòd mutaretur ad tertium, & quartum, & alios, sed nō est sic, quia Deus dedit legem de celebrando phase mense primo, & secundo, ideo non est sic, vnde nos extendamus hoc ad alios menses.

Alia obiectio ad eadem soluitur. Et quod festa Hebræorum erant duplicia: quædam semel in anno accidentia: alia vero sæpe. Quæst. XXIII.

ADHVC diceret aliquis, quòd quamuis non liceret transferri phase per omnes menses tamen saltem liceret transferri de secundo in tertium, & vsque ad sextum, quia dicebatur, quòd si transferretur per omnes mēses accideret festum phase, & tabernaculorum esse idem omnino, & tamen hoc nunquam accideret, nisi cum celebraretur phase in secundo mense, quia in alijs non est aliquod festum die quartodecimo.

Dicendum quòd non licebat transferri in aliquem mensem nisi de primo in secundo, quia licet non existeret illud incōueniens nisi celebrato phase in 7. mēse, tamen existebant alię, & illę accidebāt in omnibus mensibus, nisi in secundo, ideo conuenienter de solo primo ad secundum concessit Deus fieri mutationē. Istud patet, quia turbaretur alias ordo festorum: nā primum festum anni totius erat phase, quod fiebat mense primo. secundum erat Pentecostes. deinde festum clangoris, & propitiationis, & tabernaculorum Leui. 23. & infra 28. & 29. festum autem pentecostes erat quinquaginta diebus post festum phase. ideo vocatur pentecostes, idest quinquagesima Leui. 23. Ex quo apparet, quòd cum phase celebraretur quartodecimo die mensis primi, quòd pentecostes celebraret die quinto mensis tertij, quia in hoc tempore sunt quinquaginta dies.

Ex his apparet, quòd cū festum phase transferretur de mense primo in secundum, non mediabat aliqua festiuitas inter ista tempora, quia inter phase, & pentecosten nulla festiuitas est, vt patet Leui. 23. & ita mutando phase ad quartumdecimum diem mensis secundi non fiebat aliqua deordinatio festorū. Si autē mutaretur phase de secundo mense in tertium celebraretur die quartodecimo mensis ipsius, & ita fieret maxima deordinatio festorum, quia prius celebrarēt pentecostes, quam phase, quia pentecostes erat die quinta mensis tertij, vt dictum est, & tunc phase die quartodecimo mensis tertij, & ista ratio est multum concludens. Et quod dicitur de mēse tertio a fortiori dicetur de alijs mensibus sequentibus, quia quanto magis elongabitur phase a mense secundo, tanto erit maior deordinatio festorū, quia posteriorabitur phase ad pentecostē, ideo non potuit fieri mutatio in aliquem mensem, nisi in secundum sine turbatione festorum, & hoc solum Deus concessit.

Sed obijcietur, quòd adhuc non euitatur inconueniens, quia mutando phase de primo mense in secundum turbatur ordo festorum. nam prima die mensis secundi celebrabatur festum calendarum, quod erat festum apud Hebręos, vt 1. Re. 20. scilicet ecce calendæ sunt craſtinæ, & 4. Reg. 4. c. f. quā ab causam vadis ad eum hodie non sunt calendę neque sabbatum. Si autem mutaretur phase ad quartumdecimum diem mensis secundi, turbaretur ordo inter phase, & festū calendarum secundi mensis, quia cum præcedere deberet phase, subsequeretur nunc.

Dicendum quòd istud nihil facit, quia turbatio festorum, nō dicitur nisi in comparatione illorum, quę semel in anno accidebant. non autem in comparatione ad alia, quę sępe eueniebant. Pro quo sciendum, quod quędam festa erant inter Hebręos, quę solum semper in anno accidebant, & sunt quinque, scilicet phase, pentecostes, dies clangoris, dies propitiationis, festum tabernaculorum, & ista habebant determinata tempora in anno Leui. 23. 28 & 29. Erant autē duo festa, quæ sæpe in anno accidebant, idest sabbatum, &

neomenię

Universidad de Deusto Biblioteca

neomenię ſiue calendę. ſabbatum enim erat qualibet hebdomada. neomeniæ autē, ideſt calendę quolibet menſe, ſcilicet prima die menſis infra 28.& ſic non poterat eſſe turbatio inter phaſe, & calendas ſecundi menſis, quia phaſe erat ſemel in anno: calendę autem erant in quolibet menſe, ideo ſiue eſſet phaſe primo menſe, ſiue ſecundo ſemper eſſent aliquę calendę ante phaſe, & aliquę poſt phaſe. ſecus autē eſſet de phaſe, & pentecoſte, quia phaſe ſemper eſt ante pentecoſten. Si autem transferretur phaſe ad tertium menſem pręcederet pentecoſtes ad phaſe, quod nō fieret trāſferrendo ad ſecundum mēſem, ideo non debuit trāſferri ad aliosmen ſes.

Ad ſecundam rationem quæſt.22.reſpondetur. Quæſt. XXIIII.

NVNC reſpondendum eſt ad ſecundam rationem poſitam ſupra q.22.de mutatione ſignificationis. Dici poteſt vno modo, ꝙ transferendo ad ſecundum menſem nō peribat ſignificatio, quia Deus faciebat iſtam mutationem, ideo retineretur ſignificatio, quam ipſe vellet haberi ex illo feſto. ſecus autem facta mutatione ex ratione noſtra ad alios menſes, quia nos non poſſumus dare feſtiuitati ſignificationem.

Secundo poteſt dici, & melius, quòd mutando ad ſecundum menſem nō peribat ſignificatio, quia phaſe fiebat ad ſignādum liberationem de Aegypto, quę facta eſt in principio veris, Deuter.16. Si autem mutaretur ad ſecundum menſem parua differentia erat, quia manebat idem tempus. ſcilicet ver cum habeat ver tres mēſes. Si autem transferretur ad tertium, vel quartum menſem exiret tempus veris, & ita non maneret ſignificatio, ideo neque Deus ſtatuit mutari ad alium menſem, niſi ad ſecundum.

Cum autem objiciebatur ſupra q.20.de dicto Auguſtini. Dicendum eſt, quòd Auguſtinus non tenuit determinate, quòd transferretur phaſe ad menſem tertium, & ad alios, ſed ſub diſiunctione, ſcilicet quòd, qui erat immundus menſe ſecundo celebrabat phaſe menſe tertio, vel non celebrando non incurrebat culpam aliquam cum ait. quid facerent ſi forte talis immunditia ad ſecundum etiam mēſem occurreret: puto, quod dictum eſt de menſe ſecundo, tanquam regulariter fuiſſet retinendum, vt tertio menſe obſeruarent: aut forte ſi paſcha non egiſſent ad culpam nō pertineret. Et hoc verum eſt, quia vel celebrarent phaſe in alijs menſibus, vel non eſſent in culpa non celebrando, quia alias obligarentur ad incompoſſibilia, & tamen vnum iſtorum erat determinate verum, ſcilicet quòd Iudæi non tenebantur celebrare phaſe mēſe tertio, neque in ſequentibus: immo non licebat eis etiam ſi vellent, quia erat iſtud extra tempus ſtatutum.

Aliter etiam poteſt dici, quòd ex illa auctoritate Auguſtini, nihil ſequitur cum non loquatur aſſerēdo, ſed ſub dubio dicens. puto quod dictum eſt, &c.

Decimaquarta die menſis ad veſperum. Et in ſecūdo mēſe non poterat celebrari phaſe extra diem 14. quia in illa die fuerat in Aegypto phaſe in cuius memoriam fiebant omnes poſteriores celebrationes, & ſi mutaretur iſta dies 14. perderetur ratio ſignificationis.

Cum azimis, & lactucis agreſtibus comedent illud. Ideſt comedēt phaſe cū lactucis, & azymis. Accipitur autē hic phaſe non pro celebratione, vel feſtiuitate, ſed pro ipſo agno, quia de ipſo verum erat, quòd comederetur.

F *An in deſerto obſeruata fuerint azima, & lactucæ agreſtes, & quæ azyma erant iſta. Quæſt. XXV.*

ET poſitę fuerunt hic iſtę duæ cęremonię: nō quòd iſtę ſolę obſeruari deberent, quia iubet infra, quòd omnes obſeruentur, ſed commemorauit aliquas ſpecialiter, vt daret poſtea generalem limitationem de omnibus.

Aliqui dicunt, quòd poſitæ ſunt iſtę duę, quia in celebratione facta in deſerto non potuerunt obſeruari cum non eſſent ibi azyima, nec lactucę agreſtes, ad innuendum, quòd quamquam ibi non obſeruabant iſtę duę cęremonię: tamen in terra promiſſionis obG ſeruandę erant, & ſatis rationabile erat, ſi de his duabus ſolum diceretur, ſed etiam de alijs ſubiungitur, ideo tenendum eſt primum. Quare autem comederetur phaſe cū lactucis agreſtibus, & quare cum azymis, Exo.12.c.declaratum eſt.

Et non ſunt iſta azyma, quę durabant per 7.dies. nam iſta non incipiebant die 14.ſed 15.vt patet Leui. cap.23.ſ.menſe primo 14.die menſis ad veſperum phaſe domini eſt, & 15.die menſis huius ſolennitas azymorum. Sed iſta ſunt azyma de quibus hic comedebatur die 14.ergo non pertinent ad feſtiuitatē azymorum, ſed ad ſolennitatem phaſe, & ex alia cauſa comedebantur, quam azyma ſeptem dierum ſequentiū. Diuerſitas horum declarata eſt, Exo.capi.12. *Non re-* H *linquent ex eo quippiam.*

Quomodo cæremoniæ in veteri teſtamento habebant duas cauſas literales: vnam referendo ad vetus teſtamentum: aliam ad ſtatum noui teſtamenti. Et quod lex debebat intelligi in ſenſu literali. Quæſt. XXVI.

OMNES iſtę cęremonię, q̄ dabantur cū agno paſchali habebāt duplices cauſas literales. Vna erat per comparationem ad tempus illud ſecundum ſtatum Iudęorum, quem tunc habebant. Alia cauſa eſt ſecundum comparationem ad Chriſtum, qui ſignificabatur per iſtum agnū I paſchalem, & Deus dans hanc legem intendebat eū ſignificare, nec quidem in ſenſu allegorico, ſed in literali, quia beatus Ioannes allegat iſtam particulam c.19.de Chriſto dicēs, vt impleretur, quod in lege ſcriptum eſt. os non comminuetis ex eo. Euangeliſtę tamen nunquam allegant aliquid in ſenſu allegorico, quia nunquam eſt argumentum ſolum in ſenſu allegorico, analogico, vel tropologico, ſed ſolum in literali. Sic enim ait Dionyſius, quòd myſtica theologia non arguit, ideſt de ſenſu myſtico nunquam ſumitur argumentum, neceſſe eſt igitur, quòd ſecundum ſenſum literalem etiam de Chriſto iſta intelligantur. vnde erit duplex cauſa literalis cuiuslibet harum cæremoniarum, ſicut eſt duplex ſenſus literalis.

K Prima cauſa aſſumitur ex comparatione ad Chriſtum ſecundum ea, quæ conſiderantur in paſſione Chriſti, & in ſumptione Euchariſtię, ad quæ duo pertinet ſignificatio agni paſchalis, & tunc non confringebatur os ex agno paſchali, quia de Chriſto in ara crucis immolando, nihil confractum eſt, ſed cum fracta fuiſſent crura latronum, & peruentum eſſet ad Ieſum repertus eſt mortuus, & non fuerunt fracta crura eius, vt patet Ioſue 19.c.ſubditur ibidem. hoc autē factum eſt, vt impleretur ſcriptura, os non comminuetis ex eo. alia cæremonia, quòd non relinqueretur quidquam ex illo inquantum refertur ad Chriſtum ſignat ſumptionem corporis eius, ſcilicet quod nihil eſſet relinquendum de eo, ſed quicunque Chriſtum ſumit totum ſumit, ideo quandocunque aliqua particula

ſumitur a recipientibus Euchariſtiam: etiam ſi illa parua ſit, totus Chriſtus ibi ſumitur, & ſi ſit maxima non poteſt ſumi, niſi totus Chriſtus: nec magis habet, qui parum ſumit, quam qui multum, quia vtrobique totus Chriſtus eſt, ſicut erat de manna, quia qui multum collegerat, non reperiebat magis, quam qui parum, ſicut patet Exo.capi.16.

Si autem referantur iſtę duę cęremonię ad ſtatum Iudęorum fiebant ſic, quoniam in Aegypto fuerant ita obſeruatę: ad nihil enim obſeruabātur, niſi vt eſſet memoria celebrationis phaſe in Aegypto, & quia ſic fuerat in Aegypto, vt patet Exo.c.12. ſic poſtea obſeruatę ſunt. Cauſa autem quare in Aegypto ſic fuerunt obſeruatę, eſt quia cum feſtinatione receſſuri erāt, & non erant comeſturi ſequenti die in Aegypto, ideo nocte illa in qua fiebat phaſe comedi debebat totū. Si autem aliquid relinqui poſſit haberēt adhuc ſpem comedendi iterum de illo in Aegypto, & ex hac eadem cauſa iubebatur, quòd ſi aliquid ſupereſſet cremaretur igni, ne iterum redirent ad comedendum de illo. Iuſſum eſt autem, quòd non confringerent oſſa, ſed relinquerent ea integra, & ſolas carnes comederēt ad ſignandam velocitatem egreſſus de Aegypto, quia qui illius oſſa frangunt, & medullas eius bibunt, morantur ſugendo, qui vero ſolas carnes comedit velociter finit.

Et os eius non confringent. Ideſt non frangent oſſa illius, & ſic obligabantur Iudęi non ſugere medullas oſſium agni paſchalis, quia non poſſunt bibi, niſi fractis oſſibus.

Quid fiebat de oſſibus agni paſchalis. Quæſt. XXVII.

SED quęret aliquis quid fiebat de oſſibus agni paſchalis? forte reſpondebit quiſquam, quòd comburebantur ſimul, ſicut dicitur de carnibus, ſcilicet ſi quid reſiduum fuerit igne comburetis, vt patet Exo.c.12. oſſa tamen erant reſidua, q̄a nunquam comedebantur, ergo cremabantur.

Reſpondendum eſt, quòd quamquam oſſa ſemper eſſent aliquomodo reſidua, tamen non poteſt intelligi de illis, quòd cremarentur, quia dicitur ſiquid reſiduum fuerit. in quo ponitur in dubium an eſſet aliq̄d reſiduum. manifeſtum tamen eſt, quòd oſſa ſemper erant reſidua. ergo ſi illa deberent comburi non diceretur, quòd ſi aliquod reſiduum fuerit. Sed diceretur non remanebit ex eo quidquam, & quod reſiduum eſt igni comburetis. Dicendum ergo, quòd ſolę carnes erant, quę comburebantur, quando ſupererant. oſſa vero non comburebantur, ſed proijciebantur.

Omnem ritum phaſe obſeruabunt. Subditur hic generaliter de omnibus alijs cęremonijs, quia erant obſeruandę omnes cęremonię, quę erant pertinentes ad phaſe, ideſt ad modum celebritatis paſchalis de q̄bus Exo.capi.12.

An omnes cæremoniæ dictæ de phaſe obſeruari deberent in poſteris. Quæſt. XXVIII.

NON tamē eſt intelligēdum, quòd omnia, quę ibi dicta ſunt obſeruari deberēt in poſteris. Nam iubetur, quòd decima die mēſis primi ſumeretur agnus anniculus, & obſeruaretur vſque ad diem 14. ad immolādum. poſtea tamen non obligabantur Iudæi ſumere agnum illum a die 10. vſque ad 14. ſed quòd immolarent in 14. ſiue ante ſumerent, ſiue nō. Cauſa huius fuit, quia Hebræi nunquam celebrauerant phaſe, ideo oportebat, vt præmonerētur in cæremonijs eius, ita vt parati

A eſſent per aliquot dies ante. Item Hebręi receſſuri erāt de Aegypto in nocte diei 14. & hoc eis ante fuerat nūciatum, vt patet Exo.c.12. Si autem non acciperent agnum anniculum ante diem 14. occupati circa alia, quę parare debebant pro receſſu, obliuiſcerentur cæremoniarum, ideo decuit per aliquot dies, quòd quilibet eorum haberet agnum in domo, & ſic non obliuiſcerentur celebrare phaſe. Nunc autem in poſteris Iudæis non exiſtebat aliqua cauſarum iſtarum, ideo non oportebat, quòd ſumerent agnum anniculum ante diem 14.

Item in Aegypto obſeruauerunt Hebręi cęremoniam ſanguinis liniendo portas domus, ſcilicet ſuper- B liminare, & vtrunque poſtem, vt patet Exo.12. Iudæi tamen non obſeruauerunt, nec cogebantur obſeruare, quia illud erat extra cæremonias agni paſchalis. ſolum enim fuit, quia nocte illa qua Iudæi comederunt phaſe in Aegypto, angelus percuſſurus erat omnia primogenita Aegyptiorum, & tranſibat per omnes domos, quia vero Iudæi habitabant inter Aegyptios, vt non percuteret angelus in domibus Hebræorum ponebatur ſanguis in porta, vt angelus videns tranſiret. poſtea autem in terra promiſſionis nihil tale euēturum erat, ideo Iudæi non liniebant portas ſuas ſanguine. non enim erat iſta propriè cęremonia phaſe, ideo cum poſitæ eſſent cęterę, quę pertinebant ad ritum comedendi agnum, ipſa non fuit cum illis poſita, ſed poſtea deſcripta, vt patet Exo.c.12. tanquam ali- C quid, quod ſpecialiter pertinebat ad celebrationem phaſe, quę fiebat illa vice. Cum autem dicitur, quòd omnes cęremonias phaſe obſeruabunt. nō eſt ſenſus, quod obſeruarent omnia, quę ſeruata ſunt in Aegypto, ſed ſolum ea, quę proprie pertinebant ad phaſe. Aliquę enim in Aegypto obſeruatę fuerant, quę non erant cęremonię phaſe.

Si quis autem, & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit phaſe: exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium domino non obtulit tēpore ſuo. Pec- D catum ſuum ipſe portabit. Peregrinus quoq; & aduena ſi fuerint apud vos, facient phaſe domino iuxta cęremonias, & iuſtificationes ſuas. Pręceptum idem erit apud vos tam aduenę, quam indigenæ. Igitur die qua erectū Exo.40. eſt tabernaculum, operuit illud nubes. A veſpere autem ſuper tētoriū erat quaſi ſpecies ignis vſque mane. Sic fiebat iugiter. Per diē operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis. Cumque ablata fuiſſet nubes, E quę tabernaculum protegebat: tunc proficiſcebantur filij Iſrael, & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. Ad imperium domini proficiſcebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculū manebāt in eodem loco. Et ſi eueniſſet, vt multo tempore maneret ſuper illud: erant filij Iſrael in excubijs domini, & non proficiſcebātur quotquot diebus fuiſſet nubes ſuper ta-

berna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bernaculum. Ad imperium domini erigebãt tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes a vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculũ reliquisset, proficiscebantur. Et si post diem, & noctem recessisset, dissipabant tentoria. Si vero biduo aut vno mense, vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur. Statim autem vt recessisset, mouebant castra. Per verbum domini figebãt tentoria, & per verbum illius proficiscebantur. Erantque in excubijs domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

Si quis mundus est. Hic ponitur pœna non celebrantiũ phase, scilicet quòd deperirent de populo suo.

Nõ celebrabant phase qua pœna puniebãtur.

Erat enim phase rememoratiuum cuiusdam beneficij, per quod cœperit gens Hebræorum esse populus Dei. incœperunt enim pertinere ad Deum specialiter, quia eduxit illos de Aegypto, faciens miracula. hoc autem fuit significatum in phase, ideo volebat Deus, vt celebrarent phase, quia sic recolerent semper beneficium a Deo prœstitum. repetũtur autem hic duę conditiones eorum, qui excusantur a celebratione phase in mense primo, scilicet si non est mundus, & si est in itinere. Primum autem est si non sit mundus, & ponitur hic generaliter, supra autem ponebatur specialiter, scilicet si immundus est super animam, ideſt in contactu alicuius cadaueris. Ex hoc autem patet, q̃ non solum, qui sic immundus est, sed quamcunque aliam immunditiam habẽs, siue naturalem, siue per contactum non poterit celebrare phase, quia dicitur si mundus est, qui tamen in aliqua harum incurrit nõ est mundus, & ex hoc sumpserũt auctoritatem Iudęi illi, qui ducentes Christum ad Pilatum noluerunt introire in prætorium ne contaminarentur, sed manducarent pascha, vt patet Ioan. 18. c. supra tamen respõsum est in casu illo, quia de ipso quærebatur.

Et in itinere non fuerit. Iste est alius casus in quo excusantur a celebrando phase mense primo intelligẽdo, sic fuit supra declaratum, scilicet quòd esset illa via extra terram Chanaan, quia in terra ipsa cum eẽt terra Iudęorum omnes obligabantur venire ad Sanctuarium. Sed intelligitur de via in terram Gẽtilium, & q̃ illa esset ad partes longinquas. non enim excusabat quælibet peregrinatio in terram Gentilium, vt supra declaratum est.

Et tamen non fecerit phase. Ideſt si non fuit impeditus per aliquam istarum duarum causarum, & non obseruat phase, omittit illud ex negligentia, ideo inferretur pœna, quæ sequitur tanq̃ in contemptorẽ legis.

Alia excusatio non celebrandi phase, scilicet ægritudo.
Quæst. XXIX.

SCIENDVM tamẽ est, quòd præter istos duos casus poterant esse alij in quibus non obseruaretur phase, velut si quis esset valde ęger: huic enim cibus carnium est nociuus. impossibilitas autem eum excusat. de his autem, quamquam lex nunquam exprimat, semper intelligitur, quia lex rationabilis est, & non debet obligare ad impossibile, vel ad id, quod mortem, aut periculum mortis inducit.

Si quis vouisset apud Iudæos anno integro abstinere a carnibus an obligaretur vesci carnibus in festo phase. & siquis vouerit ieiunare omnem sextam feriam, & fuerit Natalis Domini die illa non cogetur ieiunare, & tamen potest, & quare magis in hoc, quam in phase. Quæst. XXX.

SED quęret aliquis an si vouisset quis manere vno anno in abstinentia sine cibis carnium teneretur celebrare phase. Erat enim inter Iudęos modus vouendi ieiunia, vel quamcũque carnis macerationem ad cultum Dei, vt patet infra 30. c. Cum dicitur. si vouerit, & iuramento se astrinxerit, vt per ieiunium, vel cęterarum rerum abstinentiã affligat animam suam, &c.

Aliquis dicet, q̃ liberum erat cuilibet non comedere carnes per votum, quia comedere carnes est nobis indultum. Possumus autem renunciare ei, quod pro nobis introductum est. Sic autem de celebratione paschali, quia licebat ibi singulis comedere carnes agni immolati, si tamen vellet renunciare priuilegio suo, obligando se ad macerationem carnis, vel sponte faciendo, videbatur, quòd posset.

Simile est in ecclesia de die Natalis Domini, quia propter reuerentiam festiuitatis Saluatoris nostri indulsit ecclesia, vt quamquam accideret dies illa in 6. feria liceret carnes comedi, vt patet extra de obser. ieiu. in c. vltimo. si tamen aliquis ex deuotione vult illa die ieiunare nõ astringitur comedere carnes. si tamẽ vouerit omnibus sextis ferijs ieiunare, & accideret Natalis Domini in 6. feria non obligatur ieiunare. si tamen ex deuotione voluerit laudabile est. Sic autem in celebratione phase, si aliquis vouisset nunquam comedere carnes inter Iudæos non obligabatur abstinere a carnibus in die phase, nisi forte expresse de illa die meminerit in voto. Si tamen vellet alias sine voto videbatur, quòd posset.

Respondendum est, quòd inter Iudæos nemo ex voto, vel ex deuotione poterat abstinere a carnibus in die phase, quia erat lex iubens comedi carnes, nec est simile de Natiuitate Domini in ecclesia, & de phase inter Hebręos, quia quòd liceat comedi carnes die Natalis cum accidit sexta feria ex indulto, vel quasi priuilegio habetur. licet autem cuilibet renunciare priuilegio suo, quòd vere aliquis non comederet carnes in die phase non erat facere contra indultum, sed contra necessitatem prœcepti. nam fuerat impositum sub necessitate, vt quilibet comederet de phase, nisi haberet aliquam de causis excusantibus, ideo nec per votum, nec per deuotionem contrarium effici licebat. immo si aliquis voueret expresse non comedere carnes in die phase peccabat, quia vouebat non facere, quod Deus iusserat, velut siquis voueret nunquam colere Deum, vel non honorare parentes.

Exterminabitur anima illo de populo suo. Ideſt homo ille peribit de reliquis popularibus.

Animam perire de populo quomodo intelligitur, & quomodo Deus exterminat quemquam. & quę casualia nobis euenientia respectu Dei efficientis illa sunt a proposito. Quæst. XXXI.

ACCIPITVR hic anima pro homine, & dicitur perire anima, quando homo moritur, quia tunc ipse perit, & dicitur de populo suo perire, quia iam non manet in populo, ideſt inter reliquos Hebręos. In quo significat, quòd Deus huiusmodi contemptorem legis occideret tradendo in manus aduersariorum aut bestiarum, vel in aliquod genus mortis. Hęc enim omnia infortunia quæ

quę nobis accidunt, Deo disponente eueniunt, vnde cum aliquis grauiter coram eo peccauerit interdum tradit illũ in manus alicuius, vt occidatur. alius tamen ignorat quid agat, sicut est in occidente a casu, quod tamen nobis est casus, Deo non est casus, sed ab intẽtione factum, quia ipse taliter direxit hunc, & mouit, vt exigentibus demeritis suis incideret in manus alterius ignorantis. sic patet Exod. capitulo vigesimoprimo. Cum dicitur. siquis autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manu eius constituam tibi locum, quo fugere debeat, & sic significat, quòd ipse Deus tradit manibus nostris, vt occidantur illi, qui a casu pereunt.

Et iste modus loquendi est frequens in lege veteri, & est ad incutiendum timorem, vt homines caueant infringere præcepta Dei. in lege autem noua nihil tale dicitur, sed veraciter sic fit. nam Deus tradit eos, qui peccant nunc interdum in magna infortunia, interdũ in mortem, ponitur autem ista clausula, quando pœna inflingenda non pertinet ad iudices, sed ad Deum.

Quam pœnam incurrebat non celebrans phase, & quomodo erant puniendi a Deo, & a iudicibus. & alius sensus quomodo quis dicatur perire de populo.
Quæst. XXXII.

SCIENDVM tamen est, quòd ille, qui noluit celebrare phase tempore suo, aut hoc fecit occultè, ita vt non constaret iudicibus ne deduceretur causa in iudicium: aut fecit hoc publicè. Si autem aliquis publicè, cęteris phase celebrantibus, noluit celebrare tanquam contemptor, & destructor manifestus legis, occidi debebat per iudices; peccatorum autem occultorum, solus Deus est vltor, & in hoc casu peccantes sibi faciebat perire de populo.

Alio modo poterat quisquam intelligere, q̃ anima illa peribit de populo, ideſt peccat mortaliter ille, qui facit, & anima sua peribit in ęternum. dicitur autem perire de populo suo, ideſt de populo iustorum, qui erant in lymbo. Sic dicitur de Abrahã, quòd mortuus est, & applicatus ad populum suũ, vt patet Gen. ca. 25. Vocatur ibi populus suus populus iustorum. sic etiã de Iacob Gen. 49. capi.

Sed iste sensus non conuenit, quia non dicitur hic peribit anima illius, sed peribit anima illa in quo significatur homo, & non anima. Item quia dicitur de populo suo, qui autem de populo perit in populo erat sed isti transgressores legis nunquam fuerunt in populo Dei in lymbo. ergo non possunt de illo perire.

Item in veteri testamento, nunquam est consueta poni talis pœna, quia secundum quãtitatem promissorum bonorum debet esse qualitas infligendarum pœnarum, sed omnes promissiones de bono, quę erant in veteri testamento saltem in cortice literę de bonis terrenis fiebant in presenti statu, ergo pœnę infligẽdæ in temporali calamitate esse debuerunt. necessario ergo intelligetur hoc de morte temporali infligenda. Ité quia populus ille erat adhuc rudis, & imperfectus valde. nec satis spiritualia, & ęterna cõcupisceret, nec pœnas ęternas post translatam vitam formidaret. animalis enim homo, ideſt rudis, & imperfectus ignorat, quę Dei sunt, vt patet 1. ad Corin. capitu. 2. debuerunt, ergo pœnę in presenti statu comminari, quę infligendæ timerentur.

Quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo. Ideſt peribit anima ista de populo suo, quia non obtulit sacrificium, scilicet agnum paschalem, qui vocatur sacrificium.

In quo genere sacrificiorum sit agnus paschalis. Cum tria genera sacrificiorum essent. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis cum agnus paschalis sit sacrificium in quo genere sacrificiorum sit, sunt enim solum tria. s. holocaustum, hostia pro peccato, victima pacifica, vt patet ex processu totius Leuitici.

Non potest autem dici, quòd pertineret ad holocaustum, quia in holocausto omnes carnes cremabãtur in altari, hic autem nullæ, sed omnes comedebantur ab ipsis Iudęis facientibus phase. Item non poterat dici hostia pro peccato, quia ista est duplex, quędã enim est cuius sanguis infertur intra tabernaculum, & de hac nihil comeditur, sed carnes cum pelle, cornibus, & fimo cremantur extra castra, vt patet Leuit. ca. 6. Aliud erat sacrificium pro peccato, cuius sanguis non inferebatur intra Sanctuarium, & omnes carnes huius proueniebant sacerdotibus, preter adipem, qui cremabatur in altari, & sanguinem, qui fundebatur ad basim eius, vt patet Leui. c. 6. iuncto c. 4.

Non poterat etiam vocari hostia pacifica, quia in hostijs pacificis pars quędam proueniebat Deo, scilicet adipes, sacerdotibus autem pectusculũ, & armus, offerentibus vero cętere carnes, vt patet Leuit. cap. 7. in agno tamen paschali nõ cremabantur omnes carnes, sicut fiebat interdum in hostia pro peccato, nec proueniebãt omnibus sacerdotibus, vt fiebat aliquãdo in victima pro peccato: nec etiam diuidebatur inter sacerdotes, & offerentes, sicut in victima pacifica, ergo non erat holocaustum, nec hostia pro pecato, nec victima pacifica, & consequenter nec sacrificium, cum nulla sint sacrificia præter hęc.

De quinque similitudinibus quas habet agnus paschalis cum sacrificio, & quomodo reducitur ad holocaustum: Et quòd vitula rufa est magis participans rationem sacrificij, quam agnus paschalis. Quæst. XXXIIII.

RESPONDENDVM est, quòd agnus paschalis non erat proprie sacrificium, cum non esset sub aliquo istorum trium, sed vocabatur large sacrificium, quia habebat aliquas proprietates sacrificij. Prima quia adipes agnorũ immolatorum in phase cremabantur super altare, vt colligitur Exo. c. 33. cum dicitur. immolabis super fermẽto sanguinem victimę meę, nec remanebit adeps solennitatis meę vsque ad mane: ibi vocatur agnus paschalis victima Dei siue sacrificium, & immediatè subditur de adipe eius, quòd non remaneret vsque mane, ideſt ad auroram sequentis diei, sed in ipsa nocte diei 14 cum immolabatur agnus cremandus erat adeps super altare, sicut cremabantur adipes holocaustorum vespertinorum tota nocte, vt patet Leu. c. 6. Et ista videtur esse causa quare Deus iusserit fieri phase solum in loco, vbi est Sanctuarium, vt patet Deutero. 16. capi. scilicet vt ibi possent cremari adipes immolatorum agnorum. Si autem in alijs locis fieret phase, cum in nullo alio esset Sanctuarium, non possent cremari adipes, nec esset sacrificium.

Secunda conditio similitudinis est, quia sicut nemo poterat comedere de sacrificijs, nisi mũdus esset, & arcebatur etiã ab ingressu Sãctuarij: ita & de agno paschali nemo poterat comedere, nisi mundus, & ex hac causa data est dilatio immundis, vt celebrarent phase mense secundo, vt patet in litera.

Tertia conditio similitudinis est, quia sicut sacrificia non poterant fieri, nisi in loco Sanctuarij, & si aliquis alibi faceret merebatur mortem: ita non poterat celebrari phase, nisi in loco Sanctuarij. patet hoc de

alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs sacrificijs Deutero.c.12.ſ.caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in eo quē elegerit Dominus Deus tuus in vna tribuum tuarū. idem Leui.c.17.de celebrādo phaſe in loco Sanctuarij habetur Deutero.c.16.ſ.immolabiſque phaſe Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

Quarta ſimilitudo eſt, quia ſicut carnes ſacrificiorum cremabantur, vel ſecundum totum, vel quantū ad aliquid, ita carnes agni paſchalis cū reſiduę eſſent, cremabantur igni, vt patet Exo.capi.12.non tamen cremabantur in igne altaris, ſed in quodam alio igne prophano, vt declaratum eſt e.c. Poteſt autem conuenientior comparatio haberi carnium reſiduarum de agno paſchali ad carnes reſiduas de hoſtia pacifica. Nā ſi ſacerdotes, vel offerentes non poſſent die oblationis comedere omnes partes ſibi prouenientes, vel in ſecundo die in quibuſdam hoſtijs pacificis, cremabantur igne reſiduę carnes, vt patet Leui.cap.7.& 19.

Quinta ſimilitudo poteſt eſſe quantum ad cauſam iubētem. omnes enim carnes quas Iudęi comedebāt, aut propter ſeipſos, delectarentur, & cibarentur comedebant, aut vt Deum colerent. Si primo modo nō vocabantur ſacrificia, nec obſeruabantur aliquę ceremonię ex parte comedentium, ſiue eſſent mundi, ſiue immundi, nec ex parte animalium, ſiue eſſent maculata, ſiue immaculata, ſed qualitercunque manducari licebat, vt patet Deutero.capi.12.

Si autem immolarent, vel manducarent carnes aliquas propter preceptum Domini, obſeruabantur in illis cæremoniæ, tam ex parte immolatorum animalium, quam ex parte comedentium, vt patet Deute.c.12.& iſta vocantur ibi largo modo holocauſta, ſed ſic erat de agno paſchali, quòd debebant obſeruari in eo, ceremonię, & propter Deum immolabatur. ergo includebatur nomine holocauſtorum generaliter dictorum. ſic autem vocatur hic ſacrificium: propriè tamen non erat. ſic autem erat de vitula rufa, quę iubēte Domino immolabatur, & comburebatur extra caſtra, vt patet infra 19.c. tamen ipſa non pertinebat ad aliquod genus ſacrificij: non enim erat holocauſtum, quia illud totum in altari crematur. vitula autem rufa tota cremabatur extra caſtra. Item non erat hoſtia pro peccato, quia in hoc ſemper ſanguis fundebatur ad baſim altaris, ſiue introduceretur in tabernaculū, ſiue non, vt patet Leui.capi.4.5.& 6.in hac autem, nec adipes Domino offerebantur, nec ſanguis fundebatur ad baſim altaris, ſed totū extra caſtra cremabatur.

Item non erat hoſtia pacifica, quia iſta ſemper diuidebatur inter Deum, ſacerdotes, & offerentes. vitula tamen rufa nulli horum in parte, vel in toto proueniebat, ſed cremabatur, vt patet infra capi.19.vocatur tamē ſacrificium, quia habebat aliquas ſimilitudines ad ſacrificium, ſcilicet quia iubente Domino immolabatur, & in loco Sanctuarij contra fores tabernaculi extra caſtra, & quòd eſſet munda, & mulię alię cæremonię.

Erat tamen magis participans rationem ſacrificij vitula rufa immolata, quam agnus paſchalis. Primo quia ipſa vitula rufa immolabatur a ſacerdote, vt patet infra c.19.Eleazarus enim filius Aaron immolauit illam. De agno autem paſchali an immolaretur a ſacerdotibus, vel a popularibus comedentibus non cōſtat, quamquam ſatis dici poſſet, quòd immolabatur a ſacerdotibus, cum adipes ſumendi eſſent ad cremandum in altari, vt ſupra dictum eſt.

Item ſimilabatur vitula rufa ſacrificio pro peccato, quia ſicut in quibuſdam ſacrificijs pro peccato aſpergebatur ſepties ſanguis contra velum Sanctuarij, vt patet Leui.capi.4.ita,& de ſanguine vitulę rufę ſepties aſpergebatur contra fores tabernaculi, vt patet infra 19.capitu.

Item ſimilabatur ſacrificio pro peccato, quod erat pro toto populo. Nam cum totus populus peccabat offerebatur pro eo vitulus,& cremabatur extra caſtra, vt patet Leui.capi.4.ita autem iſta vitula rufa cremabatur pro toto populo extra caſtra, ſcilicet vt de cineribus eius commixtis aqua totus populus aſpergeret ad expiationem immunditiarum, vt patet infra 19.c.

Item vitula rufa dicebatur ſacrificium pro peccato, quia in veteri teſtamento contaminatio exterior ſecundum quam aliquis prohibebatur accedere ad Sanctuarium, vocatur peccatum, vt patet ſupra c.7.de Nazareo, qui dicitur peccauiſſe ſuper mortuo, ideſt contaminatus fuiſſe: vitula autem rufa erat, vt de cineribus eius expiarentur omnia iſta peccata, ſiue contaminationes. ergo vocaretur ſacrificium pro peccato maiorem ergo, ſimilitudinem habet vitula rufa ad ſacrificium, quam agnus paſchalis, quia agnus iſte ſolū habet ſimilitudinem quandam generalem, nō determinando ſe ad aliquod genus ſacrificij. ad nullum eorum ſpecialiter habet ſimilitudinem: vitula autem rufa ſimilitudinem magnam habet ad ſacrificiū pro peccato, vt ſupra declaratum eſt. ſcriptura tamen loquens generaliter vocauit agnum paſchalem ſacrificium: ideo illi, qui non celebrant phaſe, dicuntur non offerre ſacrificium tempore ſuo, ideſt in tempore determinato ad iſtam celebritatem die 14.vt ſupra patet. Vnde non ſolum puniuntur omittentes paſchale celebritatem, quia non immolant, ſed quia non faciūt tempore ſuo. vnde ſi aliquis de Iudęis cum proposito celebrandi phaſe menſe ſecundo, omiſiſſet illud celebrare menſe primo incurrebat hanc pœnam, ac ſi nunquam celebraret, niſi detineretur aliqua duarum precedentium cauſarum: ideo ſi in menſe ſecundo celebraret iam in hoc peccabat, quia faciebat extra tempus determinatum a lege non habens aliquam cauſam faciendi.

Peccatum ſuum ipſe portabit. Ideſt qui nulla cauſa impeditus de precedentibus non celebrauit phaſe portabit peccatum ſuum, ideſt ſuper eum veniet iniquitas ſua, & hoc eſt repetitio præcedentis cum dictum fuit. exterminabitur anima illa de populo ſuo. nihil quippe aliud importatur per hoc.

Dicitur aliquis portare peccatum ſuum, ideſt ſuper ſe recipere pœnam debitam pro delicto, ſicut eſt in oneribus, quę ſuper nos ferimus. *Peregrinus quoque, & aduena ſi fuerint apud vos.*

Quare non ſolum Iudæi, ſed etiam gentiles conuerſi tenebantur celebrare phaſe alij autem non. Et quod Iudæi non cogebant gentiles ad cæremonias ſuas, ſed cogebant ad non agendum contra illas, & cum puniebant eos pro hoc non puniebant tanquam legis violatores, ſed tanquam illatores iniuriæ.

Quæſt. XXXV.

Hic declaratur ad quos extendatur iſta lex, quia cum daretur Iſraelitis putaret aliquis eos ipſos obligari. Reſpondetur tamen non ſolum ipſos, ſed etiam conuerſos ad Iudaiſmum de gentilibus obligari ad hanc legem, & iſti vocantur hic aduenę, & peregrini.

Aliqui exiſtimant hic diſtingui aduenas, & peregrinos, quia ſolum ſunt aduenę, qui conuerſi ſunt ad Iudaiſmum, & manent in terra Hebręorum, & quòd peregrini vocentur gentiles, qui tranſibāt peregrinando per terram Hebræorum, ſicut faciunt mercatores, qui tēdunt de vna terra in alterā ad negociationes. Sed hoc falſum eſt: ſoli enim, qui ſunt ſub aliqua lege obligantur

obligantur ad obſeruandum illam, qui vero non ſunt ſub ea ad nihil neceſſitantur, vt ait Apoſtolus ad Ro.ca.3.ſ.ſcimus autem qm̄ quęcunque lex loquitur his qui in lege ſunt loquitur. Iſti tm̄ peregrini, vt iſti aſſignant non erant ſub lege hebręorum cum eſſent gentiles. ergo non obligabantur ad obſeruandum illam, ſed ſolum cogerent Iudęi illos, vt non facerent aliqd, qđ redundaret in iniuriam legis ipſorū, vt ꝙ non colerent idola in terra ſua, & ſimilia. non tamen cogerent eos circuncidi, nec facere aliquas cęremonias. Cum vero aliquis cogeretur non colere idola, & occideretur, ſi faceret aliquem cultum manifeſtum non erat hòc, tanquam directe obligarentur ad legem, ſed quia facientes illud irrogabant iniuriam Iudęis colendo Deos alienos in terra Dei ſui, & tunc plectērēt hmōi peccantes non tanquā legis violatores, ſed tanquam vltores iniuriæ ſibi irrogatę, faciendo in terra ſua, quod non licebat. ſ. colendo Deos alienos. hic tm̄ vocātur peregrini iſti, qui obligati ſunt ad obſeruandum legem. ergo non ſunt gentiles peregrini nondū conuerſi. Sed aduenæ, & peregrini accipiuntur hic ꝙ eiſdem, & ſunt illi, qui conuerſi ſunt ad Iudaiſmum, vel filii conuerſorum. vocantur autem iſti aduenę, qa de terra aliena ad terram Iudæorum venerunt, & de cultu Deorum alienorum ad cultum veri Dei. vocantur autem iſti peregrini, quia nunc qm̄ manent in terra Iudæorum non manent, vt in terra ſua, ſed vt in terra aliena, quicunque autem in terra aliena moratur, quantumcunq; magno tempore moretur in ea, ſemper vocatur peregrinus: ſicut Abraham, quamquam manſerit magno tempore in terra Chanaan. ſ. ex anno 75. vitæ ſuę, vſq; ad mortem cum iam eſſet annorum 175. vt patet Gen.c.12.iuncto 25. ſemper tm̄ vocatus eſt peregrinus in terra illa. ſic enim ipſe vocauit ſe, vt patet Gen.23.c. ſ. aduena ſum, & peregrin⁹ apud vos, & tunc eſt ſenſus, ꝙ illi, qui erant conuerſi ad Iudaiſmum qui vocabantur peregrini, & aduenę ex cauſis dictis, debebant obſeruare iſtam legem, ſicut Iſraelitę.

Cur peregrini conuerſi compellebantur obſeruare legē de phaſe celebrando, cum ipſi non recepiſſent beneficium cuius memoria agebatur. Quæſt. XXXVI.

Quaeret aliquis, quare compellebantur peregrini obſeruare iſtam legem de phaſe celebrādo, quia lex fuit introducta ad memoriam beneficii preſtiti Iſraelitis in exitu de Aegypto cū celebrauerunt phaſe. conuerſi tamen ad Iudaiſmum de gentilitate non participauerūt hoc beneficio, nec eorum priores. ergo non erat aliquid, quare deberent obligari.

Reſpondendum eſt, ꝙ Iudęi non celebrabant phaſe, tanquam ipſi ſuſcepiſſent beneficium liberationis de Aegypto, quia illi qui celebrabant poſtea magno tempore non cōicauerant hoc beneficio in ſeipſis. ſolum tm̄ obſeruabant, quia erant quędam partes populi Dei. Ita autem de conuerſis erat, quia ipſi non cōicauerant partem preſtiti beneficii in ſe, nec in prioribus ſuis: erant tm̄ partes populi Dei, & quia populus Dei obligatus erat cum liberatus eſſet de Aegypto, ipſi quoque obligabantur ad celebrandum phaſe, & iſta fuit cauſa, quare expreſſum eſt, ꝙ peregrini etiā obligarentur, quia dubitaretur de ipſis cum non pertineret ad eos beneficium.

Eodem modo dicendum eſt de redemptione primogenitorum: fiebat enim propter liberationē eorū ab angelo exterminatore in Aegypto, & quia nō fuerant ibi liberati aliqui primogeniti de genere conuerſorum, non videbantur obligati, quia erant pars populi Dei. Beneficium autem iſtud non erat collatum ſingulariter perſonis, ſed magis toti populo, cuius pars quędam erant conuerſi, obligabantur ergo, ſicut declaratum eſt ſupra tertio cap. *Faciant phaſe domino.* Ideſt celebrent feſtiuitatem paſchalem, ita ꝙ quilibet de cōuerſis in domo ſua occideret agnum ad immolandū ſecundum formam, quę habetur Exo.c.12. ſicut tenebatur facere quilibet Iudeus.

Iuxta cæremonias, & iuſtificationes eius. Ideſt quilibet de conuerſis debebat obſeruare omnes cęremonias phaſe quas obſeruabant Iudęi. Dicuntur cęremonię, & iuſtificationes, quia cęremonię pertinent ad ritum ipſius agni, quantum ad cōditiones eius, iuſtificationes conſiderantur quantum ad cæremonias ipſorum comedentium, ſicut ſupra declaratum eſt.

Præceptum idem erit apud vos, tam aduenæ, quam indigenæ. Ideſt lex erit communis pro Iudæis, & pro conuerſis ad Iudaiſmum. intelligitur de hac lege celebrādi phaſe, vocantur aduenę conuerſi. indigenę dicuntur ipſi Iudæi, ideſt geniti, vel naturales de terra. Dicitur enim indigena quaſi inde genitus, & ſic vocantur alio nomine ciues, vt patet Leuit.c.24.vbi dicitur, ꝙ erit iudicium ęquum, ſiue ciuis, ſiue peregrinus ſit. nec accipitur hic indigena reſpectu alicuius terrę, ſicut ipſum nomen ſignat, ſed reſpectu legis. ſ. ꝙ Iudęi erant nati de lege, quia ipſimet eam primo ſuſceperunt, & poſteri eorum in lege naſcebantur: gentiles autem non naſcebantur in lege, ſed ad eam veniebant, tanquam peregrinantes. Et cum dicitur, quòd erit eadem lex ſolum intelligatur in illis, in quibus eſt obligatio, quia ęqualiter obligabantur vtrique, in ſuſcipiendis tamen honoribus, & quibuſdam priuilegiis non erant æquales, precellebant quippe Iudęi, cum nūquam aſſumerentur principes, vel homines ad dignitatem de conuerſis, ſicut declaratum fuit Deuteronom.cap.23.

Igitur die qua erectum eſt. Supra dictum fuit de diſpoſitione populi proficiſci volentis: hic agitur de his, quę pertinent ad eius ordinem actu proficiſcentis, & diuiditur in duo. primo ponitur profectionis directio. ſecundo ipſa profectio quaſi in medio cap. ſequentis ibi. *Anno ſecundo.* Prima in duas. Primo ponitur directio facta miniſterio angelico. Secundo directio facta miniſterio humano, & agitur hic de nube dirigente Iſraelitas in itinere. Cuius cauſa eſt, quia ſequenti cap. dicendum erat quomodo Iſraelitę receſſerūt de mōte Sinai per manſiones ſuas, & quia dirigebantur in iſto itinere per nubem precedentem, ponitur hic de illa quomodo mouebatur, & dicitur, ꝙ in die qua erectum eſt tabernaculum, nubes impleuit illud ſedēs ſuper illud, & iſta eſt, quæ dirigebat Iſraelitas in itinere, vt patet infra.

Erectio tabernaculi, de qua hic quando fuit. Et an nubes, & columna ſint idem. Et quomodo differant.

Quæſt. XXXVII.

Fvit autem erectio tabernaculi de qua hic dī anno ſecūdo ab exitu de Aegypto die primo anni, vt patet Exo.c.40. Antea vero, quam tabernaculum eſſet erectum nubes iſta erat ſuper tabernaculum Moyſi, quod erat paruum tabernaculum, vt patet Exo.cap.33. Nam cum poſuiſſet tabernaculum extra caſtra nubes erat ſuper illud. deſcēdebat. n. columna nubis ad oſtium tabernaculi, & ibi loquebatur Deus cum Moyſe. Cum vero tabernaculū iſtud magnum erectū eſt ceſſauit nubes deſup tabernaculū paruū, & cępit eē ſup tabernaculū teſtimonii, qđ erexerat Moyſes. Erat aūt ibi cū caſtra ꝓſiſtere debebant, cū vero mouenda eſſent, recedebat ad vexillū filiorum Iuda, qui p̄cedebant. & ſic mouebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De ista nube aliqui dubitant an esset eadem, quę vo F catur nubes, & quæ vocatur columna, & an esset vna columna nubis ad directionem in via, & ad defensionem a calore alia, quę vocaretur nubes, & non columna. de his declaratum est Exo. c. 13.

Operuit illud nubes. i. sedit nubes super illud eleuata, vt patet infra cum dicitur, a vespere super tentorium erat quasi species ignis, vsque ad mane, & ista dicitur impleuisse tabernaculum, non quidem cp esset intus, sed intra Sanctuarium erat quędam nebula replēs omnia, vt patet Exo. 40. c. nubes autem erat supra pendēs, vt patet in prealleg. c. Ista vocatur hic nubes: alibi tamen vocatur columna nubis, vt patet Exo. c. 14. & 33. Differunt autem ista duo per figuram, quia nubes dicit figuram extensam, & non eleuatam. Columna autem dicit magnam longitudinem, & paruam latitudinem, hmōi autem erat illa nubes, quæ dirigebat Israelitas, & ob hoc vocata est hic nubes non designando figuram, sed naturam, quia siue nubes, siue columna nubis, vtraque est nubes.

A vespere autem super tentorium erat, quasi species ignis, vsque ad mane. i. in vespere cum sol occumberet apparebat columna in figura ignis, vsque mane, in aurora autem incipiebat apparere in specie columnę albæ.

An columna esset verus ignis, vel solum species ignis. Et quòd nubes quamuis non esset verus ignis, erat tamen vera eius species. Quæst. XXXVIII.

ET dicitur hic, cp erat species ignis. i. similitudo, ita cp non esset verus ignis: vocatur tamen ignis Exo. c. 40. cum dicitur, per diem incubabat nubes tabernaculo, & ignis in nocte: alibi autem vocatur columna ignis. i. ignis formatus in modum columnæ, sic patet Exo. c. 13.

Dicendum tamen est, cp ista columna non erat verus ignis, sed species ignis, sicut hic dicitur. Nam si diceremus, cp erat verus ignis, non posset stare ista litera, quę vocat nubem illam speciem ignis, cū species non dicat rem, sed similitudinem rei. Cum autem vocatur ignis Exo. 40. c. vel columna ignis Exo. 13. c. non dicitur, tanquam aliquid de vero igne esset in illa, sed quia Israelitis apparebat, quasi esset verus ignis, & hoc quantum ad fulgorem: non tamen quātum ad ardorem: nihil enim exurebat, & cum illa columna non esset verus ignis fecit Deus, vt appareret ignis, vt sic Israelitę dirigerentur in via, cum ambularent per noctem, vel cū starent essent lucida omnia castra, quod non fieret si maneret columna in similitudine nubis. I
Et dicitur hic, cp operiebat nubes per diem, & per noctem, quasi species ignis, non cp esset ibi species ignis, & non species ignis: immo erat ibi vera species ignis, quamquam non esset ignis verus: multum. n. differt esse veram similitudinem, vel veram rem. Nam figura hominis est vera figura hominis: non tamen est verus homo. Aliud enim requiritur ad veritatem rei, & aliud ad veritatem similitudinis rei, sic erat de igne, ga quamquam non esset illa columna verus ignis: erat tamen vera species, vel similitudo ignis, quia veritas speciei non est in essendo, sed in apparendo, veritas autē rei est in essendo. De hoc an esset ista columna verus ignis, vel similitudo solum, & qūo concordentur scripturæ loquenti de hoc, declaratum fuit latius Exod. cap. 13. K

Et sic fiebat iugiter. i. quotidie accidebat mutatio nubis. quia per noctem apparebat figura ignis, per diem vero figura nubis lucidę.

Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Satis enim apparet, cp non fuerit ibi ignis, sed figura eius.

An erat eadem columna nubis, & ignis, scilicet in die, & nocte, vel essent duæ. Quæst. XXXIX.

QVIA tamen dicitur, cp erat ibi nubes per diem, & per noctem species ignis, videtur esse dubiū an fuerit eadem nubes, quę erat per diem, & quæ per noctem, vel si per noctem veniebat aliqua nubes, quæ haberet figuram ignis, & in aurora illa rederet, & subintraret alia, quæ esset nubes columnaris lucida apparens per totum diem.

Respondendum est, cp eadem erat columna ignis, & nubis, & non eleuabatur, nec deprimebatur, sed manebat in eodem loco: in nocte tamen apparebat velut ignis. per diem autem, tanquam nubes lucida: eadem tamen erat, quod satis apparet Exo. c. 14. cum dicitur. iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum. Ecce ibi respexit dominus per columnam ignis, & nubis. ergo eadem erat columna, alioquin non diceretur per columnam, sed per columnas. Item quia iste respectus, siue aspicere Dei non fuit diuersis temporibus, sed simul: necesse ergo erat, quòd tunc esset vna columna, siue nubis, siue ignis, & non ambæ: & tū dr respexisse per columnam ignis, & nubis. ergo erat vna. antecedens patet, quia si duæ columnę essent, nunquam essent simul, sed columna nubis solum in die, columna autem ignis solum per noctem. G

Item in tempore quo Deus respexit nō poterat desse, nisi vna, & ista esset columna ignis, quia hoc erat p noctem in vigilia matutina, vt patet præalle. capitulo. Dicitur tamen, quòd tunc respexit per columnā ignis & nubis, vnica ergo erat, quę per noctem apparebat, quasi ignis, & eadem per diem velut lucida nubes. De probatione huius satis dictum est Exod. capitulo decimotertio, & ibi de tota materia columnæ precedentis Israelitas. de hoc etiam Exod. cap. 40. aliquid declaratum est. H

An ista columna cum dicatur columna ignis, & nubis, esset columna ignis, vel columna nubis. Quæst. XL.

SED tunc cum constet istam nubem esse vnam, & dicatur, cp erat columna nubis, & ignis, dubitaretur quid horum erat: nam poterat esse vtrunque.

Respondēdum est, cp erat vera nubes, & hoc significat litera cum dicit, cp per diem operiebat illud nubes, & per noctem, quasi species ignis: de nube. n. simpliciter locuta est scriptura, de igne vero nō dixit simpliciter, sed nominauit speciem ignis, quod signat solam similitudinem, quot autem miracula sequerētur si poneretur ignis verus, & quot si esset nubes, & similitudo ignis declaratū est Exod. c. 13. *Quasi species ignis.* Potest accipi dupliciter hic species ignis. vno modo pro igne. Alio modo pro similitudine. Si primo modo est sensus, quasi species ignis. i. quasi ignis, de hoc est verum, quia videbatur illa nubes esse ignis, sed non erat: si secundo modo ponitur quasi improprie, quia non erat ibi, quasi species ignis. sed vera species ignis: nam licet verus ignis non esset ibi, erat tamen vera similitudo ignis cum appareret, vt ignis. Iste modus nō loquendi est hebraicus, & patitur multas calumnias, si in verbis instare velimus: sensus tamen solus tenendus est cum apparet quid litera intendat. *Cumque abla-*
ta fuisset nubes, Ponebatur supra de modo apparitionis nubis super tabernaculum. Hic ponitur de motu eius scilicet quomodo ipsa mota mouebantur castra, & ipsa stante pariter stabant.

Motus

Motus columnæ non erat naturalis, sed ab angelo. Quæst. XLI.

AVFERE BATVR autem ista nubes, scilicet ab alio mota. Non enim mouebatur naturali motu, aut intrinseco, quia non corresponderet ei motus, velut progressiuus, sicut est in animalibus, sed magis ascenderet in sublimi ad locum aliarum nubium, cum omnia, quę sunt extra loca sua naturali inclinatione ferantur in illa.

Item quia si motu naturali moueretur non staret aliquando, & moueretur interdum, sed semper moueretur donec perueniret in locum ad quem ferebatur. Item quia dirigere vias, & loca castrametationum non pertinet ad agens naturale, sed ad agens, quod secundum rationem operatur, sed columna ista faciebat hęc. ergo non mouebatur naturaliter.

Item quia quandocunque Israelitæ castra figebant aut mouebant dicebantur facere mandato Dei, vt patet infra cum dicitur. per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur. Erat tamē profectio, & castrametatio secundum motum, & stationem nubis. ergo nubes non mouebatur naturaliter, sed per mandatum Dei. sab aliquo ministro eius: angelus enim quidam erat in nube illa mouens ipsam faciensque stare cum vellet, vt patet Exo. c. 14. scilicet tollensque se angelus Domini, qui precedebat castra Israel abijt post eos, & cum eo pariter nubes, & iste posset mouere nubem secundum actum rationis: vnde motus nubis non dicebatur naturalis, sed violentus ab agente extrinseco. de isto motu declaratum est Exo. 40. capi. *Quæ tabernaculum protegebat.* i. ista nubes operiebat tabernaculum: protegere enim, & obumbrare idem sunt, quia protegere a tegendo dicitur.

Aliqui ponebant duas nubes fuisse. Quæst. XLII.

ET ex hoc dicunt quidam, cp erat duplex nubes. Vna quę tegebat tabernaculum, & erat in figura columnari. Alia vero erat extensa super oīa castra ad defendendum Israelitas ab æstu, & ista erat ampla, & longa fm magnitudinem castrorum, & hæc non vocatur columna, quia non erat erecta in sublime in forma columnari, sed expansa super omnia castra, & hoc quia dicitur hic quæ protegebat tabernaculum. q. d. cp alia erat nubes protegens tabernaculum, & alia protegens omnia castra.

Istud argumentum præsupponit, cp aliqua esset nubes tegens castra, & hoc distinguit inter nubē tegentem castra, & tegentem tabernaculum, sed an fuerit aliqua nubes tegens omnia castra, aut partem eorum satis dubium est, & videtur, cp non fuit, sicut declaratum est Exo. c. 13. & de hoc dicetur infra c. 14. Item argumentum istud peccat: non enim sequitur, cp operiret ista nubes tabernaculum, & non operiret castra.

Nunc proficiscebantur filij Israel. i. nube mota incipiebant moueri.

Quomodo mota nube castra mouebantur. Et quantum durauit ista profectio, & directio nubis. Et quare vltra Iordanem nubes non direxit Hebræos. Quæst. XLIII.

PRIMO enim nubes eleuabatur de tabernaculo, & sedebat super vexillum tribus Iudæ, q̄ erat prima in motu, & tūc clangebāt sacerdotes duabus tubis argenteis facientes clāgorem longū, & concisum, & tunc parabant se ad recedendum oēs qui erant in castris deponentes tentoria sua, & componentes sarcinulas. In primo aūt clangore, pcedebant qui erant sub primo vexillo filiorum Iuda. s. tres tribus. In secundo clangore procedebant, qui erant in secundo vexillo filiorum Ruben. In tertio clāgore recedebāt manētes sub vexillo filiorū Ephraim. In vltimo clangore mouebant castra, qui erant in vexillo filiorum Dan, & tunc incipiebant proficisci dirigente nube, vt patet seq. c.

Durauit aūt ista profectio dirigente nube, vsque ad transitum Iordanis, siue vltimā mansionem filiorum Israel. Cum aūt transierunt in terram vltra Iordanem non habuerunt columnam precedentē, sed arca Dei precedebat illos per duo millia passuum ad disponendum locū castrorum, vt patet Iosue c. 3. nam antequā transirent Iordanem dixit Israelitis Iosue, cp arca Dei precessura esset, & nullus propinquaret ad eam, vt patet eo. c. Non fuit aūt conueniens, cp in terra vltra Iordanem nubes dirigeret Israelitas, sicut in deserto direxerat. Causa est, quia desertum erat terra sine itinere, & sine habitatore, & nemo sciebat per illam pgredi, nisi Deus dirigeret, vt patet Hier. c. 2. Cum dr, q trāduxit vos per desertum per terram inhabitabilē, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terrā in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo. Potissime autem de ludeis, qui nunquam in terra illa fuerant, neque reperiebant aliquando a quo quærerent, quà eis progrediendum esset: Gentiles aūt qui habitabant in circuitu illius deserti aliqualiter cognouerant loca deserti, & quo eundum esset. Sic dr infra 10. c. de Ietro socero Moysi, qui erat Madianita, cp ipse dirigeret Israelitas in deserto. s. noli inquit nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. In terra autem vltra Iordanem non erat hmōi, quia tota erat populata, & habens vias, quocūque autem irent Israelitę nō poterant errare, quia totam terram acquirere debebant. ideo nihil differebat an primo irent ad istū locū, vel ad illum. in deserto autem multum differebat, qa si non haberent aliquem directorem possent viā carpere ad ingrediendum in terram Madian, Amalech, vel Moab aut Amō, & sic de alijs populis cōtra quos Deus non iusserat, vt pugnarent, sed contra Chananęos: incidentes tamen in gētem aliquam huiusmodi necesse erat, vt pugnarent. ergo oportuit haberi directorem esse Deum, & hoc per columnam nubis, q̄ esset signum visibile demōstrans iter, & tempus manendi atque mouendi castra. Item decuit propter alterum haberi columnam nubis precedentem. Nam si Israelitę mouerētur, quando vellent, aut haberēt aliquem de gentilibus directorem starent in māsionib⁹ tanto tpe, quanto vellent, & aliq̄ mouerentur ante tempus a Deo determinatum: Deus autē volebat detinere Israelitas in deserto annis 40. propter murmurationes ipsorum, vt patet infra 14. ca. Si autem nō esset nubes dirigens, sed mouerētur ad libitum citò introirent in illam, dedit autem Deus nubem, vt nō mouerentur q̄n vellent, sed ad motum ipsius, ideo si nubes maneret per duos annos cogebantur quoque ipsi manere, & hoc modo per 40. annos steterunt. In terram autem Chanaan vltra Iordanem non erat necessariū aliquid hmōi, quia Iudæi non erant transituri in aliquibus locis magno tēpore, sed quanto velocius possent capere debebant terram Chanaan.

Item non fuit conueniens nubes ad directionē vltra Iordanem, quia actus precipuus Israelitarum erat ibi pugnare contra hostes. Sed ad hoc non conueniebat motus nubis, quia pugnantes debent moueri fm habitudinem motus hostium huc, vel illuc persequēdo, vel retrocedendo. Si tamē attendere deberent ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubem, nihil facerent de pertinentibus ad bellicã directionem. Ideo valde esset eis nubes impeditiua. cessauit igitur, antequam transirent Iordanem, & tũc fecerunt arcam domini directricem viarum. s. vt ipsa p̃cederet, & in loco in quo sederet, castra figerentur, prius tamen concordabatur inter Israelitas, vel saltem disponebatur a Iosue in quo loco castrametandũ foret. hoc cognito sacerdotes portabant arcam præcedentes populum duobus millibus passuum, & vbi mã sissent figebantur castra, hoc autem erat cum totaliter castra mouenda forent: secus autem quando solũ mouebantur aliqui bellatores ad aliqua loca, qa tunc non oportebat p̃cedere arcam, sed ipsi inquirebant vias ad loca illa: semper. n. ad propinqua oppida mouebantur, de his declaratum fuit Ios. c. 13.

Cum autem dicitur Exo. 13. nunquam defuit colũna nubis per noctem coram populo, intelligendũ est de toto tempore quo fuerunt in deserto, vsque ad trã situm Iordanis, vt ex eis potest colligi ex eadem litera cum dicitur. Dominus p̃cedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt lux esset itineris, vtroque tempore. ergo solum fuit columna illa dirigens dum erat necessaria in terra vltra Iordanem. ergo nec fuit ibi columna. Item patet hoc ex similitudine ad manna: nã manna fuit datum Israelitis in defectum ciborũ suorum mense secundo, postquam egressi sunt de Aegypto, vt patet Exo. c. 16. Durauit autem per totum desertum, quia ibi non poterant haberi cibi. Cum vero introierunt Israelitę in terram vltra Iordanem, & inceperunt comedere de frugibus terrę, cessauit mãna, vt patet Ios. c. 5. eo q̃ non erat iam necessarium aduenientibus aliis cibis. ita cum data est columna ad dirigendum viam, & iam non esset necessaria viarum directio, cessare debuit nubes, & dicitur, q̃ cum moueretur nubes proficiscebantur filii Israel: non solum, q̃ ipsi proficiscerentur, sed etiam alii conuersi ad Iudaismum, qui ascenderant ex Aegypto proficiscebantur cum eis. nam illi manebant in castris, sicut Israelitę, vt fuit declaratum supra 2. c. ergo cum ipsi mouerentur mouebantur quoque conuersi ad Iudaismum. sed nomine Israelitarum isti intelliguntur. *Et in loco vbi stetisset nubes castrametabantur.* Idest quando nubes cessaret figebant castra.

Castra non figebantur propter quemcunque motum columnæ, nec vocabatur omnis locus mansio.

Quæst. XLIIII.

HOc autem non est intelligendum, q̃ semp figerent castra, q̃cunque staret nubes, qa tunc quotidie figerent bis castra. Nõ. n. poterant Iudæi, & aãlia eorum moueri per totum diem sine cibo, & potu, sed necesse erat, q̃ sederent ad sumendos cibos. nemo. n. posset laborẽ itineris si continuus esset, per totam diem tolerare.

Item necesse erat, vt in qualibet nocte cessaret nubes a motu, vt sic Israelitæ possent vacare sopori: alioquin nube mota ipsi manere nequibant. Nemo tñ dicet eos per noctes, & dies ambulauisse, quia hoc intolerabile erat, ideo oportet, q̃ quotidie quiesceret aliquantulum ꝯ tempus sumendorum ciborum, & quietem animalium, & per noctem ad recreationẽ, & somnum: tñ non figebantur castra q̃ manebat nubes solum ad sumendos cibos in die, nec etiam si ad Solis occasum cessaret a motu non figebantur castra propter hoc, sed si nubes resideret in aliqua parte diei, & continuaret, vsque ad noctem: videbatur, q̃ ibi aliquantulum mansuri essent, & figebant castra. Si tñ cõtingeret, q̃ sequenti aurora moueretur nubes, castra quoque cũ illa mouebantur. Non est ergo intelligendum, q̃ vbicunque nubes maneret castra metarent, figerent castra, nisi exponatur eo mõ quo dictum est. Alio modo p̃t accipi castrametari. i. manere, & tunc verum est, q̃ in quocunque loco mansisset nubes castrametabantur. i. manebant Israelitæ, & hoc mõ non solum fuerunt 42. mansiones, sicut describũtur in 33. capi. in catalogo mansionum, sed valde plures. s. q̃ qualibet die qua mouerentur ad minus facerent duas mansiones. *Ad imperium domini proficiscebantur.* i. Israelitæ nunquam mouebantur, nisi cum Deus mandaret. non est autem intelligendum, q̃ Deus semper daret mandatum expressum de motu castrorum, q̃cunq; essent mouenda. Sed dicebantur moueri per mandatum domini. i. per columnam nubis, & illa ad mandatum Dei mouebatur, quia angelus Dei erat in nube mouens illam, vt patet Exo. c. 14. Angelus autẽ nunquam sine Dei mãdato mouebat. i. sine hoc, q̃ cognosceret determinate Deum velle, q̃ moverentur.

Et ad imperium illius figebant tabernaculum. i. etiam per mandatum Dei fingebantur castra. idem sensus est hic. s. q̃ non Deus iuberet semper q̃n mouenda erant castra, sed per motum nubis mouebantur. dicebantur tamen moueri ad mandatum domini, & locari, quia sicut angelus sine Dei speciali mandato non mouebat castra, ita nec figeret dando signum ad hoc per motum, & stationem nubis, ideo per mandatum Dei figebantur castra. Aliquando tamen fuit speciale mandatum Dei de motu castrorum, sicut patet infra 10. cum dicitur, quoniam Amalechites, & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem. hic tamen non dicitur, nisi pro mandato, quod est per motum nubis, & cum dicitur, q̃ figebant tabernaculum, non solum intelligitur de tabernaculo testimonii, sed etiam de tabernaculis Israelitarum, quia tunc figebantur castra, leuius tamen erat figere tabernacula Israelitarum, quam tabernaculum domini.

Tabernaculum etiã deserto erectũ.

Cuuctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum manebant in eodem loco. Istud erat signum Israelitis ad manendum. s. statio nubis. ideo si valde magno tpe steterat, ipsi quoque manebat, quia non habebant aliũ rectorem, & si pauco tempore eodem modo immediate recedebant, cum tñ ad motum nubis castra figenda essent, tabernaculũ erigebatur sub illo loco in quo nubes staret, in circuitu autem illius Leuitæ figebant tentoria sua cum iussum esset illis, vt excubarẽt in circuitu tabernaculi, vt patet supra c. 1. Deinde totus populus Israelitarum diuisus per turmas suas figebat castra sub vexillis suis secundum ordinem datum. s. c. 2. Et sic ipsa nubes dabat modum castrorum locandorum. Dicitur autem de nube, q̃ erat super tabernaculum, quia erat eleuata, & pendẽs super illud, quod figebat ad attestationem diuinæ glorię. Erat. n. gloria Domini in nube, & quia in Sanctuario erat etiam gloria Domini, quia ibi colebatur, sedebat nubes super Sãctuario. Item quia nubes ista per noctem apparebat in specie ignis videntibus omnibus Israelitis de manifestis suis, vt patet Exod. c. 40. vt ergo qualiter lucerent in omnibus castris debuit poni in medio, tabernaculum autem erat in medio Israelitarum, vt declaratum fuit supra c. 2. ergo super illo esse debebat. Itẽ fuit hoc, vt non videretur Deus magis acceptare aliquam de tribubus Israelitarum, quam alias, sicut acceptauit tribum Leui faciendo florere virgam tribus eius, vt patet infra 17. capit. debuit ergo esse super Sanctuarium, qa ille locus erat sibi acceptabilis cum ibi celebratur: ante vero, quam esset tabernaculum factum, videbat nubes super paruum tabernaculũ Moysi, q̃ tenderat extra castra in monte Synai, qa etiã ille locus erat acceptabilior cęteris propter Moysen, sic patet Exo. c. 33.

Ista nubes, quę super Sanctuarium erat erecta aliqñ humiliabatur descendens ad ostium tabernaculi, vt ibi Deus loqueretur, sic factum est infra 12. ca. vbi ad ostium tabernaculi descendit dominus in columna nubis, & locutus est ad Aaron, & Mariam, & in hac nube descendente frequenter loquebatur Moysi, sicut quando habebat tabernaculum suum extra castra, vt patet Exod. c. 33. siue cum esset constructum tabernaculum magnum, vt patet Exo. 29. vbi dicitur, q̃ ad ostium tabernaculi constituet dominos, vt loquatur Moysi, & præcipiat filiis Israel. *Et si euenisset, vt multo tempore maneret super illud.* i. si contingeret, q̃ nubes stetisset magno tempore super tabernaculo, Israelitæ manere debebant, sicut in monte Synai, vbi steterũt vno anno demptis diebus 10. s. a primo die mẽsis tertii anni primi egressionis de Aegypto, vsque ad diem vigesimam, mensis secundi, anni secundi, vt declaratũ fuit supra, & patet Exo. c. 19. iuncto cap. seq. fuerunt etiam multo tempore in Cadesbarne, vt patet Deuter. c. 1. s. sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore: nam ibi steterunt, quasi in medio anni secundi ab exitu de Aegypto, ibi quoque in anno 40. mense 1. sicut declaratur infra 13. c.

Ex hoc apparet, q̃ q̃q̃ in deserto Israelitæ non facerent cæremonias sacrificiorum, quia erãt in motu, & non habebant materiam istorum cęremonialium, tñ tabernaculum semper erectum erat: hoc autẽ, vt sacerdotes introirent in illud ad faciendum preces coram dño, vt possent ẽt populares conuenire ad orandũ coram illo, & vt vasa Sanctuarii honorabilius essent posita in domo illa, q̃ si non esset erectum Sanctuarium, ideo in qualibet castrametatione tenebantur erigere tabernaculum intelligendo, vt supra declaratum est. *Erant filij Israel in excubijs domini.* i. manebant Israelitæ vigilando, vel excubãdo, qñ Deus iuberet, vt recederẽt. Accipitur. n. proprie excubia. i. vigilia ad conseruandũ aliquid, & sic sunt excubiæ in castris cum custodiunt ne hostes illa accipiant, & sic dicebantur Leuitę excubare in circuitu tabernaculi, quia vigilabant solicitè custodientes ne aliquis de Israelitis accederet ad Sanctuarium, vt patet supra c. 1. hic autem non dicebant Israelitæ sic excubare, quia ipsi non erant in excubijs Sanctuarii, sed dicebantur esse in excubiis domini. i. expectando Deum, qñ iuberet, q̃ recederent de loco illo castrorum mouendo nubem. *Et non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum.* i. non mouebant castra omnibus diebus quibus manebat nubes, & hoc quia si mouerent illa sine motu nubis, crederent se facere ꝯ voluntatem Dei, & peccarent.

Item quia ipsi nescirent viam si mouerentur sine nube, oportebat ergo, q̃ expectarent eam. Item quia ipsi non habebant aliquem cibum, nisi manna. Si aũt recederent non mota nube, cum manna solum caderet in circuitu castrorum forte non haberent illud, aut non crederent, q̃ possent habere, ideo timerent moueri. *Ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.* Erigere tentoria erat, q̃ Israelitæ castrametarentur, & extenderent tentoria sua, & ipsum tabernaculum Dei, deponere autem tentoria erat, q̃ ipsi tollerent illa ad motum, vtrunque autem fiebat p imperium domini, quia siue castra moueri deberent, siue stare, Deus illud iubebat, non quidem proferẽdo, aut reuelando Moysi, aut alicui alteri, sed solum mouendo nubem in quo sufficienter apparebat, q̃ Deus iubebat moueri castra. idem autem de locatione, quia cum nubes staret, non poterat stare, nisi Deus iuberet angelo, q̃ non moueret eam.

Si fuisset nubes a vespere, vsque ad mane, & statim diluculo

tabernaculum reliquisset proficiscebantur. i. qñ solum manebat nubes super tabernaculum per vnam noctem, & recessisset in aurora, mouebatur tabernaculum.

An nube stante stare deberet, & tabernaculum.

Quæst. XLV.

DE hoc non erat aliquod dubiũ, q̃ mota nube moueri deberet tabernaculũ, siue stetisset nubes magno tempore, siue pauco: etiã si solum dimidia hora, sed an stante nube deberet tabernaculum stare erat dubium. Vr autem hic, q̃ qñcunque tabernaculum in vespere collocaretur nube stante deberet erigi, quia alias non diceret, q̃ manebat nubes solum a vespere, vsque in mane super tabernaculum, nisi illud erectum esset. ergo cum cessaret moueri nubes in vespere debebat immediate erigi tabernaculum. Respondendum est, q̃ non erigebatur tabernaculum, qñcunque nubes maneret, sicut supra dictum fuit: nam cum non haberet ad sumendos cibos, vel ad aliquam quietem p̃ter diem, non figebatur tabernaculum, nec etiam tentoria hebræorum, iõ autem sicut supra dictum est, nec necessarium erat, vt qualibet nocte cessaret motus nubis, vt Israelitę quiescerẽt vacantes sopori: nam nec ipsi nec animalia eorũ possent tolerare laborem vię si per noctem, & diẽ durarent, sed mouebant qualibet nocte, & quia ipsi nõ poterant stare, nisi stante nube, stabat quoque nubes, nõ tamen erigebant tabernaculum in ipsa nocte, sed si viderent, q̃ sequenti aurora non mouebatur nubes erigebant tabernaculum, quia credebant se ibi mãsuros aliquanto tempore. Cum autem dicitur hic si mansisset nubes a vespere, vsque mane: non est accipiendũ pro Solis occasu, quia si in Solis occasu quieuisset nubes non erigebatur tabernaculum, quia non erãt certi de futura mansione, si tamen nubes post meridiem ante Solis occasum quieuisset, intelligebant non fieri hoc, vt quiescerent per noctem, sed vt manerent ibi aliquanto tempore, ideo erigebant tabernaculum, & tentoria sua: si fuisset nubes a vespere solũ. i. a Solis occasu non erigebant, & in illo casu intelligitur hic lra. *Et post diem, & noctem recessisset dissipabant tentoria.* i. si non maneret columna nubis super tabernaculũ, nisi vna nocte, & die, immediate mouebantur castra, & dissipabantur tentoria. i. deponebantur. Consistunt enim tẽtoria in erigendo, quia quando sunt erecta sunt dom? vel tentoria, cum vero colliguntur, & deponuntur nihil horum sunt, sed sunt dissipata, sicut domus, quę ad terram diruuntur. *Si duobus, aut vno mense.* i. si stetisset columna super tabernaculum duobus mensibus, aut vno mense. q. d. non habebant Iudei tempus determinatum, siue multum, siue paucum ad recedendum de castris, nisi cũ columna moueretur, ideo si valde magno tempore stetisset ipsi quoque stabãt, si vero post paruulam moram moueretur, ipsi pariter tẽtoria dissipabant.

Vel longiori tempore fuisset super tabernaculum. Dicebatur esse longiori tempore, vt cum esset vno anno, sicut fuit in monte Synai demptis decem diebus, vel si fuisset valde magno tempore, sicut in Cadesbarne, vt patet Deuteronom. cap. 1. *Manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur.* Idest toto illo tempore Israelitæ erant in castris, vbi fuisset columna, & non poterant inde moueri, quia nesciebant contra quam partem mouerentur, etiam quia in hoc putarent se offendere Deum.

Statim autem, vt recessisset mouebant castra. Sicut cõpellebantur manere in castris qñ columna manebat, ita cõpellebantur mouere castra cũ illa mouebatur: nam si non mouerentur sequentes illã postea nescirent viã

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua pergendum esset. Item quia columna nubis mo- F
uebatur per mandatum Dei ab angelo, qui erat cū ea, cum ipsa mota non mouerentur Israelitę putarent se agere p̄ mandatum Dei, & vere agerent, atque offenderent. Item fortassis timerent, q̄ non possent habere manna in cibū, si non sequerentur columnam, quia Deus dabat manna Israelitis ex beneficio: si autem nō sequerentur p̄ceptum eius in motu castrorū, rationabiliter crederent, q̄ Deus non daret eis manna, & cum dicitur, q̄ statim, vt recessisset mouebant castra. intelligendum est, q̄ prius sacerdotes clangebāt buccinis ad conuocandum multitudinem, vt moueret castra, & tunc̄ mouebant primo, qui erant sub vexillo tribus Iudę, & incipiebant proficisci, sicut ſ. declaratū est, & patet sequenti cap. *Per verbum domini figebant tentoria*. Idest per mandatum Dei figebant tentoria castrametantes.

In præceptis domini non est vox, nec verbum.
Quæst. XLVI.

NON est intelligendum, q̄ esset ibi verbū, siue vox iubendo. Erat tamen verum mandatum Dei, quia mouebantur Iudæi ad motum nubis: nubes autem ab angelo impellebatur. Angelus vero sine p̄cepto Dei nō mouebat, ideo verum mandatum erat ad mouendum, & ad figendum castra: non tñ erat ibi verbum dñi. i. aliquod mandatum in voce, quia non mandabat Deus angelo in voce, cum nec angelus audiat, vt vocibus percipiat, nec Deus habeat organa vocatiua, sed in sola simplici intellectione iubet causando in angelo cōceptum eius rei, quam vult fieri. Non erat ēt verbum dñi in reuelatione facta Moysi: nam licet aliqñ reperiatur, q̄ Deus iusserit moueri castra, sicut patet Exo. 14. c. qñ erant super mare rubrum, & ꝯ. 14. c. cum erant in Cadesbarne, sed hoc rarissimum est. Scriptura tamen loquitur hic de eo, quod semper erat. ideo vocat̄ verbum domini large. i. p̄ceptum factum ad angelū de mouendo nubem, vel faciendo eam stare. Alio modo potest intelligi, q̄ mouebantur Iudæi per verbū dñi. i. q̄ a principio qñ nubes primo venit super Israelitas ad dirigendum viam Deus iusserit eis, q̄ quandocūq; columna moueretur ipsi mouerentur, & qñcunq; staret ipsi quoque starent. verisimile. n. est hoc dictū fuisse, quia alias nescirent modum in procedendo, & quia propter illud p̄ceptum datum in voce Iudęi mouebantur quandocunque mouerent̄: ergo erat illis motus, & statio per verbum domini. *Et per verbum illius proficiscebantur*. i. mouebantur qñ Deus iuberet. intelligendum est, vt in prædictis. *Erantque in excubijs domini*. Idest isti erant excubando. ſ. obseruando, vel expectando dominum, qñ iuberet, vt mouerentur, vel starent. *Iuxta imperium eius*. i. mouebantur Israelitę per imperiū domini. ſ. quando iubebat, q̄ mouerentur, vel starent. Videbatur. n. Deus habitare in illa nube, ideo quandiu manebat nubes Deus videbatur cum illis manere, cū vero moueretur nubes, videbatur, q̄ Deus recederet ab eis. ideo sequebantur eum recedentem. Sic dicit Iosephus lib. 3. Antiquit. ſ. quoties vero super tabernaculum stare nebulam contingebat, tanquam ibidem Deo commorante quiescebant. cum vero conuerteretur procedebant. *Per manum Moysi*. Idest istud imperium domini erat per manum Moysi. Ista litera videtur in superficie significare, quòd quandocunque mouerentur castra, vel figerentur fiebat hoc per imperiū dñi, & hoc per manū Moysi. i. per Moysen. ſ. q̄ Deus loqueretur Moysi, & ipse significaret populo. Sed nō est sic intelligendum. Nam si nubes erat Iudęis signū certissimum mouendi castra, & figendi, nō oportebat dari aliquod alterum signum, vel p̄ceptum, esset. n. superfluum. Sed dī verbū factum per manū Moysi. ſ. q̄ Deus a principio qñ venit columna nubis dedit p̄ceptum in verbo, vt mouerentur Israelitæ mota colūna, & illa manente castra figerent, & istud fuit per manum Moysi. i. per illum, quia Deus fuit locutus ipsi, & ipse populo.

CAP. X.

HOCVTVSQVE est dominus ad Moysen dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus cōuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Cūq; increpueris tubis, cōgregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fęderis. Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si autem prolixior, atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ leuabunt tentoria, qui habitant ad meridiem, & iuxta hūc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem. Qñ autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisо vlulabunt. Filij autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritq; hoc legitimū sempiternum in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationē Dei vestri. Ego dominus Deus vester.

LOCVTVSQVE. In superioribus dictum est de directione Israelitici populi per desertum proficiscentis ministerio angelico. Hic agitur de eadē profectione directa humano ministerio, & diuiditur in duas. quia primo ponitur dispositio procedendi. ſ. tubæ ad conuocandum populum. Secundo describitur ipse motus in procedendo infra. *Anno secundo*. Ista secunda in tres, quia primo describitur motio castrorum, & exercitus ordinatè progrediens. Secundo adiungitur socius in itinere exp̄diens. Tertio insurgit casus in processu impediens. Secunda ibi. *Dixitque Moyses*. Tertia in c. seq.

Circa primum. *Locutus est dominus ad Moysen*. Hic volebat Deus disponere Israelitas in processu per desertum, vt ordinate procederent, & ad hoc oportebat, vt omnes scirent quando procedendum esset, vt sic quilibet teneret ordinem suum in procedendo, & ad hoc iussit fieri tubas, vt sic congregarentur Israelitæ, vel cō mouerentur ad castrorum motum.

An hæc fuerint immediate dicta post ea, quæ dicta sunt.
Quæst. I.

IN hoc dubitabit aliquis an fuerint ea, quę dicunt̄ hic immediate post ea, quæ supra descripta sunt. Et respondendum est, q̄ non potest hic assignari certus ordo, sed omnia, quę hūr vsq; ad c. sequēs sunt posita ſm recapitulationem, & anticipationem. Nam id quod hī præc. c. & supra c. 7. prius factum est quam id quod hī ſ. 1. c. vt in eisdem declaratum est. Ideo non potest in his cognosci ordo temporis, nisi in quibusdam in quibus innuitur ex aliquibus signis. De hoc autem an dictum fuerit ante celebrationem phase, de qua dictum est, vel postea, non potest constare, vtrunque enim satis esse poterat, nec tamen ponuntur hic secundum istum ordinem, quasi ista habeant ordinem temporis ad p̄cedentia. Sed quia in isto c. dicendum erat de recessu Israelitarum de monte Synai, & hoc fiebat per nubem, vt dictum est de motu, & statione nubis præced. c. & quia non solum mouebantur Israelitę ad motum nubis, sed etiam ordinabantur in motu per clangorem tubarum, dictum est hic de fabricatione earum. Satis tñ potuerunt fabricata sunt alia vtensilia tabernaculi. Ad sacerdotes. n. pertinebat clangere in his buccinis, vt patet infra in litera, & Iosue c. 6. sicut igitur cętera, in quibus ipsi ministrabāt fabricata sunt cum Sanctuario, ita & istę tubę fabricari potuerunt, sed in hoc nihil differt.

Fac tibi duas tubas argenteas. Debebant fieri istę tubę de argento, quod offerebatur in Sanctuario ab Israelitis, multa enim reseruabantur in thesauris domini, sicut patet de dimidiis siclis argenti, quos offerebant, q̄ transibant ad numerum a 20. anno, & supra, vt patet Exod. c. 30.

Tubæ erant ad multos vsus. Et quòd plures, quam duæ erant tubæ, quæ postea factæ fuerunt, nec in hoc repugnabant præcepto Dei. Quæst. II.

FVERVNT autem istę tubę ad multos vsus, ſm q̄ hī ꝯ. ſ. ad conuocandum multitudinē, & ad mouenda castra, & ad festiuitates, & epulas, atq; sacrificia, & ad bella. Dixit. n. q̄ eēnt duæ, non quidem q̄ non fuissent factę plures. Sed quia istę duæ sufficiebant pro tunc, postea tamen ad maiorem solennitatem factæ sunt multæ. Nam Ios. c. 6. dī q̄ sacerdotes clangebant 7. buccinis iubilęorum, & hoc qñ circundabant Iericho, sed illæ sunt de buccinis, de quibus hic dicitur: nam hī ꝯ. q̄ ad bellum vterentur Israelitæ his buccinis, & ita factum est apud Iericho, quia totus Israel armatus circundabat vrbem, & sacerdotes clangebant buccinis. Septem tamen erant ibi, ergo multę factę sunt, quamquam Deus iusserit solū de duabus, siue autem fuerint factæ multæ nunc, quādo Deus iussit fieri duas, siue postea, non differt, nec repugnabant præcepto Dei Israelitæ si facerēt plures tubas argenteas, quia ipse iubebat fieri duas, ne grauarentur Israelitę [illegible]ndo multum de argento. si autem ipsi libenter vellent plures tubas facere, nihil perturbabant diuinū præceptū, sed potius augmentabant cultum diuinum. Sic enim fuit de principibus 12. tribuum, iusserat autem Deus fieri acceptabula phialas, & mortariola in Sanctuario, vt patet Exo. 25. c. & facta sunt, vt patet Exod. c. 37. præter hæc tamen quilibet de 12. principibus obtulit vnam phialam, vnum accepta bulum, & vnum mortariolum ad vsus Sanctuarii, vt patet supra c. 7. de tubis ergo cōformiter fieri potuit. Iubetur etiam q̄ sint argenteæ, quia maioris pulchritudinis erunt, quam alias si essent de rudi metallo. Itē

quia argentum est metallum valde sonorum conueniens ad talia instrā. *Ductiles*. i. sunt istę tubę ductiles, vocantur ductiles. i. factę per extensionē malleatoriā, & non opere fusili, ducere. n. est producere, vel extēdere, & hoc proprie qñcunque aliqua grossa materia p malleationem extenuatur in laminas. sic accipiebāt, p fabricatione tubarū magna massa argenti, & illa extenuabatur in tubam, ita ēt dictū est de cherubim, q̄ essent productiles ex vtraque parte propitiatorii. i. q̄ extenderentur per malleationem, vt patet Exod. c. 25. & 37. Itē tubę erant magnę, quia audiri debebant p totū exercitum hebręorū, qui erat valde magnus cū essent ibi plura, q̄ sexcenta millia peditum hebręorū p̄ter senes, & paruulos, & fęminas, & p̄ter innumerabile vulgus promiscuum Aegyptiorum, quod ascendit cum Israelitis, vt patet Exo. c. 12. magnum. n. valde spatium tenerent castra horum. *Ad conuocandam multitudinem, quando mouenda sunt castra*. In hebręo hī hic coniunctio media. ſ. *Ad conuocandum multitudinem, & quando mouenda sunt castra*. ſm literam nostram esset sensus, q̄ qñ castra mouenda essent clangeretur ad conuocandū totam multitudinē, vt venirent ad Moysen, ſm literam hebraicam est sensus, q̄ ista sunt duo. ſ. conuocare totam multitudinem, & clangere, qñ mouenda erāt castra, sed conuocatio multitudinis non erat, qñ mouēda erant castra, sed ad aliquid alterum.

Multitudo non conuocaretur per tubam, quando recedebant castra. Et quis erat vsus tubarum.
Quæst. III.

ET videtur ista litera rationabilius stare, quam nostra, quia qñ mouenda erant castra nō erat aliquid, ad quod conuocarentur oēs Israelitę, sed si forte non esset aliquod signū, p qđ mouerentur p̄conizaretur per castra, sicut Iosue fecit, qñ mouenda erant castra de Belsethin, vsque ad Iordanē fecit p̄conizari per castra diebus tribus ante, vt se parerent ad recedendum, non tñ quouis cauit totā multitudinem, vt patet Iosue capit. 1. Hic aūt potuisset sic facere Moyses dato, q̄ nulla signa haberet ad hoc, q̄ mouerentur castra, habebat tamen duplicia signa. ſ. motum columnæ nubis, & clāgorem tubarum post motum columnę, ideo non oportebat, vt conuocaret multitudinem, qñ mouenda essent castra. Item quia. ꝯ. dicit̄, q̄ qñ clangeretur prolixe, & concise vlulātibus tubis mouerent castra, qui erant in vexillo tribus Iudæ, & in secundo clangore qui erāt in vexillo tribus Rubē. & sic de aliis duobus vexillis, non. n. veniebant isti audito clangore ad Moysen, vel ad Sanctuarium, sed incipiebant mouere castra, secundum ordinem suū. Non est igitur dicendum, q̄ quando castra mouenda eēnt conuocaretur multitudo ad aliquid.

Secundum literam hebraicam nō videtur aliquod inconueniens, sed ponuntur hic duo vsus tubarum. ſ. ad conuocandum multitudinem, & ad mouendū castra. primus vsus erat, qñ stantibus castris Moyses volebat iussu Dei conuocare multitudinem ad aliquid. secundus vsus erat excitare multitudinem ad procedendum. & hoc modo dicerur, quòd Hieronymus bene transtulit, scriptores tamen postea virtauerunt omittentes illam coniunctionem, &, quod facillimum erat: potissime, quia videtur esse sententia conueniēs, vt dicatur ad conuocandum multitudinem, quando mouenda sunt castra. Alio modo adhuc dici posset tenendo literam nostram, quòd in nullo sit defectuosa, & quando dicitur, q̄ istę tubę erant ad conuocandam multitudinem, qñ mouenda erant castra, nō intelligitur, q̄ deberet conuocari ad congregandū eā in vnum, vt aliquid deliberarent, sed erat ad conuocā-

Universidad de Deusto Biblioteca

dum multitudinem.i.ad concitandam eam, vel commouendum, vt mouerent castra, quia anteq̃ audirent clangorem buccinæ diuertebant ad alios actus. Cum vero audirent clangorem concitabant ad mouendũ castra, & hoc est conuocare, & tũc dicetur ad lr̃am hebraicam, ꝙ ibi ponitur. & ex superabundanti, sicut sępe solet poni in ea aliquid additum superflue, & aliqd diminutũ ex improprietate idiomatis, quasi barbarici conferendo ad proprietatem latini sermonis. Et aliq probant, ꝙ iste sensus lrę nrę sit conuenientior, quia ſm lr̃am hebraicam pręsupponitur, ꝙ vocaretur multitudo per clangorem tubarum aliqñ ad faciendũ qppiam, sed hoc non ꝯsonat lrę, quia ĩ. datur modus clãgendi in buccinis istis, & datur quidã modus ad ꝯuocandum principes, & alius ad mouendum castra, si tñ aliqñ ꝯuocaretur multitudo in clangore tubarum daretur aliquis modus ad conuocandum eam distinctus ab aliis modis, sed nullus talis est. Ergo intelligẽdum est, ꝙ tubę erant ad conuocandũ principes, & ad mouendum castra. hic tamen solum ponitur de motu castrorum, quia ad hoc principaliter fuerãt factæ tubæ, & ista est causa quare positum est hic de tubis. Sed falsum est, quia infra ponitur, ꝙ aliquando vocaretur populus, & aliquando principes: hoc tamen non obstante melior est litera nostra. Si tamen aliquis vellet tenere sensum, quẽ videtur facere litera hebraica, posset dicere, ꝙ hic ponitur duplex officium tubarum. s. conuocare multitudinem sine motu castrorũ, & concitare ad mouendum castra, & cum dicitur, ꝙ nõ erat aliquis modus conuocare multitudinem. Respondẽt quidam, ꝙ per multitudinem non intelligunt hic omnes de populo, sed soli principes qui vocantur eminẽter multitudo, cum contineant totam multitudinem in virtute. Sed non stat, quia ipsa multitudo vocabat aliquando, vt ĩ. patet, sed melius est ſm sensum, quem facit litera nostra, ꝙ non ponatur hic coniunctio.

Cur Deus iussit fieri tubas ad vocandam multitudinem, quia videbatur ad hoc sufficere nubes, & de tribus generibus clangendi cum tubis, quomodo distinguebantur, & ad quid proficiebant.

Quæst. IIII.

QVAERET aliquis circa hoc quare Deus iusserit fieri tubas ad conuocandum multitudinem in motu castrorum: videtur enim esse superfluum, quia columna nubis erat signum sufficiens ad mouendum castra, & ad locandũ, illa enim mota mouebantur Israelitę, & illa stante pariter stabant, vt patet pręced. c. Videret igitur totus populus qñ mouendum, aut standum esset, nec indigebant tubis.

Respondendum est, ꝙ non factæ sunt tubę ad dandum signum de motu populi, quia per nubẽ cognoscebatur hoc, & si non staret nubes, nihil proficerent tubæ, nisi forte in qualibet castrametatione, aut motione Deus loqueretur Moysi, & ipse per tubas daret signum mouendi, vel standi, sed hoc non erat. tubę igitur non proficiebant ad assignandum tempus mouẽdi castra, sed ad designandum ordinem mouendi, qui non poterat cognosci per motum nubis, ideo quantũ ad id in quo deficiebat nubes adiunctę sunt tubę. Nã quando nubes mouebatur erat omnibus signum mouendi castra. Si tamen non daretur aliquis ordo in ꝓcedendo, commisceretur, & perturbaretur totus populus. Deus autem dederat ordinem, quia volebat, ꝙ distincte castrametarentur, & procederent. Ideo iussit vt distinguerẽtur per quatuor vexilla, & sub quolibet eorum essent tres Tribus, vt patet supra 2. c. Ita etiam iussit, vt in motu castrorum primo inciperent procedere, qui erant sub vexillo tribus Iudę, postea qui sub

F vexillo filiorum Dan. Iste tamen ordo procedendi perturbaretur, nisi esset aliquod signum distinctiuum ordinis procedendi. Contingeret enim, vt qui erant in vexillo filiorum Ruben inciperent mouere castra, antequam finiuissent mouere omnes qui erant sub vexillo filiorum Iuda, & sic miscerentur, & perturbaretur totus ordo populi procedentis. Idem autem de filiis Ephraim ad filios Ruben, & de his qui erant sub vexillo Dan ad eos qui mouebant sub vexillo filiorũ Ephraim, ne ergo totus ordo a Deo traditus in castrametando, & procedendo perturbaretur, datę sunt tubæ. s. vt postquã nubes mota dedisset omnibus signũ mouendi castra clangeretur in buccinis, & in illo primo clangore oẽs qui erant sub vexillo filiorum Iuda G incipiebant deponere tentoria, & mouere castra, atque procedere secundum ordinem suum, finito autẽ isto & inchoato scđo clãgore incipiebãt mouere castra qui erant sub vexillo filiorum Ruben, & procedebant sequentes alios de primo vexillo: inchoato autem tertio clangore mouebant castra, qui erant sub vexillo filiorum Ephraim: inchoato autem quarto clangore mouebant castra extremi, qui erant sub vexillo Dan. Erat autem hoc inter eos, ꝙ in primo clangore dum mouerent castra, qui erant sub vexillo Iudæ, omnes de aliis vexillis manebant nihil mouentes. Cum vero in secundo clangore mouerent castra, qui erant sub vexillo Rnben, qui erant sub duobus reliquis vexillis consistebant, & sic per ordinem suum: hoc autẽ modo non commiscebantur in procedendo illi, qui erãt H sub vno vexillo eis, qui erant sub alio: hoc autem non poterat fieri conuenienter, & faciliter, nisi per distinctos clangores, quod erat vsus tubarum: & sic erant ad conuocandum multitudinem in motu castrorũ, idest non ad excitandum, vt mouerentur, sed ad ordinandum processum eorum per prius, & posterius, & hoc significatur infra cum dicitur, ꝙ in primo clangore, & vlulatu tubarum congregarentur, & mouerent castra, qui erant ad partem orientalem sub vexillo filiorum Iudæ. In secundo sonitu mutabunt tentoria, qui habitant ad meridiem, scilicet qui sunt in vexillo filiorum Ruben, & sic de cæteris. Ideo non erat superfluum habere tubas, quia sine eis nõ potuissent Israelitę moueri ordinate cum castra mutabantur.

I *Cumque increpueris tubis congregabitur ad te omnis turba.*

De tribus generibus clangendi in tubis. Et quæ erant signa distincta, quæ dabantur per clangorem tubarum.

Quæst. V.

HIc ponitur signum quomodo per clangorem tubarum conuocarentur populares vel principes, & quomodo mouerentur castra. Et quia ista erant tria ponuntur hic tria signa ad hęc distincta in modo clãgendi: Assignari autem potest diuersimode iste clangor secundum literam nostram, & hebręam propter hoc, quod infra dicitur si semel clanxeris, & in Hebræo habetur si in K vna clãxeris, quod potest intelligi de vna tuba, vel de vna vice: si autem intelligatur de vna tuba secũdum ꝓpositionem hebraicam dabitur differentia sic, ꝙ quãdo conuocare debebat Moyses populum, clangebat sine vlulatu, & concisione prolixa. Cum vero castra mouenda essent, erat clangor prolixus, & concisus, & vocatur vlulatus. Differebat autem inter vocationem principum, & vocationem populi, quia populus vocabatur clangendo tuba duplici: principes autem vocabantur clangendo vnica tuba: semp tamen, siue in vocatione principum, siue in vocatiõe totius populi erat clangor planus voce continuata, sine eleuatione, & dep̃ssione vocũ minutissimarũ, q vocatur vlulatus Se-

Secundum lr̃am latinam, quę ponit semel eẽ clangendum in vocatione principũ debet aliter assignari iste modus diuersus clangendi. s. ꝙ qñcunq; ꝯuocabat populus, vel principes erat clangor planus, sicut ante dicebatur. Cum vero conuocabantur ad mouendũ castra, erat clangor concisus, qui vocatur vlulatus. In vocatione autem principum, & populi erat differẽtia, quia cum vocaretur populus clangebatur multoties voce ęquali, & in duabus tubis. Cum vero conuocabantur principes, solum semel clãgebatur, siue clãgeretur in vnica tuba, siue in duabus.

Dicitur hic cum increpueris tubis: intelligitur qñ esset iste sonitus non in vlulatu conciso vocum minutissimarum eleuando, & deprimendo, sed cum clangeretur in voce plana. & dicitur increpare, idest sonare. increpare enim arguere est. increpare vero est sonare, & pertinet ad instrumenta vocatiua, & non dicitur hic an semel, vel pluries increparetur, idest sonaretur in tuba: ideo magis conuenit hoc literę hebraicę, quam nostrę, quę ponit differentiam vocationis multitudinis a vocatione principum, in hoc, quòd clangebatur duabus tubis in vocatione populi. Cum vero principes vocabantur clangebatur in vna tuba: nos tamen tenentes istam literam cogimur dicere, ꝙ intelligatur hic clangere, idest multoties clangere. Sed tunc dicetur. quomodo ergo differret vocatio populi a clangore, quando castra mouebantur, quia in motu castrorum clangebatur quater, & in quolibet clangore mouebatur tutba, quę erat sub vno vexillo, & sic in alijs clangoribus, vt patet infra.

Dicendum est, quòd differebat in hoc, quòd cum conuocabãt populus erat clangor continuatus, & nõ vlulabatur eleuando, & deprimendo in voces minutissimas. Cum autem castra mouenda erant: erant voces clangoris minutæ in eleuatione, & depressione, vt patet infra.

An deberet esse vnus tantum clangor in vocatione principum.

Quæst. VI.

SED dicet aliquis, quòd non stat expositio secundum literam nostram, scilicet quòd in motu, & vocatione principum deberet esse vnicus clangor multiplex. Nam infra dicitur, quòd quando populus congregandus est, simplex tubarum clangor erit: ergo vnicus, quia simplex vnum notat.

Respondendum est, quòd simplex aliquando distinguitur contra pluralitatẽ, vel diuersitatem in qualitate, quamquam non sit diuersitas in numero: nic autem simplex non opponitur pluralitati in substantia, sed diuersitati in qualitate soni. nam immediatè declaratur in litera cum dicitur, quòd simplex erit clangor tubarum, & non concisè vlulabunt. Opponitur, ergo hic simplex conciso, & non pluralitati, quãquam ergo in conuocatione populi pluries clangeretur: si tamen ille clangor non erat concisus vocabatur simplex clangor: vnde satis stat quantum ad hoc litera nostra.

E *Congregabitur ad te omnis turba.* Raró Moyses cõgregabat totam multitudinem. Aliquando tamẽ cõgregauit, sicut patet, quando recitauit Deuteronomium coram toto Israel, vt patet Deutero. c. 29. Item aliquãdo ad dandas aliquas leges vocabatur tota multitudo, sicut patet in Leuitico sępe. Item congregata est, quãdo obtulerũt Leuitas ad ostium tabernaculi, vt patet supra cap. 8. & in quibusdam alijs.

Ad ostium tabernaculi. Iste est locus ad quem congregabatur multitudo, quando veniebat ad Moysen, & ponitur de ostio tabernaculi propter duo. Primo vt esset locus determinatus ad quẽ veniret tota mul-

A titudo, quando vocaretur a Moyse, & non vagaretur inquirendo eum. Secundo ponitur, quia iste erat locus sanctus, & quando Moyses vocabat totam multitudinem, vocabat illam ad hoc, quòd audirent verba Dei, vel facerent aliquas cęremonias pro quibus maxime conueniebant ad ostium tabernaculi.

Potest autem hic accipi tabernaculum large, & tũc vocabitur ostium tabernaculi introitus atrij, quia totũ atrium cum tabernaculo vocatur tabernaculum, & tunc multitudo tota deberet congregari ad ostium atrij, & ibi loqueretur Moyses illis. Alio modo potest accipi tabernaculum proprie, & tunc est sensus, quòd congregarentur ad ostium tabernaculi, idest intra B ipsum atrium, & hoc modo non poterat dici de tota multitudine, quòd esset intra atrium ad ostium tabernaculi. Sed solum de quadam parte, quia non poterãt omnes capi intra atrium, & hoc sufficiebat, quòd eẽnt intra atrium, qui capi possent, alij vero essent circunfusi in gyro tabernaculi.

Tabernaculum dupliciter dicitur.

Si semel clangueris venient ad te principes. Idest quando erat clangor vnicus, ita tamen, quòd non esset concisus veniebant principes. Si enim clangor esset vnicus, prolixus tamen, & concisus mouerent castra, qui erãt ad partem orientalem sub vexillo tribus Iuda, vt patet infra in cõuocatione, ergo principum, & populi semper esse debebat clangor simplex: ita quòd non esset concisus: differebat tamen a clangore, qui fiebat ad vocãdam multitudinem, quia ille erat multiplex, iste C autem vnicus. In litera autem hebraica habetur si in vna clanxeris, & potest referri ad tubam, vel vicem, scilicet si clanxeris in vna tuba, vel si clanxeris vna vice: accipiendo autem, quòd esset vna tuba tenebat assignatio, quam primo fecimus in differentia clangorũ. si autem accipiatur in vna, idest in vna vice tenebit assignatio secundo facta, & hoc litera nostra secuta est cum dixit. si semel, idest si in vna vice, & non si in vna tuba: satis tamen conueniebat alio modo, qui dicebatur supra si clanxeris tubis, idest in duabus: hic autem dicebatur si in vna, quod videtur intelligi de vna tuba cum supra diceretur de pluribus.

Ista conuocatio principum fiebat a Moyse ad iniẽdum aliquod consilium, vel ad sciendum de statu po- D puli, quia cum quilibet princeps haberet curam specialem de tribu sua magis cognoscere poterat quid fiebat in ea, quam Moyses, qui erat super omnes principes, vt ergo informaretur ab eis circa ea, quę fiebant in populo vocabat illos. *Venient ad te principes, & capita multitudinis.* Principes vocantur hic illi, qui erant in 12. tribubus principales.

Habebat enim quęlibet tribus vnum, qui veniebat a capite ipsius per lineam omnium primogenitorum, & isti principes ponuntur supra 1. & 2. & 7. c. vocantur hic capita multitudinis alij principes, qui erant sub istis, scilicet principes familiarum, & domorum, cum enim consilium iniẽdum erat, quamquam principes tribuum essent nobilissimi: non tamen ipsi soli vocabantur, sed etiam principes alij minores. multi enim E erant, qui ad consilium vocabantur, sic enim patet infra 16. c. de. 250. viris qui coniurauerunt cum Chore, quando surrexit contra Aarõ, & Moysen. Erant enim isti proceres, & tempore consilij per nomina vocabãtur. Isti tamen non erãt principes tribuum: ergo pręter illos vocabantur alij principes minores, vt illis vocatis videretur vocata tota multitudo.

Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit. Hic ponitur modus clangendi ad mouendum castrum, & dicitur, quòd erat prolixus, & concisus. In hoc differebat a clangore quo vocabatur multitudo, & quo vocabantur principes, quia alius erat simplex: iste vero concisus, & prolixus. Dicitur prolixus, quia magis

Modus clãgendi in mouendo castra.

durabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

durabat, quam cum vocarentur principes, vel multitudo. dicitur concisus, ideſt cisus in partes minutiſſimas ad differentiam clangoris, qui eſt in voce vna cõtinuata. Iſte autem eſt per eleuationem, & depreſſionem, & fiunt voces minutiſſimę, quantum ad hoc autem conciditur ille clangor, ſcilicet quòd non eſt vnus continuatus, ſed diuiſus in voces paruas, quod in clangendo ſatis apparet.

Mouebunt caſtra primi, qui ſunt ad orientalem plagam. i. in primo clangore conciſo mouebantur, qui erant in parte orientali, ſcilicet qui mouebant ſub vexillo filiorum Iudę. Erant enim quatuor vexilla, & ſub illis erat diuiſus totus populus ſub quolibet vexillo tres tribus: in caſtrametatione enim non commiſcebantur, qui erant ſub vno vexillo his, qui erant ſub alio. ergo in procedendo quodlibet vexillum per ſe procedebat, & dum mouerent caſtra, qui erant ſub vno vexillo non mouebant, qui erant ſub alio, vt ſic eſſent incommixti, & ad hoc fiebant quatuor clangores, vt in primo clangore mouerent caſtra, qui erant ſub vno vexillo, & in quolibet aliorum clangorum mouerent, qui erant ſub alio, & ſic vſque ad vltimum.

Clangor an duraret quouſque mouerentur caſtra. Quæſt. VII.

AN vero duraret clangor dum mouebanrur caſtra, & incipiebant procedere omnes, q erant ſub vno vexillo, vel ſolum clangeretur ad dandum illis ſignum recedendi non apparet. Satis dici poſſet, quòd incipiebat clangor primus poſt motũ nubis, & tunc, qui erant in primo vexillo incipiebant mouere caſtra: non tamen durabat clangor vſquequo totaliter caſtra mota eſſent illius vexilli. Non tamen propter hoc incipiebant, qui erãt ſub ſecundo vexillo mouere caſtra ſua, quamquam deſiſſet clangor primus, niſi inciperet ſecundus clãgor. Eo autem inchoato mouebantur, & ſic erat ordo in cæteris.

In ſecundo autem ſonitu, & pari vlulatu tubæ. Fiebat ſecundus clangor, vt mouerent caſtra, qui erant ſub ſecũdo vexillo. In primo enim erat tribus Iuda, Iſſachar, & Zabulon ad partem orientalem, & iſti mouebant in primo clangore. in ſecundo mouebantur, qui habitabant in vexillo ſecundo, & dicitur iſtę ſecundus clãgor par vlulatus, quia erat conciſus eleuando, & deprimendo voces in acutas, & graues, ſicut in primo fuerat. Et fiũt iſtę voces multiplici impetu: non enim poſſunt fieri miñutiſſimę voces in tubis, niſi ſint multi flatus, ſcilicet tot quot ſunt ipſę voces formatę. Cũ vero clangor planus eſt vnico impetu magna pars vocis formatur, & iſti nunquam vocantur vlulatus, quia ad modum vlulantium animalium in acutum, & graue̅ formatur conciſus clangor, & dicitur vlulatus tubæ, non quòd eſſet vnica tuba, quia in motu caſtrorum vtraque tuba clangebatur, vt patet infra, & iuxta modum hunc reliqui facient vlulantibus tubis in ꝓfectione, ſed intelligitur plurale pro ſingulari, quia ſemper clangebatur in duabus tubis in motu caſtrorum.

Et iuxta hunc modum reliqui faciant. Ideſt ſicut fecerũt illi, qui erant ſub duobus vexillis mouendo caſtra in duobus clangoribus, ita facient reliqui, ideſt qui ſunt ſub alijs duobus vexillis, ſcilicet qui habitant ad partẽ ſeptentrionalem ſub vexillo filiorum Ephraim, quia iſti mouebunt caſtra in tertio vlulatu tubarum, & qui habitant ad partem occidentalem ſub vexillo tribus Dan in quarto clangore mouebunt caſtra, & hoc mõ nõ cõmiſcebunt, q ſunt ſub vno vexillo, his q ſunt ſub altero: ꝙ miſcerent: iñ ſi nõ daret eis ordo ī ꝓcedẽdo,

Leuitarum ſeparatio quare facta fuit. Et an fuerit aliqua tribus ablata. Quæſt. VIII.

PONITVR hic de 12. tribubus Iſrael, quę erant ſub quatuor vexillis, vt dicitur ſupra 2. capi. & Leuitæ non erant ſub aliquo illorũ vexillorum, ſed erant in circuitu Sanctuarij. Ideo quando nunc fit mentio de motu caſtrorum ꝓ ordinem iſtorum quatuor vexillorum, non intelligitur, q̃ ibant Leuitæ ſub aliquo iſtorum, ſed per ſe ibãt portantes Sanctuarium, vt patet infra in litera vbi ponitur ordo quo proceſſerunt Iſraelitæ de mõte Synai.

Aliqui autem dicunt, ꝙ iſta ſeparatio Leuitarum fuit, quia tribus Iſrael debebant eſſe 12. propter 12. filios Iacob, ſiue Iſrael. Et tamen, quia Ioſeph, qui erat vnus filius fecit duas tribus, ideſt Ephraim, & Manaſſe Gen. 48. eſſent iam tribus 13. voluit Deus ſeparare Leuitas ad ſe, vt non facerent aliquam tribum in populo, & ſic manerent ſolę 12. tribus. Dicunt autem, ꝙ in iſta ſeparatione fuit tribus Leui ablata pro Manaſſe, vel potius tribus Manaſſe fuit ſubrogata, vt eſſet vna tribus in populo propter tribum Leui, quæ ſeparabat a populo, vt applicaretur Deo. De hoc dicit Ioſephus lib. 3. antiqui. ſ. pro Leui tamen elegit inter principes tribum Manaſſe filij Ioſeph, & Ephraim pro ipſo Ioſeph: hoc autem fuit ſupplicatio Iacob ad Ioſeph cum feciſſet filios eius ſibi prẽberi.

Non eſt autem intelligendum, quòd tribus Leui applicita fuit Deo pro ſola tribu Manaſſe, quia data fuit pro omnibus primogenitis Iſraelitarum, vt patet ſupra 3. & 8. c. Etiam non eſt putandum, quòd ideo Manaſſe cępit eſſe tribus, quia Leuitarum tribus applicita fuiſſet Deo, quaſi aliter non eſſet Manaſſe ſubſtitura vna tribus. Primo quia antequam fieret iſta ſeparatio Leuitarum ab alijs Iſraelitis, erant Ephraim & Manaſſes duæ tribus, quia hoc factum eſt in Aegypto viuente Iacob, & ipſo iubente Gen. 38. ſ. Ephraim, & Manaſſes, ſicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, ideſt erunt duę tribus, ſicut ſunt Ruben, & Simeõ: Leuitę autem multo poſt ſeparati ſunt, & applicati Deo, ſcilicet nunc in deſerto Synai.

Secundo quia iſtud haberet aliquem colorem ſi neceſſe eſſet tribus Iſrael eſſe determinate 12. ideſt q̃ non poſſent eſſe ſolum 11. nec poſſent eſſe 13. quod falſum eſt. Poterat namque ſeparari Leui ab alijs, & applicari Deo ita, vt deſineret eſſe vna de tribubus populi. Potuiſſet etiam Ioſeph non diuidi, ſed ꝙ eſſet vna tribus, & tunc eſſent ſolę vndecim tribus Iſrael. Poterant etiã eſſe tribus tredecim. ſ. ꝙ Leui non applicaretur Deo, ſed maneret, vt vna tribus in Iſrael. Et etiam, quòd Ioſeph ex priuilegio diuideretur in duas tribus, ideſt Manaſſe, & Ephraim, ſicut factum eſt, & tunc eſſent tribus tredecim. Tertio, q̃a ſubrogatio Manaſſe non fecit, ꝙ Leui deſineret totaliter eſſe tribus, quia aliq̃n vocãt tribus. ſ. in ſpiritualibus, vt ꝓponuntur noña 12. tribuum, vel duodecim filiorũ Iſrael in 12. lapidibus ipſius rõnalis ponit Leui, vt vna tribus, & nõ ponunt Ephraim, & Manaſſe, ſed Ioſeph pr̃ eorũ, vt patet Exo. 28. Sic ẽt, q̃n fuerũt poſitę ſex tribꝰ ad maledicendũ, & ſex ad bñdicẽdũ, ꝙ violatoribꝰ & obſeruatoribꝰ legis: fuit Leui vna tribꝰ, & Ioſeph alia, & non nominantur ibi Ephraim, & Manaſſe, vt patet Duetero. 27.

Nulla tribus fuit ſubrogata. Et Ioſeph quare diuiſus ſit in duas tribus. Quæſt. IX.

DICENDVM ergo, ꝙ non fuit aliqua tribus alteri ſubrogata ad ſupplendum numerum, ſed accidit, ꝙ ſeparata tribu Leui a populo, & diuiſo Ioſeph in duas

duas tribus manerent 12. tribus, iuxta numerum 12. filiorum Iacob, ſicut futurum erat ſi nulla mutatio fieret in eis, ſcilicet ſi Leui non ſepararetur ab alijs, & ſi Ioſeph non diuideretur in duas tribus. Iſtud autem non fuit vnum propter alterum, ſed quodlibet habuit per ſe cauſam. Nam quòd Leui ſepararetur a reliquis tribubus fuit ad cõmutandum pro omnibus primogenitis Iſrael ſupra 3. & 8. capi.

Quare autem tribus Leui potius, quam aliqua alia acciperetur pro omnibus primogenitis Iſraelitarum ſatis fuit declaratum ſupra 3. capi. q. 18. vſque ad 30.

De Ioſeph autem, quòd diuideretur in duas tribus cauſa fuit, quia Iacob voluit illi dare ius primogenituręꝫ: pertinebant enim primogenita ad Ruben, quia ille erat prior natiuitate Gen. 29. Sed quia offendit patrẽ maculando cubile eius, priuauit eum primogenitura iubendo, ꝙ non creſceret Gen. 49. capi. Et quia inter gentes illo tempore conſuetum erat, quòd primogenitus haberet duplum de bonis patris, quam quilibet aliorum fratrum, & ſic etiam poſtea Deus ſtatuit illud in lege ſua Deutero. 21. voluit Iacob transferre iſta primogenita, ideſt duplum de poſſeſſione in aliquem alium de filijs ſuis. & tranſtulit in Ioſeph, & tũc duo filij ſui Manaſſes, & Ephraim cęperunt eſſe duę tribus, ita vt acciperẽt duas ſortes, ſicut q̃libet alię duę tribus Gen. 48. & iſtud patet primo Para. 1. c. ſ. Ruben fuit primogenitus Iſraelis, ſed cum violaſſet thorum patris ſui data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph. Sed his factis accidit, quòd tribus manerent duodecim, ſicut manerent ſi nulla mutatio fuiſſet facta, & tunc Ioſephus dicit, quòd tribus Manaſſe fuit data pro Leui. i. iſta compleuit numerum pro Leui, vt manerent 12. tribus.

Poterat autem dicere hoc de qualibet alia tribu, qa ablato Leui quæcunque alia tribus complebat locum duodecimum, & non potius vna, quam alia. Sed Ioſephus dixit de Manaſſe, quòd rationabilius dicebatur de Manaſſe, & Ephraim, quã de alijs, quia in alijs nulla mutatio facta eſt, ſed manebat quęlibet tribus naturaliter vna, ſicut erat propter patrem. in tribu autem Ioſeph fuit facta mutatio, quia fuit Ioſeph diuiſus in duas tribus, & quia vna iſtarum videbatur eſſe addita, illa debebat dici potius ſupplere pro Leui, quam aliqua alia.

Cur potius dixit, quòd Manaſſe acceptus eſt pro Leui, quam Ephraim. Quæſt. X.

SED tunc petetur quare potius dixit, quòd Manaſſe acceptus eſt pro Leui, quam Ephraim.

Dicendum, quòd vna iſtarum tribuum erat addita, & alia ſupplebat loco patris ſui Ioſeph, qui facturus erat vnam tribum etiam ſi nulla mutatio fieret, & tamen Ephraim ſuppleuit loco Ioſeph. & nõ Manaſſe, ideo debuit dici, quòd Manaſſes acceptus eſt pro Leui, quaſi ſolus ille eſſet additus.

Iſtud autem fuit, quia Ephraim licet non eſſet primogenitus Ioſeph, ex diuina diſpoſitione reputatus fuit, vt primogenitus eius. vnde accepit maiores benedictiones, & Iacob auus eius poſuit manum dextrã ſuper eum, & ſiniſtram ſuper Manaſſen Gen. 48. Item Iacob prænunciauit ibi maiora de Ephraim, quam de Manaſſe cum dixit ſcio filij mi ſcio, & iſte quidem. i. Manaſſes erit in populos, & multiplicabitur. Sed minor frater eius maior illo erit, & ſemen eius creſcet in gentes.

Item ſemper fuit poſtea ſic obſeruatum, quòd tribui Ephraim deferretur maior honor, quam tribui Manaſſe. nam fuit Ephraim conſtitutus, vt princeps vnius vexilli in caſtrametationibus, & ſub vexillo ſuo caſtrametata fuit tribus Manaſſe ſupra 2. capi. etiam in dedicatione Sanctuarij prius obtulit munera ſua princeps de tribu Ephraim, quam de tribu Manaſſe ſupra 7. capi. Secundo fuit hoc propter conuenientiã tribus Leui cum tribu Manaſſe. Erat enim tribus Leui minima omnium in numero, vt patet conferendo ſummas poſitas ſupra 1. & 3. capi. Sed tribus Manaſſe erat minor, quam tribus Ephraim, vt patet ſupra 1. c. Ideo potius poni poſſet Manaſſe pro Leui, quam Ephraim pro Leui.

Ex quo prouenieba̅t iſte ordo mouendi caſtra. Et quomodo erant ordinata. Quæſt. XI.

CONSIDERANDVM etiam, quod iſte ordo mouendi caſtra, & procedendi prouenieba̅t ex ordine caſtrametationis. nam ſicut erat ordo in caſtrametando ne miſcerentur inter ſe qui erant de diuerſis tribubus, ita fuit ordo in procedendo, vt non fieret aliqua mutatio, vel confuſio.

Erant autem caſtra ordinata eo modo quo habetur ſupra 2. capi. ſcilicet tabernaculum Dei erat in loco, vbi quieuiſſet columna nubis, & ſtatim in circuitu eius erant omnes Leuitę, ne laici accedere poſſent ad illud: non erant tamen iſti confuſe, & inordinatè, ſed caſtrametabantur per quatuor latera Sanctuarij, ſcilicet Moyſes, & Aaron, & filij eorum caſtrametabanꝫ in latere orientali Sanctuarij: familia Gerſonitarum caſtrametabatur ad latus occidentale eius: familia autem Caathitarum caſtrametabatur in latere meridiano: familia autem Meraritarum in latere aquilonari ſupra 3. capi. & ita erat Sanctuarium ex omni parte clauſum a Leuitis.

Deinde in circuitu Leuitarum diſponebantur caſtra Iſraelitarum per quadrum, quaſi eſſent duo quadrata, & amborum idem centrum, ſcilicet tabernaculum Domini erat centrum totius caſtrametationis, & in circuitu eius erat vnum quadratum paruum caſtrametationis Leuitarum, ſicut nunc dictum eſt: in circuitu autem illius erat quadratum caſtrametationis totius populi, & erat populus diuiſus per quatuor vexilla, & ſub quolibet vexillo erant tres tribus cuius modus patet ſupra 2. capi.

Non erant autem illę tribus caſtrametatione omnino coniunctę, ſed diſponebantur tali modo, vt eẽnt vię, & plateę diſpoſitę per medium, quia proderant iſtę vię ad faciliorem progreſſum ipſorum Iſraelitarũ quandiu manebant caſtra: etiam plateę proderant, vt fierent conuentus Iſraelitarum, & eſſent aliquę res venales, quemadmodum fit in ciuitatibus, nam alio modo non diſponerentur conuenienter aliqua magna caſtra.

De hoc dicit Ioſephus lib. 3. antiqui. figentes autem caſtra tabernaculum, in medio ſtatuebant, & ternæ tribus per latera ſingula tabernaculi manebãt, & plateas per medium habebant. Eratque platea quaſi fori rerum venalium ſingulis in ordine conſtitutis, & opifices artium ſingularum in ſtationibus erant: nullique alii loco, quam ciuitati competenter edificatę, & collocatę ſimilis erat: ea ſiquidem, quæ circa tabernaculũ erant, ſacerdotes tenebant, deinde cuncti Leuitę.

Vlulantibus tubis in profectione. Ideſt quandocunque proficiſcentur Iſraelitæ mouentes caſtra tubæ vlulabunt, ideſt clangent conciſe in voces minutiſſimas eleuando, & deprimendo in acutas, & graues, & ab hac proprietate vocatur vlulatus, quia animalia bruta cum vlulant non tenent ęqualitatem vocis, ſed aliqñ eleuant, & aliquando deprimunt: in vocatione autem principum, & populi aliter erat.

Quando autem congregandus eſt populus. Quia dixerat

ſupra

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra de modo clangendi in vlulatu quantum ad perfectionem castrorum, ponitur hic quomodo distinguatur clangor iste a clangore quo conuocatur populus, & principes, & dicitur, quòd quando conuocat populus erit clangor tubarum simplex, ideſt non eleuando, & deprimendo in acutum, & grauem quemadmodum fit in motu castrorum vlulando, & intelligitur hic per congregationem populi, tam congregatio multitudinis, quam congregatio principum: in vtraque enim erat clangor tubarum simplex, & non vlulabatur concise, quamquam istę duę differrent inter se, quia in clangore conuocationis populi clangebatur pluries: in clangore autem conuocationis principum solum semel, vt apparet supra.

De differentia clangoris quo vocabantur principes ab isto populi. Quæst. XII.

SI autem diceret vellet aliquis, quòd etiam in clangore, quo vocabantur principes clangebat vlulantibus tubis cū solum dicatur hic de clangore conuocationis populi, ꝙ esset simplex, nō poterit facere differentiam inter clangorem conuocationis principum & motionis castrorum. nā vtrobique clangebatur vlulando.

Et si dicatur in quo differebant, quia in motu castrorum quater clangebatur ad motum quatuor vexillorum: in motu autem, & conuocatione principū erat vnicus clangor.

Respondebit non posse etiam per hoc differre, qa cum vlularetur in clangore vnico, quo conuocabant principes putarent se vocari ad mouendum castra, qui erant ad partem orientalem in vexillo tribus Iudę, quia ipsi in primo clangore vlulatus mouebant castra, vt supra patet. Et sic dubitaretur an in illo primo clangore conuocarentur illi ad mouendum castra, vel principes ad veniendum ad Moysen, ideo cōputaretur vsque ad secundum clangorem ad sciendū differentiam, & tunc si esset clangor motus castrorū iam esset ordo perturbatus, quia in secundo vlulatu non debebant mouere castra, qui erant sub vexillo filiorum Iuda ad partem orientalem, sed qui erant ad meridiem sub vexillo filiorum Ruben. Ideo dicendū est, quòd in vocatione principum non vlulabatur, sicut in motu castrorum, sed clangebatur simpliciter, sicut in motu, & congregatione populi ad Moysen.

Et non concise vlulabunt. Ideſt, quando congregatur populus, & principes, non fiet vlulatus concisus, ideſt non fiet pluralitas vocum, quod est esse concisum. ideſt diuisum in voces minutas, nec fiet eleuatio, & depressio in grauē sonum, & acutum, qnod vocatur vlulatus, sed erit plana vox, & vnicus tenor clangēdi.

Filij Aaron sacerdotis clangent tubis. Hic ponitur ad quem spectet clangor tubarum, & dicitur, quòd ad sacerdotes filios Aaron, ita quòd quandocunque clāgendum esset ipsi clangerent, siue in motu castrorum siue alias.

Et causa huius est, quia istę buccinę videbantur ptinere ad vsum sacrum, sed sacerdotes soli ministrabant in vasis sacris. Ad eos igitur pręcisè iste clangor pertinebat, & ex hoc patet, quòd sacerdotes ire debebant ad bellum tempore veteris testamenti, quia qñcunque ad bellum eundum erat, clangebatur in his buccinis, vt patet infra. Soli tamen sacerdotes poterant in eis clangere, vt patet infra: ergo ipsi cogebant ire ad bellum. Dicitur hic filij Aaron sacerdotis, ideſt sacerdotis magni, quoniam ipse tunc erat summus sacerdos, & iste clangor fiebat semper per filios Aarō, siue esset in conuocatione principum, siue populi, siue in motu castrorum.

Eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Ideſt ista lex semper durabit dum generationes vestrę durauerint.

Quomodo lex data de tubis erat sempiterna. Et quare vocetur æterna. Quæst. XIII.

IN quo significatur, quòd non erat mutanda ipse lex apud Iudæos ex aliquibus accidentibus inter eos. Non potest autem intelligi hoc quantum ad clangorem tubarum in motu castrorum, & vocatione principum, quia hoc pauco tempore duraturum erat, ideo lex data de illo non erat sempiterna. Sed intelligitur de alijs, quæ infra habentur. s. ꝙ erit legitimum sempiternum, ideſt durabit ista lex pro semper, quia infra dicitur, quòd quando Iudęi haberent calendas, aut epulum, vel festiuitates clangerent tubis super holocausta sua. Hoc autem toto tempore quo status Iudaicus duraret erat duraturum, ideo istum ad hoc intelligitur, quòd esset lex sempiterna, non tamen quantum ad modum castrorum, & vocationem principum atque multitudinis, quę pauco tempore duratura erat, scilicet dum transiretur per desertum.

Potest tamen referri ad ista, quia quamquam non essent duratura valde magno tempore: tamen quia lex mansura erat toto tempore quo illa manerent vocabatur lex ęterna. nam ad hoc, quòd aliqua lex vocetur sempiterna non requiritur, ꝙ illa omni tempore maneat, sed satis est, ꝙ dum manserit ipse materia de qua datur lex maneat lex: illa vero cessante nō ista lex, non quidem, ꝙ per aliam aboleatur, aut per contrariam cōsuetudinem, sed ex defectu materię ipsius, ideo lex non desinit esse sempiterna, sed materia ex qua datur non est sempiterna.

Et quantum ad hoc etiam respondebitur si aliquis dicat, quòd non fuit lex ista sempiterna, quia cessauit tempore sequenti post Christi mortem. nam posset non fuerūt holocausta, nec festiuitates in quibus clangeretur tubis.

Respondetur legem hanc non propter hoc desisse esse ęternam, quia ipsa non directe cessauit, sed materia de qua dabatur scilicet holocausta, & festiuitates si tamen manerent post Christi mortem solennitates, & holocausta adhuc lex ista de clangendo maneret: velut si in aliquo populo essent leges datę, vt semper manerent, si deleretur populus ille ab hostibus ita vt non manerent reliquię, leges quoque peribant quæ sine materia de qua sunt, & sine subditis, quos obligant, esse nequeunt: si tamen populus ille in esse num maneret, leges quoque mansissent. *Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes.*

Quomodo buccinæ essent ad vsum bellorum. Et sacerdotes quare ibant ad bellum. Quæst. XIIII.

HIc ponitur quomodo iste buccinę essent etiam ad vsum bellorum. Nam omnes habent buccinas ad conuocandum exercitum, vt sic detur signum paratus ad bellum, vel incipiendi pugnare, aut mouendi castra, & sic de cæteris bellicis apparatibus. Iudæi ergo buccinas habere debuerunt in bello ad omnia hęc. & dicitur, quòd ferrent istas tubas argenteas ad bellum. Sacerdotes autem ibant illuc ad clangendum in eis, quia nemo de alijs poterat se intromittere de clangere tubarum cum esset officium sacerdotum, vt supra dictum est.

Et non solum ibant sacerdotes ad bellum, vt clangerent, sed etiam aliquando, vt portarent arcam Domini.

mini illuc. sic patet de duobus filijs Heli, qui portauerunt eam in castra cū delata est in terram Philisthijm, vt patet 1. Reg. capi. 4.

Aliquando etiam sacerdotes ibant ad pugnandum si esset magna necessitas, sicut factum est tempore Machabęorum. Ipsi enim erant duces, vt patet in primo, & secundo Machabęorum, & tamen erant sacerdotes magni, quia Mathathias pater Machabęorum erat sacerdos magnus, vt colligitur 1. Macha. c. 1. & 2. filij etiam sui, scilicet Iudas, Ionathas, & Simon fuerūt sacerdotes magni successiuè, vt patet ex processu. 1. Macha. Ipsi tamen agebant maxima bella.

Ibant etiam sacerdotes ad bellum semper ad confortandum pugnantes, ne pauerent, & fugerent, vt patet Deutero. c. 20. & loquebatur sacerdos in cōspectu totius exercitus dicens. vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis nō pertimescat cor vestrum: nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus vester, in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt patet eod. cap.

Dicitur hic, si exieritis ad bellum de terra vestra: nō solum est hoc cum exibant, sed etiam cum manebāt in terra sua Chanaan, quia solum dicebantur isti exire, quando ibant extra terram Chanaan, quia illa terra erat sua. Aliquando tamen non exeuntes clangebant buccinis, vt patet in Iericho, vbi sacerdotes 7. clāgebant in 7. buccinis iubilęorum lustrando ciuitatē cum pugnaturi erant contra illam, vt patet Iosue c. 6. Iericho tamen in terra Chanaan erat, sed dicitur, qñ exieritis ad bellum de terra vestra, quia hoc communius fiebat, causa tamen eadem subsistit in omnibus bellis, siue in terra sua, siue extra, quia dicitur infra ꝙ hoc fiebat, vt essent in recordatione Dei ad hoc, quod erueret eos de manu hostium, sed hoc ipsi indigebāt siue essent in terra sua pugnantes, siue in aliena. ergo vbique erat clangendum tubis.

Item si solum clangeretur, quando Iudæi exirent de terra sua in valde paucis bellis clangeretur. nam plurima bella erant ipsis Iudæis cum habitatoribus terræ Chanaan, vt patet ex processu libri Iosue, Iudicum, & Regum. Rarò autem extra terram illam ibāt ad clangendum in bellis, ideo etiam intelligendū est cum irent ad pugnandum contra hostes in terra sua Chanaan. Nisi forte dicatur hic. si exirent de terra sua, ideſt de vrbibus suis, & tunc etiam si pugnarent in terra Chanaan, aut in quacunque alia dicebantur exire de terra sua ad pugnandum, & debebant clangere tubis. *Contra hostes, qui dimicant aduersus vos.* In hoc videtur, quòd solum Iudæi deberent clangere tubis, qñ hostes dimicarent contra ipsos, ideſt non mouerent ipsi bellum, sed alij. non est tamen sensus iste, sed siue Iudæi aggrederentur siue hostes aggrederentur ipsos dicebantur dimicare hostes contra ipsos Iudæos. nam in eo, quòd resistebant illis non se tradentes eis dicebantur dimicare. Ideo deberent Iudæi clangere ad inuocandum Deum suum contra illos.

Clangetis vlulantibus tubis. Hic nō erat determinatus numerus tubarum, sicut dictum fuerat supra, quòd fierent duę tubę, quoniam poterant multę tubę portari ad bellum, sicut patet contra Iericho, vbi septem tubas tulerunt sacerdotes ad clangendum, vt habetur Iosue c. 6. & hic vlulabant tubę, sicut in motu castrorū, vt supra patet.

Erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro. i. Deus recordabitur vestri ad eruēdum vos de manu hostiū. Non est intelligendum, quòd Deus per clangorē tubarum recordaretur benefacere Iudæis liberando illos, quia Deus nihil recordari potest cū omnia semper, & simul intelligat, quia ei nihil nouiter aduenit, nec recedit, cum status eius ęternus, & pręsentatiuus sit. Itē dato, quòd Deus posset alicuius recordari: nō tamen poterat moueri ad recordationem per clangorem tubarum, quoniam Deus, nec tubas audit, nec habet potentiam, aut organa auditiua: nihil enim magis per clangorem tubarum, quam per lapidem intelliget, quia ista solum mouent animalia habentia vires sensitiuas. Deus igitur, & angeli, & animę nostrę a corporibus separatę his non immutantur, quamquam tñ Deus non immutetur audiendo clangorem intelligit quid sit ille clangor, & quando sit, & ad quid. Ponitur tamen, quòd Deus recordaretur Iudæorum per clāgorem comparando ad modum humanum, quia homines per aliqua signa data recordantur eorum, quæ aliquando cognouerant, & nunc actualiter non intelligebant: Iudęi autem erant rudes non cognoscentes modum status diuini, ideo vt ipsi intelligerent, quòd Deus volebat eis benefacere aliquando in bello posita sunt ista, quæ sunt signa hominibus rememoratiua, vt intelligerent Deum per illa recordari ipsorū, quod alias non intelligerent.

Vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Ideſt ad hoc erit ista recordatio, vt eruam vos ab hostibus. & iste est proprie modus humanus, quia sicut homines auditis tubis mouentur ad bellum incitati ad iram ex natura soni, qa tales tubę, quę longę, & strictę sunt ex modo percussionis iratum sonum reddunt, vt ponit Aristotel. 8. Politico. Sic Deus auditis tubis dicitur ad miserendum incitari: est autem hic mutatio personę, quia cum supra dictum fuerit, vt fit recordatio vestri coram Deo vestro, deberet hic subiungi, vt eruat vos, & dicitur, vt eruam, & ista mutatio frequenter fit in scriptura, vt patet Psalmo. 3. vbi fit transitus de tertia persona ad secundam cum dicitur. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua: debuisset autem dici Domini est salus, & super populum suum benedictio sua.

Si quando habebitis epulum. Hic ponuntur alij vsus tubarum, scilicet, ꝙ quando Iudęi haberent epulum, scilicet solennes epulas clangerent, quod intelligitur si interdum facerent magnam solemnitatem in cibis, vel conuiuijs, & tunc offerrent aliqua holocausta: debebant enim ad istorum solennitatem clangere buccinis. *Et dies festos.* Ideſt ꝙ in diebus festiuis magnæ solennitatis clangerent tubis, quod dupliciter intelligitur. vno modo, ꝙ in festiuitatibus ordinatis a Deo clangerēt tubis. s. in festo azymorum, & pentecostes, & festo tabernaculorum, atque clangoris de quibus Leui. c. 23. Nam iste clangor fiebat sup holocausta, vt patet. j. tñ in festiuitatibus istis fiebant multa sacrificia, vt patet. j. 28. & 29. c. Alio modo intelligit de diebus festis. i. si Iudęi facerent aliquam festiuitatem valde solennem pręter eas, quas Deus instituit, sicut pro lętitia de victoria belli, vel ꝙ principe nouiter assumpto, & in similibus faciebant sacrificia multa, & clangebāt tubis, & adhuc magis videtur intelligi de istis, q̄ de festiuitatibus ordinatis a Deo. nā dr, siqñ habueritis epulum, & dies festos, quod ponit sub dubio: si tñ intelligeretur de festiuitatibus institutis a Deo non poneretur sub dubio, sed diceretur. si habueritis epulum, & qñ habebitis dies festos. *Et calendas.* i. ꝙ in calendis debebant clangere tubis.

Calendæ, quæ dicuntur, & vnde hoc nomen venit. Quæst. XV.

DICVNTVR calendæ principia mensium. nam In exordio cuiuslibet mensis ponuntur primę calendæ: istud nomen venit a gentilibus: dicuntur. n. calendæ a calando, ideſt vocando, quia gentiles in principijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipijs mensium toties vocabant, quot festa in mense F
obseruanda erant, & quia in alijs diebus mensium dicitur 2. vel 3. vel 4. calēdas. & sic cōsequenter: in principijs autem mensium dicitur calendas absolutè: vocantur apud nos principia mensium calendę, vel capita calendarum. Apud Iudæos autem non rectè vocantur exordia mensium calendę, quia apud eos, nec calendę, nec idus, nec nonę sunt, sicut in vsu latinorū: potissimè, quia ipsi non incipiunt menses in capitibus calendarum, sicut nos inchoamus, sed in principijs lunationum, cum apud eos vna lunatio facit vnum mēsem, & istę aliquando incipiunt in medio mensium, vel circa fines, & vario modo. Sed magis secundum eos vocantur principia mensium Neomenię, ideſt G
nouę lunationes, sic dicitur Psalmus 80. buccinate in Neomenia tuba. Erat autem apud Iudæos festum in qualibet noua lunatione, sicut patet hic, & offerebat sacrificium, cum dicitur, quòd in calendis canerent super holocausta, & victimas pacificas, sic etiam patet infra 29. ſ. ꝙ in die clangoris deberet offerri sacrificiū præter sacrificiū calendarum, & in hac die fiebat solennitas in lętitia magna, & clangebatur tubis, vt patet prędallega. Psalmo, scilicet buccinate in Neomenia tuba insigni die solēnitatis vestrę, ideſt quòd ista dies erat insignis, ideſt solennis inter cęteras solennitates Iudęorum.

Canetis tubis super holocaustis, & victimis pacificis. Ideſt
Dies calen darū ei solennis. in die ista solenni calendarum, vel quando habebitis H
epulas, aut in alijs festis canetis tubis super sacrificia ipsorum dierum, quia in calendis fiebant holocausta, & hostię pacificę, vt patet hic. de sacrificijs tamen calendarum magis patet infra capi. 28. vbi dicitur, quòd offerrentur duo vituli, & vnus aries, & septem agni anniculi immaculati in holocaustum cum libamentis suis: offerebatur etiam hircus pro peccato de victimis pacificis. non dicitur ibi: eo quòd illę non fiebant ex necessitate, nec de iuribus Sanctuarij, sed de oblationibus popularium. Ipsi enim ad solennitatem dierum istorum offerebant victimas pacificas: tempore quoque aliarum festiuitatum, & solennium conuiuiorum fiebant holocausta, & victimę pacificę, & in omnibus his clangebatur buccina, scilicet quòd sacerdotes intra atrium tabernaculi clangerent buccinis, dū cremarentur holocausta ad solennitatem illorū: alijs autem diebus profestis, quamquam fierent holocausta quotidiana: non tamen clangebatur tubis, quia iste vsus erat ad solennitatem magnam sacrificiorū: ideo non conueniebat, nisi diebus festis. sic enim nunc est in ecclesia, quia quamquā quotidie fiant diuina officia, crepitus tamen organorum est in solis festiuitatibus, & ibi fit specialis sonitus cymbalorum.

Vt sint vobis in recordatione Dei vestri. Ideſt, vt sint istę
victimę ad memoriā, quòd Deus recordetur vestri, ꝙ offertis. hoc intelligendum est, sicut supra dicebatur de crepitu tubarum in bello. nam Deus non recordabatur specialiter per istas voces. Sed quia ipsis videba- K
tur, quòd cum clangerent Deus audiret, & recordaretur eorum: ideo clangebant. nō tamen fiebat aliqd, quia si per hęc Deus recordaretur non solum clāgēdum erat in festiuitatibus, sed etiam in omnibus alijs diebus, cum fierent quotidiana sacrificia, quia alias nō proficerent, cūm Deus non recordaretur. ergo non erat hoc, vt Deus recordaretur, sed magis ad solennitatem: cum tamen ipsi clangebant buccinis in festiuitatibus istis, Deus acceptabat sacrificia eorum, quia obediebant buccinando, sicut ipse iusserat, & omnia ista magis proficiebant ex deuotione, & obedientia operantium, quam ex seipsis. Nam, quæ erant in veteri testamento non iustificabant pręter circuncisionem, sicut Apostolus probat latè in epistola ad Romanos, & in epistola ad Hebræos. Si autem Iudęi non clanxissent in his festiuitatibus non acceptarentur sacrificia eorum a Deo, & sic cum ista facerent dicebantur esse in recordatione Dei, ideſt quòd acceptabat opera eorum.

Ego Dominus Deus vester. Ideſt debetis facere, quę iussi, quia ego, qui iubeo sum Deus, & obligamini facere, quę iubentur.

Ad quid fuere factæ istæ tubæ, & de numero, & magnitudine, & figura ac vsu, & vtilitate earum, & an clangeretur ambabus tubis simul, vel aliqua tantum.
Quæst. XVI.

CIRCA istas tubas poterat dubitari de quatuor. ſ. de numero earum, & de magnitudine, & de figura, & de vtilitate, siue vsu earum. De primo, ideſt de numero earum videtur hic respondere scriptura dicendo fac tibi duas tubas argenteas, & sic solas duas fieri pręcepit.

Dicendum ꝙ Deus solum obligauit nūc Moysen ad faciendum duas tubas, & tamen Israelitę fecerunt plures. Istud patet, quia in introitu in terram Chanaan in primo loco, scilicet in vrbe Iericho iussit Deus, ꝙ sacerdotes septem clangerent in septem buccinis iubilęorum Iosue 6. & istę buccinę sunt, quæ vocantur hic tubę ductiles. Et patet, quia iubetur, quòd quando eundum esset ad bellum, ꝙ clangeretur in istis buccinis, & tamen ibi ad bellum ibatur, quia illud fuit primum bellum in terra Chanaan, ergo in his clangi deberet, & sic saltem septem buccinę iubilęorum tunc erant, & forte plures essent, sed sacerdotes solum acceperunt septem, quia Deus solum iussit, ꝙ clangerēt septem sacerdotes.

De istis buccinis necesse est dici, quòd factę fuerint in deserto. Nam statim post transitum Iordanis clanxerunt sacerdotes in eis Iosue 6. Ideo oportuit, quòd faceret illas Moyses, qui vixit toto tempore deserti cum mortuus fuerit in vltima mansione apud Iordanem, vt colligitur Deuter. 31. & 34. c. & tunc manet dubium an Moyses fecerit eas, aut in monte Sinai, I
vel postea procedente tempore in deserto.

Dicendum quòd vtraque esse poterat cum Israelitę mansserint quadraginta annis in deserto: credibilius tamen est, quòd nunc eas fecerit in monte Sinai, vbi fabricata sunt omnia, quę pertinebant ad Sanctuarium. tunc enim erat copia materię, & artifices erant continuo opere. eratque opportunitas ad hęc faciendum, quia omnia non se ita bene habuerunt, sequenti tempore in deserto, ideo verisimilius est in monte Sinai factas fuisse multas tubas argenteas, licet Deus solum iusserit de duabus. Sed Deus voluit solum exprimere de duabus, quia tetigit id, quod erat necessarium, non autem, quod erat pulchrum, & ad maiorem solennitatem, & quia istę tubę erant argenteę requirebant expensas, noluit Deus nunc obligari Iudæos, nisi ad id, quod solum erat necessarij, & paucum erat.

Erant autem necesse saltem duę buccinę, quia in vnica non poterant fieri istę differentiæ quas Deus hic fieri iubebat in clangendo, & maxime iuxta expositionem literę hebraicę, quę significat, quod aliquando clangeretur in vna buccina, & aliquando in alia, siue in duabus, vt supra tactum est.

Cur Deus iussit istas buccinas fieri argenteas. Et quare non fuerunt de auro. *Quæst. XVII.*

SED quęretur quare Deus iussit istas buccinas fieri argēteas. Dicendum ꝙ fuit primo propter honorem ipsius. Nam pertinebant istę tubę ad Deum in- A
quantum dicitur, ꝙ quando clangeretur in eis Deus recordaretur Iudęorum, vt erueret eos de manibus hostium: ad Deum autem pertinent res honorabiles. argentum vero est metallum preciosum. ideo de argento fieri debuerunt, & non de communi metallo de quo fiunt alię tubę.

Secundo fuit hoc propter excellentiam ministerij, quia applicabantur istę tubę ad diuina ministeria, scilicet quando erant dies festi ad Deum, & sacrificia solennia clangebatur in his tubis, vt patet in litera, sed B
ministerium, quod Deo prestatur est excellentissimū. ideo tubę quibus erat vsus in illo ministerio debebāt esse insignes: ideo fuerunt argenteę.

Tertio fuit hoc propter ministros. nam in his tubis non clangebant populares, sed soli filij Aaron, vt dicit in litera, & tamen isti erant ministri excellentissimi, qui ministrabāt intra Sanctuarium, ideo competebāt eis instrumenta, vel vasa excellentissima. sic autem erant tubæ argenteę: ideo tales factę sunt.

Quarto & pręcipue fuit hoc propter sonoritatem: fuerunt enim istę tubę, vt audiretur clangor eorum, sed nullum metallum sonorius est, quam argentum: ideo de hoc fieri debuerunt. Ista fuit causa quare non fierent de auro. excellentius quippe erat aurum, & multa alia vasa in templo Domini erant de auro purissimo, sicut candelabrum, & mensa, & propitiatorium, & duo cherubim, & altare thymiamatū, & alia C
de quibus Exo. 25. & 30. c. & ita poterat esse de istis tubis, ꝙ fierent de auro purissimo, sed non fuit conueniens tales fieri illas, quia essent maiorum expensarū, & minoris vtilitatis, scilicet quia non essent, ita sonorę, sicut de argento, cum argentum sit sonorius inter alia metalla: aurum vero raucum est. ideo de argento fieri debuerunt.

Quæ vtilitas erat ex vsu tubarum. Et quare super hostia non clangebatur. *Quæst. XVIII.*

DEINDE quęritur de vtilitate, & vsu istarū tubarum. Dicendum ꝙ ista sunt duo. Vtilitas est, ad quod proderant, vel in quo seruiebant istę buccinę. Vsus est ipse modus vtendi eis. D

Ad primum dicendum, quòd istæ tubę proderant ad quatuor, vel ad plura. vnum erat conuocare multitudinem. secundum vocare principes. tertium erat vti eis in bello. quartum erat ad solennitatem festorū, vel epularum. quintum erat ad sacrificia.

De primo dicitur in litera fac tibi duas tubas quibus conuocare possis multitudinem, & sequitur. cūque increpueris tubis cōgregabitur ad te omnis turba. De secundo patet, quia dicitur in litera si semel clangueris venient ad te principes, & capita multitudinis Israel.

De tertio patet, quia dicitur in litera. si exieritis ad bellum contra hostes clangetis vlulantibus tubis.

De quarto patet, quia dicitur in litera. si quando E
habebitis epulum, & dies festos, & calendas canetis tubis. Et istum quartum diuidebatur in tria, scilicet in epulas, & dies festos, & calendas. In epulis solennibus quas celebrare vellet populus, vel principes fiebat alia memoria Dei, & ideo poterat ibi clangi conuenienter in istis tubis, quę ad Deum pertinebant. nam & gentiles quibus minor cura de Deo erat hoc interdum faciebant. ſ. ꝙ adueniēte aliqua prosperitate quasi illa collata esset a dijs suis faciebant eis magna sacrificia, & celebrabant magnificas epulas. sic patet de Philisthinis, quando tenuerunt Samsonem, vt patet Iudic. 16. ſ. principes Philisthinorum conuenerunt in

vnum, vt immolarent hostias magnificas Dño Deo A
suo, & epularentur dicentes. tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. a fortiori, ergo Iudæi quibus maior cura erat de cultu Dei facerent tales epulas, in quibus esset memoria de Deo. Et ista est causa quare in illis epulis poterat clangi his buccinis, quia istæ erant sanctę, & pertinebāt ad Deū, & soli sacerdotes clangebant in eis. Si igitur nō essent istæ epulæ pertinentes ad Deum non clangerent ministri Dei in illis. Ideo dicendum, ꝙ si fierent aliquę epulę, vel conuiuia magnifica, in quibus nulla memoria haberetur de Deo, neque exhiberetur ei aliquis fructus, non erat clangendum in his tubis, sed qñ fiebant conuiuia simul cum sacrificijs, clangebatur in his tubis, quia sacrificia illa pertinebant ad Deū. Istud patet in litera. ſ. si qñ habebitis epulum, & dies festos, & calendas canetis tubis super holocaustis, & sic id super quo canebant erant holocausta, & non principaliter epulę. Secūdum istorum erant dies festi, quia etiam si Hebręi nō facerent epulas. i. cōuiuia magna, si haberent dies festos clangebant in his tubis, & intelligitur tam de festis ordinarijs, quę erant statuta p legem, q̃ principaliter de festiuitatibus, quas Hebræi sponte faciebant propter aliquā prospera, quę accidebant. nam in illis faciebant sacrificia, & tunc clangebant tubis. Tertium istorum erat calendę, & posuit Deus specialiter de calendis, quia licet esset quædam festiuitas calendarum erat magnæ celebritatis plusq̃ quædam alię. vnde scriptura specialiter sæpe eam nominat. sic patet primo Reg. 20. c. Cum dixit Dauid ad Ionatham. ecce calendę sunt crastinę, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum, & sic patet, ꝙ in die calendarum Saul solitus erat facere magna conuiuia, & Dauid sedebat ibi iuxta eum. Sic etiam dr̃. e. c. cras calēdę sunt, & requireris: requiretur enim sessio tua vsque perēdie. Item patet, quia maritus mulieris Sunamitis, qñ petiuit ab ea cur iret ad Heliseum dixit ei, q̃ ob causam vadis ad eum: hodie non sunt calendę, nec sabbatum, & sic non fecit memoriam de alijs festiuitatibus, sed solum de calendis, & sabbato. Et licet esset magnum festum calendarum: tñ adhuc pręcipuum erat in clangendo tubis. quare magis in hoc festo, q̃ in alijs clangeretur, vt patet Psalmus 80. scilicet buccinate in Neomenia tuba insigni die solēnitatis vestrę. i. in Neomenia, siue calendis buccinate tuba. i. clangite tubis. insigni die solennitatis vestrę. i. quia ista dies est insignis. ſ. excellens inter solennitates vestras. De quinto patet, quia dr̃ in litera. clangetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis. Istud fm veritatem non differt a quarto, quia id super quo clāgebatur in epulis, & festis, & calendis erant sacrificia, vt litera signat, & non clangebatur super ipsis epulis. Dr̃ aūt super holocaustis, & pacificis victimis, quia licet essent tria genera sacrificiorum. ſ. holocaustum, pacifica victima, & hostia ꝓ pctō, super solis holocaustis, & pacificis clangebatur. nam clangor erat ad solennitatem, & exultationem. Hostia aūr ꝓ pctō regulariter erat ad mœrorem, & nō ad exultationem, ideo super ea non clangebatur, sicut super holocausto, & pacifica hostia. interdum tamen licet raro erat hostia pro peccato ad solennitatem, & non ad mœrorem, & tunc non erat sola, sed cum holocaustis, & pacificis, ita fuit in oblatione principum in dedicatione Sanctuarij supra 7. capitulo. & ibi declaratum est. Et tunc clangebatur tubis super his sacrificijs, quia non erant sola sacrificia pro peccato, sed cum his holocausta, & pacifica, quæ erant sacrificia exultationis.

Qua-

Universidad de Deusto Biblioteca

Qualiter sacerdotes clangebant in tubis. *Quæst.* XIX.

DICTVM est de vtilitate tubarum, & ad quid erãt. nunc dicendum est de vsu earum. qualiter clangebant sacerdotes in eis. Et dicendum, ꝙ in hoc voluit Deus describere rem multum particulariter. s. ponendo modũ quo clangebatur in tubis, & præsupponendum est, ꝙ in hoc videtur aliqua diuersitas inter lrãm nostram, & hebraicam: saltem in cortice literę. nam sm̃ literam nostram innuitur, ꝙ semper clangebatur in duabus tubis, sed erat ista differentia, ꝙ aliqñ erat clangor simplex. i. planus, & quasi vnius modi, & tunc conueniebant principes ad Moysen. aliquando erat clangor prolixus, & concisus diuisus in multas voces acutas, & graues, & tunc erat signum mouendi castra. Sed sm̃ literam hebraicam vr̃ esse differentia in alio. s. quia aliqñ clangebatur in vna tuba aliqñ in duabus, qñ in duabus congregabatur multitudo ad Moysen. Adhuc tñ quod apertius ponit Iosephus li. 3. Antiqu. s. ꝙ essent duę tubæ, & vna erat ad ꝯgregãdũ principes, qñ deberent cogitare de rebus necessarijs. alia erat ad iussionem, & collectionem. s. ad mouendum castra, qñ aũt clangebatur in ambabus conuocabatur totus populus ad Moysen, & secundum hoc p̃supponendum est, ꝙ illę duę tubę differebant in magnitudine, vel figura, ita vt facerent sonum differentem, & de vtraque earũ etiã si sola audiretur agnosceretur, quę erat, quia aliter non distingueretur inter duos modos vocandi. Dicendum ꝙ satis innuitur ex litera, ꝙ essent tres modi vocandi. primus ad congregandam totam multitudinem ad Moysen cum dr̃. cũque increpueris tubis congregabitur ad te omnis turba, & sic innuitur, ꝙ ad congregandam multitudinẽ clangebatur duabus tubis simul. Secundus modus erat ad conuocandos solos principes, vt tractaret cũ eis Moyses de aliquibus pertinentibus ad populum, & de hoc dr̃ si semel clangueris venient ad te principes, & capita multitudinis. Et in hoc est differentia, qa vbi litera nostra dicit. si semel, dr̃ in Hebræo si in vna clãxeris. i. si in vna tuba. litera aũt nostra dixit si semel, quia semel, & vnum ad idem pertinent. Tertius modus erat ad mouendum castra, & de hoc dr̃ in litera. si autem prolixior clangor increpuerit mouebunt castra. Aliqui tamen volunt, ꝙ ad mouẽdum castra clãgebatur hoc modo, ꝙ sonante prima buccina mouebant castra, qui erant ad partem orientalem: sonante aũt tertia mouebant castra, qui erant ad occidentem, & quarta sonante mouebant castra, qui erant ad aquilonem, ita dicit Iosephus lib. 3. Antiqu.

An essent quatuor tubæ. *Quæst.* XX.

SED ex hoc videtur innui, ꝙ saltem essent quatuor buccinę: Deus tñ iussit hic fieri solum duas, & ita non conuenit. Aliquis dicet, ꝙ non obstat, quia licet Deus solas duas fieri iusserit Moyses fecit multas, vt supra ostendimus. q. 16. quia saltem erant septem. Dicendum ꝙ illud non sufficit, quia etiam si Moyses fecisset mille tubas Deus non iusserat fieri, nisi duas, ideo oportebat, ꝙ præceptum Dei posset compleri in duabus, sed ipse ponebat hic istos diuersos modos vocationis: ideo oportebat, ꝙ possent fieri in solis duabus tubis, & ita non essent ibi tertia, & quarta tuba. Est dicẽdum, ꝙ duæ tubæ sufficiebant ad istas differentias vocationum, & quãdo Iosephus dicit de tertia, & quarta tuba non intelligit de numero tubarum, sed de numero clangorum. nã primo clangebat̃ in prima tuba, & mouebant̃, q erãt ad orientem. secundo in secunda tuba, & mouebant̃, qui erant ad austrum. tertio in prima tuba, & moue-

F bantur, qui ad occidentem erant. quarto in secunda tuba, & mouebantur qui ad aquilonem erant, & ita in duabus tubis clangebatur quater, vnde non erãt quatuor tubæ, sed quatuor tubationes.

Tres modi clangendi. *Quæst.* XXI.

DE istis modis clangendi inquantum attinet ad literam nostram iuxta communiorem sententiam dictum est supra in expositione literę, & tamẽ posset adhuc dici magis planè ad intellectum literę nostrę. s. ꝙ hic signantur tres modi clangendi. vnus ad conuocandum totam multitudinem, alius ad conuocandum solos principes, G tertius ad mouendum castra. De primo dicendum, ꝙ clangebatur in duabus tubis, & tñ non dicitur an semel, vel pluries clangeretur. Nam per hoc, ꝙ in duabus clangebatur qualitercunque clangeretur signũ erat, ꝙ cõuocabatur multitudo, ideo litera de illo nihil distinxit, sed solum ait, cumque increpueris tubis congregabitur ad te omnis turba. Sed dicendum, ꝙ hoc non est verum: nam ad conuocandam multitudinem non solum clangebatur in duabus tubis, sed etiam semel tantum clangebatur, & erat clangor planus. nam dr̃ in litera, iuxta hũc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectione. qñ autem congregandus est populus simplex tubarum clangor erit, & H non concisè vlulabunt. Secundus modus erat ad conuocandum principes, & de isto dicit litera nostra, si semel clangueris venient ad te principes, & nõ innuit an in vna, vel in duabus tubis clangeretur, & ideo nõ potest bene signari differentia inter primum, & secundum modum. Nam in primo clangebatur in duabus tubis. si autem in secundo in duabus quoque clangeretur nõ erat per quid differret: nisi forte diceremus, ꝙ ad conuocandum multitudinem clangebatur pluries, & ad vocandum principes semel tm̃, sicut hic dicit litera. s. si semel clangueris venient ad te principes. Dicendum tñ, ꝙ istud non stat, quia in ꝯuocatione multitudinis ẽt semel tm̃ clangebatur, quia dr̃ in litera. qñ aũt congregandus est populus simplex tubarum clangor erit. i. vnicus. ergo non poterat differre a I primo modo vocationis. Est igitur dicẽdum, ꝙ differebant, quia primo modo. i. ad vocandam multitudinem clangebatur duabus tubis. secundo modo. i. ad vocandum principes clangebatur solum in vna tuba. & hic videtur defecisse litera nostra ab hebræa, quia vbi dicit hic litera nostra si semel clangueris, dicit litera hebręa si in vna clangueris. i. in vna tuba, & tunc est differentia plana.

Tertius modus erat ad mouẽdum castra, & de hoc non dicit litera an in vna, vel in duabus tubis clangeretur. Aliqui ergo dicunt, quòd clangebatur in duabus K tubis, vt differret modus tertius a secundo, in quo clãgebatur in vna tuba. Sed obijcietur, quòd non stet, quia tunc non differret modus tertius a primo, in quo etiã clangebatur in duabus tubis.

Aliquis dicet, quòd differebat, quia in primo modo clangebatur duabus tubis, sed tñ clangebatur semel tantum. In tertio autem clangebatur etiam in duabus tubis, sed sæpe, quia pro quolibet vexillo semel clangebatur, & hoc innuitur in litera cum dicitur, & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectione, quando autem congregandus est populus simplex tubarum clangor erit, & sic dixit, quòd in profectione, idest in motu castrorum vbi est tertius modus vocandi vlularent tubæ, & sic non erat vnica tuba. Cum autem populus congregatur, quod est in primo modo, dixit clangorem tubarum esse simplicem, & sic tam in primo, quam in tertio modo

modo multæ tubæ sunt. sed in primo est vnicus clangor, & in tertio sunt multi. Alii dicunt, quòd in tertio modo clangebatur in vnica tuba.

Sed tunc petitur, quomodo differat tertius modus a secundo, quia etiam in secundo clangitur in vna tuba.

Respondendum, quòd differt, quia in secundo modo clangebatur in vnica tuba, & erat vnicus clangor. in tertio autẽ clangebatur in vnica tuba, sed erant plures clangores, quia pluries clangebatur, iuxta numerum vexillorum.

An ambabus tubis, simul clangeretur, uel aliqua tantum. *Quæst.* XXII.

DE vtraque positione dici potest, quòd est satis rationabilis, & tamen magis teneri debet ista secunda, quia magis consonat literæ. Iosephus quoque lib. 3. Antiquita. istam tenet dicens, quòd in motu castrorum clangebatur vna tuba, & deinde alia: & ita non clãgebatur in duabus simul.

Sed obiicietur, quòd non stet, quia non posset distingui secundus modus a tertio. nam cum in secundo clangatur vnica tuba, & in tertio similiter: dato, quòd in secundo semel tantum clãgatur, & in tertio pluries, tamen in prima vice clangendi non poterat esse differentia, quia nesciretur, an vocabantur principes, vel dabatur signum ad mouendum castra.

Aliqui respondent, quòd vna tuba erat qua vocabantur principes, & alia ad mouendum castra, & ita differebant.

Sed dicendum, quòd nõ stat, quia vt vult Iosephus libro tertio Antiquitatum. aliquando clangebatur in vna, & postea in alia, sicut supra diximus. & ita manebat semper illud dubium cum alternarentur tubæ. Alij dicunt, quòd in primo clangore non poterat hoc cognosci, sed expectabatur secundus, & si ille sequeretur erat signum mouendi castra, si autem non sequeretur secundus, erat signum conuocationis principum. Sed dicendũ, ꝙ non stat, quia est contra signũ datum in litera de mouẽdo castra, quia dicitur quòd in primo clangore mouebũt castra, qui sunt ad Oriẽtalem plagam. in secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. si autem deberet expectari, sicut illi dicebant, non inciperent castra moueri vsque ad secundum clangorem, vel vlulatum, quod est contra literam, quia ante secundum clangorem debebãt esse mota castra, quæ erant ad orientem, & in ipso secundo mouebãtur castra quę erant ad meridiem.

In vna tuba ne an in duabus clangeretur in tertio modo, quo mouentur castra. Et quis erat clangor concisus. *Quæst.* XXIII.

ALITER igitur dicendum est, quòd secundum veritatem in tertio modo, quo mouẽtur castra, clangitur in vna tuba, & non in duabus, sicut in primo modo. & patet quia dicitur in litera. in secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ leuabunt tentoria qui habitant ad meridiẽ, & sic dixit vlulatum tubæ, & non tubarum, & ille est tertius modus clangendi.

Cum autem petitur, quomodo cognoscetur tunc in primo clangore, idest in prima vice clangendi, an conuocentur principes, vel detur signum mouendi castra, quia vtrobique clangebatur in vna tantum tuba?

Dicendum quòd erat differentia, quia quando vo-

A cabantur principes erat clangor paruus, i. pauco tempore durabat. Cum autem dabatur signum mouendi castra erat clangor ille primus valde longus, ideo antequam finiretur ille primus clangor erat notum, an principes vocarentur, vel castra mouenda essent. Si vero castra essent mouenda, fiebat clãgor primus valde longus, & interim incipiebant mouere castra qui erãt ad Orientalem plagam, & finito illo clangore, & data pausatione incipiebat secundus clangor similis primo in tuba secunda, & tunc mouebãt castra qui erant ad meridiem. similiter quoque dato interuallo sequebatur tertius clangor similis in prima tuba, & tunc mouebant castra, qui erant ad Occidentem. idem erat de quarto clangore qui fiebat in secunda tuba, & tũc mo-B uebant castra qui erant ad Aquilonem, ita vult Iosephus libro 3. Antiquit. Ista omnia colliguntur ex litera cum dr̃, si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad Oriẽtalem plagam. dixit autem, ꝙ esset clangor prolixior. & istud est in quo differt a vocatione principum, & significatur, ꝙ in illa debebat esse clãgor breuis, iste autem qui erat ad mouendum castra esset prolixus, siue longus, & per hoc in primo clãgore appareret statim an erat ad vocandum principes, vel ad mouẽdum castra, & tunc si esset longus durante ipso primo clãgore mouebant castra qui erant ad Orientem.

Dicitur atque concisus: vocatur concisus, idest diuisus, quia clangor ad mouendũ castra non erat vnicus, sed diuidebatur in quatuor clangores, pro quatuor ca-C stris, vel vexillis castrorum mouẽdis, & in hoc differt tertius modus, tam a primo quam a secundo, quia in primo erat vnicus clangor, licet fieret ĩ duabus tubis, in secundo ẽt erat vnicus clãgor, & in vna tuba. in tertio vero erant multi clangores, ideo vocatur iste clangor concisus, idest diuisus, quod non dr̃ de primo, nec de secundo modo. Et litera dixit, si aũt prolixior atq; concisus clangor, & non dixit prolixior, atque concisior faciẽdo in vtroque comparationẽ. causa est, quia in comparatione propria vtrunque extremum participat illa qualitate in qua fit comparatio: tertius autẽ & secundus modus participant in aliquali prolixitate clangoris, sed tertius est longior. ideo dixit si autẽ p̃li-D xior, s. in esse concisum non participant secundus, & tertius modus, quia solus tertius modus est concisus, idest diuisus. primus aũt & secundus est simplex, ideo dr̃ atque concisus clangor, & non dicitur concisior.

Alij exponunt sm̃ communem sñiam quę fuit posita exponendo literam, ꝙ clangor concisus dicat̃ diuisus in voces minutissimas, quę pluribus flatibus, & spiritibus mittuntur, quarum quędam sint acutę, & q̃dam graues, & ideo licet sit iste clangor vnicus per ꝯtinuitatem clangendi, dicunt ꝙ est concisus, idest diuisus in plures voces & tonos, & distinguunt istũ contra clangorem simplicem & planum, qui nõ dr̃ in voces acutas & graues. Et secundum hoc differunt secũdus & tertius modus, quia in secundo erat vox plana, & ęqualis. in tertio autem erat vox non simplex, neq; E ęqualis, sed diuisa per acutas & graues, & ita per hoc in principio ipsius clangoris statim cognosceretur, an vocarentur principes, vel castra mutanda essent. Dicẽdum ꝙ istud aliqualiter staret, & sufficeret ad faciẽdũ drĩam inter secundum & tertium modum, & tñ non conuenit literę quę diuidit secundum & tertiũ modũ & prolixum, & concisum: & concisus nõ est proprie nisi diuisus in multos clangores. Secundo, quia innueretur hoc modo, ꝙ tam in secundo, quã in tertio modo erat vnicus clangor. Sed falsum est, quia oportebat in tertio modo esse saltem quatuor clangores pro motu quatuor vexillorum, ideo non est tenenda ista expositio, sed pręcedens.

Quare dicatur in secundo sonitu, & pari vlulatu. Et quòd quatuor clangores erant, vt ordinate procederetur. Quæst. XXIIII.

DICITVR vltra in litera, in secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem, scilicet, quando dabatur signum mouẽdi castra erat primus clangor prolixus, & tunc mouebant castra qui erant ad Orientem, cessante autem illo clangore post aliquantulum temporis incipiebat secundus clãgor, ad hoc quòd mouerent castra qui erãt ad meridiem. & de isto dicitur in secundo sonitu, quia non erat idẽ sonitus continuus ad mouendum omnia castra. Sed iuxta numerum quatuor vexillorum fiebãt quatuor clangores, quia si esset clangor vnicus, & continuus mouerentur castra inordinatè, quia vel mouerentur omnia simul, vel nescirent, quando deberet incipere moueri quelibet pars. dando autem quatuor sonitus pro quatuor vexillis datur, quòd in principio cuiuslibet sonitus, vel clangoris erat mouendum vnum vexillum, & ita non fieret mixtio neque confusio in motu. Et dicitur in secundo sonitu, & pari vlulatu, i. equali clangore, s. quia quanto tẽpore clangebatur ad mouendum primum vexillum tanto tempore clangebatur ad mouendum secundum, & ita erat par vlulatus, idest equalis sonitus.

Aliqui volunt vlulatum dici pro inequalitate vocis, idest quia quædam erant acutæ, & quędam graues iuxta expositionem communem, & istum vlulatum vocabant clangorem concisum. Dicendum, quòd potest concedi talem diuersitatem vocũ fuisse in motu castrorum, & tamen litera non significat hoc, nec potest dici, sicut isti volunt, quòd sit vlulatus clangor cõcisus, quia dicitur concisus, idest diuisus in plures clangores. vnde secundum veritatem poterant esse omnes tres modi clangẽdi plani, vel quòd quilibet haberet diuersitatem vocum, quia non est istud per quod litera facit differre istos modos, sed per aliquod vt dictum est.

Sequitur & pari vlulatu tubæ in quo patet manifeste, q̃ in motu castrorũ non clangebatur simul in duabus tubis, sed in vna tantum, quia non dicitur vlulatus tubarum, sed tubæ. Dicitur leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem, idest eleuabunt, vel mouebũt castra qui sunt ad meridiem, s. sub vexillo filiorum Ruben, quod erat ad meridiem supra 2. ca. & ponitur habitare large, idest castrametari, quia nemo ibi habitabat, cum non haberent domus, neque figerent tentoria intentione manendi, sed statim mutãdi illa ad motum nubis.

Dicitur, & iuxta hunc modum reliqui facient, idest reliqua duo vexilla, s. sicut pro primo vexillo fuit vnus sonitus ad mouendum, & cessante illo post aliquantum tempus cępit secundus clangor, & moueri cęperunt castra secundi vexilli, idest, filiorum Ruben qui erant ad meridiem. deinde finito illo incipiebat tertius clangor, & mouebant castra quæ erant ad Occidentem sub tertio vexillo filiorum Ephraim. & isto clangore cessante incipiebat quartus sonitus, & in isto mouebant castra qui erant sub quarto vexillo filiorũ Dan ad Septentrionem. & iste erat modus mouendi omnia castra. Sed etiam Leuitæ mouebantur portantes Sanctuarium, sed ibant isti in medio vexillorum, & non fiebat pro istis aliquis clangor, sed postquam mota erant duo vexilla, s. filiorum Iudæ, & filiorum Ruben, incipiebant moueri Leuitæ portantes Sanctuarium. deinde mouebantur alia duo vexilla, idest filiorum Ephraim, & filiorum Dan, & sic Leuitæ ibant in medio exercitus in progressu, sicut in castrametatione erant in medio castrorum, vt patet infra in litera.

Quòd in primo modo clangebatur duabus tubis simul, in alijs autem vna tantum. Quæst. XXV.

SED obijcietur, quia supra asseruimus, quòd in tertio modo vocationis clangebatur in vna tuba. & tamen litera videtur dicere, quòd clangebatur in multis tubis, s. iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem, idest tubæ vlulabant ad mouendum castra, & progredien-dũ. Dicendũ, q̃ in solo primo modo clãgebatur duabus tubis simul. In secundo autem & tertio vna tãtũ, sed differebat, quia in secundo modo erat vnica tuba, & vnicus clangor. In tertio autem modo erat vnica tuba, sed multi clãgores, quia saltem quatuor, ideo vocantur tubæ, idest tubationes, sicut aliquando quod vnum solũ est propter varios actus suos vocatur pluraliter, sicut sol vnicus est: & tamen quia per singulos dies facit singulas circulationes dicuntur soles pluraliter, sicut Virgil. primo Aene. dixit soles Hybernos, s.

Quid tantum Oceano properent se tingere soles Hyberni.

Ita tuba, licet esset vnica, tamen quia clangebatur in ea quater dicebantur quatuor tubæ, idest quatuor tubationes. & hoc consonat literę cũ dicitur, iuxta hũc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectione, & ita dixit reliquos, s. illos qui erant de alijs vexillis, & tamen ad motum plurium vexillorum erant plures clangores.

Secundo patet, quia dr̃ in litera, quando autem cõgregandus est populus simplex tubarum clãgor erit, & non concisę vlulabunt: & ita significatur, q̃ differẽtia inter primum, & tertium modum vocandi erat, quia in primo erat vnicus clãgor, & erat in duabus tubis. In tertio autem erat clangor cõcisus, idest, diuisus in multos clangores, s. in quatuor, & tamen tuba erat vnica cum dicatur in litera. in secundo autem sonitu, & pari vlulatu tubæ, & sic dixit vlulatum tubæ, & non tubarum. Tertio adhuc posset dici iuxta sententiã Iosephi lib. 3. Antiquit. q̃ clangebatur ad motum castrorum in duabus tubis, sed non simul, sed ad motum primi vexilli clangebatur in prima tuba. ad motum secũdi clangebatur in secũda tuba. ad motum tertij vexilli clãgebatur rursus in prima tuba. ad motum autem quarti clangebatur iterum in secunda, & ita simul nũquam clangebatur in duabus tubis, sed per successionem clangebatur in illis.

Quam figuram et magnitudinem habebant tubæ. Quæs. XXVI.

NVNC supereſt dicere de figura, & magnitudine tubarum. Dicendũ q̃ scriptura de his nihil expressit, sed hoc relinquebat Moysi. & hoc potuit esse primo, quia Deus diceret Moysi determinate, tam figuram q̃ magnitudinem, & tñ scriptura non expressit illud, qa multa fiunt quę scriptura non refert sic dr̃ Io. 20. c. multa alia fecit Iesus quę in hoc libro scripta non sunt. similiter in veteri testamento multa fuerunt quę non scribũtur, & maxime in historiis Regum, & ideo fit sæpe remissio ad alios libros, sicut per totum tertium, & quartum libros Regum fit sępe remissio ad librum verborũ dierum regum Israel & Iuda. & per totum secundum librum Paralip. fit remissio ad multos libros Prophetarum, quorum nullus est apud nos.

Sed potest dici, q̃ Deus non dixit Moysi aliquid de magnitudine & figura istarum tubarum, ostendit tñ ei in visione aliquas tubas, & ex illis potuit Moyses addiscere magnitudinem, & figuram harum tubarũ, & iste

iste modus planior est ad instruendum, quam solum dando regulam faciendi in voce. vnde Deus quando instruxit Moysen de fabricatione Sanctuarij, non solum dixit ei de singulis rebus, quomodo fieri deberẽt, sed etiam ostendit ei vnam similitudinem omnium, vt videret ibi Moyses Sanctuarium totum erectum, & partes eius quaslibet per se, & per hoc etiam si nõ daretur ei aliqua regula faciendi poterat plene fabricare totum illud de materijs suis. & ideo quãdo Deus iussit Moysi considerare fabricationẽm singularum rerum non dixit, quòd attẽderet ad verba, quæ ab eo audierat, sed ad exemplar, idest figuram quam ei mõstrauerat, vt patet Exo. 25. scilicet inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. ita ergo poterat fieri de tubis.

Tertio potest dici, quòd Deus nihil dixit Moysi de figura, & magnitudine tubarum, nec etiam ostendit ei exemplar aliquod, sed reliquit istud ingenio Moysi. Iubebat enim Deus fieri istas tubas ad clangendũ. Moyses autem viderat multas alias tubas in Aegypto vbi fuerat dux belli cõtra Aethiopes, ideo nouerat ipse quales oportebat esse tubas ad hoc, quòd clangere tur in eis, & sic non oportebat, quòd Deus diceret aliquid Moysi de figura, & magnitudine tubarum.

Quomodo poterimus habere notitiam de magnitudine tubarum. Et figura qualis fuit. Quæst. XXVII.

SED dicendum, quòd licet scriptura de magnitudine, & figura tubarum illarum nihil dixerit, possumus nos habere notitiam earum teste Iosepho. Nam temporibus suis durabant tubæ istę, vel multæ aliæ eiusdem magnitudinis, & figuræ, quia Deus iusserat, quòd quando exirent ad bellum clangerent his tubis, etiam si quando haberent epulas, aut dies festos, vel calendas clangerent his tubis. & dixit, quòd istud esset eis legitimum sempiternum in generationibus suis, tempore tamen Iosephi durabat status gentis illius. ideo clangebatur in bellis contra Romanos, & cõtra alios hostes Iudęorum tempore illo his tubis. Erant autem illæ tubę paruæ magnitudinis minores nostris, scilicet, quasi vnius cubiti: figura autem erat, quòd essent strictę paulo capaciores quàm calamus, & locum conuenientem habebant ad positionem oris. durauit autem ista forma tubarum quandiu durauit status Iudaicus, cum tales essent tempore Iosephi.

De his tubis dicit Iosephus libro tertio Antiquitatum, adinuenit autem modum tubæ ex argento fictæ quæ est huiusmodi, longitudinem quidem habet pęnè cubitum, est autem angusta fistula cantatoria calamo capacior, præbens latitudinem quæ conueniat ori ad susceptionem spiritus, & classico sono vicina: factæ sunt tales duæ, & vna quidem vtebantur ad iussionem, & collectionem populi in Ecclesijs celebrandam. altera vero cum oporteret ad cogitandum de rebus necessarijs principes conuenire. ambabus autem tem multitudo colligebatur, cumque tabernaculum moueretur hæc fiebant, insonante priore qui habitabant ad Orientem tabernaculi partem surgebant, cum vero secunda sonuisset qui ad Austrum residebant apparabantur. Et ita in theca inuoluta tabernaculi medietate præcedentibus sex tribubus portabatur, & alia media sequentibus sex. Leuitæ vero omnes circa tabernaculum erant. tertia vero sonante, pars q̃ conuersa erat ad Occidentẽ ferebatur, & quarta quę circa Septentrionem, vtebantur autem his tubis etiam in sacrificijs hostias offerentes, & sabbatis cæterisque diebus.

Prima profectio filiorum Israel post factũ tabernaculũ. & ordo.

Anno secundo mense secundo, vicesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. Profectique sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. Moueruntque castra primi iuxta imperium Domini per manum Moysi. Filij Iuda per turmas suas, quorum princeps erat Naason filius Aminadab. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson, & Merari. Profectique sunt & filij Ruben per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Elisur filius Sedeur. In tribu autem filiorum Simeon princeps fuit Salamihel filius Surisaddai. Porro in tribu Gad erat princeps Heliasaph filius Duel. Profectique sunt, & Caathitæ portantes Sanctuarium. Tandiu tabernaculum portabatur donec venirẽt ad erectionis locum. Moueruntque castra, & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur, & i tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Abiezer filius Amisaddai. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Nephtali princeps fuit Ahiram filius Henan. Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas, quando egrediebantur.

Mense secundo. Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet processus ordinatus Israelitarum. nam in superioribus dictum fuerat de quibusdam præparatorijs ad recedendum de monte Sinai. hic agitur de ipso recessu, & fuit in anno secundo egressionis de Aegypto, nam in principio eiusdem anni steterant in eodem monte numerantes populum, & prius consecrantes sacerdotes, vt declaratum fuit præcedenti capitulo.

Mense secundo, vigesima die mensis. Tunc enim fuerãt expleta omnia quæ fieri debebant in monte Sinai, ideo fecit Deus, vt recederet nubes de loco ipso. Nam a principio egressus de Aegypto vsquequo est peruentum in Cadesbarne, non morabantur Israelitæ in mansionibus, nisi quandiu expediebat illis morari ad recreationem, vel ex alijs causis. In monte autem Sinai magno tempore fuerunt morati, scilicet anno vno demptis decem diebus, quia primo anno egressionis de Aegypto, mense 3. die prima mẽsis venerunt in montẽ Sinai, vt patet Exodi cap. 19. & recesserunt inde in anno 2. mense 2. die 20. vt hic patet. ergo

ergo solum deficiebant dies decem, scilicet vsq; ad mensem tertium in quo compleretur annus integer. Dato tamen tempore isto morati sunt vtiliter Iudæi in monte Sinai, quia semper habebant aliquid agendum, vt declaratum fuit præcedenti cap. in principio. Cum vero omnia expedita sunt recessit inde nubes, & sic velociter pertransitum est vsque in Cadesbarne, & breuiter transituri erant atque intraturi in terram Chanaan, nisi murmurassent, pro quo datum est eis, quòd manerent quadraginta annis in deserto, vt patet infra 14. capit. Cum autem steterunt in Cadesbarne, iam non morabantur in mansionibus solum quantum expediebat eis, sed in pœnam manebant magno tẽpore donec consumerentur qui peccauerant. ideo dicitur mansistis in Cadesbarne magno tempore, vt patet Deuter. cap. 1.

Eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. Toto tempore præterito fuerat nubes super tabernaculum, nunc autem recessit, quia quantocunque tempore Iudæi mãsuri erant in aliqua castrametatione, nubes stabat super tabernaculum, vt patet præcedenti capit. Cum vero castra mouenda erant nubes eleuabatur, incipiens moueri contra illam partem versus quam Israelitæ profecturi erant, & tunc ipsi sequebãtur eam, & cum ipsa requiescret, ipsi quoque figebant castra.

An de nocte colũna mouerẽt.

An vero per noctem Iudæi aliquando sequerẽtur columnam. dicendum est, quòd nunquam columna mouebatur per noctem, nisi cum trãsierunt mare rubrum persequentibus Aegyptiis, vt patet Exo. ca. 14. alias autem semper per diem mouebatur, quia nulla erat necessitas ambulandi per noctem. De motu etiã columnæ per diem declaratum est Exo. ca. 13. & præceden. c. quòd non semper castrametarentur Israelitę quando columna cessabat ad sumendũ pauliſper quietem, vel cibos, quod quotidie necessarium erat, tamẽ non erant figenda ibi castra. Quomodo autem sciretur vbi erant figenda castra, & vbi non, supra declaratum est.

Profectique sunt filij Israel per turmas suas de monte Sinai. Idest mouerunt castra, quia nubes mota erat, & hoc per turmas, idest secundum ordinem turmarum suarum. non enim ibat populus confusus, & mixtus, sed distincti erãt per vexilla quatuor, vt patet infra. & supra 2. c. & sicut castrametabantur distincte, ita mouebantur distincte. Si enim in mouendo castra miscerentur, ita postea mixti essent in castrametando, ideo turbato altero ordine vterque confunderetur.

Et recubuit nubes in solitudine Pharan. Idest nubes non quieuit ad desertum Pharan. Est enim magnum desertum Pharan in latere Meridiano terræ Chanaan in quo est Cadesbarne. & de hoc dicitur Abacuc capit. tertio. dominus ab austro veniet, & sanctus de mõte Pharan.

An post desertum Sinai nubes primo requieuerit in deserto Pharan, vel post in aliqua alia mansione. Et quod solitudo Pharan in qua primo recubuit nubes, continet multas mansiones. Quæst. XXVIII.

SED dicetur, quòd non recubuit primo nubes in solitudine Pharan, quia primo recubuit in aliis mansionibus, s. post mõtem Sinai sedit in sepulch. concupiscentiæ, vt patet seq. c. deinde venerunt in aliam mansionẽ quæ dicitur Aseroth, vt patet eod. c. deinde venerunt in solitudinẽ Pharan, vt patet infra 13. c. ergo non venerunt post montem Sinai immediate in solitudinem Pharan. Rñdendum est, q̃ solitudo ista est valde magna, & continet in se mansiones multas, atq; appropinquat lateri australi terræ Chanaan, sunt tñ aliquę partes eius quæ nõ proprie vocantur desertum Pharan, & in his sunt duę mãsiones Iudæorum, s. Sepulchra concupiscentię, & Aseroth, deinde reliquæ partes deserti illius vocãtur proprie solitudo Pharã: ideo infra c. 13. dicitur, q̃ venerũt in solitudinẽ Pharan post Aseroth, & Sepulchra concupiscentię, quia accipitur ibi pro partibus illis, vbi vocatur proprie solitudo Pharan. hic autẽ pro terra illa vbi vocatur large solitudo Pharan, & includũtur ibi duę mansiones, s. Sepulchra concupiscentiæ, & Aseroth infra tñ 24. c. vbi ponitur catalogus mansionum nulla istarum vocatur solitudo Pharan, nec etiam illa quę habetur infra 13. c. sed designãtur mansiones istæ nominibus suis. *Moueruntque castra primi.* Isti sunt filij Iuda, & cęteri qui erant sub vexillo suo, & castrametabantur in parte Oriẽtali. isti enim semper primo procedebant, ideo supra dicebatur, q̃ in primo vlulatu rubarum mouebant castra filii Iuda. *Iuxta imperium Domini in manu Moysi.* Idest sic imperauerat Dominus, & hoc per manum Moysi, idest per Moysen, s. loquẽs per illum. Hoc potest intelligi dupliciter. vno modo de motu castrorum absolute, s. q̃ Israelitæ mouissent castra, & tunc est sensus, q̃ mouerunt castra iuxta imperium Domini, idest, q̃ mouerunt castra, sicut Dominus imperauerat. Ipse enim dixerat, q̃ mota nube mouerentur Israelitæ, ipsi autem sic fecerũt. ergo iuxta imperium Domini mouerunt castra, & istud imperium fuit per manum Moysi, s. quia Deus locutus fuerat ei verba hęc. Alio modo potest intelligi referẽdo ad ordinem mouendi castra, s. q̃ filii Iuda procederẽt primi, & filii Ruben secundi, & sic consequenter. mouerunt autem hoc ordine castra, ideo dicunt fecisse iuxta imperiũ Dñi, quia Deus iusserat, vt primo mouerentur filii Iuda, & consequenter alii, vt patet supra in litera, & s. 2. c. & fuit datũ istud imperium per manum Moysi, idest per Moysen, quia ipse annunciauit hoc Israelitis. *Filij Iuda per turmas suas.* Scilicet, q̃ isti mouerunt castra primo in clangore primo tubarum.

Per filios Iuda duo possumus intelligere. Quæst. XXIX.

QVOD autem dicitur per turmas suas potest dupliciter intelligi. Vno modo, q̃ dicantur hic filii Iuda solum qui erant de tribu illa, & tunc est sensus, q̃ ista tribus erat distincta per familias, & familiæ per domos, vt patet s. c. 1. & 2. & sicut erãt distincti, ita processerũt, quia illi qui erant de vna familia non miscebantur procedendo eis qui erant de alia, vt patet s. c. 2. Alio modo potest intelligi dicantur filii Iuda oẽs qui erant sub vexillo tribus Iudæ, & tunc filii Issachar, & Zabulon vocabũtur filii Iuda, & dr, q̃ ibant distincti filii Iuda per turmas suas, quia primo mouebantur ipsi qui erant de tribu Iuda, secundo ipsi qui de tribu Issachar. tertio q̃ de tribu Zabulon, & adhuc quęlibet istarum tribuũ erat distincta in familias, & domos in procedendo, & quęlibet distinctio vocabatur vna turma. Primus tamen sensus conuenientior est, s. q̃ accipiantur filii Iuda pro solis, qui erant in tribu illa. quod patet, quia dicitur immediate quorũ princeps erat Naason filius Aminadab, & tamen iste solum erat princeps in tribu Iuda.

Sed dicet aliquis ex hoc nõ sequi, quia sicut tribus Iuda erat principalis inter has tres, ita princeps tribus Iuda diceretur princeps omnium trium tribuum.

Dicendum est, q̃ non stat, quia ponuntur immediate principes aliarum duarum tribuum, s. Issachar, & Zabulon distincti contra principem tribus Iuda, nec cesse est igitur, quod solum accipiatur hic primus sensus, scilicet, quòd ipsi filii Iudę de tribu illa procedebant distincti per turmas suas, idest per familias, & domos.

Quorum princeps erat Naason filius Aminadab. Iste est qui fuit princeps in numeratione facta in eodem mõte Sinai, vt patet supra c. 1. & nunc in recessu de Sinai erat princeps, sed non est ingressus in terrã promissionis, vt declaratum est s. c. 7. & sic fuit de omnibus principibus tribuum, qui numerãtur hic, cum soli Caleb, & Iosue illuc introierint de computatis a 20. anno, & vt patet infra c. 14. & 26. *In tribu filiorum Issachar princeps fuit Nathanael.* Ponitur hic de istis principibus ad notandum ordinem procedendi ipsarum Tribuum, quia sub vexillo Iudæ erant tres Tribus, & non procedebant simul. Sed primo tribus Iuda, deinde tribus Issachar, postea tribus Zabulon, ideo ponuntur hic principes hoc ordine. iste princeps Issachar est qui positus fuit supra 1. & 2. cap. quia in eodem tempore factum est hoc, & illud. Incępit enim illa numeratio mense 2. in principio, vt patet supra cap. 1. & recessus iste fuit die 20. mensis eiusdẽ, vt patet hic. *In tribu Zabulon erat princeps Eliab.* Ponitur iste princeps tertius, quia post duos illos superiores mouebatur tribus Zabulon, cũ esset sub vexillo filiorum Iuda. *Depositumque est tabernaculum.* Hic ponitur de motu Leuitarum portantium Sanctuarium: nam ipsi progrediebantur inter Israelitas. & dicitur quòd depositum est, quia toto tempore quo nubes stabat super Sanctuarium illud erat erectum. Cum vero recessisset nubes deponebant illud Leuitæ. nam Aaron, & filij sui ingrediebantur in Sancta sanctorum operientes arcam, & cętera vasa Sãctua rij velamentis suis, vt patet supra 4. cap. & tradebant ea Caathitis portanda. deinde Gersonitę & Meraritę venientes deponebant velamenta Sanctuarij, & tabulas & portabant singuli tabulas suas.

Quomodo procedebant Leuitæ portantes Sanctuarium, an omnes simul, vel diuisim intermixtis alijs tribubus, & de ordine procedend. totius exercitus, & eius figura. Quæst. XXX.

DE ordine tamen procedendi erat dubium. Aliqui enim volunt, quòd sicut locabãtur castra, ita mouerentur, s. quòd essent disposita in quadro, non quidem in quadrato directo, sed in quadrato circuli, vt siquis circulũ faciens diuidat illum duobus diametris se ortogonaliter secantibus, in extremitatibus duorum diametrorum p̃ trahant lineæ quatuor quæ sunt cordę circuli, & fient in modum quadrati locati intra circulum, & iste est modus quo castra disponebantur. In centro autẽ circuli, vbi erat intersectio duorum diametrorum ponebatur Sanctuarium. patet ista dispositio per denominationem partium mundi, contra quas locabantur vexilla cum Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies sint quatuor opposita puncta secundum duos diametros circuli, & in his partibus erant vexilla castrorum. Dicunt autem isti, quòd secundum istum modum mouebantur castra, scilicet, vexillum tribus Iudę in parte Orientali, & vexillum tribus Rubẽ in parte Meridiana, & vexillum tribus Ephraim in parte Septentrionali, vexillum autem tribus Dan in parte Occidentali.

Sed non poterat esse iste modus, quia cum Leuitæ essent in medio, & ad duas extremitates latitudinis essent, tribus Ruben, & tribus Ephraim occuparent valde magnam latitudinem, & nulla eos viarum amplitudo capere posset. Item quia aliquãdo oportebat eos subire loca angusta inter montes, & impossibile erat castra sic moueri, sed necesse esset illa commisceri, quod inconueniens est.

Ideo dicendum est, quòd ordo in procedendo erat aliter quam in castrametando. nã in procedendo erãt in longo agmine, in castrametando autem erant in modo quadrati, ideo non obseruabantur differentiæ istæ Orientis, & Austri, & Septentrionis in procedendo, sed tribus Iudę prima procedebat in ordine Oriẽtalis partis. deinde tribus Issachar, postea tribus Zabulon. ad extremum autem aliæ tribus secundum ordinem suum in longitudine, & isto modo non sequeba tur aliquod inconueniens, nam quando Israelitæ trãsirent per aliquam viam angustam quęlibet tribus in seipsa coangustabatur, & non fiebat mixtio, sicut si pcederent castra in quadro, sicut locata erant.

Item videtur necessarius iste ordo, ex eo quòd habetur s. ca. 2. s. quòd primi in ordine mouerent castra, qui erant sub vexillo Iudę. deinde secundi mouerent, qui sub Ruben. deinde tertij qui sub Ephraim. postea quarti qui sub vexillo Dan. hoc autem impossibile est si ponatur tabernaculum in medio, & Rubenitæ, & Ephraitę ad duo latera, quia tunc neuter illorum prędcedet.

Leuitæ quo ordine progrederentur. Quæst. XXXI.

ET dicitur ibi de progressu Leuitarum cũ Sanctuario, quia ipsi mouebantur inter Israelitas portantes Sãctuarium, sed videtur esse dubiũ in qua parte mouebantur, quia dicitur hic, q̃ filij Gerson, & Merari portauerunt tabernaculum, & fit mentio de his post tres tribus, quæ erant sub vexillo Iuda, Caathitę autem portabant vasa sua, & fit mẽtio de eis post castra trium tribuum, quæ erant sub vexillo Ruben, & sic erant diuisi Leuitę intercedẽtibus alijs tribubus. Sed hoc non videtur esse rationabiliter dictum, quoniam Leuitæ mouebãtur, sicut castrametabantur, sed ipsi in medio omnium Israelitarum castrametabantur. ergo quando mouerentur deberent moueri ipsi in medio omnium Israelitarum secundũ longitudinem profectionis castrorũ. Sic enim erat in omnibus aliis tribubus, quia quęlibet mouebãt in ordine quo castrametabatur. vnde sicut filii Iuda castrametabantur in parte anteriori, s. ad orientem, ita mouebant castra in parte anteriori, & sicut tribus Dã habebat locum castrorum in vltimo, s. ad Aquilonẽ, ita mouebatur in vltima parte Aquilonis castrorum. Itẽ quia sicut non licebat alicui castrametari inter Leuitas cum castra consisterent, & si aliquis accederet morerẽt, vt patet s. ca. 1. ita siquis conaretur miscere inter eos cum proficiscebant, idem esse debebat: potissime quia tunc vasa sacra portabant. Si tñ esset iste ordo, s. q̃ Gersonitę, & Meraritę procederent post tres tribus vexilli Iudæ, & Caathitæ procederẽt post vexillum tribus Ruben, intercederent tres tribus inter Leuitas, iõ dicendum est, q̃ simul irent sic patet supra c. 2. cum dr de ordine profectionis Israelitarum. & cum fuerit posita sex tribus sub duobus vexillis subiungitur ibi de Leuitis, s. leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum, & turmas eorum, & qũo erigetur, ita deponetur. ergo simul proficisci debebant Leuitę. & non in anteriori parte post vexillũ tribus Iudę sed in medio castrorum post sex tribus. Rõnes aũt eorum qui dicunt Gersonitas, aut Meraritas processisse post vexillum tribus Iudę, & Caathitas post vexillum tribus Ruben nihil habent efficaciæ, s. quòd diuiderẽtur Leuitæ ne occuparẽt magnam latitudinem, si mouerentur simul, sed hoc nihil est, quia sicut cęteræ tribus extendebantur in longum, & poterant capi p viã quantumcunq; strictam, ita & Leuitæ extẽdebant in longam seriem, ideo nihil magis obstabat procedere omnes simul quam per partes. Item qñ dr, q̃ ista diu sio fiebat, quia portabant Meraritæ, & Gersonitę res minus sacras, scilicet operimẽta Sãctuarij, & tabulas,

Caathitæ autem res magis ſacras, ſ. vaſa, ideo mouebã F
tur in loco tutiori, ſ. in medio caſtrorum, ſed hoc ni-
hil agit, quia nulla neceſſitas eſt quę cogeret moueri
Gerſonitas, & Meraritas ī parte anteriori. ideo ſiue por
tarent res magis ſacras, ſiue minus, nihil differebat, cũ
poſſent omnes moueri in medio caſtrorum. Nec etiã
timebatur magis de rebus Sanctuarij ſacris, quam nõ
ita ſacris, quia ipſa arca erat magis ſacra quam omnia
quæ erant in Sanctuario, cum ſuper ea eſſet ſpeciali-
ter gloria Domini, vt patet Exodi capit. 25. ipſa tamen
mouebatur præcedens caſtra per tres dies, vt patet in-
fra in litera, ergo non fiebat ex cauſa.

Si autem dicas, ꝙ non erat illa arca Sanctuarij, ſed
aliqua alia, vt a multis aſſeritur. Adhuc non tollitur ar G
gumentum, quia arca Sanctuarij præcedebat Iſraelitas
per duo millia paſſuum cum intrarent in terram Cha
naan contra Iericho. ibi tamen erat maius periculum
hoſtium quam in deſerto. Idem patet, quia quãdo Iu-
dæi erant in terra promiſſionis, portabant ſecum ar-
cam in bellum, vt patet primo Regum capit. 4. ergo
non ponebatur in medio exercitus procedentis, quia
talis erat ordo procedendi, qualis ordo caſtrametan-
di. hic autem ponuntur diuiſi iſti Leuitæ, non quòd
ipſi diuiſi procederent, ſed quòd aliquando ſcriptura
non ſeruat ordinem rei.

Et ſi dicas ſcriptura ponit hic diuiſos Leuitas in, p-
cedendo, ergo erant diuiſi, cum procedebant.

Reſpondendum eſt, quòd ſi ſcriptura aſſereret fuiſ H
ſe Leuitas diuiſos: neceſſe eſt, quòd diceremus eos
diuiſos, quia tunc arguitur ex ipſa ſcriptura, & nõ ex
ordine eius. aliud autem eſt, quòd ſcriptura diuiſe po-
nat Leuitas in procedendo, ſcilicet, quòd primo dicat
de proceſſu Gerſonitarum, & Meraritarum. deinde
progreſſu trium tribuum quæ erant ſub vexillo Ru-
ben. poſtea de proceſſu Caathitarum. nam iſte ordo
enarrandi non probat, quòd ſic fuerit ordo in facien-
do, ſecus autem ſi ſcriptura aſſereret, quòd iſte erat or
do Leuitarum in procedendo. Nam ſi argueretur ex
ordine ſcripturæ ſequeretur, nunquam eſſe anticipa-
tionem, neque tamen recapitulationem. iſta tamen
frequentiſſime ſunt, ergo non eſt neceſſarium argu-
mentum ex ordine literæ: potiſſime cum colligatur
contrarium ex ipſa ſacra Scriptura ſupra cap. 2. I

Quod portantes egreſſi ſunt filij Gerſon, & Merari. Ideſt,
Gerſonitæ & Meraritę portauerũt tabernaculum. iſtę
duę familię Leuitarum portabãt omnes partes taber-
naculi & atrij. Caathitæ autem ſolum portabant vaſa
Sanctuarij quæ non erãt partes tabernaculi, nec atrij,
ſed aliquid poſitum intra tabernaculum, & atrium,
ſicut vtenſilia in domo. Recte ergo dicitur, quòd iſtę
duæ familię portarent tabernaculum, cum nihil de il-
lo portarent Caathitæ.

Et accipitur large tabernaculum pro ipſo taberna-
culo, & atrio eius, quia totum hoc portabant iſtæ duę
familię, vt patet ſupra capit. tertio, & quarto. Item ap-
paret hoc ex litera ſuperiori, quia dicitur. depoſitum
eſt tabernaculũ, quod portantes egreſſi ſunt filij Ger- K
ſon, & Merari. ergo Gerſonitæ & Meraritæ, non por-
tauerũt aliud tabernaculum, niſi quod deponebatur,
& hoc ſolum pertinet ad operimenta, tabulas, & co-
lumnas, quia iſta erant erecta & extenta. vaſa autem
Sanctuarij non erant aliquando erecta, nec extẽta, cũ
non conſtrueretur ex ipſis aliquid, ideo non intelligit
de illis. De Caathitis autem dicitur infra, quòd porta-
rent Sanctuarium, & iſtud eſt in vaſis, quæ nec ſunt ta
bernaculum, nec pars eius.

Profectique ſunt filij Ruben per turmas. Iſti ſunt qui mo
uebantur ſub ſecundo vexillo, & erant tres tribus, ſci-
licet Ruben, Simeon, Gad. In his tamen primo moue
batur tribus Ruben. deinde tribus Simeon, poſtea tri-
bus Gad, ſicut patet ex nominatione, & ordine princi
pum hic. & dicuntur hi filij Ruben ſolum qui erant
in tribu illa, & non omnes qui erant ſub vexillo Ru-
ben, cum infra exprimantur aliæ tribus diſtinctę.

Per turmas, & ordinem ſuum. Ideſt tribus Ruben quã-
quam eſſet vnica non mouebatur tota ſimul in vno
cuneo, vel turma, ſed diuiſa erat per turmas, quia ipſa
erat diuiſa in familias, & ſingulę familię ī domos, cu-
libet autem domorum, & familiarum dabatur certus
ordo procedendi. Et dicitur hic per ordinem ſuum,
quia non ſolum erant diſtinctę iſtę familię, & domus
ſed etiam dabatur cuilibet earum certus ordo in pro-
cedendo, & hunc tenebat quelibet turma ad hoc, ꝙ
quidam præcederent, & alij ſubſequerentur. Totus au
tem iſte proceſſus turmarum erat ordinatus per Moy
ſen, & principes populi, quando fuerunt cõputati om-
nes Iſraelitæ per familias, & domos ſuas, quia ſicut ibi
datus eſt ordo in caſtrametando, ita datus eſt ordo in
mouendo caſtra.

Quorum princeps erat Eliſur. Iſte princeps fuit nomi-
natus ſupra capit. 2. in caſtrametatione, & totius popu
li ſupputatione. & hoc quia pertinebat ad idem tem-
pus id quod dictũ eſt ibi, & hic, ſcilicet in eodem men
ſe facta ſunt, & ſic eſt de omnibus alijs principibus q
habentur hic. *In tribu autem filiorum Simeon princeps fuit
Salamihel.* Ponitur nomen principis iſtius tribus ad
notandum ordinem quem habebat iſta tribus ad alias
in procedendo. nam ſicut computatur poſt tribum
Ruben, ita poſt illam mouebat caſtra.

Porro in tribu Gad. Ponitur hic princeps tribus Gad,
quia iſta tribus mouebatur poſt tribum Simeon. Et
erat ſexta in motu caſtrorum.

*Quomodo poſſit ſtare, quòd tribus Iudæ quæ erat in parte Orien-
tali primo moueretur, quia tunc videtur, quòd ſem-
per mouerentur verſus Orientem.*
Quæſt. XXXII.

CIRCA hoc aliquis dubitabit cum dictum fue
rit ſ. ꝙ ſemper in primo clangore mouerent
caſtra qui erant ad partem Orientalem. hic
enim videtur ſi ſemper Iſraelitæ mouerent
contra Orientem, quia ipſi eſſent primi ſecũdum ſitũ
verſus Orientẽ. aliquando tñ mouebantur verſus Ag-
lonem, aut Meridiem, aut verſus Occidẽtem, ſicut pa
tet cum Iſraelitę introierunt in terram Chanaan. per
partem enim Orientalem eius introierũt. Nam Iorda
nis eſt in parte Oriẽtali terrę illius, vt patet ī. 32. & 34.
c. Iſti tamen tranſierunt Iordanem, quando introierũt
in terram illam. ergo non debebant ſemper præcede-
re filij Iuda, ſed quando mouerentur contra Oriẽtẽ,
videtur ꝙ deberent ipſi præcedere. cum vero ꝙ Occi-
dentem, ꝙ præcederent filij Ephraim. cum autem cõ-
tra Meridiem, quòd præcederent filij Ruben, verſus
Septentrionem autem ꝙ præcederent filij Dan. Dicẽ-
dum eſt, ꝙ in motu caſtrorum ſemper præcedebat fi-
lij Iuda, & ipſi in primo clangore caſtra mouebant, &
ſic per ordinem alij, vt ſupra dictum eſt. Si vero aliqñ
ꝙ Occidentem caſtra mouenda eſſent quamquam fi-
lij Ephraim eſſent magis propinqui illi parti, tamẽ ꝙ
ſi ſtabant, & mouebãtur filij Iuda, & poſtea cęteri, ad
vltimum ipſi filij Dan, quamquam iſti eſſent magis ꝙ
pinqui Aquiloni, q̃ omnes alię tribus. & ita erat ſi fie-
ret motus contra Septentrionem, vel cõtra Meridi-
& non turbabatur ordo caſtrorum. *Profectique ſunt Ca-
thitæ portantes Sanctuarium.* Dicebatur ſupra de motu Ii-
raelitarum, hic dicitur de motu Leuitarũ, ſ. ꝙ moue-
bantur poſt ſex tribus duorum vexillorum de quibus
ſupra. Et quamquam dicatur hic de ſolis Caathitis: tñ
intelligendum eſt de omnibus aliis Leuitis. Omnes
enim ſimul pergebant, vt ſ. declaratum eſt. Dī tamen
ſupra

ſupra de motu Gerſonitarum, & Caathitarum ſolũ, A
quia ibi dicebatur, quòd depoſitum eſt tabernaculũ,
& portabatur a Leuitis, ſed portare illud non pertinet
niſi ad Meraritas, & Gerſonitas, ergo illi ſoli nomina-
ti ſunt. Caathitæ autem non portabant aliquam partẽ
Sanctuarij, ſed ſolum vaſa eius, vt patet ſupra capi. 4.

Dicitur hic, quòd portabant Caathitæ Sanctuariũ,
non Sãctuarium, vt ſolet accipi pro domo ſancta, vel
loco ſancto. ſed Sanctuarium, ideſt vaſa ſancta, quia ſo
la vaſa Sanctuarij ipſi portabant, partem vero nullam,
ſed Gerſonitę, & Meraritæ.

*An omnes Caathitæ ibant poſt ſex tribus. Et an ſacerdotes por
tabant arcam, quando præcedebat Iſraelitas, vel Le
uitæ.* *Quæſt. XXXIII.* B

CVM autem diceret de Caathitis, quòd proce-
debant poſt ſex tribus præpoſitas, non eſt in-
telligendum, quòd omnes Caathitæ hic, p-
cederent, quia aliqui ibant cum arca, quæ p̃-
cedebat per tres dies populum mouentem caſtra, vt
patet infra in litera. & ſiue intelligatur de arca Sãctua-
rij, ſiue de aliqua alia, quæ haberet aliquam ſanctifica-
tionem.

Dicendum eſt, quòd illa portabatur a Caathitis, qa
non licebat popularibus tangere illam, cum eſſet ali-
quid ſanctum: vocatur enim arca Domini, vt patet in-
fra. Niſi forte dicas, quòd ſacerdotes illam portabant,
ſicut portauerunt in tranſitu Iordanis, & præcedebãt
per duo millia paſſuum, vt patet Ioſue cap. 3. Portaue-
runt etiam cum iuerunt ad luſtrandum vrbem Ieri-
cho, vt patet Ioſue cap. 6. & alias ſæpe.

Sed non ſtat, quia ſacerdotes erant tunc valde pau-
ci, ſcilicet ſolum tres Aaron, & duo filij ſui Eleazar, &
Ithamar, cum mortui eſſent Nadab, & Abiu, vt patet
ſupra cap. 3. Sed iſti non poterant portare cum eſſet
longa via, quia ipſi præcedebant per tres dies omnia
caſtra, vt patet infra. Item quia dato, quòd eſſet leuis
labor non poterant portare arcam pauciores quatuor
viris, quia illa portabatur p̃ quatuor extremitates duo
rum vectium. Item quia non eſt veriſimile, quòd Aa-
ron qui erat ſummus ſacerdos ſubiret laborẽ portan-
di humeris ſuis arcam quotidie per viam. manebant D
ergo ſolum duo filij eius, & iſti nequaquam poterant
portare.

Item quia in motu caſtrorum ſemper erat neceſſa-
rius clangor tubarum, vt patet ſupra cum eſſet legiti-
mum ſempiternum, vt patet ſupra. & per hoc di-
guebantur profectionum ordines ſecũdum quatuor
clangores, ſed ſacerdotes hoc facere debebant cũ iuſ-
ſum eſſet, quòd filij Aaron facerent, vt patet ſupra. er-
go oportet, quòd facerent Eleazar, & Ithamar, quia
tunc non erant plures, & conſequenter non porta-
rent arcam ante motum caſtrorum, ſed Caathitæ iu-
xta ordinem ſuum.

Si autem dicas, quòd erant plures non ſtat, quia ſu-
pra tertio c. probatum fuit, quòd ſoli Eleazar, & Itha-
mar erant tempore huius numerationis de filijs Aa- E
ron. aliqui igitur de Caathitis præcedebant caſtra cũ
arca, reliqui vero intra ipſa caſtra mouebantur præce-
dentibus ſex tribubus, & alijs ſex ſequentibus, vt ſicut
in caſtrametando erant in medio, ita in procedendo
in medio eſſent.

Sed hoc quod dicitur de Caathitis portantibus ar-
cam, quòd nõ irent in medio omnium Iſraelitarum,
ſed præcederent, debet intelligi de illo tempore quo
arca præceſſit: an tamen hoc fuerit ſemper quandiu
in deſerto manſerunt Iſraelitæ, & mouebant caſtra,
vel ſolum fuerit in ſola iſta mutatione caſtrorum de
monte Sinai, infra declarabitur.

Alph. Toſt. ſuper Num. Pars I.

*Tandiu tabernaculum portabatur donec veniret ad erectionis
locum.* Ideſt Leuitæ ſemper portabant tabernacu-
lum, ideſt partes tabernaculi, & nunquam ſituabant,
neque figebãt quouſque veniretur ad locum erectio
nis, ideſt, vbi erigendum erat, & iſte erat locus vbi ca-
ſtra figenda eſſent.

Eſt autem ſenſus, quòd quamquam Iſraelitę quie-
ſcerent aliquando ſtante nube, vt ipſi ſumerent cibos
vel modicum recrearentur, aut ſi requieſcerẽt per no-
ctem cum dormiendum erat, non figebatur taberna-
culum, ſed manebant partes illæ in ſarcinulis diſpoſi-
tæ, ſicut eas Leuitæ iuxta officia ſua aptauerant, quia
nondum deuẽtum fuerat ad locum erectionis. Cum
autem peruueniretur ad locum caſtrametandi eleuaba
tur Sanctuarium.

Et ex hoc ſequitur, quòd Iudęi non poterant obſer Iudæi non poterãt obſeruare cæremonias in deſerto.
uare leges cæremoniarum in deſerto, quamquã vel-
lent, quia iuſſum erat, quòd quotidie ferretur holo-
cauſtum matutinum, & veſpertinum, vt patet infra
vigeſimo octauo capit. tamen non poterat in deſerto
fieri, multi tamen dies tranſibant in quibus non erige
batur tabernaculum, ad hoc quòd ibi fierent cęremo
niæ, quia erant Iſraelitæ in motu.

Sed adhuc dato, quòd quieſcerent caſtra non fie-
bant ſacrificia, quia non habebantur libamina, & a-
lia neceſſaria ad cæremonias illas. litera Hebræa ali-
ter habet hic.

Et eleuabunt tabernaculum vſque ad aduentum ipſorum.
Quod exponunt aliqui, ſcilicet, quòd Gerſonitæ, & C
Meraritę præcedebant Caathitas, quia erant poſt ve-
xillum tribus Iudę, Caathitæ autem poſt vexillum tri
bus Ruben. & dicitur quòd Gerſonitę, & Meraritę e-
leuabant tabernaculum vſque ad aduentum, ideſt vſ-
que ad aduentum Caathitarum. nam cum præcede-
rent eos intermedijs tribubus poterant interim eleua
re tabulas Sanctuarij erigendo, & ſupponendo operi-
menta. tunc cum venirent Caathitæ inueniebant ere-
ctum Sanctuarium, & ponebant ibi vaſa ſua, ſacerdo-
tes vero introeuntes diſponebant ea in locis ſuis.

Sed non ſtat, quod dictum eſt, quia non præcede-
bant Gerſonitę, & Meraritę alios Caathitas, ſicut ipſi
ſupponunt, ſed ſimul ibant.

Item dato, quòd præcederent iſta litera non ſignifi-
cat hoc, ſed ꝙ ipſi non eleuabant vſque ad euentũ ip-
ſorum, ideſt vſquequo ipſi venirẽt, ſ. ad locum ad quẽ
venturi erãt. & hoc manifeſtius ſignauit litera noſtra
dicens, tandiu tabernaculum portabatur, donec veni-
ret ad erectionis locum. *Mouerunt caſtra filij Ephraim per
turmas ſuas.* Iſta fuit ſeptima tribus in ordine mouen-
di caſtra, & erat ſub vexillo tertio ad Septentrionem,
atque mouebatur in tertio clangore tubarum.

Dicitur moueri per turmas ſuas, quia erat diſtincta
per familias, & per domos, & quelibet harum congre
gationum dicebatur eſſe turma, & per ſe procedebat.
Exprimendo autem de filijs Ephraim intelligitur ẽt
de omnibus qui erant ſub vexillo eorum, ideo nõ ex-
primuntur tribus, ſed principes earum, & ſunt ijdem
principes qui ponuntur ſ. c. 2. *In tribu autem filiorum Ma
naſſe.* Iſti procedebãt immediate poſt tribũ Ephraim,
& erant octaui in motu caſtrorum. *Et in tribu Beniamin
dux Abidan.* Iſta erat nona tribus in procedẽdo, & erat
tertia ſub vexillo Ephraitarum. *Nouiſſimi caſtrorum om-
nium profecti ſunt filij Dan.* Ideſt in vltima parte moue-
bant caſtra illi qui erant ſub vexillo Dan. ita enim in
caſtrametando erat, quòd ipſi vltimi caſtrametaren-
tur. Cauſa erat, quia omnes tres tribus huius vexilli e-
rant de filijs ancillarum, & ob hoc erant indigniores
alijs, ideo in vltimo loco caſtrametabantur, & caſtra
mouebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opinio de his qui vltimo mouebant castra. Et quòd erat talis ordo mouendi castra qualis erat in locando.
Quæst. XXXIIII.

ALIQVI circa istum motum castrorum erant putantes, quòd illi qui erant ad Occidentem deberent ad vltimum mouere castra. eorum motiuum est, quia sicut prima pars castrorum erat Oriens: ita vltima, erat Occidens cum esset sibi opposita,& tamen qui erant ad Orientem mouebant primo castra, vt patet supra in litera. ergo qui erant ad Occidentem deberent vltimo mouere.

Sed dicendum,quòd falsum est, quia tunc qui erãt sub vexillo filiorum Ephraim deberent vltimo mouere castra,eo quòd isti castrametabantur ad Occidẽtem,vt patet supra 2. ca. & tamen falsum est,quia filij Dan,& qui erant sub vexillo suo mouebant castra vltimo,vt dicitur hic,& tamen filij Dan castrametabantur ad Septentrionem.

Dicendum, quòd talis erat ordo mouendi castra qualis ordo in locando illa. locabantur autem vexilla tribuum secundum dignitatem, quia vexillum tribus Iuda locabatur primũ,quia erat dignior tribus, & sub eo aliæ tribus.deinde vexillum filiorum Ruben, quia non videbatur alia tribus dignior post Iudam. deinde situabatur vexillum tribus Ephraim cum eis qui sub eo erant. vltimo locabatur vexillum filiorum Dan,vt patet supra cap.2.

Et ordo quantum ad loca erat iste, quòd vexillum filiorum Iuda erat ad Oriẽtem,vexillum filiorum Ruben ad Meridiem: vexillum autem filiorum Ephraim ad Occidentem,sed vexillum filiorum Dan ad Septẽtrionem. sed vexillum istud erat vltimum, & in hoc erant illi qui putant Occidentem esse vltimum, quia oriens fuit principium, sed non est talis ordo, immo incipiendo ab Oriente fit finis in Septentrione, cum non fiat motus per lineam rectam, sed per circulum, vt redeatur de puncto ad pũctum. & ita cum incipiat motus ab Oriente debet finiri circa Orientem,& hoc est in Septentrione.

Ex hoc patet ordo in mouẽdo castra,scilicet,quòd primo mouetur vexillum Iuda, quod erat ad Orientem. Secundo vexillum Ruben, quod erat ad Meridiem. Tertio vexillum Ephraim,quod erat ad Occidentem. Quarto vexillum Dan,quod erat ad Septentrionem. & iste ordo, tam in locando castra, quam in mouendo ea ponitur supra 2.cap.

Per turmas suas. Idest per familias, & domos distincti, vel per turmas, idest per tribus si accipiantur hic filij Dan pro omnibus tribubus, quæ erant sub vexillo eorum.

In quorum exercitu princeps fuit. Ponuntur hic nomina principum,& in omnibus superioribus, quia dicũtur diuisæ profectiones vexillorũ per turmas. dicitur autem turma vna multitudo, & quia nõ potest esse vna, nisi per comparationem ad aliquid vnum, & isti sunt principes, ponuntur nomina principum. *In tribu autem filiorum Aser.* Ista erat secunda tribus sub vexillo filiorum Dã,& erat vndecima in profectione. *In tribu filiorum Nephtalim princeps.* Ista erat tertia tribus vexilli filiorum Dan,& erat duodecima, atq; extrema in motu castrorum,cum esset magis aquilonaris.

Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel. Hic ponit epilogus prædictorũ,scilicet,quę dicta sunt,sunt castra,i. modi castrametandi,& profectionis, idest modi profi ciscendi,quasi dicat. in superioribus data est doctrina de modo figendi castra, & de modo mouendi illa. vtrobique enim erat quidam ordo, nam cum figerent castra quilibet debebat esse sub vexillo suo per familias,& domos patrum suorum, vt patet supra capit.2. In proficiscendo erat ordo,quia quidam debebant proficisci in primis,alij in extremis. *Per turmas suas, quando gradiebantur.* Idest istum modum habebant in processu per distinctionem turmarum,quando gradiebantur,scilicet mouentes castra. *Dixitque Moyses.* Hic ponitur socius in itinere expediens, scilicet Iethro socer Moysi, quem rogauit ipse Moyses,vt iret cum Israelitis, & doceret eos de locis castrametationum,quod valde cõueniebat Iudeis, & ponitur quomodo Moyses deprecatus fuerit, sed non acquieuerit Iethro.

Dixitque Moyses Obab filio Raguel Madianitę cognato suo: Proficiscimur ad locũ quem dominus daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israeli. Cui ille respondit. Nõ vadam tecum, sed reuertar in terram meam in qua natus sum. Et ille. Noli inquit nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux noster. Cumq; nobiscum veneris quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præcedebat eos per dies tres prouidens castrorum locum. Nubes quoque domini super eos erat per diem cum incederent. Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses. Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem deponeret aiebat. Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

Dixitque Moyses Obab. Iste est Iethro qui multa habet nomina.

Quomodo Iethro haberet multa nomina, & an iste esset qui erat socer Moysi. *Quæst. XXXV.*

VOCATVR enim Iethro,vt patet Exo. ca. 3. & 18.vocatur Ieter Exodi capit.4. vocatur Raguel Exodi cap.2.vocatur Obab hic. Et sic multi habent plura nomina,secundum quòd reperitur,tam in nouo quàm in veteri testamẽto,vt patet de beato Petro qui vocatur Bariona, & Cephas,& Simon,vt patet ex processu Euangeliorum. Aliqui autem volunt, quòd iste Obab nõ fuerit Iethro socer Moysi,sed filius eius, & probãt quia dicitur hic cognatus Moysi,idest affiuis,quia de ipso Iethro nõ diceretur, quòd erat cognatus, quẽ nos vocamus leuirum,vel sororium,scilicet fratrem vxoris,& ob hoc non vocatur hic Iethro,sed Obab.

Dicendum tamen,quòd iste fuit Iethro,nam ipse venit ad Israelitas in deserto,vt patet Exodi c.18.& cum arguitur,quòd vocatur cognat⁹,nihil differt, quia cognatus accipitur non pro cognatione,sed pro affinitate,& ipse socer affinis est. Et vocatur sic Iethro cognatus Moysi, Exo.c.18. In Hebręo tamẽ magis clare potius

Universidad de Deusto
Biblioteca

gere. patet quia habetur Hiere.capi.2. qui transduxit vos per desertum per terram inhabitabilem,& inuiã, per terram sitis, & imaginem mortis, per terrã in qua non ambulauit vir,nec habitauit homo.

Respondendum est, quòd terra deserti per quam ibant Iudæi quæ est Arabia, non erat tunc habitata. Erat enim inconueniens habitationi cum esset deficiens aquis,& aliis commodis humanæ vitæ.fuit autẽ facta habitabilis postquã in Raphidim factus est fons erumpens de petra percutiente Moyse, vt patet Exo. cap.17. Irrigat enim ille fons totam terram illius vallis magnæ in qua sunt multa oppida Arabum. idem factum est in Cades deserti Sin,de quo infra 20.capit. & terra quoque fuit conueniẽs habitationi, & postea reddita est habitabilis,atque nũc habitatur. vt patet in lib.de diuisione Terræ sanctæ. Ante transitum tamen Israelitarum per terram illam, quamquam non esset habitata,Gentiles vicini cognoscebant loca, & recessus deserti. Nam cum esset Moyses apud Ietro socerum suum in terra Madiam, veniebat ad interiora deserti pascens gregem in monte Sinai, vt patet Exodi cap.3. Cum ergo Moyses qui erat aduena in terra Madiã cognosceret aliquid de viis deserti, magis cognosceret Ietro, qui in terra Madian natus fuerat, & licet illa non haberet vias publicas, quia non multum frequentabatur transitus per eam,habebat tamẽ aliquas semitas quibus ipsi qui habitabãt in locis vicinis possent ad alterutrum ire, ideo cognoscebant ipsi loca deserti, & maxime hoc erat in pastoribus. ideo recte dixit Moyses. Cum autem dicit Hiere. quòd in terra illa non habitauit vir.verũ est cum dicitur, quòd non transiuit per eam homo, intelligendum est large, s. quòd non erat frequentata in transitu hominum, ita vt essent viæ patentes, multi tamen homines per eã transierant.

Et iste modus loquẽdi est in sacra Scriptura, quòd interdum plus dicat,& minus significet, sicut in locutionibus parabolicis,vt cum dicitur.omnes prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, vt patet Gene.cap.41.manifestum tamen est,quòd non veniebat medietas prouinciarum, nec saltem tertia pars in Aegyptum,ita hic in negãdo, sicut enim affirmantur omnes existentibus paucis, nec in hoc est falsitas sacræ Scripturæ,quia modus locutionis est iste,vt interdum plura dicantur,& pauciora significentur. sic etiã apud Poetas, & alios scriptores vsitatum est, vt cum dicitur Alexandreidis lib.3.

Aurea fœmineus perstringit sydera clamor.

Idest, quòd clamor mulierum de ciuitate Tyri perueniebat vsque ad cœlum cum capiebatur ciuitas. hoc tamen falsum est, sed consueuimus sic loqui.

Cur Moyses petebat Ietro ire cum illo ad demonstrandam viam cum per nubem dirigerentur. Et quod Ietro non direxit Hebræos per viam,sed assignabat loca conuenientiora castrametandi. Quæst. XXXIX.

QVAERET aliquis,quare Moyses petebat Ietro ire cum illo ad monstrandam viam, & castrametandi loca, quia dato, quòd sciret nõ attinebat ad eum directio. sed mota nube mouebãtur,& in quo loco quieuisset quiescebãt, vt patet præcedenti capit.cum ergo illa assignaret locum non expediebat,quòd assignaret Ietro. Item nõ se compatiebantur hæc, quia aliquando Ietro cognosceret locum castrametandi conuenientem,nubes tamen non stabat ibi.ideo cum procederet nihil prodesset, quòd Ietro diceret hic, vel ibi est modus conueniens castrametationis. Item habebant Iudæi arcam directricem populi præcedentem ad signandum castrorũ locum,vt patet infra. quia præcedebat per dies tres ad inquirendum locum castrametationis, datis autẽ his signis nullo modo erat necessarium, q̃ Ietro ostenderet eis loca.

Respondendum est, quòd Moyses nõ hortabatur Ietro ire cum eis,vt ipse signaret castrorum loca,quia nubes, & arca hoc signabant, sed postquam esset dictus locus castrorum poterant Iudæi adhuc declinare ad dextram,vel sinistram non procedendo vlterius, si forte essent loca amęniora,& abundãtiora aquis. hoc autem nouerat Ietro qui ambulauerat per desertum, ideo poterat eos docere de locis castrorũ. Vnde non dixit hic Moyses, quòd erudiret eos de via per quam ire deberent,quia hoc totaliter pertinebat ad nubem, sed quòd assignaret eis cõuenientiora loca figẽdo castra ad vnam partem,vel alteram,hoc autem non poterant scire Iudæi, quamquam nubes non præcederet eos:petebant igitur a Ietro.

Et eris ductor noster. Idest diriges nos,non quidem in procedendo,sed in castrametando ad vnam, vel alteram partem manentis nubis.

In Hebręo autem, & Chaldaica litera aliter habetur,s.(tu fuisti consiliator,vel præceptor noster) & potest referri ad sensum literę nostrę, quia quamquam ponatur fuisti, non obstat, nam litera Hebraica sępe mutat tempora ex improprietate sermonis, sicut patet Iosue cap.10.s. tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Dominus Amorrhęum in conspectu filiorum Israel, sol contra Gabaon ne mouearis. In litera autem Hebraica habetur ibi tũc loquetur Iosue, sed manifestum est, quod de prętcrito debet ibi esse sermo,& non de futuro, ita hic è contrario. Et dicitur præceptor,vel consiliator,quod ad idem pertinet, quia consiliaretur Iudæis in quibus locis castra fugerent.

Alio modo potest litera illa intelligi referendo ad ea quæ infra habentur, s.cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit de cunctis opibus quas nobis Dominus traditurus est, dabimus tibi, & causa illius ponitur hic,s.tu enim fuisti præceptor, vel consiliator noster, idest tu docuisti nos qualiter constituęremus iudices ad regendum populum, sine magno labore, & turbatione. de hoc patet Exodi cap.18. nam die qua venit Ietro ad Moysen videns eum tota die sedere ad iudicandum,& non posse explere causas populi dixit.stulto labore consumeris tu, & populus qui tecum est. & postea ordinauit ibi iudices,pro hoc autem tenebantur ei ad valde magna bona,nec quidem solus Moyses quem eripuerat a labore graui, sed etã totus populus cui dederat optimam normam viuendi.ideo recte diceretur,quòd de optimis opibus terræ daretur illi.

Obiectio reprobatur quòd Ietro nullo modo posset assignare loca in quibus Israelitæ castrametarentur. Quæst. XL.

SED adhuc aliquis dicet, quòd non potest stare id quod dictum est præcedenti quęst. quia Ietro nullo modo poterat assignare loca in quibus Israelitæ castrametarentur, quia nubes faciebat omnia hęc.

Aliqui dicunt istud esse verum, & tamen procedit hoc ex errore literę nostrę.nam litera Hebraica aliter habet,s.fuisti consiliarius noster,vt nunc dictum fuit.

Dicendum, quòd etiam si concedamus debere poni iuxta literam Hebraicam, & non iuxta literam nostram adhuc non tollitur inconueniens, quia dicitur nobis in quibus locis per desertũ castra ponere debeamus.& sic innuit, quòd Ietro debebat prodesse Israelitis

raelitis in aliquo,quantum ad hoc, quòd nouerat loca in quibus ponerent castra,ideo ex hoc patet, quòd litera nostra magis proprie posita est, quam Hebræa quantum ad corticem, quia si solum diceretur veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia fuisti consiliarius noster,posset aliqualiter stare,s.quod vellent retribuere pro beneficio,quod receperant, & tamen dicitur,tu nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus. si autem sequatur, quia fuisti consiliarius noster,nihil facit ad propositum.si vero dicatur, & eris ductor noster,sequitur ex præcedenti,quia qui nouit vias potest dirigere.

Et tunc manet dubium,quod prius, s.ad quid dixit Moyses homini Ietro eris ductor noster. Aliqui dicunt,q̃ volebat Moyses,q̃ dirigerentur in via per doctrinam Ietro,quia ipse nouerat in deserto loca aquosa,& arida, & vbi possent conuenienter castra figere.

Sed dicendum,q̃ non stat, quia Israelitæ figebant, & mouebant castra stante,& mota colũna,ideo oportebat,q̃ sequerẽtur illam, & forte columna moueret ad alium locum, quam ad illum quem Ietro putaret esse conuenientẽ castrametationi,ideo non prodesset doctrina sua.

Aliqui dicunt,q̃ postea,ita factum est,q̃ per motũ nubis figerentur,vel mouerentur castra,& ita non poterat in aliquo prodesse doctrina Ietro. & tamẽ nunc in recessu de monte Sinai nõdum Moyses cognouerat istud,sed putabat,q̃ modo humano possẽt dirigi, ideo petiuit istud a Ietro.

Dicendum,q̃ non stat,quia istud posset concedi, si ante hoc nunquam Israelitæ directi fuissent in figendo castra,& mouendo illa per nubem, & tamen semper ex exitu de Aegypto directi sunt a columna, & illa docebat loca castrametationis Exodi 13. & nunc vsque ad montem Sinai fuerant 12. castrametationes, vel mansiones infra 33. Et in omnibus his directi fuerant per columnam nubis Exodi 40. & præcedenti c. ideo non poterat tunc Moyses istud credere.

Quid est id in quo Ietro poterat dirigere Israelem. Quæst. XLI.

ALIQVI dicunt,q̃ doctrina Ietro in aliquo prodesse poterat ad castrametationes, & iõ hoc petiuit ab eo Moyses. Dicendum hoc non esse negandum. nam dato, q̃ nubes dirigeret,adhuc posset esse aliqua directio vlterior,quia alias Moyses non peteret istud,& patet hoc,quia non obstante motu nubis adhuc arca dirigebat ad castrametationem, quia dicitur infra in litera. arca fœderis Domini præcedebat eos per dies tres prouidẽs castrorum locum, ideo & Ietro in aliquo poterat dirigere, quia Moyses non loqueretur superflua. Sed petimus quid est illud in quo poterat dirigere.

Aliqui dicunt,q̃ id in quo dirigebat Ietro erat poststationem nubis, s.quia faciebat, q̃ castra locarentur ad partem dextram,vel sinistram,vel modicum ante, & retro,vbi esset facilius habere aquam,aut vitare incommoda loci. sicut dictum est supra quęst.39.

Sed obiicietur,q̃ etiam istud non poterat facere Ietro,quia nubes dirigebat castra,& vbi illa stetisset figebantur castra,& non poterant mutari ante, neque retro,ad dextram, nec ad sinistram, eo q̃ Sanctuarium Domini figebatur sub columna nubis stante. nam illa manebat toto tempore castrametationis super Sãctuarium,vt patet præced.c.& Exo.40.& inde descendebat ad ostium Sanctuarii quando loquebatur cum Moyse,vt patet seq.c.sed posito Sanctuario non poterat in aliquo mutari castrametatio, quia Leuitæ omnes erant iuxta ordinem suum in circuitu Sanctuarii supra 3.c.& Israelitæ per quatuor vexilla locabant castra sua in circuitu Leuitarum supra 2.ca. ideo stante nube non poterant mutari castra ad ante,& ad retro, dextram,& sinistram.

Cum nubes omnino dirigeret Israelitas, quomodo etiam Ietro eosdem dirigeret, vel ad eundum, vel ad standum. Quæst. XLII.

ALIQVIS dicet aliter, q̃ nube stante erat signum castrametationis, ita q̃ Israelitę nõ possent vltra procedere,& tamen poterant modicum ante, aut modicum post,ad dexteram,aut sinistram locare castra.

Cum autem obiiciebatur de columna nubis,q̃ stabat semper super Sanctuarium dicunt verum esse, & tamẽ postquam illa stetisset in aliquo loco ante fixionem castrorum,si vellent Israelitæ vltra, aut retro, ad dextrum, vel sinistrum figere castra reuertebatur columna, & stabat super Sanctuarium vbicunque Israelitę illud posuissent. Et isto modo poterat doctrina a Ietro prodesse Israelitis ad locãdum castra hic, vel ibi vbi commodius eis esset.

Sed dicendum, q̃ non stat, quia istud nullo modo est verisimile,q̃ postquam columna quæ dirigebatur a Deo staret in aliquo loco, si Israelitę alibi ponerent Sanctuarium, quod illa moueretur ad standum super Sanctuarium,& tamen necesse est cõcedi,q̃ illa semper staret super Sanctuarium præced.c. & Exo.40.

Secundo, quia ista videretur magna audacia, s. q̃ homo vellet dirigere vltra id, quod dirigebat Angelus Domini. nam Angelus erat qui mouebat columnam Exodi 14. ergo postquam ille posuisset columnam in aliquo loco, q̃ vellent homines ponere alibi Sanctuarium ad hoc, q̃ Angelus moueret colũnam ad standum super Sanctuarium, magna insania erat, quia vellent,q̃ Deus obediret homini.

Tertio non stat,quod dicunt, s.q̃ postquam nubes stetisset in aliquo loco, Israelitę per doctrinam Ietro irent ante,vel retro, ad dextram,vel ad sinistram ad loca magis aquosa,vel vbi conuenientius locarentur castra,quia in hoc significabatur,quòd homo melius dirigeret ad ea quę queniebãt toti populo quam Deus, vel Angelus eius.

Quarto, quia quando Deus non iubet aliquid specialiter homini, debet homo viuere per prudentiam suam,quando tamen Deus circa aliquid hominem dirigit, non solum non debet homo agere per prudentiam suam,immo peccat si velit agere per illam.sic patet de Apostolis,quibus Christus dixit,q̃ quando traherentur ante reges, & præsides non cogitarent quid loquerentur, quia Spiritus sanctus loqueretur in eis. Mat.10.& Luc.21.cap. & ita isti si vellent cogitare qd responderẽt peccarent,quia non confiderẽt in Deo. Sic erat in præsenti,quia Deus dederat nubem,& Angelum motorem eius ad ostẽdendum loca vbi castrametari deberent Israelitę, & tẽpus recedendi,& quantum progrederentur, ideo quòd postquam Angelus faciendo stare columnam signaret locum castrametãdi,vel etiam homines vltra, vel retro,ad dextram,vel ad sinistrã locare castra quasi ibi commodius essent, erat repugnare diuinæ directioni, quasi Deus erraret quod blasphemia est.

Quinto, quia etiam præiudicaretur Deo qui videbatur specialiter esse in arca. nam præcedebat arca Domini per tres dies ad prouidendum castrorum locum,vt dicitur in litera.quòd ergo postquam illa prouidisset locum castrorum vellent Israelitę mutare aliquid inde ad vnam partem,vel ad aliam,error erat.

Deter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Determinatio quæſt.39. Et conſilium Ietro ad quid proderat.
Quæſt. XLIII.

ALITER ergo dicendum eſt, ſ. quòd cum nubes extitiſſet non procedebant vltra, vel retro Iſraelitæ ad locandum caſtra, quia nō auderent, nec ad hoc proderat eis doctrina Ietro, ſed ſub columna figebatur Sanctuarium, & deinde caſtra in circuitu, vt patet ſupra 2. & declaratum eſt prꝫced.cap. quia nemo poterat melius aſſignare locum caſtrorum quam Deus. Sed poſtquam ſic locata erant caſtra forte neſciebant Iſraelitæ vbi eſſent propinquiores aquæ, vel paſcua, aut alia commoda caſtrorum, & in iſto doceret eos Ietro. Iſtud eſt conuenienter dictum, quia locatis caſtris forte Iſraelitæ non viderent aquas cum neſcirent vbi eſſent, etiam neceſſaria erant ligna Iſraelitis, quia erat populus multus, & ſemper erant aliqui qui de caſtris exibant ad portandum ligna, & aquas pro caſtris, & iſtud officium, ita erat neceſſarium omꝫ tempore, ꝙ etiam ad res ſummè neceſſarias ſpecialiter non vocarentur illi qui iſta officia exercebant, ſicut fuit in confirmatione legis. Nam Moyſes vocauit omnes Iſraelitas exceptis iſtis, ad audiendam legem quę nouiter dabatur Deute.29. ſ. vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo veſtro principes veſtri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores omnis populus Iſrael liberi, & vxores veſtræ, & aduenæ qui tecum morantur in caſtris, exceptis lignorum cęſoribus, & his qui comportant aquas, vt tranſeas in fœdere Domini Dei tui. Erant enim neceſſaria paſcua Iſraelitis, quia habebant pecora multa, & iumenta, ſicut dicitur infra 32.cap. quòd tribus Ruben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia. Et ita ad omnia hęc poterat prodeſſe Ietro, quia locatis caſtris poterat oſtendere in quibus locis eſſent propinquiores aquę, & ligna, & paſcua. Et tunc erit ſenſus, tu noſti loca in quibus per deſertum caſtra ponere debeamus, ideſt poſitis caſtris in deſerto, tu noſti loca in quibus ſunt ipſę humanitates caſtrorum, ſ. aquæ, ligna, & paſcua.

Cum autē obiicitur, ꝙ Deus dirigebat hic per Angelum ſuum, ideo non debebat recurri ad directionē humanam. Dicendum, ꝙ in eis in quibus dirigit, ſtultum eſt velle vti prudentia humana, ſed vbi Deus ceſſat dirigere, ad humanam prudentiam recurrendum eſt. ita erat nunc, quia quantum ad oſtendendū locum caſtrametandi ſufficienter Deus prouidebat faciēdo ſtare columnam in aliquo loco, in quo oſtendebatur, ꝙ ibi erat locus conueniens caſtrametandi, vel ſaltem ille erat a Deo volitus. & hoc ſatis erat, ſed columna nubis, aut Angelus, qui erat in columna, vel ipſa arca, quæ aliquando præcedebat nihil loquebantur, vt dicerent in tali, vel tali loco eſt copia aquarum, vel ſunt paſcua, aut ligna, ideo ad hoc neceſſaria erat, vel ſaltē vtilis humana doctrina, vbi Deus ſpecialiter non prouidebat. Et quantum ad hoc erat conueniens Iſraelitis doctrina Ietro, & pro hoc dixit ei Moyſes, quòd ipſe nouerat loca, in quibus caſtrametandum erat p deſertum, & dirigeret eos. & iſta eſt poſitio conueniens.

Cur Ietro noluit ire cum Moyſe cum inſtanter peteret.
Quæſt. XLIIII.

SED quæretur quare Ietro noluit ire cum Moyſe cum inſtanter peteret hoc Moyſes.

Dici poteſt, quod fuit primo ex deſiderio terrę natalis, quia illa allicit omnes. ideo licet multas opes promitteret Moyſes ipſi Ietro noluit ire. ſic colligitur in litera, ſ. cui reſpondit Ietro, non vadā, ſed reuertar in terram meam in qua natus ſum.

Secundo, quia Ietro erat ſenex, & ſciebat, quòd Iſraelitę progrediētes per deſertum multos labores toleraturi eſſent, noluit autem ipſe iſta ſuſtinere, ſed viuere quietus in terra ſua. Tertio quia iſte nouerat, ꝙ Iſraelitę ibant in terram Chanaan quam non poſſent acquirere, niſi per multos labores, & bella cōtra Chananæos. noluit autem ipſe ire ad videndum bella, & ſuſtinendum mala quæ in bellis accidunt, ſed voluit reuerti in terram ſuam. Quarto dicunt aliqui, ꝙ fuit, quia Ietro nō credidit verbis Moyſi. dixit enim Moyſes, quòd ibant in terram, quam Deus daturus erat eis, & quicquid optimum eſſet in opibus quas ibi haberent darent ei. Ietro autem qui gentilis erat forte nō credidit dandam eſſe terram illam Iſraelitis, ideo noluit illuc ire.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia Ietro audiuit omnia bona quæ fecit Deus Iſraelitis, & propter hoc motus eſt ad veniendum in deſertum ad Moyſen. Exodi 18. Etiam ibi dicit, ꝙ lętatus eſt Ietro ſuper omnibus bonis quę fecerat Deus Iſraeli, eo quòd eruiſſet eum de manu Aegyptiorum, & ait. benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Pharaonis. Item patet, quia Ietro agnouit ibi virtutem Dei, & laudauit eum, obtulitque ſibi ſacrificia eod.c.ſ. nunc ergo cognoui, ꝙ magnus eſt Dominus ſuper omnes Deos, eo quòd ſuperbe egerint contra illos. obtulit ergo Ietro cognatus Moyſi holocauſta, & hoſtias Deo. & ſic Ietro qui tanta de Deo cognouerat non diffideret verbis eius, vt putaret non introducendos eſſe Iſraelitas in terrā Chanaan. Quinto poteſt dici, quòd fuit hoc, quia Deus poſuit in corde Ietro, vt non iret cum Moyſe. nam fruſtraretur intentio Moyſi: volebat enim Moyſes, quòd Ietro iret cum eis, quia putabat, quòd ſtatim ingrederetur in terram Chanaan, cum non longe eſſent ab ea, & ibi habituri eſſent opes multas, de quibus, quod optimum eſſet, darent Ietro. Deus autem aliter prouiderat, ſ. ꝙ Iſraelitæ manſuri eſſent in deſert 40. annis, & ibi quoque Moyſes moreretur cum eis infra 14. & 27. & Deut. 4. & 24.c. Et ſic Ietro ſi iret cum Moyſe moreretur quoque in deſerto, quia erat iam ſenex. Deus autem noluit hoc, quia erat Ietro bonus vir, vt colligitur Exodi 17. ideo mouit cor eius ad non eundum cum Moyſe, ſed vt reuerteretur in terram ſuam, & ibi moraretur in pace.

Cur Ietro noluit cum Moyſe ire cum quo non vocatus optima eſſe ſecum in deſerto. Et quare Ietro venit ad Moyſen in deſertum. Quæſt. XLV.

ADHVC quæretur, quare Ietro noluit ire cū Moyſe cum motus fuerit tāto deſiderio veniendi ad ipſum in deſertum Sinai non vocatus ab eo? Exodi 18.

Dicendum, quòd non eſt mirum Ietro noluiſſe ire cum Moyſe, licet ad eum venerit, quia non venit deſiderio eūdi cum ipſo, ſed propter alia. Primo venit Ietro ad Moyſen in deſertum, quia gauiſus eſt de omnib⁹ bonis, quę audiuit facta eſſe Iſraeli a Deo, voluitque videre Moyſen, & Iſraelitas Exo. 18. Sed ad hoc ſatis fuit ſtetiſſe cum Moyſe in deſerto Sinai. nam ibi laudauit Deum, obtulitque ei ſacrificium, vt patet eo. cap. ideo noluit vltra procedere.

Secundo, quia Ietro venit in montem Sinai manentibus ibi Iſraelitis, & non ad aliquam aliam manſionem, quia iſte locus erat propinquus terræ Madian in qua morabatur Ietro. Et patet hoc, quia quādo Moyſes paſcebat oues Ietro in terra Madian, intrabat aliquando Moyſes ad interiora deſerti Sinai, & ibi paſcebat gregem. Exodi 3.cap. ibique locutus eſt ei Deus. & ita apparet, quòd deſertum illud erat iuxta terram Madian, ideo non valde fatigaretur Ietro eundo ad Moyſen in montē Sinai. Secus autem ſi cum eo pergeret in terram Chanaan, ideo noluit ire.

Tertio, quia cauſam rationabilē habebat Ietro eundi ad Moyſen in mōte Sinai. ſciebat enim quòd Moyſes ibat in terram Chanaan, & nunquam reuerſurus eſſet in terram Madian. Erat autem Moyſes gener Ietro, ideo voluit eum videre Ietro priuſquam recederet. nam Moyſes non poterat honeſte venire ad viſitandum Ietro in terram Madiā, quia ſic deſereret populum in via, quod non licebat.

Quarto, quia habuit Ietro cauſam valde neceſſariā ad veniendum ad Moyſen. Acceperat enim Moyſes Sephoram filiam Ietro ī vxorem, ex qua habuit duos filios, ſcilicet Gerſon, & Eliezer. Exodi ſecundo cap. quando autem iubente Deo iuit Moyſes de terra Madian in Aegyptum portabat ſecum vxorem, & filios, ſed propter diſcordiam circunciſionis reuerſa eſt vxor cum filijs, Exodi quarto capit. Moyſes autem iuit ſolus in Aegyptum, manſitque ibi quouſque eduxit Iſraelitas. Cum autem maneret in Aegypto Moyſes, non curauit Ietro mittere ei vxorem, & filios. Cum vero egreſſus eſt de Aegypto factus princeps totius Iſrael, voluit Ietro reducere ei vxorem, quia erat ſibi magnus honor, quòd haberet talem generum, ideo antequam elongaretur ab eo cum adhuc eſſet in mōte Sinai, voluit ire ad ipſum ferens ei vxorem, & filios. Et iſta eſt cauſa præcipua aduentus Ietro, vt innuitur Exodi decimo octauo capit. ſcilicet, cum audiſſet Ietro ſacerdos Madian cognatus Moyſi omnia q̄ Deus fecerat Moyſi, & Iſrael populo ſuo tulit Sephoram vxorem Moyſi, quam dimiſerat, & duos filios eius, & poſtea ſequitur. & mandauit Moyſi dicens. ego cognatus tuus Ietro venio ad te, & vxor tua, & duo filij eius cum ea. ſed hoc expleuit Ietro veniendo in montem Sinai, ideo noluit vltra ire cum Moyſe.

Quinto fuit, quia licet Ietro veniebat ad Moyſen propter cauſam prædictam, tamen Deus faciebat eū venire propter aliam cauſam, ſcilicet, vt per manum eius ordinaret ſtatum populi Iſrael. Quia ſicut dicitur Exodi decimo octauo cap. ipſe dixit Moyſi, quòd ſtulto labore conſumebatur volens audire omnes lites populi, & eo monente ordinauit Moyſes populum diſtribuendo per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos, vt ipſe min⁹ occuparetur, ſed iſtud expleuit Ietro in monte Sinai, ideo noluit vltra ire, quia Deus qui mouerat ipſum ad veniendum in mōte Sinai, non mouebat eum ad eundum cum Moyſe in terram Chanaan.

Iudæi ſi non peccaſſent cito ingreſſi eſſent terram promiſſionis.
Quæſt. XLVI.

AESTIMABAT enim Moyſes, quòd immediate introituri eſſent in terram Chanaan, & poſſent dare Ietro de opibus terræ, & ſic futurum erat, niſi peccaſſent Iſraelitę, quia terra promiſſionis non multum diſtat a deſerto Pharan, de quo miſſi ſunt exploratores, vt patet infra 13. cap. Quod autem prope eſſet, patet quia ipſi adduxerunt vnam racemum cum vite ſua pendentem in vecte inter duos viros de terra promiſſionis ad Iudęos in deſertum Pharan, quod non eſſet ſi multum inde diſtaret terra illa. Item quia exploratores miſſi ſolis quadraginta diebus morati ſunt eundo, & redeundo, & luſtrando terram Chanaan, vt patet infra 14. capit. ſi tamen valde diſtaret maiori tempore indigerent. Item Iudęi erant in Cadesbarne, quando miſſi ſunt exploratores, vt patet Deuteronom. capit. 1. & tamen Cadesbarne eſt coniuncta terræ promiſſionis, ſcilicet in latere ſuo Meridiano. nam deſertum Sin eſt principium lateris Meridiani, vt paret infra trigeſimoquarto cap. ſed in deſerto Sin eſt cadesbarne. ideo aliquando vocatur Cadesbarne, & aliquando Cades deſerti Sin, vt patet infra vigeſimo capi. Quod autem Cadeſbarne ſit coniunctiſſima terrę Chanaan, paret Ioſue cap. 10. vbi dicitur, quòd a Cadesbarne vſque Gazam cepit Ioſue vno impetu. Item Ioſue capit. 15. ponitur Cadesbarne terminus ſortis filiorum Iuda a parte Meridiana. parum ergo diſtabat, ſed quia Iudęi peccauerunt in eadem manſione, impediti ſunt vſque ad quadraginta annos non intrare, vt patet infra 14.ca.

An ſi Ietro iuiſſet cum Iudæis obligaretur mori propter ſententiam datam in Cadesbarne. Et numeratos a vigeſimo anno non poſſe ingredi in terram promiſſionis de quibus intelligitur. Quæſt. XLVII.

VNDE ſi Ietro iuiſſet cum Iudęis de deſerto Sinai, ſicut Moyſes petebat, & aliqui concedūt, quòd iuiſſet, moreretur in deſerto, nec tranſiret in terram illam. Et probant hoc aliqui, quia de his qui erant numerati a vigeſimo anno, & ſupra nullus introiret in terram Chanaan, vt patet infra decimoquarto capitu. Ietro autem erat plurium quam viginti annorū, quia erat iam ſenex, ideo non introiret illuc.

Reſpondendum eſt hoc nihil obſtare, quia illa ſententia ſolum intelligitur de numeratis a vigeſimo anno. Iſti autem erant ſoli filij Iſrael de duodecim tribubus. Vnde Leuitæ non fuerunt hac ſententia puniti, quia ipſi non erant de computatis a viginti annis. Item mulieres non includebantur directe in hac ſententia, quia non fuerant computatæ. de quo declaratum fuit Ioſue capitulo quinto. ſic autem erat de Ietro. ipſe enim non erat computatus cum illis qui dicebantur computati a viginti annis, & ſupra, cum nō pertineret ad Iſraelitas, ideo non ligabatur hac ſententia.

Sed hoc non obſtante dicendum, quòd ſi ipſe iuiſſet cum Iſraelitis in deſerto moreretur, quia a tempore quo receſſerunt Iſraelitæ de monte Sinai vſque ad ingreſſum in terram Chanaan tranſierunt anni quaſi trigintanouem, ſed non viueret tanto tempore Ietro. Erat enim iam ſenex cum haberet filias ſeptem, quarum vnam accepiſſet Moyſes in vxorem, & tamen Moyſes non intrans in terram vltra Iordanem vixit annis centum & viginti, vt patet Deuteronom. capit. 31. Ergo Ietro qui ſenior eſſet non poſſet viuere tanto tempore, vt ingrederetur in terram poſt quadraginta annos manſionis deſerti, ideo moreretur in deſerto.

Quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis Dominus træditurus eſt. Vocat hic opes, ipſas vrbes, & oppida, & ruſticas poſſeſſiones, ſcilicet vineas, & agros. De his autem erant daturi Iſraelitæ Ietro ſi illuc iuiſſet. Vel poſſunt accipi opes pro ipſis diuitiis ī pecuniis, & aliis rebus mobilibus. Nam etiam de his promiſerat Deus Iſraelitis, vt patet Deuteron. cap. 6. ſ. & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas, quas non ędificaſti, & domos plenas cunctarum opum quas non extruxiſti, ciſternas quas non fodiſti, vineta & oliueta, quę non plātaſti &c. De omnibus autem his diuitiis poteſt intelligi. *Dabimus tibi.* Nomine totius populi loquebatur hic Moyſes, quia nō ſolum ipſe erat obligatus Ietro, quia inſtituerat modum quo releuaretur a labore, ſed etiam totus populus tenebatur illi, quia inſtituerat eorum politiam. nam licet Deus dediſſet leges, politiam tamen ordinauit Ietro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ietro ordinauit politiam Hebræis: Deus aũt dedit legem, sed non ordinauit politiam, & quomodo se habeat ordo politicus ad legis dationem, & quid præsupponat alterum.
Quæst. XLVIII.

DIFFERVNT enim ista, quia politia dicit habitudinem plurium qui conueniunt ad simul manendum, & hoc quantum ad superioritatem, vel inferioritatem, aut æqualitatem, & iste est ordo necessarius immediate, vt aliqua multitudo conuenit. nam non solum non est possibile manere aliquam multitudinem non habentem inter se aliquem ordinem politicum, sed etiam impossibile est esse vnam multitudinem, quia illi qui sunt simpliciter multi non possunt reduci ad aliquam vnitatem, nisi secundum aliquem ordinem, per quem referantur ad aliquod vnum, & illa est habitudo politica. sine legibus autem quamquam populus non bene manere potest, conuenire tamen potest, & effici vnus. ideo est magis necessaria politia quam lex, & est prior naturaliter. Ordinauit autem inter Iudæos politiam Ietro cum ipse constituerit iudices, qui præessent distinguens illos secundum varia officia. vt patet Exodi cap. 18. & non posuit aliquam legem de modo iudicandi istorum, ideo ordinauit politiam, & non leges, pro quo debebatur ei valde magnus honor a toto populo, & volebant sibi regratiari dando possessionem inter eos, & opes multas in terra Chanaan.

Quomodo Moyses potuit hæc dicere Ietro, quia videtur, quòd fuerit reuersus in terram suam ante datam legem.
Quæst. XLIX.

QVAERET autem aliquis quomodo Moyses potuerit ista dicere Ietro, quia ipse venit ad Israelitas in montem Sinai, vt patet Exo. capit. 18. & ibi dicitur, quòd reuersus est in terram suam. sed illud dicitur ante legis dationem, vt patet ibidem ex ordine literæ. sed data est lex in principio mensis tertii anni primi ab exitu de Aegypto. Nam prima die mensis huius tertii venerunt Israelitæ in montem Sinai, vt patet Exodi ca. 19. & postquã purificati sunt per tres dies data est lex, vt patet ibidẽ. ergo non staret Ietro in monte Sinai quando recedere volebant Israelitæ de monte Sinai, quod fuit anno secundo egressionis de Aegypto mense secundo die 20. mensis, vt patet hic. & tunc dicta sunt ista verba, non tamen poterat hoc tempore stare hic Ietro cum iam recessisset.

Ad hoc Nicolaus dicit super 18. cap. Exodi. quòd Ietro venit ad Moysẽ primo anno egressionis de Aegypto, & dicit, quòd non rediit in terram suam vsque ad annum secundum egressionis de Aegypto, s. quando dicta sunt verba ista quæ habẽtur hic, & quòd per anticipationem ponatur de recessu eius ibidem, & dicit hoc esse probabile, quia Ietro erat conuersus de nouo ad fidem, ideo debebat plenius informari, & maxime, quia illo anno erat danda lex, tum quia videns generum suum in tanta gloria, & filiam suam, non est verisimile, quòd ita cito recederet. Hic autem super istud cap. dicit, quòd fuerat cõuersus Ietro ad iudaismum, & ad preces Moysi generis sui consensit ire cum Israelitis in terram Chanaan, prius tamen abiit in terram suam, quæ non multum distabat a deserto Sinai, vt disponeret domui suę, & postea iret cum Israelitis. Quod autem dicitur hic de precibus Moysi ad ipsum, factum est tempore quo fuit conuersus ad iudaismum, & ista conuersio fuit post datã legem, & ante recessum populi, & tanto tempore, q̃ posset se conuenienter disponere ad recedendum cũ filiis Israel.

Sed quædam istorum non stant conuenienter. Primo quia dicitur hic, quòd Ietro venit ad Moysen primo anno egressionis de Aegypto. Sed hoc probatum est totaliter esse falsum Exodi capi. 18. Non enim potuit venire tempore illo, sed venit post datam legem circa finem primi anni egressionis de Aegypto, vel in principio secundi, vt probatum est ibidem.

Quo tempore Ietro reuersus est in terram suam.
Quæst. L.

ET cum dicit Nicolaus, quòd non rediit Ietro in terram suam vsque ad annum sequẽtem, sed stetit quasi per annum cum Israelitis in monte Sinai, dependet ex hoc, quòd præsupponit ipsum venisse in primo anno. sed falsum est. Cum autem probat dicens, quòd erat conuersus Ietro ad iudaismum, & debebat erudiri in ritibus legis, falsum est, sicut probatum fuit Exodi 18. capit. Cum autem dicit hic, quòd Ietro consensit precibus Moysi, vt iret cum Israel, sed prius rediit in terram suam, non patet ex litera, sed magis contrarium, cum semper dicatur hic, quòd Ietro nolebat ire cum Israelitis.

Et si aliquis diceret, q̃ quamquam hic ponatur, q̃ repugnaret Ietro precibus Moysi, tamen postea consensit, & hoc subticet litera. sed hoc quamquam possibile sit, tamen non est rationabiliter dictum, quia vel totum scriptura subticuisset, vel cum expressit, q̃ Ietro repugnaret precibus Moysi, subiungeret q̃ ad vltimum consensisset, sed non facit. Item non est verum, quòd dicitur, quia Exo. c. 18. habetur, q̃ in terrã suam rediit. coniungantur ergo ea quæ habentur hic eis quæ habentur Exo. c. 18. & cum hic dicat Ietro se nolle ire cum Israelitis, sed redire in terram suam, & illic dicatur, q̃ iuit in terram suam, satis videtur sequi, q̃ non redierit. Si enim solum diceretur, q̃ iuit in terram suam, & non ponerentur ea quæ habentur hic, colorem aliquem haberet, quod dicitur: sed cum hic exprimatur, q̃ Ietro nolebat ire cũ Israelitis videtur, q̃ redierit in terram suam animo nunquam reuertendi ad Iudęos.

Si autem dicas, q̃ adhuc postea redire potuerit nõ negatur, sed non est rationabiliter positum, q̃ rediret. Item si diceretur, q̃ Ietro redierit in terram suam, & postea ad Hebręos reuersus sit, sic præsupponitur & qua quę sunt difficilia, aut saltem non multum verisimilia, s. q̃ cognouerit Ietro, & Moyses tẽpus quo recessura erat nubes de monte Sinai, alioquin nõ posset ire tali tempore in quo cognosceret, an redire posset ante motum nubis. Sed hoc non est verisimile, quia Iudęi semper erant expectãdo quando moueretur nubes, ideo dicebantur esse in excubiis Domini, vt patet præced. c. Si tamen cognoscerent tempus recessus nubis non essent expectantes. Item non conuenit hoc literę, quia dicitur proficiscimur in terrã quã Dominus Deus daturus est nobis. ergo tunc erant in profectione, vnde non posset Ietro redire in terram suam & postea venire ad Israelitas, quia nesciret vbi essent. Item quod dicit Nicolaus, s. q̃ ista verba dicta fuerint ipsi Ietro ante dationem legis, non stat. Primo quia præsupponitur, q̃ venit Ietro ad Moysen ante dationem legis. Sed falsum est, vt probatum fuit Exodi cap. 18. Item non stat, quia ista verba referuntur necessario ad tempus quo Israelitę mouebant castra de monte Sinai, cum dicatur. proficiscimur in terram. sed data lege adhuc steterunt in monte Sinai quasi per vnũ annum, ergo non fuerunt data ante.

Dicendum igitur, quòd Ietro venit ad Moysen in deserto Sinai post datam legem quasi in principio anni secundi, vel in fine primi, & stetit ibi per duos menses, aut patum plus, quousque recesserunt Israelitę de monte Sinai. Tunc ergo petiit Moyses, vt iret cũ eis. ipse autem noluit respondens ea quæ habentur hic. subticuit tamen scriptura de recessu eius cum recesserit post verba ista, quia Exodi c. 18. dictum fuerat, q̃ recessit in terram suam.

Obiectio contra conclusionem auctoris. Et eius solutio. Et quod filij Ietro post magnum tempus venerunt ad Israelitas.
Quæst. LI.

CONTRA hoc aliquis arguet, q̃ Ietro iuerit cum Israelitis, quia de filiis eius dicitur, q̃ habitauerint in terra promissionis in sorte filiorum Iuda. ergo pater iuit. Hoc habetur Iudi. c. 1. s. filii autem Cinei cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum sortis eius, & habitauerunt cum eo. Iste autem Cineus est Ietro qui vocatur cognatus Moysi, id est socer. Idem patet Iudicum capi. 4. scilicet Aber autem Cineus recesserat quondam a cęteris fratribus suis Cineis filiis Obab cognati Moysi. Iste autem est Ietro, vt patet hic. Et tamen illi Cinei filii eius habitabant in sorte Iuda, & Nephtali. ergo Ietro iuit cum Israelitis alioquin non essent in terra promissionis filii eius.

Respondendum est, quòd Ietro non iuit cum Israelitis reuersus in terram suam, vt dictum est. filii tamen sui magno tempore postea videntes Israelitas appropinquare terræ Chanaan iuerunt ad eos, vt ingrederentur cum eis expectantes, quòd daretur eis, quod fuerat promissum patri eorum, & factum est, quia in sorte Iuda recepti sunt, vt patet Iudicum cap. primo.

Nec potest dici, quòd isti filii Ietro iuerint in terrã Chanaan postquam illuc Israelitæ ingressi sunt, quia ante ingressum pugnauit Israel contra Madianitas, & occidit omnes masculos eorum, vt patet infra 31. ca. Ante hoc igitur bellum venerũt filii Ietro de Madian ad Israelitas. fuit enim bellum istud quasi in fine anni quadragesimi ab exitu de Aegypto paulo anteq̃ moreretur Moyses, vt patet infra 31. ca. scilicet vlciscere filios Israel prius de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. ante finem ergo anni 40. venerunt filii Ietro ad Israelitas.

An Ietro iuerit in terram Chanaan. Quæst. LII.

SED aliqui dicunt circa præcedẽtia, quòd Ietro iuit in terram Chanaan, quia licet hic dicatur, quòd ipse dixit reuertar in terram meã in qua natus sum. non dicitur, quòd reuersus est, & forte Moyses rogauit eum, & tãdem exorauit, quòd iret cum eis. Secundo cum inueniantur postea filii eius in terra Chanaan Iudicum primo. & quarto capit. filii tamen non irent, sine patre, quia non deberent eum.

Dicendum, quòd Ietro non iuit cum Moyse, sed rediit in terram Madiã, quia ipse, ita dixit hic. & postea non habetur contrarium, ideo videtur, quòd redierit in terram Madian.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd licet non habeatur hic, an Ietro redierit. habetur tamen Exodi 17. scilicet dimisit Moyses Ietro cognatũ suũ, qui reuersus abiit in terram suam, scriptura tamen tacuit istud hic, quia ibi illud dixerat, & ibi tacuit istud, quod dicit hic, quia consuetudo scripturę est, quòd sit breuiloqua, & tamen idem in pluribus locis narratur sit in nullo plene narrat, sed ex narrationib⁹ imperfectis, quæ fiunt in diuersis locis fit vna plena narratio, & ista est hic, quia coniungendo ea quę habentur hic, & Exodi 18. colligitur plena veritas de eo, quod pertinet ad Ietro, & tamen id, quod ponitur hic, quòd Moyses rogaret Ietro ire cum eo, & ille non assenserit, non potuit conuenienter poni Exo. 18. quia istud fuit tempore recessus de mõte Sinai, vt patet in litera. sed quod habetur Exo. 18. significat ex ordine literæ fuisse in aduentu in montem Sinai, & ita non debuerunt ibi poni ista. Ad secundum dicendum, q̃ filii Ietro introierunt in terram Chanaan, & habitauerunt ibi postea cum Hebręis, semperq; ibi fuerunt. nã post mortem Iosue in principio temporis iudicum erãt filii Ietro, qui vocantur Cinei, in terra Chanaan. nam dicitur Iudi. 1. q̃ filii Cinei cognati Moysi ascenderũt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum sortis eius. Erant quoque postea tempore iudicum sub iudice Delbora, & Barach Cinei cum Israelitis. Nam dicitur Iudi. 4. Aber autem Cineus recesserat quondam a cęteris Cineis fratribus suis filiis Obab cognati Moysi, vxor autem istius nomine Iahel occidit Sysaram principem exercitus Iabin regis Asor, vt patet eod. c. Isti quoq; Cinei manebant cum Iudæis tempore Saulis regis. nam quando iuit Saul ad percutiendũ Amalechitas, iuxta quos in terra Israel habitabant Cinei, dixit eis Saul, q̃ recederẽt inde, vt patet 1. Reg. 15. s. dixit Saul Cineo recedite ab Amalech ne forte inuoluam te cum eo: tu enim feci sti misericordiam cum omnibus filiis Israel cum ascenderent de Aegypto, & recessit Cineus de medio Amalech. Ita autem mansit populus Cineorum inter Israelitas quousque per quandam captiuitatem perierunt, de quo prenunciauit Balaam infra 24. s. vidit quoque Cineum, & assumpta parabola ait. Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin quandiu poteris permanere. Assur enim capiet te.

Quomodo filij Ietro potuerunt intrare in terram Chanaan.
Quæst. LIII.

SED nunc est dubium cum Ietro redierit in terram Madian, quomodo filii sui potuerũt intrare in terram Chanaan?

Aliqui dicunt, quòd Ietro de monte Sinai rediit in terram suam Madian, sed postea cum filiis suis reuersus est ad Moysen in desertum, & sic potuerunt filii eius intrare in terram Chanaan.

Sed dicendum, quòd hoc non est verisimile, quia cum Ietro oratus a Moyse noluerit ire cum eo in terram Chanaan, multominus vellet postea reuerti ad ipsum tolerando superuacuos labores. Secundo quia hoc erat minus verisimile. nam quando Ietro erat cũ Moyse in monte Sinai putabat, quòd statim ingressuri essent Israelitæ in terram Chanaã, quę satis erat propinqua, quod etiam putabat Moyses, qui promisit dare illi optimum, quod Israelitę haberent inter omnes opes, quas Deus eis daturus esset, & tamen tunc noluit venire, multominus ergo vellet venire postea, qa statim cęperũt Israelitę impediri in via in deserto Pharan, vbi prenunciauit Deus, quòd 40. annis manerent Israelitæ in solitudine.

Dicendum ergo, quòd Ietro rediit in terram Madian, & nunquam postea reuersus ad Moysen, neque ingressus est in terram Chanaan, sed mortuus est in terra sua. filii autem eius venerunt ad Moysen, & illi introierunt in terram Chanaan, habitaueruntque ibi posteri eorum, vt dictum est quęst. præced.

Quomo-

Quomodo filij Ietro venerint cum Moyse, cum pater eorum noluerit venire. Quæst. LIIII.

NVNC quęretur quomodo filij Ietro venerunt cum Moyse, cum pater eorum Ietro noluerit ire cum eo, sed redierit in terram suam.

Dici potest vno modo, quòd Ietro cum esset iam senilis ętatis noluit ire cum Israelitis ad tolerandum labores, sed rediit in terram suam, quia tamen Moyses promiserat Ietro dare quicquid optimum esset de cunctis opibus terrę Chanaan, & hoc credidit Ietro confidens, ꝙ non mentiretur ei Moyses, qui erat vir Dei, etiam erat cognatus eius, voluit quòd filii sui irēt cum Moyse ad hoc, quòd reciperēt illa bona, quę, promittebat Moyses Ietro, & tunc commendaret eos illi atque recederet. Istud est satis verisimile, licet scriptura illud non dicat, quia multa subticet. Sic enim fuit de Berzellai Galaadita qui fuit vir dives, & largitus est alimenta multa regi Dauid, quando erat profugus a facie filii sui Absolō. Cum autem reuerteretur Dauid in Hierusalem volēs dare vicissitudinem ei dixit. veni mecum, vt requiescas securus in Ierusalem. Berzellai autem, quia erat senex noluit, sed ait. quot sunt dies annorum vitæ meę, vt ascendam cum rege in Ierusalem, octogenarius sum hodie, nunquid vigēt sensus mei ad discernendum suaue, vel amarum, aut delectare potest seruum tuum cibus, vel potus, vel audire possum vltra vocem cantorum, atque cantatricum, nec indigeo hac vicissitudine, sed obsecro reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. & sequitur quomodo commendauit ei filium suum dicens. Est autem seruus tuus Chamaan vadat tecum Domine mi rex, & fac ei, quod tibi bonum videtur. dixit itaque rex ei, mecum transeat Chamaan, & ego faciā ei quicquid tibi placuerit, & omne, quod petieris a me impetrabis. sic poterat esse de Ietro, quòd ire nollet propter senectutem, & mitteret filios suos cum Moyse.

Secundo potest dici, quòd quando rediit Ietro in terram Madian manserūt filii sui cum eo in terra sua, quia Ietro noluit, quòd aliqui de suis irēt cum Iudęis. Etiam ipsi noluerunt deserere patrem suum, quia esset sibi vita difficilis, & cum tędio, si in senectute sua a filiis desereretur, sed manserunt filii sui cum eo in terra Madian quandiu ille vixit, & mortuo eo iuerunt ad Moysen cognatum suum, in quo spem habebant, vt benefaceret eis. vel forte Ietro moriturus dixit filiis suis, quòd post mortem eius irēt ad Moysen, recepitque eos libenter Moyses.

Tertio potest dici, quòd post mortē Ietro, vel forte viuente eo Moyses misit ad ipsum, & filios suos, vt venirent ad eum in desertum. esset autem hoc quando Israelitæ pugnaturi erāt contra Madianitas. Deus enim iusserat. hostes vos sentient Madianitæ, & percutite eos infra 25. capitu. Deus autem noluit, quòd Moyses moreretur quousque istud faceret infra 31.c. Locutus est Dominus ad Moysen vlciscere priº filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuū. Moyses autem, quia intendebat delere omnes Madianitas tam viros quam fęminas vsq; ad paruulos vnius diei, sic factum est infra 31.cap. cupiens ne cognati sui filii Ietro delerentur cum reliquis Madianitis, verisimile est, quòd miserit, & vocauerit eos prēnuncians mala ventura toti terræ Madian, illi autem tunc venirent. Istud est satis verisimile, & si tunc viueret Ietro certum est, quòd veniret suadente Moyse, & tamen credibile est, quòd non viueret, quia illud fuit anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, & nō viueret tā- to tempore Ietro qui erat senex. si autē ille mortuus esset, saltem filii eius, & tota cognatio eorum venirēt ad Moysen, & sic mortuo Moyse intrarēt cum Israelitis in terram Chanaan.

An Israelitæ seruauerint filijs Ietro, quod eis Moyses promiserat in omnibus, & per omnia. Quæst. LV.

SED quæretur, an Israelitæ seruauerint filiis Ietro id, quod Moyses promiserat Ietro, scilicet, quòd daret ei quicquid optimum erat in omnibus opibus, quas Deus daret eis in terra Chanaan.

Aliqui dicunt, quòd non, quia non obligabatur ad hoc Moyses neque Israelitæ. Nam Moyses offerebat istud Ietro, vt iret cum eis in terra Chanaan, sed Ietro noluit ire dicens. non vadam, sed reuertar in terram meam in qua natus sum. Ideo si postea Ietro, vel filii sui post multa tempora reuerterentur ad Moysen, nō tenebatur Moyses ad aliquid, quia Ietro non acceperat promissionem quam fecerat Moyses.

Secundo, quia ista promissio fiebat pro opere determinato, quod facturus erat Ietro. Sed illud neque facere voluit, neque fecit, ideo non tenebatur ei Moyses neque Israelitæ ad aliquid, patet quia dicitur in litera. noli nos relinquere. tu enim nosti in quibº locis per desertum castra ponere debeamus, & eris noster ductor, cumque nobiscum veneris quicquid optimū fuerit ex opibus quas daturus est Dominus, dabimus tibi.

Tertio, quia dato, quòd illa promissio obligaret non fuit facta filiis Ietro, sed patri. Ille autem non venit, sed filii, ideo non obligabantur Israelitæ ad dandum eis bona quæ promiserant patri eorum.

Quarto, quia istam promissionem fecit Moyses, & non Israelitæ, vt patet in litera. Moyses autem non potuit illam complere, quia mortuus est in deserto. ideo non tenerentur Israelitę ad aliquid, dato quòd illa promissio secundum se esset obligatoria.

Quinto, quia etiam si Israelitæ hoc promisissent, & obligarentur, verisimile est, ꝙ non complerent, quia viuente Moyse propter reuerentiam eius cum essent filii Ietro cognati ipsius benefacerent illis. mortuo autem Moyse non esset ad quem respicerent, ideo nolent complere.

Sexto quia difficile erat compleri istud. nam promiserat Moyses Ietro, ꝙ daret ei quicquid optimum esset in omnibus opibus, quas habituri erant in terra Chanaan Israelitę, vt patet in litera. Sed difficile erat hominibus auaris dare meliora quę habebant in omnibus rebus suis, ideo non complerent illud.

Quod Israelitæ impleuerunt filijs Ietro, quod promissum fuerat patri per Moysen. Et quod priuilegium habuerunt. Quæst. LVI.

SED dicendum, ꝙ non obstantibus prędictis Israelitę impleuerunt id, quod promiserat Moyses in filiis Ietro. nam promiserat, ꝙ quicquid optimum esset in opibus, quas habituri erant, sent darent ei, sed nomine opum intelligebant vrbes, castra, possessiones ad habitandum, & bona mobilia. Circa bona mobilia quō se habuerint Israelitę cum filijs Ietro, i. an de spoliis Chananęorum darent eis pauces magnas, aut paruas non apparet. Credēdum tñ est ꝙ se haberent ad eos bene, quia cum id quod maius erat impleuerint, verisimile est, ꝙ implerent minora. De bonis immobilibus, ideſt possessionibus terræ, & locis ad habitandum dicendum, quòd Israelitę complerunt promissionem, dando quod optimū erat, & non potuerunt plenius hoc facere, quàm ꝙ ponerent in arbitrio filiorum Ietro, quam partem terræ illi vellent habere, i. in qua vellent habitare, & tunc secūdum proportionem paucitatis, aut multitudinis eorū ad Israelitas dabatur eis magnitudo terrę in loco vbi eligissent. Istud autem apparuit, quia statim vt introierūt Israelitę in terrā Chanaan, acceperunt filij Ietro optimā partem illius: nā non est in tota terra Chanaā aliqua equalis in naturali bonitate ad terrā vrbis Iericho, & Ierusalem. Sic dicit Iosephus lib. 5. Antiquit. s. natura, namque terrę Chananęorum hmōi est, vt & planiciem magnā habeat, & fructibus terræ sit copiosa, q̄ comparata alij terrę creditur esse fęlix: cum locis autem Ierichontinis, & Ierosolymorum ęstimata putatur esse valde vilissima, sed istā terram vrbis Iericho quæ vocatur alio nomine ciuitas palmarū acceperūt filij Ietro concedentibus Israelitis: ideo optimā terrā habebant. patet hoc Iudic. 1. c. s. filij autē Cinei cognati Moysi ascēderunt de ciuitate palmarum, i. Iericho, & sic habitabant ibi. Aliud quoque priuilegium habebant, quia si semel habitassent in terra alicuius Tribus Israel, & postea placeret eis magis terra alterius Tribus, vel conuersatio gentis illius, poterant trāsire ad illā, & ibi accipiebant locum habitandi. patet hoc, quia a principio introitus in terrā Chanaan filij Ietro elegerunt habitare in vrbe palmarum, i. Iericho, & ibi manserunt, vsque ad principium temporis Iudicum, tūc aūt voluerūt ire ad habitandū in sorte filiorū Iudę & ibi habitauerunt. sic patet Iudi. 1. s. ascenderunt filij Cinei cognati Moysi de ciuitate palmarum cum filijs Iuda in desertum sortis eius, qđ est ad meridiē, & habitauit cū eo, & sic transierunt ibi de sorte vnius Tribus in aliam, quia Iericho erat in sorte Beniamin Iosu. 18. cap. & transierunt ad habitandum in sorte Iudæ. Sed adhuc post hoc si placeret eis dimissa sorte Iudæ ire ad habitandum ad aliam sortem permitterent, & daretur eis ibi locus ab Israelitis; sic patet de Aber Cineo, qui voluit recedere ab alijs fratribus suis Cineis, & habitauit in sorte Nephthali, vel Zabulon occupans de terra quātum voluit Iudi. 4. s. Aber aūt Cineus recesserat quondā a cęteris Cineis fratribus suis filijs Obab cognati Moysi, & tetenderat tabernacula, vsq; ad cōuallem, quę vocatur Sennim, & est iuxta Cedes, & tamen Cedes est ciuitas in sorte Nephthali Iosu. 19. ideo licebat istis trāsire de Tribu in Tribum habitando vbi vellent. Et non solum in hoc benefaciebāt eis Israelitę, sed etiam diligebant eos, & cauebant, inferre eis mala, sicut fecit Saul rex, qñ percussurus erat Amalechitas. Nam dixit Cineis, qui erant apud Amalechitas, ꝙ recederent inde ne perirent cū illis. 1. Reg. 15. c. Dicendum ergo, ꝙ Israelitę impleuerunt circa filios Ietro omnia, quæ promiserat ei Moyses, & in nullo defecerunt etiam post mortem Moysi.

Solutio rationum in oppositum positarum supra quæstione quinquagesimaquinta. Quæst. LVII.

NVNC respondendū est ad rationes positas supra quęst. 55. Ad primum dicendū verum esse secundum rigorē, ꝙ Moyses nō obligabatur ad promissionem factam Ietro, cum ille non acceptauerit eam, & tamen credendum est, ꝙ reformauerit eā Moyses, qñ filij Ietro mātro, siue qñ vocauit eos ante destructionē Madianitarum, vt dictum est s. quęst. 54. & sic manebat obligatio volente hoc Moyse. Ad secūdum dicendum, ꝙ Moyses volebat, ꝙ Ietro dirigeret eos per desertum, & tamen non propter hoc principaliter promisit ei dare bona, vt patet hic ex ordine literæ. Nam dicitur. dixit Moyses Obab Madianiti cognato suo, ꝓficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis. veni nobiscū, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona, ꝓmisit Israeli. Et sic pater, ꝙ Moyses absolutè promittebat benefacere Ietro non adiuncto aliquo opere. Sed postea cum Ietro diceret. non vadā, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum, adiunxit Moyses, noli nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, cūque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus, quas daturus est Dñs dabimus tibi, & sic manet prior obligatio: puta qa facta est sine adiunctione alicuius operis. Item patet, quia etiam si Ietro in nullo iam cōferret Israelitis, tenebantur ei pro beneficio ꝓterito, s. quia ordinauerat totam politiam Exo. 18. qđ fuerat magnū beneficium, & pro hoc poterat Moyses absolutè promittere aliquid ipsi Ietro, ēt si nihil vltra facturus esset. Item patet, ꝙ Israelitę crederent se obligatos ipsi Ietro pro illo beneficio, quia licet nunc non direxerit Ietro Israelitas, neque noluerit ire cū illis, cōfessi sunt se recepisse beneficium ab eo. sicut patet in Saule. 1. Reg. 15. s. dixit Saul Cineo recedite ab Amalech ne forte inuoluam te cū eo. tu enim feciſti misericordiam cum oībus filijs Israel cū ascenderent de Aegypto. Ad tertium dicendum, ꝙ ꝓmissio facta est Ietro, & tñ vtilitas ex illa proueniens pertinebat ad filios eius, qui succedebant ei in oībus bonis: ideo ii ex hac promissione aliquid erat debitū Ietro, deberetur quoque filijs eius. Aliter etiam pōt dici, ꝙ licet ista promissio non transiret in filios ex viribus suis, tñ Moyses voluit, ꝙ extenderetur ad filios, qñ accepit filios Ietro commendatos sibi recedente patre, vel qñ postea ad eum redierunt. Ad quartū dicendum, ꝙ ista promissio non fuit solius Moysi, sed totius Israel, quia licet solus Moyses locutus est, fuit tñ nomine totius populi, eo ꝙ erat princeps multitudinis, & repręsentabat personā eius. Item patet ex verbis Moysi, ꝙ non fuerit ipsius, sed totius populi, & iō locutus est semper pluraliter cū ait. proficiscimur ad locum, quem Dñs daturus est nobis. veni nobiscū, vt benefaciamus tibi, quia Dñs bona promisit Israeli. & sic non dixit benefaciā tibi, sed benefaciamus tibi: vñ totum onus posuit s. populū, sed populus manebat: ideo manebat obligatio. Ad quintum dicendum, ꝙ licet viuente Moyse magis mouerentur Israelitæ ꝓp reuerentiam eius ad honorandum filios Ietro: tñ adhuc eo mortuo nihil defuit de eo, qđ promissum erat illis. Hoc aūt esset, quia Moyses moriens commēdaret istud Israelitis, & illi ꝓp reuerentiam eius facerēt. Et principaliter hoc fieret propter bonos successores Moysi. Nam successit ei Iosue puer eius Exo. 33. Iste diligebat valde Moysen, & zelabat pro honore eius pluſquā volebat Moyses sequen. ca. & hunc instruxit Moyses, & constituit eum principē, deditq; sibi partē glorię suę adhuc viuens. j. 27. & Deute. 31. iō iste vellet complere oīa, quę dixit ei Moyses: maximè quia mortuo Moyse Deus apparuit Iosue præcipiens ei, ꝙ obseruaret omnia, q̄ dixerat Moyses, vt patet Ios. 1. c. iste igitur Iosue quamdiu vixit honorauit valde filios Ietro, & dedit eis locum ad habitandum vbi voluerūt in terra Chanaan, s. vrbem palmarum. i. Iericho: nā istā tenebant post mortem Iosue ante tēpora Iudicū, vt patet Iudi. 1. c. & postea principes populi, qui secuti sunt, eadem fecerunt circa filios Ietro. vnde vsque ad tempora Saulis regis perseuerabat iste honor, & memoria præstiti beneficij a Ietro: nam dixit Saul ad Cineum, tu feciſti misericordiam cum omnibus filijs Israel cum ascenderent de Aegypto. Ad sextum dicendum, ꝙ durum est dare optimum, qđ quis habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

in rebus suis, & tũ quia istud, qđ accepturi erant filij Ietro non erat valde magnum cõparatum ad ea, quæ ipsi possidebant, potissimè moti propter reuerentiã Moysi. & promissionis suę compleuerunt illud. *Profectique sunt de monte viam trium dierum.*

An Israelitæ ambulauerunt viam trium dierum in die, qua mouerunt castra de Synai, vel ambulauerunt tribus diebus continuis sine interpolatione.
Quæst. LVIII.

RABBI Salomon dicit, ſ. qꝑ die qua mouerunt castra Israelitę de Synai ambulauerũt viam trium deitarum, vt demõstraret Dominus, quòd cito eos in terrã promissam introduceret, nisi ipsi obijcem parauissent.

Sed non multum consonat: nam fieri nequisset, qꝑ tota multitudo Israel cum pecoribus, & paruulis suis viam trium dierum ambulasset, nisi Deo mouente illo totaliter, quin potius ille populus viam trium dierũ in decem vix conficere posset. Si autem diceretur, qꝑ multitudo tota Deo mouente ambulauerit die vna spatio trium dierum, nõ sequeretur inde fatigatio, sed sequenti cap. dicitur populum cõquestum fuisse propter laborem itineris.

Aliqui autem dicunt, qꝑ ambulauerunt viam dierũ trium, scilicet, cõtinuè; ita qꝑ non quieuerunt per tres dies. Sed etiam hoc non conuenit, quia nullus posset sustinere continuam viam trium dierum non sumpto cibo, nec sopore. si autem somnum caperent necesse erat nubem quiescere, quia ipsa mota, ipsi quoque mouebant.

Sed dicendum est, qꝑ Israelitę mouebant castra, & ambulauerunt viam trium dierum, ideſt, quòd nõ fixerunt castra vsque ad diem tertium. In quolibet tamen horum trium dierum quiescebant paululum ad sumendos cibos per diem. In nocte autem nubes stabat, vt caperent somnum: fuerunt tamen conquesti de labore itineris, vt patet sequẽti cap. qꝑ istę dietę fortè erant magnę, & non sufficiebant paruuli Iudæorũ, & mulieres ad istum motum. Vel conquesti sunt, qa per tres dies ambulauerunt non habentes aliquã viã quietis intermediam. In alijs autem mansionibus, cum ambularent per vnum, vel duos dies quiescebãt. Rarò enim ambulabant pluribus diebus: nam non reperitur, nisi Exod. capitulo decimoquinto, vbi cum recessissent Israelitę de mari Rubro processerunt diebus tribus per desertum, nõ inuenientes aquas vsque in Marath. Erat autem difficile hoc Iudęis, ideo conquesti sunt: die autem tertio profectionis huius, venerunt in sepulchra concupiscentię, de qua mansione patet sequenti cap.

An in his tribus diebus fecerint mansiones.
Quæst. LIX.

ALIQVIS autem forte dicet, quòd in his tribus diebus Iudęi fecerũt mãsiones tres. Prima die venerunt in Sepulchra cõcupiscentiæ. Secunda die in Aseroth. Tertia in desertum Pharan. Sic enim ordinantur istæ mansiones, vt patet sequenti cap. & infra 12. & 13. Et aliqualiter apparet hęc ex litera. Nam hic dicitur, quòd recubuit nubes in deserto Pharan, ergo ibi fuit mansio. Sed ante desertum Pharan sunt duę mansiones, scilicet, Sepulchra concupiscentiæ, vt patet sequenti cap. & postea Aseroth, vt patet eodem, & infra 12. c. deinde desertum Pharan, vt patet infra 12. cap.

Respondendum est, quòd isti tres dies non fuerũt per tres mansiones, sed vltimo die eorum venerunt in mansionem, quæ dicitur Sepulchra concupiscentiæ. Non enim poterat dici, quòd tribus diebus, postquam recesserũt de Synai venissent in desertum Pharan, de quo infra 13. cap. Nam cum primo venissent in Sepulchra concupiscentiæ, manserunt ibi diebus aliquot, scilicet, per vnum mensem, vt aliqualiter patet sequenti capit. Deinde cum venissent in Aseroth manserunt ad minus diebus septem, quibus Maria soror Moysi fuit leprosa, vt patet infra capitulo duodecimo. Postea autem venerunt in desertum Pharan, vt patet infra capit. 13. ergo non venerunt illuc terra die post recessum de Synai. Aliter tamen nequibant in tribus diebus facere tres mansiones.

Sed dicendum est, quòd ambulauerunt via trium dierum post recessum de Synai non faciẽdo aliquam castrametationem. Nam si intelligeretur, quòd quælibet castrametatio erat vnus dies, non solum diceretur, quòd ambulauerunt itinere dierum trium, sed etiam dierum viginti, vel triginta, cum post montem Synai fuerint plures, quàm triginia mansiones, vt patet infra 33. cap. Et cum dicitur, quòd nubes recubuit in deserto Pharan, non intelligitur de deserto Pharan eo modo, quo habetur infra 13. cap. differentiam autem hanc supra assignauimus. Item magis ex litera illa contrarium apparet, quia nubes requieuit in deserto Pharan, vt patet supra, sed antequam nubes requieſceret non poterat fieri aliqua mãsio. ergo in illis tribus diebus, vsque ad solitudinem Pharan, non fuerunt factæ tres mansiones. Item cum nubes requieuerit in deserto Pharan post recessum de monte Synai, illa erat prima mansio, quę fieret post illum montem, sed ante mansionem factam in solitudine Pharan, de qua dicitur infra 13. capi. fuit duplex mansio, scilicet, Sepulchra concupiscentię, & Aseroth, vt patet sequenti cap. & infra duodecimo. Ergo non est ista solitudo Pharan, de qua dicit hic, sicut illa, de qua dicitur infra 13. cap. *Arca Domini præcedebat eos per dies tres.* Ideſt arca fœderis, in qua erant tabulę præcedebat Israelitas diebus illis tribus, quibus peruenerunt vsque ad mãsionem primam, quæ vocatur Sepulchra concupiscentiæ.

Quomodo arca potuerit præcedere populum; cum dicatur, quòd totum tabernaculum portabatur in medio castrorum. Quæst. LX.

CIRCA arcam istam dubitatur, quomodo potuerit præcedere populũ, quia dicitur, quòd Gersonitę, & Meraritę, & Caathitę portabãt vasa sua in itinere in medio Israelitarum, scilicet, qꝑ præcedebant aliquæ Tribus, & aliquę sequebantur, vt patet supra 2. cap. & declaratum fuit hic.

Rabbi Salomon respondet, quòd ista arca nõ erat arca fœderis, in qua tabulę positę fuerant, & seruabatur in Sanctuario, sed quędam alia arca, in qua seruabantur primę tabulę fractę a Moyse, de quibus Exod. capitulo trigesimosecundo, & ista quamquam non esset in Sanctuario, tamen in magna reuerentia seruabatur, & præcedebat populum apparente nube super illam.

Sed hoc non conuenit, quia non est verisimile, qꝑ tabulę illę fractę a Moyse obseruatę fuerint in aliqua arca, sed magis, quòd fuerint occultatę in terra. Nam ad nullum vsum erant vtiles, quia tabulę solum proficiebant, vt præstarent testimonium legis datæ: propter hoc enim eas Deus vocauit testimonium, & iussit poni in arca, vt patet Exo. cap. 25. sed istę tabulę fractę non proficiebant ad aliquem vsum testimonii, & sicut instrumenta rupta, vel cancellata: ergo non erant conseruandæ. Item potissime hoc tenet secundum positionem Hebręorum.

Quomodo Moyses ausus fuerit frangere tabulas a Deo scriptas. Quæst. LXI.

QVAERIT enim Rabbi Abra. Aben Ezra, quomodo Moyses prorupit in tantam audaciam, quòd auderet frangere tabulas a Deo scriptas.

Respondet. aliquos antiquos Hebręos, & satis rationabiliter sensisse, quòd postquam peccãte populo descenderet Moyses de monte, eo vidente cęperunt literę de tabulis euolare, ita vt nihil scriptũ in eis maneret. Videns autem illas totaliter rasas, & inutiles, tanquã ad nihil aptas confregit, hoc autem dato non erant ponendę in aliqua arca. Item dato quòd istę tabulę fractę fuissent conseruatę, nõ poterat vocari arca, in qua erat arca fœderis. Vocatur tamen hic, quod patet, quia fœdus dicitur esse pactum initum a Deo cum Israelitis, & arca dicebatur fœderis, quia cõtinebat tabulas habentes illud pactum. Sed tabulę fractę non continebant aliquod pactum, quia erant diuisę in particulas, ita vt nihil legi posset, sicut est de literis ruptis. & dato quòd possent congregari particulę tabulæ ad hoc, quòd legeretur scriptum, non facerent fidem, sicut instrumenta rupta, & cãcellata: nõ essent igitur tabulę fœderis, & arca, in qua essent non vocarętur arca fœderis. Item adhuc patet, quia fœdus, & testimonium idem sunt. Vocantur autem tabulę testimonij, quia certitudinem testimonij perhibẽt: hoc autem tabulę fractę non facerent: ergo nec vocarentur tabulę fœderis. Item propter hoc Moyses iterum ascendit in montem ad habendum secundas tabulas, quia primę fractę fidem non faciebant. si autem fidẽ fecissent frustra ascendisset in montem. ergo nõ vocabantur tabulæ fœderis. Item sicut domus ad solum prostrata non est domus: ita tabulæ fractę, & instrumenta rupta non sunt instrumenta, nec tabulæ, sed arca continens vocabatur arca fœderis propter tabulas contentas: ergo illa, in qua essent huiusmodi tabulę non vocaretur arca fœderis. De hac tamen dicitur, quòd erat arca fœderis. ergo ista erat quæ continebatur intra Sancta Sanctorum, in qua recondebantur tabulæ secundæ.

Opinio Nicolai de ista arca, quæ præcedebant populum refellitur. Quæst. LXII.

NICOLAVS autem dicit, quòd ista erat arca fœderis cõtinens tabulas secundas, quę seruabatur intra Sancta Sanctorum. Consueuerat autem semper portari in medio castrorum a Caathitis: nũc autem præcedebat, in quo facit differentiam dicens, quòd quando arca ducebatur per loca hostilia propter timorem hostium ibat in medio castrorum. Cum vero ducebatur per loca secura præcedebat. Item dicit, quòd Deus voluit nũc gloriam arcę. Ista enim fuerat prima mutatio castrorum post fabricationem arcę: ideo voluit eam ostendere glorioſam, dirigendo in via cum præcederet, & assignando castra.

Sed non stat illud, quod dicitur, ſ. qꝑ cum essent loca hostilia arca erat in medio. Cum vero loca ab hostibus tuta, præcedebat: nam nulla erat maior hostilitas contra Iudæos, quàm cũ ingrederentur terram Chanaan Iordane pertransito, ibi tamen arca Domini præcedebat castra Israelitarum per duo millia passuum contra Iericho, vt patet Iosue, capitulo tertio, ita & cũ procederetur ad alia loca. Item non poterant esse loca magis hostilia, quàm cum Iudæi ibant ad pugnandum contra hostes, sed multoties portabant arcam in bellum, vt patet primo Regum quarto capit. ergo non desinebat præcedere arca Israelitas propter timorem hostilem.

Contra Nicolaum. Quòd arca præcedebat Israelitas in omni motu. Quæst. LXIII.

SED dicendum est, qꝑ arca Domini, in qua erat tabulę secundæ præcessit hic Israelitas, & non magis curabatur, an esset in locis hostilibus, quàm in locis tutissimis, vt supra inductũ est. An tamen arca præcederet semper Israelitas per desertum in motu castrorum nõ patet, quia hic dicitur, quòd arca præcedebat eos per dies tres, quod refertur ad istos tres dies, quibus ambulauerunt Iudæi, vsque ad primam castrametationem post montem Synai. Satis tamen videtur dicẽdum quibusdam, quòd præcederet arca Domini Israelitas in omni motu castrorum, quia infra dicitur, quòd cum eleuaretur arca dicebat Moyses; Surge Domine, & dissipentur inimici tui. Cum autem deponeretur dicebat; Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. Sed hoc significat consuetudinem, & non vnicum actũ ex modo verborum. ergo non solũ dixit Moyses hoc semel, sed semper aut pluries dicere consuetus erat, & consequenter multoties præcedebat arca, & semper Israelitas procedentes.

Nisi forte aliquis dicat, quòd ista dicebantur semper in eleuatione arcę, & depositione, etiam si ipsa esset in medio castrorum. vnde non probabitur, quòd ipsa multoties præcesserit.

Respondendum est non posse intelligi de arca, si moueretur in medio castrorum, quia dicitur in verbis Moysi, quando deponebatur arca, reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. Si tamen arca esset in medio non diceretur, qꝑ reuerteretur Deus, qui significabatur esse super arcam, quia qui reuertitur præcedebat. ergo oportet, qꝑ intelligatur de motu arcę in præcessione castrorum, & sic dicetur, qꝑ ipsa postquã facta est semper præcessit castra. non tamen erat ipsa, quæ principaliter dirigebat in via, sed ipsa columna sedens super illam dirigebat, & quãdo stetisset colũna stabat arca. Erat igitur ista præcessio arcę non ad aliquem fructum directionis, quem non sequerentur Israelitæ per motum nubis, sed solum ad gloriã arcę, vt videretur dirigere, & ad maiorem securitatem Iudæorum, quia ipsi intelligebãt gloriam Domini esse in arca. vnde cum ipsa præcederet credebant se tutos ab hostibus a parte anteriori. Quòd autem arca præcesserit semper in motu castrorum aliqualiter colligitur infra cap. 14. cum dicitur de Israelitis, qui contra præceptum Domini voluerunt ascendere contra terram promissionis per locum Amalechitarũ, & Chananęorum. Et dicitur ibi. arca autem testamenti Domini, & Moyses non recesserunt de castris, in quo significatur, quòd ipsa præcedere consueuerat, & tunc non præcessit, si tamen in medio castrorum ipsa moueri consueuisset cum cęteris apparamentis Sãctuarij, non diceret, qꝑ arca non recessit de castris, sed Sanctuarium non recessit. De arca tamen sola dicitur. ergo ipsa aliter se habebat in motu castrorum, quàm reliquum Sanctuarium. Item quia dicitur, quòd non recessit de castris. Si enim arca moueretur in medio castrorum, numquam deberet moueri, nisi cum moueretur castra tota, Innuitur tamen, quòd ipsa moueretur non motis castris, cum dicatur, quòd non recessit de castris, quasi dicat, quòd aliquando consueuerat recedere de castris, & hoc erat in præcessione motus castrorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Determinatio quæſt. præcedentis. Et quomodo portabatur arca, & a quibus. Quæſt. LXIIII.

PRAEDICTA videntur eſſe quibuſdam vera, & continent aliquid erroris. Nam quod dictum eſt de iſta arca, an eſſet arca fœderis, vel alia arca.

Dicendum eſt, ꝙ erat arca, quę erat intra ſancta Sãctorum, in qua erãt tabulę, & manna, & virga Aaron, quæ frõduit, vt dicitur ad Hebrę. 9. & nullam aliam arcam habebant Iudæi, in qua eſſent aliquę alię tabulę, quia tabulę fractę ad nihil proderant, vt dictum eſt ſupra quæſt. 61. & 62. Dicendum etiam, ꝙ iſta arca fœderis præceſſit nunc Iſraelitas cum mouerunt caſtra de monte Synai, vt dicitur in litera. Sed tunc eſt dubium, quomodo illa portabatur, vel a quibus.

Dicunt quidam, ꝙ portabatur a ſacerdotibus propter honorem eius, quia iſtud erat vas ſanctiſſimum in toto Sanctuario. Sed dicetur, ꝙ non ſtat. Primo, quia ad ſacerdotes nõ pertinebat portare aliqua onera. Nam Deus diſtinxerat officia inter ſacerdotes, & Leuitas: ſacerdotibus autem commiſerat, quòd miniſtrarent in Sanctuario. & nõ quòd portarent aliqua onera ſupra 3. & infra 18. cap. Leuitis autem commiſerat, ꝙ portarent onera ſupra 3. capit. ideo ſacerdotes non portarent arcam. Secundo, quia Deus præceperat ſpecialiter familiæ Caathitarum portare arcam ſ. 3. & 4. cap. ideo nullo modo pertineret ad ſacerdotes.

Sed aliqui obijciunt, quòd ſacerdotes portarent illam: nam ſic portauerunt in tranſitu Iordanis, vt patet Ioſue 3. cap. ita ergo portarẽt nunc. Secundo, quia dicunt, quòd quãdo arca portanda erat in medio caſtrorum portabatur a Caathitis, tamen quando portabatur extra caſtra præcedendo, illa nõ portabatur a Leuitis, ſed a ſacerdotibus, ſicut fuit in tranſitu Iordanis, & introitu in terram Chanaan. Nam præcedebat arca per duo millia paſſuum ad totum populum, vt patet Ioſue tertio cap. & tunc portabatur a ſacerdotibus. eodem cap.

Dicendum, quòd arca non portabatur tunc a ſacerdotibus, ſed a Leuitis propter cauſas ſupra poſitas. Secundo, quia dato ꝙ pertineret ad officium ſacerdotum portare arcam, & vellent illam portare non poſſent, quia erant ſoli tres ſacerdotes, ſcilicet, Aaron & duo filij eius Eleazar, & Ithamar ſupra 3. cap. & tamen tres non poterant portare arcam, quia ſaltẽ erãt neceſſarij quatuor, qui portarent eam per quatuor extremitates duorum vectium. Exo. 25. cap. Tertio, quia Aaron, qui erat vnus iſtorum trium, non eſt veriſimile, ꝙ portaret arcam, quia ipſe erat ſummus ſacerdos: ideo non portaret aliqua onera.

An pertineret ad ſacerdotes portare arcam. Et quare portarunt arcam per Iordanem. Et quòd etiam aliàs portauerint. Quæſt. LXV.

CVM autem obijcitur, ꝙ pertineret ad ſacerdotes portare arcam, quia portauerunt eam per Iordanẽ. Dicendum, ꝙ illud fuit aliquid ſpeciale. Nã ibi Deus volebat diuidere Iordanem manente arca intra aquas, & nũquam aliquid tale factum eſt: ideo ad exaltationem huius miraculi voluit Deus ſpecialiter, ꝙ ſacerdotes portarent arcã: hic autem nihil tale fuit: ideo nõ portabant ſacerdotes arcam, ſed Leuitę, ad quos pertinebat. Item iſtud non fuit non portare arcam per viam, ſed fuit tenere eam in aquis Iordanis, quouſque tranſiret populus, vt colligitur Ioſue 3. portatio autem magis ptinebat ad Leuitas, quàm ad ſacerdotes. Ad ſecũdum cum dicebant, quaſi regulam dando, ꝙ quando ibat arca in medio Iſraelitarum portabatur a Leuitis, cum autem præcedebat caſtra portabatur a ſacerdotibus, non eſt concedendum, quia ſcriptura nõ ponit aliquã diſtinctionem talem, ſed abſolutè officium portandi arcã tribuit Leuitis, vt patet ſupra 3. & 4. cap. Dicendum tamen eſt, ꝙ aliquando inueniunt ſacerdotes portaſſe arcam, & hoc numquam fuit, niſi in aliquo opere ſpeciali, & mirabili: ſic enim fuit quando Ioſue cũ Iſraelitis de vltima manſione deſerti venturi erant ad Iordanem. Nam tunc ex ipſa manſione, vſque ad Iordanem ſacerdotes portauerunt arcam præcedentes populum per duo millia paſſuum Ioſ. 3. c. cum etiam diuidendus fuit Iordanis introierunt ſacerdotes portãtes arcam in aquas Iordanis, & tamdiu ſteterunt ibi quouſque tranſiuit totus populus per alueum arentẽ, & poſtea aſcenderunt ſacerdotes de alueo portantes arcã Ioſ. 4. c. an tamen poſt exitũ de Iordane, vſque ad locum caſtramerationis, vſque ad Galgalã, vbi illa nocte caſtrametati ſunt Iſraelitę portauerunt ſemper ſacerdotes arcã, vel ſucceſſerint in hoc Leuitę, nõ ſatis patet Ioſue 4. Iterum autem ſacerdotes portauerunt eam, quando debuerunt corruere muri Iericho: nam iſtud erat opus admirabile, quod numquam auditum fuerat, ſ. ꝙ muri totius vrbis nullo impellente p ſeipſos corruerint, & quia hoc factum eſt in preſentia arcę, voluit Deus, ꝙ tũc arca portaretur a ſacerdotibus, quia hoc pertinebat ad maiorem honorem. iſtud patet Ioſ. 6. Sed poſt hoc non legitur, ꝙ ſacerdotes portauerint arcã, ſed ſoli Leuitę portabant eam, ad quorum officium pertinebat. Sic patet 1. Paralipo. 15. vbi Dauid volebat magnã feſtiuitatem celebrare trãſferẽdo de domo Obethedom arcã Dei in domum ſuã, & ad hoc non fecit, ꝙ portaretur a ſacerdotibus, ſed a Leuitis: ideo dixit illicitum eſſe portari ab alijs, propter quod fecit conſecrari Leuitas, vt poſſent portare illam cum dicitur. eod. cap. tunc dixit Dauid illicitum eſt, vt a quocunque portetur arca Dei, niſi a Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam. & poſtea dicitur. eo. cap. cumque adiuuiſſet Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur ſeptem tauri, & ſeptem arietes. ita ergo in præſenti cũ non fieret aliquid admirandum, non portarent ſacerdotes arcam, ſed Leuitæ.

Soli Leuitæ portabant arcam: ſacerdotes autem non niſi propter aliquid valde admirandum. Et quòd Oza inordinatè portauit arcam. Quæſt. LXVI.

ADHVC obijcietur, ꝙ alijs tẽporibus ſacerdotes portabãt arcã, ſ. qñ ibatur ad bellã, vt 1. Reg. 4. c. ibi duo filij Heli ſacerdotis magni portauerunt arcã. Secundo, quia qñ arca mota fuit de Gabaa in Ieruſalem, & poſita eſt in domo Obethedom, ſacerdotes portabãt arcã: nã Oza ſacerdos filius Aminadab portabat arcã. 2. Reg. 6. c. & 1. Paralip. 13. ergo licebat ſacerdotibus alijs tẽporibus portare arcã. Dicendum eſt, ꝙ arca non portabatur a ſacerdotibus, ſed a Leuitis, quia Deus ſtatuerat eos ad portandũ arcã, & nõ ſacerdotes ſ. 4. c. niſi eſſet aliquid valde admirãdũ, ſicut fuit in diuiſione Iordanis, & in caſu murorũ Iericho: alias aũt ſolis Leuitis licebat portare eã, ſicut dixit Dauid 1. Parali. 15. Ad primũ in ōrium dicendũ, ꝙ falſum prẽſupponit: nã filij Heli in ſummi ſacerdotis non portabãt arcã, nec poterãt portare, quia erãt ſoli duo, ſ. Ophni, & Phinees. 1. Reg. 2. & 4. c. & iñ arca nõ poterat portari, niſi ſaltẽ a quatuor ꝙ extremitates duorũ vectiũ, vt innuit Exo. 25. Sed dico quia litera, q̃ allegatur 1. Reg. 4. c. nõ innuit, ꝙ iſti duo ſacerdotes portabant arcã, ſed potius, ꝙ cuſtodiebant, eã tanq̃ principes, cum eſſent filij ſummi ſacerdotis, quia dicitur eod. cap. erant duo filij Heli cum arca fœderis Domini. Et ſic non dicitur, ꝙ portabant eam, ſed quòd erant cum ea, ideſt in cuſtodia eius.

Ad ſecundum, quod dicebatur de Oza ſacerdote, quod portabat arcam. Dici poteſt vno modo, quòd ille non erat ſacerdos, ſed Leuita. quia 2. Reg. 6. & 1. Paralipo. 13. cap. vbi de hoc agitur, non ſatis oſtenditur an eſſet ſacerdos, vel Leuita, licet quid horum fuerit ibi declarabitur. Secundo, quia dato quòd ille eſſet ſacerdos nihil inde probatur, quia ex eis, quæ fiunt inordinatè non probatur aliquis ordo, & tamen illa portatio facta per Ozam fuit inordinata. Sic enim innuit Dauid 1. Paralipome. 15. cum ait. vos qui eſtis principes familiarum Leuitarum, ſanctificamini cum fratribus veſtris, & afferte arcam Dei Iſrael ad locum qui præparatus eſt, ne vt a principio, quia non eratis præſentes percuſſit nos Dominus, ſic & nunc fiat; & ita innuit, quòd illicitè fuit portata arca, quando portauit eam Oza, eo quòd non fuit tunc portata a Leuitis. Tertio, quia ibi fuit etiam alius error, quia arca portata eſt ſuper plauſtrum. 2. Regum 6. & 1. Paralipome. 13. Iſtud autem erat illicitum, quia arca portari debebat humeris hominum, & non ſuper plauſtra, quia portabatur a Caathitis ſupra tertio, & quarto capitulo, & illis non erant data aliqua plauſtra ad portandum onera ſua, ſicut alijs Leuitis, ſed iuſſum eſt, quòd portarent onera humeris ſuis ſupra ſeptimo capitulo: ideo licet portaretur a Leuitis, vel a ſacerdotibus, aut quibuſcunque alijs neceſſe erat portari illicitè: vnde ex hoc non poteſt ſumi aliquod argumentum, qualiter arca portarẽtur, vel portari deberet.

Opinio quorundam, quòd Moyſes portabat nunc arcam. Sed quòd Moyſes numquam portauit arcam probatur. Quæſt. LXVII.

ALIQVI dicunt, quòd Moyſes portabat nunc arcam. Motiuum iſtorum eſt, quia dicitur infra in litera, cumque eleuaretur arca dicebat Moyſes; Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, cum autem deponerent dicebat, reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.

Dicendum, quòd non eſt verum, quia Moyſes nũquam portauit arcam. Nam ſi ex litera illa arguatur dicetur, quòd ſolus Moyſes portabat arcam, quod falſum eſt, quia non poterat portari a paucioribus quàm a quatuor, vt ſupra dictum eſt. Secundo, quia Moyſes erat princeps totius populi: ideo non pertineret ad eum officium portandi onera, ſed ſolum iubendi, & ordinandi de rebus totius populi. Tertio, quia etiam ſi Moyſes nullius dignitatis eſſet, ſed ageretur cum eo ex vigore legis, non deberet portare arcam, quia portare onera Sanctuarij nõ pertinebat, niſi ad Leuitas, qui erant inter annum triceſimum, & quinquageſimum ſupra quarto, & octauo capitulo. Moyſes tamen erat nunc annorum octuaginta duorum, quia in anno, quo eduxit Iſraelitas de Aegypto erat annorum octuaginta Exod. 7. capit. & nunc erat ſecundus annus ab exitu de Aegypto, vt patet hic in litera, & ſupra primo capitulo: ideo non pertinebat ad eum portare arcam. Quarto, quia iſtud motiuum nihil facit, ſed potius ex verbis literę ſignatur, quòd Moyſes non portabat arcam, ſed alij, quia dicitur: cumque eleuaretur arca dicebat Moyſes, ideſt cum eleuaretur per alios Moyſes dicebat, ſurge Domine. non ergo portabat Moyſes arcam, nec erat vnus de portantibus, ſed erat prẽſens cum ea quando portabatur, & ideo loquebatur ille, ſurge Domine, &c.

Quomodo arca portabatur cum præcederet Iſraelitas. Et quòd ſacerdotes ibant cum ea, & etiam Moyſes. Quæſt. LXVIII.

SED quæretur nunc cum arca præcederet Iſraelitas vadẽs extra caſtra, quomodo portabatur? Aliqui dicunt, ꝙ arca erat vnum de vaſis Sanctuarij, cuius portatio pertinebat ad Caathitas ſupra 3. & 4. capitu. ſed ipſi quoque portabant omnia alia vaſa Sanctuarij, quæ non erant partes eius. eodem cap. ergo ſimul alij Caathitę portarent onera ſua cum Leuitis, qui portabant arcam, & ſic tota familia Caathitarum præcederet caſtra cum vaſis ſuis. Item dicunt, ꝙ cum totum Sanctuarium deberet portari ſimul, vt non diuiderentur res ſacræ inter ſe, quòd non ſoli Caathitæ, ſed etiam omnes alij Leuitę portantes aliqua onera Sanctuarij irent ſimul cum arca præcedendo caſtra.

Dicendum, quòd non eſt verum, quod dictum eſt ſed ſola arca præcedebat caſtra. Cętera autem vaſa Sanctuarij, & partes eius manebant in ordine ſuo in medio Iſraelitarum. Item quia de arca erat aliquid ſpeciale, ſcilicet, qa apparebat ibi gloria Domini, & loquebatur ſuper eam Deus in medio duorum Cherubim ſupra 7. capit. quod non fiebat in aliquo de vaſis Sanctuarij: ideo erat aliqua cauſa, ꝙ ipſa præcederet, ſed de nullo aliorum vaſorum erat talis cauſa, cũ non appareret in eo aliqua ſpecialis ſanctitas.

Dicendum autem, ꝙ arca cum præcederet caſtra portabatur a Leuitis Caathitis, & ſaltẽ illi eſſent quatuor, quia non poterat portari a paucioribus, vt dictũ eſt: cum illis autem irent multi alij Caathitę ad hoc, ꝙ mutarent vices portandi arcam: quia ijdem Leuitę non poterant ſemper portare onus, ſed aliquãdo pauſarent ſuccedentibus alijs in portatione oneris. De ſacerdotibus etiam, ideſt de Aaron, & filijs eius dicendum, ꝙ irent ſimul cum arca; licet ipſi non portarent eam; quia ſacerdotes procedebãt in via cum Leuitis, qui erant de Tribu ſua, ſed nullus locus cõuenientior erat, in quo ipſi procederent, quàm ſimul cum arca: ideo irent cum ea. Item patet ex ordine caſtrametandi, quia cum caſtra fixa eſſent Leuitæ manebant in circuitu Sanctuarij, & tamen ad oſtium eius erat Aaron cum filijs ſuis ſupra tertio capitudo, & iſtud erat ad maiorem cuſtodiam Sanctuarij. ergo cum arca eſſet vas optimum Sanctuarij irent ſacerdotes cum ea ad honorem, & cuſtodiam eius. Item patet ſimile, quia quando arca portabatur ad bella, licet a Leuitis portaretur, tamen ſacerdotes honorabiliſſimè ibant cum illa ad cuſtodiam eius. Sic fuit quando portata eſt ad bellum contra Philiſthinos 1. Reg. 4. c. cum dicitur, ꝙ duo filij Heli ſummi ſacerdotis erant cum arca, & quando Saul iterum iuit cõtra Philiſthinos ibat arca cum eo, & cum arca erat Achias ſacerdos, qui ibi conſuluit Dominum 1. Reg. 14. & ille dicebatur eſſe ſummus ſacerdos. ergo nũc omnes ſacerdotes, quotquot eſſent, irent cum arca, cum nihil aliud faciendũ haberent. De Moyſe quoque dicendũ eſt, ꝙ ipſe iret cum arca. & patet primo ex eo, quod dr̃ in litera, ſ. cũ eleuaretur arca dicebat Moyſes; Surge Dñe, & diſſipentur inimici tui, cum aũt deponeretur dicebat, reuertere Domine ad multitudinẽ exercitus Iſrael, ſed non poterat Moyſes eſſe præſens arcę, quando eleuabatur, & deponebatur, niſi iret cum illa. ergo ẽt Moyſes ibat cum arca. Secundo, quia videtur, ꝙ cũ Moyſes eſſet princeps, tam ſacerdotum, quàm Leuitarũ, & nihil eſſet ſanctius in omnibus vaſis Dei, q̃ arca, nõ habebat Moyſes cauſam eundi in alio loco, niſi cum arca. Tertio, quia videtur, ꝙ iſta erat conſuetudo de motu arcę, ſcilicet, quòd illa nũquam moueretur ſine

Moyſe, neque Moyſes ſine illa ad progrediendum in via. Sic colligitur infra quartodecimo, cum dicitur, ꝙ totus populus receſſit de caſtris ad eundum in terram Chanaan. Et quia Moyſes noluit ire, non fuit mota arca: cum dicitur. eodem cap. ſcilicet, arca autẽ teſtamenti Domini, & Moyſes nõ receſſerunt de caſtris. De omnibus aũt alijs Caathitis, & Meraritis, & Gerſonitis dicendum, ꝙ non ibant cum arca, ſed procedebant in medio Iſraelitarum in ordine ſuo. Ad duas rationes in contrarium reſpondebitur quæſtio. ſequenti.

An ſit verum, quòd arca præcedebat Iſraelitas per tres dies, & an iret cum nube, vel ſine illa, aut diſtans a caſtris, vel coniuncta. Et an Leuitæ irent ſimul omnes. Quæſt. LXIX.

SED aliquis dicet, quòd iſta litera non poteſt ſtare, cum dicitur. Arca Domini præcedebat eos per tres dies, quia ſignificatur, quòd ibat extra Iſraelitas. Deus tamen ſtatuerat, ꝙ in motu caſtrorum eſſet iſte ordo, ſcilicet, ꝙ primo procederent tres tribus, quę erant ſub vexillo Iudę: deinde tres Tribus, quæ erant ſub vexillo Ruben: deinde omnes Leuitę portantes Sanctuarium iuxta officia ſua, poſtea tres Tribus, quæ erant ſub vexillo filiorum Ephraim. vltimo illi, qui erant ſub vexillo filiorum Dan. ſupra ſecundo cap. ergo teneretur ille ordo, & procederet arca in medio Iſraelitarum, & non præcederet.

Secundo, quia lex illa fuerat ordinata in monte Synai, vt patet ſupra 1. & 2. cap. Sed nunc recedebant Iſraelitę de monte Synai, vt patet hic in litera. ergo nõ eſt veriſimile, ꝙ ſtatim violaretur antequã inciperet obſeruari: nõ ergo pcederet caſtra, ſed iret in medio.

Aliquis dicet, ꝙ illa lex fuit aliquando ſeruata, & vt communiter ſeruabatur, & tamen nunc ex aliqua cauſa ſpeciali non fuit ſeruata, & præceſſit arca.

Sed obijcietur, ꝙ etiam nunc fuerit ſeruata, quia ſupra in litera ponitur ordo recedendi de monte Synai, & dicitur, ꝙ mouerunt caſtra primi illi, qui erant ſub vexillo filiorum Iudæ: deinde qui erant ſub vexillo Ruben, & tunc ſequitur. profectique ſunt Caathitę portantes Sanctuarium. tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum, & poſtea dicitur, ꝙ proceſſerant, qui erant ſub vexillo filiorum Ephraim, & ad vltimum, qui erat ſub vexillo Dan. Et ſic Caathitæ cum Sanctuario ibant in medio, ſed Caathitę portant arcam ſupra 3. & 4. cap. ergo non præcedebat arca, ſed ibat in medio.

Dicẽdum, ꝙ arca præceſſit hic omnes Iſraelitas in motu, quaſi dirigens in via, & neceſſe eſt hoc concedi, cum litera dicat hic. arca fœderis Domini præcedebat eos per dies tres.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ ordo procedendi poſitus ſupra 2. cap. fuit ille, qui ſemper ſeruabatur per deſertum, & tamẽ nunc in receſſu de mõte Synai propter aliquam cauſam ſpecialem, de qua infra dicetur, præceſſit arca. Sic etiã erat lex, ꝙ arca portaretur a Leuitis ſupra 3. & 4. cap. & illicitum erat portari eam ab aliquo alio. 1. Paralip. 15. ca. tamen interdum ex aliqua ſpeciali cauſa portabatur a ſacerdotibus, ſicut fuit in tranſitu Iordanis, & in caſu murorum Iericho Ioſue 3. & 6. cap.

Ad ſecundum dicendum verum eſſe, ꝙ iſta lex de ordine procedendi facta eſt in monte Synai, & ſeruata fuit ibi quantum ad omnia, ſ. quantum ad ordinem procedendi omnium Iſraelitarum, etiam quantum ad ordinem procedendi omniũ Leuitarum, præterquam in arca, quę non fuit in medio, ſed præceſſit propter aliquã cauſam ſpecialem, de qua infra dicetur.

Ad tertiam rationem cum obijcitur, ꝙ hic etiã arca fuit in medio. Dicendũ, ꝙ non eſt verum: & quando dicitur in litera, ꝙ poſt duo vexilla, & tres Tribus profecti ſunt Caathitæ portantes Sanctuarium. Dicẽdum, ꝙ verum eſt, ſed ipſi non portabant arcam.

Et cum obijcitur, quòd Caathitę portabãt arcam. Dicendum, quòd Caathitę erant multi, & portabant omnia vaſa Sanctuarij, quę non erant partes eius, & nominantur ſupra 3. & 4. cap. Arca autem erat vnum de his vaſis, & ſic Caathitæ qui portabant arcã præcedebant nunc omnes Iſraelitas. Illi vero, qui portabãt cętera vaſa Sanctuarij ibant in medio Iſraelitarum in ordine ſuo. Cum autem dicitur in litera: profecti ſunt Caathitę portantes Sanctuarium, intelligitur de omnibus alijs Caathitis, qui portabãt cętera vaſa Sanctuarij præter arcam. Et propter hoc dicitur abſolutè portantes Sanctuarium, quaſi totum portarent, quia nõ deerat niſi arca. Ex prędictis poteſt reſpõderi ad duas rationes factas prędcenti quęſt. quę innuebant, ꝙ arca cum toto Sanctuario præceſſerit caſtra cum omnibus Leuitis.

Ad primam dicendum verum eſſe, ꝙ Leuitę portabant, tam arcam, quàm reliquum Sanctuarium, & vt communiter omnes ibant ſimul, & arca cũ cęteris vaſis, & tamen nunc ex cauſa ſpeciali prędceſſit ſola arca: alia autẽ vaſa Sanctuarij manſerunt in ordine ſuo.

Ad ſecundam dicendum, ꝙ licet Leuitę diuidentur in tres familias, & haberent onera trium modorũ, vt patet ſupra 3. & 4. capi. tamen omnes familię Leuitarum ibant ſimul in procedendo; ita ꝙ nullus de Leuitis miſceretur eis, quamquam ipſi non miſcerẽtur inter ſe, ſed quęlibet familia per ſe ibat: & iſte erat ordo eorum procedendi ſupra ſecundo cap. Aliqui autem putant, ꝙ non irẽt ſimul, ſed ꝙ in motu caſtrorum præcederent tres Tribus, quę erãt ſub vexillo Iudæ, & ſtatim procedebant Gerſonitę, & Merarite portãtes onera ſua: deinde ſequebantur tres Tribus, quę erant ſub vexillo Ruben, & poſtea ſequebantur Caathitę portantes vaſa ſua. Iſte ordo innuitur in litera, & tamen verum eſt, ꝙ omnes familię Leuitarum ſimul ibant in medio caſtrorum, vt innuitur ſupra 2. cap. vt ſupra declarauimus: & tamẽ ſiue vno modo, ſiue alio dicaẽ non prędcedebat aliquis Leuita Iſraelitas in motu: ideo neque aliqua pars Sanctuarij: nunc tamen ex cauſa ſpeciali prędceſſit arca.

An ſemper arca præceſſerit in deſerto Iſraelitas, vel ſolum nunc. Quæſt. LXX.

QVAERETVR cum dicatur hic, ꝙ arca Domini prędcedebat Iſraelitas per tres dies. An iſtud fuerit ſemper quamdiu Iſraelitæ fuerunt in deſerto, vel ſolum fuit nunc.

Aliqui dicunt, ꝙ iſtud fuit per totũ deſertum: & patet primo, quia dicitur hic. Arca Domini præcedebat eos: & iſtud ſignificat conſuetudinem: nam ſi vna vice tantum fuiſſet factum, non diceretur præcedebat eos, ſed præceſſit eos. Secundo patet, quia dicitur in litera, ꝙ cum eleuaretur arca dicebat Moyſes; Surge Domine: cũ aũt deponeretur dicebat, reuertere Dñe ad multitudinem exercitus Iſrael, & tñ ſi arca iret in medio caſtrorũ non diceret Moyſes, reuertere Dñe, quia nõ reuertitur ad aliquos, niſi qui pceſſit eos, vel receſſit ab eis. ergo extra caſtra ibat arca, qñ Moyſes iſta dicebat. Si aũt obijciaẽ, ꝙ hoc fuit ſemel, qñ arca pceſſit de monte Synai: nã tunc potuit dici, reuertere Domine, eo ꝙ arca prædcedebat, & videbatur Deus eſſe extra caſtra. Dicendum, quòd non ſtat, quia dicitur in litera: cumque deponeretur dicebat Moyſes, reuertere Domine, ſed deponeret, ſignificat cõtinuationem, dinem, quia ſi eſſet vnicus actus diceretur cum depoſita fuit. ergo videtur, quòd ſemper prædcedebat arca, & ita conſuetum erat, ꝙ Moyſes diceret quandocunque deponebatur, reuertere domine, &c.

Tertio, quia ſi iſtud non eſſet conſuetum nõ videretur, ad quid cur nũc prædcederet arca recedendo de monte Synai: ſed dicitur, ꝙ prędcedebat. ergo videtur, quòd iſta erat conſuetudo, & regula, vt deberet arca prædcedere per totum deſertum, & poneretur hic potius quàm alibi, quia iſta fuit prima mutatio caſtrorum poſt factam arcam, ponitur hic de ordine procedendi eius. Nam in monte Synai arca fabricata eſt, & cum hic in prima mutatione dicatur, quòd arca prędceſſerit, intelligẽdum videbatur, quòd poſtea ſemper ita fuerit.

Quarto, quia manebat cauſa prędceſſionis arcę. nam dicitur, quòd prędcedebat ad diſponendum locum caſtrorum, & tamen conueniens erat Iſraelitis, quòd ſemper diſponeretur eis locus caſtrorum: ideo conueniens erat prędcedere ſemper arcam.

Quinto patet, quòd ita ſemper factum fuerit per deſertum: nam etiam in vltima caſtrametatione deſerti, quando tranſierunt Iſraelitæ Iordanem prędcedebat arca per duo millia cubitorum, Ioſue 3. cap. de toto ergo tempore intermedio videtur ita iudicandũ eſſe, & iſtud tenent aliqui pro firma veritate.

Opinio quorundam, quòd arca non præcedebat ſemper Iſraelitas per deſertum. Quæſt. LXXI.

IN contrarium videtur, quòd arca non prędcedebat ſemper Iſraelitas per deſertum, ſed ſolum nunc prędceſſit. Primo patet, quia Deus dedit ordinem locandi caſtra ſupra ſecundo cap. & ponitur arca cum Sanctuario in medio: ideo in proceſſu talis debet eſſe ordo, quòd arca, & Sanctuarium ſint in medio. Secundo, quia etiam ſupra ſecundo capit. ponitur ordo procedendi, & dicitur, quòd qui erant ſub vexillo Iuda prius mouerunt caſtra: deinde qui erant ſub vexillo Ruben: & poſtea ſequitur: leuabitur autem tabernaculum teſtimonij per officia Leuitarum, & turmas eorum. & ponitur de toto tabernaculo, quia nulla pars eius excipitur: & poſtea dicitur de alijs duobus vexillis, quòd ſequerentur: ideo ordo datus ad procedendum erat, quòd totum Sanctuarium cum arca procederet in medio. Tertiò patet, quia Ioſephus lib. 3. Antiquita. Ponens ordinem procedendi, dixit arcam ire in medio ſex Tribubus prædcedentibus, & totidem ſequentibus. Quarto, quia videtur litera ſignificare iſtud hic, inquantum dixit arca fœderis Domini prędcedebat eos per dies tres, & ſic innuit, quòd non prædceſſit arca, niſi in iſtis tribus diebus primis poſt receſſum de monte Synai, quia ſi generale eſſet, quòd arca prędcederet Iſraelitas non diceretur, quòd prędcedebat per dies tres, ſed abſolutè, ꝙ prædcedebat: ſcriptura tamẽ limitauit tempus: ergo videtur, quòd non prædceſſerit, niſi in his tribus diebus, & poſtea ſemp iuerit in ordine ſuo in medio caſtrorum. Niſi forte aliquis dicat, quòd prædcedebat per dies tres, ideſt ſemper recedebat de caſtris tribus diebus. antequam mouerentur caſtra, & ita prædcedebat per tres dietas. Sed hoc falſum eſt, ſicut infra declarabitur.

Dicendum, quòd iſtæ duæ poſitiones habent ſatis de apparentia propter aliqua motiua earum, tamen ſecunda eſt vera, ſcilicet, quòd arca non prædceſſerit ſemper, ſed ſolum nunc, vel ſi aliquando fuiſſet aliqua cauſa ſpecialis prędcedendi, de quo nõ legitur in toto deſerto.

Reſponſio ad rationes primæ poſitionis, ſcilicet, quòd præceſſerit arca per totum deſertum. Quæſt. LXXII.

NVNC reſponderi poteſt ad motiua cõtrariæ poſitionis, quæ ſunt ſupra quæſt. 70.

Ad primum dicendum, quòd iſtud verbum prędcedebat ſignat actum, qui continuatur, & nondum eſt completus, non tamen innuitur, quòd erat conſuetum in omni mutatione caſtrorum prædcedere arcam: ſed dicitur hoc, quia ille actus durauit per tres dies, & quia tres dies non ſunt ſimul extendebatur iſte actus prædcedẽdi per eos: & dicitur quòd prædcedebat per tres dies, ideſt in omnibus illis tribus diebus.

Ad ſecundum dicendum, quòd iſtud poteſt ſignificare conſuetudinem, & non illam ſignificat, ſcilicet, quòd non ſolum in hac mutatione prima caſtrorum Moyſes dixit iſtud, ſed etiam in omnibus: nam quandocunque eleuabatur arca, vt portaretur dicebat Moyſes. Surge Domine, & quando deponebatur dicebat. reuertere Domine. Cum autem obijcitur, quòd non poterat dici reuertere, niſi arca eſſet extra caſtra. Dicendum, quòd intelligitur reuertere Domine, ideſt iam non procedas, ſed ſta, quia quamdiu mouebaẽ arca videbatur, ꝙ Deus moueretur, & ſi nõ ceſſaret moueri ceſſante arca videretur, ꝙ ibat extra multitudinem Iſrael, & recedebat ab eis: ideo dicebat Moyſes reuertere, ideſt non procedas vltra, ſed mane, & patet quòd ſic intelligatur, quia alias, ſiue ſemel tãtum arca prędceſſerit, ſiue ſemper procedere oportebat dicit eam elongatam eſſe a caſtris, iuxta illos, qui dixerunt, quòd prędcedebat per tres dietas. Sed falſum eſt, quia arca ibat in fronte caſtrorum, quia non poteſt aliter poni, & ſic non erat extra caſtra. Dicebatur tamen, quòd Deus reuerteretur: ideo non poteſt accipi, quòd arca eſſet elongata, nec in iſta vice, quę prędceſſit, neque in alijs, ſed ſemper competebat hoc, ſiue arca iret in medio exercitus, ſiue in fronte, ꝙ reuerteretur Deus, ideſt non procederet, ſed ſtaret.

Ad tertium dicendum, quòd aliqua cauſa ſpecialis fuit, quare prædcederet nunc, & non ſemper, vt dicetur ſequenti quæſt. ideo non ponitur hic iſtud pro regula, quòd ſemper ſic prædceſſerit, ſed pro vna vice tantum. cum dicatur, quòd prædcedebat per tres dies, ideſt non prædceſſit, niſi in illis tribus diebus.

Ad quartum dicendum, quod non manſit ſemper iſta cauſa prædceſſionis arcæ, quia licet nunc prædceſſerit ad prouidendum locum caſtrorum, non fuit poſtea neceſſaria talis prouiſio, vt infra dicetur.

Ad quintum dicendum, quòd illud nihil probat; nam ibi fuit cauſa ſpecialis, & neceſſaria, vt arca deberet prædcedere, quę tamen non erat in deſerto, vt dicetur quęſt. ſequenti.

Quare nunc arca prædceſſit, & non poſt. Et duæ cauſæ quare arca prædcedebat. Quæſt. LXXIII.

SED quęretur cum generale eſſet, quòd arca cum toto Sanctuario procederet in medio exercitus, quomodo nunc prędceſſit Iſraelitas.

Aliqui dicunt, quòd non fuit propter aliquam cauſam, neque aliquid conferebat, ſed ſolum fuit ad gloriam arcę.

Dicendum, ꝙ non ſtat, quia in litera ponitur aliqua cauſa prędceſſionis, ſcilicet arca Domini prędcedebat prouidens caſtrorum locum: ſed iſtud erat aliquid facere. ergo non erat verum, quòd ſine cauſa prędcedebat. Tenendum eſt, quòd fuit aliqua cauſa ſpecialis, quare prędceſſerit nũc, quia ita fieri ſolet, quòd agatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

interdum cõtra regulam propter specialem causam, F
sicut ad solos Leuitas pertinet portare arcam supra 3. & 4. cap, aliquando tamen portauerunt illam sacerdotes propter aliquid speciale, sicut in transitu Iordanis, & casu murorum Ierico Iosue 3. & 6. capit. Sic igitur erat generale, quòd arca procederet in medio: aliquando tamen ibat in principio, sicut fuit ad transitum Iordanis, & ibi fuerunt duæ causę, quare arca præcederet. Prima, quia volebat Deus diuidere Iordanem ad transitum Iudæorum; sed hoc facere volebat per pręsentiam arcæ: ideo voluit, quòd arca præcederet intrando prius in Iordanem. Secundo, quia erat arca necessaria ad dirigendum Israelitas in motu, cessauerat enim ibi columna nubis, quæ solebat præcedere Israelitas in deserto. Nam sicut cessauit manna statim, vt introierunt Israelirę in terram Chanaan Iosue quinto cap. ita cessauit columna nubis antequã intrarent in terram Chanaan iuxta Iordanem: ideo oportebat, quòd haberent iam aliud directiuum loco nubis: & istud fuit arca. patet hoc Iosue tertio, scilicet, quando videritis arcam, & sacerdotes portantes eam, surgite & sequimini, sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duorum millium, vt possitis procul videre, & nosse, per quam viam ingrediamini, qa prius non ambulastis per eam.

Ita in præsenti erant duæ causæ ad hoc, quòd arca prędederet. Prima fuit ad disponendum locum ca- H
strorum, sicut in litera dicitur. Arca Domini præcedebat prouidens castrorum locum. & forte fuit hic aliqua specialis causa prouidendi locum castrorum. quod nõ fuit in alijs castrametationibus: ideo solum nunc præcessit. Secunda fuit ad ostendendum Israelitis excellentiam arcę, vt putarent ibi esse diuinã virtutem, & consolarentur, atque considerent habendo illam secum, sicut è contrario Philisthini quando viderunt arcam Dei venisse in castra timuerunt valde dicentes. Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicẽtes. veh nobis, quis nos liberabit de manu deorũ sublimium istorum 1. Reg. 4. ca. Et ad hoc volebat Deus innuere Israelitis, quòd per pręsentiam arcę conferebantur eis bona multa: & quia nunc arca nouiter facta fuerat, voluit quòd prędederet castra, quasi per virtutem illius disponeretur locus castrorum, & liberarentur Israelitę ab omnibus malis. Postea autem non fuit istud necessarium, cum semel arca haberetur in honore: ideo postea non prędessit.

Quomodo arca prouidebat locum castrorum.
Quæst. LXXIIII.

ADHVC quæretur quomodo arca prouidebat locum castrorum. Aliqui dicunt, quòd illa prędedebat ad signãdum locum castrametationis, scilicet, quòd vbi illa staret figerentur castra, & per locum per quem illa moueretur, procederent Israelitę.

Sed obijcietur, quòd arca non proderat ad istud, qa hoc faciebat columna nubis, quæ mouebatur ab Angelo, & prędedebat in fronte exercitus, & assignabat locum castrametandi, & tempus recedendi. K

Aliquis dicet, quòd nunc non erat nubes, quę dirigeret. ideo fuit arca necessaria ad dirigendum in via.

Dicendum quòd non stat, quia nubes semper dirigebat, siue per diem, siue per noctem, Exod. 13. capit. scilicet: Dominus prędedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis, & per noctẽ in colũna ignis, vt dux esset itineris in vtroque tempore, numquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo. Item patet specialiter in isto recessu de monte Synai, quòd fuerit columna dirigens, vt patet supra in litera, scilicet, anno secundo eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Israel de deserto Synai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. & sic apparet per totam viam de deserto Synai, vsque ad desertum Pharan, vbi castrametati sunt, direxit eos nubes. Item patet hic in litera, quia cum dicitur arca Domini prędedebat eos prouidẽs castrorum locum, sequitur. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent. ergo nubes prędedebat, & illa prouidebat locum castrorum.

Adhuc dicũt isti, quòd arca prouidebat locum castrorum, quia dirigebat ad illum. Sic enim Iosue 3. iubetur, qp Israelitę sequerentur arcam, quæ prędederet eos, vt scirent viam, per quam deberent ingredi: ita ergo esset hic. G

Dicendum quòd non est simile, quia ibi iam defecerat nubes iuxta Iordanem, & numquam vltra eam viderunt Israelitę: ideo oportuit, quòd daretur eis alterum directiuum, & istud fuit arca. Sed hic erat nubes, quæ dirigeret, vt dictum est. ideo non erat necessaria arca ad prouidendum loca castrorum.

Dici potest, quòd prędedebat arca disponẽs castrorum locum non quasi necessarium esset, sed quia vere illud faciebat. Et hoc quia arca ibat in fronte exercitus, & super eam ibat columna nubis, per cuius motum sciebatur via, & locus castrametandi: ideo arca, quæ ibat simul cum nube dicebatur idem facere, qd nubes, scilicet, quia vbi illa stetisset figebantur castra. Et ideo secũdum illos, qui dicunt, quòd arca semper prædedebat, dicetur quòd illa semper prouidebat castrorum locum. secundum illos autem qui dicunt, qp solum nunc præcesserit debet dici, quòd solum nunc arca ,uidit locum castrorum: postea autem semper columna nubis prouidit locum castrametandi.

Per tres dies, per quos arca præcessit quid intelligatur. Et ibi quæstio satis tibi notum est, quòd differt a quæst. 58.
Quæst. LXXV.

DE istis tribus diebus, p quos dicitur arca hic I
prędessisse Israelitas est dubium, quomodo accipiantur.

Aliqui dicunt, quòd sunt tres dies, idest tres dietę, scilicet quòd tribus diebus prędedebat arca mota de castris antequam castra mouerentur, & vadiebat per tres dies prius ad locum castrorum.

Sed dicendum, quòd istud non stat. Primo, quia onueretur, quòd in omni motu castrorum prędedebat arca, & tamen falsum est, quia solum præcessit nunc recedendo de mõte Synai, vt supra dictum est.

Secundo, quia non poterat fieri, quòd arca prædederet per tres dies, neque per vnam, quia tunc oportebat prędsciri locum castrorum per tres dies, sed falsum est, quia non sciebant Israelitæ, sed erant semper expectantes motum nubis: ideo dicebantur esse Israelitæ semper in excubijs Domini præcedenti capitulo, & Exod. quadragesimo. non poterat ergo sic prædedere arca.

Tertio, quia etiam si sciretur prius motus castrorũ non poterat portari arca præcedendo, quia illi, qui portarent nescirent, per quam viam ituri erant, neque etiam vbi mansuri essent, quia hoc sciebatur per solã columnam præceden. cap. Nisi forte dicatur, quòd cũ arca ibat columna, quia tunc sciretur via, & locus castram etandi.

Sed hoc nõ stat, quia Israelitę, qui manebant in castris nescirent tempus mouendi castra, & dato quòd diceretur eis recedite post triduum nescirent viam, quia non habebant directorem.

Quarto

Quarto quia istud videbatur prorsus inutile, quòd A
arca prędederet per tot dies, quia in hoc nihil conferebat Israelitis cum non viderent eam, & tamen non est ponendum aliquid in operibus Dei sine ratione.

Quinto, quia istud esset ponere arcam in periculo, & eos qui portabant illam, vt posset capi ab hostibus nam aliquando capta est ab hostibus existens cum toto exercitu, vt quando ceperunt eam Philisthini 1. Regum 4. cap. a fortiori capi posset si sola esset, idest cum paucis distans ab exercitu per tres dietas.

Sexto quia gentes quæ habitabant in lateribus deserti oderant Hebræos transeuntes per illud, & insidiabant eis si forte posset inuenire aliquos paucos quos B
occiderent, aut prædarentur, vnde extremitates exercitus intuebantur si aliqui manerent tardi, & illos capiebant. Sic fecerunt Amalechitę Deuter. 25. memẽto quid fecerit tibi Amalech quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi in via, & extremos agminis tui qui lapsi residebant occiderit. a fortiori ergo occiderent eos, qui per tres dietas distabãt ab exercitu.

Nisi forte dicas, quòd arca defenderet se, & portitores suos.

Sed istud non erat semper verum, cum ipsa capta fuerit a Philisthinis, & manserit in potestate eorum longo tempore 1. Reg. 4. & 5. cap. sed periculum non erat ponendum, sine necessitate.

Septimo quia per hoc nocebatur manẽtibus in ca- C
stris: habebãt enim magnam confidentiã in arca Dei, ideo quanto illa magis elongaretur ab eis magis timerent, cum autem esset prędens considerent. nam propter hoc portabant eam secum in bella, vt adiuuarentur per eam 1. Reg. 4. & 14. cap.

Octauo quia illi qui portarent arcã hoc modo non haberent cibos. nam Israelitæ in deserto non manducabant, nisi manna Deuteronom. 8. istud tamen solũ cadebat in circuitu castrorum Exodi 16. & sequenti cap. ideo non haberent cibos illi qui per tres dietas distarent a castris: non est ergo dicẽdum, quòd per tres dies, idest per tres dietas prędederet arca motum castrorum. D

Alia opinio de tribus diebus de mente auctoris.
Quæst. LXXVI.

ALITER dicendum est de istis tribus diebus, s. quòd non prędederet arca Israelitas per aliquem diem, sed iret in fronte cum toto rum coniuncta Israelitis, vel parum distans ab eis, ita vt videretur. Sed sunt isti tres dies in quibus processerunt Israelitę de deserto Sinai vsque ad desertum Pharan, s. quòd præcessit in his tribus diebus vadens in fronte castrorum, & postea nunquam præcessit, sed iuit in medio exercitus cum reliquo tabernaculo.

Sed obiiciunt, quòd arca iret elongata a castris per E
tres dietas, quia simile habetur Iosue tertio. scilicet, quòd arca prędederet Israelitas per duo millia passuum. Dicendum, quòd non est simile. primo quia ibi non elongabatur arca ab Israelitis per tres dietas, neque per vnam, sed solum elongabatur tantum, vt possent Israelitę videre arcam, & ipsa esset separata ab eis, & sic erat inter eos, & illam spatium duorum millium cubitorum, scilicet sit inter vos, & arcam spatium cubitorum duorum millium, vt possitis procul videre, & nosse per quam viam ingredimini eod. cap. Sed hic non erat sic, quia si prædederet arca per tres dies, non viderent eam Israelitæ, & ita non prodesset eis ad aliquid. Secũdo, quia ibi fuit conueniens, quòd arca prædederet, & esset aliqualiter elongata a populo. nam tunc non erat columna quæ dirigeret eos, qa iam cessauerat ante transitum Iordanis, & sic indigebant alio directiuo, & istud fuit arca. non debebat tamen esse coniuncta populo, quia tunc non viderent eam, sed si aliquantulum distaret, ideo debuit esse aliqua distantia, & non valde magna, sicut dicitur Iosue tertio. sit inter vos, & arcam spatium cubitorum duũ millium, vt possitis procul videre, & nosse per quam viam ingrediamini. & sic propter hoc erat aliquantulum procul, vt videri posset, in præsenti autẽ non erat sic, quia Israelirę habebant aliud directiuum pręter arcam, scilicet nubẽ quæ erat in principio castrorum: & dato qp prędederet arca solum in fronte exercitus, & nõ distaret, aliqualiter posset dirigere, & videri, eo qp super illam erat eleuata columna nubis, quæ videretur propter altitudinem suam, dato quòd nõ distaret a castris. non erat sic de arca, quando ibat sola in transitu Iordanis, quia non poterat ipsa eleuari, ideo non videretur si non distaret aliquantulum, & propter hoc debuit distare spatio duorum millium cubitorum, vt sic videri possit Iosue 3.

Per dies tres. Idest, quòd arca Domini prędedebat Israelitas per tres dies, quod dupliciter ĩtelligi potest. Primo modo, quòd prędederet per tres dies, idest per illos tres dies quibus iuerunt Israelitæ de monte Sinai vsque ad primam mãsionem de qua supra dicebatur, quòd profecti sunt de monte Domini viam trium dierum.

Alio modo intelligitur, quòd prædedebat per tres dies, idest in recedendo de monte Sinai arca Domini prædedebat Israelitas, & hoc per tres dies, idest, quòd tribus diebus, antequam recederent Israelitæ recesserat arca, & venit in locum castrorum tribus diebus priusquam ipsi.

Sed hoc non stat, quia sequuntur ad hoc aliqua, quæ non sunt verisimilia. Primum est, quòd recederet arca per tres dies ante Israelitas, & cognosceretur tribus diebus ante quàm motus castrorum fieret, sed hoc non stat, quia semper erant incerti, quousque viderent moueri columnam.

Item si arca prędederet per tres dies ante motum castrorum, per quid dirigerentur portantes arcam ad locum castrametationis? Non potest dici, quòd per motum nubis, quia cum mota nube mouerentur Israelitę nõ posset arca prędedere Israelitas per aliquod tempus in motu.

Item dato, quòd recedente columna cum arca manerent Israelitę in castris vsque ad dies tres sine colũna, sequeretur, quòd cum recederent nescirẽt locum quo ire deberent, nec quà transeundum erat, quia nullum habebant signum itineris directiuum, ideo non poterat dici, quòd moueretur columna cum arca tribus diebus ante motum castrorum, & tunc non poterit dari quomodo illi qui portarent arcam prędederent castra tribus diebus, quia nescirent viam, nec castrametandi locum.

Dicet aliquis, quòd arca prædedebat Israelitas per dies tres, sicut in terra Chanaan cessante nube prædedebat duobus millibus passuum, vt patet Iosue capitulo tertio.

Sed dicendum est non esse simile, quia quando Israelitę transierunt Iordanem mouebãtur per terram populatam habentem vias, & Iudei non habebãt determinata aliqua loca ad castrametandum, sed vbicũque vellent illa figebant. Cum tamen arca prędedere deberet determinabat Iosue de loco vbi vellet fieri castrametationem, & vsque ad ipsum locum Iudei pcedentes sistebant portantes arcam, & hi erant sacerdotes, vt dicitur, reliqua vero multitudo cum peruenisset ad ipsum locum, castra figebat. In deserto autem

Universidad de Deusto Biblioteca

rem non poterat sic esse, quia loca castrametationum F erant eis incerta, & via qua procedendum esset, cum ad omnia hęc dirigeret colũna nubis: ideo nõ possent sacerdotes moueri conuenienter per tres dies cum arca, vel Caathitę ante motum castrorum. Item dato quòd mouerentur portantes arcam, nescirent tamen locum castrametationis, quia siue hic, siue ibi, ipsi starent, nisi ibi quoque columna constitisset, non figebantur castra, cum ad motum, & stationem columnę hęc dirigerentur, vt patet supra præcedenti capitulo. Item litera dicit hic, quòd arca præcedebat ad disponendum castrorum locum, sed ipsa nõ poterat disponere, nisi etiam columna disposuisset. ergo ipsa cum columna mouebatur, sed columna non præcedebat Israelitas vadens in fronte exercitus. ergo pariter arca G in principio castrorum præcedebat. Item dato, quòd arca dirigeret portantes se, & aliqua virtute diuina ipsi mouerentur per locum per quem ituri erant, & cõsisterent in loco vbi consistere debebãt, & nubes erat recubitura ad fixionem castrorum, tamen erat superfluum hoc fieri, quòd enim fieri posset satis apparet. Sic enim factum est, quando Philisthini immiserunt arcã Domini de terra sua impositam plaustro, quod portabatur a duabus vaccis fętis, & ascendebant contra terram Iudæorum, nec declinabant ad dexteram, nec ad sinistram mugientes, nemo tamen eas dirigebat, vt patet 1. Regum. capitu. 6. Quod autem est superfluum esse virtutẽ talẽ, quę dirigeret portantes arcam quantum ad viam, & quantum ad locum castrametãdi manifestum, quia tunc superflueret ipsa columna H nubis, vel arca. Poterant enim per quodlibet istorum signorum sufficienter dirigi Israelitæ. Nõ ergo oportebat multiplicari illa. Item adhuc nullo modo erat vtile Israelitis, quòd arca pręcederet per tres dies antę motum castrorum, quia tunc ad nihil proficeret cum non viderent eam Iudæi.

Ideo dicendum, quòd arca nõ pręcedebat per tres dies, ita quòd recessisset de castris diebus tribus ante motum castrorum, sed præcedebat tribus diebus. i. in illis tribus diebus quibus peruenerunt Israelitæ de monte Sinai ad primam mansionem præcedebat arca, scilicet, ꝙ mouebatur in fronte castrorum, & sup illam erat nubes.

Prouidens castrorum locum. Idest arca præcedebat ad I hoc, quòd ipsa primo assignaret castrorum locum, quàm Israelitæ venirent, & hoc erat, quia nubes mouebatur super arcam. vbi autem stetisset nubes pariter arca stabat, & quia nubes designabat castrorum locũ, arca quę simul mouebatur, dicebatur etiã prouidere locum castrorum.

Nubes quoque domini super eos erat per diem cũ incederent. Hoc intelligitur de nubecula, quę dirigebat Israelitas in via præcedens in fronte castrorum super arcam. dicebatur tamen esse super eos. i. super Israelitas, quia iuxta eos erat in fronte castrorum.

Aliqui autem intelligunt hoc de nube quadã magna, quæ dicebatur esse extensa super omnia castra, quando mouebantur ad protegendum Israelitas ab K æstu, & ista non erat in modum columnæ, quia erat valde lata tegens omnia castra. de hac tamen an sit, dictum est Exo. capitulo 13. & dicetur infra 14. capitu. Hoc autem solũ de nube columnari intelligitur. Et dicitur, quòd erat super eos per diem, quia apparebat per diem in colore nubis, per noctem vero in colore ignis, & luce, vt patet præcedenti capi. Si autẽ aliquãdo per noctem ambularẽt, non dicebatur moueri sup eos nubes, sed ignis, sicut fuit cum transierunt mare rubrum, vt patet Exo. capi. 14.

Cumque eleuaretur arca dicebat Moyses. Hoc intelligitur de eleuatione eius ad motum castrorum.

In quo sciẽdum quòd signum mouendi castra nõ poterat esse per arcam, sed per nubem, quia arca erat in sanctuario. Erat tamen modus quòd cum recessisset nubes quę erat super sanctuario introibat Aaron cum filijs suis, & disponebant vasa ligantes ea operimentis suis, vt patet supra cap. 4. tunc Caathitæ accipiebant illa ad portandum. Gersonitę autem & Meraritæ venientes deponebant Sanctuarium, & procedebant ad primam partem castrorum, s. ad vexillum filiorum Iuda. disposita autem arca & ligata operimentis suis Caathitæ mouebantur ad illam partem, in qua erat nubes, vt pariter mouerẽtur cum nube in fronte castrorum. Cum vero ipsi moueri inciperent Moyses dicebat ista quæ infra habẽtur, quia tũc mouebatur arca.

Surge domine & dissipentur inimici tui. Loquebatur Moyses ad Dominum, vt faceret iter suũ prosperum depellendo omnes aduersitates hostiles, & quæcunque alia incommoda viarum, & loquebatur quòd surgeret velut si Deus esset in arca fęderis, & hactenus recubuisset cum manebant castra: nũc vero procedendum erat, idest surgere debebat. vel dicitur surgere, idest parare se ad bellum contra hostes suos: tales enim metaphoras frequenter scriptura facit de Deo, vt patet Exo. cap. 15. Dominus quasi vir pugnator. & dicebat Moyses potius ista verba in motu arcę fęderis quàm nubis, vel alicuius rei sanctuarij, quia in arca erat specialiter gloria Domini.

Et dissipentur inimici tui. Idest dissipa inimicos nostros qui sunt inimici tui. Deus enim nullum habet propriè inimicum, quia qui inimici sunt oderunt se. Deus autem nihil odio habet eorum quæ sunt, quia si aliquid odio haberet illud consistere non posset, vt patet Sap. cap. 11. s. sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pęnitentiã: diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti: quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset conseruaretur? Dicitur tamen Deus habere inimicos, quia illi qui erant inimici Iudęorum erant inimici Dei, si Iudęi colerent Deum, sic patet Exo. cap. 23. s. quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Dicebat autem Moyses quòd dissiparẽtur inimici Dei, idest populi aduersantes Iudæis qui sunt inimici Dei, iuxta illud Psalm. 88. nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. & alibi, qui vos tangit me tangit.

Ex istis autem verbis Moysi inoleuit in Ecclesia cõsuetudo quæ iam pro lege suscepta est, s. vt in principijs canonicarum horarum dicatur. Deus in adiutorium meum intende &c. In quo petimus vt Deus surgat ad adiuuandum nos, sicut Moyses petebat hic in principio cuiuslibet profectionis castrorum, quòd Deus surgeret ad dissipandum hostes. Etiam dicebat hoc, vt gloria Domini, quæ erat super arcam disponeret viam, tollendo serpentes, & bestias, & cętera incommoda viarum: & hoc est prouidere castrorum locum. Vnde aliqui Iudæi dixerunt quòd arca pręcedebat, vt omnem montem, & viam abruptam planam redderet sicut legitur infra cap. 21. de scopulis Arnon. Sed ista positio irrisio est. Quod autem dicitur de scopulis Arnon, non fuit sine speciali causa de qua ibi dicetur. Si tamen arca fecisset hoc quod dicunt, expressum foret quia magnum erat miraculum.

Et fugiant qui oderunt te. Idest fugiant qui oderunt nos, & propter hoc dicuntur odisse te, sicut inimici nostri vocantur inimici tui. Nulla enim gens est quę Deum

Deum directe odisse possit, cum enim sit summum bonũ non potest ab aliquo apprehendi in ratione mali cui debetur odium, & ipsi quoque qui ab eo puniũtur, licet dicantur eum odisse non tamen directe oderunt. Sed accipitur odium Dei pro odio, quod gentes habebant ad Iudæos. constituebant enim Iudæi Deũ tanquam ducem exercitus ipsorum, vnde vocabant se castra Dei viuẽtis, sicut dixit Dauid, vt patet primo Regum capitu. decimoseptimo. Et quia quicunque oderit aliquem exercitum ducem etiã exercitus exosum habet, gentes quæ habebant Iudæos exosos dicebantur odisse Deum, etiam serpentes, & bestię dicebantur odisse Deum inquantum volebant lędere Iudæos transeuntes per desertum, nisi Deus tolleret.

A facie tua. Idest fugiant ante te. Deus vbique erat, & nihil ante ipsum, & post ipsum fugere poterat. Sed dicebatur Deus esse specialiter in arca fœderis, quia ibi apparebat gloria eius, ideo quãdo aliquid fugeret visa arca fœderis, dicebatur fugere a facie Domini. & ista erat causa quare præcedebat arca in fronte castrorum, scilicet, vt in præsentia arcę omnia nociua fugerent.

Cum autem deponeretur. Idest quando arca consistebat in loco figendorum castrorum, dicebatur arca deponi, quia portabatur in via super humeros Leuitarum. Cum vero consistendum esset, deponebant eam de humeris, & vbi stetisset arca Sanctuarium construebatur erigendo, & ibi manebat nubes super illud, nec mouebatur vsque ad aliam profectionem castrorum.

Aiebat. Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. Hoc loquebatur tanquam si Deus esset in arca, & quia pręcedebat arca castra, & tunc consistendum erat orabat, quòd reuerteretur Deus in castra quę posteriora erant. Orabat autem hoc Moyses, quia sicut indigebant, quòd Deus pararet viam antequam mouerentur, ita indigebant, quòd castra locata a malis ingruentibus custodiret. dicitur ad multitudinem exercitus, quia Israelitæ in procedendo erant dispositi in modum castrorum, nam per vexilla, & turmas suas procedebant, vt patet supra in litera.

CAP. XI.

Murmurans populus igne punitur.

INTEREA ortũ est murmur populi quasi dolentium pro labore contra dominum. Quod cum audisset iratus est, & accensus in eos ignis domini deuorauit extremam castrorum partẽ. Cumque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Vocauitque nomen loci illius incensio, eo quòd succẽsus fuisset contra eos ignis Domini.

Interea. Dicto de multitudine Israelitarum progrediente. Hic agitur de casu a progressu impediente, & ponuntur multi casus impediẽtes progressum. Primo de obiurgatione populi. Secundo de murmuratione Mariæ, & Aaron fratrum Moysi. Tertio de separatione exploratorum. Quarto de seditione Core, & sibi adiunctorum. Quinto de commotione populi propter penuriam aquarum. Secunda in capitu. sequenti. Tertia in capit. decimotertio. Quarta in capit. decimosexto. Quinta in capitulo vigesimo. potest autem adhuc poni sexta, scili- A cet de inuasione aduersariorum in eodem capitu. ibi. *Misit interea*. Prima in duas, quia primo ponitur murmuratio ex impatientia laboris. Secundo ex concupiscentia saporis ibi. *Vulgus quippe*. Illa secunda diuiditur in quinque partes, quia primo ponitur dicta murmuratio. Secundo Moysi afflictio. Tertio Domini consolatio. Quarto promissi impletio. Quinto peccati punitio. secunda ibi. *Audiuit ergo Moyses.* Tertia ibi. *Et dixit Dominus*. Quarta ibi. *Venit ergo Moyses*. Quinta ibi. *Adhuc carnes*. Circa primum. *Interea ortum est murmur.*

B

An quæ sequuntur continuentur supradictis. Et quando murmurauerunt Hebræi. Et quòd incensio, & sepulchra concupiscentiæ sunt idem. Quæst. I.

QVAERET aliquis, an ista se habeant continuate ad ea quæ supra dicta sunt.

Et respondendum est, quòd sic, quia supra dicebatur de profectione Israelitarum per dies tres quousque venirent ad locum castrorum. hic autem dicitur de murmuratione orta ex labore itineris illorum dierum. Etiam hoc significatur per istud aduerbium temporale, interea, quod tollit anticipationem, & recapitulationem, & sic faciunt omnia aduerbia limitantia tempus, & dicitur, quòd in- C terea ortum est murmur populi, idest, quando venerunt in locum castrametationis inceperunt murmurare, quia vexabantur nimis in via. non enim fuit hoc ante castrametationem, sed cum iam castra fixa essent.

Sed aliqs arguet, quòd si esset istud murmur postquam Israelitę castra fixerunt, cum ista castrametatio est in sepulchris concupiscentiæ, quia nulla mansio est inter montem Sinai, & sepulcha concupiscentię, vt patet infra trigesimo tertio capi. vocaretur mansio illa incensio. sicut infra, dicitur, quòd vocauit Moyses nomen loci istius incensio, quia ibi incensus est ignis contra Israelitas, vt patet infra. & tamen non D fuit vocata ista mansio incensio, sed Sepulchra concupiscentiæ, vt patet infra trigesimotertio capitu. ergo non est idem locus, nec fixerant adhuc castra Israelitæ, quando murmurauerunt, & incensus est ignis.

Respondendum est, quòd idem locus est incensio & Sepulchra concupiscentiæ, & iam erant in castris Israelitæ, quando murmurauerunt, & facta est incensio. Nam cum hic dicatur de murmuratione, & incensione: immediate subditur, quòd vulgus promiscuum Aegyptiorum desiderauit carnes, & nihil inter hęc ponitur per quod videãtur pertinere ad diuersa loca.

Sed cum desiderauerunt carnes Aegyptij erant Israelitæ in castris, vt patet infra eodem ca. ergo cum E murmurauerunt propter laborem itineris, erant in castris in loco qui dicitur Sepulchrum concupiscentiæ. & vocatus est locus iste a principio incensio propter incensionem ibi factam, & illud nomen semper mansisset, nisi superuenisset casus alius: superuenit tamen postea casus de occisione Israelitarum qui desiderauerant carnes, & quia fuit iste casus posterior, & maior, fuit denominatio ab eo, & cessauit primum nomen.

Ortum est murmur quasi dolentium. Idest fuit murmur inter Israelitas, non principaliter tanquam murmurãdo, sed tanquam dolendo, & fuit ordo, quòd primo populus doleret pro labore itineris. ambulauerant quippe tribus diebus, non interposita aliqua die quietis, & forte dietę istę magnę erant: ideo paruulis, & mulieribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus eorum non potentibus tolerare laborem itineris, murmurauerunt contra Dominum dolentes.

Et non fuit murmur istud, sicut cum aliqui ex maliuolentia repugnant, quod est proprie murmurare, sed fuit quędam conquestio, quòd columna multum procederet, & fatigaret eos ambulando. Istud autem murmur minus est, quam cum aliqui murmurant ex mordacitate: ideo positum est hic ad diminuendum, quòd fuit murmur istud quasi dolentium, idest non propriè in modum murmuris, sed magis in modum doloris, & conquestionis.

Cum Deus magis puniat peccata maiora, quam minora, quare puniuit murmurationem istam, & non puniuit alias maiores. Et quòd Deus sæpe pœnas multorum peccatorum reseruat ad vnum tempus, vt simul puniat, & tunc videtur crudeliter punire. Quæst. II.

SED tũc quęretur cum Deus magis puniat peccata maiora, quam minora, & Israelitę murmurauerunt contra Dominum cum defecit panis, vt patet Exo. 16. capi. & cũ defecit aqua in Marath, vt patet Exo. capi. 15. & in Raphidim Exo. capi. 17. & ibi non dicitur, quòd murmurauerũt, quasi dolentes, sed quòd murmurauerunt. quare ibi Deus non dedit pœnam, & dedit hic.

Respondeti posset, quòd forte hoc factum est, quia Iudæi tunc non viderant tot miracula Dei, & beneficia, sicut nunc, ideo magis ingrati erant nunc, & merebantur magis puniri. Sed in hoc non est insistendũ: tot enim viderant tunc Israelitę miracula tã in Aegypto, quam in mari rubro, vt sufficeret ad faciendum eos ingratos, si non crederent, & murmurarent contra Dominum.

Sed ideo factum est, quia Deus secũdum altissimã dispositionem suam interdum peccatorem non punit, reseruans ad alia tempora puniẽdum. Nam si immediate, quòd quis peccat vniuersam delicti sui pœnam lueret, non punirentur peccata patrum in filios. vsque in tertiam, & quartam generationem: peccata tamen postquam semel perfectè punita sunt, nunquã amplius puniuntur, quia non iudicat Dominus bis in idipsum, vt patet Naum. capi. 1. non ergo puniuntur peccata immediatè, vt facta sunt semper, sed interdũ reseruantur ad alia tempora punienda. Sic igitur de murmuratione triplici Israelitarum in Marath, & deserto Syn, & Raphidim factum est, quòd quamquam eas Deus non puniuit immediate ad alia tempora puniendas reseruauit. Et forte tunc in incensione facta pro murmuratione punita sunt partim illa peccata, hęc enim Dei conditio est, vt hominem peccantem non tangat: postea vero cum semel peccauerit omniũ præteritorum malorum simul pœnas luere cogat, sicut declaratum est late Iosue capi. 6.

Aliter responderi potest, quòd pro his murmurationibus Deus pœnam immediate inflixit, quia cum positæ fuerint illę tres murmurationes Exo. capitulo decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo. In eodem decimoseptimo subiungitur quomodo Amalechitę venerint super Israelitas, & occiderint quosdam illorum. hoc tamen non fuit, nisi pro peccato pręterito: alioquin nocere non potuissent.

Aliter autem adhuc responderi posset, quòd peccata illarum murmurationum non fuerunt maiora hac murmuratione, sed minora, qa minor causa erat ibi murmurandi, quam hic, quia ibi deficiebat panis, & omnia cibaria, & potus aquarum, tam pro hominibus, quam pro iumentis, quod rationabilius erat ad formãdum querelam, quam laborare in itinere: ideo si magis puniantur hic, quam ibi non erit admirabile.

Pro labore contra Dominum. Idest murmurauerunt pro labore itineris, quia multum cogebantur ambulare, & ista murmuratio fut contra Dominum. non erat autem in potestate Iudæorum quòd ambularẽt multum aut paucum. Nam mouebantur ad motum nubis, & si nube mota velociter, ipsi pigrè mouerentur antecederet eos nubes, ita vt non viderent illam, nec haberent itineris directiuum. cogebantur igitur festinare si nubes velociter moueretur, & ex hoc innascebatur querela contra Dominum mouentem nubem. credebãt enim Israelitæ quòd angelus moueret nubem præcepto Dei, quia sic dicitur Exodi capitulo decimoquarto. Cum ergo mouerentur nubes velociter arguebant, quòd Deus hoc iuberet, vnde querela de festinatione in itinere contra Deum erat.

An Israelitæ in itinere ambulando fatigarentur, & an beneficium de permansione vestium, & calceorum, & de pedibus non subterendis fuerit in solis bonis, vel in omnibus. Et subteri pedes quid significet. Quæst. III.

SED aliquis dicet quòd Israelitæ non fatigarentur labore itineris, quia Deuteronomij capitulo octauo dicitur: vestimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. ergo non laborabant, quia in labore itineris pedes subteruntur.

Ad hoc respondet Nicolaus, quòd illud intelligebatur de viris iustis, quibus Dominus multa dabat priuilegia. iniustis tamen non accidebat illud, sed laborabant, & non subterebantur pedes eorum. Ponit exemplum de manna quod viris bonis conuertebatur ad omnem saporem quem voluissent, vt patet Sapientię capitulo decimosexto. malis vero sapor erat malus, ita vt nausearet anima eorum, vt patet infra vigesimoprimo capitulo, & dicerent animam suam aridam, vt patet hic.

Sed istud non stat. primo, quia beneficium illud quod habetur Deuteronomij capitulo octauo, non solum bonis, sed etiam malis commune erat. quod patet, quia omnes Iudæi siue boni siue mali in vestibus, quas de Aegypto eduxerunt, manserunt vsque ad mortem suam in deserto, vel vsque ad introitum in terram Chanaan. alioquin plurimi eorum nudi essent, cum vestes eorum pauco tempore durare possint naturaliter. maximè ex motu itineris, quo vestimenta facilius valde atteruntur.

Item ex sudore & puluere putrefacientibus. vnde ante duos annos aut tres plurimi de Hebræis nudi essent, sed falsum est, quia omnes habebant vestes.

Item ista beneficia narrabat Moyses toti populo scilicet, manna de cœlo datum, & vestes, & calceos vetustate non consumptos, & pedes itinere non subtritos, sed tria prima erant communia bonis & malis, ergo & quartum.

Item Moyses narrabat ista beneficia toti populo tributa. si tamen solis bonis tribuerentur, non narraret illa toti populo, cum esset speciale priuilegiũ. ergo toti populo hoc collatum est, quòd pedes eorum non subtererentur.

Item hoc confirmatur per saporem datũ in manna, quia viris bonis conuertebatur ad omnem saporem quem voluissent, malis autem non. ideo scriptura quamquam posuerit de manna collato, & hoc beneficium sępe Moyses populo retulit, nunquam tamen de sapore, qui in bonis efficiebatur, locutus est, sed magis dixit de sapore quem habebat manna ex seipso, & quem experiebantur mali, scilicet, quòd esset

esset quasi panis oleati, vt patet infra. scilicet, & faciebant ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. si ergo sic fuisset de subtritione pedum non retulisset Moyses illud beneficium maxime toti populo. Item respõsio ista non stat, quia dato, quòd soli boni non subterentur in pedibus, mali vero sic, nemo nos cogebat ad istam distinctionem, quòd aliud est subteri pedes, & aliud laborare in itinere. nam quamquam secundũ proprietatem latinæ dictionis subteri significet percuti, vel fustigari ex contactu durorum qui fit in motu itineris, tamen secundum proprietatem Hebrææ vocis hic est verbum, significans inflari, scilicet, quòd pedes Hebræorum nunquam inflati sunt. sępe enim in ipsis itinerantibus propter complexionem, & mala calciamenta vesticę turgentes causantur in pedibus. De Israelitis autem dicitur, quòd pedes eorum nunquam fuerunt inflati. poterant tamen laborare in itinere, quia ex magno motu fatigarentur, & dicebat illud Dominus, quia vesticę potissime fiũt propter defectum calciamentorum, & quia dixerat, quòd vestes Hebræorum attritæ nunquam fuerunt, nec calciamẽta, addidit de pedibus, qui nunquam fuerant inflati, quia si concederentur inflati, diceretur quod aliquando non habuissent subtulares, vel haberent eos fractos.

Dicendum ergo, quòd nullius Iudęi, siue boni, siue mali pedes per desertum subtriti sunt, idest inflati in vesticas turgentes. omnes tamẽ laborabant ex magnitudine itineris. Et sic nihil obstat ad hoc, id quod habetur Deuteron. cap 8.

Quod cum audisset iratus est. Idest, quando Deus audiuit, quòd murmurabant Iudęi propter laborem itineris, iratus fuit contra illos immittens ignem qui cõbussit multos eorum.

Quòd licet Deus non audiat, nec irascatur, conuenienter tamen figuratiue ei hæc attribuuntur. Quæst. IIII.

ET ponit scriptura hic Deum in modo humano, velut si aliquis audiret, quòd alij murmurant de ipso, & irasceretur: Deus tamen nec audit, nec irascitur. Audire quippe ad sola animalia pertinet, quæ habent organum & potentiã auditiuam: Deus autem animal non est, quia non est corporeus. irasci etiam pertinet ad affectiones virtutis sensitiuę quę diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem. in Deo tamen non est sensitiua virtus, cum solius animalis sit.

Est autem hic anthropospatos, idest conuersio humanæ passionis in Deum, & non frustra scriptura vtitur talibus locutionibus, quia cum velit nobis de Deo indicare, quomodo intellexerit murmurationem de se factam, & punierit murmuratores, demonstrat eo modo, quo nos intelligere possumus, quia vt est commune semper receptio fit secundum naturam, & modum susceptui. Cum ergo intellectus noster naturaliter cognoscere non potest, nisi ex maiori lumine res maiores se, sed solum minores. seipsum etiam directe cognoscere non potest, sed secundum quandam reflexionem, quæ Deo dicuntur ab eo, secundum qp sunt cognosci non possunt. oportet ergo, quòd dicantur eo modo quo cognosci possint, scilicet, secũdum similitudinem alicuius rei minoris intellectu nostro. Et quia corpora habent gradum sub intellectum quẽ intellectus naturaliter cognoscit, ideo scriptura sępissime quę Dei sunt sub imagine corporum manifestat: pertinet autẽ ad res corporeas, vt ad homines, quòd aliquid intelligant, quia vident, vel quia audiunt: quia ergo Deus intellexit, quòd murmurauerant de ipso Iudęi, dicitur, quòd audiuit murmurationem. non tamen audiuit. Item quia nos quando punimus aliquẽ irati sumus illi, ita cum Deus puniebat Israelitas dicebatur eis iratus, non tamen erat.

Et accensus est in eos ignis Domini. Idest quidam ignis causatus est a Deo nouiter qui combureret Israelitas, siue magnã partẽ eorum, & dicitur ignis Domini, qa a Deo causatus est, nec erat ibi prius.

Et dicendum est, quòd iste ignis fuit erumpens de terra, & non venit de cœlo secundum quòd tempore Heliæ, quando combusti sunt duo quinquagenarij, & centum viri cum eis, vt patet quarto Regum. ca. 1. ibi enim de cœlo ignis descendit.

Deuorauit extremam partem castrorum. Idest combussit vnam extremitatem in castris, scilicet eos qui erant posteriores. extremum enim potest dici anterior pars vel posterior, quia in vtraque est quidam finis, vel extremitas, sed magis hic intelligitur de extremitate posteriori, & hoc, quia ista accensio fuit pro murmuratione ex labore itineris, ibi tamẽ qui posteriores erãt magis erant fatigati, & ob hoc residebant in posterioribus. ipsi ergo magis murmurarent, & succenderet ignis in illos. Aliquis dicet ex hoc nihil probari, quia castra erant ordinata secundũ modum positum præcedenti capitu. ita quòd illi qui erant sub vno vexillo non possent misceri eis, qui erant sub altero, quamquam ergo fatigati essent qui procedebant sub vexillo primo, non possent manere in posteriori parte exercitus.

Respondendum est, quòd quamquam essent ordinata castra, vt dictum est, tamen illi qui multum fatigati erant residebant in posterioribus, & sequebantur vestigia præcedentium resumptis spiritibus, & quamquam non viderent nubem, vel exercitum, per vestigia tanti populi, & quadrigarum deprehẽdebant viã. Quod autem interdũ sic manerent Iudæi patet Deuteronom. capit. vigesimosexto. scilicet memẽto quid fecerit tibi Amalech cum egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus.

Cumque clamasset populus ad Moysen. Cum viderunt ignem exortum, & comburi quosdam clamauerunt ad Moysen, vt oraret pro eis. Intelligebant enim, quòd ad clamorem Moysi Deus faceret stare ignem.

Orauit Moyses dominum, & absorptus est ignis.

An fuerit magna combustio propter murmurationem eorum. Et an omnes principes combusti sunt, & iudices in ista incensione, quia non repressérunt murmur populi. Quæst. V.

NON fuerunt hic multi combusti, quia scriptura posuisset numerum eorum, sicut ĩfra decimoquinto cap. quando combusta est quędam pars populi murmurans contra Moysen dictum est, quòd essent 14. millia, hic autem nihil. fuit ergo parua cõbustio, & hoc quia murmuratio parua erat, scilicet propter dolorem. infra autem cap. 16. fuit magna murmuratio, ideo maior plaga, & consequenter expressus est numerus combusto rum.

Dicũt aliqui, quòd extremum potest accipi hic dupliciter. Vno modo prout extremum significat circũstantiam loci. Alio modo vt signat circunstantiam dignitatis. primo modo est sensus qui s. positus est. Accipiendo secundo modo dicuntur extremi qui supra omnes præsunt in dignitate, vel qui infra omnes, s. maximi, & minimi, & potest de vtroque accipi, s. qp extremi combusti sunt, idest minores qui de ipsis murmurauerunt, vel extremi, idest principes. Sed non intelligitur de principibus tribuũ qui iidem manserunt postea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtea, ſed principes, ideſt iudices, qui conſtituti ſunt a Moyſe, vt patet Exod. capitulo decimo octauo, & conſumpti ſunt, quia murmurauerunt, vel quia murmurantes non correxerunt, quod pertinebat ad eorũ officium, & hoc tenent quidam, ſicut videtur tenere Nicolaus.

Sed non ſtat, quia hic extremum non poteſt ſignificare, niſi circunſtantiam loci, quia non dicitur, ꝙ deuorauit extremos, ſed extremam partem caſtrorum. ergo habitudinem loci caſtrorum dicit. Item non poteſt intelligi, quòd iudices conſtituti in monte Sinai cremarentur hic, quia non repreſiſſent murmurantes. Nam iſtud fuit factum ſubito. ſ. quòd cum murmurauerunt Deus, ſuccendit ignem in illos, nõ potuerant autem iudices comprimere murmurationẽ, nec deliquerunt nõ comprimentes, quia delictum in iſtis eſſet ex negligentia: non cauſatur tamen negligentia ſi immediate, vt aliquis peccat, vel cũ eſt in ipſo actu peccandi prælatus non corrigit, ſed cum cognouerit ſi differat correctionem per aliquod tẽpus inutiliter. iſti ergo non neglexerunt, quia ſubito hęc facta ſunt, nec peccauerunt, ideo nec combuſti ſunt.

An iudices, & Nadab, & Abiu perierint in iſta incenſione, quia viderunt dominum ſuper montem Sinai, vt dicit Rab. Salom. & vnde venit iſte ignis incendens eos. Et videre Deum an eſſet peccatum.
Quæſt. VI.

RAb. Salom. dicit, quòd hic mortui ſunt iudices conſtituti in populo, quia viderũt dominum in monte Sinai in igne, & mortui ſunt per ignem. Sed Deus noluit immediate illos occidere, ne gaudium legis nouiter datę in lachrymas verteretur: de iſta viſione Dei Exod. cap. 24. & dicit idem Rab. Salomo. quòd Nadab, & Abiu, qui ibi Deum viderunt, igne cremati ſunt in Sanctuario, vt patet Leuitic. capitulo decimo, & ſupra tertio capitulo, ſeptuaginta autem ſeniores, qui ibi Deum viderunt, dicit hic incendio periiſſe in iſta combuſtione.

Sed iſta valde falſa ſunt, quia non fuerunt mortui Nadab, & Abiu, quia viderunt Dominum, ſed quia obtulerunt ignem alienum, vt patet prędallega. capitu. Item falſum eſt, quod dicitur, ſcilicet quòd omnes, q viderunt dominum mortui fuerint. nam Moyſes, & Aaron viderunt dominum, ſed non mortui ſunt. Reſpondet de Moyſe, quòd ei licebat videre dominum, ideo non fuit mortuus. De Aaron autem dicit, quòd non fuit mortuus, quia orauit pro ipſo Moyſes, vt patet Deute. c. 9. Sed hoc nihil eſt, quia non orauit Moyſes, vt non occideret dominus Aaron, quia viderat ipſum, ſed ne occideret ipſum, quia fabricauerat vitulũ, vt patet eod. c.

Si autem adhuc arguas, ꝙ fuit mortuus Aaron in monte Hor, vt patet infra c. 20.

Reſpondendũ eſt, ꝙ illa mors fuit naturalis, & non pœnalis, ſicut incenſio filiorum ſuorum. Et ſi adhuc dicas, ꝙ in pœnam data eſt ſibi illa mors. Reſpondendum eſt, ꝙ mors a natura erat. modus etiam mortis non erat pœnalis: leuiter enim mortuus eſt, ſed ſolũ fuit pœna, ꝙ mors anticipata fuerit. hęc autem anticipatio fecit ne ingrederetur in terram promiſsionis, quod fuit propter peccatum, alioquin introiſſet. nec tamen fuit, quia dominum viderit in monte Sinai, ſed ꝙa peccauit ad aquas contradictionis non benedicens domino, infra vigeſimo capitulo, cum dicitur: pergat inquit Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Item falſum eſt, ꝙ omnes tunc videntes Dominum mortui fuerint, quia totus populus vidit Dominũ ibi, vt patet Exodi cap. 24. ſcilicet, videruntque Dominum, & comederũt, atque biberunt. ergo totus populus moreretur. ſed falſum eſt.

Ad hoc dici poſſet, quòd totus populus mortuus eſt, quia omnes qui erãt a viginti annis, & ſupra condemnati ſunt, ne intrarent in terram Chanaan, vt patet infra capitulo decimoquarto, & mortui ſunt omnes per deſertum.

Reſpondendum eſt non ſtare, quia illi non condemnati ſunt, quia viderunt Dominũ, ſed quia murmurauerunt, vt patet infra cap. 14. Item non ſoli illi, qui erant a viginti annis & ſupra viderunt Dominũ, ſed etiam omnes iuniores, cum eſſet ſpecies gloriæ Domini ſuper eos in Sinai: non tamen fuerunt condemnati minores viginti annis, vt patet eodem cap. Item non ſolum populares qui numerati erant a viginti annis viderũt Dominum, ſed etiam omnes Leuitæ: & tamen non fuit ſententia illa contra Leuitas, cum non eſſent numerati inter Iſraelitas a viginti annis & ſupra, vt patet ſupra capitulo primo. Item mulieres viderunt Dominum in Sinai, ſicut viri, non tamen fuit contra eas ſententia data, quia ipſę non numerabantur. non igitur venit pœna illa in mortuos, eo quòd Dominum viderint. Item videre Deũ non erat peccatum. ergo nec punitio danda.

Nec obſtat ſi dicas quòd videre vaſa Sanctuarij erat peccatum, & ſiquis de Leuitis, vel de vulgaribus videret illa, moreretur, vt patet ſupra capitulo quarto. ergo magis videndo Deum.

Reſpondendum eſt, quòd videre vaſa nõ erat peccatum, nec cauſabat mortem, niſi cum quis ex curioſitate illa videret, ſcilicet, data opera ad videndum. Si tamen aliquis non attenderet ad hoc, & alius ſubito monſtraret ei vaſa Sanctuarij nuda non moreretur. Et ſic dicitur ſupra capitulo quarto. quòd nulla curioſitate Leuitę viderent ea, quæ erant in Sanctuario prius quàm tegerẽtur. ſic autem erat de viſione Dei quantum ad Iudæos, quia Deus apparuit ſuper eos, vt patet Exodi capitulo vigeſimoquarto. & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphyrini, & quaſi coelum cum ſerenum eſt. in poteſtate ergo ipſorum nõ erat videre, vel non videre, ſicut cum aliquid coram nobis ponitur ſi oculos apertos habuerimus, neceſſariò illud videmus. nihil ergo peccabant cum viderunt, & ſi ex hoc Deus puniuiſſet, non eſſet iuſta pœna inflictio, ſed occaſionem quæreret contra illos.

Item Deus iuſſit, quòd Moyſes, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſeniores ex Iſrael aſcenderent ad Dominum, & adorarent procul, vt patet Exodi capitulo trigeſimoquarto. & ſic factum eſt. nihil ergo peccauerũt implentes iuſſa Dei. ergo nec ob hoc puniti ſunt. Manet ergo, quòd propter viſionem illam Domini in mõte Sinai nemo aut mortuus, aut punitus eſt. Nec etiam extrema pars caſtrorum dicuntur ipſi iudices, vel principes populi. Sed ſolum illi qui erant in extremitate caſtrorum ad partem occidentalem.

Et abſorptus eſt ignis. Ideſt cum orauiſſet Moyſes ad Dominum abſorptus eſt, ideſt conſumptus quia nõ fuit viſus amplius, & pertinet proprie hoc ad ea quæ totaliter conſumuntur: ſicut dicimus aliquem abſorptum eſſe a terra, quia ille ignis erumpebat de terra, & cum ceſſauit, occultauit ſe infra terram ſuccenſa, & non veniebat de cœlo ſicut ignis tempore Heliæ.

Quare

Quare iſte ignis non venit de cœlo, ſicut quando inuocauit Helias. Et quod ignis iſte a Deo dupliciter fieri poteſt, & ſimiliter quælibet res materialis. Quæſt. VII.

QVAERET aliquis quare iſte ignis non venit de cęlo, ſicut ignis quem inuocauit Helias ſuper quinquagenarios duos, & centum viros illorum.

Reſpondendum eſt, quòd Helias erat homo, & volebat ſe comprobare ſeruum Dei ad laudẽ ipſius Dei, quo deſpecto rex Ochozias miſerat ad conſulẽdum Deum Acaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael, & ob hoc voluit manifeſtare Helias potentiam Dei, & inuocauit ignem de cęlo. quantum enim ad Deum erat, nihil difficilius continebat de cęlo ignem deſcendere, aut de terræ viſceribus erumpere, vel in ipſis corporibus hominum cauſari. Si tamen de terra erumperet, vel in hominibus cauſaretur, nõ appareret manifeſte Dei potentia. nam magi artibus dęmonum iſta efficiunt. Qui enim potuit ſerpentes coram Moyſe ſubito ponere, potuit & ignem pręſentare. ſerpentes tamen, & alia quę fecerunt ſapientes Pharaonis magico ritu facta ſunt. potuiſſet ergo ſic de igne. crederẽt autem maxime illi qui habitabant, in terra Chanaan, quia gentes quæ prius ibi habitauerant, augures diuinos incantatores, & omne genus maleficorum ſuſcipiebant, vt patet Deuter. ca. 18. & poſtquam terra capta eſt a Iudæis, adhuc reſidui de illis populis, ſ. Philiſthiim his artibus vacabant, quia augures, & alios maleficos habebant, vt patet primo Reg. c. 6. vbi dicitur, quòd Philiſthiim vocauerunt ſacerdotes, & diuinos ſuos, quod patet Iſa. c. 2. ſ. augures habuerunt, vt Philiſthiim. vt ergo non crederetur, aut ſuſpicari poſſet ignem qui combuſſit quinquagenarios fuiſſe maleficа arte, aut cauſatum, aut aliunde adductum, vt manifeſtaretur diuina potentia inuocauit Helias ignem de cęlo, quòd autem ad iſtum finem fecerit patet ex verbis ſuis. 4. Regum, cap. 1. ſ. ſi homo Dei ſum deſcendat ignis de cęlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. hic autem nõ erat neceſſaria manifeſtatio diuinę potentiæ mittendo de cęlo ignem, quia qualitercunque incandeſceret ignis in Iudæos, crederent eſſe a Deo. maxime, quia cum murmurauiſſent ſciebant hoc eſſe in vltionẽ ſceleris, & patet, quia immediate clamauerunt ad Moyſen, vt oraret ad Dominum, & conſumptus eſt ignis.

Vocauitque nomen loci illius incenſio. Ideſt Moyſes appellauit partem illam ſolitudinis, in qua tunc erãt incenſionem. ponuntur enim iſta nomina ab euentu, ſicut infra nominãtur Sepulchra cõcupiſcentię, quia in ipſo loco ſepultus eſt populus, qui concupiuit carnes, vt patet infra in litera. & ſic locus vbi apparuit dominus per noctem innixus ſcalę Iacob, vocatus eſt Bethel, ideſt domus Dei, Gene. 28. Et locus vbi vidit Angelum luctantem ſecum Iacob dictus eſt Phanuel, ideſt facies Dei, Gene. cap. 32. Iſte modus frequentatus eſt in ſacra Scriptura, quòd locorum nomina ab euentu imponantur. Sciendum, quòd idem locus eſt iſte qui vocatur incenſio, & qui vocatur infra Sepulchra concupiſcentiæ, & iſtud primum nomen manſiſſet, niſi propter caſum ſecundo eueniẽtem qui maior erat, vt ſupra declaratum eſt.

Eo quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis Domini. Ponitur cauſa nominis, ſcilicet, quòd in eodem loco ſuccenſus eſt contra Iudæos ignis Domini, ideſt ignis a Domino concitatus, quia ſine miniſterio humano ille ignis cauſatus eſt.

Dicendum eſt de iſto igne, quòd a Deo fuit factus, ſed poterat dupliciter fieri. vel ſine materia pręiacente, & ſic creabat, vel pręſuppoſita aliqua materia, & tunc faciebat. Deo autem vtrunque ęqualiter conuenit. Nam quamquam ex materia ignem produceret non pręſupponebat qualitates aliquas ſymbolicas ad hoc, quòd fieret facillime tranſitus in naturam ignis, quia vbi ſunt ſymbola eſt facilis tranſmutatio iuxta Ariſtotel. ſecundo de Generatio. ſed ita agit in materiam indiſpoſitam, ſicut in materiam diſpoſitã, quod eſt ſuper virtutem agẽtis naturalis. Illud enim ſolum agit ſuppoſita diſpoſitione in materia, vel ſi non ſit prius illam cauſat, deinde formam inducit.

Quare iſte locus vbi facta eſt incenſio non nominatur manſio.
Quæſt. VIII.

QVAERETVR de iſto loco quare non nominatur inter manſiones.

Aliqui dicunt, quòd nõ debuit nominari, quia non fuit ibi manſio, ſed accidit hoc dum Iſraelitæ irent per viam. Nam ibi poterant murmurare pro labore itineris, & Deus faceret erumpere ignem de terra qui cremaret aliquos, & poſtea venirent ad locum manſionis.

Alii dicunt, quòd iſta fuit manſio, & accepit hic nomen a Moyſe, & tamen aliquæ manſiones tacentur, quia ſcriptura non numerat omnia.

Dicendum, quòd non ſtat, quia infra trigeſimotertio capitu. poſuit Moyſes catalogum omnium manſionum, quæ fuerunt de Aegypto vſque ad Iordanẽ, & incipit hę ſunt manſiones filiorũ Iſrael qui egreſi ſunt de Aegypto, ſed ibi non ponitur iſte locus tanquam manſio. nam dicitur egreſſi de ſolitudine Sinai venerunt ad Sepulchra concupiſcentiæ, & ita nõ eſt aliqua manſio inter deſertum Sinai, & Sepulchra cõcupiſcentię. Et tamen iſte locus qui vocatur incenſio nominatur hic ante Sepulchra concupiſcentiæ, quia infra in litera fit mentio de Sepulchris concupiſcentiæ. ergo non eſt locus iſte aliqua manſio, quæ fuerit inter deſertum Sinai, & Sepulchra concupiſcentiæ. Dicunt ergo aliqui, quòd iſte locus non fuit manſio aliqua, ſed inter duas manſiones. nam de monte Sinai vſque ad Sepulchra concupiſcentię, vbi vocatur deſertum Pharan, fuerunt tres dietę, vt patet prędict. cap. Et in aliqua parte illius itineris populus dolens, & quaſi murmurans pro labore itineris cremaretur a Deo, & vocaretur locus ille incenſio, non manerent tamen ibi, ſed procederent vltra venientes ad locum qui poſtea vocatus eſt Sepulchra concupiſcentiæ, & ibi figerent caſtra.

Dicendum, quòd non eſt verum, ſed iſte locus quę vocatur incenſio eſt manſio, & eſt ipſa quæ vocatur Sepulchra cõcupiſcentię. iſtud patet primo, quia poſtquam venerunt ad hunc locum non fit mẽtio aliqua, quòd ambulauerint, ſed quaſi continuata narratione referuntur illa quæ acciderunt in loco, qui vocatur Sepulchra concupiſcentiæ, & ita innuitur, quòd ſit idẽ locus in quo accenſus eſt ignis, & qui vocatus eſt Sepulchra concupiſcentię.

Secundo, quia non poteſt dici, quòd iſta acciderint in via, ſed oportet poni, quòd fuerit hoc locatis iam caſtris, quia dicitur ſupra in litera. accẽſus in eos ignis Domini deuorauit extremam partem caſtrorum. Et ſic iam erant in caſtris, & non in via, niſi forte aliquis dicat, quòd accipitur extremitas caſtrorũ pro extremitate exercitus procedentis in via.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia populus procedẽs non vocatur caſtra, ſed exercitus, vel agmen. Sic accipitur Deuteronom. 25. capit. Memento quæ fecit tibi Amalech in via quãdo egrediebaris ex Aegypto, quo modo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, occiderit. & ſic non fuit hoc in via, ſed

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam locatis castris, & tunc necesse est dici, quòd ista F
sit alia mansio distincta a sepulchris concupiscentię,
vel ambo sint vna mansio. Non potest dici primum,
quia inter desertum Sinai, & sepulchra concupiscen-
tię non ponitur aliqua mansio. Sed dicitur profecti
sunt filij Israel de deserto Sinai, & venerunt in sepul-
chra concupiscentię. ergo oportet poni, quòd iste lo-
cus, qui vocatur incensio, & sepulchra concupiscen-
tię sint eadem mansio. Tertio patet, quia est commu-
nis positio. sic enim tenet historia scholastica, & alij
doctores.

Est ergo dicendum, quòd sit eadem mansio, & ha-
bet duo nomina. nam primo vocatus est ille locus in-
censio: deinde vocatus est sepulchra concupiscentiæ. G
De primo patet, quia dicitur. vocauitque nomen loci
illius incensio. De secundo dicitur infra in litera. voca-
tusque est locus sepulchra concupiscentię. Sed primũ
nomẽ positum est a Moyse, quia dicitur in litera. ora-
uit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. vo-
cauitque nomen loci illius incensio. secũdum nomẽ
videtur magis positum a toto populo, quia dicitur. vo-
catusque est locus sepulchra concupiscentię, & non
ponitur a quo vocatus fuit sic.

*Quare iste locus cũ haberet duo nomina, ideſt incensio, & sepul-
chra concupiscentiæ, vltimum solum remansit.*
Quæst. IX.

SED quęretur cum ista mansio habeat duo no-
mina: quare non mansit ei postea, nisi nomen H
sepulchrorum concupiscentię. nam vbicũque
fit mentio de hoc vocatur locus sepulchra cõ-
cupiscentię. nam infra 33. cap. vbi ponitur catalogus
mansionum vocatur sepulchra concupiscentię, & nõ
incensio.

Dicendum quòd fuit primo, quia vnum nomen
impositum fuit a Moyse, scilicet incensio, & aliud a
toto populo, scilicet sepulchra concupiscentię, vt di-
ctum est. q. precedenti. Et sic prevaluit nomen impo-
situm a toto populo, quasi esset maioris auctoritatis.
Secundo quia istud nomen sepulchrum concupiscẽ-
tię fuit datum loco propter casum posterius acciden-
tem: ea tamen, quę posteriora sunt magis denominãt
rem quasi magis in memoria imprimantur. Tertio & I
principaliter, quia ista duo nomina fuerunt hic impo-
sita loco propter duo mala, quę acciderunt Iudęis, sci-
licet duas combustiones eorum, sed in prima pauci
combusti sunt. in secũda autem valde multi, ideo de-
buit imponi nomen ab eo, quod maius erat, & ista est
vera causa. Istud patet, quia supra in litera dicitur. ac-
cẽsus in eos ignis Domini deuorauit extremam par-
tem castrorum, & non dicitur quot erant, quasi non
essent valde multi, quia alias fieret vnum de duobus,
scilicet vel exprimeretur numerus eorum, sicut infra
16. ponitur numerus eorum, qui combusti sunt pro-
pter murmurationem, vel poneretur aliquid denotãs
magnitudinem rei non expresso numero. Combu-
stio autem facta in sepulchris concupiscentię fuit val-
de magna, vt patet infra in litera, scilicet & ecce furor K
Domini concitatus in populum percussit eum plaga
magna nimis, ideo debuit vocari locus sepulchra con-
cupiscentię, & non incensio.

Vulgus quippe promiscuum, quod ascẽ-
derat cum eis flagrauit desiderio carnium se-
dens, & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel,
Petit po- & ait. Quis dabit nobis ad vescẽdum carnes?
pulus car- Recordamur piscium quos comedebamus
nes. in Ægypto gratis: in mentem nobis ve-
niunt cucumeres & pepones porrique cępe
& allia. Anima nostra arida est: nihil aliud
respiciunt oculi nostri nisi man. Erat au- Exo.16.
tem man quasi semen coriãdri coloris bdel-
lij. Circuibatque populus: & colligens il-
lud frangebat mola, siue terebat in morta-
rio: coquens in olla & faciens ex eo tortulas
saporis quasi panis oleati. Cumque descen
deret nocte super castra ros: descendebat
pariter & man. Audiuit ergo Moyses flen-
tem populum per familias singulos per
ostia tentorij sui. Iratusque est furor Do-
mini valde, sed & Moysi intoleranda res vi-
sa est, & ait ad Dominum. Cur afflixisti
seruum tuum? Quare non inuenio gratiam
coram te? Et cur imposuisti pondus vni-
uersi populi huius super me? Nunquid ego
concepi omnem hanc multitudinem vel
genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu
tuo sicut portare solet nutrix infantulum,
& defer in terram pro qua iurasti patribus
eorum? Vnde mihi carnes vt dem tantæ
multitudini? Flent contra me dicentes.
Da nobis carnes, vt comedamus. Non pos-
sum solus sustinere omnem hunc populum
quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur.
obsecro vt interficias me, & inueniam gra-
tiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.
Et dixit Dominus ad Moysen. Congrega
mihi septuaginta viros de senioribus Israel,
quos tu nosti, quòd senes populi sint ac ma-
gistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fę-
deris: faciesque ibi stare tecum, vt descen-
dam & loquar tibi, & auferã de spiritu tuo,
tradamque eis, vt sustentent tecum onus po
puli, & non tu solus graueris. Populo quo-
que dices. Sanctificamini. Cras comede-
tis carnes. Ego enim audiui vos dicere.
Quis dabit nobis escas carnium? Bene no-
bis erat in Aegypto. Vt det vobis Domi-
nus carnes & comedatis non vno die, nec
duobus vel quinque aut decem, nec viginti
quidem sed vsque ad mensem dierum: do-
nec exeat per nares vestras & vertatur in nau
seam, eo quòd repueritis Dominum qui in
medio vestri est, & fleueritis coram eo dicen
tes. Quare egressi sumus ex Aegypto vt pe-
riremus in solitudine? Et ait Moyses ad Do-
minum. Sexcenta millia peditum huius
populi

populi sunt. Et tu dicis dabo eis esum car- A
nium mense integro. Nunquid ouium, &
boum multitudo cędetur, vt possit sufficere
ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum
congregabuntur, vt eos satient? Cui respon-
dit dominus. Nunquid manus domini in-
ualida est? Iam nunc videbis vtrum meus ser
mo opere compleatur.

Vulgus quippe promiscuum. Hic ponitur secunda mur
muratio, scilicet ex concupiscentia saporis, quia pec-
cauerunt, tam Israelitæ, quam Aegyptii desiderando B
carnes. Ista pars diuiditur in multas, sed ista diuisio su-
pra posita est. Et dicitur hic, quòd vulgus promiscuũ
desiderauit comedere carnes. Intelligitur autem du-
pliciter vulgus promiscuum. Vno modo pro populo
commixto ex maribus, & fęminis. Alio modo pro po
pulo venienti ex commixtione Iudęarum fęminarũ,
& Aegyptiorum virorum, vel econtrario. sic enim ali
q erant inter Israelitas, vt patet de illo viro qui blasphe
mauit nomen Domini in castris Leuiti. 24. c. De quo
dicitur, quòd erat filius Salumith de genere Dan, quẽ
peperit ex viro Aegyptio. Sed primus sensus est quẽ
facit hic litera, quia dicitur, quòd ascenderat ex Aegy
pto ad differentiam Iudæorum, qui quamquam ascen C
debant de Aegypto, tamen non videbantur ascende-
re de terra sua, sed de aliena. Etiam quia dicitur, quòd
vulgus istud promiscuum iunctis sibi filiis Israel desi-
derauit carnes: si tamen illi promiscui pertinentes es-
sent ad Israel ex vno latere non distinguerentur ab
Israelitis: oportet ergo, quòd istud vulgus promiscuũ
sit distinctũ a genere Israel, & isti sunt Aegyptii ascen
dentes cum Israelitis. Sic dicitur Exod. cap. 12. vulgus
quippe promiscuum innumerabile ascendit cum eis,
& isti adhuc manebant.

Quod ascenderat cum eis. i. quod ascendit cum Iudęis
de Aegypto: nã cum exituri essent Israelitę de Aegy-
pto prædixerunt quibusdam Aegyptiis: illi autem cre
dentes domino propter mirabilia facta ascenderũt cũ
Israelitis, & isti vocantur vulgus promiscuum, quia tã D
masculi, quàm fęminę erant.

Quare Aegyptij vocantur vulgus promiscuum. Quæst. X.

SED dicet aliquis cum non solum in Aegyptijs
ascendentibus essent masculi, & fœminæ, ita
etiam in Israelitis, quare Aegyptii vocantur vul
gus promiscuum?

Respondendum est Aegyptios sic vocari in com-
paratione Israelitarum, quia in Israelitis non vocaba-
tur populus, nisi ipsa multitudo virorum numerato-
rum transeuntium ad nomen. Et ideo postquam ali-
quis erat viginti annorum dabat dimidium siclum, & E
transibat ad numerum, vt patet Exod. capitulo trige-
simo, inter Aegyptios autem, tam viri, quàm fœminę
computabantur populus, ideo Israelitę non vocaban-
tur promiscuum vulgus: Aegyptii vero sic, & patet
hoc Exod. capitulo duodecimo, vbi cum primo posi-
tus fuit numerus populi Iudaici egredientis de Aegy-
pto dictum est, quòd erant sexcenta millia peditum.
De Aegyptiis vero nõ facta est computatio per viros,
sed dictum est, q̃ ascenderat vulgus promiscuum.

Flagrauit desiderio carnium. i. desiderauerunt isti Ae-
gyptii comedere carnes: ponũtur isti, quia quamquã
desiderium fuerit in omnibus, vt infra patet: tamẽ pri
mi fuerunt Aegyptii murmurantes, ideo in eis pec-
catum maius fuit, & perierunt plurimi eorum in loco

ipso. Nam vt infra dicitur ibi sepultus est populus, qui A
desiderauit comedere carnes.

*An desiderium Aegyptiorum conuenienter dicatur fuisse car-
nium & quomodo Hieron. hic, & interdum in litera nostra
addit aliquid ad literam hebraicam, quando colligi-
tur ex sensu literæ hebraicæ. Et quòd non vo-
catur additio, quando exprimitur, quod
necessario subintelligitur,
Quæst. XI.*

IN Hebręo non dicitur desiderio carnium, sed
flagrauit desiderio. etiam in quibusdam libris nõ
habetur hoc. Et est satis conuenienter dictum, B
quia desiderium Aegyptiorum non fuit hic de-
terminatè de carnibus, sed de multis gustabilibus: pe-
tierunt enim pisces, cucumeres, pepones, porros, al-
lia, & cepas, vt patet infra. Fuit tamen additus iste ge-
nitiuus carnium forte ab aliquibus scriptoribus, cum
esset interlinearis expositio, & postea in textu positus
est. aut si velimus dicere a Hieronym. fuisse factum sa
tis rationabiliter dicetur, quia cum litera dicat Aegy-
ptios flagrasse desiderio, & non exprimat quid est, quod
desiderauerunt: oportet quòd intelligamus aliquid
hoc fuisse, & illud litera nostra vocauit carnes, quod
apparet ex verbis istorum immediatè, scilicet quis da-
bit nobis ad vescendum carnes, quamquam autem
pisces, cucumeres, & cætera desiderauerint, non ta-
men ita exarserunt desiderio cæterorum, sicut car-
nium, quod patet ex verbis suis: de carnibus enim di-
xerunt quis dabit nobis ad vescendum carnes? de cæ-
teris autem non expresserunt magnitudinem deside-
rii. Sed dixerunt, recordamur piscium, quos come-
debamus in Aegypto gratis: in mentem nobis ve-
niunt cucumeres, & pepones. Rationabiliter ergo
additus fuit iste genitiuus carnium, quia desiderium
istorum fuit de carnibus. Et istum modum addendi,
aliquando habuit Hieronym. in litera nostra, quæ non
quidem est additio, quia id quod necessario subintel-
ligitur non deest, vt ait Priscianus in secundo maio-
ris, sed ex hac litera colligebatur quid desiderauissent
Aegyptii. Cum ergo poneretur non erat additio. sic
patet Genesi. capitulo quarto, vbi dicit litera nostra: D
dixit Cain ad Abel fratrem suum egrediamur foras: cum-
que essent in agro, & cætera. In hebræo habetur
dixit Cain ad Abel fratrem suum: cumque essent in
agro, & cætera: addidit ergo litera nostra illam par-
ticulam, s. egrediamur foras, quia necessario intelli-
gebatur ex litera: nam cum dicatur ex litera, quòd di-
xerit aliquid Cain ad Abel, & subticeatur quid illud
fuerit, & postea subiungatur: cumque essent in agro.
videtur quòd quando locutus fuit Cain ad Abel non
erat in agro, sed litera dicit, quòd aliquid dixerat Cain
ad Abel. ergo nihil poterat conuenienter intelligi di-
xisse Cain, nisi quòd exirent in agrum, vel foras, sicut
litera expressit. Similis modus habetur infra capitulo E
vigesimo, quia in litera hebraica habetur, quòd Moy-
ses, & Aaron clamauerint ad Dominum. Sed non ha-
betur quid clamauerint. In nostra autem exprimi-
tur oratio eorum, & dicitur hic, quòd flagrauerunt
desiderio, ideſt exarserunt ad signandum magnitudi-
nem desiderij, quia non solum erat desiderium, sed
quasi succensio ignis.

Sedens & flens. Ideſt isti Aegyptij, qui desiderabant
carnes sedebant, & plorabant: ex quo apparet, quòd
iam erant in castris sic patet infra, & ex hoc videtur
quõ isti desiderabãt, quia quando in aliquo est species
querelę, vel iracundię magnę, efferatur vultus eius, &
non potest quiescere. Deistis autem dicitur, q̃ erant
sedentes, quia desiderium istorum erat molle, & trã-

quillum, ſicut in eis qui ſuſpirant ex deſiderio aliquorum relictorum bonorum, & tunc in iſtis ſequitur fletus, quia lachrymę ex impotentia veniunt, vt cum aliquis, quod deſiderat, adipiſci non valet, defluit in lachrymas. iſtis autem hoc acciderat. Reliquerāt enim carnes, piſces, & ſimilia, quæ deſiderabant valde, & qa nequaquam habere poterant flebant, qui autem vehementer iraſcuntur non flent, quia ira accendit in vindictam, quam proſequuntur irati, & quia ſperant ſe illam habituros non flent, qa nō eſt ibi impotentia. Cū vero aliquis deſperat ſe conſecuturum vindictam, profluit in lachrymas, & ſic ira digeritur, & emittitur ille impetus concitatiuus, quo fit, vt ſi aliqui irati plorauerint, iam non poſſit in eis manere impetus irę prior, quia vacuata eſt materia iracundię, ideo cum ira diuidatur in paſſionem ſpei, & deſperationis, ad iram, quę eſt cum ſpe, nunquam lachrymę veniunt, iram vero cum deſperatione proſequendi quod petitur, lachrymę conſequuntur, cauſa eſt ipſa impotentia cauſans fletum, ideo Boetius de conſolat. lib. 3. metro vltimo ponens cōnotatum fletus vocauit eum impotentem dicens, & quod fletus dabat impotens.

Lachrymādo ira digeritur.

Iunctis ſibi pariter filijs Iſrael. i. etiam Iſraelitę fleuerūt deſiderantes carnes: nam cum vidiſſent Aegyptios ex hac cauſa lachrymātes facillime, ipſi quoque in hanc querimoniam inducti ſunt, quia ipſi etiam comederant in Aegypto carnes, piſces, & pepones, & cætera, quæ deſiderantur hic.

An deſiderium Aegyptiorum fuerit carnium tantum.
Quæſt. XII.

QVAERETVR quare dicitur hic, quòd flagrauit populus deſiderio carnium, quia videtur non debere ſic dici. Primo, quia populus non ſolum deſiderauit manducare carnes, ſed etiam multa alia, ſcilicet pepones, cucumeres, piſces, & allia, porros, atque cępas. Secundo, quia querela vulgi non fuit hic principaliter pro carnibus, ſed pro quibuſdam aliis cum dicatur. recordamur piſciū, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, & cępę, & allia.

Dicendum, quòd Aegyptii non deſiderauerunt ſolas carnes, ſed multa alia, quæ ponūtur in litera, & hoc ſignificauit ſcriptura, quę non poſuit carnes. Nam in hebræo non dicitur flagrauit deſiderio carnium, ſed ſolum flagrauit deſiderio, ſcilicet tam carnium, quam piſcium, cucumerum, peponum, porrorum, & alliorum, quæ omnia exprimuntur in litera, & tamen litera noſtra addit iſtum genitiuum carnium, ſiue ſita Hieron. poſitus, ſiue ab aliquo alio, vt dictum eſt præcedenti quæſt.

Aliter poteſt dici, quòd iſtud fuit rationabiliter dictum. primo, quia licet Iſraelitæ deſiderauerint omnia hęc: tamen principaliter deſiderauerunt carnes, ideo de illis ſpecialiter dici debuit. Secundo, quia populus non videtur deſideraſſe, niſi carnes, quia illud deſiderauerunt, quod petiuerunt, & tamen nihil petierunt, niſi carnes, quia dicitur. quis dabit nobis ad veſcendum carnes? & non dicitur. quis dabit nobis ad veſcendum piſces, cucumeres, & pepones, porros, cępas, & allia? Tertio, quia Moyſes non dixit populū petere, niſi carnes, infra in litera. ſ. vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini, flent coram me dicentes. da nobis carnes, vt comedamus. Quarto, quia Deus volens ſatisfacere deſiderio populi, nunc dedit ei carnes: ſi tamen aliquid aliud deſideraſſent, etiam illud dediſſet, vt patet infra in litera, ſcilicet populo dices. ſanctificamini, cras comedetis carnes: ego enim audiui vos dicere, quis dabit nobis eſcas carnium? Quinto patet, quia ſi populus deſideraſſet aliud, quam carnes, peccatum ſuum fuiſſet non ſolum in deſiderio carniū, ſed etiam aliarum rerum. videtur tamen, q̄ peccauerint in ſolo deſiderio carnium. ergo nihil aliud deſiderabāt. hoc patet infra in litera, vocatuſque eſt locus ſepulchra concupiſcentię, ibi enim ſepelierunt populū, qui deſiderauerat carnes.

Dici ergo poteſt, quòd populus nō deſiderauit hic, niſi carnes. Et cum obiicitur, quòd multa alia ponant in litera. Dicendum quòd non ponuntur illa, tanquā deſiderata a populo, ſed ponuntur in confirmatione præſuppoſiti Iudęorum. Eſt autem ſenſus, quòd populus deſiderabat carnes, & quia non poterant habere illas, flebant, & deteſtabantur deſertum, in quo erant, vbi non poterant haberi carnes, ſicut in Aegypto, vnde exierant, & ob hoc dicebant melius fuiſſe manere in Aegypto, & ad hoc oſtendendum inducebant multa quę habebantur in Aegypto copioſe, & in deſerto nullo modo erant, cucumeres, pepones, piſces, porri, cępe, & allia, & patet iſte ſenſus ex modo loquendi literæ. nam de carnibus dicitur: quis dabit nobis carnes ad veſcendum? de cæteris autem non dicitur. Sed dicitur recordamur piſciū quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, ideo quaſi iſta non deſideraret populus, ſed ſolas carnes, reſpondit Deus ad carnes, & iſtas dedit illis, & non aliquid de cęteris nominatis, & ſic patet, quia alibi populus non petiuit, niſi carnes, nec ſignificauit ſe aliud velle Exod. decimoſexto, ſcilicet vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.

Sed obiicietur, quòd hic piſces deſiderabant, quia Moyſes non ſolum fecit memoriam carnium, ſed & piſcium, infra in litera dicens. nunquid ouium, & boū multitudo cædetur, vt poſſit ſufficere ad cibum, vel omnes piſces maris in vnum congregabuntur, vt eos ſatient?

Dicendum, quòd ibi non ſignificatur populū deſideraſſe piſces, ſed Moyſes reſpondet ad id quòd Deus dixerat, ſcilicet, quòd ſatiaret populum carnibus vno menſe. Moyſes autem neſciens, quomodo hoc fieret, & reputans valde difficile dixit iſta, ſcilicet nunquid ouium, & boum multitudo cędetur, aut congregabūtur omnes piſces maris? nō ergo dixit hoc deſideraſſe eos, ſed expreſſit difficultatem ſatiandi tantum populum, de quocunque cibo ſatiaretur.

Ad ſecundum dicendum, quòd querela non fuit proprie de piſcibus, cucumeribus, & peponibus, ſed ſolum fuerunt iſta inducta ad oſtendendum meliorē eſſe terram Aegypti, & melius ibi fuiſſe eos, quam in deſerto, & hoc ſignificauit Deus infra in litera dicens. ego. n. audiui vos dicere quis dabit nobis eſcas carnium? bene nobis erat in Aegypto.

Quis dabit nobis ad veſcendum carnes. Iſta poteſt eſſe ratio deſiderantis, vel deſperantis. Primo modo eſt ſenſus. vtinam aliquis daret nobis ad veſcendum carnes. Secundo modo eſt ſenſus, q̄ ipſi erant deſperantes poſſe habere carnes ad veſcendum, ideo dicebant quis dabit nobis ad veſcendum carnes, ideſt quis eſt, qui poſſit nobis tribuere carnes in hac ſolitudine? Et ſic locuti ſunt Iſraelitæ pro manna dicentes. nunquid poterit Deus parare menſam populo ſuo in deſerto? vt patet Pſa. 77. Sed primo mō magis intelligitur. ſ. p modū deſiderātis, quia dictum fuerat hic, q̄ vulgus promiſcuum flagrauit deſiderio carnium.

Qua-

Quomodo Aegyptij petierunt carnes, cum in Aegypto eas non comederent, nec ibi ſit eſus carnium, & de ritibus Aegyptiorum, & quibus carnibus veſcuntur, & quibus non, & quibus piſcibus, & quid colunt.
Quæſt. XIII.

QVAERET aliquis qūo Aegyptii petierunt carnes ad veſcendum, quia in Aegypto dicitur de eis, q̄ non comederent carnes, ſic videtur innuere Iuuenalis in Satyra penultima, q̄ comedant Aegyptii fructus, & non carnes, & incipit Satyra.

Quis neſcit voluſi bithynice qualia demens.

Item videtur aliqualiter hoc ex text. Sacræ ſcripturę Exo. c. 8. vbi dixerunt Iſraelitę, q̄ non poterant immolare domino in terra Aegypti, quia ſi ibi immolarent ea, quæ Aegyptii colebant, lapidibus eos obruerent. Ipſi tamē immolaturi erant oues, boues, & hircos. ergo Aegyptii iſta colebant, & conſequenter non comedebant. Item patet Gene. c. 47. vbi dicitur, q̄ Aegyptii deteſtantur oēs paſtores ouium, & hoc eſt, quia paſtores percutiunt pecora. Aegyptii autem cum illa colant, deteſtantur paſtores.

Reſpondendum eſt, q̄ Aegyptii comedebant carnes cum eſſent in Aegypto, nec enim colebāt omnia animalia, ſed ſolum pecora habentia lanam, alia autē ſunt pecora, quibus veſci poterant. Sic enim dicit de Aegyptiis Iuuenalis in prealle. Satyra.

O ſanctas gentes quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina, lanatis animalibus abſtinet omnis
Mensa, nephas illic fętum iugulare capellæ.

Poterant igitur Aegyptii comedere de aliis pecoribꝫ, quæ non habent lanam. Maxime, quia quamquā inter Aegyptios eſſet, tanquam nephas comedere carnes, aliqui tamen comedebant, ſicut inter Sarracenos potus vini vetitus eſt. multi tamen ipſorum bibunt. ita iſti Aegyptii non obſeruarent ritū aliorū Aegyptiorum, ſed vellent comedere carnes, ſicut aſſueti erant.

Item adhuc ipſa animalia, quæ a quibuſdam Aegyptiis colebantur ab aliis comedebantur, quia non obſeruabant omnes eundem ritum, ſicut patet de piſcibus. Nam dicunt Aegyptii ſe comediſſe piſces in Aegypto. ſ. recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis. Et tamen Aegyptii colebant piſces, vt patet per Iuuenalem in Satyra allegata. nā in Thebis, quę eſt ciuitas principalis Aegyptiorum colebantur piſces cum dicit,

Atque vetus Thebe centum iacet obrupta portis
Illic ceruleos hic piſcem fluminis: illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Aegyptii tamen comedebant piſces. Itē apud quoſdā Aegyptios adorabantur in Deos porri, cępe, atque allia, quę naſcuntur in hortis, & nephas erat ſiquis comederet de eis, vt ait Iuue. ī eadē Sat. de Aegyptiis. ſ.

Porrum, & cępe nephas violare, ac frangere morſu.

O ſanctas gentes quibus hæc naſcuntur in hortis. Numina.

Multi tamen de Aegyptiis comedebant porros, & cępas, atque cucumeres. Sic enim confitentur hic dicentes in mentem nobis veniūt cucumeres, & pepones. porri, cępe, & allia, i. veniebat eis in mentem, qūo comediſſent iſta in Aegypto. non ergo obſeruabatur, vt animalia quę a quibuidam colebantur, ab aliis non comederentur. Item ſi Aegyptii nullo modo comederent carnes, ſed colerent ipſa animalia, non permiſiſſent Iudęos comedere carnes in Aegypto, comedebant tamen, vt patet de agno paſchali, qui per ſingulas domos Iſraelitarū in Aegypto immolatus eſt. Sed ad hoc poſſet reſponderi, q̄ factum eſt in vltima nocte, qua receſſerunt Iſraelitæ de Aegypto, & non habuerunt Aegyptii ſpatium puniendi eos, alioquin puniuiſſent. Arguetur tñ aliter, q̄ erant conſueti Iudæi comedere in Aegypto carnes, vt patet Exo. c. 16. cum dr. vtinam mortui eſſemus in Aegypto, qñ ſedebam⁹ ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate, & tunc nō puniebant eos Aegyptii. ergo licitum erat in Aegypto comedi carnes.

Dicendum eſt ergo aliqua aīalia fuiſſe quorum carnes licitę erant in Aegypto, & de aīalibus, quæ cōiter non comedebantur, adhuc non erat vniuerſalis obſeruatio, ſed aliqui comedebant, alii aūt non, ideo in deſerto potuerunt deſiderare carnes.

Quomodo Iudæi deſideraverunt carnes, cum haberent pecora ſecum, & an deſiderauerint carnes teneras, & delicatas. ſ. auium. Quæſt. XIIII.

QVAERET aliquis qūo Iſraelitę deſideraverunt hic carnes dicentes quis dabit nobis ad veſcēdum carnes? videbaī deſiderium iſtud irrationabile, quia ipſi pecora hēbant de quibus comedere poſſent. Aliqui rñdēt, q̄ Aegyptii aſcendentes cū hebręis, & hebręi pauperes non hēbant pecora, ideo deſiderabant carnes. Sed vī hoc non ſufficere, qa non ſolum deſiderauerunt pauperes Iudęi, ſed ēt multi de aliis, cum dicatur de filiis Iſrael generaliter: ipſi tamen Iſraelitę multa pecora eduxerant de Aegypto. nam Moyſes petiit a Pharaone, vt permitterentur ire Iudęi cū pecoribus ſuis, & non remaneret ex eis vngula in Aegypto, vt patet Exod. c. 10. & poſtea ſubiungit qūo eduxerint omnia hęc Exo. c. 12. ſ. oues, & armenta, & animantia diuerſi generis multa. nimis ergo pauci eſſent, qui deſiderarent comedere carnes, quia oēs alii haberent. Ad hoc reſpondent quidam, q̄ oīa pecora Iſraelitarum mortua fuerant in deſerto, præter pecora tribus Ruben, & Gad. Iſtæ enim duę tribus habebant valde multa pecora, vt patet infra 32. cap. ſed dicunt, q̄ propter auaritiam dare nolebant aliis, nec ipſi comedebant. Sed hoc non multum ſtat, quia non apparet aliqua ratio quare dicere debeamus, q̄ pecora aliarum tribuum fuerant conſumpta. hoc autem ſolum dicunt quidam, quia de pecoribus tribus Ruben, & Gad fit ſolum mentio infra c. 32. de aliis nequaquā. Sed hoc, nec concludit, nec eſt veriſimile, ſed ſolū ponitur ibi de his duobus tribubus, quia ipſę petierūt terram Galaad, quia abundabant in pecoribus, vt patet ī. c. 32. ſed ex hoc non infertur, q̄ alię tribus non haberent pecora, ſed ſolum, q̄ nō ita abundarent. Nicolaus aūt dicit, q̄ non conquerebantur Iudęi, q̄ non hērent carnes pecorum, ſed quia non habebant carnes delicatas. ſ. auium, ideo Deus dedit eis tales carnes. ſ. coturnices, vt patet ī. Sed hoc nō multum ſtat, quia carnes auium ita haberi poterant in ſolitudine, ſicut in Aegypto, & forte magis, quia in montanis, & locis ſeparatis ab humana communicatione plures aues nidificant, ſed non poterant habere pecora, ſicut in Aegypto, vel aliis locis humanæ habitationis. ergo magis conquererentur pro defectu carnium pecoralium, quam pro defectu auiū. Quòd vero Deus miſerit coturnices Iudæis in cibum, non ideo eſt, quia ipſi deſideraverunt coturnices ſpecialiter, ſed quia apud mare rubrū circa ipſos Iudęos erant coturnices innumerabiles, & dominus eas in vento fluxit, vt roderent in circuitu caſtrorum, vt patet infra.

Dicendum eſt igitur, q̄ Iſraelitę habebant pecora, nec fuerunt mortua ſpecialius pecora decē tribuum, quam pecora Gad, & Ruben. Sed hebræi petebāt carnium comeſtionem ad ſufficientiam. omnia autem pecora, quę habebant forte non ſufficerent eis ad vnā diem ſi comedere vellent ad ſaturitatem. Sic enim patet ex verbis Moyſi, infra. ſ. ſexcenta milliū peditum

huius populi sunt. Et tu dicis dabo eis esum carnium F
mense integro, nunquid ouium, & boum multitudo
cedetur, vt possit sufficere ad cibū, vel oēs pisces ma-
ris in vnum congregabuntur, vt eos satient? si tñ suffi-
cerent pecora, quæ habebant Iudei ad cibum ipsorū,
non diceretur nunquid ouium multitudo cedetur. er
go quamquam hērent pecora, tñ non comedebāt ea,
nec faciebant hoc ex auaritia. nam si aliquot diebus
carnibus saturari voluissent, non mansissent in pecori-
bus, nec vngula: reseruabant aūt pro futuris tempori-
bus, cum introirent in terram eis promissam, vt inde
haberent pecorum successionem propagando.

Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis.

Hoc potest referri, tam ad Aegyptios, q̄ ad Hebræos: G
magis tamen est verbum hebræorum, quia Aegyptii
dicerent recordamur piscium, quos comedebamus
gratis in terra nostra. & non est intelligendum, quòd
Iudæi comederent gratis pisces. i. pro nullo precio, qa
Aegyptii non darent eis, cum paleæ ad conficiendos
lateres eis gratis non darentur, quanto magis non da-
rētur pisces? de paleis, vt patet Exod. cap. 5. sed dicitur
gratis. i. pro paruo precio, quasi pro nihilo, & hoc est,
quia terra Aegypti nimis abundat in piscibus propter
Nilum fluuium, & pisces illius sunt saporosiores om-
nibus aliis piscibus, quia est aqua illius temperatissima
& saluberrima, cum de fonte paradisi procedat, & pa-
tet hoc in vita Beatę Marię Aegyptiacæ, quę postquā
in deserto quasi incibata 30. annis, & sine cęlestibus mā
serat, adhuc piscium Aegypti recordabatur dicens.

Pisces Nili saporosiores aliis.

Pisces Aegypti, vinique cupido relicti,
Me miseram tangunt, & ea vehementius angunt:

De his ergo spāliter recordabātur Iudæi, & Aegyptii.

In mente nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cæpæ, & allia. Ponunt Israelitæ, & Aegyptii omnia alia, H
quibus delectabiliter vescebantur in Aegypto. s. cucu-
meres, &c. quia isti fructus erant illis sapidi, & ponun-
tur hic omnia delectabilia Aegypti, de quibus nihil
habebant in deserto. Cucumeris fructus communes
sunt, qui ibi habentur, & nomen eorum notum est.
Aliqui dicunt cucumeres esse cucurbitas, sed falsum
est. multum enim differunt. pepones, secūdum Nico-
laum sunt melones. est tamen alterum genus. Diffe-
rūt enim, tam a cucumeribus, quam a melonibus, sed
minores sunt, & grossiores cucumeribus, & medii sūt I
in figura, & colore inter cucumeres, & melones. no-
men autem eorum in vulgari nostro modicū discre-
pat a latino. Sed hebręi pepones vocant quoddam ge-
nus magnorum cucumerū, qui insipidi sunt, & quasi
pro nihilo habentur. vulgariter autem vocantur ba-
defas. Porri, & cępę, & alia cōmuniora sunt, & p hęc
intelliguntur omnia terræ nascentia, quæ plantantur
in hortis. Nicolaus dicit, q̄p per ista intelliguntur ciba-
ria illa, quæ comedebantur cum his, quia ista sunt ve-
lut salsamenta, & sic dicimus aliquando sal pro oībus
cibis, qui sale condiuntur, vt patet 1. Esdræ c. 4. memo
res salis, quod in palatio comedimus. i. ciborum sale
conditorum. sed non differt: magis tamen vī, q̄p po- K
nuntur, tanquam cibi per se distincti.

Quare magis desiderabantur carnes, quam cæpe, porri, &c.
Quæst. XV.

SED quæretur quare Aegyptii non petiuerunt
hic cucumeres, & pepones, pisces, porros, cę-
pas, & allia? Nam ista potius debuerunt deside-
rari, quam carnes, quia desiderium est de eis,
quæ non habentur. Carnes autem habebant Israelitæ
in deserto. pisces vero ad sufficientiam, vt supra dictū
est. cucumeres autem, pepones, porros, cępas, & allia:
nullo modo habebant, ideo ista magis desiderari de-

berent. Dicendum verum esse, q̄p in deserto ista nō
erant, quia nemo ea ibi seminauerat, vel plantauerat.
Iudæi autem, quia erant semper incerti de motu non
seminabant illa.

Dicendum est verum esse, q̄p ista nullo modo habe
bantur, & tñ magis desiderabant Israelitæ carnes, quia
erant sapidiores, & magis conueniebant nutritioni.
Cætera vero ex accidenti se habent, ideo quando hę-
bræi cęperunt murmurare contra Moysen, q̄p eduxis-
set eos de Aegypto de solis carnibus locuti sunt Exo.
16. s. vtinam mortui essemus per manum dñi in terra
Aegypti, q̄n sedebamus super ollas carniū, & comede
bamus panes in saturitate. ibi. n. de fructibus nulla mē
tio facta est. Est tñ dicendum, q̄p aliquando hebręi lor-
quebantur de istis non ad desiderium ipsorum saturā
dum, quasi hęc valde cuperent, sed aliquando ad osten
dendum meliorem fuisse terram Aegypti, quam illa
in qua erant, cum ibi non essent, nec esse possent fru-
ctus aliqui: in Aegypto autem essent multi. Sic dicitur
infra 20. c. s. quare nos fecistis ascendere de Aegypto,
& adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non
potest, qui nec ficum gignit, neque vineas, neque ma-
logranata? Aliquando autem ponuntur ista, tam ad
comparandum terram Aegypti ipsi deserto, quam ad
ostendendum meliores fuisse cibos in Aegypto, quā
in deserto, quia erat in Aegypto diuersitas ciborum, &
varietas saporum: in deserto autem non erat, nisi vni-
cibus, & ille erat Iudęis aridus, & insipidus, & ad hoc
ponuntur in litera. Dixit enim populus, recordamur
piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in me-
tem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, cę-
pæ, & allia. Et sequitur: anima nostra arida est, & nihil
aliud vident oculi nostri, nisi man, & infra 21. dixerūt
nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. hebręi
ergo nō ponuntur ibi, nec alibi desiderasse, & petiuis-
se fructus, vel pisces, sed solas carnes, & panē, eo q̄p ista
sunt necessaria ad nutritionem, & sapidiora: illa vero
sunt ex superabundanti ad demulcendum gustum va
rietate saporum.

Anima nostra arida est. Supra ponebatur murmu-
ratio propter defectum ciborum, quos desiderabant,
hic ponitur alia propter præsentiam ciborum, quos
horrebant, scilicet propter manna, & si non subitum
xissent murmurationem istam, prior non erat valde
magna, sed ista est directius in Deum, quam prior. Nō
aliter erat, quia deficiebant eis necessaria: ista vero, qua
contemnebant ea, quę Deus dederat, in quo Deus vi-
debatur contemni, cum ipse dedisset eis cibum istum
de cœlo, tanquam aliquid excellens, quod nec ipsi
nec patres eorum gustauerant. Illi tamen contemne-
bant, & ista fuit causa, quare Deus valde iratus est, vt
patet infra. Et dicitur anima nostra arida est, scilicet
pars animę vegetatiuę. Nam de parte rationali intel-
ligi non potest, cum ipsa, nec cibis egeat, nec alatur.
vegetatiua vero variis ciborum saporibus, & qualita-
tibus nunc siccis, nunc humidis, nunc diuersimode
se habentibus delectatur. In deserto autem conquere-
bantur Iudęi, quia anima eorum arida esset. s. quia nō
quam mutabant qualitatem cibi, semper comedentes
manna, quod eis pro pane, carnibus, & piscibus, & ce-
teris alimentis erat, & desiccabantur per accidens ex
defectu cibi, quia horrebant manna p̄p saporem. ideo
parum de eo comedebant, & consequenter parū nu-
triebantur. *Nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi manna.*
in Aegypto hębamus multos cibos, in quibus pote-
mus facere mutationem, vt non fastidiremus. Nun
vero solum habemus manna, ideo quantumcunque
sit saporis delectabilis, non possumus delectabiliter,
sufficiēter nutriri, qa natura nra, sicut mutabilis est,
in cibis, q̄ in omnibus, q̄ facit, mutationem desidera-

vnde Arist. in fi. 7. Ethi. dicit, q̄p quia natura Dei est sim A
plex, eadem actio est sibi delectabilissima. vnde semp
gaudet vnica, & simplici delectatione: nobis aūt trā-
mutatio omnium dulcissimum est s̄m poetam, p̄pter
malitiam quandam, quemadmodum hō facile trans-
mutabilis malus, & natura, quę indiget transmutatio-
ne, non est enim simplex, nec epiebes.

Quare in manna dedit Deus varietates odorum, & saporum vi-
ris bonis, & an esset varius sapor in manna, vel alias, &
quare Iudæi illum horrebant. & cur erat eis dulcis,
& prouocatiuus ad nauseam, & de figu-
ra, quantitate, ac colore eius.
Quæst. XVI.

ET ex hac causa Deus dedit varietatem sapo-
rum in manna, in priuilegium ipsis bonis, vt
patet Sapien. cap. 16. vt sicut sumentes cibos
varios experiuntur sapores, ita & ipsi in vnico
cibo quoscunque vellent sapores mutabāt. Sed adhuc
non videbatur hoc cęteris paribus sufficere, sicut di-
uersitas ciborum, quia varii cibi, varios habent sapo-
res, varias etiam qualitates dēsitatis, & raritatis. varios
etiam odores, qui multum demonstrant circa sapo-
rem ciborū, quia sapor, & odor cognata sunt, secūdū
naturam, tam quantum ad causam efficiētem, quam
aliquo modo circa materialem. In manna autem non
erant istę varietates, quia q̄q̄ sapores essent diuersi, tñ
color vnicus erat. s. color bdellii, & figura semper ea
dem. s. quasi semen coriandri, vt patet infra. etiā odor
non erat diuersus cum potius videretur non emitte-
re odorem: manna autem non erat potens emitte-
re odorem, quia causatur odor ex reiolutione calidi
agentis in ficcum. In manna autem nō erat calor, sed
potius ad calorem Solis in humorem aquaticum con
uertebatur, vt patet Exo. 16. c. Ista tamen in cibis mul-
tum immutant appetitum nostrum: quidam. n., p̄pter
odorem mouentur, etiam si sapor non sit notabilis,
alii autem p̄p colorem, sicut Esau desiderauit lenticu
lam rufam, & designauit, q̄p moueretur p̄p colorē ci-
bi, cum dixit, da mihi de coctione hac rufa, quia oppi-
do lassus sum, vt patet Gen. cap. 25. Alii vero cibos ab-
horrent, quia rari, vel densi sunt, ēt si eorum sapor con
ueniens sit. q̄q̄ ergo esset sapor manna conueniēs, qa
tñ erat semper idem cibus abhorrebant illum Iudæi.
Potissime autem, quia sapor iste bonus in manna non
erat generalis, sed solum quantū ad viros bonos, ma-
lis autem videbatur esse malus sapor, & hoc propter
duo. Primo, quia Deus in pœnam ipsorum dabat fa-
stidium illis, & posset hoc euenire dato, q̄p cibus esset
bonus. Secundo Iudęi horrebant manna, quia quam-
quam bonis verteretur ad omnem saporem, hoc tñ
non erat ex natura cibi, ita q̄p ille haberet omnes sapo-
res, quia tunc quicunque posset experiri omnes sapo
res in illo, sed falsum est.

Item impossibile est, q̄p aliqua vna res habeat in se- E
ipsa sapores diuersos, quia sapor est quædam qualitas
consequens digestionem humidi a calido, sicut ergo
in qualibet re est vnus determinatus modus digestio-
nis humidi, ita erit vnicus & determinatus sapor, nec
est vllatenus possibile aliq̄ rem manentem in comple
xione eadem habere diuersos sapores.

Quod autem manna immutaret gustum Iudęorū
bonorum poterat esse dupliciter. vno mō, q̄p illa varie
tas saporum simul, vel successiue, non esset in ipso mā
na, sed in ipso organo gustatiuo, sicut pōt Deus face-
re, q̄p nos videamus coram nobis, id quod non est ante
nos, sed solum in oculis nostris, & hoc erit causando
in pupilla nostra aliquas species rerū, quibus immu-
tetur actualiter potentia visiua, sicut si obiectum prius

esset a quo actualiter defluerent species ad oculum. A
Est enim generale, in qualibet mutatione organica,
quod non requiratur præsentia obiecti ad immutan-
dum, si possit esse species in organo. Non enim im-
mutatur potentia, nisi cum tangitur, quia omnis actio
naturalis est per contactum. iuxta Aristot. 2. de Gene-
ratione. Obiectum autem non tangit ipsam potentiā,
maxime in visiua, ideo fit immutatio per contactum
speciei præsentis in organo, dato quòd obiectum non
sit præsens immutabitur potentia. Et isto modo in po
tentia gustatiua poterat esse immutatio multorum sa
porum, dato quòd realiter in cibo non essent multi sa
pores, si Deus vellet causare species saporum in orga-
no gustatiuo Iudęorum. Alio modo poterat esse, q̄p
B manna immutaret gustum, secundum diuersos sapo-
res. quia Deus causaret, nunc vnum saporem in illo,
postea vero alterum, ita vt cum Deus cognosceret, q̄p
aliquis de Iudæis bonis desiderabat talem, vel talem
saporem in manna, causabat illum ibi, & immutaba-
tur secundum illum: alias tamen nunquam erat ibi il-
le sapor.

Habebat autem manna vnum saporem specialem
consequentem modum determinatum compositio-
nis suæ. s. saporem mellis, vt patet Exod. c. 16. Et tñ iste
sapor prouocat hominem ad nauseam, de dulcibus. n.
possumus paucum gustare, & delectant, si vero multū
in cibum sumpserimus nauseabimus. sic patet de ipso
melle Prouerb. 25. c. cum dicitur, mel inueniſti come-
de, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Et
C sic conquerebantur ipsi Iudęi, q̄p comedentes semper
istum cibum prouocabantur ad nauseam, vt patet ī.
21. c. s. nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo.
Item sapor manna declinabat aliqualiter ad saporem
olei, vt patet infra. s. saporis, quasi panis oleati, & tamē
sapor iste etiam nauseam gignit, & hoc propter duo.
Primo, quia est aliqualiter dulcis, & dulcia nimium
sumpta prouocant nauseam. Secundo, quia est de re
pingui, & pinguia magis prouocant ad vomitum, quā
cętera, ideo siue esset sapor mellis, siue sapor similę cū
oleo, semper erat prouocatiuus nauseæ cum sumeretē
in quotidianum cibum. vnde satis Iudæi habebant oc
casionem nauseandi. Nec tamen iste sapor erat totali-
ter prouocatiuus ad nauseam, quia tunc etiam ipsi bo-
ni nausearent cum natura cibi eadem esset illis, & ma
lis, sed adhuc dato, q̄p cibus aliqualiter præberet occa-
sionem nauseandi, tñ non nausearent boni, qa ex pri-
uilegio mutabatur in illis ad omne genus saporis, siue
carnium, siue piscium, vel aliorum ciborum, aut con-
dimentorum. In malis autem accidebat sapor peior
naturali ex miraculo, vt in hoc punirentur, & non so-
lum propter malos manna erat mali saporis, sed etiā
si manna haberet suum naturalem saporem commu
nem bonis. & malis, sicut nunc in oībus cibis contin-
git, quia tñ dulcis saporis erat prouocatiuum ad nau-
seam: nam licet dulcia naturę conuenientia sint, tamē
E in magna quantitate sumpta nauseam causant, vt de
melle dictum est. Et si aliqua dulcia sint, quæ nauseā
non prouocant p̄p aliquem modum specialem cōpo
sitionis, tñ fastidium causant, & modicū de eis come-
dere possumus. Et ista fuit causa, quare Deus mutauē-
rit saporem manna in viris bonis ad omnem modū,
quod ante non fecerat, nec nunc facit in oībus cibis,
quia si mansisset sapor naturalis manna, necesse erat
ēt ipsos bonos ad nauseam prouocari, & fastidire, quia
virtus non pōt regulare modum immutationis potē-
tiarum passiuarum, quia ista sunt naturalia, virtus autē
solum dirigit actus liberos, ideo sicut non est in pote-
state voluntatis nostrę, quibus visis tangamur, iuxta
Augustinum, ita non est in nostra potestate, qualiter
a saporibus, vel quantum immutemur.

Erat autem Man, quaſi ſemen coriandri. Hic determinatꝰ qualitas ipſius mannę quantum ad quatuor.ſ.in quantitate granulorum, in figura, in colore, & ſapore.

De qu antitate & figura mannę, & colore.

Prima duo determinantur in hoc, ꝙ dr̄, ꝙ erat quaſi ſemen coriandri.ſ.quantum ad magnitudinem granulorum, & quantum ad figuram, quia erant granula rotunda, ſed non in ſapore, nec in colore. Eſt.n.color coriandri niger, color autē in manna erat albus, ideo poſita ſunt iſta duo magis diſtinctè Exod. ca.16.ſ.erat manna, quaſi ſemen coriandri album, ideſt erat manna album, & quantitas eius erat, ſicut ſemen coriandri.fiebat autem manna ex quadam congelatione in aere, quaſi vna de impreſſionibus metheoricis, ſed talem natura facere non poteſt. Angeli autem faciebant, ideo vocatur panis angelorum Pſalm.77. panem angelorum manducauit homo, ideſt panem factū miniſterio angelorum. An vero manna naturaliter fieri potuiſſet declaratum eſt Exod.cap.16.& cum dicatur hic, ꝙ erat quaſi ſemen coriandri, dicitur Exo. cap.16. ꝙ erat quaſi pilo tūſum.i.percuſſum pilo: qđ eſt baculus ad frangendum triticum, qn̄ volumus illud decorticare, & percutiendo decorticamus. Cum vero fuerit decorticatum apparet album cum prius eſſet coloris flaui. & hoc pertinet ad colorem, vt non videatur eſſe manna nigrum, ſicut ſemen coriandri.

Et coloris bdellij.i.manna erat coloris albi, ſicut bdellium. Eſt enim bdellius arbor babylonica, de qua ſuccus manat precioſus, qui bdelliū dicitur. ſed hic bdellium pro lapide ſumitur, quoniā arbor illa non eſt coloris albi, & dictio hebraica poſita hic ſignat berillū, vel cryſtallum, vtrunque autem albi, vel lucidi coloris eſt, ſic habetur Gen.capitu. 2. ſ. ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. bdellium ibi lapidem nō arborem ſignificat.ſ. ꝙ in flumine illo ſunt lapides dicti bdellium, & lapides onychini.

Circuibatque populus colligens illud. Ideſt Iſraelitę ambulabant in circuitu caſtrorum ad colligendum māna, quia non cadebat intra caſtra, cum eſſent ibi loca immunda, & conculcata ab hominibus. ſi autem in locis illis fętidis cecidiſſet, populus horreret comedere illud, ideo dicitur Exod.cap.16.quòd cadebat in ſolitudine, ideſt extra caſtra in deſerto, & quamquam dicatur infra, quòd deſcendebat ros per caſtra, & pariter deſcendebat manna.non eſt intelligendum, quòd ſuper ipſa caſtra caderet, ſed quia cadebat prope illa dicebatur cadere ſuper ea, ideo populus per ſolitudinē circuibat colligens, quantum ſibi ſufficeret ſinguli, iuxta menſuram Gomor, vt patet Exo.c.16.

Manna vbi colligebatur.

Frangebat mola, ſiue terebat in mortario. Ideſt manna habebat aliquam duritiem, ideo populus cum vellet facere cibos ex illo frangebat mola: velut ſiquis frangeret lapillos olearū in molari lapide. vel terebat populus in mortario, ſicut nunc ea, quæ dura ſunt conterimus, & vtrunque pertinebat ad idem, comminuebatur enim manna, ſicut far molendo illud. Nam cum eſſet minutum, & durum, non poterat ſumi in cibū ſub ea forma in qua erat, ſed conterebatur, ſicut triticum in farinam, vt poſtea formaretur in paſtam.

Māna quō aptabatur ad comedendum.

Coquens in olla. Ideſt cum populus contriuiſſet in mortario coquebat in olla, quia ibi cōmiſcebatur, velut ſiquis farinam ponat in olla cum aqua ad faciendū pultes. & condenſabatur ibi, ita vt fierent panes ex eo, & poſſent comedere Iudęi, frangendo partes panum.

Et faciens ex eo tortulas. Ideſt poſtquam coquebatur in olla fiebant tortulæ ex illo. Non enim erat iſta decoctio ad id, ad quod ſunt alię decoctiones: nā in aliis fit decoctio, vt humiditas ſuperflua per calorem in re cruda digeratur, & fiat conuenientior cibus, quia calor ſtomachi non poteſt digerere rem crudam in cibum ſumptam, & propter hoc carnes decoquuntur,

F manna autem nō coquebatur, vt melius digereretur, quia modico calore Solis, ſi liquefieret vertebatur in aquam, vt patet Exod.c.16. Si tamen eſſet durę ſubſtātiæ, & indigeſtæ, non poſſet ad paruum calorem reſolui. Coquebatur tamen, vt ex eo formarentur panes, ſicut farina, quamquam ſit ſatis delicata, niſi conſpergatur aqua non poterit formari in paſtam, & tūc cum educeretur manna de olla formabatur in tortulas, velut ſiquis farinam coctam in olla ad pultes, & nimis denſatam formaret in panes.

Saporis quaſi panis oleati. Ideſt ſapor mannę erat quaſi ſapor panis mixti cum oleo, ſicut interdum, quādo paſta commiſcetur aqua ponitur oleum loco aquę, & tunc quando panis fuerit decoctus eſt ſapor illius

G ſpecialior ſaporibus aliorum panum propter ſpeciale commixtionem humidi dulcis. Nam dicitur panis ōleatus, ideſt quaſi panis frixus in oleo, & iſte delectabilior adhuc eſt, quam ſi in paſta commiſceatur oleum, quia fit ibi maior commixtio, & fortior digeſtio. Sed Exo.capitulo 16.dicitur, quod ſapor mannę erat, quaſi ſimilę cum melle, ideſt velut ſiquis comederet panem cum melle: ſimila enim panis delicatus eſt, ſed in idē redeunt iſti ſapores, quia ſunt dulces. In hebręo dicitur ſapor eius, ſicut humiditas olei. Sed Rab.Salom. & alii hebręi communiter diuidunt dictionem, quæ ſignificat humiditatem, & faciunt ſignare mel, & panem, & exponunt, quòd ſapor mannę erat, tanquam ſapor panis cum melle, & oleo.litera tamē noſtra magis adhęſit ſignificato primo.

H

Quamquam manna haberet aliquas qualitates naturales, tamen aliquas habebat non naturales, ſicut quòd ad Solem liquefieret, & ad ignem induraretur. Qō. XVII.

CONSIDERANDVM eſt autem circa iſtas qualitates, quæ erant in manna, quòd quamquam neceſſario cōſequeretur aliquis ſapor & color, & magnitudo, atque figura ipſum manna: tamen erant in eo qualitates quædā, quæ nullo modo per naturam exiſtere poterant. Erat enim manna corpus habens qualitatem elementalem, vel ſimilem elementali, ſcilicet quandam humiditatem: deinde quandam duritiem, ita vt tereretur mola, vel

I in mortario, & adhuc poſtquam coquebatur habebat aliquam duriciem, quia compingebatur in tortulas. Sed ſicut ipſum manna erat voluntate Dei ab angelis creatum ſine operatione alicuius agentis corporei naturalis, ita iſtę qualitates erant in manna modo ſupernaturali.ſ.ꝙ videbantur operari ad oppoſitum. Nam manna liquefiebat incaleſcente Sole. Si ergo hoc naturaliter efficeretur oportebat, vt quocunque calore appoſito q eſſet ęqualis caloris Solis, māna liqueſceret.ergo qn̄ poneretur in olla ad ignem liquefieret, & non poſſent poſtea ex eo cōpingi tortulę cuius ꝯriū eſt hic. Vtrunque ergo fiebat.ſ.ꝙ liquefieret incaleſcente Sole, & cum poneretur in olla condenſabatur,

K vt fierent tortulę. Non eſt autem ſic de aliqua re naturaliter eliquabili, vt de butyro congelato, aut oleo, vel niue, melle, cera, ſiue gelu, & ſic de cęteris. Nam licet iſta aliquando nimis condenſata ſint, & dura frigore conſtringente, tamen ad calorē Solis poſita reſoluuntur: idem ſi igni coniungantur, aut ſi ponantur in olla, ſed māna ad Solem liquefiebat, ad ignem autem, vel in olla indurabatur. Non ergo erat illa qualitas in manna naturaliter, quia tunc poſita identitate agentis in ſpecie poneretur identitas effectus. Sed cum polueriмus manna ad calorem Solis liquefieri, & non ad calorem ignis: neceſſe eſt, vt non eſſet illa qualitas ibi naturaliter, ſed ab aliqua ſuperiori cauſa ſic dirigente. In nulla .n. re naturali ſic reperietur.ſi ergo iſtę

qualitates reperiebantur in manna non naturaliter, non conſequebantur naturam temporis.

Sed tunc dices, quare ergo liquefiebat cum Sol incaluiſſet? Reſpondetur ꝙ hebræi in aurora, quolibet die accipiebant manna, quod pluerat de cęlo, ſecundū menſuram aſſignatam, & ne maneret in craſtinum, & conculcaretur, comederetur que in ſequenti die, liquefiebat adueniente ſolis ardore.

Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros deſcendebat pariter, & man.

Modus quo deſcendebat manna. Et an pruina, quæ cadebat cum manna, gigneretur quotidie naturaliter, vel ſupernaturaliter. Et an poſſet manna de die cadere. Et an eſſent tria in deſcenſu mannæ.

Quæſt. XVIII.

ISTE eſt modus quo cadebat per noctem manna. Non enim cadebat per noctem, quaſi non poſſit per diem cadere. Si enim naturaliter gigneretur ſolum per noctem caderet, ſicut eſt de rore, qui nunquam per diem cadit, niſi forte manna eſſet de impreſſionibus metheoricis accedentibus ad duritiem, & valde magnum frigus, ſicut ſunt grandines, & nix, quę etiam per diem cadunt. Sed cadebat per noctem, quia angeli conficientes illud tunc formabant, & cadere faciebant.

Et forte aliquis dicet, ꝙ licet manna non formaretur naturaliter: tn̄ pruina, quæ deſcendebat cū māna, vt dr̄ Exo.c.16.ſiue ros, vt dicitur hic non poterāt cauſari, niſi per noctem, ideo neceſſe erat, vt etiam ipſum manna per noctem caderet, ſed ēt hoc non ſtat. Nam ſicut manna non gignebatur naturaliter, ita nec ros poterat quotidie naturaliter gigni. nam ꝙ ſępiſſime gignatur manifeſtum eſt, ſed ꝙ nulla eſſet dies p 40. annos in qua non caderet ros non videtur naturaliter: potiſſime in terra illa, quę valde calida eſt. Item adhuc difficilius erat, quia licet vocetur hic ros, tn̄ erat pruina congelata, & dura ſuper quā caderet manna, vt colligitur Exod.c.16.& ibi declaratum eſt, pruina tamen non gignitur, niſi in temporibus valde frigidis, & conſequenter ſolum in terris aliqualiter frigidis: terrę autem multum declinantes ad ęquinoctialem, ſicut ſūt Aegyptus, & Arabia non habent tales impreſſiones, aut rariſſime ibi euenient, ꝙ ergo quotidie eēt pruina non erat naturale, ſed a cauſa ſupernaturaliter agēte. Dicendum igitur, ꝙ poterat cadere manna per diem & pruina cum eo: nolebat tn̄ Deus, ꝙ caderet, ſed ſolū in tenebris cum Iudæi non viderent illud, ſed ſolum reperirent in aurora paratum ſibi a Deo. Modus autē quo cadebat manna per ſingulos dies erat, ꝙ primo veniret quidam ventus miſſus a Deo purgans ſuperficiem terrę, ita vt nulla ſordes maneret qua manna deſcendens commaculari poſſet: deinde deſcendebat pruina, quę eſt gelida valde, & formata in granula: poſtea manna, & iſta duo ſignantur hic.ſ.cumque deſcēderet ros deſcendebat pariter, & man.i.ſuper rorem, qui pruina erat deſcendebat manna, & hoc fiebat, vt eſſet ad hoc mundius ipſum manna, q̃ ſi immediate faciei terrę adhęreret. Alij vero dixerunt tria fuiſſe in deſcenſu manna.ſ.ꝙ primo deſcenderet ros. deinde manna.tertio loco pruina. Sed iſta poſitio improbata fuit Exo.c.16. Solum ergo erant iſta duo, quæ ponunt̄ hic. Nō tn̄ acipitur ros propriè pro rore, ſed pro pruina, quia modicum proficeret ros cum ſit quaſi aqua. Pruina vero eſt dura. Ideo ꝯueniēter ſubſterneret̄ ipſi manna, & dicitur hic, ꝙ cum deſcenderet ros.i.pruina deſcēdebat pariter manna.i.immediate deſcendebat, & tamen prius deſcendebat pruina tanquam ſtramētum manna.

A *Audiuit ergo Moyſes*. Hic ponitur Moyſi afflictio, affligebatur autem, quia ipſe erat princeps populi, & nō poterat ſufficere illi in omnibus, quę volebat, ideo plorabant coram ipſo petentes ab eo carnes. Intantū aūt afflictus eſt, ꝙ petiit, vt moreretur, & dicit̄, ꝙ audiuit Moyſes populum flentem, quia magna pars populi flagrauerat deſiderio carnium, & oēs hi plorabant ponentes querimoniam, quę ſupra hr̄, & hoc eſt veriſimile, quia vulgus promiſcuum Aegyptiorum incępit primo lugere flagrās deſiderio, & poſtea adiūcti ſunt ſibi filii Iſrael, vt patet ſupra. Erāt autem Aegyptii diffuſi per omnia caſtra, quia vt ſupra 2.c. declaratum eſt ipſi caſtrametabantur ſub vexillis quatuor Iſraelitarū non habentes caſtra per ſe diſtincta, aut vexilla, ſed ſi-

B cut Iſraelitę in quatuor turmas vexillorū diuiſi ſunt, ita & Aegyptii in quatuor partes, & ſub quolibet vexillo Iſraelitarum erat vna pars Aegyptiorum. Cum ergo ipſi primo incępiſſent flere potuerunt ſimiliter oēs qui erant in caſtris, flere, quod non accidiſſet ſi haberent Aegyptii diſtincta caſtra, vbi ergo erat Moyſes audiuit vocem plorantium. *Per familias*. i. tā Aegyptii, quam Iſraelitę plorabāt per familias ſuas. hoc eſt quia erant diſtincti Iſraelitæ in caſtrametando per tribus 12.& quęlibet tribus p familias ſuas, quælibet autem familia per domos, ita vt ſicut erant diſtincti per familias, ita quęlibet familia per ſe ploraret.

Singulos per oſtia tentorij ſui. i. & quilibet erat ad oſtiū tentorii ſui, & ibi plorabat: ita vt quamquam quęlibet

C familia haberet diſtinctum ploratum ab alia, tamen adhuc quęlibet diſtincte plorabat a cæteris cum eſſet in oſtio tentorii ſui. Moyſes vero procedens per caſtra vidit ſingulos plorantes in tentoriis ſuis.

Iratuſque eſt furor domini valde. Ideſt Deus fuit valde iratus contra Iſraelitas, quia conquerebantur de ipſo, & erant ingrati de pręſtito beneficio, nam cum dicerent ſe recordari de piſcibus Aegypti, & cucumeribus, atque peponibus, ſignificabant ſe magis velle ibi ſtare, quam in deſerto, quod erat directè contra beneficium liberationis de Aegypti ſeruitute, & dicit̄ Deꝰ valde iratus.i.valde diſpoſuit punire, quia periit populus qui deſiderauerat carnes, vt patet infra.

Sed & Moyſi intoleranda res viſa eſt. Ideſt etiam Moyſi

D viſum eſt hoc valde difficile, & nullo modo tolerabile.non refertur hoc ad iram Dei, ſcilicet, quòd Moyſes iudicaret eſſe intolerabile, quia Deus iraſcebatur contra populum pro murmuratione, cum potius eſſet rationabile, ſed refertur ad ploratum populi, ita ꝙ Moyſes iudicauerit intolerabile eſſe totum populum clamare deſiderio carnium, & poteſt hoc dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ videretur intolerabile, quia cōtra dominum murmurabant petentes carnes, & ipſe zelaret pro eo. Alio modo, quòd Moyſi videretur intoleranda res, quòd totus populus contra eum clamaret, &ploraret ꝓ carnibus, quia ꝓpter hoc erat vnuſquiſque in oſtio tētorii ſui, vt eos Moyſes videret plo-

E rantes, qui de eis curam habebat, & in hoc ploratu de eo conquerebātur. Etiam videbatur ſibi intolerabile, quòd Deus imponeret ſibi totam curam populi dicens, quòd portaret omnes in ſinu ſuo, ſicut ſolet portare nutrix infantulum, & quòd incumberet ei onus dandi carnes populo lugenti, & iſte eſt ſenſus quem facit litera, vt apparet ex ſequentibus verbis querimoniæ Moyſi, & non zelat hic Moyſes pro Deo. Et eſt ſenſus, ꝙ non ſolum Deus iratus eſt, quia contra eum murmurabant Iſraelitę, & Aegyptii, ſed etiam Moyſi viſum eſt durum, & intolerabile, ꝙ omnes iſtę querelę ad eū dirigerentur, & hoc ſignat iſta dictio. *Sed &*.i. etiam. *Et ait ad dominum cur afflixiſti ſeruum tuum?* Erat.n. Moyſes anguſtiatus, vſque ad ſummum, ita vt potius eligeret mori.q̃ ſuſtinere talem laborem illius popu-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

li,vt patet infra cum dicit, non possum solus sustinere F
omnem hunc populum,quia grauis mihi est. sin aliter videtur,obsecro,vt interficias me, & inueniã gratiam in oculis tuis,ne tantis affligar malis. Ideo non potuit continere verba sua,sed aliqualiter conquestus est Deo, quòd eum ab hoc labore eriperet, & dixit, Cur afflixisti seruum tuum? in quo aliqualiter innuit, quòd ista afflictio ex aliqua parte erat iniusta, quasi dicat. Domine ego sum seruus tuus, inquantum valeo seruiens tibi:cur ergo imponis mihi onus intolerabile populi huius,quod morte grauius est?

Quare non inuenio gratiam coram te. Ideſt quare non habeo ego gratiam,vel beneficium aliquod coram te,sicut alii habent? quasi dicat non videtur esse iustum,& G
dicebat Moyses, quare non inuenio gratiam.i.quare non facis mecum hanc misericordiã, vt auferas a me vniuersi populi onus, vel quare non inuenio gratiã, vt me interficias,si non videtur tibi bonum, ꝙ auferatur a me labor iste?

Moyses ex afflictione locutus, & conquestus est non potens continere dolorem, & quid sit loqui ex abundantia cordis.
Et inuenire gratiam coram aliquo quid sit.
Quæst. XIX.

SAtis apparet ista esse verba viri afflictissimi. Nam si Moyses integra mente, & tranquillus consisteret sciret placitum esse coram Deo, ꝙ ipse sustineret laborem istum, cum non venerit a casu,sed Deus ei imposuerit,sed quia afflictus valde erat,non potuit tantum continere dolorem, quin potius ex abundantia cordis locutus est. Sic enim in omnibus est,quòd quando cor abundat coguntur loqui,iuxta illud Luc.6. c. ex abũdantia cordis os loquitur,ideſt quando cor abundat valde, ita quòd interior conceptus, vel impetus mouet ad loquendum,nõ potest homo continere verba, sed loquitur, & hoc est loqui ex abundantia cordis,& sic aliquando habet homo impulsum interiorem ad loquendum, ita vt durum esset ei tacere, & dicitur ęstuare verbum in corde eius, sicut dixit Heliu, quando volebat loqui contra Iob,& non poterat continere verba sua indignatione & zelo Iob 32. c.f. plenus enim sum sermonibus,& coarctat me spiritus vteri mei, en venter meus, quasi I
mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit,loquar,& respirabo paululum,ita & in Moyse factum est, ꝙ per verba sua dolor ipsius aliqualiter lenitus est. Si vero laborasset continere verba effectus fuisset amarissimus dolor.

Dixit hic, ꝙ non inueniebat gratiam coram Deo. Est.n.inuenire gratiam coram aliquo, ꝙ omnes actus nostri videantur ipsi boni, & tunc benefaciat nobis, ita & dicimur esse in gratia Dei, quando in charitate sumus,quia tunc oẽs actus nostri quicũque sint, Deo videntur acceptabiles. videbatur aũt Moysi, ꝙ nõ inueniret gratiam coram Deo, quia si actus ipsius eẽnt acceptabiles,aut Deus ei laborem hunc maximũ, aut K
vitam adimeret,quorum neutrum faciebat.

An Moyses sciret se habere gratiam Dei, & inuenire gratiam coram Deo. Quæst. XX.

SEd arguit aliquis, ꝙ Moyses inueniret gratiã coram Deo,& ipsemet confiteretur, vt patet Exo.c.33.cum ait Moyses.si ergo inueni gratia in conspectu tuo ostende mihi viam tuam, & postea dr̃.inuenisti gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Hoc tamen sciebat Moyses,cum Deus fuisset ei locutus. ergo non poterat dicere, ꝙ non inueniebat gratiam coram domino. Aliquis forte dicet ꝙ Moyses gratiam inueniebat, & sciebat se inuenire nunc tamen quia erat turbatus non iudicabat hoc, sicut accidit hoĩbus passionatis,quod satis stare possit.

Sed aliter dicendum est.s. ꝙ Moyses sciebat se inuenire gratiam coram Deo in multis aliis.s.quia accepta bat eum ad specialem collocutionem, & demonstrauerat ei lumen gloriæ suę in mõte Sinai, vt patet Exo. 33.c. Dicebat tamen se non inuenire gratiam.s.in isto negotio de auferendo labore,aut vita adimenda.

Et cur imposuisti pondus populi vniuersi huius super me? In hoc dicebat se non inuenisse gratiam, quia imponebatur super eum labor totius populi. Nec considerabat Moyses, quantum honorem ei Deus contulisset, cum fecisset eum rectorem tanti populi, ita vt omnia manu eius gererentur, sed attendit ad laborem, quia gens illa valde grauis sibi erat cum flerent contra ipsum dicentes,da nobis carnes,ideo libenter hunc magis gloriosum,quam delectabilem honorem cuilibet alteri renunciasset,nisi Deus id prohiberet. Et videmus hic, ꝙ Moyses non cõquerebatur fuisse aliquod onus impositum super ipsum, sed quia erat onus vniuersi populi,sic patet infra.s.nõ possum solus sustinere omnem hunc populum, & Deus ei sic prouidit non admendo curam totius populi, sed ei adiungendo coadiutores.s.70.viros,de quibus infra. *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem,vel genui eam?*

Quare Moysi videbatur grauis impositio oneris pro populo.
Et de cura paterna ad filios,& rectorum politiarum
& quòd non sufficit vnus prouidere multis,
tanquam pater, sed potest prouidere, tanquam rector.
Qõ. XXI.

HIc ponitur causa, quare videretur aliquaiter grauis impositio oneris,quia tantam curam,& tam vigilem imposuit Deus Moysi pro omnibus Israelitis, quantum haberet si genuisset eos,vel si concepisset,quia dixerat illi porta eos in sinu tuo.Sed hoc videbatur difficile,quia tanta cura non pertinet,nisi ad patrem,vel matrem. Rectores.n.ciuitatum, q̃q̃ habeant curam de toto populo,vt iuste viuant fm leges politiæ, tñ non habent curam de singulis personis de populo an habeant cibos, vel vestimenta,& an sint sani, vel egritudine laborẽt, & sic ętentur,vel amaro animo sint. Cura ergo rectoris ciuitatum facilis est in comparatione oĩum hãrium est vnica, ideo vnus homo potest habere curam magnę ciuitatis.Cura aũt materna,vel paterna longe differunt, quia pater curam habet filii, vt rectè viuat, & ne efficiatur turpis in ignominiam patris sui. Curat & de cibo,veste,egritudine,anxietate, cęterisque humanis incommodis, & necessitatibus, & ista intenta est cura valde. Nec sufficit hoc modo vnus homo prouidere multis,vel curam eorum gerere: talis autem cura fuerat imposita Moysi.Dixerat enim illi Deus porta eos in sinu tuo,sicut portare solet nutrix infantulum, non ergo dabatur Moysi cura principis, vel rectoris, sed cura patris,& matris pro toto populo, ad quã impossibile erat ipsum sufficere,& ob hoc dixit.nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem.i.nunquid ego sum mater oĩum istorum, quia concipere ad matrem pertinet. vel genui eam.i.nũquid ego sum pater totius multitudinis? gignere enim ad patrem pertinet. q.d.Domine tu non imponis mihi curam, tanquam principi,vel rectori,quia hoc faciliter tolerarem. Sed imponis mihi curam paternam,& maternam, tamen ego non cõcepi hanc multitudinem,nec genui.quòd autem imperaretur ei cura paterna patet, quia ad principem,vel rectorem ciuitatis nõ pertinet dare singulis cibos,& vestes, sed solum prouidere, ne iniustè viuant. a Moyse autem non solum hoc expectabant Israelitæ, sed etiam ꝙ daret eis carnes, quod pertinet ad curam paternam.

Vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. Non apparet vbi dixerit Deus Moysi verba tam efficacis,& solertis curę. satis tamẽ manifestũ est, quod dixerit cum Moyses referat illa fuisse dicta, & in hoc significabatur intensissima cura. Non enim potest esse vigilantior atque magis solicita cura, q̃ ea, q̃ habet nutrix de infantulo, quẽ portat in sinu, quia de omnibus prouidere debet, & etiam ipsum gestare cum moueri nequeat, atque diligenter attendere ne aliquo incommodo inducatur ad planctum: talem B
volebat Deus Moysen habere curam de tota multitudine Hebręorum: non quidem,quòd ita intensam, vel singularẽ haberet, quia impossibile erat circa singulos de multitudine talem ipsum exhibere curam, cum vix vni soli impendere posset, sed incitabat eum quantum posset impendere curam diligentem, & dixit ei porta eos in sinu tuo,ideſt inter brachia tua,quia sinus est spatium contentum inter brachia nostra, q̃ aliquid complectimur, & sic dicitur Deut.cap.13.& vxor, q̃ est in sinu tuo, ideſt inter brachia tua, sic portat nutrix infantulum in sinu,ideſt inter brachia. *Et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum.*

An Moyses iurauerit patribus Israelitarum eos portare in terram Chanaan, & si non quare hoc dixit. Et an Moyses debebat paternam, & maternam habere curam circa populum, & non deberet conqueri. C
Quæst. XXII.

IN hoc Deus imponebat curam Moysi inducendi Israelitas in terram Chanaan. Sed hoc Moyses facere non poterat, nisi Deus illud faceret, quia non poterat superare hostes, & magis conquerit cum dicat, in terram pro qua iurasti patribus eorum, ac si Moyses iurasset, & teneretur ducere illuc Israelitas,sed nihil tale iurauerat,quomodo ergo Moyses dicit hic, quòd Deus dixerit ei, quòd ipse iurauerat patribus Israelitarum.

Respondeti potest ad hoc, quòd non loquebatur sic Deus Moysi, sicut Moyses locutus est Deo,sed dixerat Deus duc eos in terram pro qua iurau[illegible]patribus eorum. Moyses tamen,quando conquerebatur Deo dixit, quòd Deus iuberet ei dicens. porta eos in sinu tuo,& defer in tertam pro qua iurasti patribus eorũ.

Sed tunc dicet aliquis Moysen fuisse mentitum, q̃ mutauit sententiam verborum Domini. Responderi potest, quòd Moyses ista scribens nõ asserit hic,quòd Deus ista iusserit. Sed asserit, ꝙ ipse dixerit illa Deo, quando conquerebatur de ipso, & verum est, quòd dixerit. an tamen cum conquestus est verum dixerit. est dicẽdum, quòd perturbato animo loquebatur, tãquam vir valde afflictus: proprium autem est afflictorum verbis exaggerare dolorem:ideo quamquã esset impositum onus satis magnum ipsi Moysi, ille tamẽ adhuc maius expressit dicens,quòd Deus dixerat ei in terram pro qua iurasti patribus eorum. multa autem nobis permittuntur,cum animo perturbato loqmur, quæ non licerent si integro animo diceremus: ideo postea Moyses nunquam illud asseruit. Sed cum scripsit hic retulit tãquam historicus, scilicet quòd olim perturbatus dixerit: non tamen,quòd sic fuerit. Alio modo dici potest, vera esse, quę hic Moyses protulit, quamquam vt afflictus loqueretur, & quòd Deus ei dixerit defer illos in terram pro qua iurasti patribus eorum.nec tamen iurauerat Moyses,sed Deus. Dixit tamen Deus hoc Moysi, quia faciebat eum substitutum suum in negocio portandi Israelitas in terram promissionis, & sicut Deus iurauerat, & videbatur hoc iuramento astrictus: ita Moyses cum esset procurator suus, tenebatur ad omnia, ad quę Deus virtute iuramẽti. Et quantum ad hoc censebatur iurasse. vtrũque autem satis potest stare.

Sciendum quòd licet Moyses conquereretur hic dicens,quòd non erat pater,nec mater populi,nec deberet impendere curam, quę dicitur hic.tamen secũdum veritatem ipse cẽsebatur,tanquã mater, & pater populi, quia erat prelatus, & populus iste adhuc erat rudis indigens benevola, & materna tractatione. sic prelati ad infirmos, & adhuc teneros in mansueta, & materna tractatione, & supportatione se habere debent,ne deficiant,vel scandalizentur, & tenere eos diligere. Sic enim Paulus eos quibus prędicabat filios vocat dicẽs. filioli mei quos ego semper parturio donec formetur in vobis Christus, & iterum, per euangelium ego vos genui. & ob hoc oportebat eum de salute eorum esse solicitum,& necesse est vitam prelati esse omnium miserrimam si sibi commissa recte dispensset, quia quotidiana fluctuantium curarũ immensitate vastatur, vt ait Gregorius primo dialogo. Vnde quòd afflictus esset à prelatorum beneficiorũ conditione alienum non est.

Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Quasi dicat ipsi petunt a me carnes,tanquam sim pater, & mater ipsorum, & debeam illis in omnibus prouidere, & si pauci essent aliquo modo tolerabile foret, vt eis carnes daret, sed tantę multitudini erat sibi impossibile, & in hoc iustificat querimoniam suam, quia Deus imposuerat ei curam de populo maternam, & paternam, & tamen pater de filio curam habere debet q̃tũ ad alimenta.

Flent contra me dicentes. da nobis carnes, vt comedamus. In hoc patet miseria Hebręorum. nemo enim tanti populi poterit excusare vilitatem. nam & pro paruulis planctus iste ignominiosus est: quanto fortius pro populo? nam & si fame perirent plorandum non erat: nunc tamen deficientibus carnibus plurimi de populo plorauerunt, & quod amplius est ad maiorem huius populi ignominiam publicè plorare non erubuerunt:quilibet enim in ostio tentorij sui querimoniam lachrymabilem emittebat,vt patet supra. Si tamẽ omnes cibi eis defecissent, ita vt fame pereundum esset, vel siti omnes exarescerent, querimonia quidem iusta aliqualiter videretur: nec tamen cum lachrymis proponenda. Non enim viros lachrymę decent,& cũ hic dixit, ꝙ plorabant dicentes ipsi da nobis carnes. potest dupliciter intelligi. Vno mõ,ꝙ solum plorarẽt singuli per ostia tentoriorum suorum desiderantes carnes,& non ꝓponerent aliquid Moysi: cum tamen coram ipso plorarent satis innuebatur, ꝙ ab ipso peterent,quia erat dux, ideo ipse recurrit ad Dñm. Alio modo potest intelligi, ꝙ Israelitę existẽtes in ostijs tẽtoriorum suorum clamabant cum lachrymis dicẽtes. da nobis carnes. *Non possum solus sustinere omnem hunc populum.* Non dixit Moyses, ꝙ nõ poterat sustinere populum, sed ꝙ non poterat totũ simul. vnde adiutoribus indigebat,& Deus ei in hoc prouidit dans 70. adiutores,vt patet infra. E

Inuectiua contra hebræos, qa flebant ꝓ carnibus.

An soli Moysi conueniret cura totius populi, & quare conqueritur cum essent multi alij iudices.
Quæst. XXIII.

SEd dicet aliquis quomodo Moyses dicit se sustinere solum onus totius populi? Alii enim cum eo principes erant.s.decani,quinquagenarii, cẽturiones, & tribuni,qui suggerente Ietro fuerant constituti super

Universidad de Deusto
Biblioteca

per populum, vt patet Exod. c. 18. Ad hoc respondent quidam hebræi, ꝙ rectores populi mortui fuerant in incendio, quando dicitur supra, ꝙ ignis vorauit extremam partem castrorum, idest digniorem, & hoc, ga isti murmurauerant, vel murmurantes nō represserāt.

Sed hoc falsum est, & supra improbatum. Item si omnes iudices constituti mortui fuissent supra in incendio, nunquam tā grauis afflictio Iudæis accidisset in deserto, plures enim hic mortui fuissent, quam in omnibus aliis plagis, essent enim quasi 80. millia virorum de his iudicibus, quia de sexcentis millibus virorum essent sexcenti tribuni, & centuriones sex mille quinquagenarii duodecim millia, decani sexaginta millia, qui perueniunt fere ad octoginta millia virorum, fuisset igitur expressus numerus occisorum, in tam graui plaga, sed nihil dictum est. ergo non fuerunt isti mortui.

Alii enim, qui dicunt fuisse populares succensos in superiori combustione, asserunt quòd omnes isti iudices manebant: tamen non curabant de spiritualibus, sicut Moyses, sed solum de foralibus, vel corporalibus.

Sed non multum videtur, quia dare cibū aliquem corporale erat. erudire autē in quęstionibus legis, vel consulere dominum erat spirituale: hic autem non inquirebatur de spirituali, cum populus peteret carnes a Moyse, sed de corporali. Item dato, ꝙ aliqui principes alii, siue iudices populi se intromitterent in spiritualibus, & temporalibus, tota afflictio integra rediret ad Moysen, quia in principatibus monarchicis, qualis iste erat, pluralitas rectorum est subordinata, & reducta ad vnum, qui totum regimen eminenter cōtinet. Sic autem erat in hebręis, quia omnes principes constituti reducebantur in Moysen, quia ipse curabat de rebus magnis, illi vero de paruis, etiam per appellationem ad ipsum deuoluebantur causæ. Vnde aliis non potentibus iudicare, vel prouidere, omnes causę, curę, & labores deuoluebantur ad ipsum. Si autē fuisset principatus aristocraticus, vel oligarchicus, vbi plures ęqualiter dominarentur, non fieret vltimatè deuolutio causarum ad vnum, sed ad multos simul. Ideo ꝙꝙ essent isti iudices Moyses poterat dicere, quòd erat super eum onus totius populi, quia ista, quę inquirebāt ab ipso populares, non poterant fieri per aliquem alterum, quia nō erant causæ forales. Item quia valde magnę erant, & pertinebat ad ipsum Moysen de magnis dare remedium. Et sciendum, quòd quamquā Moyses motus fuerit ad dicendum ista nunc, quādo petijt populus carnes ab eo: tñ non propter hoc solum dixit, sed quia multis alijs occupationibus impediebat, non poterat solus sustinere. Nam si propter istum casum solum petijsset postꝙ prouisum esset in eo non darentur coadiutores Moysi: fuerunt tamen dati 70. viri in adiutorium eius, & isti tollebant causam querelę Moysi. ideo in omnibus 40. annis quibus Israelitę in deserto fuerunt, nunꝙ Moyses conquestus est, ꝙ grauaretur numerositate negociorum populi.

Quomodo datis 70. senioribus tollebatur querela Moysi, & non tollebatur existentibus prioribus iudicibus constitutis consilio Ietro. Et quæ essent differentiæ iurisdictionis Moysi & aliorum iudicum constitutorū consilio Ietro. Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis cū isti 70. senes dati fuerint Moysi in adiutorium quomodo tollebatur querela eius, & non tollebatur existētibus omnibus alijs iudicibus, decanis, quinquagenarijs, centurionibus. & tribunis. Respondendū est, quòd tribuni, quinquagenarij, & cæteri iudices, nō habebant aliquam potestatem in eis, in quibus Moyses grauabatur, nec erat potestas delegabilis, quamquam Moyses eam illis admittere vellet.

Pro quo sciendum est, quòd iurisdictio Moysi, & omnium istorum iudicum constitutorum consilio Ietro, de quibus Exo. cap. 18. non erat eadem, quia habebāt iurisdictionem distinctā a iurisdictione Moysi secundum speciem, & secundum quantitatem. Primò differebat secundum speciem, quia Moyses prę erat in his, quæ ad Deum pertinebant, cęteri autem in his quæ ad populum. sic patet Exo. c. 18. cum dicitur. esto tu populo in his, quę ad Deum pertinent. vt referas, quę dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias, ritumque colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. & quantum ad hoc tota iurisdictio spiritualis residebat in Moyse, etiam aliquid alterum, quod nō pertinebat ad iurisdictionem, sed ad propheticum vsum, scilicet inquirere aliquid a Domino, vel respondere ex verbis eius: omnibus autem alijs iudicibus iurisdictio erat in solis tēporalibus.

Adhuc erat secunda differentia iurisdictionis Moysi a cæteris secundum quantitatem, quia alij solum poterant negocia parua iudicare. Ipse vero iudicabat de magnis: ideo quando aliqua causa magna perueniisset ad eos, deuoluebant illam ad Moysen Exo. c. 18. scilicet quidquid autem maius fuerint referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent. idē patet Deu. ca. 1. Item differebat iurisdictio Moysi a cæteris secundum excellentiam, quia per appellationem poterant ad ipsum deuolui causę, & hoc innuitur Deutero. c. 1. cum dicitur, quòd si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me, & ego audiam.

Nūc autem quantum ad hęc, quæ erant foralia, & in quibus iudices constituti subordinabantur Moysi sufficienter prouisum erat: nec vnquam Moyses conquestus est post constitutionem illorum iudicum se vexatum negocijs foralibus populi. Erat tamen prima iurisdictio in qua differebat Moyses a cæteris secundum speciem, scilicet in spiritualibus, in quibus non habebat aliquem iudicem sibi subordinatum, sed ipse solus expedire debebat. Etiam manebant negocia, quę erant valdè magna, quamquam non essent spiritualia: & quibus nullus de iudicibus constitutis consilio Ietro se poterat intromittere Exo. 18. & Deut. c. 1. & in multa erant. ergo in his indigebat adhuc Moyses coadiutore propter pluralitatem: nec fuerat sufficienter prouisum per ordinationem Ietro. Ideo dicendum, quòd quantum ad illa negocia, quæ Ietro diffinierat debere pertinere ad iudices constitutos, nō tollebatur est aliqua mutatio, sed māsit eis semper sua iurisdictio nō impedita per iurisdictionē 70. seniorum: nec iurisdictio seniorum impediebatur per iurisdictionē illorū iudicum prius constitutorum, sicut iurisdictio decanorum, quinquagenariorum, centurionum, & tribunorum non impediebat iurisdictionem Moysi, nec econtrario, sicut late declaratum est Exo. cap. 18. sed commissa sunt 70. senioribus ea, quę Moyses specialiter habebat, scilicet quòd iudicarent de causis magnis, sicut Moyses, quod non faciebāt iudices constituti consilio Ietro, etiam quòd consulerent Dominū, & responderent de quęstionibus legis, sicut Moyses, & sic erat distributa nunc mandato Dei iurisdictio, quę olim pertinuerat soli Moysi cōsilio Ietro in 70. viros: nec propter hoc Ietro male disposuit: quin potius si disposuisset, ita vt nunc Deus disposuit, male disposuisset, ꝙ ista iurisdictio circa maxima negocia, & portissime in referendo ad Dominum quęstiones populi, & referendo, quæ Deus dicebat, solum pertinebat ad

ad virum habentem spiritum propheticum, Ietro autem nō credidit alium esse in populo præter Moysen: ideo ei soli credidit. Deus etiam, quando nunc dedit 70. viris partem iurisdictionis, quam habebat Moyses non reperit eos in populo tales quales ad hoc necessarij erant, sed ipse eos fecit dando illis propheticum spiritum, & faciendo eos viros nouos, quod patet ex ꝙ quod habetur infra. Si autem Ietro potuisset alicui dare spiritum prophetiæ non constituisset solum Moysen in causis magnis, siue in his, quæ ad Deum pertinent, quia tamen non poterat, soli illi quem cognoscebat esse prophetam hanc iurisdictionem commisit.

Iudices 70 dati à Deo erant propter quod non dati a Ietro, & quare.

Quod autem 70. viri nunc accepti a Domino iurisdictionem Moysi, quantum ad causas magnas, & quantum ad spiritualia acciperent, patet ex eo, quod habetur in litera. & primo quantum ad causas magnas, cum dicitur. tradam eis, vt sustentent tecum onus populi, vt non tu solus graueris. ergo de causis magnis partem accipiebant, alioquin non tolleretur onus populi a Moyse. Quòd etiam acciperēt partem iurisdictionis quantum ad ea, quæ pertinebant ad Dominum, scilicet in consulendo Deum apparet, quia dicitur, & auferam de spiritu tuo tradamque eis, idest ego dabo partem spiritus prophetici illis viris, vt sciāt respondere ex parte Dei, & consulere ipsum, sicut & tu. Item patet, quia dicitur infra, quòd cum assumpti essent isti 70. viri requieuit in eis spiritus, & prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. ergo spiritus prophetiæ eis datus est. Item patet hoc de duobus iudicibus illorum, qui relicti fuerant in castris, scilicet Heldad, & Medad, quia etiam isti prophetabāt in castris, vt patet infra. de alijs iudicibus electis consilio Ietro non legitur, quòd vnquam prophetauerint, sed quòd erant viri bonę conuersationis. de istis autem dicitur, quòd prophetauerunt. Ideo si assumpti fuissent, & non prophetauissent nihil proficiebat eos assumptos esse, quia nequaquam tollerent onus Moysi.

Causa autem quare Deus dedit istis spiritum prophetię, fuit quia volebat Moysen liberare a magnitudine oneris populi, ipse autem non grauabatur circa negocia patua foralia, quia in istis erant iudices constituti primo, qui omnia expedirent. Sed grauabatur circa negocia magna, quorum nullum licebat expedire illis, sed soli Moysi. grauabatur etiam circa spiritualia referendo ad Dominum tot querelas populi, & in istis dati sunt sibi coadiutores. Sed ista negocia non poterant expediri sine spiritu propherico. datus ergo. hoc patet, quia illa in quibus quęstiones populi deferri deberent ad Dominum non pertinebant, nisi ad virum, cui Deus loqueretur, & iste esset propheta. certificare etiam de quęstionibus legis non pertinebat, nisi ad prophetam. Item negocia magna, quamquam non essent spiritualia, quia dubitabant in eis, referebant ad Dominū, sicut patet de quęstione successionis hęreditariæ filiarum Salphaad, vt patet infra vigesimo septimo capitulo. & de quæstione contractus matrimonij inter viros, & fęminas diuersarum tribuum: in quibus Moyses respondere non potens consuluit Dominum, oportebat igitur, quòd istis viris, qui dabantur Moysi in coadiutores daretur spiritus propheticus, & ex hoc etiam patet, quòd ipsi nō fuerūt assumpti ad paruas causas ad quas fuerant assumpti priores iudices cōsilio Ietro, quia nō erat necessarius ad illas spiritus propheticus, cum illæ diffinirentur ex lege posita, vel prudentia ipsorum iudicum, aut si aliquando dubitarent referebant ad Moysen, sed isti acceperunt spiritum propheticum, vt essent iudices. ergo ad maiora assumpti sunt.

An per electionem istorum iudicum 70. euacuata fuerit potestas priorum assumptorum consilio Ietro, & quanto tempore manserint vtrique inter Iudæos. Quæst. XXV.

QVAERET aliquis an per electionem istorū iudicum 70. euacuata fuerit potestas priorū iudicum assumptorum consilio Ietro.

Et dicet aliquis, quòd sic, quia si illi fuissent vtiles non eligerentur alii: fuerunt tamen alii electi, quia illi, vt inutiles reprobati sunt.

Respondendum est, ꝙ semper manserunt priores iudices, nec fuit quisquam de eis ablatus: nam officia ad quæ assumebantur erāt diuersa, quod patet ex differentia iurisdictionis Moysi, & aliorum iudicum, differebat enim iurisdictio Moysi a cęteris secundū speciem. s. quia ipse iudicabat de spiritualibus. s. de cęremoniis legis. de ritu colendi, & de oībus, quę ad Deū pertinent. Alii autem de solis foralibus. differebat etiā fm quantitatem, quia Moyses iudicabat in rebus magnis. alii autem in solis paruis.

Item differebat secundum excellentiam, quia causę per appellationem ab aliis deuoluebantur ad Moysen. ita etiam differebat iurisdictio 70. virorum, nunc electorum a iurisdictione iudicum electorum consilio Ietro, quia isti 70. dati sunt coadiutores Moysi, & succedebant in iurisdictionem eius iudicando de his, quæ ad Deum pertinent, & de causis magnis foralib⁹, & recipiendo causas deuolutas per appellationem ab aliis. Ideo sicut iurisdictio Moysi non impediebat iurisdictionem illorum iudicum, quia erant distincte: ita & iurisdictio ipsorum 70. nouiter acceptorum nō impediebat iurisdictionem priorum, quia erat subordinata illis. sed durauit vtraque: immo si iudices constituti consilio Ietro ablati fuissent, isti 70. nouiter electi non potuissent prouidere toti populo, & magis iā grauaretur Moyses, quam primo. prius enim grauabatur magnis causis populi: istę tamen non erant valde multæ: nunc autem ablatis iudicibus prioribus nullus eēt finis in causis, quia omnes causæ paruę totius populi deuenirent ad audientiam Moysi, & 70. iudicum, istæ autem quamquam difficiles non essent, erant tamen propter infinitatem suam inextricabiles per istos paucos viros, & sic maior esset iam turbatio Moysi propter causarum pluralitatem assumptis istis 70. iudicibus, quam prius fuisset propter causarum magnitudinem illis non assumptis: oportuit igitur, quòd cū istis iudicibus nouiter electis manerent etiam priores. Si autem fuissent assumpti ad idem genus iurisdictionis, secundum speciem, & secundum magnitudinem: nō oportebat priores existere istis electis, quia non grauabatur Moyses, quia illi erant pauci iudices, sed qa non habebant potestatem iudicandi in omnibus causis ad hoc, ꝙ releuarent Moysen.

An iudices ordinati consilio Ietro manserint in toto deserto. Quæst. XXVI.

QVAERET aliquis an isti iudices ordinati p Moysen consilio Ietro manserint in toto deserto 40. annis.

Respondendum est, quòd sic, quia in toto deserto fuit congregatio populi in modum castrorū, & erant distincti per vexilla, & turmas: poterant ergo diuidi p millenarios, cētenarios, quinquagenarios, & decanos, quod requirebatur ad hoc, quòd essent isti iudices: nā de decem viris eligebatur vnus decanus. de quinquaginta eligebatur vnus quinquagenarius. de centum sumebatur vnus centurio. de mille sumebatur tribun⁹, vel millenarius, quod fieri non posset, nisi populus sic esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset diuisus. fuerunt etiam isti iudices necessarij in toto deserto, quia erat ibi eadem causa, quæ in monte Sinai cum ordinati sunt, scilicet pluralitas causarum quotidianarum ad quas sufficere non poterat Moyses, nec etiam alij iudices, nisi valde multi essent, qui omnes causas faciliter audire possent. Sic erat accipiẽdo de decem viris vnum, & de quinquaginta vnum, &c. Oportebat ergo, vt vel isti iudices semper manerent in toto deserto, vel statuerentur alij, qui sufficiẽtius, aut equè sufficienter vniuersas causas dirimerẽt, vel populus esset inordinatus non habens iudicem, quod non concederetur, quia in quacũque communicatione politica, qualis erat communicatio Israelitarum in castris, est necessarius distributiuus iustitiæ, G ideſt iudex tantum quantum panis, iuxta Aristo 3. Politico. Quod autem pluralitas causarum non cessaret manifestum est. nam si reduceretur tota illa multitudo ad statum perfectissimum, ita vt nequaquam contenderent, non cõtingeret hoc, sed Iudei semper erãt imperfecti, immo in plerisque irrationabiles, vt patet ex petitionibus, & querimonijs suis. ergo causarum pluralitas non erat adempta. Item nõ erat prouisum de iudicibus, qui possent sufficienter dirimere omnes causas populi si priores auferrentur, quia 70. nouiter assumpti non electi sunt ad causas paruas, quas iudicabant iudices prius existentes, vt supra declaratum est, & dato, quòd eligerentur ad easdem causas non suffi- H cerent, quia erant in populo plures, quam sexcẽti mille viri præter Aegyptios, qui etiam causas haberent, & præter senes, qui non computantur in sexcẽtis millibus. ad hos autem non videbatur possibile sufficere 70. viros si in quibuscunque etiã minimis causis diffinire deberent. Necesse est igitur, vt dicamus, quòd manserunt in toto deserto per 40. annos iudices, qui electi fuerant in monte Sinai consilio Ietro. De istis iudicibus dicendum est, quòd erant per electionem, vt patet Exo. capi. 18. quia populus eligebat illos, & Moyses confirmabat, & cum aliquis istorum moreretur eligebatur alius loco eius, qui iudicaret in eadẽ auctoritate. De modo autem subordinationis istorum iudicum inter se, & de modo subordinationis eorũ ad Moysen: late declaratum est Exo. 18. c. I

An isti iudices manserint in terra Chanaan. Et quòd in terra Chanaan Israelitæ habuerunt duplicem statum pacis, scilicet, & belli, & qualem. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis an isti iudices manserint in terra Chanaan post ingressum Iudæorum illuc.

Respondendum est, quòd Israelitę in terra Chanaan habuerunt duplicem statum. vnus fuit status bellicus, cum totus Israel erat in castris, & vagabatur per diuersa loca pugnando ad expellendum, & delendum Chananæos de terra, & iste status mansit toto tempore quo Israelitæ fuerunt in acquirẽdo terram Chanaan, quousque eam diuiserunt, & inceperũt habitare per loca, quando tribus Gad, Ruben, & dimidia pars Manasse redierunt in terram suam data requie Israelitis, de quo Iosue capitu. 22. quod fuit spatium forte 10. annorum, aut plurium. nam in sola pugna ad accipiendum terram de manu hostium fluxerunt anni quasi 7. vt declaratum fuit Iosue capi. 9. & iste totus status fuit, sicut in deserto, quia erant Israelitę congregati in castris, & mouebantur de loco ad locum non habitantes in oppidis, & ciuitatibus, vt postea habitauerunt: nec obligabantur custodire cęremonias legis, nec custodiebant, sicut in deserto.

Secundus status fuit in terra Chanaan aliqualiter pacificus, postquam terra capta de manibus hostium, F & forte diuisa cęperunt habitare Iudei diuisi per singula loca. Quantum ad primum statum dicẽdum est, quòd fuit idem modus, qui erat in deserto, quantum ad omnia, & etiam in iudicibus, quia ibi cum totus populus esset congregatus, poterat diuidi in millenarios, centenarios, quinquagenarios, & denarios, & secundum hunc modum acciperentur iudices, nec videbatur alius modus conueniens accipiendi iudices, cum nec lege diffinitum esset, nec ipsi possent reperire: mansit ergo toto illo tempore, quod fuit 14. annorum, vt quidam dicunt, ordo prior iudicum secundũ ordinationem Ietro. nec de isto tempore multum est dubitandum.

De secundo autẽ statu, qui erat pacificus, postquam Israelitæ habitauerunt diuisi per loca terræ Chanaan magis dubitatur. Et dicendum est, quòd non manserunt iudices, decani, & quinquagenarij, & cęteri quos instituit Ietro, & hoc, quia non videbatur modus ad assignandum. nam quando Israelitę erant in deserto erat vnus populus, & accipiebant iudices, quasi vnus populus. Sed quia valde multi erant assumebantur iudices secundum denarios, quinquagenarios, & centenarios. In terra autem Chanaan postquam cęperũt habitare per loca, non fuit totus Israel quasi populus vnus, ideo non poterat diuidi cõuenienter per denarios, centenarios, millenarios: nam dato, quòd computarentur omnes habitatores terrę, & per eorum numerum sciretur, quot erant quinquagenarij assumendi, centuriones, & millenarij: tamen non poterat isti iudices conuenienter poni in locis, vt si aliquis locus esset habens octingentos viros, ille non posset habere vnum tribunum, siue millenarium, quia nõ erãt ibi mille viri, & si in aliquo loco essent mille, & nongenti viri solum esset ibi vnus millenarius, & pronõgentis non poneretur aliquis millenarius, ita quantũ ad omnes alios iudices, vt si in aliquo essent nonaginta viri, non poterat ibi poni centurio aliquis, quia nõ erant centum viri: non igitur potuit vllatenus esse iste ordo iudicum in terra Chanaan, postquam habitauerunt diuisi per loca. Item patet hoc, quia si esset diuisus sic totus populus Iudæorum per millenarios, centenarios, &c. ad ponendum iudices esset cognitus numerus omnium virorum totius populi per numerũ iudicum, sed non erat cognitus, quia propter hoc misit Dauid Ioab principem militię suę, vt numeraret omnes viros Israel, & Iuda, vt patet 2. Regum cap. 24. Ergo tunc non erat ordo iudicum tribunorum, quinquagenariorum, centurionum, & decanorum: alioquin non opus esset, vt Dauid mitteret ad sciendum numerum virorum. Item patet hoc, quia Moyses in anno 40. ab exitu de Aegypto prope mortem suam, cum iam ingressuri essent Israelitę in terram Chanaã, statuit de modo iudicum dicens, quòd si iudices, qui essent per singula loca dubitarent in iudicio, vel non viderentur bene sententiare recurreretur ad sacerdotem magnum, qui in tempore illo esset iudex, & ille diffiniret causas, vt patet Deuter. 17. capi. Si tamẽ existeret ordo priorum iudicum non recurreretur immediatè ad summum sacerdotem, sed a decanis, qui erant primi iudices deuoluerentur causę ad quinquagenarios, & ab eis ad centuriones: ab eis autem ad tribunos, siue millenarios: postea ad vltimum ad sacerdotem: non tamen erat talis ordo. ergo non consiliebant priores iudices, quòd autem hoc modo fieret deuolutio causarum inter iudices ordinatos consilio Ietro satis declaratum est Exo. capi. 17. Ideo dicendũ est, quòd modus iudicum inter Iudęos fuit, sicut ait Iosephus, scilicet quòd in quolibet loco esset vnus iudex, vel si essent loca magna erant plures iudices, & cuilibet istorũ assistebant duo Leuitę, tanq̃ assessores, quia

quia isti erant magis instructi in lege, & consulebant iudici quomodo sententiaret. Si autem aliquando isti dubitarent in iudicio deuoluebatur tunc ad summum sacerdotem, vel si appellaretur ab eis. sacerdos autem summus habebat secum 70. iudices, qui etiam consulebant ei, & ipse nunquam sine propheta iudicabat, ideo quidquid ille determinasset, ratum erat, nec habebatur locus appellandi, & hoc conuenit literę, quę habetur Deut. 17. capi. A

An 70. iudices semper manserunt in deserto, & quomodo assumerentur aliqui loco istorum. Quæst. XXVIII.

QVAERET adhuc aliquis de istis 70. senioribus, qui nunc assumpti sunt in iudices, an semper manserint in deserto. B

Et respondẽdum est, quòd sic, quia existebat causa semper propter quam assumpti sunt. nam ideo dati sunt Moysi in coadiutores, quia grauabatur nimis in causis magnis populi, quas solus non poterat sustinere, & in his, quę pertinebant ad Dominum, sed semper manebant multę causę in populo difficiles, in quibus oportebat consuli Dominum, & non poterat Moyses ad omnia hæc. Ideo necesse erat, vt manerẽt iudices coadiutorees ad istas causas, & isti erant 70. viri nunc electi. Alioquin quotidie haberet Moyses causam conquerendi, quòd non posset solus sustinere totum laborem tanti populi: nunquam tamen postea conquestus est. ergo semper manserunr. Et dicendum C est de istis 70. viris, quòd quandocunque aliquis eorũ moreretur eligebatur alius, & ille accipiebat spiritum propheticum: sicut priores acceperant, & sic poterant Moysen liberare a magnitudine curarum. Si autem solum eligerentur viri loco priorum, & non veniret in eos spiritus propheticus, non possent iudicare de causis magnis, nec de his, quæ pertinebant ad Deum, & tunc nihil differrent a prioribus iudicibus electis consilio Ietro, & consequenter non liberarent Moysen ab aliquo onere magnarum causarum, nec ab his, quæ pertinebant ad Deum, sicut nec priores iudices. Ideo dicendum necessario, quòd quicunque postea assumpti fuissent in iudices tempore Moysi loco aliquorum de 70. defunctorum acceperunt spiritum pro- D phetię, & in istis qui primo assumpti sunt, spiritus prophetię semper mansit, quia si a principio habuissent hunc spiritum, postea vero nequaq̃, nõ potuissent iudicare de magnis causis, & de his, q̃ ad Deum ptinẽt. Sedẽte ab eis spiritu prophetico, & ob hoc dicitur infra in litera de istis 70. quòd cum requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt nec vltra cessauerunt, ideſt in tota vita sua habuerunt spiritum prophetandi.

An 70. seniores manserint in terra Chanaan vsque ad Christũ, & an essent tunc prophetæ, sicut in deserto, & quam habitudinem habebant ad Moysen, & ad iudices electi consilio Ietro in deserto, & postea ad summum sacerdotem in terra Chanaan. Quæst. XXIX.

QVAERETVR adhuc de istis 70. viris an mãserint in terra Chanaan postquam Iudei illuc introierunt. Et forte de istis posset dici, sicut de alijs iudicibus constitutis tempore Ietro, scilicet quòd fuerint necessarij in deserto, & tamen postea non manserint in terra Chanaan. Et videtur hoc satis rationabile, quia 70. seniores erant dati in subsidiũ Moysi ne solus ipse grauaretur, vt patet hic, sed cum introierunt Israelitæ in terram Chanaan, iam Moyses mortuus erat: ergo non erant necessarii 70. seniores.

Respondendum est, quòd quantum ad hunc finẽ ad quem assumpti sunt primo seniores, non erat necesse illos manere in terra Chanaan: tamẽ manserũt, quia sicut ait Iosephus, & videtur satis concludi ex sacra Scriptura, in terra Chanaan cum Iudæi ibi habitauerunt, erant ordinati iudices per singula loca, & cuilibet dabantur duo Leuitę. Pręter hos erant alij iudices in loco Sanctuarij, qui erant iudices appellationũ, & magnarum causarum, & isti vocabantur domus iudicij. In his autem dicit fuisse caput summum sacerdotem, sicut apparet Deuter. 17. capi. Cum eo autem erant 70. seniores, & quandocunque aliqua sententia erat proferenda iniebant cõsilium omnes isti, & summus sacerdos proferebat in sententia, id quod omnes seniores, vel maior pars eorum terminasset: hoc etiã colligitur Matth. 26. & 17. capi. & Marci. 14. & 15. cap. vbi dicitur de principe sacerdotum, & senioribus, & conuenerunt in vnum, & inierunt consilium quid facerent de Christo, & ad vltimum. dicitur, quòd omnes condẽnauerunt eum. Marci. 14. capitu. summus tamen sacerdos principaliter loquebatur quasi nomine omnium, vt patet eo. capi. & Matth. 26. capitulo. Ergo etiam in terra Chanaan manserunt isti septuaginta seniores: non tamen habuerunt postea spiritũ propheticum, sicut acceperant isti, qui electi sunt tempore Moysi, quia hoc factum est, vt Moyses releuaretur, ne ipse cogeretur consulere Dominum in omnibus causis magnis populi. postea autem non fuit aliqs4 quẽ Deus vellet specialiter reseruare ab hoc labore, sicut reseruauit Moysen. Sed eligebantur illi septuaginta viri de populo etiam si non haberent spiritum, ppheticum, quod patet, quia tempore Christi fuerunt isti septuaginta seniores: ergo fuerunt etiam temporibus prętęritis, & tamẽ aliqua tempora fuerunt priora in quibus nullus erat propheta, vt patet primo Macha. capitulo. 4. vbi dicitur, quòd cum Iudas Machabęus mundauit domum Domini, & altare, quod a gẽtibus erat prophanatum, non ausus est restituere lapides altaris in locum suum, sed reseruauit eos in mõte Sancto, donec veniret propheta, & responderet quid de eis faciendum esset. ergo illo tempore non erant prophetæ, & tamen erant semper septuaginta seniores. ergo non habebant spiritum propheticum. Tempore autem Moysi habuerunt, vt eum a laboribus releuarent, quod fieri nequibat, nisi haberent spiritum propheticum ad respondendum de his, quę pertinebant ad Deum.

Quam habitudinem haberent ad inuicem iudices electi consilio Ietro, & septuaginta seniores. Quæst. XXX.

QVAERET aliquis cũ iudices, qui electi fuerant tempore Ietro manerent toto tempore quo manserunt isti septuaginta seniores in deserto, quam habitudinem habebant ad inuicem. E

Respondendum est, quòd isti septuaginta seniores erant superiores iudicibus electis consilio Ietro, quod patet ex, iurisdictione commissa illis: fuit enim commissa illis iurisdictio, quam habebat Moyses, quia nõ poterat ipse prouidere in omnibus causis toti populo. ideo tam causæ magnæ forales, quam causę pertinentes ad Deum solum, quam illę, quę per appellationem deuoluebantur, commisse erant senioribus, & in omnibus his aliquo modo subordinabantur iudices ordinati per Ietro ad 70. seniores.

Primo quantum ad spiritualia, quia si aliqua causa pręsentaretur in iudicio istorum iudicum Ietro, quæ esset spiritualis, non cognoscebant de ea, sed remittebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant ad Moysen, vel ad vnum aliquem de senioribus, F quia non pertinebat ad forum ipsorum. Etiam si esset aliqua causa foralis magna, vel ambigua, etiam si non esset magna deuoluebatur etiam ad seniores. Item si quando isti iudices aliquid iudicarent, quod videretur grauare alterum de litigatoribus, erat ei ius appellādi ad Moysen, vel ad aliquem de senioribus. Isti confirmabant, vel approbabant sententiam, quod vero isti iudicassent ratum habebatur, nec appellabatur ab aliquo eorum ad alterum, vel ab omnibus eis ad aliquē alterum, & hoc propter duo. primo quia appellatio semper est ad superiorem, sed istis non erat positus aliquis iudex superior.

Secundo, quia ius appellandi introductum est ne G partes iniuste grauentur a iudice. si autem constaret manifeste, quòd non erat grauamen, non erat locus appellationi, & ob hoc appellationibus friuolis deferendum nō est, sed quodcunque isti iudicauissent cōstabat esse iustè factum ergo, constabat neutram partium grauari, & consequenter appellationi deferendum non erat, quòd autem constaret patet, quia isti iudicabant spiritu prophetico, vt patet infra cum dicitur, quòd quando assumpti sunt isti requieuit super eos spiritus, & prophetauerūt, & nūquam vltra cessauerunt. Si autem in aliquibus iudicibus sic esset, quòd constaret eos habere spiritum propheticum, etiam si essent infimi iudices, nunquam permitteretur ab eis H appellatio.

Dicendum est igitur generaliter, quòd iudices cōstituti consilio Ietro habebant eādem subordinationem ad septuaginta seniores, quam habebāt ad Moysen, quia illis commissa erant omnia, quæ pertinebant ad iurisdictionem Moysi, vt sic facilius toleraret laborem eius Moyses, vt supra declaratum est, sed ad Moysen erant subordinati isti iudices facti consilio Ietro, quòd ab ipsis deuoluerentur causę ad eum in casibus supra positis. ergo eodem modo deuoluebātur ad septuaginta seniores: nec in hac parte erant minoris auctoritatis septuaginta seniores, quā Moyses.

An septuaginta Iudices essent subordinati Moysi.
Quæst. XXXI. I

QVAERETVR adhuc de istis septuaginta senioribus an haberent aliquam subordinationem an Moysen.

Respondendum est, quòd ex litera non apparet aliqua subordinatio, sed magis, quòd isti fungerentur eadem iurisdictione qua Moyses fungebatur, quia dati sunt sibi in coadiutores, nec est de istis, sicut de alijs iudicibus, quos ordinauit Ietro, quia de illis dicitur, quę esset potestas eorum, vt patet Exo. 18. capitu. Et ibi habetur quomodo subordinentur Moysi. hic autem nihil dicitur de istorum iurisdictione, sed solum, quòd erant coadiutores Moysi ne ipse nimis grauaretur: non tamen tollerent eius grauamen si forte maneret aliqua species iurisdictionis Moysi, quę non pertineret ad istos iudices seniores, vel si esset subordinatio eorum ad Moysen, quia tūc deuolutis causis ab istis ad Moysen maneret idē grauamen in Moyse, quod prius erat cum deuoluebantur causæ a iudicibus ordinatis per Ietro ad ipsum

Item patet, quòd habebant totaliter eandem iurisdictionem, quam Moyses, quia dixit Deus, auferam de spirito tuo, & dabo illis. Cum ergo per eundem spiritum iudicarent per quem Moyses: de eisdem iudicarent de quibus Moyses. Ideo dicendum est, quòd non erat aliqua subordinatio istorum ad Moysen: ita quòd Moyses esset maior, siue in aliqua specie iurisdictionis, quam haberet ipse, & non seniores, quia tam spiritualia, quam temporalia eis commissa erāt, cum datus esset eis spiritus propheticus, per quem de omnibus difficilibus iudicare poterāt: nec etiam erat maior Moyses quantum ad excellentiam iurisdictionis in subordinatione, quia non erant ei subordinati isti seniores quantum ad aliquid. Nam cum aliqua causa deuoluebatur a iudicibus minoribus, quos ipse tro constituerat: non erat aliquis ordo an ad Moysen illa deuolueretur, vel ad aliquem de senioribus. Item ab ipsis senioribus nunquam appellabatur ad Moysen, quia ita erat iurisdictio ipsorum excellens, sicut iurisdictio Moysi, & iudicium eorū, ita erat certum, sicut iudicium Moysi quia ipsi spiritu propherico iudicabant cum dicantur accepisse de spiritu Moysi, nō erat igitur aliquid causę quare ab eis ad Moysen appellaretur: fieret tamen si non accepissent ipsi spiritū propheticum, quia essent eorum iudicia adhuc incerta.

Nec debet hoc videri cuiquam irrationabile, quòd isti efficerentur æquales Moysi. nam non erat ista iurisdictio contentiosa, ita quòd Moyses contenderet se habere iurisdictionem maiorem, & alij dicerent se habere iurisdictionem æqualem ei, quia tunc non fuisset datum aliquid de iurisdictione senioribus: nec æqualiter, nec inæqualiter, si eam Moyses in solidum voluisset, sed data est iurisdictio illis ad petitionem Moysi, ne ipse grauaretur. Et tamen si non constituerent ei æquales in iurisdictione reseruata Moysi aliqua specie iurisdictionis, quę non esset pœnes seniores, vel aliqua subordinatione in deuolutione causarum, semper maneret Moyses in grauamine, quia in illo in quo excederet alios iudices ipse solus posset iudicare, & ibi pluralitate causarum turbaretur. non ergo fuit iniustè factum contra Moysen, quòd alij iudices fuerint sibi æquales facti, sed magis in hoc gratia suscepisse dicitur. Nec erat inconueniens fieri hic plures iudices æquales, quia non esset æqualitas occasio contendendi, cum nullus inuideret alteri, quia erant omnes prophetę, & quilibet satis gauderet, quòd quilibet aliorum sibi totam iurisdictionem acciperet. Item non erat periculum, quia quilibet habebat spiritum propheticum, & poterat iudicare de causis quātumcunque difficilibus.

Septuaginta seniores non se habebant sic ad summum sacerdotem in terra Chanaan, sicut se habuerant in deserto ad Moysen, & quare hoc. Et quid notandum pro intellectu euangelij passionis Domini.
Quæst. XXXII.

CONSIDERANDVM autem, quòd nō erat de istis septuaginta senioribus, sicut fuit postea de eis in terra Chanaan cum erant in domo consilij, scilicet in congregatione iudicum cum sacerdote magno, quia nunc poterant K se iudicare sine Moyse: postea vero in terra Chanaan nequibant. Et causa est, quia isti fuerant dati in subsidium Moysi, vt releuaretur a laboribus. Si tamen non possent iudicare sine Moyse, interesset Moyses omni iudicio, & tunc iam nihil tolleretur de grauamine, quia ipse ibi posset per se iudicare. Nec enim dati sunt sibi seniores illi tanquam consulentes, quia non indigebat, cum haberet spiritum propheticum, sed tanquam adiutores, vt ipsi quoque in causis iudicarent, & tamen non posset hoc fieri, nisi ipsi per se iudicare possent: etiam ex parte ipsorum non erat aliquod periculum, quòd quilibet eorum per se iudicare posset, quia quilibet habebat spiritum propheticum, & posset dicere verum in quacunque causa quantumcunque ardua.

In

In terra autem promissionis nō debuit esse sic, quia A
apud summum sacerdotem residebat maxima auctoritas iudicandi Deute. 16. capitulo. ipse tamen nō erat propheta: ideo indigebat consiliarijs ad proferendas sententias. dati sunt autem sibi septuaginta seniores, qui assisterent ei, & illi omnes simul vocabantur domus iudicij. Senioribus etiam non debuit licere per se iudicare, quia tunc non erant ipsi prophetę, sicut fuerant tempore Moysi, vt supra declaratum est. ideo assistebant ipsi sacerdoti magno, & cum eo dicebantur sententiare, vt patet Marci. 14. capi. vbi dicitur, q̄p sacerdos magnus, & seniores condēnauerūt Christū, & hoc inquantum sacerdos magnus sentētiam, quā proferre debebat, de eorum consilio, & auctoritate B
prius habebat formatam. Solus tamen summus sacerdos proferebat sententiam, & dicebatur iudex tempore suo.

Non possum solus sustinere omnem hunc populū. Dicebat hoc Moyses, quia tunc non erant aliqui, qui possent eum adiuuare in causis magnis, & in his, quę per appellationem deuoluebantur ad ipsum. vnde solus sustinere dicebatur totum populum.

Quare grauis mihi est. Ideſt est mihi insupportabilis cum haberet multas causas in quibus oportebat ipsum Moysen iudicare. vel dicitur grauis mihi est, scilicet quia petit irrationabilia, sicut hic cum flebant omnes petentes ab ipso carnes.

Sin aliter tibi videtur obsecro, vt interficias me. Ideſt si nō videtur tibi bonum, quod peto, sed magis contrariū C
iudicas, scilicet vt non debeam liberari a labore huius populi: obsecro, vt interficias me tollendo animam meam ad te, quia melius est mihi semel mori, quam quotidie.

An Moyses peccauerit petendo mortem a Deo, & an liceat alicui propter desiderium Dei, vel quia non credit se vtilem proximis: aut ne præoccupetur a peccatis, vel quia est in angustia passionali: aut propter mala, & incommoda, quæ patitur hic temporaliter, mortem appetere, & quis rationabilius mortem petierit Ionas an Moyses.
Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis an peccauerit Moyses petens mortem, nisi leuaretur ab isto labore.

Respondendum est, quòd petere mortem a Deo stat dupliciter, quia vel petitus eam, vt cum ipso gaudeamus, vel vt ab aliquo mi & labore præsenti eruamur. Si enim primo modo D
est inconueniens petere. sic enim petijt Apostolus ad Colo. 2. capitu. cupio dissolui, & esse cum Christo.

Nec tamen insistendum est determinate huic orationi, ita vt omni modo velimus migrare de hoc seculo, quia forte ille, qui similia petit vtilis est populo Dei ad aliquid, & Deus ipsum seruat ad fructum populi sui, quòd ergo ipse velit totaliter mori repugnat voluntati diuinę, ideo magis petere debet cum conditione, scilicet quòd vellet migrare de seculo ad vitam æternam: si tamen aliter videtur Deo, quòd fiat voluntas eius. immo, qui recte sapiunt, non debent ista petere, sed desiderare, & adhuc, non omnimode desiderare. Sic enim patet de verbis Apostoli ad Philippen. capi. 1. scilicet quòd si viuere hic in carne mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro: coarctor autem è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo enim magis melius: permanere autem in carne necessarium est propter vos, & hoc confidens scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium: ita etiam patet de beato Martino, qui cum in articulo mortis peteret se liberari de hoc seculo, adhuc non determinate hoc petijt subiungens. domine si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem.

Sed aliquis dicet hoc verum esse in illis, qui in statu prælationis, aut in doctrina verbi, vel exemplo vitę vtiles sunt populo Dei, aut esse possunt. De his tamē, qui in tali statu sunt, vt horum nihil conueniat, videbitur aliter dicendum.

Respondendum est, quòd nemo habens rectum desiderium in Deum debet totaliter determinate petere, vt de hoc seculo migret ad Christum, quia nullus tam imperfecti status est si aliquid boni desiderij habeat, quem Deus facere non possit excellentissimū virorum in ecclesia sua: non enim hoc nobis prouenit, aut ex natura, aut ex labore, vel ex diligentia operationis circa aliquid, sed Dei solius volentis munus est nos effici excellentes ministros suos, ita vt recte dicat Apostolus ad Rom. capi. 9. non est currentis, nec volentis, sed Dei miserentis. ideo licet nullus se dignū illa misericordia estimare debet, nemo tamen de illa debet desperare. Paulus enim erat velut non ens persequens ecclesiam Christi, sed Deus illum excellentissimum virorum, doctorem gentium, & vas electionis fecit. Petrus quoque rusticus, & piscator erat cui fortè vix capiendorum piscium inerat peritia, sed Deus illum totius ecclesię principem in summum pontificatum elegit: quis ergo desperare debeat cum hęc stupenda nobis infinitæ indignationis munera altissima Dei prouidentia contulerit? nemini igitur de celsitudine ministerij Dei pręsumendum est, nec rursus desperandum.

Item dato, quòd ille, qui nec prælationis, nec doctrinę officium habet, nec magno exemplo prodest. dum tamen desiderium bonum habeat, ad maiorem statū non assumatur potest esse proficuus ecclesię Dei, quia Deus vtitur nobis, vt ministris, & nemo tam inutilis esse potest, vt summa sapientia Dei eo ad aliquod bonum eliciendum vti non possit. Si tamen determinatè eligeremus mori, & esse cum Christo, subtraheremus proximis fructum, qui ex nobis prouenire poterat, & Deo ministerium, quod per nos exercere possent: ideo nulli licet determinatè velle mori, & esse cū Christo, sed vel sub dubio, & electione Dei ponat, vel solum desideret, & non petat: nec dico, quòd non petat, scilicet in voce, quia sola voluntate petere quantū ad Deum satis est, sed quòd non petat, ideſt non se determinet ad vnam partem, sed sit in eo quędam inclinatio, sicut interdum quædam desideramus, & alia eligimus, & vtraque bona sunt.

An liceat mortē appetere, vt liberetur a malo præsenti. Et quòd Deus magnam gratiam facit alicui eum eripiendo de hoc seculo nequam ne præoccupetur peccatis.
Quæst. XXXIIII.

ALIO modo desiderat aliquis mortem, vt liberetur ab aliquo malo pręsenti, & si non licet primo modo petere mortem simpliciter, minus licebit isto secūdo modo. Sed E
adhuc subdiuiditur iste modus, quia quidam mortem appetunt, vt liberentur a malo pręsenti, quod est peccatum. Alij vero, vt liberentur a malo pręsentis temporis, quod est tribulatio, & omnia humanę vitę aduersa, & incommoda. Si autem aliquis modus esse potest in quo petere mortem in istis casibus liceat: semper erit magis licitum petere mortem, vt a peccato, quod superuenire nobis potest, eruamur. nam istud desiderium ex fundamento charitatis aliqualiter prouenit, qui enim Deum non diligit, non desiderat mori, vt a peccatis eruatur, sed magis desiderat frui præsenti luce, in qua amatoribus huius seculi totum

gaudium

gaudium est, cum nihil eis post funera restet, nisi ęter-
na, & intoleranda tribulatio. Qui tamen huiusmodi
desiderat plenam fidem non habet, quoniam confi-
dere debemus, quòd si habuerimus bonum deside-
rium, Deus non permittet nos incidere in peccatum,
nec patietur tentari vltra id, quod possumus. sic patet
prima ad Corinth. capi. 10. scilicet fidelis est Deus, qui
non patietur vos tentari super id, quod potestis, sed fa-
ciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis su-
stinere. Etiam qui sic desiderat eripi a seculo ne inci-
dat in peccatum, tollit Deo ministerium, quod potest
per ipsum exercere ad vtilitatem ecclesię suę: ideo
nulli determinate petere licet, quòd Deus eū ab hoc
seculo migrare faciat ne eum peccata pręoccupent,
sed magis confidat in Domino, quoniam ipse dabit
bonitatem. Si autem petere voluerit non determina-
te petat, sed conditionaliter dicens. Domine si tibi bo-
num videtur, vt ab hoc seculo migrem ne peccatis
pręoccuper, desidero illud. si vero aliter iudicas fiat
voluntas tua. Sciendum tn̄, ꝙ quamquam nulli liceat
petere a Deo simpliciter, vt eum eruat ab hoc seculo
ne ipsum peccata grauent: Deus tamen magnam gra-
tiam facit si nos velociter de hac luce subtrahit, ne an-
te mortem superuenientibus pręgrauemur peccatis.
sic patet Sapien. 4. capi. scilicet placens Deo factus est
dilectus, & viuens inter peccatores translatus est: ra-
ptus est ne malitia mutaret intellectum illius: aut ne
fictio deciperet animam eius: fascinatio enim nuga-
citatis obscurat bona, & inconstantia concupiscen-
tię transuertit sensum, siue malitia: cōsumatus in bre-
ui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo ani
ma illius: propter hoc properauit educere illum de
medio iniquitatum. Non est autem simile Deo, & no-
bis, quia Deus scit quid nobis futurum est: nos autem
nescimus quid superueniet, ideo cum ipse nos eripit
ne nos peccata surripiant gratiam facit. cum vero nos
petimus migrare de hac luce, nescimus q̄d petamus.

*An liceat appetere mortem, vt liberemur a laboribus, & tribu-
lationibus huius vitæ. Quæst. XXXV.*

Alio modo petit aliquis mortem, vt libe-
retur a solis laboribus, & incommodis hu-
ius vitę, & tunc nunquam licet, sed graui-
ter peccat, qui talia petit. nam non de fun-
damento fidei, nec de radice charitatis hoc procedit,
sed ex maxima inconstantia, & mollicie cum labores
sufferre impotentes tędio vitę hoc petimus, & in tan-
tum quidam molles sunt, vt cum eis magnę aduersi-
tates ingruerint, tędio vitę affecti mortem sibi indu-
cant, & isti valde damnabiles sunt. nam & leges ipsæ
humanę valde puniunt eos, qui se occiderunt, &
quia non possunt pœnas eis infligere cum sensu ca-
reāt exanimata corpora, irrogatur quędam in hono-
ratio, scilicet, quòd non sepeliantur, & alię inhonora-
tiones, & figurę pœnalitatum circa talium corpora
fiunt. Sic enim ait Aristo. 5. Ethico. quòd iniustum fa-
cit ciuitati, qui seipsum occidit, ideo inhonoratio ad
est seipsum corrumpenti, idest infligitur dedecus ho-
mini occidenti se, sed hoc autem extremum malo-
rū est. Cum vero aliquis mori petit, sed non occidēs
malum quoddam habet, quicūque tamē hoc delibe-
rate petit mortaliter peccat, & valde grauiter.

*Moyses non peccauit appetendo mortem. Et quòd eis, qui sunt in
passione multa non imputatur ad peccatum, appetitio
mortis. Quæst. XXXVI.*

De Moyse autem dicendum est, quòd quamquā
ipse mortem petierit, tamen non peccauit. nam
F scriptura eum non arguit hic peccasse, nec alibi. Si ta-
men peccasset aliquando fieret mentio, & daretur
pœna, sicut infra 27. capitu. dicitur, quòd non introi-
bit in terram Chanaan, quia peccauit non benedicēs
Dominum ad aquas contradictionis. Si tamē hic pec-
casset peccatum istud esset maius, & infligeretur ali-
qua pœna, fieretque mentio, sed nihil tale scriptura
meminit, ideo firmiter dicendum est non peccauisse
illum in verbo hoc. multa enim eū excusant. Primò
quia non petiuit directe mortem, sed cum quadam
conditione dicens. non possum solus tolerare om-
nem hunc populum, quia grauis mihi est, sin aliter ti-
bi videtur obsecro, vt interficias me. Item excusatur,
G quia non petijt hoc deliberate, sed ex magna afflictio-
ne, & ira succensus, vt patet supra, scilicet, & Moysi
intoleranda res visa est, & ait ad Dominum. cur affli-
xisti seruum tuum? eis autem, qui sunt in passione
multa non imputantur, quę imputarentur si aliter p-
ponerent, & hoc, quia fortis passio maxime ira perfe-
ctam deliberationem tollit.
Similiter autem, & Ionas propheta mori concupi-
uit cum vidit, quòd non subuertebatur ciuitas Nini-
ue, quod ipse prædicauerat, vt patet Ion. capit. 4. scili-
cet, & nunc Domine tolle quęso animam meam a
me, quia melior est mihi mors, quam vita, & cum
postea iterum irasceretur valde propter hederam co-
mestam a verme dixit Dominus ad Ionam, putas ne
H bene irasceris tu super hedera, & dixit Ionas bene
irascor ego vsque ad mortem. hæc autem dicebat Io-
nas commotus ira, & plenus afflictione magna, vt pa-
tet pręallega. capitu. cum dicitur, & afflictus est Ionas
afflictione magna, & iratus est, & orauit ad Domi-
num, &c. De Iona autem an peccauerit in eis, quę pe-
tijt loco suo dicetur. quidquid tamen sit magis valde
imputabile erat Ionę, quam Moysi, quia Ionas desi-
derauit, vt destrueretur ciuitas Niniue, vt verum vide-
retur verbum de ore eius, & prælegit mori omnes
Niniuitas, quam retractari verbum suum, quod satis
militabat contra fraternam charitatem: quòd vero
ista fuerit intentio Ionę, & causa irę suę apparet Ionę
capitu. 4. scilicet obsecro Domine nunquid non hoc
I est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea?
propter hoc pręoccupaui, vt fugerem in Tharsis, scio
enim, quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens
& multę miserationis, & innocens super malitiam, &
nunc Domine tolle quęso animam meam a me, quia
melior est mihi mors, quam vita. Moyses autem non
petijt mortem, quia aliquid desideraret contra frater-
nam charitatem, sed quia erat in labore maximo: pa-
tet autem ex prioribus, quod non peccauerit hęc
petens.
Et inueniam gratiam coram oculis tuis. Scilicet si occi-
deris me, vt eruar a tanto labore, quia in vno istorum
duorum putabat sibi Moyses gratiam fieri, scilicet si
tolleretur ab eo tanta regiminis solicitudo, vel si Do-
K minus tolleret animam eius, quia vtrunque erat erue-
re a labore.
Ne tantis afficiar malis. Scilicet quibus quotidie affi-
cior. afficiebatur enim corporali labore, & vexabatur
continuis turbulentis solicitudinibus, timebat etiam,
quod maius est, ne impotens ad eorum mala toleran-
da impatiens fieret, vel aliquam Dei offensam incur-
reret, sicut factum est postea ad aquas contradictio-
nis, vt patet infra capi. 20.
Afficere accipitur hic pro cruciari. tria enim signat,
scilicet punire, informare, & desiderare. Primo mo-
do dicimus aliquem corporaliter afficiendum, velut
tędio affectus veniat responsurus. Secundo modo di-
citur, quòd in sacramento Eucharistię accidentia nō
afficiunt corpus Christi, idest nō informant illud exi-
stendo in eo subiectiue. Sic dicitur extra de celebra- A
tio. missarum. cap. cum Marthę. In tertia significatio-
ne vocamus affectiones vel affectus desideria, & ve-
nit de afficere, idest desiderare.
Et dixit Dominus. Hic consequenter ponitur Domi-
ni cōsolatio, & quia duplex fuerat querimonia Moy
si, scilicet de labore suo, & de cōquestione populi pro
carnibus, ideo ponitur duplex prouisio. Prima quan-
tum ad curam populi. Secunda quantum ad proui-
sionem cibi.
Populo quoque. Circa primum dicitur. *Congrega mihi
septuaginta viros.* Quamquam Deus prouidere vellet
vtrique: primo tamen prouidit Moysi, quia rationa-
bilior erat sua querimonia. & ad hoc voluit sibi dare
coadiutores, & non tollere penitus sibi curam ab eo.
sic enim petierat cum dixerit, non possum solus susti B
nere, & ad hoc dedit sibi septuaginta viros coadiuto-
res, qui haberent omnem speciem iurisdictionis &
excellentiam quam nunc habebat Moyses, vt supra
declaratum est, quoniam alioquin non possent eum
excusare a maximis curis, & fuit hoc in fauorem
Moysi.
Isti septuaginta seniores prius electi fuerunt quā
congregarentur coram Domino ad ostium taberna-
culi, sicut hic dicitur. de modo tamen electionis eo-
rum infra dicetur.

*An septuaginta seniores primum habuerint aliquod regimen,
& an essent isti præpositi Iudæorum in Aegypto.
Quæstio. XXXVII.*

Dicunt aliqui de istis senioribus, quod isti
regebant prius populum sub Moyse, & so-
lum in temporalibus: nunc autem in spiri-
tualibus & temporalibus regere incęperūt
dato sibi spiritu prophetico.
Sed nō multum concordat literæ, quia textus vult
signare hic nouam electionem, & subiungit condi-
tiones eligendorum, scilicet septuaginta de seniorib⁹,
quos tu nosti, quod senes populi sunt ac magistri. Si
tamen isti prius rexissent populum non oportebat, ꝙ
ponerentur conditiones eorum, immo non poneren
tur, quia esset superfluum, quia conditiones non po-
nuntur, nisi pro eligendis. Cum vero aliqui iam as-
sumpti sunt, non oportet poni conditionem. si [illegible]tur D
isti senes essent, qui primò regebant populum n[illegible]o
nerentur nunc conditiones eorum, sed diceretur. c[illegible]
grega ad me septuaginta seniores. Item isti fundan[illegible]
tur super aliquid, quod non facit probationem, scili-
cet quia dicitur Exo. cap. 24. Moysi autem dixit Do-
minus. Ascende ad Dominum tu & Aaron Nadab
& Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis
procul. ergo videtur, quod iam essent isti septuaginta
seniores. Dicendum nihil induci ex loco illo, quia
ibi non assignantur aliqui certi seniores, sed dixit Do
minus Moysi, quòd assumeret secum septuaginta de
senibus Israel. Si autem essent isti senes determinati
non diceretur, quòd assumeret septuaginta de seni-
bus Israel, sed septuaginta senes Israel. multum enim
differunt istæ locutiones, quia esse de senibus Israel
dicit multitudinē senum, & de eis assumptos aliquos.
Dicere autem senes Istael dicit quandam determina-
tionem senum, ita quod essent aliqui speciales senes
electi ad aliquid. ibi tamen non dicitur, quòd essent
septuaginta seniores Israel, sed septuaginta de senio-
ribus. ideo non præfuerunt isti in gubernatione po-
puli ante tempus hoc.
Item dicit Rabbi Sal. quod isti septuaginta senio-
res erant, qui erant præpositi de filijs Israel in Aegy-
pto qui flagellati sunt a ministris Pharaonis, quia po-

A pulum non grauabant cogendo ad complendū quo-
tidie numerum laterum, & ideo meruerunt habere
spiritum prophetiæ, & hoc dicit Rabbi Sal. quia in li-
tera subditur. quos tu nosti, quod senes populi sunt,
ac magistri quos ipse vocat præpositos.
Sed non est iste sensus, quia non vocantur hic ma-
gistri quasi præfuerint in Aegypto, sed magistri po-
puli, idest magis eruditi inter reliquos de populo, vt
sciant dare consilium in his quæ agenda sunt. *Septua-
ginta viros de senibus Israel.* Isti seniores non erant in nu
mero determinato, sed omnes veteres magni consi-
lij, atque prudentiæ vocantur seniores, nec solum vo- Qui uocari debent senes.
catur aliquis senior, quia ætate senex est: multi enim
in senectute constituti similia pueris patiuntur, ita vt
nihil differat iuuenis secundum tempus, vel secun-
B dum morem iuuenilis iuxta Aristotel. 1. Ethicorum.
Sed dicuntur seniores, quia eorum iudicium magnū
& inueteratum est, sicut in senibus esse deberet. iux-
ta illud Sapient. 4. cap. senectus enim venerabilis est
non diuturna, nec annorum numero computata: ca-
ni sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita imma-
culata.
Quos tu nosti. Moyses debebat istos accipere, &
præcognoscere eos, difficile enim est & periculosum
hominem incognitum assumi in principatum. Nam
principatus eos, qui olim cogniti fuerant alterius mo
di cognosci facit iuxta dictum Biantis, & habetur ab
Aristotel. 5. Ethicor. scilicet principatus ostendet vi-
rum: quanto magis de hominibus, qui prius incogni
C ti fuerant: quomodo autem stet ista assumptio cum
sortibus quæ positæ sunt, infra declarabitur.
Quod senes populi sint ac magistri. Idest non debes assu
mere aliquos, nisi de quibus tu cognoueris, ꝙ sunt
senes populi, idest homines sensati inter totum popu-
lum, & sint magistri, idest per excellentiam prudētiæ
eorum ipsi alios erudiant in agendis. nam ad istum
principatum non oportebat assumi, nisi viros pruden
tes, cum deberent regere totum populum.

*Quare Deus iussit, quòd septuaginta seniores sumerentur de
viris prudentibus, cum essent futuri prophetæ. Et an semper
haberent spiritum propheticum, & iudicarent prophetice,
& quomodo Deus in ministris vete. ac nouæ legis semper ele-
git honestatem. Et quid sit spiritus prophetiæ.
Quæstio. XXXVIII.*

Quaeret aliquis quare iussit Deus, vt assu
merentur isti viri prudentes. Nam non
erant iudicaturi secundum humanam pe-
ritiam, sed secundum spiritum Dei, ideo
datus est eis spiritus propheticus immediate, vt electi
sunt, vt patet infra, sed dato spiritu prophetico, ita po-
terat iudicare secundum certitudinem ille qui ante
fuerat rusticus, sicut qui fuerat sapientissimus.
Responderi potest ad hoc dupliciter. vno modo,
quod ideo fuerunt isti viri prudentes assumpti, quia
E quamquam secundum spiritum propheticum pro-
phetarent: aliquando tamen iudicare deberent non
habentes spiritum propheticum, sicut patet de Moy-
se, qui habebat spiritum propheticum, & tamen bis
interrogatus est, & nesciuit respondere, vt patet infra
vigesimoseptimo, & trigesimosexto capitulo. Si ta-
men tunc actualiter habuisset spiritum propheticū,
respondisset sicut postea, cum a Domino quæsiuit
habuit responsum, vt patet in quolibet prænallegato-
rum capitu. Est enim spiritus prophetiæ aliquod lu-
men raptim transiens, & non manet in intellectu nr̄o Spūs prophetiæ quid.
per modum habitus, quia sic licitum esset prophetæ,
q̄ñcunque vellet prophetare. non tn̄ est verū, q̄a ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando veniebat super eos spiritus prophetiç,& prophetabãt. Aliquando autem nihil poterant dicere. sic patet multoties in prophetis cum dicitur. factus est spiritus Domini super talem, aut talem prophetam. Si tamen esset per modum habitus nõ veniret in certis temporibus: sed postquam semel in aliquo esset semper esset, sic patet de Heliseo à quo cum quæsiuissent tres reges de euentu belli nesciuit respõdere, quousque coram eo caneretur in psalterio, & tunc venit super eum spiritus Domini, & prophetauit. sic patet. 4. Reg. cap. 3. s. nunc autem adducite mihi psaltem: cumque caneret psaltes facta est super eum manus Domini & ait. hæc dicit Domin⁹. facite in alueo torrentis huius fossas & fossas &c. & iterum Heliseus cum videret ad se venientem mulierem quandam, & tetigisset pedes eus dixit se nescire ad quid veniebat, vt patet 4. Reg. 4. ca. s. cumque venisset ad virum Dei in monte apprehendit pedes eius, & accessit Giezi, vt amoueret eam, & ait homo Dei: dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Accidebat etiam interdũ vt prophetæ non habentes actualiter spiritum, pphe'ticum loquerentur aliqua quæ videbantur eis bona, & postea superueniente spiritu Dei in eos contrariũ dicebant, quia primum fuerat secundum humanam prudentiam: secundùm autem ex Dei consilio. sic patet de propheta Nathan à quo cum quæsiuisset Dauid, an deberet facere domum Domino, respondit omne quod est in corde tuo vade, & fac. quoniã Dominus tecum est, & in nocte illa factum est verbum Domini ad Nathan, vt iret ad Dauid dicens, ꝙ non ædificaret ipse domum Domino: sed filius qui nasciturus esset ex eo. Ecce qualiter iste prophera quando non habuit spiritum Domini errauit, ita igitur cõtingeret istis viris assumptis cum Moyse, quia aliqñ non haberent spiritum Domini, & tunc nisi haberẽt humanam prudentiam nescirent iudicare: decuit ergo esse prudentes.

Sed contra hoc dicet aliquis non stare ista, quia isti septuaginta seniores, postquam habuerunt spiritum propheticum, semper illum habuerũt: ideo per eum possent semp iudicare, nec erat necessaria aliqua prudentia. patet hoc, quia infra dicitur. cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, nec vltra cessauerunt.

Respondendum est ad hoc, ꝙ isti iudices septuaginta assumpti receperunt spiritum propheticum cũ electi sunt, & iudicabant aliquando spiritu prophetico: interdum tamen non habebant spiritum propheticum, & sola humana prudentia iudicabant. Et cum dicitur, ꝙ prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. est sensus, ꝙ prophetauerunt tunc, quando spiritus propheticus fuit in eis nouiter datus. & non cessauerũt, idest quamquam aliquando cessarent prophetare, tamen postea redibant ad prophetandum, & nunc ita cessauerunt, quin aliquando postea prophetare possent, nec est possibile aliter intelligi. quod patet, quia cum dicitur, ꝙ non cessauerunt, aut dicitur, ꝙ nõ cessauerunt secundũ habitum, aut secundum actum. Si dicas, ꝙ nunquam cessauerunt secundum actum, est impossibile, quia tunc nunquam dormissent, nec comedissent, aut quicquam operis haberent, sed semper loquerentur: hoc tamen est falsum, quia non poterant sine his viuere. Item non decebat, ꝙ semper loquerentur, quamquam possent, quia tunc non possent audire venientes ad se ad iudicium, nec iudicare si ipsi semper loquerentur. oportebat igitur, vt non semper prophetarent actualiter. Item nõ potest hoc intelligi secundum habitum. s. quod nunquam cessaret in eis habitus propheticus, quia prophetia spiritus propheticus non dicit aliquẽ habitum, sed quoddam lumen raptim transiens per modum actus fluẽtis, vt supra declaratum est. Apparet igitur, quod isti indigebant prudentia magna, vt quando non haberent actualiter lumen propheticum per humanam prudentiam iudicarent.

Secundo respõderi potest, quod hoc factum est propter honestatem. nam quamquam isti haberent spiritum propheticum, qui semper in eis maneret, tamen non erat honestum, quod si prius fuissent rudes & indocti atque inhonestę conuersationis assumerentur ad hunc statum, quia populares videntes illos in statu prælationis, cum prius vidissent eos & rudes & inutiles scandalizarentur, etiam haberentur contemptui, nec eis vlla præstaretur auctoritas. Hoc autem Deus cauebat, quia non solum volebat facere bonum, quod esset bonum iure, sed etiam quod appareret recte factum. Et ob hoc tam in nouo, quàm in veteri testamento obseruata est magna honestas in ministris, vt non contemnatur ministerium ipsorum. De ministris legis veteris patet Leui. c. 21. scilicet, quod nullus accederet ad ministrandum si esset cæcus, vel claudus, si paruo vel grandi, & torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si habẽs albuginem in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus, & postea dabatur regula generalis, quod omnis qui habuerit maculã de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. In nouo etiam testamento obseruatur secundum decreta patrum, quod si aliquis fuerit leprosus, vel enormiter læsus, & deformiter, aut habeat aliquam magnam deformitatem: etiã si non sit plaga, non possit promoueri ad sacros ordines, & si postea inciderit in hæc remouetur ab administratione, vt patet extra de corrig. viti. per totum.

Eodem modo de officio prædicationis dicendum est, quod non admittantur ad illud habentes læsiones enormes, vel quascunque magnas deformitates, vel si fuerint primo infames, aut inciderint in aliqua valde horribilia: ideo dato, quod aliquis qui primo fuit infamis, siue de facto, si de iure postea redeat ad statum,

rientia: iuuenis autem expertus non est: multitudo enim temporis facit experientiam. 6. Ethic. c. 9.

Secundum erat honesta conuersatio, & quantum ad hanc poterant isti esse senes, vel iuuenes, cum in vtrisque contingat inueniri honestam conuersationem, sed facilius est hoc reperiri in senibus, quàm in iuuenibus, quia iuuenes propter feruorem sanguinis, & magnas mutationes naturæ, quæ in eis fiunt, sunt valde persecutores passionum: vnde facilius est eos temperatos esse, & non persecutores passionum, vnde Aristotel. dicit iuuenes & melācholicos semper indigere delectationibus: iuuenes quidem quamdiu durat iuuentus: melancholicos autem per totam vitam: & iuuenes indigent propter magnam mutationem: quæ fit in eis propter augmentationem: melancholici autem indigēt propter malitiam complexionis, quia corpora eorum, quasi quodam morsu consumuntur semper, & ideo sunt in continuo appetitu, & delectabilia sibi sunt velut quædam medicina. 7. Ethicorum cap. vltimo. Dicendum ergo ꝙ quantum ad hoc, licet possent tam de iuuenibus, quàm de senibus accipi isti septuaginta, tamen conuenientius erat de senibus accipi, quia in istis facilius inuenitur vitæ honestas, & non esse persecutores passionum.

Tertium erat maturitas quædam & grauitas siue reuerentia, & ista possunt inueniri tam in senibus, quàm in iuuenibus, quia reuerentia & grauitas præstantur a virtute, cum honor sit exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. 1. Ethicor. Sed q̄ contingit iuuenes habere virtutem, sicut & senes, ideo in vtrisq; potest esse reuerentia & grauitas. Est tamen dicendū, ꝙ ex hac parte, licet possent iuuenes eligi a Moyse: magis tamen conueniebat accipi senes, quia vltra reuerentiam debitam virtuti in quocunque illa sit, debetur quædam reuerentia propria senectuti. sic Deus iussit fieri Leui. 19. ſ. coram capite cano consurge, & honora personam senis. Idem autem sensit Aristot. 9. Ethicor. cap. 2. vbi distinguit honores secundū diuersas personas quibus debentur, & dicit de honore senis. ſ. & eum qui secundum ætatem est in assurrectione & inclinatione & talibus. cū ergo senibus vltra virtutem debeatur quædam alia reuerentia, sequitur quòd existentibus tam senibus quàm iuuenibus in virtute magis reuerendi sint senes quàm iuuenes.

Sed nunc dicendum, quod Moyses circa istos septuaginta viros tenuit modum, quod elegit senes ætate, eo quòd ista plenius in eis inueniri verisimile erat, quàm in iuuenibus, & tamen an omnes fuerint senes ætate non constat: potuit quoque eligere aliquos iuuenes.

Aliqui enim dicunt, quod erant quidam istorum iuuenes, & specialiter illi duo, scilicet Heldad & Medad qui manserant in castris. Nam dicunt, ꝙ propter hoc non iuerunt cum alijs quamquam vocati essent, quia cum essent iuuenes erubuerunt accipi ad illum statum, ad quem ancipiebantur senes. Sed an hoc verum sit non satis patet. motiuum tamen istorum satis est rōnabile. ſ. quia nō vocantur isti seniores, vel senes, sicut alij, sed vocantur viri, vt patet infra in litera, scilicet remanserant autem in castris duo viri quorū vnus vocabatur Heldad & alter Medad. Quod autē potuisset Moyses eligere, qui essent iuuenes, vel viri, ideſt triginta vel quadraginta annorum, qui nondum vocantur senes: patet, quia eligebantur isti qui essent prudentes, & essent magistri in populo. Contingeret tamen de istis esse plures forte in ætate. 30. vel 40. annorum, quàm in ætate 80. annorū, vel maiori, in qua tunc dicebātur senes, ideo eligerentur fortè q essent iuuenes, vel viri, & non qui essent senes.

Secundo quia apparet, ꝙ Deus non loquatur hic de senectute, quæ est secundum ætatem, sed secundū prudentiam & virtutē, & patet quia Deus iussit Moysi congrega mihi septuaginta viros quos tu nosti, ꝙ senes sint. Si tamen loqueretur de senectute ſm ætatem nō loqueretur quos tu nosti, ꝙ sint senes, in quo significatur aliqua specialis inquisitio relicta Moysi. Senectus tamen secundum ætatem ex aspectu nō est, & quilibet eam cognoscit.

Tertio & præcipue, quia isti nō vocantur senes absoluti, sed senes populi. nam dr congrega mihi 70. quos tu nosti, ꝙ senes populi sint. i. reputati a populo, vt senes, & vocantur senes populi illi quos populus propter prudentiam, & virtutem veneratur, & petit ab eis consilium, quasi essent senes, qui aūt sunt senes secundum ætatem nihil aliud habentes, vocantur quidem senes, sed non senes populi.

Quarto quia ita Gregorius exponit, dicens vocari hic senes non quidem ſm ætatem, sed ſm grauitatē morum, & vult ꝙ hoc modo multi iuuenes vocent senes cum ait. congrega mihi septuaginta &c. sicut plerunque iuuenes dicuntur qui nulla consilij grauitate præeminent, ita senes nō eos scriptura vocat, qui sola grauitate tpum, sed morū grauitate maturi sunt: vnde senectus venerabilis est nō diuturna, nec annorum numero computata. hinc ad Moysen dr cōgrega mihi 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint. in quibus verbis senectus cordis notatur, cum tales iubētur eligi senes qui sciuntur. si corporis senectus quæreretur a tantis sciri poterat a q̄tis videri. Cum vero dr quos tu nosti, ꝙ senes populi sint patet, ꝙ senectus mentis, & non corporis eligatur. Dicendum ergo sine dubio, ꝙ poterat Moyses eligere multos de istis. 70. qui non essent senes ætate, sed forte triginta vel quadraginta annorum, in quibus inueniretur prędicta dispositio, ad hoc, ꝙ essent iudices, & forte aliqui tales fuerunt inter istos 70. sed de nullius eorum ætate constat. Nunc vero respondendum est ad obiecta posita supra.

Ad primum dicendum, ꝙ Moyses elegit oēs istos septuaginta, vt essent senes accipiendo senem, eo modo quo accipit hic scriptura, & quia senex & iuuenes opponuntur, nullus istorum erat iuuenis, eo modo quo scriptura accipit hic iuuenem. Pro quo sciendū quòd nomen ex propriè dicitur secundum ætatem, quia est nomen ætatis ex origine sua, quia tamen senibus conueniunt quædam, scilicet prudentia, reuerentia, virtus, & ista conueniunt sibi quasi ex conditione ætatis, scilicet prudentia propter longam experientiam, quæ requiritur ad prudentiam, & ista est in senibus, & non potest esse in iuuenibus. 1. Ethicor. 3. & 6. Ethic. 10. cap. Virtus autem, quia iam cessauerunt in eo passiones, & non est illa ætas persecutiua passionum, sicut iuuentus. 7. Ethic. cap. vltimo. Reuerentia autem competit tam propter duo præcedentia, quàm propter ipsam ætatem. solet dici tam ex cōsuetudine hominum, quàm sacræ scripturæ illos esse senes, qui sunt maturi in prudentia, & virtute, etiam si sint in ætate iuuenili, & illos esse iuuenes, qui nec prudentiam habent, nec virtutem, & passionum persecutores sunt, licet sint in ætate senili. Et vtrunque istorum tam scriptura, quàm modus loquendi communis ait: vocat enim scriptura senes ipsos prudēres, & honestæ conuersationis in virtute maturos: etiam si sint paruæ ætatis Sapient. 4. c. scilicet senectus enim venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata: cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. è contrario aūt vocatur in scriptura puer, aut iuuenis ille, qui est magnæ ætatis, si nec virtutem, nec prudentiam habet. sic accipit

Esa. 65.

Esa. 65. c. ſ. puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Ibi enim vnū declarat alterum, quia puer centum annorum vocatur, qui est peccator centum annorum. i. qui in anno centesimo, ita prosequitur delectabilia, sicut puer in ætate puerili, cui ætati conuenit imprudentem esse, iuxta id quod dixit Salomon. stultitia colligata est in corde pueri. competit etiam prosequi passiones, & facere turpia, ideo in iuuenibus, & pueris verecundia laudabilis est, quia propter eam abstinent a turpibus. 4. Ethic. cap. 16. Quòd autem accipiatur sic puer & senex in modo nostro patet, quia Aristo. 1. Ethic. c. 3. æquiparat iuuenes secundum ætatem & senes, quorum cōditio est iuuenilis cum ait. differt autem nihil iuuenis secundum ætatē, aut secundum morem iuuenilis, nō enim a tempore defectio est, sed propter secundum passiones viuere, & prosequi simul.

Dicendum ergo, ꝙ isto modo non accepit Moyses hic aliquos de septuaginta, qui non essent senes: omnes quippe erant senes. ſ. maturitate cōsilij & grauitate morum, licet secundum ætatem essent iuuenes, & nullus erat iuuenis. ſ. persecutor passionū, aut imprudens. Sic dicit Gregorius. ſ. sicque plerunq; iuuenes dicuntur, qui nulla consilij grauitate præeminent, ita senes non eos scriptura vocat, qui sola grauitate temporum, sed morum grauitate maturi sunt. vnde senectus venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero computata.

Cum autem dicebatur, ꝙ non solum deberent isti esse senes, sed etiam valde senes, quia dicitur in litera. cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel. Dicendum est, ꝙ nihil ex hoc probatur, immo potius ex isto loco potest colligi, ꝙ isti non erant senes ſm ætatem, & magis cōcluderetur eos esse antiquos ætate, si vocarentur senes, quàm si vocarentur seniores.

Pro quo sciendum, ꝙ senior accipitur dupliciter. vno modo, vt est nomē comparatiuū de senex, & vocantur seniores illi, qui sunt valde senes. Sed tunc necesse est, ꝙ ponantur extrema comparationis. i. ꝙ aliquis dicat senior alio. Alio mō accipitur senior absolutè, & est nomen dignitatis importans quandam auctoritatem & prudentiam, & aliquando potestatem, & hoc modo non ponitur aliquod extremum cōparationis, cum sit nomē absolutum: iste modus est frequentatus in veteri, & in nouo testamento: vbi iudices qui habebant summam potestatem in populo vocabantur seniores, & ita oēs Euangelistæ accipiunt. Sic accipitur Mat. 26. ſ. duxerunt eum ad Caiphā principem sacerdotum, vbi Scribæ, & seniores conuenerant. Sic etiam accipitur Luc. 23. & sæpe apud Euangelistas, & ibi seniores vocantur absolutè, quia non comparantur ad aliquem quo sint seniores. Sed dicuntur seniores ipsi qui sunt maximi iudices in populo cum summo sacerdote. Sic accipitur in præsenti, quia vocantur isti seniores. ſ. homines honorabiles, & magnæ prudentiæ, qui in populo iudicarent, vt rectores, & iudices, & ad quos alij recurrerent, licet nōdum esset eis data ista potestas, & hoc aliquomodo colligitur ex litera cum dicitur. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint ac magistri, & sic isti, vt magistri reputabantur in populo, licet nondum esset eis attributa aliqua potestas iudicandi.

Alij etiam dicunt, ꝙ istud nomen senior quando accipitur absolutè, pro quo græci presbyterum dicunt, nunquam accipitur in scriptura, nisi pro illo qui sanctus est, & virtutibus plenus. Etiam si non sit in ætate longæua, sic dicit Adamantius. presbyteri, & seniores non pro longæua vita dicuntur, sed pro maturitate sensus, & grauitate vitæ veneranda: maxime cum additur plenus dierum. Si enim pro vitæ prolixitate senior quis diceretur, primus Adā, vel Mathusalem, vel Noe, qui plus quàm alij vixerunt, hoc nomine censerentur. Sed Abraham, qui minus vixit primus in scripturis presbyter, vel senior appellatur. dixit enim Dominus Moysi elige tibi ab omni populo presbyteros, quos tu ipse nosti, quod senes sint populi. obserua etiam sicubi inuenias aliquem peccatorē vocatum seniorem, & plenum dierum. Et isto modo oportebat omnes istos esse viros sanctos, & prudentia maturos.

Ad secundum cum obijciebatur, scilicet quos tu nosti, quòd senes sint. dicendum quod ex hoc loco magis accipitur contrarium. Primo quia isti non vocantur senes absolutè. Sed dicitur. quos nosti, quod senes populi sint. Vocantur autem senes populi, qui à populo reputantur valde reuerendi pro grauitate morum, & maturitate consilij, & istud contingit inueniri in iuuenibus secundum ætatem, & multos esse longæuos, in quibus ista non sint. Secundo quia dicitur. quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri, & sic pro eodem accipitur esse senes populi, & magistros populi. istud tamen non conuenit secundum ætatem, sed ex sola prudentia & virtute.

Senes populi & magistri ꝙ eodem accipiuntur.

Item hoc tenet Gregorius ex hac litera. ostendens ꝙ non accipiantur hic senes pro ætate, sed pro consilij maturitate cum ait: hinc ad Moysen dicitur cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint. in quibus verbis senectus cordis notatur cum tales iubentur eligi senes q sciuntur. Si enim senectus corporis quæreretur a tantis sciri poterat a quantis videri. Cum vero dicitur quos tu nosti, ꝙ senes populi sint: patet ꝙ senectus mentis nō corporis eligatur. Dicendum ergo, ꝙ licet isti septuaginta forte pro maiori parte essent senes ætate, tñ poterant aliqui vel multi ipsorum accipi qui non essent senes, dum tñ prudentia maturi & virtute graues essent.

Et duces eos ad ostium tabernaculi fœderis. Postquā electi sunt eo modo quo. j. ducti sunt ad ostium tabernaculi, vt ibi acciperent spiritum prophetiæ. & sic factum est, quia descendit ibi spiritus Dñi super singulos eorum & prophetauerunt. Item factum est, vt cū maiori auctoritate reciperentur in iudices: nulla autē poterat esse maior auctoritas, quam vt in Sanctuariū ducerētur. Item factum est, vt totus populus videret qūo accipiebantur in iudices, & non crederetur, ꝙ ipsi se ingesserant, aut vsurpauerant iudicis officiū, sed Dei mandato susciebant: ad honores. n. nemo aspirare debet, nisi a Deo vocetur, vt patet ad Hebr. c. 5. ſ. nemo indifferenter sumat honorem, sed qui vocatus est a Deo, vt Aaron.

Faciesque stare tecum ibi, vt descendam & loquar tibi. Ista dicebat Deus Moysi extra sanctuarium, quia quamquam haberet tria loca principalia, in quibus Deus loqueretur ei, vt declaratum est Leui. c. 1. tñ vbicunq; vellet audiebat sermonem Domini. Cum autem dicitur hic. facieſque eos stare ibi tecum, & dicitur, ꝙ ducet eos ad ostium tabernaculi: videtur quòd non staret in tabernaculo, quia tunc diceretur, facieſq; eos stare hic & duces eos huc, & dicitur, ꝙ Deus descenderet ad loquendum Moysi ibi. & est sensus, quod columna nubis inclinabatur vsque ad ostium tabernaculi, & ibi loquebatur. Erat autem iste descensus, vt vox melius audiretur, & ne sonaret de excelso, quia tunc audirent populares, qui erāt extra sanctuariū. sic patet j. 12. c. ſ. egredimini vos tñ tres ad tabernaculū fœderis. Cumque fuissent egressi descēdit Dominus in colūna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocās Aarō & Mariā. Alij aūt volūt intelligere hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

Qño De' dicebatur deſcendere ad loquẽdum, & quomõ Deus dicatur deſcendere, qñ ſe facit intelligibilem, vel qñ eleuat intellectũ noſtrũ ad notitiam ſui.

quantum ad deſcenſum intellectus. ſ. ꝙ Deus deſcenderet conformans ſe intellectui noſtro, & non eſſet ibi aliquis alius deſcenſus.

Eſt autem modus huius, quia Deus tenet ſummũ gradum in entibus, & ab intellectu noſtro naturali lumine ſicuti ipſe eſt intelligi non poteſt, quia nulla intelligentia naturalem capacitatem habet eorum quę eam excedunt ſm gradum eſſendi. Et ſic angeli naturali lumine non cognoſcunt ea, quæ de Deo ſunt, niſi valde imperfectè, & iſta fuit occaſio peccati, & obſtinationis quorundam ipſorum, ſicut in nobis error intellectus practici.

Cum ergo Deus alicui creaturæ ſe reuelare vult: neceſſe eſt, ꝙ a ſua perfectione ad gradum inferiorẽ deſcendat: non quidem ſm eſſe, ſed ſm modum immutationis. ſ. ꝙ quamq̃ Deus immutet intellectum noſtrum ad intelligendum aliquid de ipſo, non ĩmutat ad intelligendum ſub tanta perfectione ſub quanta ipſe eſt, quia cum ſit immutans liberum, immutabit intellectum creaturæ, ſm quemcunque gradum voluerit, ſicut ſi ignis eſſet agens voluntarium calefaceret ſm quẽ gradum vellet. i. virtutẽ ſuam vltimã. ſ. quia naturale agens eſt agit ſm vltimũ de potentia. vel Deus dr̃ deſcendere, quia creaturã a gradu capacitatis ſuæ naturæ ad vlteriorem eleuat, & non põt eleuare, niſi deſcendat: hoc aũt nunquã contingit viatori, niſi ad horam rarò & in pauciſſimis: in prima autẽ cuilibet dabitur ſm meritorum gradum, ideo de cõi lege oportet, ꝙ qñcunque Deus alicui ſe intelligendum dat deſcendat, & ob hoc ſcriptura iſtum modũ loquendi propriiſſime ſeruat.

Iſte ſenſus verus eſt: litera tñ ſolũ facit primum. ſ. ꝙ deſcenderet Deus in columna nubis ad oſtium tabernaculi, vt loqueretur Moyſi: ea aũt quæ Deus loqui debebat Moyſi erant aliqua pertinentia ad officium illorum iudicum, vel ſaltem proponeret ibi, ꝙ vellet illos aſſumi iudices. *Et auferam de ſpiritu tuo.* i. dabo iſtis viris ſpm̃ ꝓpheticũ, ſicut tibi, vt ſciant regere populũ.

Cauſa huius erat, quia iſti viri ſumebantur ad magna negocia, vt eſſent coadiutores Moyſi: hæc autẽ non poterãt iudicari, niſi ab hoĩe hñte ſpiritum Dei, cum nõ eſſent poſitæ leges de oĩbus, ideo oportebat vt iudex a Deo illuſtratus eſſet ad cognitionẽ iſtarũ cauſarum, vel ſi aliqñ ignoraret, ꝙ poſſet inquirere a Deo, & rñdere ſibi, ſed adhuc non ꝑtinebat hoc niſi ad prophetas: cuicunque. n. aliquid Deus loquitur ꝓpheta vocatur, cum illud alijs poſtea retulit. Si verò iſtis non eſſet datus ſpũs propheticus, nihil tolleretur de onere Moyſi, quia non poſſent iudicare de cauſis magnis pertinentibus ad Moyſen. Nam ſi ſine ſpiritu ꝓphetico potuiſſet quiſquã de his iudicare, ſuffeciſſent oẽs iudices populi, qui poſiti fuerant conſilio Ietro. ſ. decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni qui erant quaſi octuaginta millia virorum, vt ſ̃. declarauimus Exo. c. 18. Sed non tollebant illi onus Moyſi, nec iſti ſi non haberent ſpiritum propheticum.

An aliquid fuerit ablatum de ſpiritu prophetico Moyſi pro ſeptuaginta ſenioribus. Et habitus ſcientificus quomodo ſit diuiſibilis, vel indiuiſibilis *Quæſt.* XL.

ET cum dicitur hic auferam de ſpiritu tuo. nõ eſt ſenſus, ꝙ aliquid fuerit ablatum de ſpiritu Moyſi. ſ. de lumine ſuo prophetico quo cognoſcebat difficultates cauſarũ, & ſciebat ad oĩa rñdere, quod patet, quia ſi aliquid fuiſſet ablatum de lumine Moyſi cũ de eius ſpiritu daret 70. viris modicũ, aut nihil remaneret Moyſi. Et ſic neſciret rñdere vel iudicare in cauſis, ſicut ante faciebat. Sed falſũ eſt, qa poſtea ita ꝑfectè rexit populũ, ſicut pri' rexerat.

F Item iſti iudices aſſumebantur, vt Moyſes aliqualiter relaxaretur a priori labore. Si aũt ſpiritus Moyſi diuideretur, paucum remaneret ei, & ſic non eſſet relaxatio, ſed aggrauatio. Nam vni homini ignorãti ita difficile eſt regere vnum virum, ſicut homini prudẽtiſſimo regere decẽ millia. ſicut igitur erat prius difficultas Moyſi regere totum populum, quantũ ad cauſas arduas, cum eſſet prudẽtiſſimus, hñs magnum lumen propheticũ, ita eſſet ei nunc difficile regere aliquam partẽ populi, cum eſſet effectus minus ſapiẽs.

Item ſequeretur, ꝙ nec ipſe, nec alij ſeniores poſſent regere totum populum, aut aliquã partem populi, quia Moyſes & ſeniores aſſumpti erant ſolum ad cauſas magnas, ſed tantam difficultatem requirebat
G vna cauſa ardua, ſicut millæ cauſæ arduæ intenſiuè, quamquam maiorem laborem iudicantis requirunt mille cauſæ, quam vna. Si ergo ad hoc, ꝙ Moyſes iudicaret oẽs cauſas difficiles populi habuerat prius magnum ſpiritũ, ita ad hoc, ꝙ iudicaret vnam de difficilimis requirebatur in eo tantus ſpũs propheticus, ſicut prius: velut ſi ſint mille propoſitiones æqualiter difficiles, tñ ingenium requiritur in aliquo ad intelligendũ vnam earum, ſicut ad intelligendũ oẽs: quãquam neceſſario erit maior diſcurſus intelligẽdo plures quàm vnã: ſi tñ fuiſſet ſpiritus Moyſi diuiſus, quia de eo daretur 70. viris, non eſſet ita magnus vt prius. Ideo non ſufficeret ad diffiniendũ aliquã cauſam de difficillimis: nullus quoq; de ſenioribus ad hoc ſufficeret, quia ipſi haberẽt valde minorẽ ſpm̃, quã Moy-
H ſes, cum darentur eis particulæ quædã ſpiritus Moyſi, & ſic nemo eſſet in populo qui ſufficeret ad iudicandũ de magnis cauſis, ideo non fuit aliquid ablatũ de ſpiritu, quia nec ſenioribus ſufficeret, quod auferebatur, nec Moyſi ſatis eſſet quod maneret.

Item quia populus non bene regeretur: melius. n. vnus rector perfectus populum reget, quã multi imperfecti, vt ſi ſciẽtia alicuius vnius pluribus diuideretur, & ſic vt vnus vnam propoſitionem ſciret, alius aliam, & ſic conſequenter, nullus eorũ ſciens eſſet: vnus aũt hñs totum ſciens eſſet, & ſi vnus perfectus rector oĩa negocia magnæ cõitatis agere non poſſet, tñ ea quæ ageret perfectè ageret. Si aũt eſſent plures rectores imperfecti in quolibet negocio errarent, quod non expe-
I dit m[illegible]itudini, quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diuiſa, [illegible]m quia etiam ſi daretur, ꝙ plures melius regerẽt habentes vnum ſpiritum particulatim, quam vnus totaliter, tamen ſpiritus qui vni datus eſt alteri [illegible]ri non poteſt, & eſſet magna difficultas vtrum habitum ſcientificum vel moralem, quem aliquis habet, poſſit Deus de anima vnius ad alteram tranſmutare animam, & dato ꝙ tranſmutaret, ſicut corporalia accidentia abſoluta, tunc non maneret in alio. Si ergo diceremus, ꝙ ſpiritus Moyſi ad alios tranſlatus eſt. ergo non manſit in Moyſe, quod eſt abſurdiſſimum, & contra literam, conſequentia patet, quia habitus in ſimplicibus, vel totum tollitur, vel nihil: habitus autem ſimplex eſt cum ſit ſubiecto non extenſo.

Sed ad hoc reſpondetur, quòd licet habitus ſcien-
K tificus, vel ſpiritus cognitiuus ſint indiuiſibiles quantum ad extenſionem, tamen diuiſibiles ſunt quantum ad pluralitatem, quia habitus theologicus dicit aggregationem plurium habituum particularium, cum cuilibet propoſitioni correſpondeat vnus habitus, & iſti particulares habitus diuidi non poſſunt in alios habitus: eſt etiam ſcientia, vel ſpiritus maior in aliquo propter maiorem certitudinem, quę gradus habet, quorum vnus ſine alio haberi poteſt, vt patet in gradibus albedinis.

Sed quantum ad neutrum iſtorum modorũ fuit facta diuiſio, quia quãtũ ad primũ ſequeretur, ꝙ Moyſes ma-

ſes manebat valde minus ſapiens, q̃ prius, cum de ſpiritu eius datũ eſſet ſeptuaginta viris, ideo illa quę data eſſent illis, non manerent apud Moyſen. Secundus modus dari non põt, quia gradus ſignificat terminũ, cum dicat menſuram quãdam, & non poſſent diuidi gradus, niſi diuidatur res menſurata, vel terminata, & hoc eſſe non poteſt, quia repugnat cum ſit quilibet habitus ſimplex. Item ꝙ ſi fieri poſſet non debuiſſet fieri, quia diminui ſpiritum alicuius eſt tolli ſibi gratiam gratis datam. Iſta tamẽ ſine demeritis nõ deberet auferri: ſed Moyſes nihil demeruerat, vt tolleret de ſpiritu ſuo. ergo non debebat tolli: potiſſime quia gratia gratis data non conſueuit tolli hominibus, etiã ſi demereantur, ideo etiam ſi Moyſes peccaſſet, qđ non fuit, non auferretur ei pars ſpiritus.

B Quomodo ergo ablatum eſt de ſpiritu Moyſi ad dandum alijs, cum litera dicat hoc factum?

Quomodo intelligitur quòd Deus auferat de ſpiritu Moyſi, & det ſeptuaginta, in quo determinatur ſuperior quæſtio. *Quæſtio.* XLI.

DICENDVM quòd ſpiritus Moyſi non fuit minoratus aliquo modo. ſed Deus dedit ſimilem ſpiritum alijs, vt regerent, ſicut Moyſes, & tunc erit ſenſus, auferam de ſpiritu tuo. i. auferam de ſpiritu, de quo dedi tibi, quaſi dicat, ego dedi tibi ſpiritum propheticum, & de ſpiritu prophetico etiam dabo iſtis, vel accipitur tuus. ideſt ſimilis, ſic enim habetur in litera chaldaica, augmentabo vel multiplicabo ſpiritum, ſcilicet faciam, ꝙ non ſolum in te ſit iſte ſpiritus regendi, ſed in multis. Alio modo poterat intelligi, ꝙ ſpũs Moyſi multiplicaretur, vel augmentaretur in ſe, ita ꝙ Moyſes cognoſceret q̃ ante, vel clarius illa intelligeret. Sed iſte ſenſus non facit ad propoſitum.

Alij dicunt, ꝙ hoc factum eſt, ſicut in candela, ꝙ ex eadem candela acquiritur lumen in pluribus ſine diminutione in priori. Sed non tenet iſtud exemplũ, quia cum illuminantur multæ lucernæ ab vna, nulla earum accipit particulam luminis eius, quod erat in priori lucerna. Sed ignis prioris lucernæ gignit ignẽ in ſecũda, & in omnibus alijs lucernis: nõ poterit aũt ſic fieri in aqua ſi ſit in vno vaſe, & pars eius transfundatur ad alterum vas, quia tunc aut nihil manebit in priori aut minus. Cauſa eſt, quia aqua quæ e[illegible] in vno vaſe non põt gignere aquam in alio vaſe app[illegible]to: ignis aũt gignit in quamcunque materiam app[illegible]tã ſibi ignẽ, cum ſit facilior gñatio ignis, q̃ aquæ. de [illegible] aũt prophetico exiſtente in Moyſe non põt dici, [illegible] eſſet, ſicut de lucerna, quia ille nõ poterat gignere ſpiritum propheticum in mentibus aliorum, quia vnus habitus nunq̃ gignit alterum: maxime de ſpũ prophetico, quia ille eſt per infuſionem, & non pertinet ad habitus, nec ad conditionẽ eorum. Nicolaus dicit, ꝙ acceperunt ſeniores de ſpũ Moyſi promeritoriè. ſ. ꝙ Moyſes orauit pro illis, & promeruit, vt daretur ipſis ſpiritus propheticus.

Sed hoc nõ valde ſtat, quia anteq̃ Moyſes peteret vel determinaret aliquem modum, Deus dixit, ꝙ de ſpũ ſuo auferre[illegible]d dandum ſenioribus. Item non eſt proprie dici, ꝙ de ſpũ Moyſi fuerit datum alijs ꝓmeritoriè. i. ꝙ Moyſes orauerit pro illis, & meruerit, ꝙ daretur eis ſpũs propheticus, quia dato ꝙ mereretur dari illis ſpm̃ propheticum cũ ſpũs Moyſi nihil agebat ad merẽdum, ideo ꝑ hoc non diceret auferã de ſpũ tuo: ſed diceret dabo illis de ſpũ propter te. Sed intelligendũ eſt eo mõ quo ſupra dictum eſt. ſ. ꝙ de ſpiritu Moyſi daretur eis. i. de ſimili ſpũ prophetico.

Et ſi obijciatur, quia dr̃. ſ̃. ꝙ Deus abſtulit de ſpiri-

A tu qui erat in Moyſe & dedit 70. viris in quo videtur, ꝙ de ipſomet ſpũ in numero acciperetur. Rñdendũ eſt eſſe impoſſibile, vt ſupra declaratum eſt: ſed reducẽdum eſt ad ſenſum ſupra poſitum. ſ. abſtulit de ſpiritu, qui erat in Moyſe, ideſt de ſimili ſpiritu ei quem habebat Moyſes.

Tradamque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi. Ideſt dabo iſtis ſpm̃ propheticum, vt habeant partem oneris populi: non ſolum iſti cum Moyſe habebãt onus populi, ſed etiam oẽs alij iudices conſtituti conſilio Ietro, quia illi iudicabant omni tp̃e, vt patet Exo. c. 18. & ſi ceſſaret officium illorum non potuiſſet Moyſes cum omnibus 70. ſibi adiunctis ſufficere, quia illi iudicabant in cauſis paruis populi, & illæ erãt plurimę. dr̃ tamen de iſtis ſolis, ꝙ ſuſtentarent onus, quia alij non poterant tollere partem laboris Moyſi, cum nõ poſſent iudicare in magnis cauſis, nec in his, quæ ad Deum pertinebant: iudices aũt nunc dati poterant, ideo tollebant iſti labores Moyſi, & quia ipſe dixerat ſupra, ꝙ non poterat ſolus ſuſtinere oẽm huius populi curam, dati ſunt qui diminuerent, ideo hi ſoli dicebantur portare ſecum onus.

Et non tu ſolus graueris. Ideſt adiũguntur tibi iſti ne tu ſolus habeas omne põdus populi, & in hoc valde graueris. Sic enim dicebat ſ̃. Moyſes, non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populũ, quia grauis mihi eſt.

Quare dixit Deus auferam de ſpiritu tuo, & an fuerit neceſſe, quòd auferret. *Quæſt.* XLII.

C SED adhuc eſt dubium circa id, quod Deus dixit ſ̃. in litera. ſ. auferam de ſpiritu tuo tradamque eis. ad quid neceſſe fuit, ꝙ Deus auferret de ſpiritu Moyſi, & daret iſtis ſeptuaginta viris. Dicendum, ꝙ Moyſes conqueſtus fuerat, ꝙ non poſſet ſuſtinere põdus totius populi: Deus aũt voluit ei prouidere dando ei conſortes, qui in aliquo alleuiarent laborem eius, ſed hoc non poterat eſſe, niſi dando ſe ſpiritu illius, ideo dixit, quòd auferret de ſpiritu eius & daret illis.

Pro hoc conſiderandum, vt ſupra dictum eſt, ꝙ in populo Iſrael erant multi iudices ſub Moyſe. ſ. decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni qui aliquo modo alleuiabant laborem Moyſi. nam a princi-
D pio ſolus Moyſes audiebat cauſas, & lites totius populi Exo. 18. dixit autem ei Ietro, quòd ſtulto labore cõſumeretur, nec poſſet ſolus iſtud tolerare: tunc enim conſilio eius Moyſes diuiſit populum per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos qui audiebant etiam lites populi, & ſic minor erat labor Moyſi quàm prius. Sed adhuc per hoc non tollebatur totus labor Moyſi, quia illi iudices ſupradicti ſolum iudicabant in paruis cauſis: maiores autem referebant ad Moyſen, ẽt paruæ cauſæ aliqñ per appellationẽ deuoluebantur ad Moyſen. inſuper illa quæ pertinebãt ad Deum, & ad ritum colendi, ſiue parua, ſiue magna eſſent, ad ſolum Moyſen pertinebant Exo. 18.

E In iſtis autem tribus quæ ad ſolum Moyſen pertinebant grauabatur valde Moyſes, quia erãt hic multa & magna, quæ nõ poterat ipſe ſolus ſuſtinere, & pro hoc petiuit releuari. Deus autem dedit ei ſeptuaginta viros, qui eum adiuuarent. Si autem iſti deberent in ſolis paruis rebus iudicare, non oportebat dari eis de ſpũ Moyſi: ſed ſufficiebat cuilibet ſpiritus ſuus, nã & illis iudicibus, decanis, quinquagenarijs, cẽturionib', & tribunis, qui habentur Exo. 18. non legitur datum fuiſſe aliquid de ſpiritu Moyſi, quia non indigebant eo: iſti autem aſſumpti erant ad eaſdem res ad quas Moyſes, quia aliter non poſſent releuare laborem eius, ſed eſſent ſicut decani, & quinquagenarij,

Universidad de Deusto Biblioteca

cum oportuit ꝙ isti haberent ęqualem spiritum cum Moyse,& tamen non habebant illum ante hoc,ideo Deus voluit eis dare,& ad hoc dicitur.auferam de spiritu tuo tradamque eis.s.per hoc scies, ꝙ poterunt releuare te a parte laboris, quia auferam de spiritu tuo, & dabo eis,ideo poterunt ea,quæ tu potes.

Quis erat iste spiritus,de quo daturus erat Deus istis 70. viris, Quæstio. XLIII.

SED quæretur quis erat iste spiritus, de quo daturus erat Deus istis septuaginta viris?

Aliqui dicunt,ꝙ erat spiritus sapientiæ,vel prudentiæ,quia isti assumebātur nunc ad magnas causas,in quibus opus erat magna prudentia, & non habebant tantam isti viri, ideo voluit eis dare illam nunc,& ista dona animæ vocantur spiritus,ideo dicitur dedisse illis de spiritu .s.de prudentia, vel scientia, aut sapientia. sic accipitur Esa. 11. s. requiescet super eum spiritus Domini:spiritus sapiētiæ & intellectus: spiritus consilij,& fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis,& repleuit eum spiritus timoris Domini. Et nō solum vocatur spiritus cognitio data alicui ad intelligendum in moralibus vel speculatiuis, sed etiam cognitio artis ad operādum aliquid manualiter. sic fuit quando Deus voluit ꝙ fieret sibi sanctuarium in deserto,quia ad illud requirebatur multa peritia, vocauit ipse Beseleel de tribu Iuda, & huic dedit spiritum ad sciendum ista facere Exo.31.s.impleui eum spiritu Dei sapientia,& intelligentia,& scientia Domni opere ad excogitandum fabre, quicquid fieri poterit ex auro,aut argento, & ære, & marmore, & gemmis & diuersitate lignorum. Ita poterat esse ꝙ istis senioribꝰ daretur nunc spiritus prudentiæ.

Sed dicendum,ꝙ non stat conuenienter,quia tunc intelligeret, ꝙ Deus daret illis de prudentia Moysi, vel similem, aut æqualem prudentiam, cum dicatur auferam de spiritu tuo. Et tamen hoc non proderat, quia prudentia quam Moyses habebat etiam si esset propheta Dei & valde acceptus illi, non erat maior, quàm prudētia aliorum hominum, ideo multi excedebant eum in prudentia,sicut fuit de Ietro,qui ordinauit totam politiam Iudæorum, quam Moyses nesciuit ordinare dixitque ei.stulto labore consumeris tu & populus qui tecum est.Moyses autem obediuit ei accepitque ordinem ab eo datum diuidendo populum in decanos,quinquagenarios,centuriones,& tribunos Exo.18.Erat tn̄ Ietro gentilis vir sacerdos Madiam,& non erat propheta Dei,& fuit valde prudentior Moyse. non ergo oporteret dari istis viris de spiritu.i.prudentia Moysi, quia forte isti erant prudētiores eo,vel saltem æqualiter prudentes.

Dicendum ergo, ꝙ iste spiritus qui datus fuit illis erat spiritus propheticus,& patet primo,quia accipiebātur isti ad releuādum laborem Moysi in rebus magnis quæ ad Deum pertinent,& tn̄ homo non habet participationem a Deo,nisi per spiritum propheticū, secundum quem Deus loquitur homini,& homo est particeps sermonis eius.ideo ad hoc ꝙ isti possent releuare Moysen in rebus magnis,quæ ad Deum pertinebant,oportebat ꝙ daretur eis spiritus propheticus. Secundo patet, quia litera hoc exprimit.s. i. descendit Dominus per nubem, & locutus est auferens de spiritu,qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris: cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. & sic patet, ꝙ ille erat spiritus prophetiæ, quia statim vt requieuit in eis dicitur, ꝙ prophetauerunt.si tn̄ esset spiritus prudentiæ, vel alicuius alterius doni,aut perfectionis, non sequeretur ad illum prophetare, sed secutum est. certum est er-

F go,quòd erat iste spiritus prophetiæ, qui datus est illis septuaginta.

Sed adhuc quæretur quomodo potuit dari istis septuaginta de spiritu prophetico Moysi, quia dicitur, auferam de spiritu tuo tradamque illis?

Dicendum ꝙ aliqui putant istum spiritum esse animam Moysi, quia in scriptura accipitur spiritus pro anima,vt Matth.27. inclinato capite emisit spiritum, idest animam,& de anima Moysi dicunt aliquid dari esse istis septuaginta viris, quia in anima Moysi erat omnis perfectio eius, & dando illis de anima Moysi dabatur de omnibus perfectionibus, quæ erant in ea.

Sed dicendum,ꝙ non stat,quia anima est immaterialis cum sit spiritus: immaterialia autem non diui- G duntur: ideo non poterat secūdum particulas animam Moysi diuidi,vt aliqua pars esset in eo, & aliæ partes in septuaginta viris. Secundo quia anima est forma compositi vel compositionis,& vbi est eadem forma est idem indiuiduū.essent ergo omnes isti septuaginta viri ipsa persona Moysi,quia habebant animā eius, quod absurdum est. Tertio quia anima cum sit forma substantialis dat esse actu, & non possent plures formæ substantiales vltimæ esse in eodem, quia cum quilibet earum det esse,& constituat vnum ens, esset vnum indiuiduum multa indiuidua. Sed dicendum, ꝙ iste error processit ex parua cognitione eorum,qui in natura nihil sapiunt. vnde non solum contra veritatem sacræ scripturæ isti errant, sed etiam contra veritatem naturæ.

H Alij autem dicunt,ꝙ dicatur hic spiritus Moysi aliqua perfectio,vel donum eius,quia omnia dona spiritualia, quæ sunt in anima nostra, siue sint in intellectu,siue in voluntate, vocantur spiritus secundū consuetudinem scripturæ, sicut dicitur Esa.11.Spiritus sapientię,& intellectus,spiritus consilij,& fortitudinis, spiritus scientiæ,& pietatis,& spiritus timoris Domini,ipsa quoq; cognitio artis ad fabricandū templū vocatur spiritus scientiæ, sapientiæ, & intelligentiæ, sicut dicitur Psal. 57. spiritum rectum innoua in visceribus meis,& iterum,spiritum sanctum tuum ne auferas a me.ibi de pfectionibus voluntatis agitur. Item patet,quia supra ostēdimus,ꝙ spūs qui datus fuit istis, fuit spūs propheticus. diceretur ergo auferam de spi- I ritu tuo, idest de spiritu prophetico, qui est in te,& dabo illis partes aliquas.

Sed dicendum,ꝙ non stat.primo quia spiritus, qui erat in Moyse erat quædam qualitas spiritualis, & nō potest diuidi:ideo ipse solus haberet eam, & non haberent alij partem, Secundò quia ille spiritus erat accidēs quoddam, siue esset manens,siue non manens: accidentia tamen non possunt migrare de subiecto in subiectum,quia accipiunt esse in eo,& indiuiduantur p illud,ideo cum semel esset illa qualitas in Moyse non posset pars eius, vel tota trāsire ad alios. Tertio quia si auferretur aliqd de ea, & daretur alijs,quantū illis daretur tm̄ deficeret Moysi, & ita efficeret Moyses minus prudens q̄ prius,& magis ineptus ad regendū populū.qd est absurdū. Quarto quia istud esset ad K magnā pęnā Moysi.s. ꝙ Deus dedisset ei prius aliquā magnā perfectionē,& nunc auferret partē illius: hoc aūt esset ꝯ intentionē Moysi : petebat.n.ipse releuari a laboribus, & tm̄ per hoc cōstituebatur in maiori labore,cū efficeret minus sapiens, & minus potens regere populū.Quinto quia hoc esset iniustū. Deus.n. nō infligit alicui pęnā, nisi pro peccato: Moyses autem in nullo peccauerat nunc: auferri tamen aliqd de spiritu eius erat sibi magna pœna, diminuendo maximum bonum eius, ideo non fieret hoc. Sexto quia per hoc non prouideretur alijs viris. nam si illa perfectio cognitionis, quæ erat in Moyse diuideretur

deretur s̄m intensionem per septuaginta viros, ita vt aliquid maneret Moysi,daretur tam paucum cuilibet ipsorum,ꝙ videretur ad nihil prodesse. Deus tamen intendebat nunc prouidere populo per spiritum quē dabat istis viris: ergo non erat de spiritu Moysi. Dicendum non posse stare, quòd spiritus propheticus, qui erat in Moyse vel aliqua alia qualitas animæ eius diuideretur nunc per istos septuaginta viros, & ita diceretur dari illis spiritum Moysi.

Determinatio totius quæstionis,& quare dicitur de tuo.

Dicendum igitur quòd iste spiritus qui datus fuit nunc istis senioribus, non erat aliquid quod fuisset in Moyse,quia etiam si posset dari de eo quod ille habebat non daretur, sed daret Deus illi spiritum de nouo, vt Moysi nihil deesset de illo quod habebat: & alijs daretur quantum eis opus erat. Est autem intelligendum quòd Moyses habebat spiritum propheticum, & isti septuaginta viri indigebant nunc spiritu prophetico,vt possent regere populum: hunc autem dedit Deus illis nunc, sicut prius dederat Moysi, sed vnus spiritus non erat pars alterius,sed sicut erant diuersi homines,ita diuersi spiritus.

Aliqui tamen intellexerūt quòd de spiritu Moysi non fuit aliquid datum illis, sed dicitur dari ad modū quo de lumine vnius candelę datur alteri,s.gignendo lumē in ea, & non deficit per hoc aliquid de lumine prioris candelæ.

Sed dicendum quòd non stat,quia istud fit per generationem,inquantum ignis qui est in candela agendo in materiam alterius candelæ gignit se in ea, idest alterum ignem sibi similem, sed spiritus propheticus qui est in aliquo, nō potest gignere in anima alterius, quia respectu harum perfectionum solus Deus est actiuus.

Dicendum igitur, quòd nihil de eo, quod erat in Moyse fuit ablatum ad hoc,quòd daretur alijs,sed dicitur auferam de spiritu tuo. Primo propter consuetudinem loquendi, quia simplices putant ista spiritualia diuidi & transmigrare, quemadmodum naturalia,quæ diuiduntur: & scriptura vult condescendere istis modis loquendi. Secundò & pręcipue, quia Deus volebat consolari Moysen dicendo, quòd dabat ei adiutores ad reuelandum laborem eius, & quia non poterat fieri hoc, nisi per similitudinem virtutis alicuius,& nō potest esse maior similitudo quā identitas, dixit Deus auferam de spiritu tuo, vt sic Moyses intelligeret vere sibi futuros socios in labore cum haberent de spiritu eius.

Tertiò & principaliter fuit ad honorem Moysi, vt non inuideret alicui. nam cum nunc conquereretur, quòd nō posset sustinere onus totius populi, & Deus ad prouidendum ei daret viros,qui regerent: putaret forte quòd illi erant excellentiores Moyse cum possent id quod ille non poterat. Sed Deus volebat ꝙ non crederetur hoc, vt videretur Moyses semper manere,vt maior in populo, ideo non dixit dabo eis de spiritu meo: ne per hoc intelligeretur quòd dabat eis aliquem nouum spiritum,vel maiorem quàm esset in Moyse, sed dixit auferam de spiritu tuo, quasi dicat tu eris principalis, quia de tuo illi accipient, & ista est veritas. Sic enim quando Deus misit Moysen & Aaron ad Pharaonem, vt educerent Hebræos de Aegypto, volebat quòd iret solus Moyses Exo. 4. & quia ille se excusauit dicens se esse impeditæ linguæ dedit Deus ei Aaron in socium eod.cap & tamen ne videretur quòd Aaron erat maior quia loquebatur ad Pharaonem, & non Moyses: abstulit Deus istam dubitationem Exo.7.dicens. ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus: non dixit erit propheta meus. Certum est tamen ꝙ quicunque propheta est propheta Dei, quia nullus

A potest ei dare spiritum nisi ipse: Deus tamen dixit Moysi, Aaron erit propheta tuus, vt intelligeretur ꝙ esset minor eo, sicut propheta est minor Deo.

De his dicit Augustinus: putari enim potest dictū esse auferam de spiritu tuo, idest de spiritu hominis quo humana natura completur corpore adiuncto, q constat ex corpore & spiritu, quem etiam animā dicunt. vnde Paulus. quis hominum scit, quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis,qui in ipso est? sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. & quod adiungit: nos autem non spiritum huius mundi accipimus, sed spiritum qui ex Deo est, ostendit alium esse spiritum Dei cuius particeps sit spiritus hominis per gratiam Dei.quamuis possit etiam,sicut alij interpretati sunt, intelligi spiritus Dei, hoc est de spiritu tuo, B qui in te est,quia sit etiam noster, qui Dei est cum accipimus eum,sicut de Ioanne dicitur in spiritu & virtute Heliæ. Non enim anima Heliæ in eum fuerat reuoluta, quod si quidam hęretici sic opinantur, qui dicunt in eo quod scriptum est spiritus Heliæ requieuit super Heliseum, cum iam ille haberet animam suam,nisi quia dictum est spiritu Dei, vt etiam per illum operaretur talia qualia per Heliam operabatur, non ab illo recedens,vt istum posset implere,aut partitus minor esset in illo, vt posset esse in omnibus tantus,in quibus per illam gratiam esse voluit: nunc autem cum scriptum sit auferam de spiritu, qui est in te,nec dictum sit de spiritu tuo, facilius soluitur, quia C intelligimus nihil aliud significare voluisse, nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoque habituros ad adiutorium ex quo habebat Moyses: & vt isti haberent quantum Deus vellet: non vt ideo Moyses minus haberet.

Sed dicendum quòd Augustinus non tenet literā Biblię nostrę,quia in Biblia quam ipse sequitur, dicit, auferam de spiritu, qui in te est. in nostra dicitur, auferam de spiritu tuo: & tamen vtroque modo ipse respondit,& bene,non intelligi de spiritu Moysi, sed de spiritu Dei qui fuit tā in Moyse quàm in septuaginta viris. Sed glo.iuxta literam nostram in qua innuitur fuisse aliquid datum de spiritu Moysi,dicit nō D fuisse hoc per diuisionem spiritus sui, sed per modū lucernę de cuius lumine alię accipiunt,cum ait. ideo est intelligendum quasi materialem, & corpoream substantiam in septuaginta portiones secuerit, & vnicuique particulam dederit: impium est enim intelligere hoc de natura Spiritussancti. sed Moyses & spiritus qui erat in eo, quasi clarissimi luminis lucerna fuit,ex qua septuaginta Deus accēdit,ad quos principalis luminis splendor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit.

Aug. tenet Bibliā septuaginta interpretū.

Sed dicendum, quòd hoc non multum facit,quia si de spiritu Dei accipiatur, nemo dubitaret, quòd Deus dando deficeret, vel minueretur in se, sed dubitaretur hoc in Moyse. Secundo, quia hoc non facit ad literam in qua dicitur, auferam de spiritu tuo. E & non dicitur,auferam de spiritu meo. Si tamen de spiritu Moysi accipiatur, non est bona comparatio lucernæ, quia illa dat lumen alijs gignendo aliquid in eis: spiritus tamen Moysi non poterat gignere aliqd in septuaginta viris, quia respectu huius non erat ille aliqua causa efficiens, sed solus Deus, ideo accipiatur sicut supra declarauimus.

Populo quoque dices. Hic ponitur secunda prouisio, scilicet, ad defectum cibi, quia populus fleuerat desiderio carnium,& Deus primò satisfacit eis, vt postea pęnam infligat,& dicitur,populo quoque dices,idest denunciabis populo hoc,quod ego dico.

Sanctificamini. cras comedetis carnes. Idest parate vos ad comedendum carnes mane, quia cras vobis dabuntur.

Sãctificatio quid.

buntur. Sanctificatio ſecundum proprietatem Hebraici nominis ſignificat apparationem ad aliquid, & ſic dicitur Exodi capitulo decimonono, ꝙ Moyſes ſanctificaret populum in diem tertium, ideſt diceret eis quòd pararent ſe ad diem tertium, vt ſuſciperent legem, & iſte modus eſt communis, vt patet Ioſue cap.3. & 7. Alio modo accipitur ſanctificare, ideſt applicare ad cultum Dei, & ſic dicitur, quòd ſanctificandum eſt ſabbatum, & ſanctificanda ſunt primogenita, ideſt applicanda Domino. Aliquando sãctificare accipitur, ideſt occidere ſiue apparare mortem, & ſic accipitur Hieremię cap.12. Sic etiam Micheę tertio, ſcilicet, prędicant pacem, & ſiquis nõ dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium, ideſt denunciant ſibi quòd parent ſe ad bellum, idem Iohelis cap.3.

Et ſecũdum duos ſenſus iſtorum poteſt accipi hic in ſecundo ſenſu intelligetur ſanctificamini, ideſt parate vos ad punitionem quæ veniet, quia cras dabo vobis carnes ſecundum magna deſideria veſtra: punitio autem infra ſubditur. Sed primus ſenſus eſt melior.

Ego audiui vos dicere. Iſta ſunt verba reprehenſoria Dei, quę loqui debebat Moyſes ad populum nomine Dei. Et dicit hic Deus. ego audiui vos dicere: non quòd ipſe audiret quicquam, quia Deus nihil audire poteſt cum non habeat potentiam auditiuam nec organa, ſed loquitur ſecundum modum humanum, ſcilicet, quòd intellexit ea, quæ ipſi loquebantur ac ſi audiret.

Quis dabit nobis eſcas carnium. Hoc dixerant Aegyptij iũctis ſibi filijs Iſrael, ſcilicet, quis dabit ad veſcendum carnes? nec ſolum petierunt carnes, ſed etiam alia quæcunque comedebant in Aegypto, ſcilicet, cucumeres, pepones &c.

Bene nobis erat in Aegypto. Hoc non eſt expreſſum ſupra. Satis tamen apparet, quòd dixerint cum hic referatur, quòd dixerint: potiſſime cum alias dixerint hoc Exodi capitulo decimoſexto, ſcilicet, vtinã mortui eſſemus per manum Domini in terra Aegypti quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate. etiam ex verbis eorum colligitur hic quòd vellent eſſe in Aegypto cum dixerint. recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones: anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi manna.

Vt det vobis Dominus carnes. Iſta litera eſt ſuſpenſiua ex ſuperioribus, ſcilicet, ſanctificamini, vt det vobis Dominus carnes. Alio modo poteſt intelligi, ſcilicet, quia vos murmuraſtis dicẽtes quis nobis dabit carnes: etiam bene nobis erat in Aegypto fuit causa, vt Deus ad malum veſtrum det vobis carnes.

Et comedatis, non vno die vel duobus vel decem aut viginti, ſed vſque ad menſem dierum. In hoc ſatisfacit Deus deſiderio Aegyptiorum & Iſraelitarum, quia ipſi petierant, vt aliquis daret eis ad veſcendum carnes, & ſi ſolum ſemel daretur ſufficeret ad petitionem eorũ, vt magis tamen Deus eorum deſiderio condeſcenderet, voluit dare per menſem integrum carnes, quia coturnices quę venerunt ſuper caſtra ſuffecerunt eis per vnum menſem, cum quilibet collegiſſet multas valde, quia quilibet eorum collegit habuit decem choros, vt patet infra, & ob hoc apparet, quòd ſaltem ſteterunt Iſraelitæ in ſepulchris cõcupiſcentiæ per vnum menſem, quia ibi venerunt eis coturnices, quas per vnum menſem comeſturi erant.

Nauſea vſi cauſetur.

Donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam. Ideſt tantam multitudinem carnium dabo vobis, vt vos ſaturati nimis in nauſeam prouocemini.

Eſt enim nauſea interdum ex abominatione ſtomachi, vt quia aliquis cibus eſt, quem ſtomachus valde horret, & non poteſt eum in ſe continere. Aliquando tamẽ fit nauſea ex maxima repletione, cum cibus nequaquam capi poteſt in ſtomacho, & ſic iſtis prouenturum erat. nam non eſſet in eis nauſea, quia abominarentur cibum, cum eſſet eis valde delectabilis. Sed quia erant valde voraces, credentes ſe nunquam ſaturandos, comedebant ardentiſſimè, & vertebatur in nauſeam propter ſuperabundantiam.

Et non ſolum erat iſta nauſea per illorum os, ſed etiam per nares, & hoc quia ſunt duo ſpiracula narium ad partem interiorem oris, & per illa interdum exeunt partes ciborum. Cum autem maxima fuerit nauſea vtraque replẽtur ſpiracula oris & narium, & hoc erat ad magnum vituperium voracitatis Iudęorum.

Eo quòd repuleritis Dominum qui in medio veſtri eſt. Nõ dicebantur repellere Dominum directe, quia petebant carnes quas non habebant. Sic enim interdum petebant aquas. ſed dicebantur repuliſſe, quia oderãt cibum quem Deus eis dederat, deſpicientes manna in quo, & ipſe Deus deſpiciebatur. nam qui contemnit munus, contemnit etiam muneris largitorem. Item directius adhuc repulerant Dominum, quia penitebat eos egreſſos eſſe de Aegypto. Deus tamen tanquam in maximum beneficium eos inde eduxerat. Contẽnebant igitur Deum non ſolum munus eius contemnentes, ſed etiam a ſe reijcere volentes ſi poſſent.

Et fleueritis coram eo dicentes quare egreſſi ſumus ex Aegypto? Dicebantur iſti fleuiſſe coram Domino, ideſt publice, quia quilibet flebat per oſtium tentorij ſui, & Moyſes hoc audiuit. vel dicebãtur coram Domino fleuiſſe, quia omnia conſpicit Deus. In omni enim loco oculi Domini contemplantur bonos & malos, Prouerbiorũ decimoquinto capitulo, & hoc quia omnia ſunt nuda, & aperta oculis eius ad Hebrços capitulo quarto. Dicebantur tamen repuliſſe Dominum qui erat inter eos, quia quamquam vbique ſit, inter eos tamen ſpecialius erat, ſcilicet faciendo eis ſpecialiora beneficia, & ſic dixerunt Iſraelitę in Raphidim, eſt ne Deus inter nos an nõ? ideſt nunquid habitat Deus inter nos ſpecialiter ad faciendum mirabilia pro nobis? quòd autẽ dicitur quare egreſſi ſumus ex Aegypto dicebant Iudęi, quia exiſtimabant melius ſibi eſſe in Aegypto quàm in deſerto, cum non haberent in cibum niſi manna quod iam exhorruerant.

Et ait Moſes. Hic ponitur reſponſio Moyſi ad Dominum ſuper his quæ dixerant.

Sexcenta millia peditum huius populi ſunt. In quo dicit eſſe difficile poſſe dari carnes tantæ multitudini, quia erant ſexcenta millia peditum, nec tamen computauit hic Moyſes fœminas tam veteres quàm puellas, quæ eſſent plures ꝙ mille millia. Ipſis tamen carnium particula prouentura erat ſicut & viris. Non computauit etiam ſenes & paruulos, quia nomine peditum non comprehenduntur iſti.

Sunt enim pedites ad bellum expediti, ideo collecta ſumma omnium non ſolum eſſet ſexcenta millia peditum, ſed eſſent plus quàm ter millies millia hominum, quorum cuilibet aliquid de petitis carnibus prouenturum erat. Moyſes tamen ſolos viros bellicos computauit.

An Moyſes ſufficienter computauerit ſummam virorum.
Quæſt. XLIIII.

SED adhuc dicetur quòd non ſufficienter computauerit Moyſes, quia ſupra capitulo primo vbi colligitur ſumma virorum pugnatorum, ponuntur ſexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta.

Ad hoc forte aliquis reſpondebit quòd tempore intermedio illius numerationis, & iſtius defecerunt de Iſraelitis tria millia quingenti quinquaginta, qui ſuperexcreſcebant. Sed non videtur rationabiliter dictum, quia inter finem numerationis illius & iſtud dictum Moyſi ſolum interciderunt dies tres, quod patet, quia numeratio illa facta eſt in monte Sinai, & incepta die primo menſis ſecundi anni ab exitu de Aegypto: durauit autem iſta numeratio fere viginti diebus, quia populus magnus erat: die autem vigeſimo menſis eiuſdem mouerunt caſtra Iſraelitę de monte Sinai, vt patet præcedenti capitulo. Ita vt idẽ eſſet tempus finitæ numerationis, & motus caſtrorũ, ſed poſt receſſum de monte Sinai vſque ad tres dies venerunt Iſraelitæ in ſepulchra concupiſcentię, quæ eſt manſio immediata ad montem Sinai, vt patet infra trigeſimoprimo capitulo. Quòd autem fuerit iter trium dierum apparet præcedenti capitulo, ſcilicet, profectique ſunt de monte Dei via trium dierum, & hoc fuit vſque ad ſepulchra concupiſcentiæ, vt ibi declaratũ eſt: & tamen immediate vt acceſſerunt Iſraelitę ad ſepulchra concupiſcentiæ, factus eſt planctus iſte, & locutio Dei ad Moyſen atque reſponſio iſta. ideo non ſtat quòd mortui fuerint in illo tempore intermedio tres mille quingenti quinquaginta viri.

Aliter autem reſpondet ad hoc Nicolaus, quòd iſti qui excedebant ad ſexcenta millia in numeratione illa quę facta eſt ſupra capitulo primo, mortui ſunt in combuſtione de qua habetur ſupra. Quòd autem ibi aliqui combuſti fuerint neceſſe eſt dici. Sed quòd comburerentur viri de computatis, vel tot quot ſuperexcreſcebant ad ſexcenta millia, non conſtat.

Ideo dicendum eſt rationabilius, quòd hic ponuntur ſexcenta millia peditum, non quòd tot eſſent præciſè, ſed quia Moyſes nõ curauit determinare numerum taxatum, quia nihil referebat ad propoſitum ſuum. Satis enim erat dici ſexcenta millia. ſimilis modus habetur ſępe in ſcriptura ponente aliquos numeros, & tamen ſubintelliguntur alij maiores, & aliquando minores, ſicut dictum eſt Geneſis decimoquinto capitulo, peregrinum erit ſemen tuum quadringentis annis in terra non ſua, & tamen fuerunt anni quadringenti quinque, vt probatum eſt Exodi capitulo duodecimo, & Geneſis decimoquinto. Sed ſubticuit ſcriptura illos quinque annos. ſic etiam in exitu de Aegypto voluit Moyſes exprimere multitudinem populi exeũtis, & dixit, quòd erant fere ſexcenta millium peditum Exodi capitulo duodecimo. plura tamen erant. nam ibi computantur Leuitæ, qui nondum erant ſeparati a reliquo populo Iſrael: ſicut fuerunt poſtea in monte Sinai. Omnes tamen collecti plures eſſent pedites, quàm ſexcenta decem millia.

An Leuitæ computentur in hoc numero ſexcentorum millium peditum multitudinis. *Quæſt. XLV.*

QVAERO aliquis an computentur hic Leuitæ inter ſexcenta millia peditum. Reſpondebit quiſquam quòd non, quia Leuitæ non computabantur inter multitudinem Iſrael, vt habetur ſupra primo cap.

Ad hoc poſſet reſponderi quòd non computabantur Leuitæ inter multitudinem cum fiebat computatio ad bellum, vel ad ſimilia negocia. Hic autem computabat Moyſes ad comedendum: Leuitæ autẽ cibo indigebant, ſicut alij, ideo computantur hic. Ad hoc diceret aliquis quòd non poſſet ſtare, quòd populus computabatur hic, vt bellatores. quod patet, quia dicitur ſexcenta millia peditum: pedites autem genus pugnantium ſunt. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd non ſolum populares, ſed etiam Leuitæ pedites dicuntur, quia quando exierunt ab Aegypto cum nondum Leuitæ ſeparati eſſent a reliquo populo, dictum eſt, quòd erant ſexcenta millia peditum illius populi.

Forte aliquis dicet, quòd ibi non numerantur Leuitæ, quia ſumma aliarum tribuum erat tanta, & maior, vt patet ſupra cap.1. quia ab illa numeratione quę fuit in exitu de Aegypto vſque ad iſtam quæ habetur in principio huius libri, ſolum fuit vnus annus, & tamen in ſolis Iſraelitis ſine Leuitis reperta eſt maior ſumma quàm ibi dicatur.

Reſpondendum eſt, ꝙ Leuitę computati ſunt in numeratione illa, quæ fuit in exitu de Aegypto, quia non erat aliqua cauſa quare magis computarentur aliæ tribus relicta illa, quàm quòd adimeretur tribus Iuda vel Ruben, & computaretur tribus Leuitica, quia nondum erat facta diſtinctio. Dicendum ergo quòd ſub hoc numero intellexit Moyſes omnes Iſraelitas & Leuitas. Intellexit etiam omne vulgus promiſcuum quod aſcenderat de Aegypto cum Iudæis, & dicitur eſſe innumerabile, vt patet Exodi cap.12. Omnes enim hi petierant carnes, & omnibus erant dandę. Expreſſit tamen Moyſes iſtam ſummam, quia ſi erat difficile tantę multitudini dari carnes, difficilius tamen eſſet dari pluribus: intelligebat etiam Moyſes dandas eſſe carnes, ſed numerando numerum peditum intelligebatur, quòd etiam magna eſſet multitudo mulierum, & paruulorum indigentium carnibus.

An Moyſes dubitauerit de impletione diuini promiſſi.

Et tu dicis dabo eis eſum carnium menſe integro? Admiratur Moyſes de locutione Dei, ſcilicet, quòd dixerit ſe daturum carnes toti illi populo menſe vno, quia videbatur eſſe difficillimum. Iſta verba Moyſi ex ſeipſis videntur aliqualiter dura, quia ſignificant diffidentiam de completione diuini promiſſi. Vnde doctores Hebræi variè ſentiunt hic. Rab. De quibus, dicit quòd Moyſes dubitauit hic vel deſperauit de impletione verbi huius qõnis dicens impoſſibile eſſe hoc in tempore illo, in quo Deus dixit, & dicit, quòd tantum vel maius peccatum fuit iſtud, quantum peccatum ad aquas contradictionis, de quibus habetur infra cap.20. dicẽs eſſe mortale, vt probat per id quod ſequitur in reſponſione Domini, ſcilicet, nunquid manus Domini inualida eſt? quæ eſt reſponſio ad dubitantem vel deſperantem de impletione facti. Dicit tamen quòd non fuit Moyſes hic punitus, ſed in aquis contradictionis, quia iſtud peccatum fuit occultum, cum nemo de populo aſtiterit quãdo iſta dixit Moyſes: peccatum autem ad aquas contradictionis fuit publicum, ideo ibi pœna data eſt. Aliter enim peccata manifeſta, & aliter occulta punienda ſunt.

Alij Hebrei dicunt, ſicut Rab. Simeon & communiter omnes quòd Moyſes non peccauit hic: & inducunt quod habetur ſequẽti cap. qui in omni domo mea fideliſſimus eſt, quod dicebat ibi de Moyſe. Idem autem dicunt Doctores noſtri quòd Moyſes non peccauit hic, quia non diſcredidit potentię diuinę. ſatis enim credidit Deum hoc poſſe. Sed de modo impletionis dubitauit, quia nondum fuerat ei modus reuelatus.

Forte Moyſes putabat, quòd Dominus iuberet omnia pecora, quæ in exercitu erant occidi, & quòd inde Iudæi comederent ad ſaturitatem, & ad hoc reſpondet Moyſes, quòd non ſufficiunt, quia populus multus eſt, & etiam maior multitudo pecorum non ſufficeret, & hoc ſonant verba literæ, ſcilicet, nũquid

ouium,

ouium, & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient. & isto modo saluantur multa in scripturis de multis sanctis, qui de potentia Dei dubitare visi sunt. Sic de Domina nostra, quæ dixit Lucæ 1.cap. quomodo fiet istud quia virum nō cognosco? & tamen non dubitauit ipsa quòd Deus posset facere illud. Sed dubitauit de modo faciendi dicens. quomodo fiet istud? ideo non peccauit hic mortaliter nec venialiter, quia nullatenus Deo discredidit. Etiam Moyses non miratus est, quia Deus dixit, quòd daret toti populo carnes, sed quia dixit ꝙ daret mense integro. Nā forte pro vna die aut duobus sufficiebant carnes pecorum quæ habebant Israelitę, sed non pro vno mense, sed de his quid verius sit late disputabitur postea in quæstionibus.

De dubio virginis in cōceptione.

Nunquid ouium & boum multitudo cædetur. Ideſt Domine scio, quòd potes saturare hunc populum, sed modum nescio, ideo nunquid facies hoc cędendo multitudinem ouium & boum? quamquam ista verba de modo inquirant, sed Moyses non solum inquisiuit, ideo etiam videbatur vel totaliter non aduertere, vel aliqualiter dubitantis habere modum. Nam si nequaquam haberet modum dubitandi, non diceretur ei. nunquid manus Domini inualida est?

Aut omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Quasi dicat tanta est multitudo quòd si deberent saturari piscibus, oportebat congregari omnes pisces maris. Ista verba Moysi hyperbolice sonant. nam ad satiandum Iudęos piscibus non oportebat congregari omnes pisces maris, nec millesimā partem piscium. Sed quędam pars quasi minima in comparatione omnium piscium maris satiaret eos, vsitata tamē est hyperbole in sacra scriptura, maximè pro hominibus stupidis.

Manus Domini inualida quare dicatur.

Cui respondit Dominus. nunquid manus Domini inualida est? Ideſt quare quæris de modo, quia qui inquirunt de modo desiderant scire possibilitatem rei. Deo autem quodcunque est possibile, ideo sicut satiare totū illum populum carnibus, aut piscibus erat Deo faciliter possibile, ita satiandi modus quilibet esset ei possibilis, quem vellet, quia manus Domini, ideſt potestas eius non est inualida, ideſt deficiens circa aliquid, sed quodcunque vult hoc potest: accipitur manus pro potestate, quia in nobis potentię operatiuę in manibus sunt, cum manus sit organum organorum iuxta Aristotelem secundo de Anima. Et non est inualida, quia non est apud Deum impossibile omne verbum Gen.17.cap.& Luc.c.1.

Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. Ideſt immediate videbis quomodo completur meus sermo. Non dicebatur ad Moysen hoc tanquam ad conuincendum eum dę incredulitate per ipsam rei experientiam, sed quia quæsiuerat de modo, respondit Deus quòd immediate videret modum completionis. nam sequenti die completum est promissum venientibus coturnicibus super castra.

Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Heldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus, nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer & nunciauit Moysi dicens. Heldad, & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, quid inquid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum? Reuersusque est Moyses & maiores natu Israel in castra.

Septuaginta seniores dantur in auxilium Moysi.

Venit igitur Moyses & narrauit populo verba Domini. Hic ponitur executio eorum, quę Deus dixerat, & quia illa erant duplicia ponitur duplex executio. & dr ꝙ narrauit Moyses populo verba Domini, scilicet, tam illa quæ dicta sunt de prouisione iudicum, quàm de comestione carnium: vtrumque enim ad populum pertinebat. Nam poni iudices super populum prętер eos, qui erant, intererat populi, ideo narratum est de omnibus. *Et congregans septuaginta viros de senioribus Israel.* Ideſt congregauit Moyses septuaginta seniores.

An electio septuaginta seniorum fuerit per sortem.
Quæst. XLVI.

Congregatio ista secundum quosdam fuit non per voluntatem Moysi, sed per sortem. Ipse enim volebat tollere omnem seditionem & contentionem in populo. Si igitur elegisset, quos voluisset, reliquus populus contenderet, sicut tumultuabatur cōtra ipsum & Aaron, vt patet infra decimosexto capitulo, quamquam ipsi de voluntate Dei, & mandato prędicti populo. Et accepit Moyses istos seniores de omnibus tribubus, vt esset æqualitas, & non videretur aliqua contemnij septuaginta tamen non poterant accipi æqualiter de omnibus tribubus, sed de qualibet assumpti sunt sex viri qui erant simul septuagintaduo: iusserat autem Deus accipi septuaginta solum, ideo vt prouenirent sex cuilibet tribui, saltem in electione Moysi quæ faciunt septuagintaduo, totidem viri assumpti sunt. Vt autem vtrique pareretur, accepit Moyses septuagintaduas cartulas & in septuaginta earum scripsit zadum, quem, quod hebraicè dicitur senex, & duas dimisit non scriptas: inuoluens autem eas prędixit, quòd qui literas scripras extraherent iudices essent: qui autem non scripras, non essent iudices, & sic nulla tribus indignaretur: quod factum est, & septuagita iudices constituti sunt.

Ista est positio quorūdam Hebręorum, & aliquorum latinorum sine vlla causa, & ideo non est tenenda. Primò, quia litera nihil tangit de hoc: non enim dicitur, quòd ponerentur sortes pro istis septuaginta viris: error enim est asserere aliquid sine causa.

Secundò, quia videtur hoc repugnare intentioni Dei: volebat enim ipse quòd acciperentur hic viri meliores in populo, vt possent prędicere, & tamen sors non elegit bonum & malum.

Tertiò, quia videtur hoc contrarium literæ. nam dicitur congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint, & ita distri-

districtioni Moysi incumbit istud onus, scilicet, quòd ipse ducat illos quos nouerit dignos, & non tribuitur aliquid sorti.

Quartò, quia si sorte agendum esset, quælibet tribus duceret ad Moysen aliquos viros de suis, vt inter illos poneretur sors. Sed nō fuit, immo Moyses congregauit eos, vt dicitur in litera. ergo non fuit sors.

Quintò, quia si sors esset, istam deberet Deus facere, & nihil deberet poni coram eo, vt videretur quòd id quod eueniebat sorte proueniebat de voluntate eius, sicut fuit quando fuerunt positæ sortes pro diuisione tantum inter tribus. nam fuerūt positę coram Domino in Silo Iosue 18. & 19. sed hic nihil factum est coram Deo. nā dicitur infra in litera quòd Moyses cōgregauit septuaginta viros, quos fecit stare circa tabernaculum, & tunc Dominus descendit in nube dans illis de spiritu Moysi, & ita antequam venirēt coram Deo erant septuaginta. Nihil ergo actum est coram Deo sorte ad hoc, quòd essent isti vel illi viri.

Sextò quia si deberent eligi per sortem de populo oporteret congregari coram Domino omnes tribus, & ibi sors deprehenderet illos viros, qui deberent esse de septuaginta, sicut fuit quando deprehensus est Achor per sortem in furto. nam omnes tribus applicatæ fuerunt tunc coram arca Domini Iosue 7. cap. sed hic nihil tale fuit. Dicendum ergo quòd ista sunt penitus facta a Iudęis: putauerunt enim quòd esset inuidia, & querela in populo si acciperentur iudices de quibusdam tribubus, & nō de alijs, vel plures de quibusdam quàm de alijs, ideo dixerant quòd sorte factum fuisset, quasi sors tollat inuidentiam. Addiderant etiam tot iudices debuisse esse de vna tribu, quot de alia, & quia non erat possibile nisi essent septuagintaduo finxerunt cedulas scriptas, & non scriptas. Sed ista puerilia sunt, & de se apparent ficta.

Est autē veritas, quòd Moyses elegit istos septuaginta viros inspiciens illos, in quibus inuenirētur cōditiones requisitę ad regendum populum, & non petiuit aliquos ab Israelitis, sed ipse pro se fecit istam inquisitionem, & quos voluit congregauit, quia dixerat ei Deus congrega mihi septuaginta viros, quos tu nosti, & quia ei soli hoc relinquebatur, solus ipse fecit, nec fuit aliquis in populo qui murmuraret.

Aliquod autem motiuum Hebræorum fuit ad assignandum istud, quia dicitur infra in litera remanserant autem in castris duo viri super quos requieuit spiritus, nam & ipsi descripti fuerant, quod intelligunt isti, ideſt prouenerant eis cartulæ scriptæ. Sed istud nihil est, vt infra dicetur, sed dicitur quòd erant descripti, quia Moyses quando elegit istos septuaginta viros scripsit nomina omnium illorū, & super omnes, quos Moyses scripsit ad istud officium, descendit Spiritus Domini, licet nōdum venissent ad Sanctuarium. Sed quod dicunt Hebræi de murmuratione si non acciperentur viri de omnibus tribubus, non valet, quia hoc posset stare si acciperentur ad hoc, quòd darentur eis aliquæ dignitates populares, quæ humanitus haberentur, aut si diuideretur aliqua vtilitas humana inter eos, sicut fuit in diuisione terræ. nam cum murmuratio sequeretur si quibusdam daretur plus quàm alijs: nunc tamen isti septuaginta assumpti fuerunt non ad aliquam dignitatem popularem, sed ad hoc quòd Deus daret eis de spiritu suo, & constitueret illos prophetas, sicut factum est, ideo nemo Israelitarum poterat inuidere, vel cōqueri quòd acciperentur isti vel illi: quia alias diceretur quòd Israelitę, conquererentur si Deus faceret plures prophetas de vna tribu quam de alia, quod nemo vnquā dixit, neque habet colorem.

An Moyses diffidendo de saturatione populi dubitauerit de impletione verbi Dei, vel de modo implendi. Et an in hoc peccauerit mortaliter. Et rem esse impossibilem dupliciter intelligi.
Quæst. XLVII.

Quaeret aliquis circa superiora de dubitatione Moysi, an dubitauerit de modo vel de impletione verbi Dei? Et dicetur forte quòd non dubitauit de modo, quia si dubitasset solum de modo impletionis non dixisset ei Deus, iam videbis vtrum sermo meus opere compleatur. Sed respondere per vtrum est respondere de substantia facti, & non de modo. si autem dixisset, iam nunc videbis qualiter sermo meus opere compleatur: posset intelligi, quòd fuit facta quæstio de modo, & non de facto.

Et ita vt ꝙ tam de facto ꝙ de modo dubitauit.

Respondetur quòd res dupliciter impossibilis est. Vno modo, quia res in se impossibilis est, vt hominem fieri asinum, vel quia licet contradictionem nō includat, tamen nulli potentiæ subditur secundum Philosophum 2. de cęlo & mundo. ideo terra non mouetur, quia nullum est agens expellere potens eā de medio mundi. Secundo modo res dicitur impossibilis non quòd ipsa in se sit impossibilis per aliquem dictorum modorum: sed quia modus per quem fieri debet impossibilis est, vt aliquem perfectè docere alium grammaticam possibile est, sed per solam figurationem corporalem est impossibile, si verbum non intercidat: quolibet ergo modo res dicetur impossibilis, quia siue ex seipsa, siue ex modo impossibilis est, & nunquā deducetur ad effectum. Dicendo igitur quòd aliqua res deducta fuit ad esse demonstratur, quòd nec fuit impossibile ipsam rem fieri, nec modus factionis. sic ergo dicebat Dominus. iam nunc videbis vtrum sermo meus opere compleatur, ideſt videbis quòd complebitur realiter, & sic non dubitabis de facto, nec de modo: non tamen ponitur hic vtrum ad quærendum magis de substantia rei quam de modo.

Sed restat adhuc dubium circa id, an peccauit hic diffidendo vel dubitando de saturatione populi quā Deus dixerat.

Aliqui dicunt vt tactum est in expositione literæ, ꝙ non peccauit Moyses hic: quia statim seq. cap. laudatus fuit valde a Deo, & condemnati sunt Maria & Aaron, quia murmurauerunt contra eum: si tamen hic peccasset non laudaretur ibi, ergo non peccauit. Secundo, quia si Moyses in hoc peccasset, esset peccatum suum valde magnum, scilicet, diffidentia de potestate Dei, & esset maius quā peccatum ad aquas contradictionis, quod fuit solum inquantum non laudauerunt Dominum, & tamen ibi Moyses & Aaron fuerunt puniti infra vigesimo cap. hic autem nulla pena inflicta fuit, ergo videtur quòd nō peccauit hic Moyses.

Prima opinio, quòd peccauit & est ista opinio Rab. De quibus, vt tetigit auctor supra in expositione literæ q.45.
Quæst. XLVIII.

Dicendvm quòd si solum attendantur ea quæ habentur hic in litera oportebat dici, vt retigimus in eiusdem literæ expositione, quòd Moyses peccauerit, & fuerit in eo quidam modus diffidentiæ: putando ꝙ fieri non posset id, quòd Deus dixerat de saturatione populi in carnibus. Primò, quia Moyses ostendit difficultatem esse satiando populum istum propter multitudinem: inquantum dixit sexcenta millia peditum huius populi

Universidad de Deusto
Biblioteca

puli sunt q.d.quomodo erit possibile saturari tantam multitudinem? si enim Moyses non putaret prestari aliquam difficultatem ad saturationem, quam Deus permittebat ex multitudine populi non diceret sexcenta millia peditum huius populi sunt. Secundo & precipuè, quia Moyses non solum ostendit istud esse impossibile, sed quasi innuit Deũ errasse promittendo istud quod compleri non posset, & de ista promissione eum arguit dicens, sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carniũ mense integro? quasi dicat non bene dicis. nam verba ista non possunt sonare nisi in redargutione. Tertiò, quia Deus increpauit Moysen pro eis quæ dixit. & innuit Moysen putasse fuisse impossibile quod promiserat, cum dicitur in litera. cui respõdit Dominus nunquid manus Domini inualida est? & ita innuit ꝙ Moyses putabat manum Dei esse inualidã, quia alias non recte Deus eum argueret. Quartò, quia Deus innuit quòd Moyses dubitauit de saturatione a Deo promissa, & hoc siue quia putabat eam esse impossibilem, siue quia credebat nõ esse futuram, vtrumque tamẽ erat peccatum, quia per primum negabatur potestas Dei, per secundum bonitas, quasi putaretur ꝙ licet Deus posset, nollet tamen complere quod promiserat. quòd hoc Moyses putaret patet, quia dicitur in litera, iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur, ideſt tu putas ꝙ sermo meus non potest compleri vel saltem nõ complebitur? & tamen nunc videbis ꝙ complebitur. Dici ergo posset ex precedentibus, nisi aliquid alterum aduertere deberemus, quòd Moyses peccauit hic & valde grauiter.

Ad rationes autem in contrarium facile esset respondere. Ad primum cum dicitur quòd Deus laudauit eum. dicendum ꝙ istud nihil facit, quia quãdo Moyses laudatus fuit a Deo erat sine peccato. Nam licet nunc peccasset potuit statim dolere de peccato, & esset Deo acceptus sicut prius. & ad hoc erat satis motiuum conueniens, s. cum Moyses peccauit non aduerteret ad hoc: postea autem cum Deus increpuit illum, dicendo nunquid manus Domini inualida est? &c. Moyses rediret ad se, & de peccato doleret, & sic rediret ad Dei gratiam. Item Deus laudauit seq. cap. Moysen non quasi tunc esset sanctior, ꝙ prius, sed quia ibi occurrit causa quia murmurabant contra eum Aaron & Maria, & volebant quasi deijcere eum a statu, in quo Deus illum posuerat: Deus autem tunc defendit eum dupliciter. primò puniendo Mariam reddendo eam leprosam. Secundo laudando Moysen, vt videretur non esse verũ quod Maria & Aaron dixerant contra Moysen, ideo ista laus Dei non probat Moysen non peccasse ante hoc.

Ad secundum dici posset, quòd illa ratio nihil facit: licet enim nunc Moyses peccaret non oportebat, quòd statim puniretur, quia non puniuntur homines quandocunque peccant, quia alias non diceretur Deus longanimis & misericors infra 14. & Exodi 34. Est tamen longanimis diu expectando nos ad pœnitentiam per misericordiam suam, vt non puniat nos si pœnituerimus Esaiæ 30. cap. ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri. Et sic Deus forte non puniret nunc Moysen peccantem expectando ipsum, & quia postea peccauit ad aquas contradictionis puniuit ipsum infra 20. cap. Et cum obijcitur ꝙ si peccaret Moyses, esset maius peccatum quàm illud quod commisit ad aquas contradictionis, ideo magis puniretur. Dicendum quòd non stat, quia accidit quòd homine committẽte aliquod graue peccatum Deus non puniat ipsum, & postea cum commiserit paruum peccatum punit ipsum. & causa est, quia tũc non punit pro illo peccato paruo solo, sed pro omnibus quæ præcesserant in homine illo, quæ Deus reliquerat impunita, & quia per multa peccata creuerat indignatio Dei, puniuit nunc in paruo peccato, quod non punierat in magno. Certum tamen est, quòd istud peccatum paruum in fine commissum simul cum omnibus precedentibus, maius est, quàm illud peccatum magnum, quod a principio iste commiserat. Simile Christus dixit Lucę decimotertio cap. quando aderant quidam nunciantes de Galileis quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorũ. Nam dixit nũciantibus. putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galileis peccatores fuerunt, quia talia passi sunt? non dico vobis. sed nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Et sic innuit, quòd non punitur aliquis pro peccato, quia magis peccauit, vel quia maior peccator est, sed quia diutius expectatus non redijt ad pœnitentiam. vnde concludit Christus nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Ita poterat dici nunc de Moyse, quòd maius peccatum esset nunc ab eo commissum, quam ad aquas contradictionis. Deus tamen puniuit eum tunc, & non nunc, quia tunc retribuit ei pro ambobus. Erat autem maius peccatum vtrumque simul quam primũ per se. ideo puniret pro vtroque ad aquas contradictionis. Prędicta diximus non quasi nunc asseramus Moysen peccasse, sed quia si respiciantur solum ea, quæ habẽtur in litera, apparebit Moysen grauiter peccasse, nec rationes quæ videntur eũ excusare sufficiant ad illud.

ima cõclusio auctoris apparens ex cortice literę, & in hac vltimo videſ. stare.

Secunda opinio tenens Moysen non peccasse & est Rab. Simeon & Augustini & communiter omnium catholicorum.

Quæst. XLIX.

ALIQVI tamen dicunt quòd Moyses non peccauit hic, & ērāt verba sua vera, scilicet, quòd non posset fieri talis saturatio de carnibus in populo. Dicũt enim quod Moyses putabat istam saturationem sibi imponi, scilicet, ꝙ ipse deberet saturare populum de carnibus. & certum est, quòd Moyses hoc non poterat. Et sic verũ erat, quia ista saturatio esset impossibilis.

Est autem motiuũ ad hoc, quia moyses asserebat peti carnes à se, & non a Deo, ideo quod ipse deberet facere istam saturationem, quia dicitur supra in litera. num ego concepi omnem hanc multitudinem, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? vnde mihi carnes, vt dem tãtæ multitudini? flent coram me dicentes da nobis carnes, vt comedamus. Si autem ita accipiatur, vt ista incumberent Moysi rectè ipse dicere, & non peccaret diffidendo, & asserendo saturationem istam esse impossibilem.

Sed non stat, quia ista saturatio non fuit hic imposita Moysi, nec etiam Moyses credidit istud. Sed ꝙ Deus deberet dare istam saturitatem. primò patet, quia quando Moyses conquestus est Deo, quia populus petebat carnes, & quod nõ poterat sustinere onus tanti populi, Deus dixit quod in vtroque prouideret loquens statim de septuaginta senioribus, & de saturatione prestanda. non ergo poterat Moyses putare, quod hoc ad ipsum pertineret. Secundo, quia Moyses expresè dixit, quod Deus promiserat se hoc facturum cum ait. sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro? & sic Moyses imponebat istud Deo & non sibi.

Tertio patet ex verbis Dei ad Moysen, nam dixit nunquid manus Domini inualida est? si tamẽ Moysi incumberet illa saturatio, non esset ad propositum istud verbum Dei. Sed potius diceret Deus Moysi nunquid manus tua inualida est?

Quartò, quia dixit Deus: iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. ergo quod dictum fuerat de saturitate non erat sermo Moysi, sed Dei: & ad ipsum pertinebat impletio, & non ad Moysen. Dicendum ergo quòd ista excusatio nihil valet, quia non est vera.

Alij dicunt quòd Moyses nõ peccauit hic, & licet dixerit impossibilem esse saturitatem non errauerit, quia putabat, quòd ista saturitas deberet esse de illis carnibus, quas habebant Hebręi. Nam habebant pecora aliqua, & tunc Moyses sciens quòd de pecoribus illorum non poterat fieri tanta saturitas, dubitabat an esset possibile. Et videbatur non peccare, quia pecora Israelitarum non sufficiebant pro tanto tempore. Motiuum autẽ huius positionis patet inquantum dicitur in litera. sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro? quasi dicat possent quidẽ pecora Hebręorum sufficere eis pro paucis diebus: & tamen quòd pro vno mense integro omnes Hebręi saturarentur videbatur esse impossibile. Secundò quia in litera dicitur. nunquid ouium & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum? ideſt tota multitudo omnium boum, & ouium quæ possidentur ab Israelitis, quasi dicat adhuc ista non sufficerent, & tunc Moyses poterat dicere quòd istud erat impossibile, scilicet, quòd tanto tempore saturarẽtur Israelitæ de carnibus quas habebant.

Sed dicendum quòd hoc non stat. Primò, quia Deus ad ostendendum magnitudinem suam dixit, ꝙ saturaret Israelitas carnibus, non solum vno die, vel duobus, aut quinque, vel viginti, sed per vnum mensem integrum quousque exiret per nares eorum. in quo significauit excessum potestatis, & tamen si de carnibus pecorum, quæ possidebant Hebræi ista saturitas futura esset, nulla potentia ostendebatur, quia in potestate Hebręorũ erat comedere de eo quod possidebant.

Secundò, quia Moyses conquestus de magnitudine curæ huius populi dixit. vnde mihi carnes, vt dem tanę multitudini? flent coram me dicentes da nobis carnes vt comedamus. & tamen si ista saturitas futura esset de carnibus pecorum quæ possidebant Israelitæ, non diceret Moyses. vnde mihi carnes, vt dem tanę multitudini? quia iam ipsa multitudo haberet vnde cibaretur. Etiam non dicerent Israelitæ ad Moysen da nobis carnes, vt comedamus, quia de eo quod ipsi habebant nihil peterent, sed petebant aliquas carnes, quas ipsi non habebant, de quibus possent saturari ad sufficientiam, non perdendo ea quæ possidebant.

Tertio patet ex verbis Moysi. nam dixit nunquid ouium & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in vnum cõgregabuntur vt satient eos? Si tamen de pecoribus quæ Israelitæ possidebant futura esset satietas, non diceretur vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, quia pisces non possidebantur ab Israelitis.

Quarto quia Deus respondit Moysi nunquid manus Domini inualida est? & tamen si intelligeretur futura saturatio de pecoribus populi diceretur. nũquid pecora populi non sufficiunt ad saturationem istam? Dicendum ergo quod ista positio non stat. Sed necesse est quod Moyses intellexerit de saturatione futura a Deo de quibusdam carnibus, quę non possidentur ab Israelitis.

Alij dicunt, quòd Moyses non peccauit hic, quia non dubitauit de potestate Dei, an ipse posset saturare totum istum populum quantocunque tempore ipse vellet. Sed dubitauit de modo quo istud fieri posset: talis autem dubitatio non facit incredulitatem neque diffidentiam, quia talis inuenitur in illis, qui nunquam peccauerunt, sicut patet de Domina nostra, de qua certum est, quòd nunquam peccauit. Et tamen quando Angelus nunciauit ei, ecce concipies in vtero, dixit illa ad Angelum. quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Lucæ primo capitulo: illa autem non dubitauit, quòd posset concipere, & parere, sicut Deus iubebat, sed de modo quo Deus hoc fieri vellet, stante virginitate eius, incerta erat, quia Deus poterat hoc facere quot modis ipse vellet, & ipsa nesciebat quem modum Deus eligeret: & quoniam ipsa proposuerat non cognoscere virum, voluit certificari an Deus vellet quòd ipsa cõciperet per hunc modum, vel per alium. de Moyse ita esse poterat, quòd ipse non dubitaret de saturitate quã Deus promittebat, sed de modo illius, ideo non peccaret.

Dicendum quod hoc non stat: quia videtur quod Moyses non dubitauit hic de modo, sed de ipsa re, quasi putaret istam saturationem esse impossibilem. Primo, quia dixit sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro? quasi dicat non bene dicis, quia tantæ multitudini non potest dari saturitas carnium tanto tempore. si tamen Moyses dubitaret de modo, non poneret ista, quę negant possibilitatem facti nominando multitudinem populi, & magnitudinem temporis, quo duraret saturitas.

Secundò, quia dicitur in litera, nunquid ouium & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibũ? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? & sic Moyses negauit hic possibilitatem rei, quia dixit, quòd siue de carnibus, siue de piscibus saturandi essent, non esset possibilis ista saturatio, quia neque pecora, neque pisces maris ad hoc sufficerent.

Tertiò patet, quia Deus respondens Moysi dixit nunquid manus Dñi inualida est? Et ita videtur, ꝙ Moyses negabat potestatem Dei ad faciendum hoc. Nam si concederet, quòd Deus poterat hoc facere, & tamen de modo dubitaret, non recte responderet Deus dicens. nunquid manus Domini inualida est? ergo videtur quòd Moyses non dubitauit hic de modo faciendi, sed de ipsa re an fieri posset.

Dici ergo posset aliter, tenendo quòd Moyses nõ peccauerit hic. & primo quia secundum regulam iuris debent fauores ampliari, & odia restringi. fauorabile autem est, quòd Moyses non peccauit, cum esset vir sanctus, potius quàm quod peccauerit, ideo si potest aliquo modo excusari, debet excusari. Secundo, quia doctores nostri, & etiam Hebræi communiter tenent quod Moyses nunc non peccauerit, ideo si potest defendi hoc debet teneri. Tertio, quia Moyses statim post hoc laudatus fuit a Deo sequenti capitulo. Et tamen si peccaret, & maxime si peccaret grauiter, non laudaretur a Deo, ideo videtur quòd non peccauit vel parum peccauit. Quarto quia si peccaret hic Moyses videretur quod deberet sequi aliqua pœna, & tamen nulla luita est. ideo apparet quod non peccauit.

Secunda conclusio auctoris, quòd non sit certitudo quòd peccauerit. Et an Moyses dixerit diffidendo vel quærendo.

Quæst. L.

DICENDVM quod in hoc non est certitudo an Moyses peccauerit, & si peccauit non est certum,

tum, an multum vel parum peccauit, propter diuersum modum loquendi.

De hoc aliqui dicunt, quòd Moyses dixit ista per modum quærentis de dubio, & non per modum diffidentis, & tunc videretur non esse peccatum, & istud redit ad id, quod dicebatur, scilicet, quòd Moyses dubitauit de modo, & non de re. sed istud ibi improbatum est, quia tota litera repugnat huic sensui.

Alij autem dicunt, quòd si aspiciantur verba Moysi, iudicandum est ipsum peccasse, & etiam valde grauiter: respiciendo tamen ad intentionem eius non peccauit, quia non fuit intentio sua dicere ea quæ significantur per ista verba, quæ ipse expressit, ideo licet ista verba significent quandam diffidentiam de potestate Dei ad faciendum hoc, dicunt, quòd non fuit intentio Moysi significare istud, sed aliquid valde minus, in quo non esset peccatum.

Et ad hoc dicunt, quòd debet attendi finis rei. nam vbi aliqua verba sonant in bonum, & tamen sequitur ibi punitio vel redargutio Dei, debet intelligi, quòd non fuerunt dicta bono animo, vel ibi interciderit aliquid propter quod peccauit, qui illa dixit. Cum autem aliqua verba sonant in malum, & tamen postea non sequitur ibi aliqua punitio Dei: innuitur quòd illa verba non fuerunt dicta malo animo, & ille qui ea dixit non significauit ex animo id quod per ea videtur significari.

Et ponunt ad hoc exemplum in factis Moysi, nam infra vigesimo capitulo ponitur, quid locutus fuerit Moyses ad Israelitas murmurantes pro aqua, scilicet, audite rebelles, & increduli: num de petra aquã poterimus vobis elicere? & sequitur quomodo percussa petra exierunt aquæ. & ita nihil ibi videtur, quod pertineat ad peccatum, vel incredulitatem: & tamen sequitur ibi pœna, quia Deus dixit quòd propter hoc Moyses & Aaron non intrarent in terram promissionis. Hic autem videtur econtrario. nam Moyses dixit aliqua verba quæ signant diffidentiam, & incredulitatem: & tamen non fuit secuta aliqua pœna ad illa, ideo debet pùtari, quòd non fuerint dicta animo discredendi.

Ista est positio Augustini volentis excusare hic Moysen, quæ est aliqualiter rationabilis cum ait. sexcenta millia peditum &c. Quæritur vtrum hoc Moyses diffidendo dixerit an querendo? sed si putauerimus eum diffidendo dixisse, quæritur cur hoc ei nõ exprobrauerit Dominus, sicut quando ad petram, vnde profluxit aqua, videtur de Domini potestate dubitasse? Si autem dixerimus eum modum quæsiuisse quo fieret, responsio Domini, qua dicitur. nunquid manus Domini non sufficiet? quasi redarguentis videtur quòd ille non credidisset. sed melius puto intelligi Dominum ita respondisse tanquam modum, quem ille quærebat dicere voluerit, sed potius opere ipso potentiam suam demonstrare: poterat etiam Mariæ dicenti quomodo fiet istud quoniam virum nõ cognosco? à calumniantibus obijci quòd minus crediderit: cum illa modum quæsierit non de virtute Dei dubitauerit. quòd autem responsum est illi, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. poterat etiam sic responderi quomodo hic. nunquid Spiritui sancto impossibile est qui superueniet in te? ac si idem sensus conseruaretur. Sed Zacharias talia dicens incredulitatis arguitur, quam ob rem pœna plectitur. Deus enim non de verbis sed de cordibus iudicat.

Alioquin poterat Moyses excusari, nisi in eum clara esset Dei sententia, quòd diffidendo talia dixerit. Audite me increduli, nunquid de petra ista vobis aquam educimus? deinde sequitur. & eleuata Moyses manu sua percussit petram &c. ad hoc illam virgam in qua tanta miracula fecerat sumpsit: eaque petram percussit, atque inde solitę virtutis est consecutus effectus. verba ergo quibus ait. nunquid ex hac petra educimus vobis aquam? possent accipi sic tanquam diceretur. nempe ex hac petra secundum vestram incredulitatem aqua educi non potest: vt denique percutiendo ostenderetur diuinitus potuisse fieri, quod illi in infidelitate non crederent: maxime, quia dixerat audite me increduli. Sed Deus qui inspector est cordis quo animo dicta fuerint iudicauit. ait enim quoniam non credidistis mihi, vt sanctificaretis me in conspectu filiorum Israel? &c. ac per hoc intelligit Moysen ita dixisse tanquam ad incertum percusserit, vt si non sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur cum ait. nunquid ex hac petra educimus vobis aquam? quod in animo eius omnino lateret, nisi Dei sententia prodidisset. econtrario ergo debemus hic intelligere verba Moysi de promissis carnibus quærentis, quomodo fieret, non diffidentis fuisse, quando sententia Dei secuta non est, quę vindicaret, sed potius, quæ doceret.

Ex prædictis apparet quòd intentio Augustini fuit nunc non peccasse Moysen, licet verba dixerit, quę significarent incredulitatem & diffidentiam, quod fortassis concedendum est, multa tamen tanguntur in eadem auctoritate, quæ forte non deberent concedi, & maximè quod dicitur de incredulitate Moysi ad aquas contradictionis, sed tam de hoc quam de alijs in eadem auctoritate contentis ad præsens nihil dicimus.

Tertia conclusio & vera determinatio auctoris, & vltima resolutio. Et quòd potest teneri, quòd Moyses peccauerit, minus tamen quàm verba sonant.
Quæst. LI.

Sed potest dici, quod Moyses peccauit aliquo modo: & tamen minus, quàm signant verba ab eo prolata. causa huius erat turbatio magna Moysi: quia ex magnitudine murmurum populi, & tędio propter rationabiles querelas, tantum erat commotus, quod vix considerabat quid diceret.

Sed patet hoc, quia in nullo loco inuenitur Moyses dixisse verba cum tanta amaritudine. Nam petiuit a Deo quod occideret ipsum si non auferebat curam huius populi, vt patet in litera. Et tamen ea quę dicuntur cum perturbatione animi, quantumcunque mala sint, non imputantur, sicut ea quæ deliberato animo dicuntur, sicut in Loth quando dixit Sodomitis, quòd daret eis duas filias suas virgines ne abuterentur viris: licet malum istud esset, quia tamen turbatus, & non ex deliberatione dixit, nihil aut parum ei imputatur. sicut dixit Augustinus, & habetur decimaquarta distinctione, capitulo quòd ait. nunquam autem fuit maior turbatio Moysi quam nunc: ideo nunquam minus ei imputaretur aliquid, licet ita se videretur esse graue.

Secundo fuit, quia Moyses non dixit aliquid nunc coram populo, sed solum ad Deum: peccata autem tanto sunt maiora quanto manifestiora, & maxime in prelatis, quorum actus trahuntur ab alijs in exemplum. non parum imputatum fuit Moysi ex hoc.

Tertiò, quia ex isto malo, quod nunc dixit Moyses, non fuit secutum aliquid malum in populo. Nam in peccato Moysi ad aquas contradictionis, etiã si ex parte sua aliquid paruum esset secutum est occasionaliter in populo, & populus non laudaret Deum increpitus à Moyse, ideo reputatum est peccatũ Moysi graue, nunc autem cum esset peccatum Moysi in occulto, quia hæc verba non audiuit populus, sed solus Deus, non fuit secutum scãdalum in populo, ideo minus imputatur Moysi.

Quare Moyses locutus est de piscibus, cum tamen tam Aegyptij quam Hebræi non peterent, nisi carnes.
Quæst. LII.

Sed adhuc quæretur, cum Hebręi, & Aegyptij peterent hic carnes, dicendo quis dabit nobis ad vescendum carnes? quare Moyses loquens de saturitate istorum nominauit etiam pisces, cum dicatur in litera, nunquid ouium, & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibũ, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt satient eos?

Aliqui dicũt, quòd Moyses hoc dixit, quia Hebræi non solum carnes, sed etiam pisces desiderauerũt, vel petiuerunt, quia dicitur supra in litera. recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis.

Dicendum quòd Hebręi, & Aegyptii non petiuerunt hic pisces, sed solas carnes, nam quoties litera de desiderio, & petitione istorum dicit, de solis carnibus loquitur. Nam dicitur vulgus promiscuum flagrauit desiderio carnium. Et iterum dicitur quis dabit nobis ad vescendum carnes. & postea in querela Moysi dicitur, vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? flent coram me dicentes, da nobis carnes, vt comedamus. postea quòd in prouisione Dei de solis carnibus dicitur, sanctificamini. cras comedetis carnes: ego enim audiui vos dicere, quis dabis nobis escas carnis? bene nobis erat in Aegypto, vt det vobis Dominus carnes. Secundo, quia cum Deus prouiderit hic, tam Moysi quam populo, vt cessaret querela eorum dedit omnia quę petita sunt, dedit autem carnes, & nihil de piscibus. ergo non fuerunt petiti pisces. Tertio, quia si putaretur pisces fuisse petitos inquantum dicitur, recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis, diceretur etiam quòd petiuerunt cucumeres, pepones, porros, cępas, & allia, inquantum attingitur in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, & tamen ista non petiuerunt, quia si petiuissent daret eis Deus ad complementum desiderij eorum, quod non factum est.

Sed dici potest, quòd Moyses expressit hic de piscibus, quia populus petiuerat carnes, quia nomine carnium intelliguntur pisces. sic dicit Apost. 1. Corin. 15. c. non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia volucrum, alia aũt piscium. Et sic accipit Arist. lib. de animalibus sæpe dicens, esse carnem in piscibus, ideo saturando de piscibus videbatur esse impletum desiderium, s. quòd fieret saturitas de carnibus.

Secũdo potest dici, quòd hoc dixit Moyses ad ostẽdendum modum humanę nutritionis, qui cõsistit in cibo & potu. cibus autem diuiditur in panem & condimentum, ipsum autem condimẽtum est cibus melior pane, s. carnes, & loco earum pisces accipiuntur, quia non multum differunt in nutritione, quæcũque autem alia in cibum veniunt sunt, vt irritamentum aliquod, & non vt principales cibi, sicut sunt fructus: ideo in illis non fit saturatio, & quia nunc Moyses volebat loqui de saturatione populi in cibo, & habebant aliquid loco panis, s. manna, debuit dicere de alio adiũcto, scilicet de carnibus, vel eo quod loco carnium accipitur. pisces autem sunt huiusmodi, & non fructus

aliqui, ideo de carnibus, & piscibus dixit hic, scilicet nunquid ouium, & boum multitudo cędetur, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Et ista est causa quare licet populus fecerit memoriam de piscibus cucumeribus, peponibus, porris, cępis, & alliis, Moyses non dixit nunc, nisi de carnibus, & piscibus, quia ista sunt proprie materia humanæ nutritionis, & præstant saturitatem, fructus autem non sunt materia solida ad saturandum, sed adhibentur ad irritamentum saporis vltra saturitatem.

An principes populi constituti consilio Ietro durarent nunc, cum non fiat de eis mentio. Et an huiusmodi principes fuerint constituti. Et ad quid essent vtiles principes electi per Ietro. Et an iudicarent in aliquibus casibus. Quæst. LIII.

Quaerunt aliqui de principatibus qui cõsilio Ietro constituti sunt, scilicet de centurionibus, tribunis, quinquagenarijs, & decanis, an nunc durarent? Quærunt etiam, an constituti sunt, quia non reperitur de talibus principatibus in serie historiarum facta mentio.

Respondebit aliquis, quòd principes quos Ietro consuluit poni non fuerunt positi, sed populus fuit iudicatus per septuaginta viros, qui fuerunt etiam ante hoc de quibus dicitur Exodi vigesimoquarto capit. quòd ascenderunt cum Moyse in montem.

Sed hoc falsum est, quia Exodi capit. decimo octauo. dicitur, quòd Moyses fecit omnia quæ Ietro suggesserat illi, & electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos principes populi, tribunos, cẽturiones, quinquagenarios, & decanos, qui iudicabãt populum omni tempore.

Dicendum igitur, quòd constituti sunt principes quos suggessit Ietro, & habebant officium suum. Posset autem aliquis dicere, quòd illi septuaginta viri de quibus dicitur Exo. c. vigesimoquarto. essent tribuni, & centuriones, quinquagenarij, & decani, & præter eos non essent electi alij iudices, in quibus saluaretur consilium Ietro, & id quod habetur Exodi capitu. decimo octauo.

Respondendum est, quòd hoc est falsum, quia decanus dicitur qui præest decem, tribunus vero qui põest mille, quinquagenarius qui præest quinquaginta, centurio qui præest centum, sed in toto populo Israel præter vulgus promiscuum Aegytiorum, & præter Leuitas, qui etiam iudicibus indigebant, erant sexcenta millia virorum, & vltra, ideo ad minus essent sexcenti tribuni, centuriones sex mille, quinquagenarij duodecim millia, decani sexaginta millia. ergo non erant isti septuaginta viri decani, vel quinquagenarij, centuriones, aut tribuni.

Item implicat contradictionem, quòd isti haberent omnia officia hæc. Nam decanus est qui solum habet decem, tribunus vero qui solum præest mille. ergo qui pluribus quam decem præest non est decanus, vnde quinquagenarij, centuriones, & tribuni non sunt decani. quodcunq; ergo daretur de istis maneret, quòd non eligerentur alij iudices. esset enim solum vnum genus iudicum, de his quę Ietro consuluit accipi. sed falsum est, quia omnia quæ Ietro dixit facta sunt, vt patet Exo. c. 18. Errãt etiam isti, quia existimant illos 70. seniores esse seniores, de quibus hic dicitur. sed falsum est, vt supra fuit declaratum, quia illi non habebant aliquod officium, vel dignitatem in populo, sed solũ erant viri honorabiles, & iussit Deus Moysi accipere septuaginta de senibus, vt ascenderẽt cum ipso ad honorandum eum, prẽter illos tamẽ septuaginta senes multi alij erant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad ſecundam quæſtionem, ſcilicet, an principatus illi electi conſilio Ietro durauerint in deſerto ſupra reſponſum eſt, quòd ſemper durauerunt, ſiue ante conſtitutionem iſtorum ſeptuaginta, ſiue poſt, & hoc, qa per quadraginta annos durauerunt in deſerto etiam in terra promiſſionis toto tempore, quo Iſraelitæ fuerunt in bellis nondum diuiſa terra, poſtea ceſſauerũt, vt ſupra dictum eſt.

Aliqui tamen neſciunt ordinare ad quid eſſent vtiles principatus electi per Ietro, exiſtimant enim quòd ſeptuaginta viri abſtuliſſent omnem iuriſdictionem illorum. Dicunt ergo, quòd iſti ſeptuaginta viri erant de illis centurionibus, vel tribunis qui prius fuerant, & data eſt eis iuriſdictio iudicum prius electorum per Ietro. Erat enim modus, quòd Moyſes regebat in his q̃ ad Deum pertinebant, & in cauſis magnis, vel dubijs quas alij iudicare non valebant: ſeptuaginta autem viri, nunc electi de iudicibus prioribus erant totius multitudinis iudices, audientes omnia negocia foralia, circa contractus, vel humanas commutationes, aut diſtributiones, in quibus duobus totus iuris ſtatus vertitur. Alij autem principes, ſ. decani, quĩquagenarij &c. nullas cauſas audiebant, ſed ſolum in tribubus ſuis tenebant ſubditos in pace, cauentes ne aliqua ſeditio eſſet inter eos, & aſſignabant caſtrorum loca, & tentoriorum pro quolibet, & regulabant eos in motu caſtrorum, & in via ne miſcerentur, & quantum ad ſimilia, ideo iſti ſeptuaginta releuabãt Moyſen ab omni onere. Alij autem non, & ob hoc dicunt fieri mẽtionem de his, & non de alijs.

Sed iſta non tenent. primo quia Moyſi dantur omnes cauſæ ſpirituales, ſ. quę ad Deum pertinent, & omnes cauſę arduæ forales, & tũc ſemper maneret Moyſes grauatus onere totius populi, quia ipſe non poſſet omnes iſtas expedire, & ob hoc clamauit hic ſe nimis grauari.

Item irrationabile valde eſt, quòd non committeretur ſeptuaginta viris nunc electis aliqua cauſa ſpiritualis, & de magnis, quia ipſis datus erat ſpiritus propheticus, vt patet hic. per quem poſſit iudicari de diffi cilibus, quòd autem ſolæ paruæ cauſę forales cõmitterentur eis, ſicut iudicibus pedaneis, & ad hoc daretur eis ſpiritus propheticus, irrationabile eſt, quia leuiter humana prudentia iudicari hæc poterant.

Item iſtę cauſę forales quas iſti dicunt datas ſeptuaginta viris fuerunt prius in decanis, centurionibus, & tribunis electis conſilio Ietro, & non fuit eis datus ſpiritus propheticus ſicut iſtis. de vtroque patet Exo. ca. 18. ergo ſuperfluum erat his dari ſi aliquid alterũ non habebant difficilius iudicare, habebãt igitur alias cauſas maiores iudicandas:

Item ſi ſeptuaginta viris ſolum datę ſunt paruę cauſę quas habebant iudices electi conſilio Ietro, ita poterat Moyſes releuari per illos, ſicut per ſeptuaginta viros, & adhuc melius cum eſſent plures, ad quid ergo electi eſſent ſeptuaginta?

Item non poterit dari aliquis modus per quem gratiam Moyſi ablatum eſſet, quia nihil magis faciebant ſeptuaginta viri, quam priores expoſitione iſtorum. Sed ante conſtitutionem ſeptuaginta Moyſes conqueſtus eſt ſe grauari, poſtea vero nõ. ergo aliquis ordo cauſarum mutatus eſt, qui non fuerat in prioribus iudicibus, ſcilicet, quòd aliquid pertinens ad Moyſen, nunc pertineret ad ſeptuaginta ſeniores. Itẽ non poteſt ſtare quod dicunt, ſ. q̃ ſeptuaginta ſeniores iudicarent de omnibus cauſis foralibus. nã in tanta multitudine non poſſent ipſi ſufficere. Oportebat enim eſſe plures quam mille iudices ad expediendum omnia negocia populi. ideo dicendum, vt prius dixeramus, ſ. q̃ iudices electi per Ietro manerẽt ſemper in ſuo principatu, & iudicarent cauſas forales paruas. Iſti autem ſeptuaginta iudices ſententiarent in eiſdem cauſis in quibus poterat Moyſes, ſ. in ſpiritualibus, & in foralibus magnis, & tunc non manebit aliquod incõueniẽs de ſupra aſſignatis. *Quos fecit ſtare circa tabernaculum.* Scilicet intra atrium tabernaculi apud oſtium: ſic enim ſupra iuſſum fuerat, cauſa huius ſupra declarata eſt.

Deſcenditque Dominus per nubem. Ideſt per columnã nubis: erat enim columna nubis ſuper tabernaculum toto tempore quo manebant caſtra, & cum Deus vellet interdum loqui Moyſi ad oſtium tabernaculi inclinabatur columna illa vſque ad oſtium, & ibi loquebatur voce ſummiſſa. Si autem fieret locutio de excelſo audiretur exterius. ſic factum eſt ſequenti ca. vbi vt loqueretur Deus Marię, & Aaron deſcendit colũna nubis, & quando dicitur hic, quòd Dominus deſcendit in columna, vel Dominus locutus eſt, ſemper intelligendum eſt de Angelo, quia Deus per ſe horũ nihil faciebat, ſed Angelus vt declaratum eſt Exod. cap. 23. & 25. Nam etiam dato pro impoſſibili, q̃ vellet non poſſet, quia includerent contradictionem poſitis perfectionibus diuinis, vt multi cogitant.

Et locutus eſt ad eum. Scilicet ad Moyſen, quid autem fuerit locutus non conſtat, ſed videtur quòd locutus fuerit aliquid pertinens ad officium iſtorum iudicum vel ſaltem dixerit, quòd conſtituebat eos iudices.

Auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Ideſt Deus dedit de ſpiritu prophetiæ, vel regiminis iſtis ſeptuaginta viris, & dicitur dediſſe de ſpiritu Moyſi, ſcilicet de eodem in ſpecie, quia ſicut Moyſes habebat a Deo ſpiritum ad faciendum hęc, ita & ipſis datum eſt, ſed non fuit de ſpiritu Moyſi in numero aliquid datum, quia erat impoſſibile, vt ſupr. declaratum eſt. *Cumque requieuiſſet in eis ſpiritus prophetauerunt.* Ideſt venit ſuper eos ſpiritus prophetiæ, & inceperunt prophetare.

Prophetare quid ſit. Et prophetia de quibus eſſe poteſt. Et quomodo intelligitur, quòd nunquam ceſſauerunt ſeptuaginta prophetare. *Quæſt. LIIII.*

Erat autem iſtud prophetare dicere aliqua occulta, & tunc iſti inceperunt dicere aliqua de futuris, vel aliquas veritates abſconditas, in quo declararetur eorũ animos a Deo fuiſſe motos. ſic dicitur de Saule, quòd inſiliit in eum ſpiritus Domini, & prophetauit. primo Regum capitu. decimo. Iſte modus eſt quantum ad omnes qui dicuntur prophetare, & ſic dicebatur de Leuitis, quòd prophetabant in organis, citharis, & pſalteriis, ideſt canebãt aliquid ſpirituale ad quod Deus mouebat eos, & nõ ſciebatur illud humano ingenio. de quo primo Paralipomen. 25. capitu. & illi Leuitæ componebant pſalmos.

Poterat autem manifeſtari prophetia iſtorum, ſicut in prętęritis, ſiue futuris, ſiue præſentibus, quia de quolibet iſtorum eſt prophetia. vt ait Gregori. ſuper Ezechielem. Nam quòd aliquis enarret veritates prętęritarum rerum, quæ nulla hiſtoria, aut humana cognitione ſciri poſſunt, propheticum eſt, in præſenti quoque veritates abſconditę ſunt quę pertinent ad prophetiam, vt quòd aliquis dicat nobis concepnus noſtros. de futuro autem contingenti manifeſtius eſt eſſe prophetiam. Quid autem iſti dixerint nihil refert. De ſpiritu prophetico dato iſtis, dicunt aliqui, quòd fuit ad demonſtrationem acceptationis diuinæ ad regimen multitudinis. quod quidem aſſumptis ſtaret ſi iſti ſolum prophetaſſent, quando aſſumpti ſunt, ſed etiam poſtea ſemper prophetauerunt. cum

dum dicat hic litera, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt. ideo dicendum quòd ſpiritus propheticus datus eſt eis, vt bene explere poſſent iniunctum officium, quia committebantur eis cauſæ arduę quę ſine prophetia non poterãt expediri, potiſſime illę quę ad Deum pertinebant, & hoc erat quia iſti iudices ſuſcipiebant onera Moyſi, qui ſpiritu prophetico iudicabat, & in hoc excedebant iudices priores, qui nõ ſuſceperunt propheticum ſpiritum.

Et vltra non ceſſauerunt. Ideſt, poſtquam ſemel iſti pphetaſſent, nunquam ceſſauerunt prophetare vſque ad mortem.

Dictio Hebraica quæ hic ponitur eſt ęquiuoca, ſignans ceſſare, vel addere, & poterit eſſe ſenſus, quòd iſti prophetauerunt, & vltra non addiderunt, ideſt nũ quam prophetauerunt vltra iſtam vicem, & tunc intelligeretur, quòd fuit iſta prophetia ad oſtenſionem ſolum: litera tamen noſtra ſequitur alium ſenſum, dicens, quòd nunquam ceſſauerunt: ſic enim exponũt omnes Hebręi. Sed tunc non poteſt intelligi, quòd non ceſſauerunt ſecundum actum: neceſſe enim erat quòd aliquando ceſſarent prophetare, alioquin nec vi uerent, nec iudicare poſſent.

Dicunt autem quidam, quòd non ceſſauerunt ſecundum habitum, ſicut cum ſemel ſuſcepimus habitum geometricum, quamquam deſinamus ſpeculari actualiter ſecundum illum, tamen non deſinimus habere habitum geometricum. Sed non eſt ſimilitudo, quia geometria poteſt haberi ſecundum habitum, & omnes artes, prophetia tamen non habetur, quia non eſt aliqua qualitas manens in intellectu noſtro ad modum habitus, ſed quædam illuſtratio tranſiens ad modum actus fluentis, ideo dum illa manet poſſunt prophetæ annunciare ſecreta. Cum vero ceſſauerit nihil annunciare poſſunt, etiam ſi conentur ad hoc: ſed dicitur quòd non ceſſauerunt, ideſt quamquam ceſſarent actualiter prophetare, tamen cum neceſſariũ eis eſſet ad iudicandum veniebat ſuper eos ſpiritus propheticus, & nunquam deſinebant prophetare, quia nunquam ſic ceſſauerunt prophetare, quin poſtea, p- phetare poſſent, cum vellent, & opus eſſet, ſed de hoc quomodo fit diſputabitur in quęſtionibus.

Remanſerunt autem in caſtris duo viri. Hic ponitur de duobus iudicibus iſtorum, qui non iuerunt cũ cęteris ad oſtium tabernaculi, vt approbarẽtur a D. per miſſionem ſpiritus prophetici ſuper illos.

In quo eſt ſciendum, quòd cum iſti viri ſeptuag. ta fuerunt aſſumpti per modum qui ſupra poſitus eſt erant in caſtris, ad confirmationem autem iuerunt ad oſtium tabernaculi, quod ſignificatur hic eſſe intra caſtra, non quòd eſſet totaliter extra illa, ſed erat in medio caſtrorum, diſtans tamen a qualibet parte caſtrorum, quia non audebant populares accedere ad illud, & Leuitæ in circuitu illius erant, vt patet ſupra capitu. primo. & cum iuiſſent illuc omnes ſeniores aſſumpti in iudices, duo illorum qui iuniores erant, ſcilicet Heldad, & Medad ex humilitate ſe ad tantum officiũ indignos iudicantes non iuerunt cum alijs, nolentes in iudices confirmari, vel vt alij dicunt, nondum fuerant datæ cartulę ſcriptæ, & non ſcriptæ, ſed ſolum electi fuerant ſeptuaginta duo viri, vt inter illos per ſortes cartularum videretur, qui iudex futurus eſſet, & qui non: & tunc dicunt, quòd iſti duo volebant, vt cæteri ſeptuaginta euntes in tabernaculum acciperent ſeptuaginta cedulas ſcriptas, & ipſis duobus relinquerentur cedulæ non ſcriptæ, & non fierent iudices. Dominus tamen reſpiciens humilitatem iſtorum fecit, quòd literæ non ſcriptæ euenirent aliis, & manſerunt pro eis duæ cartulæ ſcriptæ, & facti ſunt iudices. Quis autem iſtorum duorum modorum verus

ſit, vel an alius præter iſtos ſit verus, infra dicetur.

Quorum vnus vocabatur Heldad, & alter Medad. Ponuntur nomina iſtorum ad laudem iplorum, cũ propter humilitatem noluerint fieri iudices.

Super quos requieuit ſpiritus. Ideſt etiam deſcendit ſuper iſtos ſpiritus propheticus, ſicut ſuper alios, qui iuerunt ad oſtium tabernaculi. & dicitur, quòd requieuit, quia non ſtetit in eis ſpiritus ad momentum, ſed ſemper manſit. ſic dicitur de aliis, quòd prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt. Et recte dicitur, quòd ſuper iſtos requieuit ſpiritus Domini, quia ſuper humiles, & timentes verba eius requieſcit ſpiritus, vt patet Eſaiæ 66. cap.

Nam & ipſi deſcripti fuerant. Ideſt ceciderunt eis in ſortem cartulæ ſcriptæ, ſed non conſonat multum literæ iſte ſenſus, quia ad hoc deberet dicere litera, nã & ipſi de ſcriptis erant, ideſt de habentibus literas ſcriptas. hic autem dicitur, quòd ipſi deſcripti fuerant, ita quòd nomina eorum in aliquibus cartulis ſcripta ſunt, ita quia id quod dicitur, & non exierunt ad tabernaculum, videtur eſſe poſterius ad deſcriptionem nominum. Hoc autem quod eſt eis accidiſſe cartulas ſcriptas, poſterius fuit, quòd non bene congruit. Quo iſti viri dicant deſcripti.

Ideo dicendum, quòd vterque de modis ſupra poſitis patitur aliquam calumniam. Modi de electione 70. an ſint veri.

Primus modus qui dicebat, quòd ſcriptę fuerant ſeptuaginta cedulę nomine zaquen, & ſeptuaginta duo viri acceperant eas, duæ autem quæ erant inſuper inter eas non ſcriptę, prouenerunt duobus illorũ, & illi non fuerunt iudices. Deinde qui in iudices aſſumpti ſunt per hunc modum, exierunt ad tabernaculum, vt ibi confirmarentur, ſed huic non conſonat litera, quia dicitur, quòd iſti duo viri Heldad, & Medad deſcripti erant, tamen hoc modo nullus erat deſcriptus, quia nullius horum ponebatur nomen ſpecialiter.

Alius modus aſſignandi, ſcilicet, quòd Moyſes aſſumpſiſſet ſeptuagintaduos viros portãs eos ad oſtiũ tabernaculi, vt ibi prouenirent eis literę, vel cedulæ non ſcriptæ, patitur calumniam.

Primo quia dicitur, quòd iſti deſcripti erant, & tamen hoc modo, nec ipſi erant deſcripti, nec etiam prouenerunt eis aliquæ cedulæ de ſcriptis. Item patitur calumniam, quia ſecundum modum ſuperiorem aſſignabatur aliqualiter, quomodo dicerẽtur iſti deſcripti, & propter hoc vocari deberent ad Sanctuarium, ſecundum iſtum modum non aſſignatur, quia poſterius fuerunt cedulæ prouenięntes, quam id quod dicitur hic, ſcilicet, quòd ipſi deſcripti erant.

Ideo alius modus conuenientior eſt, ſcilicet, quòd Moyſes contemplatus eſt primo qui eſſent conuenięntes ad prædictum regimen, & ſcripſit ſeptuaginta ſex de qualibet tribu, & tunc miſit per ſcriptum aliquod denunciari cuiliber eorum, quòd veniret mittens eis modum qui in aſſumptione illa ad dignitatem obſeruari debebat, inter quos ſcripti ſunt Heldad, & Medad, quibus nuncius Moyſi denunciauit, quòd electi erant inter illos ſeptuaginta, vt irẽt ad tabernaculum ad videndum vtrum Deus eos inter iudices adnumerari vellet, qui ex cauſis ſupra aſſignatis non iuerunt, cæteris euntibus. Nam & ipſi deſcripti fuerant, ideſt quia deſcripti erant, & ſciebant ſe deſignatos in iudices, nec tamen acceptabant ex humilitate, venit ſuper eos ſpiritus Domini.

Et non exierant ad tabernaculum. Iuſſerat Moyſes omnibus iſtis quibus deſtinauerat nuncios, quòd exirent ad tabernaculum, ſcilicet, quòd exirent de caſtris ad tabernaculum, quod erat ſeparatum a caſtris, in medio tamen ipſorum caſtrorum ſecundum modum aſſignatum ſupra 2. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cumque prophetarent in castris cucurrit puer, & nunciauit Moysi. Manserant isti duo viri in castris ex causa supra assignata, & Deus respiciens eorum humilitatem misit in eos spiritum propheticum, qui prophetauerunt sicut ceteri, qui erant apud ostium tabernaculi, & cū illi qui erant in castris vidissent eos prophetantes mirati sunt, & cucurrerunt nuncii ad Moysen qui erat apud ostium tabernaculi.

Quare isti duo viri ex septuaginta cum ex humilitate noluerint cum alijs accedere ad ostium tabernaculi, etiam non tacuerunt. Quæst. LV.

SED quæret aliquis cum isti viri ex humilitate noluissent ire ad ostium tabernaculi, ad videndum, an super eos veniret spiritus propheticus vel assumerentur in iudices, sicut ceteri, quare ex humilitate nō tacuerūt, licet venisset super eos spiritus prophetiæ, & sic non cognosceretur, an deberēt assumi in iudices?

Respondendum est, ꝙ dato, quòd isti vellent tacere existente in eis prophetico spiritu, tamen non possent, quia spiritus propheticus mouet hominem inuitum ad loquendum, & non solum, vt loquatur cōtra ea quę vult, sicut patet de Balaam qui erat propheta Domini, & tamen iniquus, volens maledicere Israel per artem suam ariolādi, sed Deus prohibuit. Et cum faceret sacrificia, vt posset maledicere, & conaretur ad hoc, Deus mouebat linguam eius, & benedicebat, vt patet infra 23. & 24. cap. Ita ergo de istis spiritus propheticus cogebat eos ad loquendum, etiam si ipsi ex humilitate subticere vellent, & nō solum erat hoc ex conditione generali spiritus prophetici, sed etiam ꝙa Deus volebat sublimare istos duos viros ad potestatē iudiciariam. Si tamen tacuissent non fuissent sublimati, coegit ergo Deus illos loqui. Quid autem isti ꝓphetauerint, non habetur manifeste, sicut nec de alijs, qui prophetauerunt apud ostium tabernaculi. Sed Rabbi Salom. ex verbis Iosue aliqualiter coniectat, quòd ꝓphetauerint isti Moysen moriturum in deserto, & ꝙ Iosue introduceret Iudęos in terram promissionis. iō Iosue videns hoc dixit Moysi, quòd prohiberet eos.

Male dicunt Hebræi, quòd de qualibet tribu essent sex, ex illis septuaginta. Et quare Moyses scripsit nomina septuaginta senum. Quæst. LVI.

SED circa istos septuaginta viros non sunt concedenda quæ dicuntur ab Hebręis, s. quòd de qualibet tribu essent sex, & ita essent septuagintaduo. nam fuerunt solum septuaginta, vt in litera dicitur. ideo non potuerūt esse sex de qualibet tribu. Secundo patet ex hoc fictum esse quod Hebræi dicunt, scilicet datas fuisse septuagintaduas cartulas, duas quidem non scriptas alias vero scriptas. Nam si Deus voluisset, quòd de qualibet tribu darētur aliqui istorum iudicum daret numero pares de qualibet tribu ad tollendam inuidiam, sed non fecit, sed iussit esse septuaginta, ideo nulla sors hic erat, sed relinqueba tur iudicio Moysi, vt eligeret quos ipse ad hoc idoneos putaret, cum dicatur. cōgrega septuaginta viros, quos tu nosti, quòd senes sint populi, & magistri. Cū autem dictum est de istorum descriptione non est intelligendum sicut Iudęi putauerūt, s. esse quasdam cartulas scriptas, & alias non scriptas ad ponēdum sortes, sed omnes isti iudices fuerunt scripti.

Causa fuit prima, quia Deus iusserat Moysi cōgregare viros quos ipse nosset esse senes populi, & magistros. Cogitauit autē apud se quos eligeret, ne in opere Dei erraret. potissimè, quia isti sumebantur, vt sem per essent iudices populi, ideo cum de aliquo deliberasset esse conuenientē ad hoc scribebat nomen eius, & ita quousque inuenisset omnes septuaginta, quorū nomina scripsit ne aliquis a memoria laberetur. Secūdo, quia postquam Moyses istos elegisset congregaturus erat eos ad ostium tabernaculi, sicut Deus iusserat, & ad hoc deberet eos vocare, quod faceret p nuncios, vt autem illi scirent quos vocarent scripti fuerūt omnes.

Tertio, quia isti mansuri erant, postea in officio iudicum, & quia erant præcipui in toto populo, non erant vocandi vocatione generali sub nomine populi, sed per nomina sua, sicut de alijs minoribus dicitur, quòd per nomina vocarentur infra 16. scilicet, surrexerunt contra Moysen alij ducenti quinquaginta viri proceres, qui tempore concilij per nomina vocabantur. Oportebat igitur omnium istorum nomina esse scripta. Sic fuit de istis duobus Heldad, & Medad, ga Deus iussit Moysi eligere septuaginta viros ad hoc, ꝙ daret eis spiritum propheticum, & essent iudices populi. Moyses autem elegit omnes istos scripsitque nomina eorum, veneruntque ad ostium tabernaculi, vbi acceperunt spiritum propheticum. Duo autem istorum nondum venerant, quia tamen electi fuerant a Moyse, descēdit quoque in eos spiritus propheticus, ꝙ sicut in alios, licet in castris manerent. ideo dicitur, ꝙ erant descripti, scilicet erāt electi a Moyse, & ob hoc venit spiritus propheticus super eos. ad ostendendum autem, quòd fuerant electi dicitur, quòd fuerant descripti, scilicet, quia Moyses scripsit nomina illorum quos elegerat.

Quare Heldad, & Medad postquam electi sunt non inierunt cum alijs septuaginta ad Sanctuarium. Et quid prophetauerunt in castris. Quæst. LVII.

QVAERETVR de istis duobus viris, quare non iuerunt cum alijs septuaginta ad Sanctuarium cum electi essent a Moyse?

Aliqui dicūt, ꝙ hoc fuit ex magna humilitate. Erant enim isti humiles, & cum viderent se assumi ad tam excellens ministerium, recusauerunt assumere istam dignitatem, ideo non iuerunt cum alijs in Sanctuarium.

Alij dicunt, quòd fuit ex quadam verecundia, cęterum erant senes, qui ad istud officiū assumpti erāt, cum isti essent iuuenes, vel saltem non essent senes. Erubuerunt poni in numero senum. Istud tenēt multi, & est motiuum, quia Deus iussit Moysi accipere de senioribus populi, & putant, quòd erant omnes senes secundum ętatem. de istis dicunt, quòd non erant nondum senes, & hoc quia dicitur in litera, remanserant autem in castris duo viri.

Dicēdum quòd istud motiuum nihil valet, neque infertur istos non fuisse senes, quia licet litera vocet illos viros poterat esse, quòd essent senes, quia virgo pitur multipliciter, aliquando vt est nomen ętatis, & distinguitur contra senem, & iuuenem. aliquando vt est nomen coniugij, & est vir, ideſt maritus, aliquando, vt est nomen sexus. sic dicimus virum & fœminam, ideſt, masculum, & fœminam. hic autem accipitur vir pro sexu, & non pro ætate, & sic poterant esse senes.

Secundo, quia vbi isti vocantur seniores vocantur viri, sic dicitur supra in litera, scilicet, congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel. Si ergo vir accipiatur pro ætate nullus istorum septuaginta erat senex, cum omnes dicantur viri, & ita licet isti duo Heldad, & Medad vocentur viri, non sequitur quòd non erant senes, non est ergo motiuum conueniens.

Aliter

Aliter ergo potest dici, s. quòd isti duo viri, nondū fuerant vocati, sed soli sexagintaocto, ideo non iuerūt in Sanctuarium, quia non erant ituri, nisi vocarentur. nam non scirent se esse de numero septuaginta quousque vocarentur, quia Moyses elegerat omnes istos secrete penes se, nulli dicendo, sed scribendo nomina illorum quousque vocaret eos, ideo non poterant isti ire, nescientes, an ipsi essent de numero electorum.

Alij dicunt, quòd isti vocati fuerant, & ire volebāt, & tamen non ita cito iuerunt sicut alij, ideo quando spiritus propheticus descendit super alios ad ostium Sanctuarij, descendit similiter super istos manentes in castris.

Sed quæretur quis modus istorum duorum sit conuenientior. Aliqui dicunt, quòd secūdus. Primo, quia certum est, quòd Moyses vocaret omnes istos septuaginta, quia Deus iusserat illud, ideo non potest dici, ꝙ isti duo non fuissent vocati. Secundo, quia Moyses duxerat alios ad ostium Sanctuarij, sed iubebat Deus, ꝙ duceret septuaginta, ideo non omitteret duos. Tertio quia in litera innuitur, quòd Moyses istos vocauerit cum dicitur venit Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans septuaginta viros, ergo nullus fuit non vocatus.

Dicendum, quòd prima positio est rationabilior, & est sic intelligendū, quòd Moyses proposuerat omnes vocare, & de facto miserat ad vocandum. forte tamen nuncij qui vocaturi erant istos duos, obliti sunt vocare eos, vel non ita cito iuerunt ad vocandum. vnde venerunt prius sexagintaocto quam isti vocarent, & descendit super illos spiritus propheticus manentes apud Sāctuarium. Istud patet, quia si dicatur, quòd isti vocati essent, & non venirent, siue ex humilitate, siue ex verecundia hoc facerent, non euadebant culpam, cum Moyses iuberet venire, essentque inobediē tes, quod non conceditur, cum præsupponatur de eis, quòd erant viri boni. Secundo, quia si isti vocati per Moysen ex parte Dei nollent ire ad Sanctuarium peccarent grauiter, & ita non descēderet spiritus Dei super eos, & tamen descendit super illos, & prophetauerunt, ergo nondum fuerant vocati.

Ad rationes respondetur. Ad primam dicetur, ꝙ Deus iusserat vocari istos septuaginta, ideo Moyses non omitteret aliquem istorum neque omisit. Accidit tamen, quòd non vocarentur ita cito sicut alij, & quòd antequam isti vocarentur descenderet spiritus Dei. Ad secundum dicendum, quòd Moyses iusserat vocari istos ad Sanctuarium, sicut ceteros, & tamen nondum vocati fuerāt propter causam supradictam. Ad tertium dicendum, quòd illa litera debet intelligi non ad rigorem verborum, sed ad intentionē Moysi, s. quòd congregauit septuaginta viros, ideſt, quòd congregari illos mandauit, & tamen nuncij non vocauerunt istos duos, siue ex obliuione, siue quia tarde iuerunt. siue autem velis insistere, quòd intelligatur litera secūdum rigorem non poterit stare, quia dr. congrega. septuaginta viros de senioribus Israel quos statuere fecit circa tabernaculum. certum est tamen quòd istos duos non fecit stare circa tabernaculum, cum dicatur, quòd mansserunt in castris, ideo debet intelligi, sicut supra, s. congregans eos, ideſt congregari manda uit, & quòd fecit eos stare circa tabernaculum, ideſt ad standum ibi illos congregari mandabat.

Quid isti duo prophetarunt. Quæst. LVIII.

SED quæretur de istis duobus, quid prophetarēt in castris?

Aliqui Hebręi dicunt, ꝙ prophetabant de morte Moysi in deserto, & de successione Iosue sue in principatu, motiuum autem istorum est, quia dicitur, quòd Iosue dixit Moysi prohibe eos, scilicet prophetare.

Sed dicendum quòd non stat. primo quia non habet hoc fundamentum aliquod ex litera, ideo videtur esse fictum. Secundo, quia est verisimile, quòd Deus nunc istud non prædiceret per ora istorum, quia istud erat ad maximam afflictionem Moysi. Deus tamen nunc volebat releuare Moysen a laboribus dando ei istos septuaginta in socios, sed prenunciando nunc de morte eius, magis eum affligeret, quā releuaret, ideo primo prænunciaret istud. Tertio, quia istud erat pro peccato, quod Moyses commisit ad aquas contradictionis, infra 20. & 27. capitu. & fuit illud quasi trigintanouem annis post hoc, quia istud fuit in principio secundi anni exitus de Aegypto, illud vero in anno quadragesimo, vt colligitur, infra vigesimo, & vigesimoseptimo, & 33. non tamen prænunciaret Deus pœnam Moysi trigintanouem annis, antequā peccaret. ergo non fuit nunc istud prænunciatum.

Sed dicet aliquis hoc nō stare, quia multorum culpa, & etiam pœna prenunciatur longo tempore antequam fit, sicut fuit de Nabuchodonosor Esaiæ 13. & 14. sed multo tempore post illud fuit Nabuchodonosor. Dicendum istud verum esse, quando prænunciatur pœna alicuius, & tamen non reuelatur ei ad hoc, quòd incipiat iam de illa tristari. Sed quando latet eū quid de ipso prænunciatum sit, & istud fuit in Nabuchodonosor. Secus autem esset nunc in Moyse, quia cum ei reuelaretur istud, tristaretur valde. Et sic per trigintanouem annos puniretur, antequam peccaret quod est inconueniens.

Sed adhuc obijcitur, quia Christus prænunciauit Iudæis destructionem vrbis suæ, & templi multo tempore antequam fieret Matthę. 24. cap. & de hoc Iudęi tristarentur. Dici posset vno modo, quòd non erat sic in Moyse, quia Moyses crederet quicquid de eo prenunciaretur, cum sciret istos viros a Deo inspiratos, & tristaretur de malo, quod sibi prenunciabatur. Iudęi tamen non credebant Christo, ideo non tristarentur de prenunciatis ab eo putantes non esse vera.

Aliter potest dici, quòd etiam si Iudæi crederent, quòd Christus prænunciabat, & tristarentur de eo, non erat inconueniens, quia in Iudęis præcesserat culpa, scilicet, occiderant prophetas, & persequebantur Christum quotidie, & discipulos eius, & statim ante sex dies occisuri erant ipsum, ideo non erat inconueniens, quòd inciperent tristari de pœna quę eis prenunciabatur, sed Moyses nondum peccauerat, sed post hoc quasi per trigintanouem annos peccauit, vt dictum est, ergo non debuit sibi nunc istud prænunciari.

Quarto, quantum ad principale, quia si nunc prenūciaretur non oportebat, quòd postea illud Deus diceret, sed Deus dixit illud Moysi. infra 20. & 27. ca. ergo non fuit nunc prenunciatum.

Quinto quia si prenunciaretur illa pęna Moysi adiungeretur causa, quare ita fecit Deus inf. 20. & 27. & tamen nunc non poterat prenunciari causa, ideſt peccatum, quia nondum commissum fuerat, vel si prænūciaretur antequam committeretur, Moyses caueret illud, & non incideret in ipsum, cum sibi expresse dictum fuisset, vel si incideret ī illud videretur aliquo modo preiudicare libertati arbitrij, ideo non erat cōueniens hoc prenunciari ei, licet aliquando ꝓpter causam aliquam specialem prenunciantur alicui peccata quę facturus est, & tamen facit illa, sicut fuit de Petro cui prenunciauit Christus, ꝙ ipsa nocte negaret eum ter antequam cantaret Gallus Matt. 26. Et ita factum est statim. Petrus tamen peccauit negando Christum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sexto, quia si hoc prænunciatum fuisset de Moyse inciperet rogare Deum ne hoc fieret, sicut postea sæpe legitur fecisse Deuteronom. 3. & tamen toto illo tempore vsque ad annum quadragesimum exitus de Aegypto non legitur super hoc rogasse Deum, ideo nihil tale fuit prænunciatum.

Dicendum igitur, quòd prædicta non stant: non.n. prophetauerunt isti aliquid de morte Moysi, sed prophetabant aliquid tale, quale illi sexaginta octo, qui erant ad ostium Sanctuarij, quid autem isti prophetarent, dicetur sequen. quæst.

Ad motiuum Hebræorum dicendum, quòd illud nihil facit: primo quia si verum esset, quòd Heldad, & Medad prophetarent de morte Moysi, & exaltatione Ioſue, nō diceret Ioſue Moysi prohibe eos, sed potius erubesceret audire ista, vel timeret. Et ita nihil loqueretur, cum res pertineret ad eum. Secūdo patet ex eo, quod Moyses dixit, s. quid æmularis pro me, idest, quare inuides istis duobus qui prophetant, & sic innuitur, quòd Ioſue nō dixit Moysi, ꝙ prohiberet illos, nisi qa inuidebat zelando honorem Moysi, quasi detraheretur ei prophetantibus alijs. si tamen prophetarent illi de morte Moysi non esset inuidia ad illos, sed timor vel odium. Tertio patet ex eo, quia addidit Moyses. si quis mihi det, vt omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum, & sic apparebat Ioſue non fuisse motum ad dicendum Moysi, ꝙ prohiberentur illi, nisi quia inuidebat, ꝙ tāta multitudo prophetaret, quia alias Moyses non responderet ad propoſitum dicens. quis mihi det, vt omnis populus prophetet?

Aliud motiuum esse poterat, s. quia Ioſue potuit, prohibere istos, qui prophetabant apud tabernaculum quasi isti non prophetarēt aliquod malum, & illi qui erant in castris malum prænunciarent. Dicendum tamen, quòd neuter prænunciauerunt aliquid de statu Moysi, & tamen habuit Ioſue causam dicendi contra istos duos, & non contra alios, vt infra tangetur.

Quid prophetabant omnes isti septuaginta seniores simul, & de quo, & an per hoc constaret eos esse aptos ad regimen.

Quæst. LIX.

QVAERETVR quid prophetabant isti viri. Dicendum est, ꝙ omnes, tam duo qui erāt in castris quā sexagintaocto qui erant apud tabernaculum prophetabant de eisdem rebus, quia licet per eundem spiritum possent diuersa prophetare, quia idem spiritus operatur varia in diuersis, distribuens cuicunque, sicut vult 1. Corint. 12. cap. tamen vt videret omnes istos assumptos fuisse ad idē officium debuerunt prophetare idem. Nam si de alijs rebus prophetarent duo qui erant in castris, quam alij sexagintaocto, putaretur quòd non erant assumpti ad idem officium, quod erat contra intentionem Dei.

Aliqui ergo dicunt, ꝙ isti prophetabant aliquid de eo, quod pertinebat ad gubernationem populi, quia ista prophetia dabatur nunc ad ostendendum, ꝙ isti essent apti ad illud officium ad quod assumebantur, & quia ad regimen populi cum Moyse accipiebantur, debuerunt de eis quę pertinebant ad populi regimen prophetare.

Dicendum quòd istud nō stat, quia prophetare de eo quod pertinet ad regimen populi est ꝓsulere Deū super aliquo dubio de eis quę pertinent ad populum, sicut in Moyse sæpe factum est. Et patet bis in quæstionibus filiorum Salphaad. nā dubitauit Moyses, & retulit ad Deum a quo responsum habuit inf. 27. & 26. c. & sic faciebat quandocunque dubitabat de aliquo, nam ibat cōsulturus oracula, & intrabat in Sācta sanctorum supra 7. cap. Sed nunc non erant aliquæ dubitationes quę istis occurrerent circa regimen populi, cum nondum incepissent gubernare, ideo non poterant prophetare de eo, quod pertinebat ad statum populi.

Sed dicendum, quòd prophetabant aliquid de eo, quod pertinebat ad diuinas laudes. Nam prophetare sic accipitur sæpe in scriptura, sicut patet de cantoribus templi Heman, & Ethā, & alijs socijs eorum, qui prophetabant in citharis, & psalterijs, & cymbalis, primo Paralipom. 16. & 25. sic etiam fuit de Saule, quando insiliit in eum spiritus Dei, & prophetauit subito. primo Regum 10. c. & iterum cum vellet capere Dauid qui erat cum Samuele, factus est super eum spiritus Dei, prophetauit per totam viam, & postea nudauit se coram Samuele, & ibi tota die, & nocte nudus prophetauit. primo Regum 19. cap. sed omnes isti nihil prophetabāt, nisi laudes Dei, ad quas solus spiritus Dei mouebat eos, vt illas dicerent, sicut fuit de Dauid qui reputatur maximus prophetarum, & tamen ipse non prophetabat aliqua futura, sed componebat psalmos de diuinis laudibus. sic apparet ex toto libro suo. Cum autem obijciebatur, quòd isti deberent prophetare de pertinentibus ad regimen populi, ad ostendendum, quòd Deus fecerat eos aptos ad hoc regimen.

Dicendum quòd non erat necessarium, quia satis erat, ꝙ prophetarent in quocūque genere rei, quia solum erat necessarium, quòd cōstaret istos esse prophetas. nam si prophetę essent, possent consulere Deum quandocunque vellent, & ita responderent in dubijs populi. Ostendit tamen aliquando esse prophetam, & sufficienter per quemcunque actum propheticum, iō satis erat, quòd isti prophetarent quicquid esset illud, quod prophetarent, quia per hoc populus sciret eos esse aptos ad gubernationem.

Quomodo constabat eos esse aptos ad regimen populi, dato quòd prophetarent. Et ad esse prophetam quid requiritur. Et an illi haberent responsum quandocunque vellent. Quæst. LX.

DATO quòd isti prophetarēt nunc, quomodo per hoc constabat eos esse aptos ad regimen populi? quia non poterant esse apti ad hoc, nisi Deus responderet eis quandocunque vellent consulere eum super aliquo dubio, & tamen prophetæ non possunt hoc, nisi raro, quia non pertinet ad officiū prophetę, quòd ipse loquatur Deo quando voluerit, sed quòd Deus loquatur sibi, quādo ei placuerit, & sic propheta aliquādo volet habere cognitionem de aliqua re, & Deus non inspicit ei, etiam si pro hoc anxietur. sic fuit de Heliseo, quando venit ad eum Sunamitis. Nam dixit ad Giezi puerum suū, dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, nec indicauit mihi quarto Regum quarto cap. Et iterum quando voluit scire responsum super statu trium regum, & non potuit quousq; cantauit psaltes coram ipso, quarto Regum, quarto ca. Item quidam prophetant aliquando, & postea cessant, nec reuertitur ad eos spiritus propheticus, ideo etiam si isti nunc prophetarent nō sequebatur, quòd essent apti ad regimen populi, quia poterat cessare in eis spiritus propheticus, vel saltem non responderet eis Deus quandocunque ipsi vellent.

Dicendum est, sicut supra tangebatur, quòd ad esse prophetam nihil aliud requiritur, nisi quòd Deus loquatur homini, vel aliquid inspiret ei per aliquem modis, qui tangentur seq. c. Et dato, quòd istud esset fiat est propheta ille, cui facta est locutio Dei. Et si pluries fiat ista locutio, non oportet, ꝙ fiat aliqū, ꝙ voluerit propheta, sed solum, quòd Deus inspiret ei aliquid, quando ipse nihil de hoc cogitat, nec putat futuram sibi inspirationem. Et hoc modo multi de prophetis famosis volebant habere responsum a Deo super aliqua re, & non poterant, etiam si super hoc multum insisterent. sic fuit de Ieremia, qui volebat habere responsum a Deo super statu Iudęorum, an descendere deberent in Aegyptum, vel non. Orauit autem Ieremias Dominum, & ieiunauit, & post decē dies responsum ei Dominus, vt patet Iere. 42. c. sic etiā erat de Daniele, qui orabat Dominum pro intelligētia visionis, ieiunauitque tribus hebdomadis, non gustans panem desiderabilem, nec carnes, neque vinum bibens, & post tres hebdomadas fuit ei responsum, vt patet Daniel. 10. cap.

De istis prophetis poterat esse sic, s. ꝙ cessaret in eis prophetia, vel saltem, ꝙ non responderetur eis a Deo quandocunque vellent. Dicendum tamen est, ꝙ non fuit sic, quia isti habuerunt nūc spiritum propheticū, & non cessauit in illis, sed postea semper habuerunt, & hoc expresse dicitur in litera, s. cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerūt, nec vltra cessauerūt, idest non cessauit in eis spiritus propheticus.

De alio autem manet dubium, scilicet dato ꝙ non cessauerit spiritus, an haberent responsum qñcunque vellent, vel solum quando Deus inspiraret eos? Dicēdum ꝙ cum isti viri assumpti essent ad gubernationē populi, & accideret multa dubia quotidie, super quibus oportebat consuli Deum, si statim non haberent responsum, sequeretur magnum inconueniens, s. ꝙ non possent expediri negocia populi: Deus tamē hoc valde cauebat: nam propter hoc dederat nūc istos septuaginta in socios Moysi, vt id quod ipse non posset explerent alij, & tamen si non responderetur eis quādocunque vellent, non alleuiaret per hoc onus Moysi, neque prouideretur populo: ideo oportet dici, ꝙ isti habebant responsum a Deo qñcunque volebant. Sed obijcietur, ꝙ isti non haberent responsum quandocunque vellent, etiam si curam negociorum populi haberent. Nam Ieremias super statu totius populi consuluit Dominum, & tamen non habuit responsum vsque ad decem dies Iere. 42. Dicendum, ꝙ non fuit simile de Ieremia, & de istis: quia Ieremias licet tunc consuluerit Dominum pro populo, nō erat officium suum consulere, neque respondere in rebus pertinētibus ad populū, sed solum Deus inspirabat ei, & quod volebat, & quando volebat: nunc tamen populus orauit Ieremiam, ꝙ ipse oraret Dominum, vt responderet eis pro hoc, & factū est post decem dies. de istis viris secus erat, quia assumpti fuerant ad regimen populi in omnibus arduis negocijs, & potissime in eis, q̄ non poterant diffiniri, nisi per diuinum responsum: ideo oportebat, ꝙ cū negocia populi essent plurima, & quotidie acciderent, ꝙ quotidie possent isti habere responsum a Deo, & sic haberent quādocunque vellent. Secundo, quia isti assumebantur, vt socij Moysi in eodem officio, & ad releuandum labores eius, vt patet in litera: Moyses tamen habebat responsum a Deo quandocunque volebat supra 7. cap. ergo isti sic haberent.

Vbi & quando septuaginta seniores consulebant Dominum ad hoc, vt eis responderet, & quomodo respondebat eis. Quæst. LXI.

ADHVC quæretur, cum isti quotidie consulerent Dominum, & Deus respōderet eis vbi consulebant ipsum?

Aliquis dicet, quòd intrabant in Sancta Sanctorum, & responderetur eis super propitiatoriū inter alios Cherubim, & patet qa isti erant socij Moysi, & assumpti ad idem officium, & tamen Moyses consulebat Dominum inter Sancta Sanctorum, & respondebatur ei de propitiatorio supra 7. capit. ergo sic etiam responderetur istis.

Dicendum, quòd nō debet hoc concedi. Primò, quia Sancta Sanctorum erat locus secretissimus intra Sanctuarium, ad quem non licebat accedere etiam sacerdotibus, & tamen isti iudices erant laici cum dicatur congrega septuaginta viros de senioribus Israel: nomine tamen Israel soli laici intelligi solent, & non Leuitæ. non licebat ergo eis illuc intrare.

Secundò, quia etiam summo sacerdoti non licet intrare in Sancta Sanctorum, nisi semel in anno, prę-missis multis cęremonijs Leuiti. 16. multominus, ergo liceret istis intrare quotidie illuc.

Tertiò cum in Sancta Sanctorum soli sacerdoti magno liceret intrare in primam partem Sanctuarij, quæ vocatur tabernaculum, vel sanctum, non licebat intrare, nisi solis sacerdotibus ad Hebrę. 9. cap. tamen non poterat intrari in Sancta Sanctorum, nisi per primam partem Sanctuarij, vt colligitur Exod. 26. & 27. cap. ergo non liceret istis, qui erant laici intrare illuc, etiam si essent Leuitę, cum certum sit, quòd non essent sacerdotes, quia soli tres sacerdotes erant tunc, idest Aaron, & duo filij sui, vt colligitur supra tertio capitulo.

Quartò patet, quia prohibitum erat omnibus hominibus intrare in Sancta Sanctorum, nisi summo sacerdoti, ergo non debet concedi de aliquo alio, quòd introiret illuc, nisi expressum inueniatur, & tamen de istis septuaginta viris non inuenitur, quòd aliquando illuc intrauerint. ergo non debet concedi, quòd intrarent.

De Moyse secus est. Primo, quia de illo inuenitur expressum, quòd intraret quandocunque vellet supra 7. capit. de nullo tamen alio sic inuenitur. Secundo, quia Moyses erat excellentior toto populo Hebræorum: ipse enim consecrauerat sacerdotes, & fabricauerat Sanctuarium, eratque dux totius populi: ideo debebat licere ei aliquid, quod non liceret alijs, & sic fuit intrare in Sancta Sanctorum, quia nullam aliam excellentiam habebant, nisi quòd nunc assumpti fuerant in iudices.

Aliqui ergo dicunt, quòd licet isti viri non consulerent Dominum intra Sancta Sanctorum: haberent alia loca determinata, in quibus consulerent Dominum: vnus enim locus erat, in quo Deus solitus erat loqui ad ostium tabernaculi Exod. 29.

Secundus locus erat tabernaculum paruum, quod habebat Moyses procul extra castra Exod. trigesimotertio.

Tertius locus erat propitiatorium intra Sancta Sanctorum supra 7. cap.

Quartus locus erat columna nubis descendens ad ostium Sanctuarij sequenti cap. Dicūt ergo isti, quòd licet septuaginta viri non possent consulere Dominum in tertio istorum, idest intra Sancta Sanctorum, poterant consulere in quolibet aliorum trium locorum, & ibi responderetur eis.

Sed dicendum, quòd nec etiam in istis locis consulebant Dominum. De primo patet, quia illud erat intra atrium Sanctuarij ad ostium tabernaculi, & tamen illuc nō intrabant laici, nisi statutis temporibus, quando offerebant sacrificia, quia ducebant animalia ad locum illum Leuiti. primo, & tertio capit. Isti tamen erant laici: ideo non intrarent illuc.

Secundo, quia locus ille soli Moysi fuit assignatus ad respondendum ei. Exodi 29. s. sacrificium est Domino ad ostium tabernaculi, vbi cōstituam, vt loquar

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad te,ibique præcipiam filijs Israel, ideo de solo Moyse dictum est,quòd loqueretur ibi ei Deus. Tertio,qa non erat conueniens,quòd aliquis vnus locus assignaretur, in quo omnes isti consulerent Dominum,quia sequeretur ex hoc quædam confusio, cum isti diuersi essent,& super rebus diuersis peterent.

De secundo dicendum,quòd non poterant isti cõsulere Dominũ in illo tabernaculo paruo, quod erat extra castra,quia illud iam non erat. Solum enim durauit antequam fabricaretur Sanctuarium. nam tunc Moyses manebat in illo tabernaculo extra castra Exodi 33.ca. postquam autem fabricatum est Sanctuariũ Moyses non morabatur extra castra, sed ad ostium atrij Sanctuarij cum Aaron & filijs suis supra 3.cap. Et sic cessauit tunc tabernaculum paruum,quod erat extra castra,cũ Moyses non moraretur in eo. & ista fuit causa quare fabricato Sanctuario Deus dixit Moysi, quòd loqueretur ei ad ostium tabernaculi: Exo.29.ſ. quia cessaret tunc loqui ei in paruulo tabernaculo, in quo prius loquebatur, assignauit ei locum in quo de cętero ei loqueretur.Secundo, quia etiam si istud tabernaculum paruũ adhuc maneret, non consulerent ibi isti Dominum, quia non erat ille aliquis locus cõmunis,sed erat proprium tẽtorium Moysi, in quo ipse morabatur Exodi 33.c.Moyses ergo consuleret ibi Dominum,sed alij non consulerent.

De quarto dici potest, idem quod de primo loco, ſ.quia columna nubis descendebat ad ostium Sãctuarij seq.ca.& tamen laicis non licebat illuc intrare, nisi quando offerebant sacrificia,vel si specialiter vocarẽtur,vt dictum est. Secundo quia consulere Deum,vel audire ipsum descendente columna nubis non videtur pertinere,nisi quando Deus vocabat aliquos,vt loqueretur cum eis ibi.sic dicitur seq.cap.ſ. quòd Deus dixit ad Moysen, Aaron, & Mariam. egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis, cumque fuissent ingressi,descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi. sed isti consulebãt sępe Dominum non vocati ab eo, ergo non erat ille locus conueniens eis.

Nõ erat locus determinatꝰ 70. consulẽdi Dominũ.

Dicendum, quòd non fuit aliquis vnus locus de pcedentibus,nec alius vltra istos assignatus illis viris ad consulendum Dominum,sed vbicunque volebant ꝙsulere respondebat eis Deus. Primo patet, quia vnus locus conuenienter assignaretur si esset vnus qui consuleret, & ita quando Moyses solus cõsulebat Dominum pro populo, habebat loca determinata, quia solus erat.nunc vero cum essent prẽter eum alij septuaginta, non erat conueniẽs esse aliquem vnum locum pro omnibus.

Secundo,quia dato vno loco sequeretur confusio, & impedimentum expediendorum negociorum. nã ideo isti erant septuaginta,vt quilibet per se posset audire causas,& sic sufficerẽt omnibus causis populi, & quia non erat eadem causa omnium, sed quilibet audiebat sigillatim causas,occurrerent eis diuersa dubia, & quilibet pro suo deberet consulere. & sic accideret quòd multi concurrerent in eundem locum ad consulendum Dominum,& sic impedirent se,quia quando vnus consuleret,non poterat alius consulere, etiã quia non expediebat, quòd vnus audiret id super quo alius consulebat Dominum, neque responsum ad illud,cum per se quilibet consuleret,ideo ad hoc quòd se non turbarent,oportebat,quòd sigillatim consulerent,& quilibet sua vice, & dum vnus consuleret expectarent alij,quia aliter sequeretur inordinatio. nam in prophetis prophetando potest sequi confusio,licet omnes loquantur per spiritum Dei, ideo Apostolus 1.ad Corinth. 14. dixit quòd quando essent in Ecclesia simul plures prophetę non prophetarent omnes simul,sed vnus loqueretur,& alij tacerent, & ita sigillatim,& successiue omnes prophetarent,sed istud nõ erat conueniens,quia sic impedirentur aliqualiter negotia populi non habita a quolibet statim responsione. Si autem poneretur, quòd non essent loca determinata in quibus isti consulerent Dominum,sed quilibet vbi vellet, non sequeretur istud inconueniens,ſ. quia non concurrerent omnes in eũdem locum, sed quilibet per se consuleret Dominum, & tunc Deus simul responderet illis existentibus in diuersis locis, nec expectaret vnus alium.

Tertio, quia si isti consulerent Deum in aliquo de quatuor locis supra positis, cum illa pertinerent ad Sãctuarium præter tabernaculum paruum,quod iã cessauerat,non possent consulere Dominum, nisi erecto tabernaculo,& tunc impedirentur multa negocia,qa accidebat aliquando per tres dies ambulare, sicut ambulauerunt Hebræi de monte Sinai vsque ad desertũ Pharan præced.cap.nunc tamen non poterat erigi Sãctuarium . acciderant tamen aliqua in quibus necesse esset consuli Dominum.ergo oportebat,quòd vel populus impediretur,quod Deus nolebat, vel alibi consuleretur.

Sed obijcietur de Moyse qui consulebat Dominũ intra sancta Sanctorum supra septimo cap. Nam non poterat ille consulere, nisi quando esset erectum Sanctuarium .

Dicendum, quòd Moyses consulebat Dominum intra Sancta sanctorum supra 7. ca. & tamen non erat astrictus ad semper ibi consulendum, sed consulebat vbi volebat,sic innuitur supra 7.cap.ſ. cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis,vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propiatorio, ideſt quando volebat ingredi illuc audiebat ibi vocem.& tamen si alibi vellet consulere Dominũ poterat hoc facere, & patet, quia interdum loquebatur Deus ad ostium tabernaculi,Exodi 29.& interdum in columna nubis sequen.ca.quod non fieret si astrictus esset ad consulendum in Sancto sanctorũ, & sicut nõ erat Moyses astrictus ad Sancta sanctorum, ita nec ad aliquem alium locum, sed vbicunque vellet consulere,consulebat.

Quare patet,quia isti duo viri in castris prophetauerunt,hinc,cum tamen alij sexaginta octo eodẽ tempore prophetarent ad ostium Sanctuarij . Cum ergo in prima vice qua isti prophetauerunt,& Deus voluit ostendere per hoc, quòd erant apti ad gubernandum populum,descenderit simul super eos spiritus Dei, & tamen non in eodem loco,signum erat, quòd postea vtendo officio ad quod assumebantur, poterant consulere Deum in diuersis locis vbicunque vellent.

Quomodo septuaginta consulebant Dominum,& qualiter Deus eis respondebat. Quæſt. LXII.

QVAERETVR de istis septuaginta viris, quomodo consulebãt Dominum,& qualiter Deus eis respondebat? Dicendum quòd isti poterant consulere Dominum proponendo dubia quę habebãt,& ista propositio poterat fieri, siue in voce, siue in solo animo,habendo voluntatem, quòd Deus responderet, quia Deus ęqualiter intelligit quæ in animo sunt,& ꝙ in voce proponuntur, cum non accipiat intelligere p auditum,neque per visum , sicut animalia quæ sensibus vtuntur.

De responsione autem Dei ad quęstionem eorum dicendum,quòd respondebatur istis, sicut prophetis, Erant autem isti prophetæ, quia descendit super eos spiritus Dei, & prophetauerunt, sicut patet in litera. Sed

Sed prophetis multis modis Deus reuelabat aliquid, vt ostendetur sequen.ca.ideo per quemlibet illorum poterat Deus istis respondere. Et saltem poterat respondere per duos modos, quos Deus expressit in litera,ſ.quòd Deus appareret per somnium, vel loqueretur in visione,ideſt vigilando , quia isti erant duo modi communiores prophetarum.

De somno autem poterat intelligi,quòd respondetur istis,ſ.quòd quando isti haberent aliqua dubia p diem de quibus cuperent, quòd Deus respõderet eis, veniebat Deus per noctem immutando phantasiam eorum.Et sic eos certificabat de dubijs suis .

Iste modus aliqualiter conueniens est. Sed in eo oportebat dari modicam dilationem,ſ. vsque ad noctẽ sequentem.De vigilia autem posset dici,quòd isti certificarentur apparente eis Angelo Dei, & loquente , siue viderent aliquam effigiem,siue nullam viderent, sed solum audirent vocem alicuius loquentis ad se,& iste modus erat,quòd quandocũque isti de aliquo dubitarent,diuerterent ad aliquem locum in quo soli essent,& ibi proposita dubitatione audiebãt vocem alicuius respondentis sibi.dixi autem quòd diuerterent, quia nolebat Deus,quòd in publico peteretur aliquid ab eo,ad hoc quòd vox respondentis audiretur a multis,qa Deus non iudicabat multos dignos esse,vt istud audirent.sic patet sequen.cap. quando Deus voluit loqui ad Moysen Aaron,& Mariam de columna nubis. nam dixit egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis,scilicet,quia nolebat,quòd aliqui alij audirent id quod Deus loqueretur eis .

Iste modus videretur, quòd magis conueniret istis septuaginta viris.primo quia hoc magis conueniebat intentioni Dei, ſ. vt facilius expedirentur negotia diuertentibus istis ad quemcũque locum, ad hoc quòd haberent responsum a Deo,quam quòd expectarent, quòd per somnium Deus illis responderet.

Secundo, quia videtur, quòd Moyses in dubitationibꝰ populi isto modo vtebatur,ſ. quòd audito dubio diuerteret ad aliquem locum,& ibi proponeret atque responderetur sibi,sicut colligitur infra 27.ca.vbi posito dubio filiarum Salphaad sequitur.retulit Moyses causam earum ad iudicium Domini, qui dixit ad eũ, iustam rem postulant filiæ Salphaad. & sic ex modo loquendi literæ innuitur, quòd Moyses audito dubio referebat Deo in voce. Deus autem respõdebat sibi in voce,siue intra Sancta sanctorum,siue alibi. Iste ergo modus videtur multum conueniens istis septuaginta viris,quia erat multum facilis.

Aliquis autem dicet,quòd Deus aliter respõdebat istis,ſ.inspirando mentibus eorum determinationem illius rei,quam petebant sine aliqua locutione, & visione,vel apparitione loquentis,& hoc quia ita fuit in principio officij sui,ſ.descendit super eos spiritus nulla voce eis facta,& prophetauerunt,vt patet in litera. Dicendum ꝙ illud non est simile. nam ibi non proderat quòd aliquis appareret,vel loqueretur ad illos,quia ip si tunc nullum dubium proponebant, de quo posset eis responderi , sed Deus volebat ostendere illos esse prophetas,vt per hoc pateret eos esse aptos ad statum & officium,ad quod Deus assumebat illos, & ad hoc fecit, quòd ipsi prophetarent inspirando mẽtibus eorum aliqua quæ tunc dicerent,vt sic appareret verum esse,quod Deus dixerat,scilicet auferã de spiritu tuo, & dabo illis,supra in litera . postea autem secus erat, quando ipsi cõsulerent Dominum super negociis populi,& tunc ipsi aliquid proponebant,& ad respondẽdum eis audiebant vocem alicuius loquentis sibi,& iste est modus conueniens.

Quomodo spiritus requieuit in septuaginta senioribus, cum nunquam in aliquo requieuerit,nisi in Christo, & quomodo nunquam cessauerunt prophetare. Quæſt. LXIII.

NVNC quęretur, quomodo est verũ, quod dicitur in litera de istis. cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt,nec vltra cessauerũt . quia videtur quòd in quolibet propheta cessat aliquando spiritus propheticus.

Aliqui dicunt,quòd nunquam in aliquo requieuit spiritus,nisi in Christo a quo nunquam recessit . sicut dicitur Isa.11.requiescet super eum spiritus Domini . De omnibus autem aliis dicendum est secundum illos , quòd aliquando spiritus illorũ mutatus est in spiritum malum, sicut dicunt in Moyse, & etiam in Salomone,qui prius habuit spiritum Dei , & tamen postea constituit templa idolis. in aliis autem cessat spiritus,quia postquam prius fuerit,definit postea esse,& non prophetant. Alii autem sunt in quibus,& si quasi semper videatur esse spiritus Dei, & tamen ad quosdam actus non est in eis spiritus, quia sunt tales actus, in quibus spiritus Dei non tangit corda hominum,sicut est in actu coniugali , quia licet isti non sint mali actus,tamen sunt tales , quibus non est decens spiritũ itereſſe,quia sunt omnino carnales. De hoc dicit Origenes.istud de solo saluatore posse dici qui peccatum non fecit,in illo solo mansit,& permansit spiritus,cõstat reliquos omnes fuisse sub peccato, nec congruit, vt tempore peccati dicamus spiritum mansisse in eis. ipse enim Moyses cum iam spiritũ accepisset seipsum peccasse testatur cum diceret.audite me increduli,nũ quid de petra ista producemns aquam vobis? In his enim dictis non sanctificauit Deum , ideſt non confisus est in virtute Dei. cum ergo hęc loqueretur non confisus de Spiritu sancto,sed de spiritu peccati loquebatur. certum est ergo alios prophetas aliquando habuisse spiritum Dei,aliquando non habuisse. hinc & Dauid ait. & Spiritum sanctũ tuum ne auferas a me. in quo ostendit, quia potest auferri.in sequentibus vero tanquam ablatum reposcit, ſ. redde mihi lętitiam salutaris tui. Salomonem quoque nemo dicit, nisi in Spiritu sancto iudicia iudicasse, vel templum Domino construxisse. Aut rursus in Spiritu sancto demonibus templa fecisse dicetur, aut impiis mulieribus latera flexisse? propheta quippe etiam a Domino Abdo missus est in Bethel,ideo occisus est a leone. Et tunc sequitur determinatio Origenis, ſ.ego autem , dicit, non vsquequaque pronunciem hoc. puto esse etiam quędam communia hominum gesta quę quãuis pec cato careant,non tamen digna videntur,quibus inter sit Spiritus sanctus,vt connubia legitima , carent quidem peccato, non tamen quando actus coniugales gerũtur Spiritus sanctus datur,etiam si propheta operatur. Alia enim plura sunt in quibus sola sufficit vis humana,neque res indiget,neque decet Spiritus sancti adesse præsentiam,& secundum hoc debet dici, ꝙ quamquam dicatur hic,& nunquam cessauerunt. nõ debet intelligi, ꝙ nunquam cessauerunt prophetare, vel nunquam recessit ab eis spiritus propheticus,quia saltem in multis actibus ipsorum non erat præsentia Spiritus sancti,sed deber intelligi largę, eo quòd habebant spiritum istum,vt communiter.

An in Christo fuerit spiritus propheticus. Et modus quo 70. non cessauerunt prophetare. Et quod prophetia nunquam cessat actualiter quin cesset habitualiter.
Quæſt. LXIIII.

SED ad maiorem euidentiam horum dicendum, quòd hic litera dicit de spiritu prophetico. & cũ

Orige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Origenes dixit, quòd in Christo requieuit ſp nunquã F recedendo ab eo,nõ deber, nec poteſt intelligi de ſpiritu prophetico,quia Chriſtus nõ poterat eſſe prophe ta,cum eſſet Deus,quia Deus, & propheta Dei diſtinguũtur, cum propheta accipiat a Deo reuelationem, ſicut Deus dixit Moyſi, Exodi 7.cap.ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus.licet mulier Samaritana vocauit Chriſtũ propheta m Io.4.cap. & Iudei,ita dixerint,ſ.propheta magnus ſurrexit in nobis Luc.7. & diſcipuli ſui aliquando eum ſic vocauerint Lucæ 24. ſ. de Ieſu Nazareno qui fuit vir propheta potens in opere, & ſermone.Iſti tamen dicebant hoc,quia non cognoſcebant Chriſtũ quis eſſet in veritate,tamen Chriſtus non erat prophe ta,ſed Deus.nam ſi de Ioãne Baptiſta dixit ipſe, quòd G non erat propheta,ſed pluſquam propheta Matth.11. a fortiori Chriſtus non eſſet propheta. aliquando tamen ipſe condeſcendens infirmitati,& ignorantię Iudeorum vocabat ſe prophetam, vt patet Luc.13. ſ.ite, & dicite vulpi illi.ecce dęmonia eiicio, & ſanitates pficio hodie, & cras, & tertia die conſumor, veruntamen oportet me hodie, & cras,& ſequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ieruſalẽ, ideſt ego non poſſum occidi extra Ieruſalem.

Dicendum ergo, quòd Chriſtus non erat propheta.& quando dicitur de eo Iſa. 11.quòd requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. non intelligitur de ſpiritu prophetię, quia ſtatim ſequitur ibi quis ſpiritus eſſet ille,ſ.ſpiritus ſapientiæ,& intellectus,ſpiritus conſilii, H & fortitudinis,ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritus timoris Domini. Hic autem de ſpiritu prophetiæ intelligi neceſſe eſt,cum dicatur,quòd abſtulit Deus de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dedit ſeptuaginta viris, cumque requieuiſſet in eis ſpiritus prophetauerunt, & vltra non ceſſauerunt. ideo non eſt aliqua comparatio de his,vel aliis ad Chriſtum.Sed quia litera dicit, quòd prophetauerunt,& vltra non ceſſauerunt,oportet illam veram eſſe, ideo dandus eſt aliquis modus, quo iſti nunquam ceſſauerint prophetare.

Ad hoc autem dicendũ,quòd poteſt intelligi multipliciter, quòd aliquis nunquam ceſſauerit prophetare.Primo modo quantum ad actum,ſ.quòd aliquis I nunquam actualiter ceſſet prophetare,ſed ſemper ꝓphetet. Secundo modo quãtum ad habitum, ſ.quòd licet aliquis ceſſet actualiter prophetare manet in eo habitus, vel aliqua vis per quam poſtea poſſit prophetare.Tertio modo dicitur de aliquo, quòd nunquam ceſſauit prophetare, ideſt a nullo actu prophetãdi dato in eſſe, fuit verum,quòd poſtea nunquam prophetauerit, ſed poſtea habeat aliquem, vel aliquos actus prophetandi antequam moreretur.

De primo modo dici poteſt, quòd in nullo homine fuit talis prophetia nec eſſe poteſt, & ſi eſſet non prodeſſet, quia tunc ſequeretur, quòd ille nunquam manducaret,aut biberet, aut dormiret, ſiue requiem aliquam acciperet,ſed ſemper loqueretur, & hoc nõ cõuenit alicui homini, cuius actus oportet eſſe diuerſos,& non poteſt mouere ſemper vnus,& idem.Item ſpecialiter hoc erat quantum ad iſtos ſeptuaginta viros.nam ipſi audituri erant negocia populi, & determinaturi, & quando in aliquo dubitarent conſulerẽt Dominum. Si tunc non ſemper eſſent in actu prophetandi nulla negocia audirent, neque diffinirent, ſed ſemper loquerentur, ideo non prophetabant ſemper actualiter.

De ſecundo modo dicendum, quòd de nullo propheta erat verum,quòd nunquam ceſſaret prophetare habitualiter, ſed quicunque ceſſabat prophetare actualiter,ceſſabat habitualiter, quia nullus eſt habitus prophetię.

Cap. XI.

Ad hoc intelligendum eſt,quòd iſte modus loquẽdi prouenit ex modo ſcholaſtico,in quo datur aliquid intelligere ſecundum actum,& aliquid ſecundum habitum, vt dicitur 7.Ethic. quicunque enim habet habitum dialecticum, vel muſicum,cõſiderat aliquãdo ſecundum illum habitum, & aliquando ceſſat conſiderare,ſcilicet,quando diuertit ad alios actus,nunquã tamen ceſſat ſcire habitualiter,quia ſi ceſſaret nõ poſſet poſtea iſte intelligere aliquid dialectice, aut muſice,niſi rurſus de nouo addiſceret. poteſt tamen quandocunque voluerit conſiderare de his, licet aliquando ceſſauerit conſiderare actualiter, eo quòd manebat ſibi habitus per quem poſſit intelligere quando vellet.

De prophetia putant aliqui ſic,ſ.quòd ceſſat actualiter,& tamen non habitualiter.ſed falſum eſt,quia ꝓphetia non eſt aliquis habitus acquiſitus, vel infuſus, ſicut ſcientia, vel qualitas, ſed eſt quædam illuſtratio a Deo facta in intellectu prophetæ raptim tranſiens, per quam propheta intelligit dum illa actualiter manet,& cum illa trãſierit, propheta nihil plus intelligit quam alii homines, & ſi conetur intelligere nihil poterit.Iſtud patet fere in omnibus prophetis: nemo.n. fuit qui aliquando non ceſſaret prophetare, & poſtea vellet prophetare,& non ſciret,vel non poſſet.ſic patet de Moyſe quo non ſurrexit aliquis maior propheta Deuter.34.& tamen ille ſæpe neſciebat reſpondere ad ea quæ petebantur ab eo quouſque actualiter conſuleret Dominum, ſicut Leuitici 24.de viro blaſphemo,de quo Moyſes neſciuit quid iuberet, ideo incarcerauit eum quouſque ſciret quid Deus iuberet.Simile quoque fuit de viro qui colligebant ligna in ſabbato:nam dicitur infra 15.ca.quòd obtulerunt eũ Moyſi,& Aaron,& vniuerſæ multitudini, qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper hoc facere deberent,dixitque Dominus ad Moyſen morte moriatur iſte homo. Sic etiam bis Moyſes neſciuit reſpondere ad ea quæ propoſuerunt filiæ Salphaad, & tribus Manaſſe infra 27.& 36.cap. de Heliſęo quoque propheta magno qui acceperat ſpiritum duplicẽ Heliæ 4.Regum 2.cap.ſic erat, quòd aliquando volebat prophetare,& non poterat 4. Regum 4.cap.ſ. dimitte illam,quia anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit me,neque indicauit mihi. Si tamen haberẽt iſti prophetiam habitualiter,prophetarent quandocũque vellent,ſicut eſt de quocunque habente habitum alicuius ſcientiæ, qui intelligit per illum quandocunque vult,& tamen prophetæ non poterant,ſicut oſtenſum eſt. immo & aliquando poſt decem dies non poterat propheta incipere intelligere quod volebat, ſicut de Ieremia fuit, vt patet Ierem.42.c. & aliquando poſt tres hebdomadas, ſicut de Daniele fuit, vt patet Dan.10.c.ergo non habebant iſti aliquem habitũ per quem prophetarent.

Sed dicẽdum,quòd prophetia eſt illuſtratio actus- K lis raptim tranſiens, quæ poſtquam tranſierit non eſt in poteſtate prophetę,quòd aliquid intelligat prophetice quouſque iterum Deus illuſtret illũ,& ſic in ſcriptura prophetia ſignificatur per modum raptus, & tranſeuntis, ſicut dicitur ad Saulem 1. Regum 10.ca. inſiliet in te ſpiritus Domini,& prophetabis,quaſi dicat,ſpiritus ille non eſt manendo, ſed ſaltando. quod eſt aliquid valde tranſiens,& de Helia dicitur 4. Reg. 4.cumque caneret facta eſt ſuper eum manus Domini.& aliquando dicitur, factum eſt verbum Domini, ſicut fere in omnibus prophetis minoribus dicitur, & iſte etiam modus loquendi eſt in nouo teſtamento Luc.3.ſ.factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem filium Zacharię.patet ergo ex dictis,quòd in nullo eſt prophetia habitualiter ſemper,ſicut nec actualiter,ió non

non eſt verum de aliquo,quòd nũquam ceſſauit pro- A phetare habitualiter.

De tertio modo dicendum, quòd verum eſt de aliquibus prophetis,quòd nũquam ceſſauerint prophetare, quia quocunque actu prophetandi dato in illis non ceſſauerunt ibi, ſed poſtea prophetauerunt vſq; ad mortem in temporibus opportunis. De iſtis 70.viris iſto tertio modo intelligendum eſt, ꝙ nunquam ceſſauerunt, ideſt poſt quemcunque actum prophetandi adhuc alium habuerunt,quia durauit in his prophetia vſque ad mortem, vt dicetur quæſt.ſeq.

Quare ſcriptura expreſſit in ſeptuaginta, non ceſſare a ſpiritu B *prophetandi. Quæſt. LXV.*

ADhvc aliquis quęret, quare ſcriptura voluit exprimere de iſtis, ꝙ nunquam ceſſauerunt prophetare.

Dicendum, quòd fuit ad tollendum dubium, & ad oſtendendum iſtos eſſe aptos ad regimẽ populi, ad quod aſſumebantur. Nam accipiebantur ad cauſas arduas, quæ vt communiter non poterant, ſiue Dei reuelatione diffiniri conſiderata ignorantia temporis illius,& incredulitate gentis.Ad hoc autem qui in talibus deberet ſemper regere populum oportebat,ꝙ ſemper haberet ſpiritum propheticum, quia alias vellet iterum reſpondere ad aliqua dubia, & non poſſet, quia non fieret ſibi reuelatio. Iſti autem C nunc prophetauerunt quando deſcẽdit ſpiritus ſuper eos, putaret tamen aliquis,quòd iſta prophetia ſtatim ceſſaret,vel non continuaretur, & ſic eſſent iſti inſufficientes ad iſtud officium, ideo ſcriptura volens oſtẽdere eos eſſe ſufficientes, dum viuerent, dixit quòd requieuit ſuper eos ſpiritus,& prophetauerunt, & nũ quam vltra ceſſauerunt, & ita cum non ceſſarent prophetare ſemper poterant reſpondere ad dubia in negociis populi. Et quia iſta certificatio erat neceſſaria,voluit ſcriptura exprimere, quòd nunquam ceſſauerunt.

Dicendum, quòd de iſtis dicitur, quòd requieuit D ſuper eos ſpiritus Domini,ideſt ſpiritus prophetię,nõ quidem, quòd actualiter ſemper illum habuerint, vt ſupra dictum eſt. ſed quia non ceſſauit ſtatim, immo ſępiſſime prophetabant quaſi ſemper manſit in eis ſpiritus prophetiæ actualiter.Dicitur autem de iſtis,ꝙ prophetauerunt,& nunquam ceſſauerunt, ideſt prophetauerunt in iſta vice in qua Deus miſit eis ſpiritũ ſuum,& non ceſſauerunt, ideſt, licet ſępe interrumperetur actus prophetandi, tamen nunquam ceſſauerunt totaliter, ita quòd poſtea non redirent ad actum prophetandi,ſed quãdocunque opus erat, ꝙ prophetarent occurrente aliqua dubitatione cõſulebant Dominum fiebatque eis reuelatio, & ſic prophetabant, & quia ab iſto die vſq; ad mortem iſtorũ ſemper fuit in eis,ꝙ regerent populum,& ꝙ Deus reſpõderet eis ad dubia quandocunq; conſulerent ipſum, dicitur ꝙ E nunquam ceſſauerunt prophetare. Et ſic dicimus de illo qui facit aliquem actum temporibus ordinatis, ꝙ ſemper facit illum,vel nũquam ceſſat ab illo actu. ſic dicit Hiero. ad Ruſticum monachum. & in Decretis de conſecrat.diſt.5.c.ſ. nunquam de manu, aut oculis tuis liber Pſalterii diſcedat, & exponitur ibi, ideſt horis conſtitutis,quia certum eſt, quòd aliter nemo poſſet facere,neque tenetur.

Quare Deus voluit ſeniores eligi ſeptuaginta, & non plures neque pauciores. Et an ſimul cum Moyſe iudicarent. Quæſt. LXVI.

NVnc eſt dubiũ de iſtis ſenioribus, quare Deus voluit,quòd eſſent tot,ideſt ſeptuaginta,& non plures neque pauciores? Aliqui dicunt, quòd Deus voluit,quòd iudicia quæ per iſtos fierent eſſent iuſta, & certa,& ad hoc voluit eſſe multos, vt quando omnes, vel plures eorum in vnum concordarent certũ eſſet iuſtum eſſe, quod ab illis diffiniebatur. Secũdo, quia in iudicijs id, quod timetur, vt in plurimum,eſt fauor,ſiue acceptio perſonarum, ideo Deus illud valde prohibuit Deute.1. ita magnum iudicabis, vt paruum, neque erit apud te acceptio perſonarum, quia iudicium Domini eſt. Cum autem vnus ſolus iudex eſt poteſt perſonam accipere,& iniuſte agere. cũ autem multi ſunt non poſſunt omnes cõcordes eſſe ad malum,ideo conueniens eſt multos iudices ſimul eſſe, & ita factum eſt hic.

Dicendum,quòd iſtud non ſtat, quia iſti preſupponunt, quòd iſti omnes ſeptuaginta ſimul de qualibet re iudicarent, & tunc petitur, an iudicarent ſimul cũ Moyſe,vel ipſi omnes per ſe,ſine Moyſe. Si autem ſimul cum Moyſe non ſtat. primo quia tunc non releuaretur Moyſes in aliquo, quia ita eſſet nunc vnicum conſiſtorium omnium cauſarum magnarum, ſicut quando ſolus Moyſes iudicabat, dati fuerunt tamen iſti ſibi ad releuandum laborem. ergo non iudicarẽt ſimul cum eo. Secundo, quia videtur, ꝙ è contrario magis impediretur Moyſes: nam adiunctis iſtis ſibi non ſolum deberet Moyſes audire omnes cauſas magnas populi, ſed etiam deberet audire quid iſti ſentiebant ſuper ſingulis cauſis, ne viderentur inutiliter ſibi eſſe adiuncti, & ſic plus de tempore conſumeret, quod eſt inconueniens. Tertio quia ſi iſti ſimul cum Moyſe iudicarent,non videtur ad quid prodeſſent,niſi dicatur,quòd eſſet ad maiorem certitudinem rei iudicatæ,quaſi verius,& certius iudicare poſſet Moyſes cum illis quam ſolus. Sed hoc non conuenit, quia ſi Moyſes dubitaret in aliquo,conſulebat ſtatim Dominum,& non erat opus,ꝙ conferret cum aliis.

Si autem dicatur,quòd iſti ſine Moyſe iudicarent, petẽt an omnes ſimul,vel ſingillatim? Si primo modo non ſtat.primo quia tunc eſſent ſolum duo conſiſtoria,ideſt vnum Moyſi,& aliud iſtorum virorum. Sed non ſtat,quia duo conſiſtoria non ſufficerent pro omnibus magnis cauſis Iſraelitarum, potiſſime quia conſiſtorium iſtorum virorum non expediret tot cauſas quot Moyſes, eo quòd omnes ipſi deberent ſuper ſingulis rebus conferre in quo periret multum de tẽpore.Secundo, quia iſtud videbatur eſſe ſuperfluum, quia ꝙ iudices inter ſe conferant, eſt propter aliquod dubium,quod a pluribus ſimul melius diffinitur, quã ab vno.Et iſtud non eſt neceſſarium in iſtis ſeptuaginta, quia ſi in aliquo dubitarent ſtatim poterant conſulere Dominum, & reſponderet eis, & poterat quilibet per ſe,ita conſulere,ſicut omnes ſimul, immo nõ erant neceſſarii multi ad ſimul conſulendum,ideo ꝙlibet poterat per ſe iudicare ſecundum certitudinem, ſicut omnes ſimul.

Dicendum igitur, ꝙ non iudicabant omnes iſti ſeptuaginta ſimul,nec multi eorum ſimul, ſed quilibet per ſe,quia cum cuilibet occurreret aliqua cauſa iudicabat in illa, & ſi aliquod dubium ei eſſet conſulebat Dominum, qui ſtatim reſpondebat, & ſic non poterat dubitari, an verum, vel iuſtum eſſet id, quod per iſtum vnum diffiniebatur,ac ſi per mille viros diffiniretur, cum a Deo dictum eſſet, quod ille iudicabat. Sed hoc verum eſt tempore Moyſi,quando ipſe accepit iſtos in ſocios ad releuãdum laborem, & quilibet iſtorum erat propheta,quia per ſe poterat quilibet conſulere Dominum, ſecus autẽ fuit poſt mortem Moyſi tempore ſummorum ſacerdotum, quando etiam manſit conſiſtorium ſeptuaginta ſeniorum, quia tũc non iudicabat quilibet iſtorũ per ſe, ſed omnes ſimul

cum

cum ſummo ſacerdote, quia illi non erant prophetæ neque ſummus ſacerdos erat propheta, ideo cum humano iudicio agendum eſſet, oportebat omnes concurrere ad hoc, q̄ firmius eſſet iudicium, ſicut iura humana dicunt, quòd firmum eſt iudicium quod plurimorum ſententiis confirmatur.

Sed tunc manet dubium, quod prius, ſ. quare erāt iſti 70. & quare non plures neque pauciores?

Dicendum, quòd debuerūt eſſe multi, quia fuerūt dati Moyſi in adiutores propter multitudinem cauſarum populi, in quibus Moyſes ſolus non poterat p̄uidere, ſicut ipſe dixit. non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis mihi eſt, vt patet in litera. & poſtea Deus dixit tradam eis de ſpiritu tuo, vt ſuſtentent onus populi tecum, & non ſolus tu graueris. Si tamen iſti eſſent pauci, etiam ſi quilibet eorū audiret per ſe cauſas, & diffiniret, ſicut Moyſes, vel nō ſufficerent omnes ſimul, vel quilibet grauaretur. Ad hoc ergo, quòd nullus grauaretur debuerūt eſſe multi, vt ſic diſtribuerentur negocia totius populi in multos. Sed cur ſpecialiter ſeptuaginta, & non plures neque pauciores, non poteſt determinate reddi cauſa, quia ſicut ſeptuaginta conueniebant, ita poterant cōuenire ſeptuagintaunus, vel ſeptuagintaduo, quia nō abundarent, ita etiā poterant ſufficere ſexagintaocto, vel ſexagintanouem, ideo non poteſt ſpecialiter dici, quare fuit potius iſte numerus quā aliquis alius. Sed poteſt dici de magno, & de paruo exceſſu, aut defectu. ſ. quòd non darentur ducenti, aut treginti ſeniores in ſocios Moyſi, quia iſti valde ſuperabundarent, nec debuerant dari ſoli ſex, aut ſeptem, quia illi non ſufficerent, dedit autem Deus illum numerum iudicum quem ſufficientem reputauit.

Quare Ioſue dixit Moyſi, quòd prohiberet iſtos duos prophetare, & an peccauerit. Quæſt. LXVII.

QVAERETVR quare Ioſue dixit Moyſi, q̄ prohiberet prophetare duos viros qui erāt in caſtris.

Dicendum, quòd hoc fuit propter quandam inuidiam, diligebat enim Ioſue valde Moyſen, vt dominum ſuum. nam vocatur ſupra in litera famulus Moyſi, & aliquando puer eius Exodi 32. & 33. videbatur autem, q̄ ante hoc ſolus Moyſes prophetabat, & gubernabat populum, nunc autem cum iſti prophetārēt videbatur minui aliqualiter honor Moyſi, de quo valde dolebat Ioſue, ideo vt prouideretur contra hoc deſiderauit, quòd prohiberentīlli prophetare, & quia Moyſes erat princeps populi, qui de omnibus diſponebat poterat prohibere, ideo ad eum recurrit, vt prohiberet.

Sed aliquis dicet, quòd Ioſue non inuideret, quia erat vir bonus. Inuidia autem peccatum eſt, ideo non eſſet in Ioſue, patet hoc, quia dicitur in litera, quòd Ioſue erat electus ex pluribus. Irē Ioſue erat plenus Spiritu ſancto, vt colligitur infra Deut. 34. c. & tamen vbi eſt ſpiritus Dei nō eſt inuidia, quæ eſt peccatum, ideo Ioſue non inuideret.

Dicendum, quod Ioſue ex quadā inuidia dixit hoc. quod patet primo, quia Moyſes reſpondit ei quid ęmularis pro me, ideſt quare inuides, & ſic ex inuidia dicebat. Secūdo, quia Moyſes addidit, quis mihi det, vt omnis populus prophetet, & det eis Deus ſpiritum ſuum? in quo patet, quòd Ioſue inuidebat, quòd multiam prophetarent præter Moyſen. Ipſe autem Moyſes dixit è contrario ſe cupere, quòd totus populus prophetaret, & in omnibus eſſet ſpiritus Dei. Tertio quia Ioſue tacuit quando Moyſes dixit quid ęmularis pro me. Et tamen ſi non diceret ex inuidia reſpon-

deret, quòd non inuidebat, ſed propter aliam cauſam dicebat. tacuit tamen licet increparetur, ideo oſtēdit, quòd ex inuidia dixerat. Ad duas rationes in contrarium reſpondebitur quæſt. ſequen.

Ioſue peccauit peccato inuidiæ, licet non magno. Et reſpondetur ad rationes dubij quæſtionis præcedentis. Quæſt. LXVIII.

SED quæreꝛtur, an peccauit Ioſue petēdo a Moyſe, quòd prohiberet illos viros prophetare.

Sed dicendum, quòd ſi neſciremus cauſam quare Ioſue hoc petiuit, poſſemus dicere, q̄ nō peccauit, interpretādo in bonum eo, quòd Ioſue erat vir iuſtus, tamen cum ſciamus, quòd dixit hoc ex inuidia, vt aſſeruit Moyſes, & patet p̄ceꝛ. quæſt. oportet dici, quòd aliquo modo peccauerit, quia inuidia, & ęmulatio ponuntur inter opera carnis ad Galat. 5. capit. & omnia illa mala ſunt, quia repugnant ſpiritui. eod. cap.

Dicendum tamen, quòd iſtud peccatum non fuit magnum. primo quia Ioſue non inuidebat pro ſe, ſed pro Moyſe, magis autem deordinatur affectus in eis quæ aliquis vult pro ſe quam in eis quæ vult pro alio.

Secundo, quia Ioſue non inuidebat in malare, ſed aliqualiter motus a ratione, ſ. vt illa gloria ſingularis quam Deus dederat Moyſi, non minueretur.

Tertio quia iſta inuidia non ſurrexit cum magna deliberatione, neque diu durauit, quæ oſtendunt peccatum nō eſſe magnum, & parum inhęrere affectui. Primum patet, quia ſtatim, vt puer nunciauit Moyſi duos viros prophetare in caſtris, dixit Ioſue. domine mi prohibe eos. Secundum patet, quia ſtatim, vt Moyſes dixit ad Ioſue, quid ęmularis pro me? tacuit Ioſue, & tamen ſi inuidia eſſet magna non taceret, ſed inſteret, vt illi prohiberentur prophetare.

Ad rationes duas poſitas p̄ceꝛ. quæſt. Reſpondēdum eſt ad primam, cum dicitur, quòd erat Ioſue vir ſanctus: concedēdum, quòd eſſet vir bonus, & iuſtus, & etiam ſanctus, ſi ita dicere velimus, cū ſtatim poſt hoc ipſe ſolus cum Caleb inter omnes exploratores ſecutus fuerit Dominū infra 13. & 14. c. Sed hoc non obſtat, quia viri iuſti, & ſancti aliquando peccant. Erat enim ſuperior Moyſes, ſed peccauit ad aquas contradictionis, & prohibitus eſt intrare in terram Chanaā infra 20. cap. facilius ergo poſſet peccare Ioſue. Cum allegatur, q̄ Ioſue erat electus ex pluribus, non intelligatur hoc quantum ad ſanctitatem, ſed quantum ad eſſe miniſtrum, vnde licet multos alios miniſtros haberet Moyſes, nullum habebat, ita ſibi acceptum, & familiarem, ſicut Ioſue, & iſta fuit cauſa quare potius Ioſue inuidit pro Moyſe, & petiuit prohiberi viros prophetantes quam aliquis alius.

Ad ſecundum dicendum, q̄ licet Ioſue haberet ſpiritum Dei poterat peccare, quia magis plenus ſpiritu Dei erat Moyſes qui peccauit, vt dictum eſt. Aliter poteſt dici, quòd etiam ſi non poſſent peccare illi, q̄ habent ſpiritum Dei, adhuc potuiſſet peccare nunc Ioſue, quia ſpiritus Dei multo poſt hoc fuit datus Ioſue, ſ. poſt mortem Moyſi Deute. 34.

Quare Ioſue petijt a Moyſe, vt duo viri prohiberentur prophetare cum non eſſet in ſua poteſtate. Et quòd in prophetæ poteſtate eſt dicere de eo, quod reuelatur. Quæſt. LXIX.

ADHVC quæreꝛtur, quomodo Ioſue dixit Moyſi, quòd prohiberet illis duobus viris prohetare? quia non erat in poteſtate illorū virorum ceſſare, cū ſpiritus veniret in eos, & patet hoc de Saule qui compulſus eſt prophetare, & nō potuit ceſſare, ſed per diem, & noctem prophetauit nudus coram Samuele 1. Reg. 19. ca. Dici poteſt, q̄ Ioſue ideo petiuit hoc, quia putauit poſſe prohiberi illos viros, & eſſe in poteſtate eorum ceſſare a prophetando q̄n prohiberentur. Ad rationem in ꝓrium poſſet dici vno modo, q̄ Ioſue neſciebat conditionē ſpiritus prophetici, putabat enim q̄ nemo ex neceſſitate prophetaret, ſed adueniente ſpiritu Dei poterat prophetare, vel ceſſare a prophetando, & ita licet iſti haberent ſpiritum propheticum, poterāt ceſſare a prophetia, & ceſſarent ſi prohiberentur a Moyſe. hoc autem putauit Ioſue, quia paucum tempus erat, quod ipſe agnouerat aliquos prophetantes: nam ante diem iſtum nullum viderat prophetare, niſi Moyſen, qui aliq̄n prophetabat, & aliquando ceſſabat, ita putabat eſſe de omnibus aliis, ideo putauit, q̄ poterant ceſſare. Secundo poteſt dici verum eſſe, q̄ ſit in poteſtate prophetæ ceſſare a prophetia. & veritas eſt, q̄ non eſt in poteſtate alicuius prophetare, q̄n voluerit, ſed eſt in poteſtate eius ceſſare quando voluerit. De primo patet, quia non poteſt quis prophetare, niſi adueniente ſpiritu prophetico, cum non ſit prophetia aliquid habitualiter manens, ſicut ſcientia, vel prudentia, ſed aliqua illuſtratio actualis raptim tranſiens, vt ſupra oſtēſum eſt. & quia ſpiritus iſte eſt a Deo, & non ab homine, non eſt in poteſtate hominis quando ille ſpiritus veniat, ſed quando Deus voluerit illum dare. vnde aliquando prophetę deſiderabant prophetare, & non poterant, ſicut Ieremias per decem dies non potuit habere reuelationē Hiere. 42. & Daniel per tres hebdomadas ieiunans non potuit vſque ad finem illarum obtinere reuelationem Dan. 10. ca. De ſecundo patet, quia prophetia facit cognitionem in propheta ſicut ſcientia, vel ſapientia, niſi q̄ ſcientia, & ſapientia ſunt aliquid habituale, prophetia autem eſt per modū actus, ſicut ergo per ſcientiam, vel ſapientiam intelligit habens aliquid actualiter, quando vult, & tamen poteſt tacere, quod intelligit, vel dicere illud, ita aduenięnte ſpiritu prophetico intelligit propheta aliquid actualiter, poterit tamen dicere illud, vel tacere. Et ad hoc eſt intelligendum, q̄ aduenięnte ſpiritu prophetico non eſt in poteſtate prophetæ intelligere, vel nō intelligere actualiter, ſed neceſſe eſt, q̄ intelligat, quia includit contradictionē, q̄ ſpiritus Dei actuaret illuſtret intellectum prophetæ, & tamen, q̄ propheta nihil intelligat, quia eſſet hoc ſimul intelligere, & non intelligere. Sed eſt dicendum, q̄ eſt in poteſtate prophetæ dicere ſtatim id, quod intelligit, vel tacere, & cauſa eſt, quia iſta ſunt multum diſtincta. Illuſtratio enim prophetica non pertinet neque prouenit ad organum vocatiuum, ſed ad intellectum. ideo ſicut ſtat, q̄ aliqua actualiter intelligamus, & tñ nō loquimur. ita ſtat, q̄ propheta habeat actualiter aliquam reuelationem, & tñ illam taceat. Iſtud patet in omnibus prophetis, quia quandocunq; aliquid reuelabatur eis ad dicendum aliis, non ſtatim dicebant, cum non eſſent p̄ſentes illæ perſonę, quibus hoc dicendum erat, & patet maxime in Paulo qui reuelationem acceptam tacuit per quatuordecim annos, & poſtea illam dixit, vt patet 2. Cor. 12. cap. Sic ergo in poteſtate prophetæ erat tacere, quod ſibi reuelatur. Et ſicut eſt in poteſtate prophetę tacere, ideſt non incipere dicere, quod ſibi reuelatum eſt, ita eſt in poteſtate eius, poſtquā inceperit dicere id, quod ei reuelatum eſt, ceſſare non explendo totam reuelationem. hoc patet 1. Corinth. 14. cap. vbi ponit ordinem quando multi concurrunt in eccleſia, & prophetant ſimul. Nam dicit quando vnus debeat tacere, & alius loqui, vult enim quòd ſiquis incępit dicere, quod ſibi reuelatum eſt, & alteri interim aliquid reuelatur, quòd taceat ille qui incępit loqui, & loquatur alius. Hoc tamen non iuberet Apoſtolus, niſi eſſet in poteſtate prophetę ceſſare ab eo, quod incępit dicere, ergo poteſt quilibet ceſſare prophetare poſtquam incęperit.

Secundo patet ex eo, quòd preſuppoſuit Moyſes: nam cum dixit Ioſue, domine mi prohibe eos. ſi eſſet verum, quòd non eſſet in poteſtate iſtorum ceſſare a prophetia, diceret Moyſes nō poſſunt prohiberi, neque ceſſare, ideo petis impoſſibile. Sed dixit, quid tu ęmularis pro me? quaſi dicat, hoc quod petis fieri poteſt, ſ. vt iſti prohibeantur, & ceſſent, tamen nō eſt iuſtū fieri, quia petis ex mala cauſa, ſ. ex inuidia, poſſunt ergo prophetę ceſſare a prophetando, ideſt a dicēdo id, quod eis reuelatur.

Ad id, quod obiicitur de Saule dicendum, quòd ibi erat aliquid vltra prophetiam, nam ad prophetiam ſolum pertinet, quòd fiat illuſtratio in intellectu prophetę per ſpiritum Dei, & ita propheta cognoſcat aliquid actualiter, quòd prius nō cognoſcebat, ſed quòd illud voce exprimat non pertinet ad prophetam, ſed ad libertatem naturalem prophetæ inquantum organa vocatiua ſeruiunt intellectui, & voluntati. In Saule autem fuit, quòd Deus illuſtrauit intellectum eius, ita vt intelligeret, quod prius non intelligebat, quaſi eſſet alter homo, vt dicitur 1. Regum 10. capit. ſ. inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum. fuit etiam vltra hoc, quòd Deus voluit cogere eum ad loquendum, mouēdo organa ſua vocalia, vt diceret id, quod nolebat dicere. Et iſtud nō eſt inconueniens, quia in poteſtate Dei eſt omne, q̄d ipſe formauit in nobis, ideo cum linguam formauerit poteſt eam mouere, ſicut voluerit, etiam repugnante homine.

Secundo patet, quia dęmones, qui ſunt minoris poteſtatis hoc faciunt, vt patet in arreptitiis, quorum linguas mouent dęmones, & per eos loquuntur quic quid volunt. Et nunc intelligendum, quòd Deus volebat cogere Saulem ad prophetandum, ita vt loqueretur id, quod ipſe nolebat. Et ſic impediretur occiſio Dauid, quam procurabat Saul. Nam non poterat illā exequi dum prophetabat. Iſtud patet, quia Saul prius miſit in Ramatha ad capiendum Dauid, & nūcii qui iuerunt ſtatim prophetauerunt, quando ſteterunt circa Samuelem, & Dauid, & ſic non potuerunt capere Dauid, & cum hoc dictū fuiſſet Sauli miſit alios nuncios, & etiam illi prophetauerunt, deinde miſit tertios, & etiam prophetauerunt 1. Regum 19. cap. certum eſt autem, quòd iſti nolebant prophetare, ſed potius capere Dauid, quod eis imperatum fuerat, Deus tamen coegit illos prophetare, vt ſic impediret, quod volebant, tunc autem Saul iracundia plenus, voluit ire ad capiendum Dauid quaſi ipſe non cogeretur prophetare, & antequā illuc veniret coactus eſt prophetare. eod. cap.

Et in hoc intelligendum, quòd Saul non ſolū cogebatur prophetare veniente ſuper eum ſpiritu Dei, ſed etiā mutabatur, & turbabatur tota diſpoſitio eius, quaſi oblitus eſſet ſuiipſius, & neſciret ad quid veniſſet, quod patet, quia ſi ſolum compelleretur ad loquēdum maneret ſibi voluntas prior, & poteſtas, poſſetque capere Dauid, vel occidere cum videret ſibi p̄ſentem, & tamē poſtquam incipiebat prophetare ſtatim deſinebat conari aliquid contra Dauid ſibi præſentem, quaſi nihil mali contra eum ante hoc voluiſſet, ideo non ſolum cogebatur loqui, ſed etiam mutabatur voluntas eius, vt tunc non veller, quod prius volebat, & turbabatur intellectus eius, quaſi oblitus eſſet ad quid venerat, vel quis eſſet.

Itē patet hoc, quia Saul fecit tunc aliqua quę erant

Universidad de Deusto Biblioteca

contra honestatem personę suę: nam nō solum prophetabat, sed etiam nudauit se vestimentis suis, & sic nudus manens prophetauit tota nocte, & die 1.Reg. 19.cap. sed hoc non faceret, nisi satis esset alienatus a mente sua.

Secundo patet, quia Saul patiebatur ibi aliquid cōtra conditionem humanam, s. manens per totam diē, & noctem, sine cibo, cum per totam diem, & noctē prophetauerit. eod.cap.

Dicendum igitur, quòd si in prophetis solum sit id, quod est de conditione prohetica, erit in potestate eorum tacere, quod eis reuelatum est, postquam incęperint illud dicere poterunt cessare antequam plene dicant, potest tamen aliquid euenire eis, per quod cogantur non solum dicere, quod eis reuelatur, sed etiam facere, vel pati multa alia, sicut fuit in Saule, & quantum ad hoc magis vocantur isti arreptitii, quam prophetæ, quia talia patiuntur qualia arreptitii.

An puer qui nunciauit Moysi Heldad, & Medad prophetare peccauerit. Quæst. LXX.

QVAERETVR de illo puero, qui nunciauit Moysi, quòd Heldad, & Medad prophetabant in castris, an peccauerit.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia eandem rē faciebant ipse, & Iosue, s. quòd impedirentur illi viri prophetare, & tamen Iosue peccauit, vt supra ostensum est, ergo etiam iste puer.

Dicendum, quod de affectu huius pueri non constat, ideo neque potest determinate dicere quisquam, quòd peccauerit, vel non peccauerit. Dicendum tamen potius est, quòd non peccauit, quia de nullo debet pręsumi malum, nisi constet, & tamen de isto puero non inuenitur, quòd aliquod malum fecerit, aut dixerit, ideo non debet asseri, quòd peccauerit. patet primo, quia in litera solum dicitur de isto puero, cucurrit puer, & nunciauit Moysi dicens Heldad, & Medad prophetant in castris. Secundo, quia ipse non petiuit prohiberi illos prophetare, sicut petiuit Iosue. Tertio, quia forte puer executus fuit officium suum, vt si relictus erat in castris ad annunciandum quicquid accideret, vel dato, quòd non esset ei imperatum istud'. cum vidit aliquid nouum, putauit iustum esse, quòd annunciaret illud Moysi, & forte imputaretur ei in culpam si non annunciaret. Quarto, quia Moyses nō increpuit eum quare hoc nunciasset, & tamen si peccasset nunciando, argueret eum Moyses, sicut arguit ipsum Iosue.

Cum autem obiiciebatur, quòd iste puer, & Iosue idem faciebant, negandum est, quia puer solum nunciauit, Iosue autem petiuit illos prohiberi. Secundo, quia Iosue inuidit illis prophetantibus. Nam dictum est ei quid tu ęmularis pro me? puer autem non inuidit, quia nihil ei dictum est, ideo puer neque inuidit neque peccauit.

Quare Moyses dixit Iosue quid æmularis pro me. Quæst. LXXI.

SED quærēt quare Moyses dixit ad Iosue quid tu ęmularis pro me?

Dicendum, quòd primo fuit hoc ad ostendendum, quòd Iosue nō petebat rem iustam. Nam ipse petiuit, quòd prohiberentur illi duo viri ꝓphetare, Moyses autem noluit hoc facere ad ostendendum, quòd ex causa iusta cessabat. Ostendit, quòd Iosue iniustum petebat, ideo dixit quid tu ęmularis ꝓ me, idest quare hoc petis, quia ex inuidia petis, volendo, quòd ego solus gloriam temporalem habeam,

F sed hoc non est iustum, sed id, quod Deus vult, scilicet, quòd habeant gloriam illi quibus ipse dederit.

Secundo fuit ad hoc, quòd Moyses ostenderet intentionem suam bonam esse. Nam Iosue suadebat ei, quod pertinebat ad honorem eius. Rari autem sunt qui in talibus non assentiant fauentibus sibi, cum homines a seipsis soleant ad talia inclinari, Moyses autē, quia vir sanctus erat noluit vsurpare sibi honorem quem Deus ei non dabat, & quia Deus non dederat sibi hunc honorem, vt ipse solus esset propheta, sed voluit etiam aliis communicare, Moyses non voluit inuidere illis quibus Deus hoc cōmunicabat, & sicut ipse non inuidebat, ita volebat, quòd nullus loco eius inuideret, ideo dixit ad Iosue quid tu ęmularis ꝓ me? G idest non debes inuidere, quòd alius habeat istam gloriam, quia ego non inuideo, sed placet mihi de illo.

Tertio fuit, quia istud erat in fauorem Moysi: nam Moyses conquestus fuerat Deo, ꝙ non poterat solus sustinere onus huius populi, Deus autem dedit alios qui eum adiuuarent, & ad hoc fecit, ꝙ prophetarent isti septuaginta viri. ergo Moyses non debebat inuidere istis, cum ipse hoc procurasset, & consequenter non debebat velle, ꝙ aliquis loco eius inuideret, quia talis impediret eum in desiderio suo, & propter hoc ipse ostendit, ꝙ cuperet non istos solos septuaginta prophetare, sed etiam omnes qui erant in populo cū ait, quis mihi tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum? quasi dicat, non displicet H mihi de hoc, ꝙ isti septuaginta viri prophetent, sed vellē, quòd omnes qui sunt in populo prophetarent, & daret Deus cuilibet eorum spiritum suum propheticū. Quarto fuit, quia Moyses sciebat, ꝙ Deus voluit istis 70. viris dare spiritum propheticum, & prenunciauit ei, ꝙ congregaret 70. viros, quibus ipse daret de spiritu Moysi, sed iniustum erat, ꝙ Moyses inuideret contra id, quod Deus faciębat, ideo non solum non inuidit, sed etiam voluit satisfacere illis qui in hac parte pro eo inuidebant. Talis autem erat Iosue, ideo dixit ei Moyses, quid tu ęmularis pro me? idest nolo, ꝙ I inuideas, quia non placet mihi, ꝙ in hac parte aliquis inuideat pro me, cum Deo non placeat.

Heldad, & Medad qui erant, & an essent fratres Moysi. Et quod pater Moysi accepit in vxorem amitam suam. Quæst. LXXII.

ADHVC quęretur de istis duobus viris Heldad, & Medad qui erant? Aliqui Hebręi dicunt, ꝙ erant fratres Moysi ex matre, sed non ex patre. Sed Hiero. secundum quosdam alios super Paralip. dicit, quòd isti duo erant fratres Moysi ex patre, sed non ex matre, quia post legē acceptam Amram pater Moysi iubente Moyse dimisit matrem eius quę erat amita eius, & accepit aliam K in vxorem, de qua genuit istos duos Heldad, & Medad. Sed dicendum, ꝙ ista duo dicta non habent sufficiens motiuum. De primo patet cum dicunt quidam Hebręi, ꝙ isti duo fuerunt fratres Moysi ex matre, sed non ex patre, quia nullum motiuum apparet ad hoc, ꝙ Moyses esset frater eorum ex patre, aut ex matre. Nam scriptura nihil istorum dicit. Est autem error asserere aliquid non stante causa, vel non apparente. Secundo, quia potius scriptura innuit contrarium: nam si isti duo essent fratres Moysi certum est, quòd illud cognosceret Iosue, q erat familiarissimus Moysi, immo nullus de populo posset hoc ignorare, ideo Iosue non peteret a Moyse, ꝙ prohiberet istos prophetare, quia potius erat honor Moysi, quòd fratres sui prophetarent, ideo Iosue procuraret, quòd ꝓphetia

istorum omnibus notificaretur, non autem ꝙ prohiberetur, sed petiuit istos prohiberi, cum non petiuerit de aliis 68. viris. ergo isti non erant fratres Moysi. Aliud dictum, s. ꝙ essent fratres Moysi ex patre, & non ex matre, etiam nō habet colorem propter duas rationes supra positas, quia siue ex patre, siue ex matre essent fratres Moysi vrgerent duæ rationes supra positę. Additur etiam causa huius dicti, s. ꝙ post legē datam Moyses dixit patri suo Amram, quòd dimitteret vxorem suā quę erat mater Moysi, & accepit tunc aliam ex qua genuerit istos duos.

Dicendum autem, quòd forte aliqui negarēt istud pręsuppositum, scilicet, quòd pater Moysi accepit in vxorem amitam suam. Est dicendum, quòd non potest negari, quin Amram accepit vxorem cognatam sibi Exodi 2.cap. scilicet egressus est vir de domo Leui accepta vxore stirpis suę, sed in quo gradu consanguinitatis se habuerint Amrām pater Moysi, & Iocabeth mater eius patet Exodi 6. scilicet accepit Amrā Iocabeth patruelem suam, quę peperit ei Aaron, & Moysen: patruelis autem vocatur filia patrui, & tunc patrueles sunt filij duorum fratrum, quia patruus est frater patris, & isti secundum legem Moysi poterant copulari matrimonialiter, quia non erat eis prohibitum Leuitici 18.cap. Si autem accipiatur patruelis large, idest soror patris quę deberet vocari patrua, si hoc haberet vsus latinitatis, erat illicitum secundum legē Moysi copulari in tali gradu Leuitici 18.cap. Et ista vocatur amita, sed dato, quòd Iocabeth esset mater Moysi, & amita Amram, non iuberet Moyses patri suo, quòd separaretur ab ea post legē datam. Primo quia lex non obligabat ad hoc, quia lex, vel constitutio obligant ad futura, quę sunt postquam datur ipsa lex, non autem ad pręterita, nisi expresse caueatur in ea, vt patet extra de constit. cap. cognoscentes. sed pater Moysi contraxerat ante legem datam Moysi. ergo cum in ea non exprimeretur de pręteritis, sed solum de futuris, nō tenebatur Amram dimittere vxorem suam propter legem.

Secundo, quia si Amram pater Moysi dimitteret vxorem suam, non videtur, quòd acciperet alteram, ex qua gigneret istos duos Heldad, & Medad, sed vel mortuus erat, vel nullam vxorem acciperet, istud patet, quia hoc tempore necesse erat esse ad minus centum, & viginti annorum, vel quasi. ad talem tamen ętatem, vel homines non perueniebant, vel si peruenirent, essent ita dispositi, vt iam vxores accipere nō possent, vel saltem non possent gignere. Istud patet, quia tempore Abrahę erāt homines maioris vitę cū Abraham vixerit annis centum septuagintaquinque Gen. 25.cap. Isaac autem filius eius vixit annis centū octoginta Gene. 35. tempore tamen Moysi nemo excedebat annos centum viginti, quia de nullo inuenitur maior ętas, nisi de Aaron qui vixit centum viginti tribus annis infra 33.ca. & tamen tempore Abrahę quando homines viuebant centum, & octoginta annis erat mirabile, quòd homo centenarius posset gignere, sicut mirata est Sarra, & putauit esse impossibile Gene. 18.c. & scriptura approbat illud dicens, corpus Abrahę tunc esse emortuum, idest non habens virtutem ad gignendum, sicut si esset mortuus ad Roma. 4.ca. ergo a fortiori tempore Moysi non posset aliquis gignere anno centesimo, & multo minus cum esset annorum cētum viginti. Sed quòd Amram pater Moysi esset hoc tempore centum viginti annorum patet, quia Moyses erat nunc octogintaduorum annorum cum in exitu de Aegypto esset annorum octoginta Exodi 7.cap. & nunc erat secundus annus ab exitu de Aegypto pręceden. cap. ergo erat Moyses octogintaduorum annorū. Sed Moyses habebat sororem quæ

A esset maior eo annis quindecim, vel plus, ergo pater eius iam a nonaginta septem annis saltem incęperat gignere. Sed certum est, quòd ipse esset plusquam viginti annorum, quando inciperet gignere secundum consuetudinem accipiēdi vxores illo tempore, & potissime, quia pater Moysi quando accepit vxorem vocabatur vir Exodi 2.capit. Et ita complerentur saltem centum, & viginti anni vitæ patris Moysi hoc tempore, & tamen in tali ętate homines non viuebant, vel nullo modo gignere poterant. Sed patet pręsuppositum, scilicet, quòd quando Moyses natus est haberet sororem 15. annorum, vel plus, quia quando Moyses B natus est fuit positus in flumine, & soror eius seruabat eum de longinquo, & locuta est multum prudēter cum filia Pharaonis, ad hoc, quòd Moyses daretur nutriendus matri suę Exodi 2.capitu. Sed istam astutiam non poterat tenere, nisi puella adulta, ideo esset saltem annorum quindecim, vel quasi, quia minori ętate non solet aduenire tanta prudentia, & sic patet, quòd pater Moysi hoc tempore, vel non viuebat, vel non poterat accipere aliquam vxorem, cum esset centum viginti annorum, vel quasi.

Quare Iosue non petijt prohiberi omnes prophetantes, sicut in duobus. Quæst. LXXIII.

C ADHVC aliqui, quærunt quare Iosue non petiuit prohiberi omnes prophetantes in castris, sicut petiuit prohiberi duos, idest Heldad, & Medad.

Aliqui dicunt, quòd petiuit prohiberi omnes cum esset eadem ratio, licet de solis duobus expresserit.

Sed dicendum, quòd non stat, sicut dicetur quæst. sequen. immo istos duos solos prohiberi petiuit. Causa huius est, quia licet Iosue pro omnibus inuideret, non tamen pro omnibus ausus est petere, quòd prohiberentur. Inuidebat quippe Iosue, quia ante hoc solus Moyses habuerat istam excellentiam singularē, quòd solus prophetaret in toto Israel, nunc vero incipiebant alii prophetare, in quo minuebatur excellen- D tia Moysi, quia iam non erat solus, ideo voluisset Iosue, quod omnes prohiberentur prophetare, sed non ausus est petere hoc de omnibus, petiuit autē de his duobus.

Primo quia alii videbantur prophetare de voluntate Moysi, quia ipse duxerat eos ad ostium tabernaculi, & ibi cęperunt prophetare supra in litera, isti autem duo non videbantur prophetare de intentione Moysi, cum non prophetarent cum aliis, sed in castris.

Secundo, quia super alios constabat, quòd Deus misisset Spiritum sanctum, quia erāt ad ostium tabernaculi, & ibi subito prophetare cęperunt. Sed contra id, quod Deus expresse faciebat nō auderet quicquā loqui Iosue, de duobus viris qui erant in castris non E fuit sic, quia non apparebat quomodo ipsi cępissent prophetare, vel quomodo spiritus descendisset super eos, ideo de illis ausus est petere Iosue, & non de aliis.

Tertio quia poterat putari, quòd isti non vere prophetarent, sed fingerēt se prophetare, sicut multi erāt qui dicebant aliquid ex parte Dei, & tamen Deus nō mittebat illos Eze. 13.c. motiuum ad hoc erat, quia illi duo non prophetabant cum aliis apud tabernaculum, sed in castris, vbi Moyse non vidente poterāt fingere, quod non erat. Et non erat sic de illis qui prophetabant ad ostium tabernaculi coram Moyse, ideo de istis non fuit petitum, quòd prohiberentur.

Quarto fuit propter periculum, quia putauit Iosue, quòd si isti duo qui in castris prophetabant, permitterentur

rentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur prophetare, possent multi alii similiter facere, & ita minueretur tota gloria Moysi, ideo putauit, ꝙ oportebat illos duos prohiberi, ne cęteri exẽplo suo ad similia mouerentur, & ad hoc dixit Moyses quis mihi det, vt omnis populus propheret? quasi dicat, id qđ tu putas esse inconueniens non est inconueniens, quia ego vellem, ꝙ totus populus prophetaret.

Ex prędictis patet, ꝙ isti duo Heldad, & Medad nõ erant fratres Moysi, quia aliàs non peteret Iosue contra illos, ꝙ prohiberentur prophetare. Et vltra rationes positas præced. quæst. adhuc patet, ꝙ non erãt isti fratres Moysi, quia tunc non haberent ętatem vnius anni quando prophetauerunt, quod patet, quia quando Moyses dixit hoc erat secundus mensis anni secundi ab exitu de Aegypto, s. statim post recessum de mõte Sinai, cum non fuit aliqua mansio intermedia inter desertum Sinai, & Sepulchra concupiscentiæ vbi nunc erat populus infra 33. cap. & tamen in anno secundo, & mense secundo recesserunt Israelitę de deserto Sinai prędced. ca. lex tamen fuit data anno primo ab exitu de Aegypto mense tertio, vt patet Exo. 19. c. ergo non erat annus integer ex quo lex inceperat dari. Si igitur post hoc Moyses diceret patri suo, ꝙ recederet ab vxore, & ille acciperet aliã ex qua postea gigneret istos duos, cum non esset vnus annus, ꝙ ille accepisset vxorem, aut isti duo non essent nati, sed vnus tantum eorum, vel si ambo essent nati essent gemelli, & dato, ꝙ essent Gemelli, nõ essent ad plus, nisi triũ mensium, & sic nõ possent prophetare, potissime cũ dicatur supra in litera, ꝙ isti erãt viri qui descripti fuerant cum aliis. Sed ad hoc respondet historia scholastica, ꝙ lex fuit prius data per cogitationem quam realiter, ideo licet per vnum annum tãtum ante hoc fuisset data realiter, potuisset per triginta, vel quadraginta annos prius data esse. Et tũc separaretur pater Moysi ab vxore sua, & acciperet aliam ex qua gigneret istos duos qui possent esse 30. vel 40. annorum, & sic possent prophetare.

Sed dicendum, ꝙ istud est omnino fictum, & nihil rationis habet, quia lex nõ datur, nisi vno modo, s. realiter cum promulgatur populo, cui datur, alias autem nihil est dicere, ꝙ lex detur. Secundo, quia si concederetur legem dari per cogitationem, illa nõ obligaret, quia lex nõ obligat, nisi cum promulgatur, ideo licet Moysi daretur lex per cogitationem multo tempore ante, non obligaretur pater eius ad dimittendum vxorem, neque dimitteret. Item totum hoc, quod asseritur, ꝙ pater Moysi dimiserit vxorem quæ erat mater Moysi, & acceperit aliã de qua genuit istos duos est impertinens, & non necessarium, quia poterat dici, ꝙ pater Moysi habuit duas vxores. ex vna genuit Moysen, & Aaron, & Mariam Exo. 6. ca. Ex alia autem genuit istos duos Heldad, & Medad, & non sequeretur tunc aliquod inconueniens. Sed isti, quia nesciunt dare modum rei, fingunt multa impertinentia, & non possunt euadere inconuenientia. *Cucurrit puer, & nunciauit Moysi.* Non est iste puer Iosue, quamquam ipse vocatur puer Moysi. Exo. 33. c. & aliquando famulus eius, quia infra dicitur, ꝙ statim Iosue dixit Moysi, vt prohiberet illos viros prophetare, s. postquam ista verba audita sunt a puero nunciante. Sed dicunt quidam Iudæi, ꝙ iste puer fuit Gerson filius Moysi qui puer erat ętate, & manserat in castris.

Heldad, & Medad prophetant in castris. Ista fuerunt verba pueri nunciantis, putauit enim cum vidit illos prophetare absente Moyse, ꝙ forte inde aliquod scandalum sequebatur, vel damnum Moysi, ideo festinus denunciauit. *Statim Iosue filius Nun minister Moysi.* Ponitur hic de Iosue qui cum audisset verba pueri cõmotus est zelo contra prophetantes, & dixit Moysi, vt prohiberet eos prophetare. vocatur Iosue minister Moysi, quia erat seruiens illi, & semper manebat cum eo, & aliquando vocatur puer nõ secundum ętatem, sed propter seruitium, quia erat famulus Moysi. *Electus e pluribus.* Idest Iosue erat inter multos ministros electus: nam licet Moyses haberet alios ministros, tamen nullus, ita bonus erat, vt Iosue, nec placens in oculis Moysi. Erat enim strenuus vir in bellis, ideo elegerat eum Moyses tanquam ducem belli in primo bello facto in deserto, s. contra Amalech, vt patet Exo. c. 17. & iterum quando pugnatum est ꝑ Madianitas factus est dux belli infra 31. capi. Erat etiam familiarissimus Moysi super omnes. etiam magis quam Aaron frater Moysi. Nam absente Moyse manebat Iosue in tabernaculo paruo, quod tetenderat Moyses extra castra, & nemo illuc ingrediebatur pręter Moysen, & Iosue, ibi enim descendebat columna nubis ad ostium, vbi queretur cum Moyse, vt patet Exo. c. 33.

Item cum ascenderet Moyses in montem Sinai ascenderunt cum eo 70. seniores, & Aaron, & Nadab, & Abiu, vt patet Exo. c. 34. steterunt tamen procul adorantes, Iosue vero ascendit ad altiorem partem mõtis, vt ibi colligitur.

Item alii reuersi sunt in castra, Iosue autem mansit 40. diebus, & 40. noctibus expectans Moysen vsquequo descenderet, & in 40. die descendit cum ipso ferente tabulas, vt patet Exo. c. 32. & ob hoc Moyses ex nimia dilectione mutauit nomen eius, cum missus est in exploratorem in terram Chanaan, vt patet infra c. 13. Volebat autem Deus, vt Iosue maneret cum Moyse, & erudiretur ab eo, quia elegerat eum, vt esset alumnus dux populi sui, ideo conueniens erat, vt esset alumnus Moysi cum ei successurus esset, & hoc, vt mores eius disceret, etiam vt haberet testimonium boni viri in oculis totius populi, quia securius eum acciperent in ducem, cum scirent esse alumnum boni viri, & iusti, quam si fuisset apud quemcunque alium nutritus.

Domine mi Moyses prohibe eos. Idest iube ne loquantur. Intelligebat enim Iosue, quòd hoc erat in diminutionem status Moysi, & quia diligebat eũ dicebat, vt prohiberet eos. in Hebræo litera sonat hic.

Incarcera eos. Et dicebat hoc Iosue, quia illi prophetauerunt de morte Moysi, & exaltatione Iosue, quòd moriturus esset Moyses, & Iosue principatum populo, credebat autẽ Iosue, quòd Moyses prędicaret ei placere de dicta prophetia si tacuisset, & sic posset eum odio habere, vel alio modo, quia Moyses erat iudex in populo quantum ad omnia maxima, & in diuinis, ideo videbatur derogari eius dignitati, quòd alii pręter eum prophetarent.

At ille quid inquit æmularis pro me? Idest Moyses dixit ad Iosue quare tu inuides illis, vel piget te de contumelia propter me? quia in hoc nõ iuste me amas, prophetia propter me? quia in hoc nõ iuste me amas, ego enim vellem, quòd omnis populus haberet spiritum Dei ad prophetandum.

Et ista expositio videtur melior quam alia, scilicet quòd dixisset Iosue hoc, quia prophetabãt illi de morte Moysi. Nam tunc impertinens esset dici quid ęmularis pro me, & id, quod postea dicitur, scilicet quis mihi tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum. de solo igitur spiritu prophetiæ communicato aliis præter Moysen dolebat Iosue, sic enim doluerunt Iudęi, quando prędicante beato Petro venit Spiritus sanctus super Gentiles audientes verbum. Et respondit Petrus, quòd nemo poterat prohibere Spiritum sanctum qui fide purificauerat corda illorum, & baptizati sunt. De hoc Actuum ca. decimo, & vndecimo. ęmulari dicitur inuidere, vel aemulari, aut imitari, vel superbire. vnde versus.

Aemulus inflatur, amat, inuidet, atque imitatur.

Hic autẽ accipitur pro inuidere Apostolus autem 1. Cor. 14. accipit pro imitari dicens, ęmulamini charismata meliora.

Quis tribuat, vt omnis populus prophetet. Quasi dicat in hoc nihil mihi subtrahitur, quòd omnes prophetent, sed desiderem, quòd omnes prophetarent. Et non ponitur hic quis, interrogatiuè, quasi pro dubio: nam sciebat Moyses, quòd nemo poterat hoc dare, nisi Deus, sed ponitur optatiuè, scilicet quis mihi tribuat, vt omnis populus prophetet, idest vtinam omnis populus habeat spiritum propheticum. Et sic accipitur supra cum dixerunt Aegyptii, quis dabit nobis ad vescendũ carnes, idest vtinam darent nobis carnes ad vescendũ, & ex hoc etiam patet, quòd non stet prima sententia de pręnunciatione mortis Moysi, quia ęmulari inuidere est, quod pertinet ad honorem ablatum, non autem propter malum pręnunciatum, quia ad malũ prę nunciatum sequitur timor, vel odium enunciãtis, non autem inuidia, quę semper est de bono alterius, prout est nostri boni diminutiuum, quantum ad esse, vel apparere.

Quare Iosue non petijt prohiberi alios prophetantes.
Quæst. LXXIIII.

QVAERET aliquis cum Iosue dixerit Moysi, quòd prohiberet duos viros prophetantes in castris, quare non dixit, quòd etiam prohiberet alios, qui prophetabant apud ostiũ tabernaculi, quia ex prophetia illorum, ita diminuebatur status Moysi, sicut ex prophetia duorum existentium in castris.

Posset responderi, quòd quando dicitur, phibe eos non solum intelligitur de Heldad, & Medad, sed etiã de omnibus aliis qui prophetabant, sed non consonat hoc seriei textus, ꝙ immediate, vt nunciatũ est Moysi, ꝙ Heldad, & Medad prophetabant dixit Iosue prohibe eos: de aliis autem forte diceret aliquis, ꝙ Iosue non vidit eos prophetantes, nec audiuit, ideo nõ dixit, ꝙ prohiberentur.

Sed non stat, quia Iosue erat cum Moyse, vt patet hic, quia cum puer cucurrit ad Moysen, immediate loeutus fuit ista Moysi: melius ergo videtur dicendũ, ꝙ Iosue non dixit, quòd prohiberentur prophetantes ad ostium tabernaculi, quia credidit, quod illi venerunt ante tabernaculum de voluntate Moysi, & eo volente prophetauerunt, alii autem qui erant in castris non. Item quia timebat, quòd simili exemplo alii ad prophetandum insurgerent, quod videbatur derogare excellentię Moysi, sed ista intentio Iosue non stabat. Dixit enim. quòd prohiberet eos Moyses, & tamen nõ poterant prohiberi, quia dato, quòd iuberet ne loquerentur non possent facere si spiritus Dei vrgebat eos ad loquendum, sicut dictum est supra de propheta Balaam, qui quamquam vellet dicere malum non poterat, quia Deus vrgebat eum ad bonum dicendum. Item quia verbum domini non est alligatum, vt patet secundo ad Timoth. capitulo secundo, ideo non potest per prœceptum alicuius cessare. Item cum esset intentio Iosue prohiberi duos viros prophetantes in castris, ne alij simili exemplo mouerentur non stat, quia prophetia non venit hominibus, quia ipsi volunt, & quamquam conentur prophetare non prophetabunt, sed spiritu Dei homines efficiuntur prophetę, vt patet secunda Petri, capitulo primo, scilicet non enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti, ideo quamquam illi prophetarent, non propter hoc insurgeret quisquam alius ad prophetandum. Si tamen multis daretur spiritus propheticus nõ posset Moyses ꝓhibere eos prophetare.

Et det eis Dominus spiritum suum. Idest det eis spiritum propheticum, qui dicitur spiritus suus, quia a nullo dari potest nisi a Deo, cum nõ constet prophetia aliquando voluntate humana, sed diuina, vt in prædallegata auctoritate.

Reuersusque est Moyses & omnes maiores natu Israel in castra. Idest priusquã completa est ordinatio iudicum per missionem spiritus diuini super eos reuersus est Moyses in castris cum omnibus maioribus natu. & dicitur reuersus in castra, quia ante hoc erat ad ostiũ tabernaculi cum senioribus. tabernaculum autem erat extra castra, scilicet separatum ab omni latere castrorum, in medio tamen quatuor vexillorum ipsorum castrorum. & dicitur reuersus cum omnibus maioribus natu, idest cum omnibus senibus qui dicuntur maiores natu, quia primo nati sunt. & vocabãtur hic maiores natu ipsi seniores electi in iudices, quia cum his reuersus est in castra Moyses, vel vocantur maiores natu, idest maiores genere, scilicet nobiliores in populo. sed primus sensus est melior.

Ventus autem egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra, itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum: volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero congregauit coturnicum, qui parum decem coros, & ficcauerunt eas per gyrum castrorum. Coturnices dantur populo. Psalm. 77

Ventus autem egrediens. Hic ponitur prouisio & promissi impletio quantum ad cibum, quia promiserat Deus dare carnes mense integro: fuerunt autem istę carnes coturnices, quæ in circuitu castrorum cecidederunt de quibus Iudæi acceperunt ad saturitatem.

An potuerint angeli portare coturnices ad castra, sicut portauit eas ventus. Et an requirebatur pro qualibet coturnice vnus angelus, vel potuisset vnus portare omnes. Et quòd conuenientius à vento quam ab angelis portatæ sunt.
Quæst. LXXV.

ET dicitur ventus egrediens a Domino ad inducendas coturnices, quia istę coturnices nõ venerunt proprio motu vel inclinatione in castra, sed ventus eas appulit illuc, & iste ventus non fuit veniens naturaliter, sed Dominus misit illum ad inducendum coturnices in castra: erant. n. distantia castra a loco coturnicum, & ipsę non irent illuc propria inclinatione. coegit ergo Deus illas.

Et potuisset hoc facere per angelos ducẽtes eas de locis in quibus manebãt, vel per ventum flantẽ, quia iste modus facilior erat, nam si angeli debuissent ducere coturnices in castra oportebat, vt tot essent angeli, quot coturnices veniebant in castra, nã non posset angelus multas simul ferre coturnices, non quidẽ ꝙ non sufficeret ad impellendam vnam, & omnes simul, sed non posset impellere propter discontinuitatem. nam cum aliquod continuum est durum cũ virtus motiua applicetur vni particulę mouebuntur oẽs alię, quia vna trahit alias ꝑp continuitatẽ soliditatis. Si tamẽ sit aliquid discontinuũ q̃q̃ moueatur vna pars, non mouebuntur alię, quia non tangit vna alteram nec impellit, ideo siquis debet mouere multa discontinua, oportet vt a quolibet eorũ habeat specialẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

applicationem virtutis motiuę. Angelus autem non F
potest facere huiusmodi: nam cum ipse sit simpliciter vnus, non potest applicare virtutem, nisi vni rei.
Et si illa valde magna fuerit, & continua, mouebit eam, quia mota vna parte mouētur alię. Si autem fuerint plures discontinuę res, oportet quòd plures Angeli moueant illas, & vnus non poterit. nam quæretur de Angelo, an ipse applicet virtutem suam rei aliqualiter diuisibiliter, vel in magna extensione. Si autem parum diuisibiliter mouebit id, quod adiunctum est, quamquam non applicetur virtus sua toti illi rei, sed mota vna parte mouebuntur alię. Si autem applicatio virtutis Angeli ad mouēdum fiat in magna extensione non poterit etiam applicari, nisi vni rei: nam quamquam sufficeret illa extensio virtutis Angeli ap G
plicare se multis rebus, tamen si discontinuę sunt nō poterit, quia non fit deriuatio virtutis, nisi per continuum.

Fundamentum est, quia virtus illa est vnica, & mouere debet vnico impulsu, ergo oportet, quòd omnia quibus applicatur sint vnum. Si autem plura sint necesse est esse plures applicationes, quod non potest facere virtus quę vnica est, posset autem aliquomodo Angelus hoc facere, si esset corporeus, qa posset mouere res discontinuas simul, scilicet applicando vnam partem corporis vni, & aliam alteri, sicut nos alia mouemus pede, & alia mouemus manibus, eadem tamē H
virtus motiua est in toto corpore nostro, tunc tamen quamquam non sit continuitas in rebus motis, quia tamen est in motore applicabitur vnum continuum propter esse applicitas eidem continuo in quo est virtus motiua, sicut est de granulis arenæ: non enim nos poterimus multa granula arenarum ferre simul, quia discontinua sunt, & dispergentur. Si tamen posuerimus ea in aliquo continuo, scilicet intra aliquod vas quantæcunque capacitatis, poterimus illa ferre, & tunc virtus nostra motiua applicatur illis pluribus discontinuis simul, & mouet vnico impetu, quia sunt quasi vnum continuum propter esse in vno cōtinuo, Angelus autem non est corporeus, ideo non potest applicare virtutem suam multis rebus discontinuis, quia non habet in se aliquam solidam continuitatem in qua multa discontinua cōtinuentur, & nos hoc fa I
cere poterimus, ideo si Angeli ferrent plura discontinua necesse erat, vt tot applicationes virtutis facerent quot erant ipsæ res discontinuę, & consequenter tot essent Angeli quot res motę, cū non posset vnus Angelus facere multas applicationes virtutis, cum applicationes virtutis totaliter distinctę sint a principiis totaliter distinctis.

Sic autem erat de angelis si mouerent coturnices, quia illæ non erant aliquod continuū, sed tot discontinua mobilia, quot coturnices. Cum ergo Angeli mouerent illas necesse est, vt cuilibet applicarēt virtutem impulsiuam, vt violenter mouerentur contra castra Hebręorum, non tamen poterat vnus extendere virtutem suam per multas, quia erant discontinuę, & non poterant moueri aliquo impetu vno, nisi ab ali- K
quo continuo solido, vt si in aliquo corpore essent, quod multas moueret simul, quia tunc virtus impellens mouebit illud corpus vnico impetu, quia est vnū, discontinua autem quæ intra ipsum sunt mouebuntur per accidens ad motum illius. vnica tamen virtus non poterit immediate mouere multa discontinua.

Nec valet si obiiciatur, quòd virtus Angeli poterat extendi per medium continuū, scilicet per ipsum aerem, & applicaretur vni magnitudini continuæ aeris, intra quam essent multæ coturnices, & mouendo illam mouerentur omnia quę intra sunt.

Sed non potest stare, quia ad hoc, quòd applicetur virtus ad mouendum aliquod vnum continuum, & alia discontinua intra ipsum, oportet quòd illud continuum sit solidum, alioquin non solum discontinua quę intra ipsum sunt non mouebuntur, sed nec etiam ipsum cōtinuum mouebitur, sicut patet in aqua, quæ quamquam continua sit, tamen nos ferre non poterimus aliquam eius magnitudinem, nisi intra aliquod continuum solidum claudamus, scilicet in vrceo, aut alio vase, alioquin defluet, aer tamen rarior est, ideo non poterit moueri ab aliqua virtute impellente illū, nisi ponatur aliud cōtinuum solidius cui applicetur virtus ad mouendum. Ideo Angeli non solum non possent mouere ipsas coturnices, quę erant discontinuæ intra aliquam magnitudinem continuam aeris, sed etiam non possent mouere ipsum aerem continuum, nisi applicarent virtutem suam alicui alteri cōtinuo solido, & mouendo illud per se mouerent aerē per accidens: ideo si angeli mouerent coturnices nō poterat quilibet mouere, nisi vnam. Hoc autem non erat difficile Deo per Angelos facere, quia magna est multitudo Angelorum, & forte magis quam coturnicum adductarum ad Iudęos, sed dato, quòd non esset tanta multitudo, pauci angeli potuissent breuiter ferre omnes coturnices illas ad castra Iudęorum, quia velocitas naturę Angelorum magna est. Erat tamen leuius, & naturalius moueri corpus a corpore, ideo fu scitauit Deus ventum a parte illa mundi in qua erant coturnices, & vnico impetu flatus ducebat eas in castra.

Nec restat hic argumentum, quod fiebat de angelis, quia totus ille ventus erat vnum continuū, & poterat simul applicari multis coturnicibus, atque mouere eas, sicut si clauderentur coturnices multę intra vnum aliquod vas, & ad motum illius portarentur.

Nec restat argumentum de aqua, & de aere, ista enim non possunt moueri a nobis, nisi per aliquod continuum solidum, ventus autem non est huiusmodi. ergo poterat mouere coturnices. Nam non est, sicut aer, quia aer est substantia quędam valde rara, & non potest aliquid impellere, ventus autem non est de natura aeris, sed est de natura terrę cum sit fumositas valde grossa, & vaporata a terra, & ista quamquam non habeat soliditatem magnam, habet tamen maiorem quam aer, ideo quamquam intra ipsum vētum nihil contineri queat propter paruam soliditatem, tamen in impetu suo omnia mouet, & ob hoc quanto impetuosius flat, tanto magis mouet res solidas concuiendo eas. Sic enim arbores, & interdum ędificia magna diruit, vt patet in terręmotu qui fit ex impulsu grossę ventositatis incluse intra viscera terrę. Sic enim, & de coturnicibus factū est, quia ventus flabat contra eas, ipsę vero non potentes sustinere impetum flatus volitabant contra eam partem, ad quā spiritus venti eas deducebat, vt peruenirent in castra Hebræorum.

Ventus autem egrediens a Domino.

Quis ventus fuit qui impulit coturnices, & quare dicebatur egredi a Domino, & quoties egressus est. quid significatur a domino egrediens. Et an coturnices venerint de insulis Ortigijs græciæ, vel de mari rubro. Et huius tractus qualis sit.
Quæst. LXXVI.

DICEBATVR iste ventus mouens coturnices egredi a Domino quasi ipse concitasset illum. & sic fuit, quia non surrexit ex causis naturalibus, sed Dei voluntate, vt moueret coturnices versus illam partem. Sic etiam factum est qñ ventus missus a Domino desiccauit mare, vt patet Exo.

Exo.14.ca. Sic etiam quando dominus induxit vētum A
urentem in Aegypto, & venerunt locustę.

Iterum autem ab occidente fecit flare ventum validissimum, & arripiens oēs locustas proiecit in mare rubrum, vt patet Exo.c.10. sic etiam a principio conditi mundi Deus induxit magnum ventum super terram in die secunda creationis sęculi, qñ ablatę sunt aquæ de superficie terræ, & ille desiccauit totā terram, ita vt appareret arida, & ob hoc vocatus est ventus ille ventus dñi, vt patet Gen. c.1. s. spiritus dñi ferebatur super aquas. i. ventus missus a dño. Et nō solum Deus misit huc ventum flantem ab illa parte, de qua coturnices ducendę erant, sed etiam abstulit omnes alios ventos, ne tunc flarent, quia impedirent coturnices venire in castra, si flarent contra illam partem ad quam B
moueri deberent coturnices, sic patet Psalm. 77. s. & abstulit austrum de cęlo, & induxit in virtute sua africum, & pluit super eos, quasi puluerē carnes, & quasi arenam maris volatilia pennata: ecce qualiter duo vēti nominantur: vnus quem Deus abstulit de cęlo. i. fecit, q non fl ret in aere pro tunc, & alius quem induxit in virtute sua faciendo flare ad ferendum coturnices, & tunc sequitur, q pluit, sicut puluerem carnes.
Ex illo autem versu apparet de qua parte venerunt coturnices. Caliqualiter de parte aquilonari: nam Deus abstulit austrum de cęlo. s. ne impediret coturnices venientes in castra hebręorum, ergo auster flabat ꝫ illā partem de qua coturnices veniebant. Sed auster flat de puncto meridiano, ergo veniebant coturnices de parte aquilonari, & ventum venientem de parte aquilonari ad ducendum coturnices in castra vocauit scriptura africum, quamquam africus secūdum proprie. tatem suam austro collateralis est, & vocatur ventus Libycus, sed nomina ventorum varie imponuntur.

Arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra.

Ideſt ventus ille arripuit coturnices trans mare, & duxit eas in castra hebræorum.

Aliqui dicunt, q istæ coturnices venerunt ab Insulis Ortigiis, in quibus multum abundant, & ideo vocantur in Græco coturnices Ortigometrę, vt patet Sapien.16.c. vbi dr. q Deus dedit Iudęis manna, & Ortigometram. i. coturnices, sicut dr Exo. c.16. q venerūt ad vesperam coturnices, & in aurora venit manna.

Sed non stat, quia Insulæ Ortigię non sunt in Arabia, vnde venerunt illę coturnices, sed sunt apud Græciam: terra autem Gręcorum valde distans est a desertis Arabicis, in quibus tunc erant hebræi. Etiam, quia non est cōsonantia in ventis, quos ponit scriptura flasse ad inducendas coturnices: nam si de parte Gręcorū veniſſent coturnices, ventus qui eas ducere deberet non erat aquilonaris, sed ille quem nos vocamus Galletum, & alio nomine vocatur Corus, vel esset quasi ventus occidentalis, & tunc non oportebat auferri austrum de cœlo, sicut dicit litera Psalm. 77. ad impediendas coturnices ne venirent in castra, sed magis vē trum subsolanum, vel collateralem eius a parte meridiana. Dicitur tamen, q ablatus est auster ne flaret: ergo videtur, q coturnices non venerunt de terra Grę- E
corum in deserta Arabica. Et quando dicitur, q Insulę Ortigiæ dicuntur sic, quia Ortigometrę. i. coturnices ibi abundant, vel Ortigometræ sic vocantur, qa abundant in Insulis Ortigiis. Dicendum magis vocari Ortigometras coturnices, quia primo apud Gręcos in Insulis vise sunt. Dicendum autem coturnices istas veniſſe trans mare, vt litera dicit hic, & intelligitur hic mare pro mari rubro, quod erat propinquum Iudęis. Nam ipsi multoties fuerunt apud mare rubrum in progressu de Aegypto in terrā Chanaan. Primo, quādo transierunt per illud, vt patet Exod. decimoquarto capitulo. Iterum fecerunt aliam mansionē apud ma-

re Rubrum post Helin, vt patet infra 33.cap. Iterum autem steterunt apud mare Rubrum cum fuerunt circa montem Seir, vt patet Deuter.cap.2. Et quādo Moyses dixit antequam moreretur verba Deutero. erant Israelitæ apud mare Rubrum, vt patet Deuter. cap.1. Etiam ipsa terra Chanaan dicitur habere mare Rubrum pro termino orientali Exo.23.cap.s. ponam terminos tuos a mari Rubro vsque ad mare Palestinorū, & a deserto vsque ad fluuium, & ibi mare Rubrū ponitur pro termino orientali, vt in eodem cap. probatum est. Erat autem mare Rubrum aquilonare respectu Iudęorum exist ētium in desertis arabicis, quia cum veniat a parte orientali fluit iuxta montes longissimos Taurum & Caucasum. Deinde descendit versus Aegyptum quę est multum australis, & ad huc transit per partem orientalem desertorum arabicorum, & arcuat se descendens versus occidētem, ita vt tangat caput terrę Chanaan. Cum ergo essent Iudęi infra mare rubrum, s. quia nunq̄ transierunt vltra illud versus aquilonē, vt fuit declaratū Exo.c.14. & ip sum tāgit caput terrę Chanaan Exo. c.23. Israelitæ ēt intrauerunt per caput terrę Chanaā. necesse erat igit vt haberēt ipsi mare Rubrū semper ad partē septentrionalem. Sed hic dicit litera q coturnices venerūt trans mare Rubrum. ergo veniebant de parte septentrionali. sic. n. dicit Ioseph° q in desertis arabicis apud mare Rubrū abundant nimis coturnices, & inde delatę sunt a vento.

Videt hoc hoc contradicere prima frō te Ptolomeo, sed veritas si bene aduertas hęc est.

Et dimisit in castra. Ideſt ventus ille dimittebat cadere coturnices in castra. in hoc apparet quòd ventus ille egrediebatur a Domino, i. flabat sola voluntate Dei: nam si naturaliter flasset non dimisisset coturnices cadere in castra Hebręorum, sed detulisset eas ad longinquas partes mūdi, versus meridiem, s. ad interiorem Aethiopiam, quę est valde australis: & tñ cū peruenisset in magno impetu vsque ad castra Hebręorum confestim cessabat ibi, & non transibāt coturnices vlterius, vt sic non possent euadere manus Hebręorū. Et cum dicitur hic q dimisit in castra. non est intelligendum q oēs coturnices cecidissent inter castra, cum immediate dicatur ꝫrium, s. q in circuitu castrorū itinere diei vnius, sed intelligitur in castra, i. apud castra. sic enim dr Iosue cap.5. cū esset Iosue in Galgalis dicit litera Hebraica q erat in Iericho. litera D
autem nostra dicit in agro Iericho, quia accipitur ibi esse in Iericho, ideſt apud, & sic accipitur hic, qq̄ satis dici potest q aliquæ de coturnicibus ceciderunt inter castra apud tabernacula ipsorum Hebræorum. sic dicitur Psal.77. & pluit super eos quasi puluerem carnes, & quasi arenam maris volatilia pennata, & ceciderunt in medio castrorum, & in circuitu tabernaculorum ipsorum. plurimę tamen de coturnicibus ceciderunt in circuitu castrorum.

In accipitur pro apud.

Itinere quantum vno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum. Ideſt coturnices istæ ceciderunt in circuitu castrorum ad omnem partem castrorum occupantes spatium vnius dietæ, & Iudæi exibant de E
castris atque colligebant: fuit autem magnum spatium istud quod repleuerunt coturnices: nam a puncto in punctum contineret plures quam viginti leucas, siue in longitudine, siue in latitudine, quod patet qa ex oi parte castrorum repleuerant coturnices tantum spatium quantum vno die conf ci posset. Et erat tanta magnitudo, quia valde multus populus erat in castris Hebræorum. & omnibus promiserat Deus dare saturitatem carnium mense integro, vt patet supra. nisi autem tanta copia esset coturnicum non posset satiari multitudo Hebræorum.

Volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Ventus impellebat istas vsque ad castra, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi cadere dimittebat,tunc ipſę volitabant,nec effugerent,cum non poterant ſe eleuare,niſi duobus cubitis a terra,ita vt eſſet facile Iudæis capere quotcunq; vellent,ſi vero multum eleuarentur in aere nullam caperent,aut tariſſimas. F

Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero. Promiſerat Deus dare carnes,& immediate, vt venit Moyſes de tabernaculo, vbi elegerat ſeptuaginta ſeniores in iudices, venerunt coturnices,& collegit populus toto die illo,& ſequenti, atque nocte ipſa, quia erat tanta multitudo coturnicum,quòd breuiter colligi non potuit, & quamquam ſoli mali fuerunt q deſiderauerant carnes & fleuerant, non ſoli ipſi collegerunt,ſed etiã boni,ita vt nullus eſſet in caſtris,qui non colligeret,quia licet boni a Deo hoc petere non debe- G rent, tamen a Deo gratis datum ad malorum inſtantiam recipere decebat,ideo poſt comeſtionem carniũ fuit ſecuta pœna in comeſtoribus, ſed in ſolis malis fuit,vt patet infr. ſ. vocatuſque eſt locus ille ſepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum qui deſiderauerat carnes,ſed ſoli mali hoc fecerunt.

Congregauit coturnicum,qui parum decem coros. Ideſt, Iſraelitę congregauerunt multitudinem illam coturnicum cadẽtium,ita vt nullam reliquerint, quia adhuc intelligebant ſe ſic non ſatiandos,& quidam magis,q dam minus collegerunt, ſed qui minus collegerunt habuerunt decem coros, dicitur corus menſura ma- H gna apud Hebrẽos,ſed quantitas eius ſecundum tempus illud ignoratur,quia quantitates menſurarum minorum ignorantur. continet enim corus decẽ ephi. & quodlibet ephi continet decem gomor. De primo patet Ezech.45.cap. De ſecundo, Exodi 16.ſed de gomor neſcitur quantitas determinata, ſed ſecundum Iſidorum, & Papiam gomor continet tantum quantum quarta & dimidia pariſienſis,& conſequenter vnum ephi continet quindecim quartas pariſienſes, & vnus corus continebit centum quinquaginta quartas,ſed non poteſt cognoſci, an hoc verum ſit, quia quantitates menſurarum ſecundum temporum varietatem mutantur.

Quare Deus non fecit, quòd coturnices colligerentur ſicut manna, ita vt omnes æqualiter reciperent.
Quæſt. LXXVII.

QVAERET aliquis,quare non factum eſt hic ſicut in manna, quia de manna illi qui magis collegerunt nihil magis habuerũt quã qui parum, & qui parum nihil minus, quã qui multum.

Reſpondendum eſt,quòd Deus monſtrauit miraculum iſtud in manna ad tollendum contẽtiones Hebrẽorum. Nam cum eſſent voraces Hebrei, maiores ipſorum, & potentiores conarentur accipere totum manna non permittentes minoribus quicquam accipere, ex quo naſcerentur quotidianæ diſſenſiones, & mors multorum de populo, ideo prouidit Deus huic faciendo,vt illi qui multum de manna ſuſceperant nihil magis haberent, quam illi qui parum collegerant, & hoc modo non deſiderabant homines colligere in ſuperabundantia, ſcientes nihil ſibi proficere, & tollebatur omnis diſſenſio.

In coturnicibus autem nõ eſt factum ſic, ſed aliqui magis,aliqui minus collegerunt de illis. Cauſa eſt, qa non dabãtur coturnices in cibum quotidianum. Sed nunc ſemel datæ ſunt, & iterum in deſerto Sin, Exodi cap.16.& pro vna vice non poterat eſſe contentio. Si autem quotidie in cibum darentur ſicut manna,feciſſet Deus, quòd nullus alio magis colligere poſſet, ſed ſiue multum, ſiue parum quis collegiſſet, ęqualiter haberet cum ęteris.

Et ſiccauerunt eas per gyrum caſtrorum. Multas enim habebant coturnices Iudæi, nec poterant ſimul comedere,ideo ſiccabant eas, vt manerent per multos dies non putrefactę.& dicitur per gyrum caſtrorum, quia intra caſtra non poterant conuenienter ſiccari, cum indigerent latitudine magna, ſicut ipſę multę erant, extra caſtra autem poterant conuenienter hęc fieri.

Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. Vocatuſque eſt ille locus Sepulchra concupiſcẽtiæ, ibi enim ſepelierunt populum qui deſiderauerat carnes. Egreſſi autem de Sepulchris concupiſcẽtiæ venerunt in Aſeroth, & manſerunt ibi.

Adhuc carnes erant in dentibus eorum. Hic ponitur quantum,ſ. peccati punitio. Peccauerant enim Iudęi,quia deſiderauerant carnes,& grauius adhuc peccauerant, quia repulerant manna,& ob hoc iratus fuerat Deus. Cum vero dedit eis cibum carnium multis diebus, ſ. menſe integro voluit exercere in eos pœnam debitã peccato ſuo. Et dicitur, adhuc carnes erant in dentibus eorum, ideſt ſemper comedebant de iſtis carnibus vtentes hoc cibo continue, cum Deus miſit in eos vindictam,& hoc erat in fine mẽſis a datione cacnium,quia Deus dixit, quòd duraret cibus huiuſmodi non vna die, nec quinque nec 10. nec 20. ſed mẽdi non vna die, nec quinque nec 10. nec 20. ſed menſe dierum, ideo tanto tempore comederunt, & tunc ſecuta eſt punitio quæ hic ponitur.

Nec defecerat huiuſmodi cibus. Ideſt ſemper habebant iſtum cibum coturnicum, quia pro mẽſe integro dederat eis, & nondum tranſierat menſis cum venit ista punitio. *Et ecce furor Domini concitatus in populo percuſſit eum plaga magna nimis.* Ideſt cum nõdum finiuiſſent adhuc in cibum carnium qui per menſem durabat, furor Domini contra eos concitatus eſt,ideſt incenſus, nec eſt intelligendum,quòd nunc nouiter cõcitaretur, quia a principio cum petiuerunt carnes Aegyptii, & Iſraelitæ dicentes quis dabit nobis ad veſcendum carnes, iratus fuit Deus nimis, vt patet ſupra cum dicitur, concitatuſque eſt furor Domini valde, ſed nunc dicitur concitatus, quia nondum incanduerat ad puniendum,qa non erat tempus determinatum puniendi. Cum vero eſt tempus illud aduenit furor Domini cõcitatus eſt, ideſt incępit ardere contra populum inferẽdo actual. ter ſupplicia,quę pertinent ad hominem iratum, vel ſi aliquis haberet iram in poteſtate ſua,ſ. q non inſurgeret,niſi quando ipſe vellet, ſi aliquod malum ei infligeretur, pro quo iudicaret rationabiliter eſſe irascendum iraſceretur, & tamen ſi iudicaret nondum eſſe tempus vindictæ contineret iram, adueniente autem tempore laxaret habenas, ita de Deo, quia iram eo fuerat a principio cum petierũt Iſraelitę, & Aegyptii carnes, quia tamen voluit eſſe aliud tẽpus puniendi, continuit iram ſuam,& nunc inſurrexit laxatis habenis ad puniendum, quomodo autem in Deo ira ſupra dictum eſt. Dicitur, q punitus eſt populus plaga magna,& nõ exprimitur quę fuerit iſta plaga. ſed ex dendum eſt, q fuerit incenſus ignis cõtra eos, ſicut in ſuperiori, qñ murmurauerũt pro labore itineris,& ob hoc non exprimitur, ſed iſta punitio fuit maior quam illa, quia ſupra facta eſt punitio ſolum propter querelam Iudæorum, hic autem propter murmurationę, quia Dñm contemnebant. ſic enim dictum fuerat ibi pra, q iſti repulerant Dñm qui erat inter eos, ſed non fuit hoc dictũ, quando doluerunt pro labore itineris.

Vocatuſque eſt locus ille ſepulchra concupiſcentiæ. Ponitur nomen loci huius ex euentu, vt infra dicitur, ſcilicet quia ibi ſepelierunt populum, qui deſiderauerat carnes. Si autem aliquis quęrat,quare vocatus eſt locus iſte ſepulchra concupiſcentiæ ex vltimo euentu, & non fuit vocatus incenſio ex primo euentu, vt ſupra dicit litera: ſupra reſponſum eſt. A

Ibi enim ſepelierunt populum,qui deſiderauerat carnes. Iſta eſt cauſa nominis impoſiti. ſ. quia ibi ſepultus eſt populus deſiderans carnes, & nõ dicitur, quòd ibi ſepultus eſt populus comedens carnes a Deo datas,ſed deſiderare illas,ideo deſiderium fuit in ſolis malis, & quere- la pro defectu cibi: boni autem non petiuerunt,ſed comederunt,& non fuerunt ſepulti ibi,ſed aliq de malis qui peccauerunt ibi mortui ſunt,atque ſepulti.

Egreſſi autem de ſepulchris concupiſcentiæ venerunt in Aſeroth. Ideſt poſtquam receſſerunt de manſione, quę vocatur Sepulchra concupiſcentię venerunt in manſionem, quę vocatur Aſeroth, quia iſtæ ſunt coniunctę, vt patet infra 33.cap. egreſſus autẽ de Sepulchris concupiſcentię non apparet quo tempore fuerit. ſ. an fuerit immediate poſt plagam factam, vel aliquanto tempore poſt. Sed rationabile eſt dici, q immediate poſt plagam finitã receſſerunt de loco ipſo, vt aliqualiter declaratur infra 13. B

Et manſerunt ibi. i. manſerunt in Aſeroth. Non. n. ponitur hoc, tanquam aliquid ſpeciale, quia in qualibet manſione Iſralitę manebant,& ob hoc vocantur manſiones. Sed dr, q manſerunt ibi. i. q aliquanto tempore quieuerunt in loco ipſo: nam ad minus neceſſe eſt, q quieuerint octo diebus in Aſeroth, nam Maria, & Aaron murmurauerunt contra Moyſen in Aſeroth, & Maria percuſſa eſt lepra, vt patet ſequ. c. manſitque ſeptem diebus leproſa. & in illis non fuerunt mota caſtra, vt patet infra eo. c. C

Quare Deus non dedit Iudæis piſces, ſed carnes. Et cur potius dedit de auibus, quam de pecoribus, & quare potius coturnices. *Quæſt. LXXVIII.*

ADHVC quæretur cum Deus voluerit ſaturare Iſraelitas, quare nõ dedit eis piſces, ſed carnes? Dicendum, q hoc fuit, quia Deus voluit hic conſentire deſiderio Iſraelitarũ. Sed ipſi petiuerunt carnes, & non piſces, ideo Deus dedit eis ſolas carnes. Sed obiicietur, q etiam piſces petiuerint, quia dicit ſupra in litera: recordamur piſcẽs quos comedebamus in Aegypto gratis. Secundo patet, quia Moyſes fecit memoriam de piſcibus, dicens: nunquid ouium, & boum multitudo cędetur, vt poſſit ſufficere ad cibum, vel omnes piſces maris in vnũ congregabuntur, vt eos ſatient? D

Dicendũ, q Iſraelitæ non petiuerunt piſces, ſed carnes, cum dixerint, quis dabit nobis ad veſcẽdum carnes? Deus igitur carnes dedit.

Secundo, quia dato, q non potius carnes, q̃ piſces peterent: Deus daret eis carnes, quia volebat ſatisfacere deſiderio eorum, vt delectarentur. Carnes tñ delectabiliores ſunt, q̃ piſces, & magis conueniunt nutrimento. Ad primam rõnem in oppoſitum dicendũ, q ibi non petiuerunt piſces, ſed ſolas carnes, cũ dixerint: quis dabit nobis ad veſcendũ carnes? piſces autẽ non ponuntur, tanquam aliquid petitum, ſed ad oſtendendum differentiam terrę Aegypti, de qua exierant ad deſertum in quo nunc erant, ideo non debuit dari eis quod non petebant. Secundo, quia ſi propter illud deberent eis dari piſces in hac ſaturitate, etiam darentur cucumeres, & pepones, porri, cępę, & allia, quia ſicut dr in lra: recordamur piſcium, quos comedebamus in Aegypto gratis, ita ſequit, in mẽtẽ nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, cepę, & allia. & tamen de illis nihil datum eſt in ſaturitate. ergo nec piſces dari debuerunt. Ad ſecundum dicendum quòd Moyſes fecit ibi memoriam de piſcibus, non quaſi oſtendẽs quòd Hebrei peterent ſaturari de piſcibus, vel de carnibus, & piſcibus diſiunctim, ſed innuens quòd iſta ſaturatio erat quaſi impoſſibilis, ſiue de carnibus, ſiue de piſcibus fieret ſicut ſupra deductum eſt. E

Quare dedit Deus Iſraelitis potius de auibus quã de pecoribus.
Quæſt. LXXIX.

NVNC quęretur cum Iſraelitæ petiuerint carnes quibus Deus conſentire volebat, & poſſet dare de pecoribus, vel de auibus, quare potius dedit de auibus, quàm de pecoribus? nam coturnices eis dedit. Dicendũ q fuit primò, quia abundanter ſatisfacere voluit deſiderio eorum. petiuerunt enim carnes ad hoc, quòd delectarentur in guſtu: ſunt tamẽ ſapidiores carnes auiũ quàm pecorum, ideo dedit carnes auium. Secundò, quia dare volebat Deus Hebræis, quod ipſi non habebãt, ſed habebant pecora de quibus comedere poſſent, licet non ad ſufficientiam, & forte aliquando comedebant: non habebant tamen aues, magis ergo illas deſiderarent, & ſic dedit eis carnes auium. Tertio, quia voluit Deus ſatisfacere guſtui Hebrẽorum, & non auaritiæ ipſorum: Deus quippe daturus erat animalia viuentia, quæ Iſraelitis daret. Nam coturnices viuentes miſit & volantes, vt patet ſupra in litera. ſi autem daret pecora viuentia, ſcilicet, boues, vel capras, forte Iſraelitæ non manducarent de his, ſed reſeruarent ex auaritia, ſicut multa pecora ipſi habebant in deſerto, vt patet de tribu Ruben & Gad, quarum erat infinita ſubſtantia in pecoribus infra 32. cap. & tamen non comedebant de illis ex auaritia, vt reſeruarent: dedit igitur Deus illis nũc animalia, quæ non reſeruarent, ſed manducarent, ſ. volatilia. Quarto fuit hoc, vt auferretur Iudęis labor, quia ſi pecora darentur, oportebat ea occidi, & decoriari, & cęteras præparationes fieri, quod non eſſet ſine labore: viſis autem volatilibus nihil horum fiebat, ſed colligebantur, & ſiccabantur per gyrum caſtrorum: & tunc comedebantur, vt patet ſupra in litera. Quinto ad tollendum contentionem, quia ſi mitterentur pecora a Deo, vt boues, & arietes, cum iſta ſint animalia magna non proueniret cuilibet Iſraelitæ vnum, & ideo contenderent de illis quis caperet ea: nunc vero cũ miſerit Deus animalia parua, ſ. coturnices cuilibet Hebrẽo proueniebant multæ, quia qui minus habuit collegit decem coros, vt patet ſupra in litera. ideo fuit conuenientius dari volatilia quam pecora. iſta ratio & tertia ſunt conuenientiores quàm aliæ. D

Quare de auibus Deus miſit potius coturnices quàm alias aues.
Quæſt. LXXX.

SED quęretur poſito quòd Deus voluerit dare volatilia, & non pecora, quare potius miſit coturnices quam alias aues? Dici poteſt quòd modo q fuit hoc, quia Deus voluit dare Iudęis carnes delectabiles, ſed in regione illa coturnices erant valde ſapidę, ideo illas dedit. Secundo dici poteſt quòd hoc fuit, quia iſtę poterant haberi facilius, & in maiori copia quam aliæ aues. Erant enim Iudęi nũc apud mare rubrum, & vltra iuga illa, vel brachiũ maris rubri erant coturnices in maiori copia, quam aliæ aues, ideo illas miſit Deus. hoc colligitur in litera cum dicitur. vẽtus aũt egrediens arreptas trans mare coturnices detulit, & dimiſit in caſtra. ſignum autem E

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius est, quia quandocũque dedit Deus Hebræis carnes semper dedit coturnices, nam solum bis dedit eis carnes in deserto. primo paucis diebꝰ post exitum de Aegypto, quando defecerunt panes quos inde tulerant, s. triginta diebus post exitũ Exodi 15. Tunc enim Deus promisit manna in cibum, & carnes, & venerũt coturnices super castra, de quibus saturatus est populus, Exo. 16. Iterum autem nunc in sepulchris concupiscentiæ, siue in Aseroth, vbi petiuerũt carnes, & dedit illis Deus coturnices, vt patet hic in litera. Sed nõ est intelligendum, quòd Deus dederit Israelitis coturnices potius quam alias carnes, quasi esset hoc facilius Deo, cum nõ sit aliquid Deo facilius quam aliud, sed omnia sint æqualiter in potestate eius, cum nihil possit ei resistere, & tam facile erat Deo creare de nouo quæcũque animalia in castris Hebræorum, de quibus ipsi saturarentur, quam mittere coturnices quæ erant propinquę eis, s. vltra brachium maris rubri, licet ex parte rei facilius esset mitti coturnices quę iam erant, quam creari aliqua animalia de nouo. Deus tamen licet vtrunque ęqualiter facere posset, voluit facere id quod secundum rem facilius erat.

Quare Deus voluit dare carnes per mensem, & non vltra, nec quotidie? Quæst. LXXXI.

ALIQVI petunt, quare Deus voluit nunc saturare Israelitas carnibus per vnum mensem, cum ipsi non petiuissent hoc, sed solũ ꝙ darentur eis carnes? Dicendũ ꝙ fuit hoc. primo ad ostendendum liberalitatem, & magnificentiam Dei, s. dando plus quam petatur. Nam cum Hebręi dixissent quis dabit nobis ad vescendum carnes, supra in litera. satisfiebat petitioni eorum si darentur eis carnes vna die tantum: Deus autem vt abundantissime ageret, dedit per mensem integrũ. Secundo fuit ad ostendendum magnitudinẽ potestatis suæ, de qua multum dubitabant Hebręi. Nam dicebant nunquid poterit Deus parare mensam populo suo in deserto? Psalm. 77. Et ad hoc voluit Deus ostendere magnitudinem potestatis suæ ne de ea possent dubitare Iudęi, vt patet ex modo loquendi eius in litera, s. sanctificamini. cras comedetis carnes: ego enim audiui vos dicere, quis dabit nobis escas carnium? & comedatis nõ vno die, nec duobus, vel quinque, aut decẽ, nec viginti quinque, sed vsque ad mẽsem integrũ, donec exeat ꝑ nares vestras. Tertio quia Deus volebat punire abundanter Israelitas pro cõcupiscentia carnium, ideo dedit eis lõgo tempore carnes, quia pęna magna futura erat. vnde ex modo loquendi vĩ potius Deus, vt iratus dedisse carnes Israelitis quam placatus, cum dicatur in litera vsque ad mensem dierum, donec exeat ꝑ nares vestras, & vertat in nauseam, eo ꝙ repuleritis Dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo dicẽtes quare egressi sumus de Aegypto. Quarto fuit ad ostendendum abundantius potestatem suam quã in vna die. Nam qñ Hebręi murmurauerunt die tricesimo ab exitu de Aegypto, i. die quintodecimo mensis secundi Exo. 15. petiuerunt carnes, & dedit eis Deꝰ coturnices vna die solum ad vesperũ Exo. 16. s. vespere comedetis carnes, & sequitur. factum est vespere, & ascendens coturnix operuit castra, putarent aũt Iudæi, quòd non posset Deus dare Israelitis carnes, nisi vna die, sicut prius dederat. voluit ergo dare per vnũ mensem integrum, in quo apparebat, quòd poterat dare maiori tempore si vellet.

Quinto erat ad certificandum aliquo modo Moysen. Nam ipse quoque videbatur dubitare, an tanto tẽpore posset populus saturari carnibus. Deus autem certificauit eum ex ipso opere. Et patet hoc in litera. nam dixit Moyses ad Deum sexcenta millia pedítum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro? quasi dicat, non potest fieri, & sequitur. nunquid ouium, & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Deus autem rñdit. Nunquid manus Dñi inualida est, quasi dicat, nõ: & sequit̃, iam nũc videbis vtrũ meus sermo opere compleatur, quasi dicat certificaberis per effectum, sed conueniens, fuit certificari de hoc Moysen, ideo bonum fuit per mensem integrum dari carnes populo.

Sexto fuit, quia Deus voluit alleuiare labores quorundam bonorum, quia inter Hebræos erant aliqui viri iusti, & licet illi non peterent carnes, recrearentur tamen datis carnibus, & quia dari ad vnam diem parua recreatio erat, voluit Deus dare carnes ad mẽsem integrum.

Quare non dedit carnes vltra mensem viris bonis. Quæst. LXXXII.

SED quęretur cum Deus voluerit in hoc prouidere aliquibus viris bonis inter Hebręos, quare non dedit carnes vltra mensem? Dicendum, ꝙ carnes non dantur in cibum necessarium, sed ad delectationem, cibum autem necessarium loco panis dedit Deus manna, quod nunquam defuit in aliquo die per 40. annos Exo. 16. & Deut. 8. carnes autem, quia non erant necessarię non fuerunt datę iudęis, nisi quando Deum tentabant, quod fuit solum bis, s. semel hic, & iterum Exo. 16. Secundo fuit, quia ista saturitas carniũ fuerat petita a peccatoribus. Deus autem, licet vellet in aliquo consentire desiderio eorum ad ostendendam magnificentiam suam, & potestatem, non tamen, vt prorsus satisfaceret desiderio eorum, sed hoc fieret si longissimo tempore Deus daret istis carnes, ideo non dedit pluspquam per mensem.

Tertio fuit, quia cũ peccassent isti petendo carnes, qui repellebant Deum, qui inter se erat, vt dĩ in litera, volebat Deus inferre eis grauem pęnam, pro hac volebat ꝺ expectare, & tñ quando pęna inferretur, debebat cessare beneficium prędictũ, s. saturitas carnium, sed vltra mensem volebat Deus differre pęnam istorum, quia non merebatur amplius expectari, ideo nequę debuit saturitas carnium durari vltra mensem. Quarto, quia ẽt si Deus dedisset carnes pro longiori tpe Iudæi non manducassent illas. Nam cũ Deus posuit mensem afferret pęnam peccantibus, cęteriq; manerent, non auderent quicq̃ gustare de carnibus, eũ ĩ multas haberent, sed post mensem debuit dari pęna, ergo non debuit saturitas durare maiori tempore.

Quare Deus non dedit carnes Israelitis quotidie in deserto. Quæst. LXXXIII.

SED quæretur quare Deus non saturabat Israelitas carnibus quotidie in deserto cum hoc posset. Aliqui dicunt verum esse, & tñ quia non poterat hoc fieri, sine miraculo, & non sunt miracula, sine necessitate facienda, non faciebat illud Deus. Sed obiicietur, ꝙ dare Iudęis manna in deserto miraculum erat, & mẽ Deus dabat illud quotidie Iudęis ad saturitatem, & dedit per 40. annos quousque intrauerunt in terrã Chanaan Exo. 16. & Deut. 8. c.

Dicendum, ꝙ miracula fiũt ad necessitatẽ, & quia non poterant Israelitæ viuere, sine cibo, quem nõ habebãt, dedit Deus illis miraculose mãna, qđ erat loco panis, vel cibi necessarii, carnes aũt nõ erãt necessariæ ad

ad sustentationem, sed erant ad sapidiorẽ nutritionẽ, ideo Deus non dabat eis carnes miraculosè.

Sed adhuc obiicietur, quia Deus pascebat miraculose quotidie Heliam prophetam tẽpore famis, apud torrentem Carith, dans ei panem, & carnes in mane, & panem, & carnes in vespere, quæ quotidie portabãtur ei per coruos, quousque defecit aqua torrentis. 3. Reg. 17. c. ita igitur poterant quotidie saturari Iudæi carnibus.

Aliqui dicunt, ꝙ nõ debuit hoc fieri, quia hic erant multi, & ibi erat vnicus. s. Helias, quẽ facile erat quotidie saturare carnibus. Dicendum ꝙ istud non stat. Primo, quia non est Deo maior difficultas saturare vnũ, quam multos, cum potentia Dei nõ sit limitata, ideo nihil plus est Deo saturare totum mundum, quã vnũ hominem. Secundo, quia sicut est in bellis, ꝙ non est difficilius Deo pugnare contra hostes cum paucis, q̃ cum multis. 1. Reg. 14. scilicet non est domino difficile saluare, vel in multitudine, vel in paucis, ita erit in saturando, ꝙ non erit Deo difficilius saturare multos, q̃ paucos, quia facile, & difficile dicuntur respectu potẽtię limitatæ, sed Deo omnia sunt æqualiter facilia.

Tertio, quia aliqua si militudo erat inter saturationem hebręorum, & saturationem Heliæ, sicut enim Helias quotidie saturabatur pane diuinitus. 3. Reg. 17. ita hebræi quotidie saturabantur panibus. i. manna Exod. 16. quod scriptura vocat panes. eo. c. & Psal. 77. Sicut ergo quotidie Deus miraculose saturabat hebræos panibus, poterat saturare illos carnibus.

Quarto, quia Deus saturauit nunc totam illã multitudinem carnibus vno mense, sicut saturabat quotidie Heliam, sed qui saturabat per mensem omnes hebręos poterat ipso modo saturare toto tempore. non est ergo dicendum, ꝙ saturauerit Heliam, & non hebræos, quasi vnum esset difficilius alio.

Alii dicunt, ꝙ nõ debuerunt Israelitæ saturari quotidie carnibus, licet darentur Heliæ quotidie carnes, quia Helię dabatur panis, & carnis. & vnum nõ supplebat saporem alterius, ideo erat vtrunque conueniens, hebræis autem dabatur manna in quo erat omnis sapor, tam panis, quam carnium Sapien. 16. ca. ideo non oportuit dari eis carnes.

Sed dicendum, ꝙ istud non stat. Primo, quia non erat verum, ꝙ in mãna esset omnis sapor, nisi ex quodam priuilegio pro viris iustis, sapor tamen determinatus in manna erat sapor mellis Exo. 16. vel potius sapor panis oleati, ideſt mixti cum oleo, vt patet supra in litera. Et ita non supplebat saporem carnium,

Secundo, quia si in manna fuisset sapor carnis. ita vt gustare manna esset, sicut gustare panem, & carnes, non petiuissent hebræi carnes, cum quotidie saturarentur manna. petebant tamen carnes, & flebant dicẽtes. quis dabit nobis ad vescendum carnes? vt patet supra in litera. ergo non supplebat manna saporem carnium. Tertio, quia si Iudæi experirentur in manna saporem carnium, & aliarum rerum delectabilium gustui, non abominarentur manna, & peterent alios cibos: vtrunque tamen faciebant. nam dicebant anima nostra arida est, & nihil vidẽt oculi nostri, nisi mãna. & iterum dicebant, nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo, infra 21. c. ꝙ vero peterent alios cibos, patet quia vltra carnes, quas cum lachrymis petebant dixerunt, recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem veniunt nobis cucumeres, & pepones, porri, cępæ, & allia. non habebat ergo manna saporem istarum rerum.

Quarto, quia si manna supppleuisset saporem carniũ non daret Deus aliquando Israelitis carnes in deserto, sed bis dedit, scilicet semel hic, & iterum Exod. 16. ergo manna, non supplebat sufficienter saporem carnium. non est ergo verum, quòd propter hoc quòd manna supplebat saporem carnium nõ dabantur Hebręis quotidie carnes in deserto, & Heliæ darentur quotidie carnes cum pane, quia nõ dabatur ei mãna.

Aliter ergo dicendum est, quòd Deus voluit magis prouidere Heliæ quàm Hebreis. dabat ergo illi quotidie panem & carnes. Hebręis autem non dabat nisi manna, quod erat loco panis: & fuit hoc primò, quia Helias erat vir sanctus, de quo Deus voluit habere specialem curã, ideo prouidebat ei sufficienter non solum ad necessitatem, sed etiam ad saporẽ. Hebræi autem pro maiori parte erant viri imperfecti & peccatores: ideo Deus non prouidebat eis tam delicatè saltem in sapore. Istud patet in manna, quia viris bonis conuertebatur manna ad omnem saporẽ quem vellent Sap. 16. malis autem non fiebat hoc, sed manebat sapor naturalis mannæ, quem ipsi sępe abominabantur.

Secundo fuit, quia Helias nihil petiuit a Deo, sed commisit se ei. Deus vero dixit, quòd volebat ei dare panem, & carnes: Iudæi autem non commiserunt se Deo, sed expresse petebant carnes, dicentes quis dabit nobis ad vescendum carnes? ideo Helias meruit accipere quod non petebat. Hebræi autem non meruerunt accipere quod petebant, ideo nõ habuerunt carnes.

Tertiò & principaliter, quia Hebręi non solum petiuerunt carnes, sed etiam murmurauerunt pro eis contra eum dicentes. vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. cur eduxisti nos in desertum istud, vt occideres omnem multitudinem fame. Exodi 16. Item contemnebant Deũ abijcientes dona eius. nam abominabantur manna dicendo anima nostra arida est. & iterũ. nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. Item dicebant quòd melius erat in Aegypto vnde Deus eos eduxerat, quàm in deserto, ad quod illos adduxerat. in quo Deus indignatur dicens se repelli ab illis supra in litera. ideo cum tam grauiter concitarent eum ad iracundiam, non merebantur accipere quod petebant. Helias autem non murmurauit cum nihil petiuit, sed accepit quod illi prædictũ est, ideo datę fuerunt ei quotidie carnes, & panis. Hebræis vero datus fuit quotidie panis, ideſt mãna, quia erat ad necessitatem, sed carnes non fuerunt datæ quotidie.

An omnes Israelitæ comederint coturnices, vel solum mali qui eas petiuerant, & an peccauerint omnes etiam iusti manducando de eis. Quæst. LXXXIIII.

SED quęretur cum Deus miserit coturnices an oẽs Israelitę comederint de illis, vel soli mali, qui carnes petiuerant? Aliqui dicunt, ꝙ soli mali, quia si oẽs Israelitę petiuissent carnes, & darentur eis coturnices, oẽs comederent de illis. & tamen non omnes petiuerunt hoc, sed soli mali qui murmurabant, & flebant pro carnibus. ergo nõ oẽs comederunt. Secundò, quia peccatũ fuit petere carnes. ergo videretur peccatũ esse comedere de eo, quod per pcm impetratum fuerat, & hoc non facerent boni. Dicẽdũ ꝙ oẽs Hebręi manducauerũt nũc de coturnicibus, & intentio Dei fuit ꝙ omnes manducarẽt de illis. Et patet primò propter multitudinẽ coturnicũ. nã misit tantã multitudinẽ, vt occuparẽt in circuitu castrorũ ex omni parte spatiũ vnius dierę. nã dr in litera. ventus aũt egrediens arreptas trãs mare coturnices detulit, & dimisit in castra itinere quantum vno die confici potest ex omni parte castrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

per circuitum.si tamen ſolis malis Deus vellet prouidere de coturnicibus non mitteret tantam multitudinem.ideo pro toto populo miſit. Secundo quia Deus promiſit nunc toti populo cibum carnium, licet ſoli peccatores illū peterent. ſic patet ſupra in litera,ſ.populo quoque dices,ſanctificamini,cras comedetis carnes,& non dixit.Deus ait iſtis petētibus carnes,ꝙ cras comedent illas, ſed dices populo quaſi totus populus comeſturus eſſet.Tertio quia alias videretur mali habere quoddam priuilegium,ſ.ꝙ eis petentibus carnes Deus illas daret,& non daret bonis.peccatum tamen nulli præſtat fauorem, ergo licet ſoli mali illas peterent,omnibus tam bonis quam malis dari debuerūt. Quarto, quia ſi ſolis malis darentur ſuſtinerent iuſti grauem moleſtiam, videntes quotidie malos ſaturari carnib⁹ ipſos vero affligi ex inopia,& deſiderio, quod forte eſſet occaſio bonis ad murmurādum, qui prius non murmurauerant. ſed hoc eſſe non debuit, ideo omnibus datæ ſunt. Quinto quia non videbatur quomodo ſolis malis poſſent dari carnes., qa nemo illos poſſet diſtinguere a bonis,ideo oportebat,ꝙ vel nullę carnes darentur, vel omnibus indifferenter darentur. Sexto quia ſi Deus vellet, ꝙ ſoli mali manducarent de his carnibus,admonerentur omnes boni, ideſt qui putabant ſe non murmuraſſe, vt non irēt cum illis ad manducandum carnes, neque ad colligendum illas. nulla tamen admonitio talis facta eſt. ergo Deus voluit,quòd omnes manducarent de his carnibus. ſimile patet infra 16.cap.de Dathan, & Abiron qui ſurrexerunt contra Moyſen,& Aaron,nam cum illi abſorbendi eſſent a terra dixit Moyſes toti populo, recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum,& ita factum eſt.

Aliquis tamen dicet, quòd licet eſſet intentio Dei, quòd manducarent omnes de populo de illis carnibus, tamen boni neſcientes hoc non auderent manducare,& ſic ſoli mali comederent. Dicendū, ꝙ non ſtat.primo quia iſtud eſt verum quando intentio Dei non eſt manifeſta, ſed nunc fuerat manifeſtata, quia Deus dixerat Moyſi, quòd diceret toti populo, quòd cras comederent carnes. ergo ſciebant omnes, quòd Deus conceſſerat eis hoc, & ita non timerent comedere.Secundo patet,quia litera oſtendit,quòd omnes comederent de illis carnibus.cum dicitur,ſurgens ergo populus toto die illo, & nocte, & die altero congregauit coturnicum multitudinem, & ſic totus populus fecit hoc,& non ſoli peccatores. Tertio patet, quia dicitur, congregauit coturnicum multitudinē, qui parum decem coros, & ſiccauerunt eas per gyrū caſtrorum,ideſt omnes congregauerunt coturnices, & qui inter omnes minus congregauit collegit decē coros. Dicendum igitur,ꝙ nullus fuit in populo, qui non manducaret de iſtis carnibus, & etiam Moyſes, & Aaron,& omnes quantumcunque ſancti,quia ſciebant iſtud beneficium præſtitum eſſe a Deo, vt omnes illo cōicarent,ideo nemo fuit qui non manducaret. Sed tunc quæretur, an Iſraelitæ viri iuſti peccauerunt manducando de his carnibus. Dicendum putāt quidam,ꝙ ſic,quia fuerunt impetratæ per peccatum, & a peccatoribus, ideo ſine peccatis eſſe non poterat cibari de illis. Sed dicendum non eſſe verum. Primo, quia id, quod Deus cōcedit aliquibus eſt eis licitum. Deus tamē conceſſit omnibus Iſraelitis carnes, vt ſupra oſtenſum eſt.ergo licitum erat māducare de carnibus.Secundo patet,quia ſi peccauiſſent Iſraelitę boni manducando puniti fuiſſent a Deo, & tamen non puniti fuerunt,niſi ſoli murmurantes,ideo non peccauerunt alii comedendo.

Amplius dicendum,quòd comedendo de iſtis carnibus nullus Iſraelitarum peccauit,ideſt nec mali,nec boni,de bonis notum eſt cū vſi fuerint priuilegio cōceſſo ſibi a Deo.de malis etiam patet, quia Deus dedit iſtos cibos toti populo,vt manducarent, ſi autem peccatum eſſet manducare, tenerentur non manducare,quia quilibet tenetur ad nō peccandum, ſed hoc eſt abſurdum, ſ. quòd Deus daret ſupernaturaliter cibos:& tamen quòd nullus manducaret de eis:immo teneretur ad non manducandum,ergo non peccābāt manducando,ſiue boni,ſiue mali.

Secundo,quia ita fuit de manna,nam Iſraelitę obtinuerunt illud per murmurationem Exodi 16.c.Et tamen poſtea licuit omnibus manducare de illo, quia alias toto tempore quadraginta annorom eſſent omnes Iſraelitę in peccato manducando de māna, quod eſt abſurdum.Cum autem obijcitur, quòd peccauerunt mali Iſraelitæ circa iſtas carnes, verum eſt quòd peccauerunt petendo illas: non tamen peccauerunt manducando de illis.iſtud colligitur ex litera,quia cū fuit data pœna peccatoribus,dicitur in litera,ibi ſepelierunt populum qui deſideraverat carnes, & non dicitur qui comederat carnes, quaſi dicat, quòd in comedendo non fuit peccatum, ſed in deſiderādo illas.

Nunc reſpondendum eſt ad rationes poſitas in cōtrarium.Ad primam dicendum,quòd nō ſoli qui petierunt carnes manducauerunt de illis, ſed omnes q bus datę ſunt.fuerunt tamen carnes datę toti populo, vt patet in litera, vt ſupra oſtenſum eſt, ergo omnes comederunt.

Ad ſecundum dicendum vno modo, ꝙ carnes iſtę petitę fuerunt in peccato per murmurationem, & petitum, & abominationem manna,ideo non comedere tur ſine peccato,niſi Deus conceſſiſſet illas. conceſſit tamen omnibus Iſraelitis manducare de eis, ideo nō peccauerunt manducando.Secundo poteſt dici,& verius,ꝙ etiam ſi petendo iſtas carnes fuerit peccatum, nullum tamen erat manducando de illis,etiam ſi non eſſet expreſſa conceſſio Dei, quia hic erant duo diſtincta,& vnum non dependebat ex alio,ſ. fuit deſiderii, & petitio Iſraelitarum.fuit aliud, ſ. præſtatio coturnicum.non dependebat ſecūdum ex primo,quia primū fuit aliquid humanum, ſecūdum fuit opus diuinum: ſi enim ꝙ cundum depēderet ex primo, ſicut erat primum malum,ita iudicaretur ſecūdum malum, & cū non fuit dependentia nec connexio, ideo ſecundum non fuit malum,ideo conſequenter licuit veſci carnibus ſic datis.Tertio,quia nullus poterit ponere peccatum in opere Dei,ſed ipſe carnes dedit populo, & cōſequenter fuit ſine peccato, ideo non erat aliquid propter quod illicitum iudicaretur māducare de illis carnibus. Quarto, quia ita fuit de manna,nam petēdo panes peccauerunt Hebrei, qui murmurabant Exo.16. Deus autem dedit illis tunc manna,quod vocat panes eo.c.certum eſt tamen, quòd nullus Hebrēorum peccabat manducando manna, ſiue murmuraſſet ad hoc ꝙ haberetur manna,ſiue non.Quinto,quia id quod ꝙ ſupponitur in iſta ratione non eſt verum, ſ.ꝙ iſtæ carnes fuerint nunc impetratæ per peccatum. nam verū eſt,quòd fuerunt petitæ per peccatum, ſed non impetratæ per peccatum, quia licet peccatores murmurādo hoc peterent,forte Deus non conceſſiſſet illis,ſed ſolum puniret eos,ꝙ malo deſiderio & murmuratione,quia tamen erant multi viri boni in populo voluit Deus compati eorum infirmitati,& dedit illis carnes, & ſic peccatū fuit in petendo, cauſa tū impetrandi nō fuit peccatum,ſed potius bonitas quorundam nō patientium,quibus Deus voluit cōpati.De hoc dicit Rabanus.carnalis populus Iudęorum ſpreto cęleſti cibo carnes deſiderauit,ſed Deus ita iudiciū ꝙtēperauit, vt puniret malos, nec fragilibus alimoniam denegaret,

Quare

Quare Ioſephus in ſua hiſtoria aliter ſcribit de his, quæ ponuntur in hoc cap.quàm veritas ſe habeat,& cur multa ſæpe tacet, quæ ſacra Scriptura dicit.
Quæſt. LXXXV.

SCIENDVM autem, quòd Ioſephus lib.3.Antiquita.multo diſſimiliter loquitur de his, quæ habentur in hoc cap.nam multa tacet,quæ hic habentur, & alia diſſimiliter ponit. de ſeptuaginta quidē viris,quomodo prophetauerint, & Deus dederit eis de ſpiritu Moyſi omnino tacuit. quomodo etiā quidam pro labore itineris doluerunt,& ignis accenſus a Domino cremauerit extremam partē caſtrorum,nihil dixit. De petitione autem carnium, & de eis,quę inde ſecuta ſunt aliquid tetigit,& valde diſſimiliter. Dicit enim Rabbi Salomon: multitudo ſeditionem fecit accuſando Moyſen, & neceſſitate ſui profectus,dicendo ꝙ de terra eis bona ſuaſiſſet exire, & cum illa perdiderint pro felicitate,quam ſe promiſerat prębiturum diuerſis miſerijs tenerentur aſtricti, & aqua priuati, & ſic contingeret, vt eſſent ſine cōſolatione perituri. cumque multa ſęuiora in illum virū dicerent: vnus quidem mouebat eos, vt neque Moyſi,laborumque eius exhibitorum pro ſalute cunctorū immemores eſſe deberēt, neque de Dei adiutorio deſperarent. plebs ad hoc potius eſt commota, & cōtra Moyſen maior turba conſurgebat: Moyſes itaque cōfortās eos tali deſperatione deiectos, licet turpiter ab eis fuiſſet contumeliam paſſus, tamen promiſit eis ſe carnium multitudinem prębiturum, nō vno die, ſed plurimis: illis autem non credentibus,& dicente quodam, vnde poſſet hęc tantis millibus, quæ prædixerat miniſtrare,Deus inquit,& ego,licet mala audientes a vobis, tamen non recedimus operantes pro vobis, & iſtud tarde nō proueniet. cumque dixiſſet hęc coturnicibus repletus eſt omnis exercitus, colligebantque eas circum aſtantes. Deus autem non tarde hanc reddit Hebræis iniuriam,& maledictum in ſe cōmiſſum, non parua ſiquidem multitudo eorum mortua eſt. Sed in his nō eſt admirandū de Ioſepho, ipſe quippe multa ſolet tacere, & multa diſſimiliter dicere: alia vero quaſi in contrarium,quā Scriptura ſacra habeat: nihil tamen iſtorum ſine cauſa facit. Quędam enim tacet, quia putat eſſe incredibilia eis, quibus ſcribit. Nam Ioſephus ſcripſit gentilibus librum Antiquitatum, qui paucam fidem rebus diuinis accommodāt, ipſe tamen ideo ſcripſit, vt aliqua fides dictis eius attribueretur: ideo illa quę putauit,non credibilia gentibus,tacuit,aut ſi neceſſe eſſet,ibi quædam illorum ſcribere cum quadam,quaſi proteſtatione ſcribebat,ſ. ꝙ crederet qui vellet, & ꝙ nemo eum accuſaret talia dicentem, quaſi nō ex ſe,ſed ex literis ſacris ſcriberet. Sic autem fuit de ſeptuaginta ſenioribus prophetantibus,& de ſpiritu Moyſi eis dato, quia talia apud gētiles non ſunt credibilia, tacuit illa Ioſephus.

Eadē ratio fuit de cremations extremę partis caſtrorum pro dolore itineris: nā putauit non eſſe cauſam ſatis ſufficiētem ad hoc, ꝙ cremaretur populus, dolere pro labore itineris: etiam quia iſtud a Deo factū refertur,ſ.ꝙ Deus cremauerit iſtos dolentes,apud gentiles tamen inconueniens reputatur multas tales operationes Deo tribuere: ideo tanquam rem nō ſatis credibilem tacuit.

Alia autem ſunt, quæ tacet Ioſephus, quia ſunt ad ignominiam gentis ſuæ, quam ipſe intēdit extollere, vel ſaltem excuſare apud gētiles. ſic fuit de adoratione vituli, & occiſione viginti trium millium in monte Synai,Exo. 32. Nam iſtud totaliter tacuit Ioſephus lib.3.Antiquit. Alia autem non tacet, ſed diſſimiliter dicit, & ita fuit nunc de petitione carnium, & pœna inde ſecuta, vt ex verbis eius apparet prędicti queſt. iſtud facit ad occultandum confuſionem gentis ſuæ, quia magna erat ignominia dicere eos ploraſſe pro deſiderio carniū,quod ad paruulos pertinet,ſcriptura tamen ita aſſerit.ſic de multis alijs vbicunque aliquid ignominioſum, vel oſtendens paruitatem gentis Iudæorum ponitur in ſcriptura, ſicut quòd principes gentis Iudæorum equitarent ſuper aſinos, vel paſcerent boues, ſicut erat in iudicibus, & regibus Iudæorum, Ioſephus tacuit quędam, & alia excellentius dixit,ſcilicet, fuiſſe equos, & excellentem exercitū, vbi ſcriptura aſinos ponit, vt patet quinto, & ſexto libro Antiquita. & multa ſunt huiuſmodi. hæc dicta ſunt, vt nemo miretur modum loquendi Ioſephi, & propterea dubitet aliquid in literis ſacris, quando viderit eum, vel tacere, vel diſſimiliter, aut contrarie dicere ad illa,quæ habet ſcriptura. Nam & totum,quod habetur ſequenti capit. de murmuratione contra Moyſen,& de lepra Marię tacuit,quia putauit pertinere ad ignominiam principum gentis ſuę,& quia ſępe introducitur diuina operatio de locutione Dei, & prophetia, quæ apud gentiles non ſunt ſatis credibilia.

CAP. XII.

Maria murmurans cōtra Moysē lepra percutitur. Deut. 4.

LOCVTAQVE eſt Maria, & Aaron contra Moyſen propter vxorem eius Aethiopiſſam, & dixerunt. Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? Nonne & nobis ſimiliter eſt locutus?

LOCVTAQVE. Dicto de murmuratione populi cōtra Dominum agitur hic de murmuratione contra Moyſen ſeruum ſuum, quia propter vtrunque impeditus eſt populus ab itinere. Nam quia ſupra murmurauerunt petentes carnes,Deus dedit eis per vnum mēſem carnes, & ad extremum puniuit peccatores, ſi tamen ipſi non petierant non oportuiſſet ibi manere per vnū menſem ad comedendum carnes;ita hic murmuratio fuit cōtra Moyſen obiurgantibus Maria, & Aaron, propter quod ſecuta eſt lepra in Maria, & populus manſit ſeptem diebus in caſtris non recedens ob hoc ſolum, vt patet infra, & diuiditur in tres partes. Primo ponitur obiurgatio. Secundo obiurgatorum reprehēſio. Tertio illata punitio. Secunda ibi. *Cum audiſſet.* Tertia ibi. *Iratuſque.* Circa primum. *Locutaque eſt Maria, & Aaron contra Moyſen.* Solum agitur hic de murmuratione iſtorum duorum in Moyſen,& de verbis Domini contra eos: & dicitur. Locutaque eſt,in quo ponitur copulatiua, & videtur referri ad præcedentia,& ſic eſt, qa principiū rōnis incipit ibi,egreſſi de Sepulchris concupiſcentię venerunt in Aſeroth,& manſerunt ibi. Locutaque eſt Maria,ideſt, & in eadem māſione Aſeroth, Maria locuta fuit contra Moyſen. Alio modo poteſt continuari per iſtam coniunctionem, ſcilicet, quòd non ſolum locutus eſt populus contra Dominum in Sepulchris concupiſcentiæ,ſed & Maria locuta eſt etiam cōtra Moyſen in Aſeroth, & dicitur,quòd Maria,& Aaron locuti ſunt: quid autem dixerint, infra dicetur. Sciendum quòd iſta Maria erat ſoror Moyſi,& Aaron,vt patet Exod.capitulo decimoquinto.

Quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Maria præponitur hic Aaron, & postea præponitur Aaron Mariæ. Quæst. I.

SED quæreꝫ quare ponatur hic Maria ante Aaron? quia vꝝ, ꝙ prius debebat poni Aaron, cū ipse sit vir etiam honorabilis valde, quia erat in summo sacerdotio.

Dici potest vno modo, ꝙ istud verum est, si in omnibus attēderetur ordo dignitatis, vel rationis ad proponendum, vel postponendum: interdum tamē scriptura non curat de isto ordine, dum nō recedat a veritate, istud patet in quibusdam alijs. nam Abraham, Isaac, & Iacob habent se per ordinem natiuitatis, & paternitatis: & hunc sequitur communiter scriptura dicens. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, vt patet Exod. 3. & 4. & Matth. 22. & fere vbicunque in scriptura de his dicitur, & tamen aliquando ponūtur per ordinem contrarium, ſ. Leuit. 26. recordabor fœderis mei, quod pepigi ad Iacob, & Isaac, & Abrahā. & forte non inuenitur alibi: sic etiam scriptura vti potuit hic, ꝙ licet deberet præponi Aaron fuit præposita Maria.

Secundo potest dici, ꝙ fuit propter ordinem natiuitatis: licet enim Maria non esset dignior Aarō, erat eo natiuitate prior, & aliquando seruatur solus ordo temporis, sicut in multis in iure, qui prior est tēpore potior est iure. De Maria ꝙ esset antiquior, quàm Aaron patet, quia Aaron erat antiquior Moyse tribus annis. Nam in exitu de Aegypto erat Moyses octuagintа annorum, & Aaron octuagintatrium. Exod. 7. cap. Maria tamē erat antiquior Moyse quindecim annis, vel quasi, quia illa erat puella adulta, & satis prudens, quando Moyses trium mensium existens fuit expositus in flumine, Exo. 2. cap. ideo esset maior Maria, quā Aaron duodecim annis, vel quasi; & ita potuit ei præponi. Tertio, & principalius, quia scriptura ponit hic de Maria, & Aaron, ꝙ peccauerint murmurando cōtra Moysen, & vult eos arguere de hoc: ideo sicut qū agitur de rebus pertinentibus ad excellentiam, vel dignitatem debet præponi ille, qui est maior honore, vel dignitate: ita quādo agitur de aliquo peccato, vel opere vituperabili debet præponi ille, qui fuit turpior, aut magis deliquit, sed hic Maria magis peccauit, quā Aaron: ideo in ista narratione peccati debuit præponi Maria, quasi maior: & ista est causa vera. & ex hoc sumitur documentum, ꝙ si aliquando bonum nostrū, & alterius simul recitemus, alterum nobis præponamus. si autem contingat, quod de aliquo digniore nobis, & de nobis aliqua peccata, vel turpia fateamur, nos tāquam culpabiliores præponamus. si autem nos de alijs crimina aliqua enunciemus, semper criminosiores in narratione præponamus.

Quarto fuit, quia non solum videtur Maria hic magis peccasse, quàm Aaron: immo sola Maria videtur peccasse, & murmurasse, & ꝙ Aaron non murmurauerit, sed quasi adiuuerit Mariam, vel dederit ei fauorem: ideo cum actus pertineat ad Mariam, & non ad Aaron debet præponi ipsa tanquam operans, & Aarō aliqui tanquam fauens. hoc innuit litera ex modo loquendi, cum dicit. Locuta est Maria, & Aaron cōtra Moysen, & non dicitur locuti sunt Maria, & Aaron: nam si diceretur locuti sunt Maria & Aaron, significaretur actus esse communis, & non innueretur, ad quem magis, vel minus pertineret. Cum vero dicitur locuta est Maria, & Aaron, significatur totus actus primens ad Mariam, quia forte more mulierum multa procaciter cōtra Aaron locuta fuerat, & ꝙ Aaron sit concomitans solum, vel fauens. debuit ergo præcedere Maria: & ista etiam est ratio efficax.

Quare postea præponitur Aaron Mariæ in relatione, quam facit litera. Quæst. II.

SED quęretur cum hic pręponatur Maria ipsi Aaron, quare postea in litera pręponitur Aaron Mariæ. Nam dicitur in litera. Locutus est Deus ad Moysen, & Aaron, & Mariam. Dici potest, ꝙ scriptura interdum nō curat de ordine, sicut dictum est prędecedenti quęst. in ratione prima: ideo cū supra præposuerit Mariam ipsi Aaron postea facit è contrario.

Secundo dicendum & melius, ꝙ si aliquando scriptura mutat ordinem dignitatis vel rationis istud est raro, ꝙ autem seruet est, vt in plurimū, sed supra scriptura mutauerat ordinem pręponendo Mariam ipsi Aaron: ideo nunc seruādo ordinem pręponit Aaron Marię, & istud sępius facit: nam semel tantum prępositum supra Mariam ipsi Aaron, & postea bis in isto capi. pręponitur Aaron Marię: nam dicitur semel locutus est Deus ad Moysen, & Aaron, & Mariam. iterum dicitur postea stetit in introitu tabernaculi vocās Aaron, & Mariam. sic patet in exemplo allegato precedenti quęst. de Abraham, Isaac, & Iacob: nam rectus ordo est sic nominari: ideo quasi semper tenetur ille ordo: est autē ordo peruersus, vt dicatur Iacob, Isaac, & Abraham, & hoc videtur solum semel inueniri, ſ. Leuit. 26. cap.

Tertio fuit, quia ibi ponebatur Aaron, & Maria, & non Moyses. Hic autem ponitur etiam Moyses, & si Maria simpliciter præponeretur etiam deberet præponi Moysi, sed hoc erat inconueniens: ideo pręponitur Moses, & sequitur Aaron, & Maria.

Quarto fuit, quia Maria prępositа fuit ipsi Aaron in principio capituli ad ostēdendum, ꝙ ipsa erat maior in peccato. post ea vero non agitur de peccato eorū, ideo non pręponitur Maria, sed seruatur ordo debitus ipsorum. ista est causa vera, & patet hoc, quia in principio literę dicitur. Locuta est Maria, & Aaron cōtra Moysen, sed in loquendo contra Moysen erat peccatum: ideo Maria quæ grauius peccauit præponitur. postea autem agitur de locutione Dei ad istos, in qua non erat peccatum: ideo præponitur Aaron Mariæ cum dicitur. statim locutus est Deus ad Moysen, & Aaron, & Mariam. etiam postea dicitur de vocatione Dei, in qua similiter nō erat peccatum: ideo pręponitur Aaron, cum dicitur stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam, & ista est causa præcipua.

Contra Moysen. Grauiter peccabant Maria, & Aaron murmurando contra Moysen. Primo, quia erat proximus. Secūdo, quia erat seruus Dei, & durius est malum dicere de seruis Dei, quàm de alijs. Tertio, quia non erat in Moyse aliquid, propter quod de ipso fieri posset murmuratio. Quartò, quia erat frater Mariæ, & Aaron, & magis aliquis peccat cęteris paribus cū nocet fratri suo carnali, quàm cum alicui alteri. *Propter vxorem eius Aethiopissam.* Ideſt occasio murmurandi de Moyse fuit vxor eius Aethiopissa. Quomodo autem ipsa fuerit occasio est dubium. Pro hoc sciendū quantum attinet ad expositionem literę, quòd circa istam partem doctores Catholici, & Hebręi variè sentiunt: nam Iosephus, Eusebius, & Isidorus, & alij Historiographi communiter cū Latinis expositoribus referūt, quòd ista vxor Moysi Aethiopissa fuit Tharbis filia regis Aethiopum, quia dum Moyses iuuenis esset filia Pharaonis rogatu patris sui misit Moysen, quem in filium adoptauerat ducem bellatorū contra Aethiopes, quia in omnibus prospere se habebat. Cū autem obsideret Aethiopum fortissimam ciuitatem nomine Saba, q̄ inexpugnabilis videbatur, iniecit oculos suos in Ezu Tharbis filiā regis Aethiopum iā defuncti:

functi: erat enim Moyses decorus, elegantis formæ, & in factis strenuus, & ei ciuitatē sub conditione tradidit, ꝙ eam acciperet in vxorem, qui vt militiæ suæ finem bonum acciperet eam in vxorē duxit. Cūque in Aegyptum Moyses redire vellet, nec ipsa cū eo venire vellet, nec eum inde abire permitteret, Moyses fecit duos annulos opere naturali, quibus duas gēmas inseruit. quare vna memoriam. obliuionem vero altera afferebat: annulum vero obliuionis vxoris suę tradidit altero sibi retento, quę cępit Moysi obliuiſci, & sic libere Moyses in Aegyptū reuersus est: postea autem nō legitur istam vxorem ad eum redijsse: ideo post eam alteram superduxit, quod illo tēpore licitū erat; & secundum hoc exponunt quidam literā dicētes, quod Aaron, & Maria locuti sunt contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, ideſt murmurauerunt cōtra ipsum, quia acceperat vxorē de Aethiopia, & reliquerat eam. Sed nullo modo consonat litere sequenti hoc, vt latius disputabitur infra in quæstionibus. Sed dicendum, ꝙ ista vxor Aethiopissa erat Sephora Madianitis. de vxore autem quā Aethiopissam dicūt, ſ. de filia regis Aethiopum historici sic locuti sunt, sed an fuerit, inferius in quęstionibus dicet, sed dato ꝙ fuerit non vocatur illa hic vxor Moysi, sed Sephora Madianitis, quia Madianitę erant de genere Ismael, a quo est quędam generatio nigrorum, & vocantur aliquo modo Aethiopes, & sic Sephora dicūt aliqui erat Aethiopissa, vel vocatur Aethiopissa, quia nigra erat accidentaliter. Et hoc posito aliqui dicūt, ꝙ Maria soror Moysi, & Sephora Aethiopissa ex more mulierum iurgatę sunt, quia aliqualem familiaritatem habebant. causa autem iurgij deducta ante Moysen defendit Moyses partem vxoris suæ: Aaron autē defendit Mariam sororē suam, & tunc Maria, & Aaron contra Moysen locuti sunt.

Sed adhuc non consonat literę inferiori, quia isti adduxerunt in confirmatione verborum suorum, ꝙ non fuerat Deus locutus per solum Moysen, sed etiā per ipsos, qđ non habebat causam ex dicto superiori. Item Deus respondit defendens Moysen, & distinxit de modo prophetandi, dicens ꝙ non erat idem modus prophetādi in Moyse, & in alijs. ergo necesse est, ꝙ iurgium nasceretur ex aliquo alio, quod pertineret ad prophetiam.

Ideo aliter dicunt quidā, ſ. quòd in die, qua Heldad, & Medad prophetabant in castris, Maria, & Sephora erant simul, peruenitque ad eas rumor de prophetia illorum. tunc dixit Sephora bñ illis, sed vęh vxoribus eorum, quia separabantur ab eis, sicut separauit se vir meus a me a die, qua loquitur cū Domino, & ista est sententia Rabbi Salomon. Et quātum ad hoc aliqualiter pręsupponit verum, quia licet actus matrimonialis licitus sit ad debitum finem, sed quia anima in eo totaliter efficitur caro, hebetatur acuties eius ad spiritualia contemplanda: ideo quādo aliqui orationi vacare debent a matrimoniali actu abstinere decet, vt patet 1. ad Corin. cap. 7. quanto magis, qui Deum vident in actu prophetię: ideo Moyses qui speciali modo, & continuè Deo loquebatur, totaliter a coitu abstinebat cōiugali, vt semper ad Dei vacationem esset paratus, & tunc secundum Rabbi Salomon. Maria & Aaron iuerunt ad Moysen, & dixerunt ei, quare separabat se ab vxore sua, vel quòd Maria, & Aaron corā Sephora dixerunt contra Moysen loquentes. Moyses iniquè agit, nunquid ad eū solum locutus est Dominus? etiā nobis locutus est, quare ergo specialiter se vult habere priuando te debito matrimoniali?

Aliter dicit Rabbi Abraham Aben Ezra, ꝙ quando Sephora dixit, quòd Moyses ex die, quo loquebatur ad Dominum non adhęrebat vxori suę: respon-

derunt Maria & Aaron dicentes. deciperis: non enim propter locutionem cum Domino hoc agit, quia ēt nos cum Domino loquimur, & a matrimoniali opere non abstinemus, sed magis abstineat a te, quia nigra es, & deformis velut Aethiopissa, & hęc murmuratio & impositio falsitatis erat, ꝙ vir sanctus, sicut Moyses abstineret ab vxore, quia nigra, vel deformis erat, quasi appetens pulchritudinem ad incitamenta, & illecebras veneris: & sic exponitur litera. Locuta est Maria & Aaron cōtra Moysen, ſ. dicentes, quòd iniquè ageret abstinendo ab vxore. Quamquam isti modi supra assignati secundum mentem istorum conuenientes sint, nihil tamen differt, an sic vel aliter fuerit, sed solū oportet, ꝙ esset aliquod negocium, in quo incidentaliter, vel directè tangeret de prophetia Moysi, & aliorum; ita vt propter hanc haberent occasionem Aaron & Maria loquendi contra Moysen verba, quę habentur hic, ſ. nunquid per solum Moysen locutus est Dominus, & Deus respōderet distinguens de modo prophetandi Moysi, & aliorum. Sed de his satis dictum sit pro breui expositione literę, quia veritas infra in quęstionibus dicetur, vbi latissime de istis opinionibus disputabitur.

Et dixerunt. num per solum Moysen locutus est Dominus? De istis verbis non constat, an dicta fuerint corā Moyse ad ipsum, vel solum ad vxorem suam: magis tamē videtur ex modo literę, ꝙ fuerunt dicta ad vxorem Moysi. Sed intelligendum, ꝙ non sunt ista prima verba iurgij: non sunt enim talia, quę a principio proponi deberent, sed alia fuerunt exordia iurgij: deinde ad confirmationem dictorū suorum induxerunt Maria, & Aaron, ꝙ non solum per Moysen locutus fuerat Dominus, sed etiam per eos, & hoc solum scriptura enarrauit, quia alia verba iurgij fortè non multum attinebant, nec grauabant Moysen. ista autem fuerūt satis grauantia, quia equauerunt se Moysi dicētes esse prophetas, sicut Moyses erat. etiam contra Dominū in hoc loquebantur, quia non dederat Deus illis spiritum suum, sicut Moysi. Ad hoc ergo solum respondet Deus. de cęteris vero, quæ forte puerilia, aut magis muliebria verba essent scriptura subticuit. *Nobis quoque similiter locutus est.* Sunt verba ad Sephorā vxorem Moysi, ſ. non est Moyses solum propheta, quia etiam nos prophetæ sumus, cum Dominus fuerit locutus nobis, & tamen non agimus ea, quæ Moyses, ſ. abstinendo a matrimoniali actu, sicut ipse abstinere vult, & tamen iniustè agit.

Modus respondendi Dei, & enarrandi hic factum fuit valde conueniens, & artificialis, sicut cum aliquis arguit in aliqua arte, & confirmat argumentum suū, si illa confirmatio non suscipiatur, totum argumentum infirmatur, & in respondendo satis est demonstrare illam confirmationem non esse solidam, vel negare eam, & non oportebit replicari argumētum: sic enim factum est hic, quia in confirmatione ista, ſ. num per solum Moysen locutus est Dominus? nobis quoque similiter locutus est hic prędecedebat tota vis obiurgationis; ideo destruendo istam confirmationē sufficienter est responsum nihil amplius replicando. Etiam fuit specialiter facta replicatio huius dictę Marię & Aaron, quia propter istud secuta sunt verba Domini, quæ infra habentur de distinctione modi prophetandi, quæ pertinent ad magnum documentum, & quia illa non ponerentur, nisi exprimeretur hic occasio ponendi illa expressa est confirmatio. Id autem super quo principaliter iurgium erat forte non pertinebat ad aliquam doctrinam moralē, vel ad aliquod documentum sacræ Scripturæ; ideo non fuit expressum.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An Aaron & Maria erant Prophetæ. Quæst. III.

CONSIDERANDVM autem circa id, quod Maria, & Aaron dixerunt hic, ſ. nobis etiam ſimiliter locutus eſt, in quo innuunt ſe eſſe prophetas, & ſi forte ipſi non eſſent prophetæ, nulla erat melior increpatio, quàm eos mendaces comprobare, & tunc daretur eis maior pœna a Deo. non tamen arguit Deus eos ex hac parte, ſed ſolum ꝙ non erant ipſi prophetę eodem modo, quo Moyſes: ideo videtur concedere id, quod ipſi dixerunt, ſcilicet qnòd Deus eis ſimiliter locutus ſit.

Et verum eſt, ꝙ tam Moyſes, quã Maria erãt prophetę, ad quod ſolum requiritur, ꝙ Deus loquatur illis; non tamen ita frequenter loquebatur, ſicut Moyſi. etiam non erat idem modus loquendi ad eos, & ad Moyſen. ꝙ autem Marię Deus locutus fuerit, patet, quia ipſa vocatur prophetes, Exo. c. 15. ſ. ſumpſit ergo Maria prophetiſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua. quamquam autem non appareat quid ei Deus locutus fuerit, & etiam an locutus fuerit, quia tamen dicitur, ꝙ erat prophetiſſa ſufficienter dictum eſt. De Aaron autem, ꝙ eſſet propheta magis apparet, quia aliquando loquebatur ei Deus ſoli, & aliquando ei, & Moyſi, ꝙ autem loqueretur ei ſoli, patet Leui. cap. 10. vbi ad ſolum Aaron dixit Dominus, vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filij tui. Aliquando loquebatur Deus ad Moyſen, & Aaron, vt patet Leui. c. 11. & in alijs locis: ideo propheta erat.

An Moyſes habuit in vxorem filiam regis Aethiopum, & an habuerit ſimul Sephoram filiam Ietro, & quo ordine. Quæſt. IIII.

SED eſt quæſtio nunc pro ampliori declaratione textus de vxore Aethiopiſſa Moyſi, quæ eſſet iſta.

Aliqui dicunt, quòd eſſet filia regis Aethiopum nomine Tharbis, de qua ſupra in expoſitione literæ dictum eſt, & iſta poteſt recte vocari Aethiopiſſa, quia erat de Aethiopia, vt ſunt iſti Aethiopes propinqui Aegyptijs ex parte Meridiana. Sed aduertendum, quòd hic poſſunt duo conſiderari. Vnum eſt an Moyſes habuerit talem vxorem Aethiopiſſam. Secũdo an ea, quę dicuntur hic intelligantur de illa vxore Aethiopiſſa, vel de aliqua alia. De primo dicendum, quòd non eſt dubium, quin Moyſes habuerit in vxorem Tharbis filiam regis Aethiopum, quia Ioſephus lib. 2. Antiqui. refert latiſſime, quomodo Moyſes dux belli Aegyptiorum contra Aethiopes accepit in vxorem filiam regis Aethiopum, ſed in his, quę ſunt pure hiſtorica, & non repugnant ſacrę Scripturę credendũ eſt Ioſepho, qui fuit vir harum rerum peritiſſimus. Etiam doctores noſtri, vt Iſidorus, & quidam alij, qui hiſtorias referunt, dicunt Moyſen habuiſſe filiã regis Aethiopum in vxorem, quod partim dicunt moti ex auctoritate Ioſephi, qui illud prius ſcripſit: partim autem propter ſacram Scripturam, quæ hic dicit, quòd Moyſes habuit vxorem Aethiopiſſam.

Sed tunc quæretur cũ præter iſtam habuerit Moyſes aliam, ſcilicet, Sephoram filiam Ietro ſacerdotis Madian. Exod. 2. capit. quo ordine accepit eas in vxores, id eſt, quam prius, & quam poſterius, & quomodo ſe habebant iſtę duę vxores ad Moyſen. De primo dicunt aliqui, ꝙ non poteſt cõſtare, quo ordine Moyſes accepit iſtas, quia de vna earum, ideſt Sephora habetur in ſcriptura, ſ. Exod. cap. 2. quando accepit eam Moyſes. de alia nihil dicitur, quando aut qũo accepit.

Sed dicẽdum, ꝙ de iſto ordine non eſt dubiũ, quin Moyſes acceperit filiã regis Aethiopum: deinde accepit Sephoram; hoc patet ex Ioſepho lib. 2. Antiqui. nam Moyſes cum eſſet in gratia Pharaonis regis Aegypti adoptatus a filia eius miſit eum Pharao contra Aethiopes, in quo bello accepit Tharbim filiam regis Aethiopum in vxorem: deinde reuerſus in Aegyptũ occidit ibi quendam virum Aegyptium propter quẽ & propter inuidiam quorundam principum, & conſiliariorum regis tẽdebat inſidias Pharao Moyſi, quas cum cognouiſſet Moyſes timuit, fugitque in terram Madian. hoc autem partim expreſſit ſacra Scriptura, ſ. ꝙ Moyſes timuit regẽ Aegypti propter Aegyptiũ quem occiderat, & fugit de Aegypto in terram Madiã, Exo. 2. c. ſed poſtea numquã reuerſus eſt in Aegyptum, vſquequo liberauit inde Hebręos, & cum maneret in terra Madian accepit in vxorem Sephoram filiam Ietro. eod. cap. Etiam ſatis apparet ex ratione, ꝙ Moyſes primo acceperit filiam regis Aethiopum, quàm Sephoram, quia poſtquam acceperit Sephorã, non videtur ꝙ potuerit accipere filiã regis Aethiopũ, & patet, quia ſi acceperit Moyſes filiam regis Aethiopum, non erat alius modus, niſi ille quem refert Ioſephus, ſ. ꝙ Moyſes dux Aegyptiorum contra Aethiopes illã acceperit: Moyſes tamen non potuit eſſe dux Aegyptiorum, niſi antequam fugeret de Aegypto timens Pharaonem, ſed prius fugit, quàm acceperit Sephoram filiam Ietro in vxorem, Exo. 2. Ergo prius accepit filiam regis Aethiopum, quàm Sephoram filiam Ietro.

Item quia quando Moyſes fugit de Aegypto erat annorum 40. vt patet Act. 7. cap. manſit autem in terra Madian cũ Ietro ſocero ſuo paſcens oues eius alijs quadraginta annis. eod. cap. & interim numquam receſſit de terra Madian, quia nõ audebat redire in Aegyptum, quouſque Deus iuſſit ei ire ad liberandum Iſraelitas, Exo. 3. & 4. & tunc erat annorum octuaginta, Act. 7. & Exod. 7. cap. poſt hoc autem non potuit accipere in vxorem filiam regis Aethiopum, quia iã non mitteretur a Pharaone cõtra Aethiopes, ſed potius ipſe iuit ex parte Dei contra Pharaonem, & Aegyptios ad flagellandum eos omni plaga: ideo neceſſe fuit, quòd vel Moyſes non accepit in vxorem filiam regis Aethiopum, vel accepit eam priuſquam Sephoram.

Quomodo Moyſes fouebat duas vxores. Quæſt. V.

SED tũc manet dubium cum Moyſes haberet iſtas duas vxores: quomodo ſe habebat ad illas, & quomodo volebat habere duas vxores? Aliqui dicũt, quòd iſtud nullum incõueniens erat, quia illo tempore licitum erat: ſiue enim accipiatur tempus ante legem, ſiue poſt legem datam, licuit haberi duas, vel plures vxores. de tempore ante legẽ patet in Iacob, qui fuit pater omnium Hebræorum. nam ille habuit quatuor vxores, Gene. 29. & 30. cap. Abraham quoq; primus Patriarcha Hebræorũ duas vxores ſimul habuit, ſ. Sarram, & Agar, Gene. 16. cap. de tempore poſt legem, patet quia Helcana pater Samuelis habebat ſimul duas vxores, primo Reg. 1. cap. & Dauid habebat multas. 2. Reg. 3. & 5. cap. & ideo licebat Moyſi nunc habere duas: potiſſimè quia erat ante legem datam, quando non aſtringebatur Moyſes ad aliquid, ſed poterat tenere conſuetudinẽ aliorum hominum. Dicunt ergo quòd Moyſes habebat ſimul iſtas duas vxores, quia licitum erat eas habere, & etiam cohabitabant ei, ſicut Iacob ſimul habebat quatuor vxores, quæ morabantur cum eo, & pater Samuelis ſimul habebat duas, & vna aliã affligebat, 1. Reg. 1. cap.

Sed

Sed dicendum, quòd iſtud non eſt verum: Moyſes enim numquam habuit iſtas duas ſimul, ſed poſtquã deſijt habere vnam, habuit aliam. nam filia regis Aethiopum noluit redire cum Moyſe in Aegyptum, & ipſum Moyſen apud ſe detinebat. Dicũt igitur multi antiqui, ꝙ cum opus eſſet ipſi Moyſi redire in Aegyptum, nec vellet vxor ſua redire cum illo, nec ipſum dimittere, vt rediret: ipſe vt peritus aſtrorũ duas imagines ſculpſit modo, quo ſupra tactum eſt in expoſitione literę, & ille libere in Aegyptum reuerſus eſt.

Sed iſta multi antiqui aſſerũt, & hiſtoria ſcholaſtica, ſed non Ioſephus: quicquid tamen fuerit certum eſt, ꝙ iſta vxor Moyſi non redierit cum eo in Aegyptum, quia illa erat regina Athiopum. nollet ergo deſerta regione ſua ire in terrã Aegyptiorum, qui erant hoſtes Aethiopum, & ſic Moyſes ſine cõiuge, & ſpe coniugis rediret.

Sed objcietur, ꝙ cum adhuc viueret prima, q̃ erat legitima vxor, quomodo Moyſes accipiebat aliam? Dici poterat vno modo, ꝙ fortè illa iam non viuebat; & hoc notum erat Moyſi: ideo poterat accipere quãcunque aliam. Secundo & præcipuè, quia dato quòd illa viueret, poterat Moyſes illam repudiare, quia ſecundum legem licebat viro repudiare vxorem, Deut. 24. cap. & antequã eſſet lex Moyſi ſimiliter inter gentiles repudiabantur vxores, ſicut etiam iura humana poſtea illud habuerunt, & ita ante legem Dei poterat Moyſes iuxta conſuetudinem omnium gentium repudiare vxorem. Tertio fuit, quia ipſa noluit venire cum Moyſe: vnde potius ipſa repudiabat eum, & ſic Moyſes habuit iuſtiſſimam cauſam accipiendi aliam vxorem. Credẽdum eſt enim, ꝙ ſi illa voluiſſet ſequi Moyſen, etiam ſi liceret ei accipere aliam, numquam acciperet, quia tamen illa noluit ſequi eum, & Moyſi nõ expediebat eſſe ſine vxore, accepit filiam Ietro in vxorem.

An iſta vxor Aethiopiſſa, propter quam orta eſt murmuratio Mariæ, & Aaron contra Moyſen ſit Tharbis filia regis Aethiopum, vel Sephora Madianitis. Quæſt. VI.

CVM oſtenſum fuerit, ꝙ Moyſes acceperit in vxorem Aethiopiſſam, ideſt filiã regis Aethiopum: manet nunc ſecundum dubium, quod tãgebatur ſupra, ſan iſta ſit, de qua fit hic ſermo, & vocatur Aethiopiſſa?

Aliqui dicunt ꝙ ſic, quia nõ habuerat Moyſes aliã vxorem Aethiopiſſam. Sed dicendum videtur ꝙ nõ, primo quia ſcriptura non faceret mentionem de aliqua vxore Moyſi, de qua non præceſſiſſet ſermo, vt conſtaret, ꝙ eſſet vxor Moyſi, & tamen de iſta filia regis Aethiopum non præceſſit ſermo, ꝙ Moyſes acceperit in vxorem. ergo nõ vocabitur ipſa Aethiopiſſa. Secũdo, quia litera innuit, ꝙ iſta erat vxor Moyſi. certum eſt tamen, ꝙ filia regis Aethiopum nõ erat vxor Moyſi, quia licet aliquando fuiſſet iam non erat, cum noluiſſet venire cum Moyſe, & ob hoc Moyſes accepiſſet aliam. Tertio, quia dicitur hic, ꝙ Aaron, & Maria locuti ſunt contra Moyſen propter vxorem eius Aethiopiſſam. Cum ergo illa nunc præſtaret cauſam loquendi cõtra Moyſen, oportebat ꝙ nunc eſſet vxor Moyſi, & actualiter maneret cum Moyſe in deſerto: & inde eſſet occaſio Marię, & Aaron loquendi contra Moyſen. nã ſi illa eſſet abſens, ſicut filia regis Aethiopum non poterat præſtare aliquã cauſam loquendi contra Moyſen. Quarto, quia dato ꝙ Maria, & Aaron vellent loqui de illa Aethiopiſſa, quę fuerat aliqñ vxor Moyſi, nõ videtur quid poſſent loqui, quod facere an propoſitum, quia illa nullam cauſam præſtabat ad hoc. Dicendum igitur, ꝙ non eſt iſta vxor Aethiopiſſa Moyſi, filia regis Aethiopum. Alij dicunt, quòd iſta fuit vxor Moyſi aliqua fęmina de Aethiopia, quã Moyſes accepit in vxorem, cum liceret ſimul plures habere, & ſic vocabitur Aethiopiſſa. Dicendum ꝙ non ſtat. Primo, quia ſcriptura de nullo tali facit mẽtionem, & non eſt aſſerendum, ꝙ non habet fundamentum. Secundo, quia non eſt veriſimile, ꝙ Moyſes poſſet habere aliquam vxorem de Aethiopia. nã Aethiopes diſtant a regione, in qua nũc erat Moyſes. Sed dicendum, ꝙ iſta vxor Aethiopiſſa erat Sephora filia Ietro. nam nullam aliam vxorem legit̃ habuiſſe Moyſes, & non eſt ponenda pluritas ſine cauſa.

Sed objcietur, ꝙ iſta nõ eſſet Aethiopiſſa, quia iſta erat de terra Madian, vbi morabatur Ietro pater eius. Exo. 2. & 3. ſed illa terra multum diſtat a regione Aethiopum magis, quàm Aegyptus, cũ ſit apud deſerta Arabię circa montem Synai, & non lõge a mari rubro, vt dicit Ioſephus lib. 2. Antiqui.

Dicunt quidam, ꝙ vocatur Aethiopiſſa, non quaſi eſſet de Aethiopia, ſed quia erat nigra, ſicut mulierès Aethiopiſſę: ita & nos vocamus aliquos Aethiopes, quia nigri ſunt, licet ad Aethiopiam non pertineant. Sed dicendum, ꝙ iſtud non conuenit, quia ſcriptura non habet nigra, ſed ſicut Aethiopiſſa. ñ cõſtat, quòd ſcriptura non vocaret eam Aethiopiſſam, vel nigrã, quia non exprimeret hunc defectum eius ſine cauſa: nihil enim ad propoſitum iſtud facit. Dicendum igitur, ꝙ vocatur Aethiopiſſa, i. de terra Madian, qa Madianitę ſolebant vocari Aethiopes, vt colligitur. 2. Para. 20. c. vbi rex Ioſaphat dicitur pſecutus Aethiopes, & ĩ illi non poterant eſſe, niſi Madianitę, vel populi propinqui, conſiderando loca, in quibus Ioſaphat perſecutus fuit illos. Iſta eſt ſententia Auguſt. ſ. de vxore Moyſi Aethiopiſſa, vtrum ipſa ſit filia Ietro, an alterã duxerit, vel ſuperduxerit, & reſpondet ipſam fuiſſe, credibile eſt. de Madianitis quippe erãt qui in Paralip. Aethiopes dicunt̃, qñ contra eos pugnauit Ioſaphat. nam in his locis dicitur eos perſecutus populus Iſrael vbi Madianitę habitant, qui nunc Saraceni vocantur, ſed nunc eos Aethiopes ferè nemo appellat, ſicut ſolent locorum, & gentium nomina, plerũque vetuſtate mutari. & iſta videtur eſſe intentio ſcripturæ.

Quid locuti ſint Maria, & Aaron contra Moyſen. Quæſt. VII.

SED quęretur cum Maria, & Aaron locuti fuerint, nunc contra Moyſen quid locuti ſunt? Aliqui dicunt, ꝙ non conſtat, quia multa facta ſunt, quæ ſcriptura non refert.

Sed dicendum ꝙ non ſtat, quia ſcriptura expreſſit hic, quid dixerint, ſ. & dixerunt num per Moyſen ſolũ locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter locutus eſt? an vero aliquid aliud prẽter iſtud dixerint, non conſtat, neque opus eſt conſtare, quia propter iſtud ſolum indignatus eſt Deus, & iſtud eſt, ad quod ſolũ reſpondet: vnde ſi multa alia eſſent, quę iſti dixiſſent contra Moyſen, ſcriptura non curaret de alijs, quia non erat opus reſponderi ad illa; & oportet hoc, quia tota locutio Dei ad Mariã, & Aaron fuit ꝓpter quod dixerunt, & ad iſtud reſpondet Deus oſtendẽs, ꝙ non dixerint verum, quia nõ erat aliquis propheta, ſicut Moyſes, ſi tamẽ aliquid aliud fuiſſet dictum dignum reſponſione Deus ad illud reſponderet, quod non fecit. Ideo dicendum, ꝙ vel iſtud ſolum dictum eſt contra Moyſen, vel ſi aliqua alia dicta fuerunt, illa parum tangebant ipſum: ideo Deus non curauit reſpondere, niſi ad hoc.

Quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Maria, & Aaron locuti sunt contra Moysen propter uxorem eius Aethiopissam, seu Madianitidem, & quæ fuit occasio murmurandi, & quæ verba dixerunt contra eum. Quæst. VIII.

ADVC quæretur quomodo Maria, & Aaron locuti sunt contra Moysen, ꝓpter vxorem eius Aethiopissam? Aliqui dicunt, ꝙ murmurauerunt de Moyse, quia dimiserat filiam regis Aethiopum, quam accepit in vxorem, & postea duxit Sephoram. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia non habebant aliquam causam murmurandi: cū Moyses nihil iniquum egisset. nam ipse non dimisit filiā regis Aethiopum, sed dimissus est ab ea, quia illa noluit sequi eum, & dato ꝙ dimissa illa, vel retenta accepisset Sephoram non peccabat, quia licebat tunc repudiare vxores, vel non repudiando habere multas simul. Secundo & præcipuè, quia istud nō facit ad propositum. nam dicitur, ꝙ locuti sunt cōtra Moysen, & dixerūt. num per solum Moysen locutus est Dñs? ꝙ tñ per eum solū, vel per alios simul loqueretur, non erat ad propositum de vxore Aethiopissa dimissa, vel repudiata a Moyse, & Sephora supducta. Tertio, quia videtur, ꝙ vxor Moysi Aethiopissa erat præsens, quando dicebantur ista verba, & ꝙ dirigebātur ad eum, quia nō fuerunt dicta ipsi Moysi cum dicatur. num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est? & ita apparet ex modo verborum, ꝙ Aaron, & Maria dicebant istud vxori Moysi, respondendo ad aliquid, quod illa dixerat, sed illa vxor Aethiopissa non erat præsens, nec esse poterat: ideo non fuit dictum propter illam. Quarto, quia ostensum est supra, ꝙ vxor Aethiopissa, quę hic nominatur non est filia regis Aethiopum, sed Sephora filia Ietro. ergo non poterat esse ista murmuratio propter filiam regis Aethiopum, ꝙ relicta, vel repudiata esset. Dicendum est, ꝙ loquebantur cum vxore Moysi, vel contra illam. De illo, ꝙ loquebantur cum vxore Moysi, non constat hic, siue illud esset in offensam mulieris, siue non, & istud est, de quo quæritur. aliud est, quod dictum fuit contra Moysen, & istud expresserit litera, s. num per solum Moysen locutus est Dominus? sed quicquid fuerit iliud, ꝙnod dictum est ad vxorem Moysi, vel de illa, constat, ꝙ ex illo habuit originem, id quod dixerunt contra Moysen: ideo dr ꝙ locuti sunt contra Moysen ꝓpter vxorem eius Aethiopissam. & ista est causa quare omnes, qui exponūt istam literam, & conantur inuenire, quid est, quod dictum fuerit ad vxorem Aethiopissam, vel de illa, introducunt talia, quę possint conuenire his verbis dictis cōtra Moysen. s. num per solum Moysen locutus est Dominus? & rectè agunt.

Dixit ergo propter hoc Rabbi Salomon, ꝙ Maria & Aaron, & Sephora vxor Moysi simul loquebantur die, quo prophetauerūt Heldad, & Medad in castris, & dixit Sephora bonum est illis, sed malum est vxoribus eorum, quia separabunt se ab eis, sicut meus non copulatur mihi, postquam incępit prophetare, & tūc Aaron, & Maria indignati dixerunt, ꝙ non rectè agebat Moyses, quia non erat causa sufficiens ad hoc locum Dei. nam ad ipsos etiam loquebaī Deus, & tñ nō abstinebat ab vxoribus suis, nec Maria a viro suo.

Sed contra, ꝙ a illud asserit Rabbi Salomon dictum esse die, quo prophetauerūt Heldad, & Medad, sed fuit postea plusquam per mensem, vt dicet infra.

Concedendum est nō posse stare dato illo prę supposito, sed poterat dici, ꝙ nō fuisset illo die, sed postea fuisset, tamē illa causa, s. loquendo de Heldad, & Medad. Sed adhuc dicendum, quòd istud non satis stat. Primo, quia non est verisimile, ꝙ Moyses abstineret ab vxore sua, ex quo cęperat Deus loqui ad illū, quia prophetia non inducit tale onus. nam licet verum sit, ꝙ spiritus prophetię non tangit corda prophetarum, dum manent in isto actu coniugali, nec etiam mouet ad illum, tamen non est necesse, ꝙ abstineat prophetа per aliquantum tempus a copula coniugali ad hoc ꝙ recipiat reuelationem a Deo, maximè quantū ad redditionem debiti, quę non est in potestate coniugati. 1. ad Cor. 7. nam Origenes cuius est istud dictum, nō dixit, nisi ꝙ in isto actu coniugali, id est, quamdiu durat, non tangit spiritus propheticus corda prophetarum; & hoc satis concedendum est. Secundo, quia non est verisimile, ꝙ ēt si Moyses abstineret ab vxore sua illa diceret Marię, & Aarō fratribus Moysi, quòd Moyses non copulabatur ei, quia istud nulla mulier diceret, nisi valde impudens, quod non est credendū de vxore Moysi. Tertio, quia non est satis probabile, ꝙ Aaron, & Maria respōderent tunc, sicut presupponitur, s. per nos loquitur Deus, & tamen nos non abstinemus a copula coniugali: nō enim erant isti in tali ætate, & maxime Maria, ꝙ de eis putaretur, quòd vacarent operę carnali. nā Aaron erat octuagintarius annorum, quando exijt de Aegypto, Exo. 7. & quia nunc transierāt duo anni ab exitu de Aegypto supra 10. cap. esset octuagintaquinque annorū, in qua etate dubium est an venereis vacaret, vel de eis loqueretur, sed quicquid sit de Aaron, de Maria saltem certū est, ꝙ non vteretur venereis, etiam si haberet virum, quia ipsa esset nunc quasi centum annorum, quod patet, quia Moyses erat nūc octuagintaduorum annorum, sed Maria excederet Moysen quindecim annis, vel quasi. ergo ipsa esset nonaginta septem annorum. Primum patet, quia Moyses erat octuaginta annorū in exitu de Aegypto: nunc autem erat secundus annus ab exitu de Aegypto, supra 10. ca. ideo erat octuagintaduorum annorum. Secundum patet, quia ꝙ Moyses natus est. Maria esset quindecim annorū, vel quasi, quia erat puella astuta potens loqui prudenter dissimulando veritatem; ita ꝙ non perciperetur intētio eius ad hoc ꝙ Moyses trium mensium existens liberatus de flumine redderetur matri suę quasi alienę. Exo. 2. cap. quod non posset facere, nisi puella adulta, scilicet quindecim annorū, aut quasi, & ita esset, nunc Maria annorū nonagintaseptem, in qua ętate certū est, ꝙ non vacaret venereis. Istud patet, quia tempore Abrahę, viuebant homines, vsque ad centum, & octuaginta annos. nam Abrahā vixit annis cētum septuagintaquinque, Gen. 25. Isaac vero filius eius vixit cētū, & octuaginta annis, Gen. 35. & tamen tunc Sarra vxor Abrahę risit, quando dictum est ei per Deum, ꝙ conciperet existens nonaginta annorū, Gen. 18. quia ꝙ reputans hoc impossibile. & dicitur eod. cap. ꝙ defecerant ei fieri muliebria: & Apostolus dixit, tunc emortuam esse vuluam eius, ad Rom. 4. cap. ergo a fortiori tempore Marię, & Moysi, quando vita hominum solum extendebatur, vsque cētum & viginti annis, mulier nonaginta annorum nō esset apta ad venerea, & multominus mulier nonagintaseptem annorū, sicut erat nunc Maria. ergo non diceret illa, ꝙ vacabat copulæ coniugali, licet haberet spiritum prophetię; & ita positio ista Rabbi Salomon, non est satis verisimilis. Alij præsupponunt id, quod Rabbi Salomon, s. ꝙ Aaron, & Maria loquebantur cum Sephora vxore Moysi propter Heldad, & Medad prophetantes, dixeritque Sephora, ꝙ abstinebat ab ea Moyses ꝓpter colocutionem Dei, & tūc Aaron, & Maria dixerint: decipiens, quia non propter hoc abstinet a te, sed quia es nigra, sicut Aethiopissa; & ad hoc inducunt id, quod dicitur in litera, quòd locuti sunt Aaron, & Maria cōtra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, id est nigram,

nigram, cum alibi non soleat vocari Aethiopissa. Sed dicendum, ꝙ ista positio non est rationabilis, cū præsupponat id quod illa, quę improbata est præcedenti quęst. Primo, quia non est credibile, quòd Moyses abstineret ab opere cōiugali propter collocutionē Dei. Secundo, quia dato ꝙ abstineret non erat verisimile, ꝙ vxor sua, quę erat mulier pudica diceret, quòd vir suus non copulabatur ei. Tertio, quia non est credibile, ꝙ Aaron, & Maria dicerēt se vacare copulę, licet Deus ei loqueretur ꝓpter illa, quę dicta sunt. Quarto, quia adhuc concessis præcedentibus non erat credendum, quòd Maria, & Aaron dicerent vxori Moysi, ꝙ Moyses non copulabatur ei, quia erat nigra. nam ista verba nō essent, nisi hominum leuissimę auctoritatis, & inuidorum, qui loquerentur ad nocendum, & sine causa, quod non est concedendum de Aaron, & Maria. Quinto, quia dato quòd vxor Moysi esset ita nigra sicut isti dicebant, quod non est satis verisimile, non abstineret nunc Moyses ab ea propter nigredinem, quia istud pertinebat ad homines amatores carnis, q pulchritudinem corporis sequuntur, quòd non esset in Moyse, qui erat vir sanctus, & abstractus a carnalibus. Sexto, quia si propter hoc Moyses abstineret ab vxore multomagis abstinuisset, quando erat iunior. nam Moyses erat nunc octuagintaduorum annorū, vt ostensum est præcedenti quęst. quādo autem accepit Sephoram in vxorem erat annorum quadraginta. nam statim, vt iuit in terram Madian accepit illam in vxorem, vt colligitur Exo. 2. cap. sed quando illuc iuit erat annorum quadraginta, Act. 7. ergo, vel tunc non erat Sephora nigra, sicut Aethiopissa, & consequēter nec postea esset, vel si tunc erat nigra nō obstāte hoc placuit Moysi eam accipere, & a fortiori quando ipse esset annorum octuagintaduorum, non abstineret ab ea propter nigredinem. Septimo, quia siue esset nigra, siue non, Moyses ante hoc cū esset in terra Madian copulabatur ei, genuitque ex ea duos filios, scilicet, Gerson, & Eliezer, Exod. 2. cap. ergo nunc senior existens non abstineret ab ea.

Ad motiuum huius positionis dicendum, quòd nō est conueniens, quia Sephora vxor Moysi nō vocatur ibi Aethiopissa, id est nigra, sed Aethiopissa, i. de terra Madian, vt supra expositum est. Secundo, quia dato ꝙ Maria, & Aaron vocassent vxorem Moysi Aethiopissam, id est nigram, non diceret sic scriptura, s. locuti sunt contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, sed propter vxorem eius, quam dixerāt esse Aethiopissam. nam iuxta tenorem literę scriptura asserit eam esse Aethiopissam, & non illi.

Dicendum igitur, quòd præcedens positio nō stat, sed fuit aliquid alterum, quod Aaron, & Maria locuti sunt cum Sephora vxore Moysi. Et videtur dicendū, ꝙ isti tres colloquerentur, s. Aaron, & Maria, & vxor Moysi, quia erant propinquissimi in cognatione, & cum sępe colloquerentur accidit, quòd vxor Moysi muliebriter extolleret seipsam super Mariam sororē suā dicebat esse in eo, ꝙ Deus loquebatur cū eo, vel incideret sermo, in quo fieret comparatio horū triū fratrum, s. Moysi, Aaron, & Mariæ, & vxor Moysi extolleret valde Moysen super Aaron, & Mariam, & tunc indignati Aaron, & Maria dixerunt, ꝙ non erat Moyses maior eis, qa illa laudabat Moysen, ꝙ loquebatur cum Deo, & tamen ipsi ita loquebantur cum Deo, sicut Moyses. istud est valde verisimile, quia scriptura in tota responsione Dei non introducit aliquid quod pertineat ad copulam carnalem, sed factum est ad ostendendum Moysen esse excellentiorē ipsis Maria, & Aaron, & omnibus de populo: ideo videtur, ꝙ ista verba, q̄ fuerunt Marię, & Aaron ad vxorē Moysi non fuerunt super aliquo pertinente ad venerea, sed super contentione de excellentia, scilicet, quis alteri prępone retur, & licet hoc posset fieri duobus modis, sicut supra tactum est. Vno modo, quòd esset cōtentio inter Mariam sororem Mosi, & vxorē eius, & vellet vxor Moysi prępone re se Marię, quasi esset excellētior propter virum suum, cū quo Deus loquebatur. Alio modo, ꝙ sermo esset de tribus fratribus Moyse Aaron, & Maria, & vxor Moysi diceret esse Moysen excellētiorem, videtur quòd magis fuerit primo modo; & hoc quia consuetum est, quòd fęminę leuitate muliebri cōtendant de excellentia, & vxor prępone t se sorori viri sui, vel soror vxori fratris sui. nunc vero Sephora prępone ret se Marię sorori Moysi.

Secundo patet hoc, & fortius, quia litera innuit, ꝙ ista contentio licet pertineret ad Aaron, & Mariam simul cū ipsi dixerint, quòd ad eos loquebatur Deus, sicut ad Moysen: magis tamē pertineret ad Mariam, quia ipsa grauius locuta est contra Sephoram, & contra Moysen, & patet hoc ex pœna inflicta, quia Maria fuit percussa lepra, Aaron autem nō fuit factus leprosus, neque inflicta fuit ei alia pœna, vt patet in litera. si tamen Aaron in hoc magis contenderet ipse grauius peccaret, & durius puniretur. ergo magis peccauit Maria. Sed si esset cōtentio secundo modo, scilicet, quòd loquēdo de tribus fratribus prępone ret Sephora Moysen ipsi Aarō, & Marię, magis pertineret ista contentio ad Aaron, quia erat maioris dignitatis, quam Maria, cum esset vir, & summus sacerdos, & sic magis loqueretur cōtra Moysen: vnde grauius peccaret, & durius puniretur, quod non factum est. pertinebat ergo cōtentio ista ad Mariam, & vxorem Moysi.

Tertio patet ex eo quòd dicitur propter vxorē eius Aethiopissam, id est Madianitidē, scilicet, quia nō dixit scripturа absolutè, quòd locuti sunt ꝙtra Moysen propter vxorem eius, sed dixit propter vxorem eius Aethiopissam, id est Madianitidē, quasi innuat, ꝙ esse vxorem Moysi Madianitidem faciebat aliquid ad istam, contentionem. Istud autem esset, quia cū Maria, & vxor Moysi contenderent, quę esset excellentior diceret vxor Moysi, quòd erat excellentior propter virum suum, cui soli Deus loquebatur. Maria autem obijceret duo contra hæc. Primum quòd nō solū nō erat excellentior, immo non erat æqualis, quia Maria erat de populo Dei, & genere electo, scilicet, de Israelitis. Sephora autem erat de gentilibus, qui non pertinebant ad Deum, quia erat Aethiopissa, id est de Madian. Secundum erat, quia licet Moyses esset propheta, nō erat propter hoc vxor eius excellentior alijs mulieribus, quia etiam alij erant prophetę, s. Maria, & Aaron. Ista sententia videtur multum conuenire literę, & non prępponit aliqua, quę non sint verisimilia.

Quomodo Aaron immiscuit se isti contentioni. Quæst. IX.

SED quæretur si cōtentio erat solum inter Mariam, & vxorem Moysi, quomodo Aaron immiscuit se isti contentioni? nam dicitur in litera, quòd Maria, & Aaron locuti sunt contra Moysen propter vxorem eius.

Dici potest vno modo, ꝙ ad illas duas pertinebat, & tamen Aaron, qui erat prępens tempore cōtentionis, voluit potius fauere sorori suę, quàm vxori fratris sui, quia erat propinquior ei: ideo simul cum sorore sua dixit aliquid contra Moysen.

Secundo & præcipuè, quia ista cōtentio quantū ad aliqd pertinebat ad Aaron. nā dixerat vxor Moysi, ꝙ illa

illa erat excellentior,quã Maria,quia erat vxor Moysi ad quem solum loquebatur Deus, & in hoc directè offendebatur Maria, qua se ostendebat excellentiorẽ vxor Moysi: pertinebat autem indirectè ad Aaron, cum ille videretur excludi a prophetia, inquãtum dicebat Sephora, quòd ad solum Moysen loquebatur Deus, sed ad Aaron etiam loquebatur Deus. ideo ꝓ hac parte, qua eum pungebat ista responsio Sephoræ locutus fuit contra eam,& contra Moysen,quia tamẽ principaliter, & directè pertinebat ista quæstio ad Mariam ipsa grauius respondit quàm Aaron, & magis peccauit.

Quid intellexerunt Maria, & Aaron per illa verba, num per solum Moysen,&c. Quæst. X.

ADHVC quæretur quid voluerunt intelligere Aaron,& Maria dicẽtes.num per solum Moysen locutus est Dominus? Dicẽdum ꝙ istud dictũ fuit ad negandum quãdam singnlarem excellentiam, quam Sephora volebat attribuere Moysi,scilicet,quòd ipse solus colloqueretur Deo. Nõ enim dixit, quòd Deus loquebatur Moysi, vel Moyses loquebatur Deo, sed quòd ad solũ Moysen loquebatur Deus.nam si primum diceret Sephora verum dicebat,& non offenderentur per hoc Aarõ & Maria, nec excluderentur a prophetia,sed cum dixit,quòd ad solum Moysen locutus est Deus,exclusit eos: ideo ipsi negauerunt hoc dicentes. nũquid per solũ Moysen locutus est Dominus, sicut tu dicis? quasi dicat non,quia etiam nobis locutus est. Et istud patet ex verbis Dei infra in litera, scilicet, quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi, sed detrahere est diminuere aliquid de excellẽtia, vel fama; & hoc faciebant, inquãtum auferebant Moysi istam singularem excellentiam prophetiæ.

Sed licet istud esset,quod intendebant per hęc verba, tamen ad duos fines dixerunt illa. Primus fuit ad excludendum intentionem vxoris Moysi,quia illa volebat ostendere se esse excellentiorem Maria propter virum suum, cui dicebat, quòd loquebatur Deus solum. isti autem dicunt,quòd non loquebatur ei soli, cum etiam loqueretur ipsis, & ita non ostẽdebat sufficienter Sephora se esse excellentiorem Maria. Secundus erat ad ostendendum gloriam suam negãdo singularem excellentiam Moysi.nam si ad solũ Moysen loqueretur Deus, non haberent Aaron, & Marię aliquam partem prophetiæ: nolebant tamen carere hac gloria. ideo dixerunt,quòd non per solũ Moysen loquebatur Deus,sed etiam loquebatur per eos.

An Maria, & Aaron peccauerunt loquendo contra Moysen. Quæst XI.

ADHVC quęretur an Maria, & Aarõ peccauerunt nunc loquendo contra Moysen? Aliqui dicunt ꝙ non, quia nihil falsum dixerunt, s.num per solum Moysen locutus Dominus? nobis quoque similiter locutus est. nãverum erat, quòd Deus non loquebatur per solum Moysen cum loqueretur per septuaginta viros, qui prophetabant, & non cessabant prędcedenti ca. etiam locutus fuit Deus ad Mariam,& Aaron. De Maria patet,quia vocatur prophetes,ideſt prophetissa,Exo.15. De Aaron patet, ꝙ sępe loqueretur ei Deus,vt Leuit. 10.& supra 4.cap.

Dicendum quòd isti peccauerunt,quia murmurauerunt cum dicatur, quòd locuti sunt contra Moysen. Secundo patet,quia Deus vocauit istos ad increpandum eos. nemo tamen iustè increpatur, nisi peccauerit. Tertio, quia dixit Deus. quare igitur non timuistis detrahere seruo meo Moysi. ergo detractio fuit ibi,quę est peccatum. Quarto, quia Deus punuit Mariam grauiter perfundẽs eam lepra, vt patet in litera.pœna tamen numquam infligitur,nisi pro peccato.ergo peccauerunt.

Ad rationem in contrarium dici potest vno modo, quòd licet isti verum dicerent poterant peccare, quia fortè dicebant prauo animo,sed animus dicendi facit interdum peccatum, quod in verbis non esset.

Secundo potest dici, quòd isti non dixerunt verũ. Et patet primo, quia Deus non arguit hic principaliter intentionem dicendi istorum, sed dictum ipsorũ ostendens, quòd non bene dixerint loquẽdo de differentia prophetiæ.

Tertio, quia isti dixerunt duo. Primum est num per solum Moysen locutus est Dominus? & istud verum erat, quia non loquebatur per eum solum, sed etiam ad aliquos alios. Secundum erat,scilicet, nonne, & nobis similiter est locutus? & istud est falsum, quia non locutus est eis, similiter sicut Moysi, ideſt eodem modo; & hoc est,quod Deus ostendit distinguẽs de prophetia,scilicet,siquis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnũ loquar ad illum. at non talis seruus meus moyses.nõ ergo loquebatur similiter alijs, & Moysi. Sed Maria, & Aaron voluerunt vsurpare istam ęqualitatem:ideo falsum dixerunt.

Et istud patet,quia ad Moysen,& Mariam pertinebat asserere istud, quia aliàs non excluderent intẽtionem Sephoræ. nam si cõcederent, quòd moyses erat specialior in prophetia, & habebat quẽdam modum loquendi ad Deum, quem non habebant alij, maneret quòd deberet præponi Moyses, Aaron,& Mariæ, & etiam quòd Sephora, quia erat vxor viri tam excellentis, deberet præponi Mariæ, sed voluerunt Aaron,& Maria excludere istud: ideo debuerunt dicere, quòd Moyses non erat maior alijs in prophetia, neque habebat specialem modum prophetandi, sed quòd ipsi prophetabant similiter, ideſt taliter, sicut Moyses, & hoc falsum erat; & ita peccauerunt non solum malo animo loquendo, sed etiam falsum dicendo.

An ista murmuratio fuerit in conspectu Moysi. Quæst. XII.

SED quæretur an Moyses audiuit murmurationem istam, quæ fiebat, ideſt an dicebantur ista verba in prędentia eius.

Respondendum videtur,quòd non. Primo, quia non conuenit prędsupposito murmurationis, nã quocunque modo dicatur cępisse ista murmuratio, non videtur, quòd erat præsens Moyses: siue enim dicatur secundum Hebræos,quòd vxor Moysi dixerit, quòd separabuntur prophetantes ab vxoribus suis,sicut vir suus abstinuit ab ea, certum est, quòd non diceret hoc vxor Moysi in prędentia eius, siue dicatur iuxta præsuppositum nostrum, quòd vxor Moysi, & Maria contenderent super prælatione, ideſt, quæ deberet alteri prędferri, & super hoc allegaretur, quòd Moyses erat excellentior,quàm Maria, & Aaron.certum quoque est, quòd vxor Moysi non auderet ista dicere prędente Moyse,quia ipse compesceret eam. Secundo,quia hic fuit murmuratio contra Moysen, credendum est autem, quòd si Moyses prędens esset erubescerent Aaron, & Maria murmurare contra ipsum: in absentia autem non esset sic,quia non erubescerent, & data aliqua occasione murmurarent.

Tertio,& fortius patet ex litera,quia dixerunt Maria,& Aaron,num per solum Moysen locutus est dñs? tunc tñ si Moyses esset prędsens non fieret de eo mentio in tertia persona,sed dirigerẽtur verba ad Moysen. ergo videtur,ꝙ erat absens.

Quod cum audisset dominus, iratus est valde. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Statim locutus est dominus ad eum, & ad Aaron,& Mariam. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fęderis. Cumque fuissent egressi: descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocãs Aaron,& Mariam.

Quod cum audisset dominus, iratus est valde. Metaphora est,quia dominus nihil audit, nec videt, cum non habeat potentias organicas, nec ipsa organa conuenientia ad hęc,sed dicitur audire, quia quamquam non audiat omnia, quæ audiendo intelligere poterat,nõ audiendo intelligit abundantius, quam si audiret, idem de visione, & cęteris actibus sensitiuarum potentiarum.dicitur Deus iratus valde, quia ad puniendũ pro peccato isto se disposuit,vt patet infra. *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines,qui morabantur in terra.* i. Moyses erat valde mansuetus magis, quam omnes alii homines, & subiungitur ista litera ad superiorem, quia aliquis diceret quomodo Moyses sustinuit istas iniurias sibi illatas, vel saltem non correxit cum prælatus esset, & competeret ei ex officio, redditur causa,quia mitissimus erat super omnes homines qui morabantur in terra, & proprias iniurias patienter tolerabat,sed non iniurias Dei: ideo in fabricatione, & adoratione vituli 23.millia hominum interfecit Exo. 32.Dicitur autem mitis.i.mãsuetus, & pertinet ad eũ qui virtuosę se habet circa tolerationem iniuriarũ.s. tolerando quas oportet,& propter quã causam oportet, & quando oportet, & sic de aliis circunstantijs, & puniendo quando oportet: nam mansuetus medius est inter iracundum qui irascitur, quando non oportet, vel propter quam causam non oportet, & minus in aliis circunstantiis,& inter agrestem, vel insensibilem, qui in nullo irascitur. Moyses autem irascebatur aliquando,& fortissime circa iniurias Dei, sed circa suas nequaquam,ideo tenebat medium:magis tamen mãsuetus se habet ad remittendum, quam ad puniendũ. de his Arist.4.Ethi.c.de mansuetudine.

An Moyses hic scripserit laudes suas,vel Esdras. Et an fuerit ad hoc coactus spiritu prophetico. Quæst. XIII.

CONSIDERANDVM circa hoc, ꝙ aliquibus videtur ista non fuisse scripta a Moyse, quia Moyses erat vir valde virtuosus:repugnat autem virtuosis de se quicquam iactare, & dare, ꝙ boni sint,nusquam id clamant, sed potius humiliantur ad considerationem suorum defectuum, nec solum ipsi de se quicquã iactarent, sed ẽt laudes suas ab aliis quocunque zelo prolatas, si coram ipsis, ꝓpònantur sine rubore audire non possunt.qũo ergo tam excellentem laudem de se Moyses scripsisset. i. ꝙ erat vir mitissimus super omnes qui morabantur in terra? Dicunt ergo hoc non fuisse positum a Moyse, sed quòd alii scriptores, & translatores, sicut Esdras interposuerint.

Sed hoc non stat,quia nemo quantęcunque auctoritatis esset sacrę Scripturæ aliquid addere, vel detrahere præsumeret,quia hoc vetitũ erat, vt patet Deute. c.4.s.non addetis ad verbum, quod vobis loquor,nec auferetis ex eo,& Apo.c.vltimo. Contestor ego omni audienti verba libri prophetię huius: siquis apposuerit ad hęc apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & siquis diminuerit de verbis libri prophetię huius,auferet Deus partem eius de libro vitę, & de ciuitate sancta.hęretici autem solum hoc facere conati sunt in quibusdam libris sacrę Scripturę addẽtes,& diminuentes,sed catholicorum omnium fides, & auctoritas illos condemnauit: non auderet igitur Esdras, qui erat verus, & catholicus translator apponere quidquam de his, quę primo non fuissent in sacra Scriptura. Ideo dicendum, ꝙ ista verba a Moyse dicta sunt: sic etiam de se aliquando loquitur in tertia persona, sicut hic in plerisque alijs locis cum dicatur. locutus est dominus ad Moysen, & non dicatur locutus est dñs ad me, sed ista ex diuersis causis eueniunt, quia dr de Moyse in tertia persona, q̃q̃ ipse loquat, qa ipse non loquitur,tanquam principalis persona,sed velut historicus refert ea,quę facta sunt. ꝙ autem posuit hic magnam laudem suam non fecit solum, vt historicus,quia si fuisset ipse liber in scribendo, nõ scripsisset talia de se,sed erat Moyses propheta historicus, inquantum historicus est narrabat gesta temporum nõ magis de se loquens,quam nomine aliorum, inquantum vero propheta non erat ei liberum scribere hoc, vel illud, sed sicut spiritus propheticus eum incitasset ita scribere cogebatur, sicut dictum est de Balaam ꝓpheta cuius Deus mouebat intellectum lumine prophetico,& cogebat dicere ꝙrium eius,quod dicere ꝓposuerat, & quamquam sępe conaretur illud dicere non valebat,vt patet j.23.& 24.ca. conformiter aũt q in scribendo mouentur spiritu prophetico non pnt scribere aliud, quã quod eis spiritus propheticus scribendum dictat.Cum autem Moyses cognosceret cõditionem spiritus prophetici nolebat ei repugnare,qa erat manifeste repugnare Deo,& graue delictum,sed quidquid ei Deus scribendum dictaret scribebat, siue in laudem,siue in vituperium eius esset, sed Deus impulit eum ad scribendũ, ꝙ esset mitissimus inter omnes homines, qui morabantur in terra, ideo scripsit: sic etiam de vituperio suo sine culpa, vt mitius dicamus scripsit, scilicet quomodo peccauerit coram domino ad aquas contradictionis, vt patet infra 27.ca.& Deuteronom.3.atque 32.Si tamen esset historicus ꝓpria voluntate scribens, nec proprias laudes, nec rursus vitia scripsisset.ꝙ vero magnam de se laudem scripserit,nequaquam ei ad iactantiam imputandum est, quia inuitus id egit, de inuoluntariis autem, nec laudem,vel vituperium promeremur, iuxta Aristotel. in principio 3.Ethicorum.

Causa autem quare Deus eum defendit,& eum ad scribendum istam laudem coegit fuit, quia ipse cum esset mitissimus virorum proprias iniurias indefensus tolerabat. Deus autem merito huius mansuetudinis eum indefensum esse passus non est.

In quo Moyses esset mitissimus. Et quòd esse mitem consistit in duobus. Quæst. XIIII.

ADHVC quęretur quomodo, & in quo est verum,ꝙ Moyses erat mitissimus,cũ dicatur in litera: erat.n. Moyses vir mitissimus super omnes hoĩes qui morabant in terra.

Dicendum, quòd de Moyse poterat cõstare an esset mitis ex opere suo,scilicet remittendo iniurias,vel non respondendo iniuriantibus,& tamen an Moyses

esset valde mitis, vel aliud esset magis mitis, nemo auderent asserere, nisi sacra Scripturta hoc diceret, quia tamē illa dicit certum est, ꝙ non solum super omnes hebrǽos, sed etiam super omnes alios hoīes erat Moyses mitissimus: cum dicatur, ꝙ erat mitissimus super omnes hoīes qui morabantur in terra. Dicendū autē, ꝙ Moysen esse mitem consistebat in duobus. Primo in remittendo iniurias, vel non referendo vicem pro eis: nam cum Maria, & Aaron ꝯ eum murmurassent, ille non murmurauit ꝯ eos, sicut de dño nostro legitur, ꝙ cum malediceretur non maledicebat, & cū pateretur non comminabatur. 1. Pet. 2. c. Nam non legit ꝙ Moyses hic responderit murmurationi Marię, & Aaron, immo præsupponendum est, ꝙ non rnderit, quia aliàs non haberet locum, quę dñr in litera. Secundo orando pro maledicentibus, quia Maria murmurauerat contra ipsum, & tamen ille orauit pro ea, vt liberaretur a lepra, infra in litera.

Quare scriptura expressit Moysen esse mitissimum.
Quæst. XV.

SED quęretur, quare scriptura expressit, ꝙ Moyses erat mitissimns super omnes homines, qui morabantur in terra, quia multa sunt vera, quę tamen non exprimuntur: immo nunquam ponitur aliquid expresse in sacra Scriptura, nisi sit aliqđ motiuum ad illud dicendum.

Est dicendum, ꝙ fuit primo ad laudem Moysi: nā Deus voluit laudare hic Moysen ex aliq̄bus causis, quæ tangentur infra: pertinebat autem ad magnā laudem eius, ꝙ esset mitis, ideo scriptura non solum dixit eum esse mitem, sed etiam mitissimum super omnes homines, qui morabantur in terra.

Secundo fuit ad oñendum, ꝙ valde iniuste mouebantur Maria, & Aaron ꝯ ipsum: nam si Moyses esset vir iracundus solitus inferre aliis iniurias, non erat mirum, ꝙ Maria, & Aaron dicerent aliquid ꝯ ipsum. erat tñ Moyses vir tam mitis, ꝙ nulli maledicebat, neque iniuriam inferebat, ideo iniuste valde agebant Maria, & Aaron murmurando contra ipsum.

Tertio, vt quidam volunt, ponitur ad ostendendū, qūo Maria, & Aaron ausi fuernnt murmurare cōtra Moysen, quia timere debebant, ꝙ Moyses redderet eis vicem maledicendo illis, aut cū esset princeps populi inferendo eis pęnam pro hac murmuratione, & dr, ꝙ non timuerunt, quia cū Moyses esset vir mitissimus, neque malediceret, neque murmurantes puniret, si tñ scirent eū non esse mitem, non auderēt murmurare contra ipsum timentes vicissitudinem.

Quarto ad reddendum rōnem literę, quia ponitur hic murmuratio Marię, & Aaron ꝯ Moysen, & non ponitur responsio aliqua Moysi reddēdo maledictionem pro maledictione, sed solum excusando se ꝯ ea, quæ illi dixerant, de quo aliquis miraretur, quomodo hoc fuerit, & dr, ꝙ fuit, quia Moyses erat mitissimus super omnes homines: ideo etiam si malediceret, neque malediceret, neque responderet.

Quinto ponitur ad instructionem inferiorum: nā habetur infra qūo Deus responderet contra Aaron, & Mariam pro Moyse. Aliquis autem diceret, vnde hęc nouitas, ꝙ Deus responderet pro offensis, alicuius ꝯ offendentes? & dr, ꝙ hoc fuit, quia Moyses erat mitissimus. s. tam mitis erat, ꝙ non respondebat offendētibus se, ideo Deus respondebat pro eo.

Sexto, vt reddatur causa eius, quod dicitur in litera. s. quod cum audisset dominus iratus est valde. Aliquis diceret, quare iratus est? respondetur ꝙ erat, quia Moyses erat, tam mitis, quòd indignum erat inferri ei aliquam iniuriam: si autem inferretur alteri, qui seipsum defendere vellet reddendo vicem non irasceretur Deus, quia Moyses, tam mitis erat, quòd non respondebat maledicentibus: iratus est, ꝙ murmurarēt de eo, & hoc innuit litera ponens istud pro causa cū ait, quod cum audisset dominus iratus est valde, erat enim Moyses vir mitissimus, ideſt propter hoc iratus est Deus contra Aaron, & Mariam, quia erat Moyses vir mitissimus.

Quomodo poterat Moyses vocari mitissimus, quia non respondit cum esset absens.
Quæst. XVI.

ALIQVI quęrunt propter id quod dictum est precedenti quęst. in ratione quarta qūo poterat vocari Moyses mitissimus, quia nō respondit murmurationi contra se factæ; nam Moyses non fuit presens, quando facta est murmuratio, vt ostensum est supra, ideo non poterat respondere etiam si esset valde impatiens. Dicēdum, ꝙ licet Moyses non fuit tunc presens, audiuit postea ea quę dicta fuerunt, quia cum ista contentio fuerit contra vxorem Moysi ea presente referret illa Moysi, quid dictum esset, & tunc poterat Moyses reddere vicem maledicendo Marię, & Aaron, vel puniēdo eos, tanquam princeps, & tamen neque postea maledixit, neque puniuit, ideo mitissimus fuit, licet eo presente non fuit facta murmuratio.

Considerandum est, ꝙ cum dr Moyses erat mitissimus super omnes homines: non est intelligendum absolute, ꝙ excesserit omnes hoīes in mansuetudine, & patientia: fuit enim magis mitis Stephanus: nam licet habitum animi, śm quē dicitur quis mitis, vel iracundus nemo videre possit, tamen ex actu Moysi hic, & ex actu Stephani apparet Stephanus incomparabiliter magis mitis, quam Moyses, vt infra declarabitur, sed intelligitur hoc de hominibus illius tēporis, ꝙ super omnes illos erat mitis. Et sic fit sępe, quando scriptura aliquem laudat, quòd comparet eum ad homines sui temporis, sic patet Genes. 7. cum dicitur de Noe, quòd Noe fuit vir iustus, atque perfectus in generationibus suis, ideſt inter omnes homines illius temporis, vel illarum generationum, & hoc innuit litera, hic cum dicit. erat Moyses vir mitissimus super omnes hoīnes, qui morabantur in terra. i. qui illo tempore morabantur in terra: non tñ super omnes homines, qui postea moraturi erant in ea. Si tamen scriptura vellet innuere Moysen simpliciter esse manuetissimum super omnes homines qui erant, & fuerant, & futuri erant, exprimeret illud, quia aliquando similiter solet ponere, sic patet de Salomone cuius sapientiam scriptura laudare voluit, & dixit, ꝙ fuit sapientior omnibus hominibus. 3. Reg. 4. c. & nō solum hoc, sed etiam ꝙ nullus pręcesserit eum ęqualis in sapientia, neque futurus esset. 3. Reg. 3. ca. s. dedi tibi cor sapiens intantum, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te futurus sit, & idem dicitur. 2. Paralipom. 1. c. Sunter autem de locustis quas Deus fecit ascendere super Aegyptum dicitur Exod. 10. c. ꝙ ascenderunt sup̄ vniuersam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tēpus non fuerant, nec postea futurę sunt: hic tñ nō dicitur, nisi ꝙ erat Moyses mitissimus super oēs hoīes ꝙ morabantur in terra, ideo significatur solum de hoīous illius temporis, postea aūt alii fuerunt multo mitiores.

Statim locutus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam. Cum isti obiurgassent contra Moysen, Deus voluit eos immediate punire, tum quia erat Moysi offensio, tū quia magis de dono a Deo dato, q̄ ęquū esset ꝑsumebant, ęquantes se Moysi in spiritu prophetico, & non fuit dilata ista punitio, sed statim vocauit Deus Moysen, Aaron, & Mariam ad conuincendum obiurgatores de peccato suo, hos autem tres vocauit, quia ad eos solum pertinebat istud negotium, cum duo essent offensores, & vnus offensus.

Ex hoc concluditur, ꝙ non stet expositio Rab. Salom. de obiurgatione Aaron, & Marię contra Moysen. Dixerat enim, ꝙ in die qua prophetauerunt Heldad, & Medad fuerat istud iurgium, dicente Sephora vxore Moysi bonum eis, sed malum est vxoribus eorum: tamen non stat, quia illud factum est in sepulchris concupiscentiæ, antequam venirent coturnices, & postea steterunt ibi Israelitæ per vnum mēsem comedentes coturnices, sed obiurgatio ista facta est in Aseroth, quia postquam venerunt in Aseroth, vt ponebatur in fine præced. capitu. subiunctum est in principio huius, quòd Maria, & Aaron locuti sunt contra Moysen.

Nec potest aliquis respondere, ꝙ ista oīa facta sunt in sepulchris concupiscentię, vbi prophetauerūt Heldad, & Medad, & ꝙ ponatur hic per recapitulationē, quia in fine huius literę ponitur, ꝙ Maria percussa est lepra in Aseroth, & manserunt ibi omnes Israelitæ 7. diebus, donec sanaretur. ergo non facta sunt in sepulchris concupiscentiæ.

Sed adhuc respondebit aliquis, ꝙ obiurgatio contra Moysen facta est in sepulchris concupiscentiæ in die prophetiæ Heldad, & Medad, sed non fuerunt immediate puniti obiurgatores. Nam mensis vnus primo elapsus est in quo coturnices comederunt, & postea venientibus in Aseroth Maria percussa est lepra, manifestique ibi populus diebus septem.

Sed hoc non stat, quia punitio huius delicti facta est immediate post ipsum delictum, quod patet hic cum dicitur. statimque locutus est dominus ad eū, & Aarō, & Mariam: egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis, sed cōstat Mariam percussam fuisse lepra in Aseroth, ergo ibi eadem die facta fuit obiurgatio, quod aūt dr Heldad, & Medad prophetātibus fuit plurions, quam 30. diebus ante hoc, iō nō tenet illa expositio, sed melior est expositio Ra. Abrahā Abē Ezra. *Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis.* Quando ista locutus fuit Deus erant omnes isti tres simul, & apparuit eis loquens in figura aliqua assumpta. s. ꝙ angelus domini loqueretur, & vocauit eos, vt irent in tabernaculum: dixit autem, ꝙ irent solū tres, quia volebat increpare Mariam, & Aaron, quia contra Moysen murmurassent, & si publice reprehendisset vilescet eorum auctoritas, maxime in Aaron qui pontifex erat, & aliorum crimina corrigere, atque pro eis orare ex officio tenebatur, vt satis patet in toto Leuitico, ideo in ecclesia pęnitentia solennis sacerdotibus non imponitur, ne vituperetur ministerium eorum in eis. Maria quoque prophetissa erat, & si publice fuisset reprehensa vilesceret eius auctoritas. factum est igitur secrete in Sanctuario.

Opin. Ra. Salom. quare statim vocauit Deus Mariam, & Aaron & an coacti fuerint petere aquam lustrationis, quando vocati sunt ad tabernaculum.
Quæst. XVII.

ET dicit Rab. Salom. ꝙ statim, vt peccauerunt, dominus vocauit eos, vt confusibiles eos demonstraret in quo Moysen arguebant, quia accidit, ꝙ Aaron ex accessu ad vxorem suam immundus erat, similiter Maria ex accessu ad virum: vnde coacti sunt petere aquam lustrationis a Moyse, vt dñs in hoc demonstraret, ꝙ bonum erat continere a coitu, sicut faciebat Moyses.

Alph. Tost. super Num. Pars I.

Sed ista sunt fictitia, ponit enim hoc Rab. Sal. in fauorem Moysi. s. ꝙ alii essent polluti coitu, & ob hoc peterent aquam lustrationis, in quo præsupponit, ꝙ hominibus pollutis coitu debet adhiberi mundificatio per aquam lustrationis: est tamen mundificatio ipsorum per aquas viuentes, totum enim corpus suum lauare debent in aqua, & vestes, quas tunc habuerint, vt patet Leuit. capitu. 15. an vero aqua lustrationis necessaria sit non constat, sed eam non sufficere manifestum est, vt declaratum fuit Leuit. capitulo decimoquinto. Item quòd dicit Aaron, & Mariā esse immundos per coitū sola opinione dicit, quia non est ad hoc aliqua verisimilitudo, sed dato hoc videbatur procedere positio eius. s. quòd cogerentur saltem lauari, cū deberent ire ad Sanctuarium, quia nullus immundus poterat illud intrare, & si expectasset per diem non cogerentur petere aquam lustrationis, quia essent sequēti die mundi, & reciperent aquam a quocunque vellent, nec erubescerent coram Moyse. Sed non potest stare ista positio, quia aut Maria, & Aaron erant immūdi, quia nocte precedenti, vel in die ipso habuerant cōtaminationem aliquam, vel in coitu, vel ante noctem precedentem: si vero ante noctem precedentem, iam non durabat immunditia, quia ista solum erat, vsq; ad Solis occasum Leui. c. 15. si vero in nocte precedenti, vel in ipsa die contaminati fuerant, non poterant introire in Sanctuariū, vsque post Solis occasum, q̄q̄ lauarētur aqua lustrationis millesies, vel aquis viuentibus, aduenięnte autem Solis occasu erant mundi, vt dr Leui. c. 15. s. vir de quo egreditur semen coitus lauabit aqua oē corpus suum, & immundus erit, vsque ad vesperum, vestem, & pellem, quam habuerit lauabit aqua. ergo quamquam peterent aquam lustrationis a Moyse, non erant mundi ad ingrediendum in Sāctuarium, quousque veniret occasus Solis.

Si autem dicas, ꝙ Deus dispensaret in hoc, vel ꝙ ꝑꝑ mandatum eius tenebantur ire immediate non expectantes Solis occasum, quamquam essent immundi. Respondēdum est, ꝙ ēt pręceptum Dei excusaret eos ab aquis lustrationis, & a qualibet alia ceremonia. Iō dicendum verba Ra. Sal. esse quandam fictionem, qa si erant isti polluti mandatū Dei eos excusaret ab omnibus cęremoniis, vel si non excusabat ab aqua lustrationis ēt non excusaret ab expectatione, vsq; in vesperum, & sic non possent ire illuc ad mādatum Dei, nec cogerentur petere aquam a Moyse.

Cumque fuissent egressi descendit dominus in columna nubis. Dicuntur egressi de tentoriis suis, quia ibi Deus apparuerat illis, & cum irent descendit in columna. Erat enim columna super tabernaculum eleuata toto tempore quo stabant castra, vt patet supra c. 9. & de illa columna loquebatur dominus: si autē staret illa in sublimi audirentur voces a manentibus extra Sanctuariū: Deus tamen volebat secrete increpare Mariā, & Aaron: ob id enim dixerat, vt ipsi solum tres egrederentur euntes in tabernaculum, cum autem columna descēderet voces erant summissiores, & non audiebant extra Sanctuarium: sic descendit nubes ad loquendum cum Moyse prece. cap. cum electi sunt in iudices 70. seniores. Et dr descendere dñs in nube. i. angelus eius, quia Deus nec loquitur, nec descendit, sed angeli hoc omnia faciunt, & erat iste angelus qui mouebat nubē illam applicans virtutem suam ei, sicut Exo. c. 14. & cum ipse volebat eam mouere supra, vel infra, vel ad omnem differentiam positionis, mouebat. *Et stetit in introitu tabernaculi.* i. nubes illa stetit apud ostium tabernaculi intra ipsum atrium. *Vocans Aaron, & Mariam.* Oēs. n. iuerant ad Sanctuarium, sed non accesserāt ad ostium rabernaculi, quia non erat eis iussum, ꝙ starēt ꝑāliter in aliquo loco, & tūc vocati sunt solū Aaron

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Maria, quia dominus reprehẽsurus erat illos, & laudaturus Moysen, ideo nolebat eum prẽsentem extollere, quia virtuoso viro laudes in prẽsentia prædicatę sunt dura quædam verba.

Quomodo Moyses sciuit verba dicta Aaron, & Mariæ per angelum. Quæst. XVIII.

SED dices cum Moyses non astiterit colloquio in quo sunt dicta ista, quæ infra habentur, quo sciuit, quid dictum esset?

Respondendum est Moysen sciuisse spiritu prophetico, qa diuino spiritu afflatus omnia hęc scripsit, & sic de creatione rerum disserit, quamquã non astiterit illi, ita & de his, q̃ dicta sunt poterat verè scribere, licet tunc non audiuisset.

Quare Deus locutus est tantum Moysi, Aaron, & Mariæ, & quid locutus est, & cur primo voluit vocare omnes tres, cum tamen nollet Moysen audire. Quæst. XIX.

QVAERETVR cum dicatur in litera, ꝙ vocauit, vel locutus est Deus ad Moysen, Aarõ, & Mariam, quare ad istos tres locutus est?

Dicendum, ꝙ fuit primo ad innuendũ, ꝙ pertinebat causa ad istos tres, nam vocabantur pro murmuratione facta contra Moysen, sed hoc pertinebat ad Mariam, & Aaron, quia ipsi murmurabant; pertinebat etiam ad Moysen inquantũ ꝓ ipsum murmurauerant, ideo istos tres vocauit Deus.

Quid locutus est Deꝰ eis, s. Mariæ & Aarõ.

Sed dicetur, ꝙ cum scriptura dicat Deum locutum esse ad eos quid locutus est? Aliqui dicunt, ꝙ omnia q̃ habentur infra ab illo loco: audite sermones, vsq; ad finem verborum.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia illa verba solũ fuerunt dicta coram Aaron, & Maria. Nam dicitur in litera, ꝙ cum iussisset isti tres ad tabernaculum fœderis vocauit Deus Aaron, & Mariam, & dixit. audite sermones meos, ad illos ergo solos dicta fuerunt verba Dei. Dicendum igitur, ꝙ Deus locutus fuit ad istos tres: non quidem illa verba obiurgatoria, quę infra habentur, sed locutus est iubendo eis, ꝙ irent ad Sãctuarium, vbi volebat loqui, & patet quia dicitur locutus est ad Moysen, & Aaron, & Mariam: egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis: postea autem sequit̃, ꝙ verba Dei fuerunt dicta solum ad Mariam, & Aaron.

Quare dicatur, quòd statim locutus est eis. Quæst. XX.

ADHVC quæretur, quare dr̃, ꝙ statim locutus est Deus ad Moysen, & Aaron, & Mariã. Dicendum, ꝙ istud intelligitur referendo ad murmurationẽ factã ꝑ Moysen. s. ꝙ facta illa statim Deus vocauit istos: & dicendũ, ꝙ fuit primo ad inferendum pœnam, peccauerant. n. isti graviter murmurando ꝑ Moysen: Deus aũt non solum voluit eos punire, sed ẽt voluit diu expectare, iõ dr̃, ꝙ statim locutus est, quędã. n. peccata ꝓp cõditionẽ suã exigunt, ꝙ Deus pœnã non differat, sed statim illã inferat. Secundo, quia illis q Deũ oderunt Deus pœnã infert statim, sed isti videbant Deũ odisse inquantũ murmurabant iniuste ꝑ virum Deo dilectissimũ, iõ statim voluit Deus punire, sic dr̃ Deut. 7. c. reddens odiẽtibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat: protinus eis restituens, qđ merent̃. Tertio, & principaliter fuit ad oñendum conditionem irati: nã dr̃. s. in Ira, ꝙ cũ audisset dñs iratus est valde. i. iratus est, ꝙ murmurationẽ: pertinet aũt ad iratos, ꝙ statim velint retribuere: nam inter oẽs passiones ira est velocior, iõ licet audiat rõnem: tñ modicum audit, sicut ministri psalantes, & canes qui cum audiuerint pulsari ad ostium statim latrant nõ inquirentes prius, an dñs sit, vel alius: sic dicit Arist. 7. Ethi. c. 8. hoc aũt fit ꝓp caliditatem, & velocitatem naturæ ipsius irę, ideo licet secundum veritatem in Deo non sit ira, nec alia passio: tñ inquantum dicitur iratus, oportet ꝙ attribuantur ei cõditiones irę, & quia potissima conditio irę est velocitas punitionis propter caliditatem irę 7. Ethic. c. 8. & a Deo dictum sit, ꝙ iratus est valde, velociter pœnam infligeret, & hoc fuit, ꝙ statim loqueretur.

Quare Deus dixit egredimini tantum vos tres. Quæst. XXI.

QVAERETVR quare Deus dixit egredimini vos tantum tres? Dicendum, ꝙ Deus volebat nũc loqui super murmuratione facta cõtra Moysen, & tamen ad solos tres istud pertinebat, quia duo contra vnum murmurauerãt, iõ superuacuũ erat alios vocari. Deus tñ nihil superfluum facit, ideo ipse solos tres vocauit. Secundo fuit ꝓp honorem istorũ, quia licet Deus istos punire vellet non volebat, ꝙ vilescerẽt in cõspectu populi, quod fieret si populus audiret vba obiurgatoria, q̃ Deus ꝑ illos dicebat, ideo non debuerunt interesse alicoram quibus isti vilescerent. Tertio fuit ꝓp additionem loci ad quẽ vocabant: nã ibant ad ostiũ tabernaculi, & ibi erat locus sanctus, ad quem non ascendebat tota multitudo, patet hoc cũ dr̃: egredimini vos tm̃ tres ad tabernaculum fœderis. Quarto fuit ꝓp res quas Deus dicturus erat. Nã prout lit res excellẽtes. s. de distinctione prophetię, & de filia Moysi ad alios: talia autem pauci suscipiunt, ideo paci digni sunt audire: istos ergo solos vocauit. Quinto & principaliter fuit, quia ad istos qui morabantur, vel ibant ad tabernaculum debebat fieri sermo Dei. Dr̃ tñ pauciſſimis loquitur, quia istud est quoddam principium prophetiæ, vnde licet Deus velit referri verba sua oĩbus, non tñ vult per se loqui oĩbus, sed paucissimis, non vocauit, nisi istos, quibus alias Deus loquebatur, sicut ipsi dixerunt. nonne & nobis sic̃ est locutus?

Quomodo Deus seruauerit istis honorem cum tamen dederit pœnitentiam. Quæst. XXII.

SED dicet aliquis qũo est verum, quod dr̃ prece. ꝙ in ratione secunda, ꝙ Deus voluerit, ꝙ isti non erubescerent, & ꝙ voluit eis seruare quendam honorem: nam intulit eis pœnam, ergo non seruauit honorem. Secundo, quia Marię dedit Deus pœnam publicè ꝓfundendo eam lepra, in qua mansit per septem dies, ergo non solum non seruauit illis honorem, sed etiã publicè confudit eos. Dici potest, ꝙ Deus seruauit hic quendam honorem, non quidem Marię, sed ipsi Aaron: ambo quidem peccauerant, & digni erant pœna, sed non manifestauit Deus peccatum Aaron: sic̃ verba ista obiurgatoria Dei ad Mariam, & Aaron audirentur coram multis illi viderent confusionẽ Aaron, ideo non dicere coram aliis fuit seruare quędam honorem Aaron. Secundo, quia etiam Mariæ fuit seruatus honor: nam licet non fuerit in rotũ illę dam honor seruatus, ꝙ ipsa excusaretur ab omni pœna erat tamen quantum ad aliquid: nam maior pœna erat Maria perfunderetur lepra publicè, & etiã Deus obiurgaret eam publice, quam ꝙ solum perfunderetur lepra, quia aliquam grauitatem pœnę addebat ista obiurgatio Dei. ꝙ ergo non fieret publicè erat quædam alienatio pœnę, & confusionis.

Et ꝙ Deus voluerit in aliquo honorare Mariam, licet eã puniuerit patet, quia ipsa mansit 7. diebus lepro sa extra castra, & fecit Deus, ꝙ per illos 7. dies nõ moueretur Israelitæ de loco illo, sed expectarẽt quousq; sanaretur Maria, & reduceretur in castra, vt patet ꝫ. in ira: & tñ non fiebat hoc in aliquo alio leproso omnes quippe erant extra castra, & nullus expectabatur quousque mundaretur, iõ sicut in ira sua Deus seruat aliq̃ misericordiam, sicut dr̃ Psal. 76. ꝙ non continebit in ira sua misericordias suas, ita aliquando puniendo honorem quendam seruat eis quos punit, & per hoc patet ad ea, quę dicuntur in contrarium.

Quomodo stat, quòd Deus vocauerit Aaron & Mariam, & tamen dicitur quòd locutus est Moysi Aaron, & Mariæ. Quæst. XXIII.

QVID est, quod dr̃, ꝙ descendit dñs in colũna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam, & qũo ꝑt stare? Nam supra dr̃, ꝙ locutus est ad Moysen, Aaron, & Mariam, qũo ergo statim dr̃, ꝙ vocauit Aaron, & Mariam? Quidam dicunt, ꝙ oẽs tres vocauit, & tñ scriptura tacuit de Moyse qui dẽt subintelligi. Dicendum, ꝙ non stat si deberet subintelligi Moyses: iõ poneretur aliqua distinctio, sed cum dictum esset supra, ꝙ Deus locutus est ad istos tres, ꝙ venirent ad tabernaculum sequitur audire sermones meos, & tamẽ ponitur distõ, quia postq̃ dictum est, ꝙ vocauit istos tres ad tabernaculum, sequitur ꝙ dixerit, ꝙ venirent Aaron, & Maria, & audirent sermones eius, ergo voluit aliquid nouum signare, iõ cum supra de tribus dictum fuerit, noluit postea signare de tribus scriptura, sed ad duos retulit: est aũt sic intelligendum, ꝙ Deus a principio locutus fuerit tribus dicens, ꝙ venirent ad tabernaculum fœderis, deinde cum ibi essent descẽderit columna ad ostiũ tabernaculi. s. quia prius erat elevata, & tunc humiliauit se versus terram, & ꝓ hoc dr̃ Deus descendisse in columna nubis, & stetisse in introitu tabernaculi. Dr̃ aũt, ꝙ vocauit Aaron, & Mariã. Primo ad distõnem, quia prius fuerant vocati tres. s. Moyses, Aaron, & Maria, & si Deus non vocaret nũc specialiter aliquẽ, vel aliquos ipsorum oẽs tres accederent simul: Deus tñ volebat, ꝙ duo soli accederent, iõ vocauit ex nomine quos voluit. Secundo fuit, vt aude rent accedere, quia ex priori vocatione introierant isti tres in Sanctuarium, sed procul erant a loco in quem descendit columna, & nõ auderent accedere ad locũ illum. Expediebat tñ, ꝙ accederent ne fieret vox alta ad eos, quę posset ab aliis audiri, ideo vocati sunt, ꝙ accederent. Tertio fuit ad hoc, ꝙ posset fieri sermo his duobus, & non audiret illum Moyses. Cum. n. omnes tres simul essent intra atrium Sanctuarii, si sermo fieret audirẽt omnes tres, vel nemo eorum: voluit tamẽ Deus, ꝙ Moyses non audiret hoc, ideo vocauit Aaron, & Mariam iubens, ꝙ accederent, vt Moyses maneret aliquantulum procul, vel ipse se elongaret sciens, ꝙ Deus volebat ista non audiri ab eo, & ita soli duo audirent. Causa autem quare isti tres procul essent non audentes accedere erat quędam reuerentia ad Deum. Sciebat enim esse in columna nubis, & propter illius excellentiam non audebant appropinquare: maxime autem, quia Deus ita iusserat. Cum enim Moyses videret rubum ardentem, & accedere veller dixit Deꝰ. Moyses non appropies huc: solue calciamenta de pedibus tuis, locus. n. in quo stas terra sancta est. Exo. 3. c. ita ergo nunc scientes Deum esse in columna non audent appropinquare, nisi Deus illos vocaret.

Quare non vocauit etiam Moysen. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR quare vocauit nunc Deus Aaron, & Mariã solos, & exclusit Moysen. Dicendũ ꝙ fuit primo, quia ista verba Dei, quæ secuta sunt pertinebant ad solũ Aarõ, & Mariam: nam erãt verba increpatoria pro murmuratione: Moyses tamen non erat increpandus, ideo neque oportuit esse præsentem. Secundo fuit, & principalius ne Moyses superbiret ex his, quæ dicebantur, Nam omnia quę dicta fuerunt in verbis Dei pertinẽt ad laudem Moysi, vt patet in litera, sed non expediebat Moysi audire laudes proprias, quia forte inflaretur, potissime, quia istæ erant magnæ laudes, ideo voluit Deus illum esse absentem. Aaron autem & Maria debuerunt ista audire, quia per hęc ostendebatur illos falsa fuisse locutos, & vt de cætero non murmurarent contra Moysen scientes illius excellentiã, ideo Aaron, & Maria debuerunt esse præsentes, & hęc audire, sed non Moyses.

Quare in principio vocauit omnes tres cum tamen nollet Moysen audire. Quæst. XXV.

SED quęretur ad quid vocauit Deus a principio istos tres dicẽs: egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis, cum postea vellet, quòd Moyses non esset præsens eis, quæ dicerentur? Dicendum, ꝙ intelligitur hoc modo, ꝙ fuerunt vocati isti tres ad Sanctuarium, vt ibi manerent dum Deus loquebatur, & tamen antequam inciperet loqui separarentur duo. i. Maria, & Aaron accedentes ad audiendum verba domini: Moyses autem maneret aliquantulum procul non audiens verba ista, esset tamen intra Sanctuarium, & fuit primo ad confusionem Aarõ & Mariæ, vt scirent, ꝙ increpationem illam, quam faciebat eis sciebat Moyses cui detraxerant. Secundo ad consolationem Moysi, vt saltem sciret, ꝙ isti vocabantur ad sustinendum increpationem pro murmuratione contra eum. Tertio, & præcipue ad hoc, ꝙ Aaron, & Maria non viderentur consecuti excellentiam aliquam ex peccato, quod commiserant. Si enim soli Aaron, & Maria vocarentur non vocato Moyse, posset putari, quòd Deus accipiebat istos ad aliquam specialem familiaritatem, quod erat inconueniens, & contra intentionem Dei, quia videretur despici Moyses, qui erat singularis, & familiarissimus Deo, ideo non fuerunt vocati sine illo. Quarto fuit, & etiam præcipue ad hoc, ꝙ Moyses oraret pro Maria, quando percuteretur lepra, sicut factum est: nam statim, vt percussa est, Aaron petiuit a Moyse, quòd oraret pro ea, & ille rogauit Deum dicens, Deus obsecro sana eam. Sed non potuisset hoc fieri, nisi Moyses esset propinquus loco, scilicet intra Sanctuarium, ideo debuit ibi esse.

Quomodo Moyses profuit Mariæ orando pro ea. Quæst. XXVI.

SED dicetur quomodo potuit Moyses prodesse ad hoc, ꝙ oraret pro Maria, quia non obstante, ꝙ ibi fuerit, percussit eam Deus lepra.

Aliquis dicet, ꝙ profuit, quia orauit pro ea, & Deus concessit, ꝙ solum esset septem diebus leprosa. Si autem non oraret pro ea Moyses, forte maneret leprosa per totam vitam.

Sed obiicietur, ꝙ non fuit ad hęc necessaria ꝓnia Moysi, qa licet tunc Maria perfunderetur lepra existẽte Moyse extra Sanctuarium, posset Aaron egressus de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Sanctuario petere a Moyse, ꝙ oraret pro ea, & illo orante concederetur, ꝙ solum per septem dies maneret leprosa.

Dici potest, ꝙ non fuit conueniens, quia si Moyses esset extra Sanctuarium, Aaron sorte non iret ad petẽdum hoc ab eo. Primo, quia erubesceret, nam si Moyses foris mansisset posset putare Aaron, ꝙ ille nesciret ad quid vocati fuissent Maria, & Aaron, & an ibi actũ esset, & sic erubesceret ei pandere hoc, nunc vero cũ esset intra Sanctuarium, constabat ipsum scire ad quid vocati essent Maria, & Aaron, ideo non erubesceret pandere ei, & petere ab ipso, quòd oraret. Secundo, quia si Moyses mansisset extra Sanctuarium non vocatus nunc a Deo, putaret forte Aaron istam rem nõ multum pertinere ad eũ, ideo quòd deprecatio eius parum valeret ad liberationem Marię, ideo nihil peteret ab eo, & sic non oraret pro Maria, maneretque illa in perpetuum leprosa. Debuit igitur Moyses propinquus esse loco, vt crederet Aaron, quòd ad satisfacien dum ei Deus percusserat Mariã, & sic posset prodesse oratio eius ad liberandum Mariam, vnde peteret ab eo, ꝙ oraret.

Quare Deus voluit deprecari pro Maria cum vellet eam punire. Et quòd Deus vult punire, & orari, vt cesset punitio. Et quantum ei profuit oratio Moysi.

Quæst. XXVII.

SED adhuc aliquis dicet istud videri inconueniens: ipse enim volebat punire Mariam, qũ ergo procuraret esse præsentem Moysen, vt oraret ne percuteretur Maria, quia in hoc videretur velle contraria?

Dicendum, ꝙ Deus non volebat orari, vt non percuteretur Maria, quia antequam oraretur punierat eam, & impossibile erat, non esse eam iam percussam lepra, sed volebat orari super duobus. Primo, vt liberaretur Maria a plaga inflicta. Secundo, vt non fieret ista plaga durior.

Est autem iste modus Dei, ꝙ ipse vult punire, & tñ vult orari, vt cesset punitio sua, vel vt puniat minus. Et si aliquis oret pro hoc placet Deo, & interdum exaudit deprecantem, & dato, ꝙ non exaudiat placet sibi, ꝙ oretur pro hoc, & si nõ oratur indignatur, quia nemo est qui oret, iuxta illud Ezec. non fuit qui se opponeret murum pro domo Israel. i. quando ego volui punire, nemo fuit qui oraret interponendo se in medio, idest inter Deum, & illos, quos volebat punire, quasi esset murus intermedius resistens hosti volenti intrare. Causa autem quare Deus hoc dixit est, quia Deus non punit ex ira, sed mouẽte ratione, qui aũt punit ex ira non vult, ꝙ aliquis sibi resistat impediẽdo de facto, vel orando ne faciat, qui autẽ punit ex rõne p̃t dupl̃t facere: aliquando vt satisfaciat rationi inferendo pœnas ei qui meruit illas: aliquando autem propter honorem suum, s. quia forte fuit sibi facta offensa, & erit sibi dedecus, si non retribuat, vel saltem oret, vt cesset a retributione, & interdũ qui sic offenditur iubet non retribuere pœnam, sed ꝙ oratẽ remittere iniuriã, vt sic impenderet ei aliquis honor, orando ipsum, qui aliter non videret ꝓtemni. De Deo sic est cum ipse non puniat ex ira, sed ex rõne infert interdũ pœnas, qa iudicat sic expedire pp aliquas causas, & tunc ẽt si oretur non cessabit, sed potius reuelat interdũ orantibus, ꝙ non orent vlterius, quia non exaudiet eos super hac re. sic fuit in Samuele, qui orabat, & lugebat pro Saule, vt Deus non auferret ei regnum, quousque dixit Deus Samueli, ꝙ non oraret vltra pro hac re, quia ipse proiecerat Saulem, & eligerat Dauid. 1. Reg. 16. ca. Sic etiam fuit de Moyse, cui prænunciatum erat, ꝙ nõ intraret in terrã Chanaan. ℣. 20. & 27. Moyses autem orabat assidue Deum, vt concederet ei intrare illuc, quousque Deus dixit illi, ꝙ non oraret ipsum vlterius super hoc Deut. 3. Aliqñ autem Deus comminaẽ pœnas, quia videtur fuisse offensus, & non inferret illas, vel saltem, non tam graues, quantum prænunciat: vel. let aũt orari, vt sic per hoc videretur sibi impendi honor, & esset ei causa remittendi pœnas cõminatas. Sigs autem nunc se opponat orando Deum placet valde Deo de hoc, & cessat inferre pœnas, vel mitigat illas. si autem nemo se interponat orando indignatur Deus contra illos ad quos pertinebat orare, quòd non se interposuerint, sicut dixit Deus per Ezechielem, quòd non fuit qui se interponeret, vt murum pro domo Israel.

De Maria punita, ita fuit in præsenti, ꝙ Deus voluit punire illam, & tamẽ voluit, ꝙ oraretur pro ea. Significabat enim Deus Aarõ, & Mariam grauiter peccasse murmurando contra Moysen, & innuebat ex modo indignationis, quam monstrabat, ꝙ volebat eos grauissime percutere, quia tamen non desiderat Deus, rã dure percutere, quantum foris ostendebat, volebat ꝙ oraretur ne magnam pœnam inferret. Et quia hoc nõ poterat fieri, aut saltem non expediebat, nisi per Moysen, procurauit Deus, quòd esset præsens Moyses, & oraret.

Istud vero profuit ad duo, quæ exprimuntur supra. Primum erat, vt liberaretur a pœna, quę inflicta erat. s. a lepra. s. quia forte Deus innuebat, aut imprimebat menti Aaron, quòd Maria, iuxta id quòd peccauerat semper futura erat leprosa, vt autem Deus non videretur per seipsum cessare ab ista pœna, quam innuebat, voluit quòd oraretur per Moysen, & tunc quasi placatus abbreuiauit tempus, faciens quòd solum essent septem dies, & istud quasi cum quadam difficultate, & indignatione fecit, quasi multum diminueret de eo, quod proposuerat.

Secundum fuit, vt pœna non fieret grauior. Deus enim percusserat Mariam lepra, quę est morbus corrosiuus, & videbatur, quòd si perseueraret grauitas nocumenti illius plagę post pauca moreretur Maria consumpta carne eius: fuit autem conueniens, quòd Moyses oraret pro illa, vt non cresceret grauitas nocumenti illius plagæ, quia si cresceret cito periret, & dato, quòd non oraret Moyses pro liberatione a plaga, saltem orare debebat, vt nocumentum staret. i. non procederet magis corrodendo carnem, vt maneret in gradu, in quo fuerat plaga inflicta. Et ista fuit causa potissima, quare Deus voluit Moysen esse præsentẽ. s. vt posset statim Aaron petere ab eo, vt oraret pro Maria: nam plaga inceperat, tam grauiter corrodere carnem, ꝙ si Moyses esset extra Sanctuarium, dum iret Aaron ad rogandum ipsum, vt oraret, videbatur tota caro Marię consumenda, debuit ergo præsens esse, vt statim orare posset.

Et istud apparet ex litera, cum dicitur, quòd cum respexisset Aaron, Mariam, & vidisset eam perfusam lepra, ait ad Moysen: obsecro dñe ne imponas nobis hoc peccatum, ne fiat hęc, quasi mortua, & sequitur, ecce iam medium carnis eius deuoratum est lepra. i. subito medium carnis Mariæ deuoratum est lepra, quid fieret si aliquandiu expectaretur? tota quippe caro corroderetur a lepra: fuit igitur conueniens Moysen esse præsentem, licet non audiret verba, quę dicebantur ad Mariam, & Aaron, & forte ista fuit causa præcipua, vt vocaretur cum illis ad Sanctuarium.

Qui cum issent, dixit ad eos. Audite sermones meos. Siquis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses: qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei. Palam & non per ænigmata, & figuras dominum videt.

Cumque issent dixit ad eos. Audite sermones meos. Cum vocati fuerunt Aaron, & Maria accesserunt soli ad ostium tabernaculi, & quia volebat Deus eos increpare fecit illos attentos ad alia verba sua.

Siquis inter vos est propheta domini. Hic respondet ad verba murmurationis Marię, & Aaron cum dixerũt, num per solum Moysen locutus est dominus? nobis quoq; similiter locutus est. & dicit vos dixistis, quòd Moyses non bene agebat abstinendo ab vxore ꝓpter collocutionem cum Deo, quia etiam vobis loquitur Deus, qui non continetis. ego dico vobis, ꝙ non est simile de Moyse, & vobis, quia aliquis inter vos cum propheta est apparebo ei in visione. s. demonstrando aliqua sensibilia signa, aut per sõnium loquar ad illum, immittendo ei aliquas phantasticas imagines, non est autem sic de Moyse, quia ego loquor ei quodam speciali modo, scilicet ore ad os: videt Deum, & non per aliquam obscuritatem, sicut vos videtis, sed clare. ideo speciali modo debet munditiam carnis seruare abstinendo ab actu coniugali. Sic enim quando populus erat auditurus vocem domini per tubã in receptione legis super montem Sinai, ab vxoribus abstinere iussus est, vt patet Exo. 19. c. Non solum hoc mõ introduci potest ista litera fundando super murmuratione factam propter abstinentiam Moysi ab vxore, sed etiam propter quodcunque alterum. Nam de principali non curabatur, sed de confirmatione ista. num. s. num per solum Moysen locutus est dñs? & hãc solã scriptura recitat, ideo ex quacunque causa ipsi dixerint, ꝙ nõ per solum Moysen loquebatur dñs volebant se æquare Moysi, & Deus tollit in responsione sua similitudinem istam dicens, aliter esse de Moyse, quam de cæteris, quia alii Deum vidẽt solum in visione, vel per somnium, & iste est modus imperfectus videndi Deum, Moyses autem videbat clare. s. facie ad os & non per ænigmata, ideo nullus erat ei æqualis.

An Moyses fuerit maior Dauid, & alijs prophetis, & quomodo magnitudo prophetiæ aliquando accipitur a rebus reuelatis, aliquando a modo reuelandi. Et in quo magis prophetæ distinguuntur.

Quæst. XXVIII.

ET hic videtur insurgere dubium de prophetia Moysi an ipse fuerit maior omnibus aliis prophetis, de quo tactum est Deute. capitulo vltimo?

Et ex hac litera videtur, quòd fuerit maior, quia dicitur, quòd si aliquis fuerit propheta inter Iudęos apparebit ei in somno, vel vigilia per aliquam speciem sensibilem, sed non erat sic de Moyse, quia Deum clare videbat. Item Deuteron. ca. vltimo, dicitur, ꝙ non surrexit vltra in Israel propheta, sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem. ergo nullus de posteritoribus fuit ei æqualis, nec Dauid, nec Esaias, nec cæteri. In contrarium posset dici, quia nos communiter vocamus Dauid maiorem prophetarum, ideo per excellentiam eum prophetam appellamus non expresso proprio nomine.

Respondendum est, ꝙ maiorem esse prophetam consideratur dupliciter, vel quantum ad ea, quę reuelat, vel quantum ad modum cognoscendi illa. dicit. n. primo modo aliquis propheta esse excellens propter ea, quę reuelat esse excellentissima, sicut diximus de omnibus habitibus specularijs, ꝙ sunt perfectiores, secundum ꝙ sunt de obiecto perfectiori, sic ait Arist. 3. de Anima, secantur scientiæ quemadmodum ea ex quibus fiunt, idest scientię habent inter se diuisionem sicut habent obiecta de quibus sunt, & ita perfectionẽ differentem, sicut obiecta imperfectionem, & ob hoc cognitio, quam de Deo habemus pertinens ad habitũ theologicum, est perfectior cognitione habita de reb' naturalibus, & hoc nõ ex natura potentiæ, quia ab eadem potentia intellectiua nostra cognoscitur Deus, & res naturales, sed solum ex dña obiecti: ita erit in ꝓphetis dña prophetię, s̃m perfectionem eorum, quæ reuelantur prophetę, & quia aliquando quibusdã prophetis reuelabantur quędam parua, aliis vero quædã magna dicebantur magis, vel minus excellentes, sicut excellentior erat propheta ille cui reuelabantur mysteria Christi, quam cui reuelabatur destructio Chaldęorum, vel Idumeę.

Et quantum ad hoc Moyses non est excellentior aliis prophetis, sed multi sunt excellentiores ipso: nam Esaias de Christo reuelauit multa nobis, & clarissime, sic & alii. Dauid etiã multa de eo dixit, & ob hoc Esaias, & Dauid excellẽtiores sunt, quam Moyses in prophetia, & quia Dauid pluries adhuc tangit de mysteriis redemptoris nostri, eum ecclesia prophetarũ excellentissimum vocat, appellans eum prophetam nõ expresso nomine proprio. Secundo modo dicit aliquis propheta excellentior ex modo reuelationis: nam cognitio non solum differt s̃m perfectionem ex conditione obiecti, sed ẽt ex conditione potentię: nã quamquam sit perfectior cognitio de luce ex natura obiecti, quam cognitio de nigredine, tñ si per intellectum nigredinem, & per visum solum intueamur lucẽ pfectior est cognitio de nigredine, quam de luce, & hoc quidem pp perfectionem potentię intellectiuę super visiuã, ita & in prophetis si alicui prophetę reuelentur magna mysteria mõ sensitiuo, & alteri reuelent parua mõ intelligibili, ex parte modi cognoscẽdi perfectior est iste cui reuelantur minora mysteria. Et hanc differentiam tangit hic litera. s. ꝙ prophetis communibus loquebatur dñs in visione. i. apparendo eis in aliqua corporali figura, & loquendo, vel per somnium. i. causando imagines phantasticas per noctem: Moysi autẽ dicitur loqui ore ad os, & non per ænigmata, & figuras. ergo alius modus est perfectior modo sensitiuo, & iste est modus intellectiuus, quando aliquis immutatur in intellectu a Deo non immutatus in phantasia, vel in sensibus exterioribus ad intelligendam aliquã veritatem. Etiam quantocunque Deus alicui se magis, vel minus reuelat, dicitur esse modus ille cognoscendi perfectior. hoc autem non stat in apparitione sensitiua in assumpta imagine, & locutione, qa quantum ad imaginem assumptam, quilibet cui Deus appareat æqualiter immutabitur, quantum ad locutionem aũt dña est, sed parua, nisi assumatur ex parte immutationis intellectus, in intellectu autem multum differt, quia quidam parum immutantur, & obscure intelligunt, & pauca, alii autem magis immutantur, & isti clarius considerant, & plura intelligunt.

In hoc autem est gradus multiplex, secundũ quòd apparet in hominibus quantum ad differentiam naturalis ingenii, quia aliqui magis de lumine, alii vero minus habent. Maximus autem gradus reuelationis propheticæ est, quando Deus alicui se reuelat non per aliquam figuram, vel speciem abstractiuam causatam ab intellectu eius, sed per essentiam suam, sicut reuelat se beatis, & non p̃t dari iam excellẽtior cogni-

Universidad de Deusto Biblioteca

tio,qui vero ad hanc peruenerit excellentiſſimus prophetarum eſt.

Hanc tamen non aſſeruimus fuiſſe in aliquo, præterquam in Paulo,& Moyſe . Ideo quantum ad hoc excellẽtior erat Moyſes omnibus aliis prophetis, nec Dauid,nec Eſaias vllatenus ei comparandi ſunt, quia iſti mutabantur a Deo mõ intellectiuo, vt cõiter ſine aliqua figurali apparitione,aut formata voce, vel cauſatis phantaſmatibus, & iſte modus cognoſcendi perfectus eſt,ſed nondum peruenerunt ad cognitionem Dei per eſſentiam, in qua eſt gradus excellentiſſimus prophetię. Cum autem ſunt iſti duo modi differendi in prophetis, quantum ad magis excellens, & minus excellens : Deus non poſuit dr̃iam aliquam ex parte obiecti,ſed ex parte modi cognoſcendi, nõ tñ tollitur quin differentia ex parte obiecti faciat differentiam in prophetis .

Cauſa aũt quare magis diſtinguuntur prophetę ex modo cognitionis, quam ex rebus cognitis eſt, quia prophetæ dicuntur propter cognitionem alicuius rei ſupernaturalis,ſed res ipſæ, quæ reuelantur cum futuræ ſunt, quamquam tunc excedant potentiam nr̃am: tamen aliquando eas naturaliter cognoſcemus.ſ.cum conditio temporis eas fecerit eſſe prçſentes. de Deo tamen nihil clare poſſumus naturaliter cognoſcere, ſiue nunc,ſiue poſtea, niſi eleuauerit intellectum noſtrum,ideo in cognitione Dei,nunc magis eſt prophetica cognitio,quam in cognitione reuelatarum rerũ. Item cum prophetia dicatur eſſe cognitio de re ſup. naturali , quanto res fuerit magis ſupernaturalis erit modus prophetię excellentior,ſed Deus eſt ens maxime ſupernaturale. ergo magis differrent prophetę ex modo diuerſę cognitionis,quam de Deo habent, quã ex natura rerum reuelatarum,ideo nõ dixit hic Deus, ꝙ reuelabat excellentiora Moyſi,quam aliis,ſed ꝙ clarius manifeſtabatur ei. cęteris autem per figuras in vigilia,vel in ſomnio.

Et quantum ad hoc dici poteſt ad quæſtionem.ſ.qs fuerit excellentior inter prophetas, ꝙ quantũ ad omnia non eſt aliquis excellentior aliis , quia Dauid, & Eſaias excellentiores ſunt ex conditione myſteriorũ reuelatorum: Moyſes aũt eſt excellentior ex mõ cognitionis.ſ.quia per excellentiam Deum cognouit .

Quis propheta, vel ſecundum quem modũ dicatur excellentior.

Si autem queratur quid horum excellẽtius ſit ſimpliciter? Reſpondendum eſt excellentiorem eſſe ꝓphetam quantum ad diuerſum modum cognoſcẽdi, quam ſecundum myſteria reuelata. Et ob hoc ſi quęratur quis eſt excellẽtior ſimpliciter Moyſes, vel Dauid,aut Eſaias? Reſpondendum eſt excellentiorem eẽ Moyſen,quia differt a cęteris,per id quod eſt excellentius.ſ.per modum diuerſum cognoſcendi, cum aliqñ per eſſentiam cognouerit. Si tamen aliquis contẽdat Dauid eſſe excellentiorem, non eſt multum contendendum:nam procedit qõ per ęquiuocationẽ, nemo enim dicere poteſt Dauid eſſe excellentiorẽ, niſi quãtum ad myſteria reuelata, & hoc mõ concedendum eſt, ideo non eſt admirandum, ſi aliqñ dicatur Dauid eſſe excellentiorem ſimpl̃r, & aliqñ eſſe Moyſen excellentiorem,quia intelligitur per iſtam diſtinctionẽ. Ad argumenta reſponderi põt pro vtraq; parte. Si.n. dicatur Dauid eſſe excellentiorem. Reſpondebitur ad primum argumentum ſumptum hic ex lr̃a, ꝙ ex viribus verborum .ſ.ę non concluditur Moyſen eẽ excellentiorem Dauid aliquo mõ, quia dr̃. ſiquis fuerit inter vos propheta. in quo loquebat̃ ad eos qui ipſo tpe erant.ſ.ꝙ de illis non erat quiſquam cui,ita Deus ſe ꝑfectè reuelaret,ſicut Moyſi. Si tñ in futuro fuerit non negat̃ ex lr̃a . Dauid aũt fuit multo tpe poſt Moyſen: ideo non infertur ex hoc Dauid,& Eſaiã, & reliquos poſteriores non fuiſſe ęquales Moyſi, ſed ſolũ de præſentibus agit,inter quos Moyſes excellebat. Alio mõ reſponderi p̃t,ꝙ q̃q̃ ſit ſolida pręcedens reſponſio: tñ nos tenemus nullum de prophetis cognouiſſe Deum per eſſentiam pręter Moyſen, ideo quantum ad hoc excellentior eſt, & tunc reſpondebitur ad literam,ꝙ ipſa probat Moyſen eſſe excellentiorem aliis prophetis,non quidem quantum ad myſteria reuelata,ſed q̃tum ad modum cognoſcendi,& hoc conceditur.

Ad aliud cum arguitur ex litera Deut.c.34.reſpondendum eſt, ꝙ cum dicatur ibi, ꝙ non ſurrexit vltra maior propheta in Iſrael. non intelligebatur quãtum ad magnitudinem rerum, quas prophetabat, ſed quãtum ad magnitudinem ſignorum, & portentorum,q̃ faciebat dñs per manum Moyſi,& non per manũ Dauid,vel aliorum prophetarum, vel quantũ ad magnã familiaritatem,quam cum Deo habebat,cum dixiſſet Deus illi.inueniſti gratiam coram me,& te ipſum cognoui ex nomine Exo.c.33. Et hoc patet ex eadem litera Deuter.cum dr̃, & non ſurrexit vltra propheta in Iſrael,ſicut Moyſes quem noſſet Dñs facie ad faciem in oĩbus ſignis,atque portentis, quę miſit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius,non tñ dicit hic, ꝙ ipſi fuerint reuelata maiora,q̃ aliis, & hoc modo Dauid, & alii potuerunt eſſe ſuperiores Moyſe in prophetia . Si autem diceretur eſſe Moyſes excellentior propheta aliis, reſpondendũ eſſet modo contrario.

Quare Deus dixit nunc Mariæ, & Aaron: ſiquis fuerit inter vos propheta,&c.& an fuerit ad propoſitum.
Quæſt. XXIX.

Adhvc quęretur, quare Deus dixit Marię, & Aaron: ſiquis fuerit inter vos propheta dñi,&c.quæ ſequuntur in verbis ſuis?

Dicendum,ꝙ iſtud fuit. Primo ad oſtendendum Aaron,& Mariam falſa dixiſſe. Nã dixerant, nobis quoque ſimiliter locutus eſt.i.taliter Deus loq̃tur nobis,ſicut Moyſi. Deus autẽ vult oſtendere iſtud eſſe falſum,diſtinguens modos quibus Deus ſe habet ad eos quibus aliquid reuelat . Secundo ad oſtendendum iuſtam eſſe pęnam,quam inferret. Deus.n.volebat punire Mariam,ſicut fecit. vt ergo pateret iuſtam eſſe pęnam,immo & minorem peccato: voluit Deus dicere iſta per quę oſtẽditur in quo peccauerint Aarõ & Maria. Tertio fuit ad oſtendendum excellentiam Moyſi:nam Maria , & Aaron æquauerant ſe Moyſi, quaſi non agnoſcentes excellentiam eius. Deus autẽ oſtendit hic ſingularem excellentiam eius, vt de cętero Maria,& Aaron nõ audeant ſe comparare ei, & ita non murmurent.

Quare Deus voluit hoc tempore dicere illa verba, & non alio. Quæſt. XXX.

Sed quæretur dato, ꝙ verba Dei poſſent ꝓdeſſe ad ea,quę dicta ſunt præce.q. quare Deus voluit nunc ſpecialiter illa dicere, quia poterat dicere alio tempore,& ſequeretur idem ex illis.

Dicendum,ꝙ fuit. Primo propter conditionẽ iręDeus enim licet non puniat iratus, quia nulla paſſio eſt in eo, ſcriptura tamen innuit eum iraſci, & ex ira punire,ſicut dr̃ hic in litera, ꝙ cum audiſſet dominus iratus eſt valde, pertinet autem ad iratum non eſſe inſidioſum,vt dicitur 7.Ethicorum,cap.8. Etiam quòd non puniat,niſi prius obiurgauerit,& admonuerit ipſum quem punit,vt dicit Ariſtote. 2. Ethicorum,quia in hoc putat iratus ſibi eſſe vindictam ſi prædicat malum,quod inferre vult,& ſtatim inferat. de Deo autẽ dicitur hic,quòd iratus, ideo ad hoc,ꝙ puniret debuit prius obiugari, & iſtud fuit, quòd prędiceret aliqua mala Aaron,& Marię, & ſtatim inferret pęnam. iſtud oſtendit litera,quia poſt iſta verba ſequitur. quare igit̃ non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi, & ſtatim ſequitur, quòd maria fuerit perfuſa lepra.

Secundo fuit hoc, vt Maria, & Aaron agnoſcerent pœnam eſſe iuſtam antequam inferretur:nam ſi non agnoſcerent forte murmurarent, & mererentur grauiorem pœnam,nunc vero cum pręcognouerũt pœnam futuram eſſe iuſtam,tacuerunt, & ſic non fuit illa grauata.

Tertio fuit, vt eſſet locus orandi pro pęna inflicta, & mitigaretur,atque abbreuiaretur.Si enim Maria,& Aaron non pręcognouiſſent pęnam futuram eſſe iuſtam, forte murmurarent, & non peterent a Moyſe, quòd oraret pro eis.nunc vero cum pręcognouiſſent humiliati ſunt, & orauerunt, ideo fuit conueniens prius eos inſtrui per hęc verba Dei.

Dixit enim Deus. ſiquis fuerit inter vos propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum,quaſi dicat modus communis omniũ prophetarum,qui fuerint inter vos,eſt iſte, quòd vno de duobus modis eis aliquid ſignificem . vno modo apparendo eis in aliqua figura,& loquendo. Alio modo loquendo ſolum per ſomnium,& non apparendo quaſi dicat non eſt aliqua maior excellentia prophetarum, qui ſunt inter vos, ſed Moyſes non eſt talis,q̃a per alium modum ſpecialem loquor ei, quo non loquor alicui prophetę,& iſtud ſignat inquantum dicit, ore ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata,& figuras Deum videt. Quid autem iſta ſignificent infra declaratur, & tamen licet dicamus hic aliqua de modis prophetandi, & de gradibus prophetię ſunt iſta pauca, quia abundantius dicetur.1.Cor.12.vel 14.cap. vbi ſcriptura agit de prophetia.

Siquis fuerit inter vos propheta Domini. Loquitur hic Deus ad eos, qui tunc erant, nam de futuris nihil ſignificabat, ideo poterat eſſe alius poſt excellentior Moyſe quantum ad ea in quibus Deus laudat Moyſen, nobis tamen conſtat nõ fuiſſe alium prophetam poſtea, cui Deus fuerit reuelatus per eſſentiam, ſicut Moyſi,iõ ſimpliciter excedit oẽs prophetas in hoc.niſi forte dicamus Paulum eſſe prophetam . Ipſe enim cognouit Deum per eſſentiã,vt colligitur 2. [illegible].Cor.c. 12.in quo erat ęqualis Moyſi:cognouit etiam maiora myſteria,ſiue de Chriſto, ſiue de vita ęterna . Dicit.n. ſe raptum in Paradiſo audiuiſſe archana , quæ non licet homini loqui.Moyſes tamen nihil tale cognoſcebat, quia ſolum ſe Deus reuelabat ei ad legislationẽ, & ad directionem illius populi Iſraelitici.De Paulo tamen non dicimus, ꝙ ſit propheta, ſed Apoſtolus, & tamen ſecũdum veritatem ipſe eſt propheta, nam declarauit aliqua de futuris, ſicut & alij prophetę declarauerunt.ſic patet 2.ad Thimo.cap.3.vbi dicit de temporibus periculoſis, quæ erunt ad finem ſeculi: idem reuelauit de futuro iudicio, & de modo reſurrectionis, & aduentu Antichriſti, & quibuſdam operationibus eius de quibus in epiſtola 1.ad Theſ.c.4. & 5.& 2. ad Theſ.capi.1.& 2.

Etiam propheta eſt, quia vocamus prophetas eos quibus Deus loquitur, Paulo tamẽ Deus locutus eſt, immo totum, quod Paulus ſciuit, non didicit ab homine,ſed a Deo reuelatum accepit, vt patet ad Galat. capi.1.ſ.notum vobis facio fratres euangelium,quod euangelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem.nec enim ego ab homine accepi illud,nec didici,ſed per reuelationem Ieſu Chriſti . nos tamen ꝓphetam eum non vocamus, quia habet aliquid maius,quam propheta,ſcilicet quòd Apoſtolus eſt.Inter omnes autem dignitates, & prçeminentias eccleſię nulla eſt maior, quam eſſe apoſtolum.Sic enim declarat ipſe ad Ephe.cap.4.ponens omnes dignitates eccleſię,ſcilicet & ipſe dedit quoſdã Apoſtolus,quoſdã autem prophetas,alios vero Euãgeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorũ in opus miniſterij,in ędificationẽ corporis Chriſti ecce,quia Apoſtolos omnibus prępoſuit, ideo eccleſia vocans eum a nomine principali,non vocauit eum ꝓphetam , ſed Apoſtolum. *In viſione apparebo ei , vel per ſomnium loquar ad illum.*

Tres ſunt modi prophetiæ . Et quòd per viſum , & per auditum poteſt aliquis eſſe propheta,ſed non poteſt per ſolam apparitionem ſine locutione:poteſt autem per locutionem ſine apparitione , & quomodo hoc ſit cum viſus ſit perfectior auditu.
Quæſt. XXXI.

Isti ſunt duo modi prophetię minores. Tertius autem infra ponitur, qui eſt maior.

Et dicitur Deus apparere in viſione demoſtrãdo ei in aliqua corporali ſpecie, vel forma angelum ſuum reprçſentantem ipſum. Nam Deus nunq̃ apparet, nec loquitur, nec corpus ſumit,nec quidquã horum agit,quæ ad motum pertinent, ſed faciunt angeli . Et dicitur apparere in viſione,nõ quidem,quòd viſio illa ſufficiat ad conſtituendum aliquem prophetam , nam ſi nihil audiretur non eſſet propheta ille, q̃ videret imaginem corporalem, nihil enim per illam intelligeret, ſed prophetia intellectionem prçſupponit, ſed quandocunque fit apparitio in figura corporali angelus in aſſumpta effigie loquitur, reuelãs myſteria,quę Deus iuſſerit. Solum tamẽ dicitur in viſione apparebo ei,quia ſatis intelligitur, quòd ſi angelus appareret homini,vel Deus,aliquid ei diceret, alioqn vana eſſet apparitio. Nec dici poteſt,quòd per viſionẽ ſine aliqua locutione propheta immutaretur in intellectu , ſcilicet ꝙ appareret angelus , & nihil loqueretur homni, ſed moueret intellectum ſuum illuminando,& conſumaretur ſic prophetia ſine locutione.

Reſpondendum eſt per ſolam immutationem intellectus poſſe fieri aliquem prophetam , ſine aliquo ſigno viſibili apparente,& ſine aliqua locutione,& ſine imaginibus aliquibus cãtis in phantaſia . Nam intellectus nõ dependet ex his, niſi inquantum accipit imagines corporalium obiectorum , per organa corporalia, & potentias organicas, ſed Deus non cognoſcitur per ſenſum, quia non eſt aliquid corporale , ſed ſubito immutabit intellectum noſtrum cum voluerit. Et iſte eſt vnus modus propheticus , & pertinet etiam ad eum,qui videt Deum per eſſentiam,quia ibi non fit aliqua immutatio in potentijs organicis, ideo eſt impoſſibile, ꝙ tunc ſit aliqua operatio potentiarũ organicarum,vel naturalium . Aliquando autem poteſt mutari prophetia per auditum facta aliqua locutione, & non apparente aliqua figura corporali, ſicut fiebat , vt communiter ad Moyſen , quia loquebatur Dominus in nube, ſicut etiam cum locutus eſt Dominus toti populo in monte Synai , quia audiuerunt vocem , & non viderunt aliquam figuram , vt patet Deute.capi.4.ſcilicet locutuſque eſt Dominus ad vos de medio ignis . vocem verborum eius audiuiſtis , & formam penitus non vidiſtis , & iterum ibidem, non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt Dominus vobis in Oreb de medio ignis . per viſionẽ, aut ſine locutione non poteſt fieri aliqua immutatio prophetica,& in hoc viſio eſt imperfectior auditu, & propter hoc dicunt phyſici auditum eſſe ianuam intellectus. Cauſa diuerſitatis eſt, quia per viſum nõ poteſt nobis ſignificari, niſi aliquid incompletũ.ſ.color,

& figuræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audiens quare dicatur ianua intellectus

& figuræ, & aliæ proprietates corporum visorum. hęc autem omnia cum incomplexa sint non possunt immutare nos ad aliquam complexionem, scilicet, vt per ea habeamus aliquam intellectionem, quę est proprie de complexis. per auditum autem possumus recipere propositiones, & consequentias, quę dicunt omne genus complexorum, & sic ista intellectui repręsentabuntur complexe, sicut ipsa complexa sunt, ideo faciet magis auditus ad intellectionem, quam visus.

Et si obijciatur, quòd sensum visus plus diligimus, quia plures rerum nobis differentias ostendit, iuxta Aristo. 1. Metaph.

Respondendum est, quòd visus plures differentias ostendit in rebus incõplexis, cum ostendat nobis ipsam rem corporalem cum omnibus partibus suis distinctè, & fere cum omnibus proprietatibus corporis, quod non faciunt alij sensus. Sed obiectum ipsum magis confuse repręsentant: visiua tamen non repręsentat nobis aliquid complexum, sed solum incomplexa. potentia autem auditiua repręsentat omnia cõplexa, & de his proprie est intellectio.

Cũ vero dicitur, quòd appareret angelus in assumpta figura, & illustraret intellectum eius, cui apparet, vt sic consummaretur prophetia.

Respondendum est, quòd tunc sola erat immutatio in intellectu. Visio autem nihil proficiebat, quia impossibile erat, quòd ipsa forma visa repręsentaret prophetę aliquid complexum: prophetia tamen non est de incomplexis, sed de complexis, & sic esset frustra illa apparitio, cum per solum intellectum fieret immutatio, Deus tamẽ nihil facit frustra, nec ipsa natura, vt patet 1. Poli. Sed erat superfluum esse effigiem sine locutione. ergo non faceret Deus, quòd Angelus assumeret talem effigiem. Ideo dicendum, quòd qñcũque apparebat Angelus in visione alicui, pphetę loquebatur illi, & tunc proficiebat visio, vt cognosceret propheta, quòd verba erant ab illo, qui apparebat.

Sciendum autem, quòd non solum intelligitur p hoc, pphetia, quę fit in visione, & locutione simul, sed etiam prophetia, q̃ fit in sola locutione. Sępe enim, pphetę audiebant vocem Domini, nihil videntes, vt supra probatũ est. Idem fuit in Apostolis cũ Christus transfiguratus est, quia audierunt vocem, scilicet hic est filius meus dilectus, &c. & nihil viderunt, vt patet Mat. 17. capi. & non potest intelligi per literam sequẽtem, scilicet aut per somnium loquar ad illum. Nam in somnio nõ fit aliqua locutio, quia ad locutionem requirebatur auditio, sed dormientes cum dormiunt nihil audiunt. ergo non est ibi locutio. Sed aliud intelligitur, vt infra dicetur. oportet ergo, vt intelligatur hoc de visione cum locutione, vel de locutione per se sine visione. Vocatur autem locutio apparitio, quia nõ accipitur hic apparitio strictè pro manifestatione facta in potentia visiua, sed pro quacunque manifestatione facta in sensu exteriori. *Aut per somnium loquar ad illum.*

Secundus modus prophetiæ, qui est per somnium. Et quomodo prophetia fit in somnijs & quòd dormientes non audiunt Deum ad se loquentem, nec Deus loquitur, & quomodo mutantur phantasmata.

Quæst. XXXII.

Hic ponitur secundus modus prophetiæ, q̃ fit in somnis, scilicet quando homini dormienti fit reuelatio Dei.

Et non est intelligendum, quod Deus loquatur homini per somnium, vel Angelus eius, ga locutio percipitur per organum auditiuum, & non potest esse in somnis, quia tunc nihil percipit animal p potentias sensitiuas, sed solæ naturales potentię operantur. Si autem aliquis audiat, iam non est in somnis. verba tamen non fiunt, nisi ad audientem, alioquin valde frustra fient, ergo in somnis non loquitur angelus prophetis. Dicitur tamen loqui, idest quia, sicut g locutionem res differuntur, ita est quidam alius modus differendi veritates in somnio, & hoc est immittendo aliquas species in phantasia nouiter factas, vel immutare eas, quę iam sunt ibi ad aliquem specialem modum coniunctionis, vt speciale aliquid significẽt, sicut homo in somnis etiam si non moueatur a Deo pet mixtionem variam specierum varia somniat. Cũ ergo ista naturaliter fiant Deus poterit specialius, vel noua phantasmata causare, vel iam causata specialiter mouere, & tunc loquitur Deus prophetę, quia sicut si loqueretur ei faceret eum intelligere ea, quę loquitur, ita cum tunc mouens phantasmata illius faciens intelligere ipsum aliquid speciale, dicitur ei loqui, sic enim videtur ipsi prophetę somnianti, quòd Deus ei loquatur. Nam sępe in somnis videmur nobis alicui colloqui, aut quòd alius nobis sermonem faciat. Ita ipsi prophetę repręsentat Deus in phantasia similitudinem alicuius loquentis, & ipsa colloquitur. Et videẽ sibi, q̃ vere ad eum locutio fiat, nam maior est immutatio facta in prophetis in somnis, quam immutatio, quę fit in somniantibus non motis a Deo. ideo qñ ad prophetas fit aliqua talis reuelatio, dicunt se audiuisse aliquid a Deo, vel uidisse.

De auditione patet in rege Abimelech Gen. 20. c. cum dicitur. venit autem Dominus ad Abimelech g somnium nocte, & ait illi. en morieris. ecce dicitur, q̃ Deus locutus fuerit illi per noctem, sed nõ loquebatur. De visione patet Danie. cap. 7. scilicet videbam in visione noctis, & ecce quatuor venti pugnabant in mari, & iterum ibidem. aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cęli, quasi filius hominis. pertinent igitur omnes immutationes factæ in phantasia ad istam locutionem, quę dr̃ fieri in somnis.

Et in hoc distincti fuerunt duo modi prophetici, scilicet vnus, qui fit in sensibus exterioribus in vita, vel auditu, cum dicitur in visione apparebo ei.

Secundus est immutando phantasiam, & iste tangitur cum dicitur, vel per somnium loquatur ad illũ. de hoc Iob. cap. 33. scilicet p somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & instruens eos erudit disciplina.

Tertius modus tangitur immediate cum dicitur. at non talis seruus meus Moyses, quasi dicat non debuistis vos ęquari Moysi dicentes vobis loqui Deum, sicut Moysi, quia ipsi non loquitur in apparitione, vel in somnio, sicut vobis, sed quodam alio modo, scilicet ore ad os, vt patet infra.

Sed dicet aliquis hoc esse falsum, quia etiam Deus loquebatur Moysi de columna nubis, sicut cum descendit columna ante ostium tabernaculi loquens ad eum, vt patet capi. pręcedenti. q̃ autem in somnio locutus fuerit non apparet, sed satis constat primum, & sufficit.

Respondendum est, q̃ Moysi aliquando loquebatur Deus, sicut alijs prophetis, scilicet in visione apparens ei, vel in locutione sine visione, sicut in propitiatorio, quando audiebat vocem de medio cherubim intrãs in Sancta sanctorum, vt patet supra capi. 7. Sed prętor istos modos erat alius specialior in Moyse quantum ad immutationem intellectuam, & hunc non percipiebant alij prophetę, ideo quamquam Moyses haberet aliquid commune cum alijs prophetis, scilicet, q̃ aliquando per modum eorum intelligeret, quia tamẽ habebat aliquando id, quod nunquam alij habebant dicebatur

dicebatur non esse talis, sicut alij. *Qui in omni domo mea fidelissimus est.* Idest Moyses est mihi fidelissimus in toto populo. vocat Deus populum Israel domũ suã, & in toto isto populo non erat aliquis, ita fidelis sicut Moyses, quia eum ad maiora bona elegerat. Omnes enim alij claudicauerãt aliqualiter a Deo pręter Moysen. *Ore enim ad os loquor ei.* Idest quodam speciali modo quem non habeo ad vos, quia sicut, quando aliqs alteri ore ad os loquitur clare intelligi potest, sic Deus magis clare Moysi, quam alijs prophetis loquebatur. Et non est intelligendum sic ad literam, quòd Deus loqueretur ei ore ad os, quia iste nõ erat specialis modus prophetię Moysi, quia iste modus coincidit cum primo, scilicet quando Deus aliquid loquebatur in sola voce non apparens sub aliqua imagine, vel cum apparebat in imagine, & loquebatur. Ad alterũ ergo referendum est, scilicet quòd intelligatur per hoc q̃dam visio, vel ostensio magis clara, quia Deus manifestabatur Moysi in solo intellectu sine mutatione exteriori, & per illam excellentiam magis Deum cognoscebat, quam cognoscerent alij prophetę per locutionem, & visionem.

Quomodo Moyses excellebat alios prophetas in quatuor, & ob hoc dicebatur loqui Deo ore ad os. Et quòd habuit multas excellentias super alios prophetas.

Quæst. XXXIII.

Et quamquam dicatur ore ad os loquor ei. non est intelligendum, quòd fit aliqua locutio in tali manifestatione, quia reuelatio prophetica in locutione, & visione pertinet ad primum gradũ prophetię, qui est imperfectissimus. sed sine locutione fiebat. ponit tamen scriptura ore ad os loquor, idest me ei manifestissime declaro. sic enim frequenter scriptura dicit esse locutionem, vbi locutio nulla est, & visionem vbi nihil videtur per figuram. de locutione patet hic cum dicitur, aut per somnium loquar ad illum, & tamen in somnio non est aliqua locutio, nec auditio. de visione patet Danie. capi. 7. scilicet videbam in visione noctis, idest videbã in somnis, & tamen nihil videtur in somnis.

Intelligitur autem excellentia immutationis intellectus Moysi per locutionem istam, quę est ore ad os, excellebat enim Moyses alios prophetas in isto modo, quamquam non semper excelleret, quia aliqñ loquebatur ei Deus, sicut cęteris: habuit etiã Moyses alias excellentias super cęteros prophetas. Primo qa alij prophetę speciebus imaginarijs, vel visibilibus, sine audibilibus mouebantur: Moyses autem aliquãdo solo intellectu apprehendebat, vt quando vidit diuinã essentiam, sicut dicit Augu. super Genesim ad literã.

Secũdo qa imaginaria visio promptior erat Moysi, quam alijs prophetis, quia cum volebat Deus eum interius docebat. etiam videbat, & audiebat vocem angeli quandocunque de aliquo dubio inquirere vellet, quia intrabat tunc in Sancta sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, vt patet supra capi. 7.

Tertio quia iste annunciauit primo legem toti populo. Alij autem prophetę hortabantur ad obseruantiam legis datę, vt habetur Mala. c. 3. scilicet memento legis Moysi serui mei.

Quarto quantum ad miraculorum operationem: fecit. n. mirabilia magna, & multa Deus per ipsum, vt patet discurrenti quatuor libros legis vltimos, & sic habetur Deute. 34. cap. non surrexit vltra maior propheta in Israel quem nosset Dominus facie ad faciẽ in omnibus signis atque portentis. *Palam, & non per aenigmata, & figuras Deum videt.*

An Moyses videbat Deum per essentiam in omni actu prophetico etiam in monte Sinai, quando dixit, quòd demonstraret ei totum bũ suum Et an dici possit, quòd nunquam vidit diuinam essentiam. Et quomodo dicatur videre Deum palam:

Quæst. XXXIIII.

Ex hoc videtur, quòd Moyses vidit Deum per essentiam, sed quando viderit non est certũ. Et si forte aliquis dicat, quòd Moyses quoties Deum videbat eum, per essentiam videbat, quia in litera dicitur, quòd palam videt, hoc autẽ verbum videt continuationem dicit: non enim dicit litera vidit in prętcrito, ita quòd notaretur semel, vel non pluries Deum per essentiam vidisse, sed in præsenti loquitur quasi innuens, quòd semper sit assuetus sic videre.

Respondetur quòd non videbat Moyses semper Dei essentiam, vel sępe, quia quando dicitur in libro isto, vel in Leuitico, quòd loquebatur Deus Moysi nõ ostendebatur ei diuina essentia, quia ille, qui loquebatur angelus erat cum diuina essentia loqui nõ posset, & hoc, siue ista locutio sit in nube, siue in propitiatorio. Item etiam visio illa, quæ fuit in monte Sinai tantis precibus impetrata non fuit per essentiam, sed in quadam corporali effigie multum excellenti, & delectatiua: in tantum, quòd Deus noluit priorem partẽ eius Moysi demonstrare, de quo Exo. cap. 34. Non. n. potest dici, quòd illa fuerit visio per essentiam, quia ipso posito in foramine petrę trãsiuit ante ipsum lux quędam magna, & obturauit foramen petrę ne Moyses videret, & moreretur. Sed diuina essentia transire non potest, quia hoc pertinet ad motum, qui non est in Deo.

Item quia ad videndum diuinam essentiam non oportebat claudi oculos, quia nec clausis quidquam videmus, nec apertis, sed tempore illius manifestationis posuit se Moyses in foramine petrę. ergo nõ erat visio Dei per essentiam.

Item quia nunc clamauit Deus post Moysen vt patet in eadem litera secundum veritatem hebraicam, & tamen Deus voces formare non poterat. non fuit ergo visio illa per essentiam.

Sed cũ doctores sancti dicant Moysen vidisse Deũ per essentiam. aliud tempus erit dandum in quo viderit, quod nos assignare nescimus, quia non habemus pro hoc aliquem locum sacrę Scripturę.

Si tamen adhuc quisquam vellet inniti literę isti posset dicere, q̃ Moyses non vidit aliquando Deum per essentiam, sed quandocunque videbat clarius videbat, quam alij prophetę, & tunc stabit propriè istud verbum videt, scilicet q̃ Deus loquebatur Moysi per angelum suum, & hoc erat commune ei cum alijs pphetis, & cum angelus loqueretur Deus demonstrabat se Moysi clare illustrans intellectum eius modo quodam excellenti, qui non erat in alijs, nec tamen erat visio per essentiam, sed per speciem abstractiuam multum perfecte significantem, & hoc signat litera cum dicit. ore ad os loquor ei, idest quandocunque aliquid reuelari debet Moysi ego loquor ei ore ad os, scilicet per angelum meum, quia Deus nõ loquitur: verũ tamen est, quia iste, qui nunc loquebatur Marię, & Aaron non erat Deus, sed angelus, & ipse est, qui consuetus erat loqui Moysi. Etiam palam, & non p ænigmata Deum videt, quia illustrat Deus cor eius, & quantum illustratur tantum dicitur videre Deum, & non per ænigmata videbat, quia ista illustratio, quę in eo fiebat, ita erat excelleus, q̃ non videbatur fieri per ipsam similitudinem, sed per rem, quamquam non esset per ipsam rem. Et in hoc differebat ab alijs, quia

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in alijs quandocunque Deus loquebatur eis fiebat locutio ore ad os, quod ad primam conditionem pertinebat, sed non fiebat palam: immo per ænigmata cũ Deus nõ multum eleuaret intellectum eorum in cognitionem sui, sed solum eleuabat, vt intelligere possent illa verba, quę dicebantur.

Et iste sensus multum cõuenit literę, nec fit aliqua mutatio in proprietate verborum literę. Sed non consonat dictis antiquorum, ideo eorum auctoritati aliquando fauendũ est, potissimè, quia magni viri sunt. Si quis tamen hoc teneret voluerit solidum habet fundamentum.

Iudęi autem tenent, ꝙ Moyses speciali modo Deũ vidit, quam alij prophetę, sed non per essentiam, quia dicitur Exo.capi.33.non videbit me homo, & viuet. Et si objiciatur eis de ista litera dicitur, ꝙ non habent ipsi sic punctatam, vt nos. vnde dicit litera eorum.

Ore ad os loquor ei palam, & non per ænigmata. Et hic fit punctus, & tunc sequitur alia clausa.

Et figuram Domini considerat. Et tunc est sensus, quod Moyses non videbat Deum per ænigmata, quę sunt quędam obscurę imagines, vel repręsentatiua, sed figuram Domini considerat, idest quandam effigiem, quę specialissime Deum repręsentabat, quę nulli alteri apparebat, & hoc est valde bene dictum secundũ eorum literam, quę multum differt in isto passu a nostra in punctuatione.

Posset tamen dici, ꝙ etiam secundum illam literã intendatur, ꝙ Moyses videbat Deum per essentiam, quia figura Domini non signat in scripturis aliquam lineationem, vel protractionem alicuius corporis, vel quasi. Sed significat aliquid, quod est in diuinis, vt patet ad Heb.capi.1.vbi loquitur Apostolus de filio, & vocat eum figuram substãtię patris cum perfecte exprimat patrem, ita vocabitur hic figura Dei ipsa diuina essentia, vt est ratio cognoscendi seipsam, ita ꝙ Deus per seipsum cognoscatur, ideo nõ innuetur esse aliquam figuram corporalem, sed diuinam essentiã.

De tribus gradibus seu immutationibus propheticis, & an illa, quæ est in Ecstasi sit perfectior alijs, vel econtrario. Et quòd ad hoc, quòd aliquis sit propheta requiritur, quòd intelligat. Et poni in Ecstasi an sit eleuari ad maiorem gradum prophetiæ.
Quæst. XXXV.

De ista materia de raptu. vide theo in 4. dist. 49 & B Th. 2. 2. q. 171. & 176.

CIRCA id autem, quod dictum est de prophetia, & raptu diffusa materia est, sed quantum attinet ad presens, litera ponit hic tres gradus prophetię secundum quos propetia est excellentior, vel minus excellens.

Et ad hoc notandum, ꝙ omnis, qui propheta dici debet oportet, ꝙ habeat intelligentiam de re prophetabili, vt habetur Danielis cap.10.scintelligentia opus est in visione. Si autem alicui a Deo presententur coram oculis aliquę species, vel res figuram signantes, licet hoc ad prophetiam pertineat: si tamen non intelligit rem signatã propheta non est. vnde Balthasar, q vidit tres digitos scribentes in pariete mane.thetel, phares, quod ad futuram significationem pertinebat vt patet Danie.capi.5.quia tamen non intellexit propheta non fuit, sed a propheta prędictorum interpretationẽ quęsiuit. Item Pharao cui Deus species imaginarias in somnijs monstrauerat fertilitatis, & sterilitatis significatiuas, vt patet Gen.41.capi.quia tamen non intellexit non fuit propheta. hoc supposito notandum, ꝙ tres sunt gradus prophetię. primus est eorum, qui aliquid extra a Deo missum vident, cuius signatum intelligunt, secundum ꝙ aliqui volunt, sed maior gradus prophetię est iste, quam uisio, quę fit in ecstasi, uel in somnijs, ideo oportet alterum gradum pręmitti.

Et ratio est, quia cum prophetia sit quædam cognitio veritatis supernaturaliter reuelatę, quando repręsentatiua sunt intensiora, tunc repręsentatio est altior, quia fortius immutatur intellectus prophetæ. vnde potest dici de prophetia, sicut de corporali visione, vel qualibet naturali intellectione. Visio enim, vel intellectio dupliciter perfectior dicitur. vno modo ex obiecto viso, vel intellecto a quo actus perfectionem recipit: perfectior quidem actus intelligendi est, qui est de homine, vel angelo, quam de lapide intellecto, & perfectius quietat intellectum atque delectat cognitio de rebus altissimis, quam de infimis, ideo de altissimis causis, vel per altissimas causas sapientia est, q sapida scientia dicitur. sic est de prophetia si alicui reueletur, quòd anno futuro erit fertilitas, & alteri reueletur, quòd tres homines assumẽtur ad vitam ęternam, vel quòd isti, aut illi infideles ad Christum conuertentur, quomodocunque hęc fiat, nobilior est, quam alia.

Amplius autem, quia actus non solum perficitur ab obiecto, sed etiam a potentia, ideo potest dici aliqua visio esse perfectior, vel intellectio, secundum ꝙ est a potentia melius disposita, vel melius immutata, quod pertinet ad gradum obiectorum paucum, vel multum mouentium: perfectior enim visio, vel intellectio est, quę est ab oculo, vel intellectu optime dispositis circa aliquod obiectum, quam ab intellectu, vel oculo male dispositis circa idem obiectum, quia melius, & fortius recipient immutationem. sic autẽ est de prophetia.

Et secundum istum modum, qui se tenet ex parte fortioris immutationis potentię intellectiuę, siue propter maiorem potentię dispositionem, siue ex fortiori impressione obiecti assignãtur tres gradus. Primus qui in ecstasi, vel somnio, & iste est minor, quia obiectum intelligibile facilius mouere potest animam in somnis, quam in vigilia. Et sic ab obiecto minus immutante potest immutari, sicut oculus bene dispositus est bene passiuus, ideo ab aliqua re minoris coloris quantum ad gradus moueri potest. Si tamen daretur, quod species, quę datur in vigilantibus non ciet maioris potentię ad immutandum, quam ea, quę datur dormientibus. vel existentibus in ecstasi, sequeretur, q perfectius cognosceret, qui esset in somnis, quam qui esset in vigilia, quia anima tunc magis dispolita est, ficut appositio albo ęqualis gradus, & in ęquali distantia, magis immutabitur, qui bonos habet oculos, quã qui malos, sed aliquando alicui in somnis a Deo immittebatur species designatiua futuri, per quam immutabatur interius cum diuino lumine supernaturali, & si alicui vigilanti in phantasia illa species tanę, & non maioris actiuitatis imprimeretur, forte non lucificeret ad immutandum eum, quod patet, quia aliquis color est, qui in ęquali distantia ab habente oculos bonos videtur, & non videtur ab habente oculos male dispositos, quia a maiori potentia iste, quam ille debet immutari. In potentijs autem passiuis indigo istio est quoddam impedimentum ad patiendum, sicut in alijs bona dispositio est ratio bene recipiendi, maioris enim virtutis debet esse agens, quod agit, & remouet prohibens, quam solum id, quod agit, quia id quod agit totam virtutem expẽdit in agendo, & nullam in remouendo prohibens, & sic est ibi virtus vnita, quę fortior est. Ex his forte dicet aliquis inferri maiorem esse gradum prophetię in positis in raptu, vel ecstasi, quam in omnibus alijs, quia maior est immutatio per quam homo vigilans, & vtens omnibus sensibus priuatur vsu omnium, & solam veritatem intelligibilem

gibilem contemplatur, quam illa immutatio per quã aliquis vigilans per speciem visibilem, vel audibilem, vel per solam intelligibilem speciem sine aliqua sensibili, vel phantastica specie cum supernaturali lumine non priuatus ab opere sensuum exteriorum occultã veritatem contemplatur. Sic autem est in ecstasi. ergo est gradus superior.

Respondetur quòd cognitio prophetica, quæ est in ecstasi est infima omniũ, nec est possibile aliquam minorem ea dare, quantum attinet ex parte maioris, vel minoris immutationis. Et ratio est, quia accipiendo prophetiam, quę fit in vigilante non abstracto a sensibus sunt duo impedimenta ad intelligere, scilicet diuagatio sensitiua in quolibet actu alicuius sensus. Itẽ diuagatio circa operationem naturalium virium, ideo anima non faciliter redit ad contemplandam veritatem supernaturaliter cognoscibilem. Item in prophetia, quę fit per somnium. nam occupatur multum circa actus naturales, & imaginatiua est aliqualiter indisposita propter motum continuum, qui fit in ea a fumis ascendentibus, & ab alijs naturalibus transmutationibus, ideo species debet esse satis immutatiua. In positis autẽ in ecstasi nihil horum est, quia anima non diuagatur in actu sentiẽdi cum sit abstracta a sensibus, nec circa naturales actus nisi valde debiliter, & ideo in ecstaticis, vel raptis non percipiuntur motus vitales, sunt tamen aliqui, & debilissimi, quasi nihil impedientes: vnde nõ est aliqua cognitio, quę minus differebat a cogitione animæ separatę, quam illa, & sic a minimo mouente potest moueri: quare necessario inter omnes minima erit.

Quando autem dicitur, quòd est perfectissima, qa fit ex maxima immutatione totaliter abstrahẽte. Respondetur quòd sia Deo aliqua species nobis immitteretur, siue visibilis, siue audibilis, quę ex suę immutationis magnitudine animam totaliter ad se conuerteret ab exterioribus abstrahendo, illa causaret maximum gradum prophetię, sed non datur talis in ecstasi, quia raptus, vel abstractio a sensibus quędam passio est per q̃ anima optime disponitur ad intelligendum, cum totaliter virtus eius vniatur ad solum intelligere, ideo quantum ex se est a minimo motiuo moueri potest, & sic minimus gradus prophetię est, vel intellectionis ex se, licet aliquando per accidens maximus gradus est, vt si aliquis deberet videre diuinam essentiam, cũ sit maxima inter omnia intelligibilia, maximam requireret attentionem, & virtutis intellectiuę vnionem, sicut patet in naturalibus cognoscibilibus, quæ dum maiora fuerint, maiori indigent attẽtione, & ab exterioribus vacatione. Nullus ergo intentus alijs sensitiuis operationibus diuinam poterit videre essentiam, cum etiam sia sensibus abstraheretur naturaliter cognoscere non posset, nisi ei ex gratia donaretur. oportet ergo, quòd ad videndam essentiam diuinam in via fiat a sensibus abstractio, vt anima nostra tantum lumẽ capere possit, ideo quando Paulus diuinam essentiam vidit in raptu fuit, vt patet 2.ad Cor.capi.duodecimo. De Moyse autem de quo communiter dicitur, ꝙ vidit diuinam essentiam, credendum est rationabiliter, ꝙ esset abstractus a sensibus, ideo non videtur modus per quem non abstractus a sensibus Deum viderit.

Si autem dicatur quomodo ergo scriptura de hoc non facit mentionem. Respondetur ꝙ scriptura demonstrat de Paulo, quando Deum viderit, & quoties, ideo modum expressit. De Moyse autem licet videatur dicere litera, ꝙ Deum per essentiam viderit; tamen non determinat quando, nec quoties, ideo nec modus assignatur.

Secundus gradus prophetiæ. Reuelatio quæ fit in somnis inter quos gradus ponitur. Quæst. XXXVI.

SECVNDVS gradus prophetię est, quando aliquis in vigilia per speciem visibilem, vel audibilem in sensibus factam, mediante lumine supernaturali aliqua occulta cognoscit, vel per speciem impressam a Deo immediate in imaginatiua sine exteriori sensatione, & iste est maior, quam primus quantum est ex se, quia maiori motiuo indiget anima, quę diuagatur circa sensibilia, vel naturales operationes, quam quę ab omnibus requieuit. Inter istos duos gradus ponitur reuelatio, q̃ fit in somnijs, quia aliquo modo excedit eam, quæ est in raptu, vel ecstasi, quia habet impedimẽtum aliquod. s. naturales interiores transmutationes in cerebro, quæ autem fit in ecstasi nullum impedimẽtum habet. Etiam aliquo modo exceditur ab ea, quę in vigilia fit, quia quę in vigilia est duo habet impedimẽta, vt supra diximus hęc autem vnum. Tertius gradus est in eis, qui per solam speciem intelligibilem in vigilia sine aliqua sensatione in visu, vel auditu, nec per aliquam impressionem speciei in sensibus interioribus fit, & iste est gradus maior, quam secundus, quia magis immutatiua species intelligibilis est, quę se sola sine actu exteriorum potentiarum, & interiorum sensitiuorum operatur, quam quę cum illis, cum in qualiber alia, pphetia, siue per solas phantasticas imagines, siue etiam exteriores sensatas requiratur species intelligibilis.

Considerandum autem circa supradicta, ꝙ isti tres gradus prophetię non assignantur, sicut tres superiores, quia ille q in istis est imperfectior, dicebatur esse perfectior secundum priorem assignationem. Ratio diuersitatis istarum assignationum est, quia prima accipitur pęnes dignitatem potentiarum per quas cognoscitur. Secunda assignatio accipitur per maiorẽ, & minorem impressionem: nam in assignatione ista secunda semper attenditur ad intellectum, & secundum maiorem, vel minorẽ eius immutationẽ differt gradus prophetię. In priori autem assignatione non semper attenditur ad intellectum, quinimmo accipiuntur tria distinctiua graduum prophetię secũdum tria genera potẽtiarum. s. sensitiuas exteriores, & sensitiuas interiores, & intellectiuam. Alij multi modi graduum possunt assignari in prophetis, sed de eis nihil ad prędens.

Quare Deus tam excellenter laudauit Moysen hic, & de quo laudatur. Et quomodo Deus laudat aliquem.
Quæst. XXXVII.

SED restat dubium circa supradicta, quare in precedentibus Deus laudauit Moysen tam excellenter. Dicendum putant quidam, ꝙ hoc fuit, quia Moyses erat dignus hac laude. Deus autem perhibet testimonium veritati. Dicendum ꝙ non stat. primo quia si propter hoc fieret multo ante hoc laudauisset Moysen, quia ante hoc erat dignus eadẽ laude, qua nunc, sed ante hoc non laudauit eum. ergo non fuit propter excellentiã Moysi. Secundo quia tunc laudaret Deus in scriptura eos, qui sunt digni maiori laude, sed non facit: nam Mater Christi fuit dignissima super omnes alios, & scriptura non laudat eam: laudauit tñ Christus valde Ioan.Bapt.Mat.11.Considerãdum aũt, ꝙ Deus nunq̃ laudat aliquem, nisi sit dignus laude: tñ nõ laudat pp hoc, quia laude dignus est, sed pp aliquam aliã causam mouentem. cũ ergo aliquis dignus laude est: si non sub est aliqua cã quare laudeẽ non laudabitur. De Moyse dicendũ, ꝙ ipse dignus erat laude, cũ esset vir sanctus, & tñ ante hoc Deus nunq̃ laudauit illum:

nunc

nūc vero, ꝙ causa de nouo accidit laudauit eū Deus. F Aliqui dicunt, ꝙ ista causa fuit pro solatio Moysi si passus fuerit iniuriam in quo tristatus erat: voluit ergo Deus eō̄rio consolari eum laudando ipsum. Iste est modus per quem iudices quorum Arist. regulas notat 5. Ethi. adęquant mala facientes, & mala patiētes, qui enim malum fecit habuit plus de lucro, qui vero mala passus est habuit plus de damno. Iudex ergo dat tunc plus de lucro patienti malum, & plus de damno facienti malum, & sic adęquātur, ita fuit hic. nā Moyses passus fuerat plus de malo inquantum contra eum murmurauerant Aaron, & Maria, & illi habuerant plus de lucro inquantum secuti sunt propriam volūtatem, extollendo se, & deprimendo Moysen, nunc G vero eō̄rio Deus cōsolatur Moysen laudando ipsum, & contristat Mariam, & Aaron obiurgando eos, & sic redduntur ad ęqualitatem. Sed dicendum, ꝙ non est ista causa motiua, quia si istę laudes essent ad consolationem Moysi dicerentur presente eo: voluit tñ Deus, ꝙ esset absens, nam coram Maria, & Aaron solis dicta sunt hęc. Secundo fuit hoc ad ostendendum peccatum Marię, & Aaron, & ad non inferendū eis iustam pęnam: murmurauerant proprie ipsi contra Moysen asserentes quędam falsa: Deus autem voluit ostendere illa esse falsa, & iniustè dicta, quod fieri nō potuit, nisi dicendo laudes Moysi, ideo oportuit illas dici, & ista est vera causa. Tertio fuit ad auferendum Marię, & Aaron de cętero materiam murmurādi. Nā H nunc murmurauerant contra Moysen equando se illi quasi nescientes singularem excellentiam Moysi, q̄diu autem manerent in hac ignorantia possent similiter murmurare. Deus autem laudauit nunc Moysen ostendēs per hoc quantum Moyses excelleret eos, & sic cessaret illis occasio murmurandi. Quarto fuit, qa Moyses erat vir mitissimus super omnes, qui morabantur in terra. Vnde non se defendebat quasi non respiciens proprias iniurias: Deus autem voluit propter hoc defendere illum, & hoc fuit laudādo ipsum, in quo magnum bonum contulerunt ei Maria, & Aaron murmurando, quia fuerunt causa, vt Deus ipsum laudaret, vnde plus contulerunt ei maledicendo ipsi, quam si laudarent eum. Deo hoc dicit Orige. audite I quantum beneficij conferant obtrectantes, nunquā enim inuenimus Dominum tantum laudatsse Moysen quantum nunc, cum detrahitur ei. vide quid sibi pœnę obtrectantes contulerint. quid illi laudis, sibi turpitudinem, illi splēdorem, sibi lepram, illi gloriam.

De quibus laudetur Moyses. Et quòd dupliciter aliquis dicitur seruus Dei. Quæst. XXXVIII.

NVNC est videndum in quo laudetur hic Moyses. Dicendum ꝙ in multis. primo qa dicitur, ꝙ erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Secundo in excellentia prophetię, quia dicit̄ de alijs prophetis, K ꝙ Deus apparebat eis in visione, vel loquebatur per somnium, sed in Moyse non erat sic, quia loquebatur ei Deus ore ad os, & videbat Deum palam, & non figuras aut ęnigmata. Tertio laudatur, quia vocat̄ seruus Dei. s. non talis seruus meus Moyses. Quarto, quia vocat̄ fidelissimus in tota domo Dei. quodlibet autem istorum est magna laus, potissime, quia laudes istæ proferuntur a Deo, qui nunquam adulatur, neq; mentitur. De prima laude. s. ꝙ Moyses esset vir mitissimus super omnes homines iam declaratum fuit, quomodo erat verum, & quare dictum est. De secūda laude, scilicet de differentia prophetiæ quantum ad diuersos modos, & diuersos gradus prophetandi dictum est supra declarando in litera, & magis declarabitur 1. Corin. 12. vel 14. capi. De tertia cum dicitur ꝙ erat seruus Dei est intelligendū, ꝙ sit magna laus dupliciter enim dicitur aliquis seruus Dei. vno modo, quia vere est seruus, & seruire tenetur. Alio modo quia seruit, & bene seruat. Accipiendo primo modo omnis homo est seruus Dei cuiuscunque status sit, & professionis, sectę, vel religionis, quia Domini est terra, & plenitudo eius, & ipse fecit nos, & possidet nos, ideo nemo potest sic excipi quin sit seruus Dei, & nō solum seruus Dei, immo etiam hominis Christi, nam pręter hoc, quòd omnes sunt serui eius naturaliter inquantum ipse est verus Deus: adhuc inquantū ipse est homo sunt omnes serui eius, quia acquisiuit eos sanguine suo Actu. 20. c. hoc modo nihil laudis prestat esse seruum Dei, quia commune est omnibus, cum omnia seruiant ei Psal. 118. Accipiendo secūdo modo est magna laus esse seruum Dei, quia ille est seruus Dei, qui vere Deo seruit, & cuius opera Deo accepta sunt, nec potest alicui esse maior felicitas, q̄ ꝙ de hoc certus sit, nam qui nouit se esse seruū Dei scit opera sua Deo accepta esse, & se ei placere in omnibus, sed istud est magnū priuilegiū, quod rarissimis conceditur: nam nemo scit an odio, vel amore dignus sit, sed cuncta in futurum reseruantur incerta Eccle. 9. c. nunc autem Moyses certificabatur de hoc, cū Deus assereret eum seruum suum, ideo magna laus erat ei, & grandis consolatio.

Quare dicitur in litera siquis fuerit propheta Dei, & non dicitur meus cum Deus loquatur, & an sit mutatio personæ. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR quare dicitur in litera. siquis fuerit inter vos propheta Domini, quia vi. ꝙ deberet dici. siquis fuerit inter vos propheta meus, vel propheta absolute, quia Deus est, qui loquitur hic. Dicendum, ꝙ est mutatio ꝓsonę ex consuetudine loquendi sacrę Scripturę, quia aliqn de prima persona mutat in tertiam, & patet, ꝙ fit hic ista mutatio personæ, quia dicitur in litera. siquis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, & tñ si non mutaretur persona deberet dici in visione apparebit ei. Aliqui dicunt, ꝙ non est hic aliqua mutatio ꝓsonę, & quando obijcitur, ꝙ transitur de persona tertia in primam dicunt, ꝙ non est idem loquens. nam qñ dicitur. siquis fuerit inter vos propheta Domini dicunt, ꝙ intelligitur de Deo cuius sunt oēs prophetæ. Cum vero dicitur, in visione apparebo ei dicunt, ꝙ non intelligitur de Deo, sed de angelo, qui erat in columna nubis: nam certum est, ꝙ erat angelus, & non Deus Exo. 14. l. tollens se angelus Domini, qui præcedebat castra Israel abijt post eos, & cū eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit. De isto angelo dicunt, ꝙ loquebatur prophetis, quia ille loquebatur in nube, & cum ipse non esset Deus, prophetæ non erant sui, sed erāt prophetę Dei. ipse tamen est, qui loquebatur, & non Deus, & tunc stat litera proprie, quod angelus dicat ista ad Mariam, & Aaron, siquis fuerit inter vos propheta Domini, & propheta Dei in visione apparebo ei, idest ego apparebo, & non Deus. Istud adhuc confirmatur, quia litera continuat istum modum loquendi de prima, & tertia persona: nā dicitur. non talis seruus meus Moyses: ore enim ad os loquor ei, & palam, & nō per ęnigmata, & figuras Deum videt. ecce dixit loquor ei, & deberet adiungi palam, & non per figuras videt me, dixit tamen videt Deum. in quo innuit, quòd iste, qui loquitur non est Deus: ille tamē quem videbat Moyses erat Deus.

Dicendum quòd ista positio est multum rationabilis, & est vera si non habeatur respectus ad istam literam. nam certum est, ꝙ ille, qui loquebatur, ꝙ pheA tis, & apparebat eis non erat Deus, sed angelus eius. Cum enim Deus habeat ministros, quia angeli sunt ministri ad Heb. 1. c. & Psal. 103. per illos, & non per seipsum facit ista, quia vt dicit Dionysius ista est lex diuinitatis. vt infima per media in Deum reducantur. Deus tamen est, cuius sunt prophetę, quia licet mediantibus angelis accipiant reuelationē, a Deo illam accipiunt, quia angeli non a seipsis veniunt, sed a Deo missi ad quem vadant, & quid faciant, aut dicant, ideo rectè dicitur, ꝙ angelus sit, qui loquitur ad prophetas. Deus tamen est cuius sunt prophetæ. Sed dicendum, B ꝙ quantum ad presentem literam istud non potest stare, sed necesse est accipi mutationem personæ: nā licet verum sit, ꝙ iste, qui loquebatur erat angelus, & non Deus: tamen loquitur hic, vt Deus, & scriptura innuit illum esse Deum, vt statim ostendetur. ideo si aliquando loquatur in prima persona, & aliquando in tertia, intelligendum est fieri mutationem personę & tamen eandem significari per vtranque locutionē. Neque est mirandum de ista mutatione personę, qa sacra Scriptura multum illam frequentat.

Sed motiua illius opinionis non stant. vult enim illa mutationem personæ non fieri, & esse quasi rem alienam a sacra Scriptura, quod tñ non est, sed potius consuetum, & patet primo, ꝙ non possit esse alius, & alius iste, qui loquitur, & Deus de quo loquitur, sed C oporteat intelligi ipsum esse Deum. Nam dixit iste, q̄ loquitur. at non talis seruus meus Moyses: si tamē iste significaretur esse angelus nō vocaret Moysen seruū suum, quia Moyses nullius erat seruus, nisi Dei: homo autem non est seruus angeli, sed socius eius, & ambo sunt serui Dei, & inter se conserui, sicut dixit angelus ad Ioannem, quando cecidit ad pedes angeli, & adoraret eum. caue ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Apo. 19. c. nō ergo vocaret iste, q̄ loquitur Moysen seruum suum, nisi significaret se esse Deum. Secundo quia iste loquens dixit de Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est, vt patet in litera, & vocauit domum suam totum populum Israel, & istud erat adhuc deterius, quia totus Israel non erat alicuius, nisi Dei: cum Deus vocaret illos populū D peculiarem sibi Exo. 19. & Deu. 7. Erat ergo Deus, vel significabat se esse Deum iste, qui loquebatur. Tertio quia continuatur iste modus loquendi: cum postea dicatur in litera. quare igitur non timuistis detrahere seruo meo Moysi, & hoc dixit loquens. ergo significauit se esse Deum. Quarto quia continuata locutione dicitur de isto loquente. iratusque contra eos abijt, & tamen iste, qui iratus est oportet, ꝙ intelligatur esse Deus, quia dicitur supra in litera, ꝙ cum audisset Dominus iratus est valde: ergo Deus significatur esse iste qui loquebatur. Quinto, qa Īra expresse ponit, ꝙ iste q̄ loquebatur esset Deus: nam dicitur, quòd dominus iratus est valde, & sequitur, ꝙ statim locutus est ad Moysen Aaron, & Mariam. Sexto patet adhuc manifestius, quia litera innuit, ꝙ ille, qui loquebatur in co- E lumna nubis erat Deus, & non angelus, quia dicitur. descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron, & Mariam, & dixit ad eos, audite sermones meos: siquis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei. ergo litera significat, ꝙ Deus erat, qui dicebat siquis fuerit inter vos propheta domini. Septimo quia dato præsuppofito illius opinionis diceretur, ꝙ iste angelus, qui erat in columna nubis esset, qui loquebatur ad omnes prophetas, & faciebat omnes apparitiones, & reuelationes quęcunque fierent. Sed hoc non est verum, quia iste angelus erat vnicus, sicut patet Exo. 14. vbi vocat̄

A angelus singulariter. Deus tamen non habet vnicum angelum ministrum, sed omnes sunt ministri eius. sic patet ad Hebre. 1. capi. scilicet omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. non igitur est verum, ꝙ iste angelus diceret se loqui ad omnes prophetas, sed significatur esse Deus, qui loquitur omnibus prophetis, non per seipsum, sed per ministros suos.

Dicendum ergo sine dubio, ꝙ hic est mutatio persone, & presupponitur, ꝙ iste, qui loquitur sit Deus, & tunc intelligitur litera. siquis fuerit inter vos ꝓpheta domini, idest propheta meus, qui sum Deus, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. i. ego apparebo in visione, & ego loquar per somnium, quia Deus significat se omnia ista facere, licet non faciat ipse, sed angeli: hoc tamen volebat Deus intelligi per Hebręos saltem per populares, & simpliciores. Et isto modo applicatur litera sequens. s. at non talis seruus meus Moyses: ore ad os loquor ei, idest ego, ꝙ sum Deus loquor Moysi ore ad os, & postea cum dr. palam, & non per ęnigmata Deum videt. intelligitur, idest videt me, qui sum Deus.

Iste modus est frequentatus in scriptura. nam etiā prece. cap. Deus cum promittit dare carnes populo loquitur de se quasi de alio: nam dicitur. dixit dominus ad Moysen sanctificamini. cras comedetis carnes: ego enim audiui vos dicere quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Aegypto, & sequitur, vt det vobis dominus carnes. cum deberet dicere, vt dē ego vobis carnes, & statim etiam dicitur eo, ꝙ repueritis dominum, qui in medio vestri est, & fleueritis corā eo dicentes, quare egressi sumus ex Aegypto? & tñ deberet dici eo, ꝙ repueritis me, qui sum in medio vestri, & fleueritis coram me. Et ista mutatio personę non solum est consueta in Deo, ꝙ ipse loquatur aliqn in prima aliquando in tertia. Sed etiam homines, qui loquuntur ad Deum aliquando loquuntur in secūda, & aliquādo in tertia, vt dicitur Psal. 3. domini est salus, & super populum tuū benedictio tua. deberet enim dici domini est salus, & super populum eius benedictio eius. mutatur tamen persona, quia cum propheta loqueretur ad alios de Deo in tertia persona, conuertitur ad loquendum cum Deo, & sic est secunda persona: taliter est hic, & non est mirandum de istis mutationibus personę, quia frequenter est in scriptura.

Quid Deus intelligat hic per domum suam, & quomodo intelligitur, quòd Moyses erat fidelissimus in omni domo sua. Quæst. XL.

SED quæretur cum Deus dixerit hic de Moyse in omni domo mea fidelissimus est, quid vocauit Deus hic domum suam. Dicēdum, ꝙ domus proprie accepta iuxta suam primariam significationem est ędificium in quo homo habitat. Sic accipitur Ecclesia. 29. c. initiū vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. Accipiendo isto modo Deus non habet domum, quia domus est ad habitādum, & habitans clauditur intra domum: Deus tamen non clauditur in loco aliquo, sicut dixit Salomon. si enim cęlum, & cęli cęlorum te capere non possunt, quāto magis domus hæc quam ędificaui tibi 3. Re. 8. c. & apertius dicit 2. Para. 6. c. ergo, nec credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram, si cęlum, & cęli cœlorum te non capiunt, quanto magis domus ista, quam ędificaui? proprie ergo accipiendo non habet domum.

Sed accipiendo large potest dici habere domum, & dupliciter potest accipi. vno modo domus Dei, idest Sanctuarium. sic accipitur Io. 2. scilicet scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur, & loque-

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquebat ibi de templo in quo colebatur. Isto modo F accipitur domus Dei non per proprietatem quasi Deus ibi habitet, sed per appropriationem, scilicet ꝙ pro ipso solo sit, & ei consecratur, vt ibi laudetur, & inuocetur nomen eius, & impendantur sibi cęremonię cultus. sic accipitur 3. Reg. 8. & 2. Para. 6.

Secundo modo potest vocari domus Dei tota cōgregatio Israelitarum, quia sic consuetum est tam in scriptura, quam in vulgari vocari domum aliquam multitudinem descendentem ab vno, vel dependentem ab eo. sic vocantur domus Israel: domus Iacob: domus Aaron: domus Leui: Psal. 113. & Psal. 117. Et fere in tota scriptura. sic etiam Virg. li. 1. Aenei. vocauit domum Assaraci omnes Romanos, qui descende- G bant ab Assaraco Troiano.

Isto modo omnes Israelitę vocabuntur multum conuenienter domus Dei, quia licet non descenderāt ab eo per propagationem carnis, habebant habitudinem, vel dependentiam ab illo tanquam a rectore, & domino specialiter eis prouidente, nam etiam in domo illa, quæ accipitur apud homines non descendūt secundum carnem omnes, qui dicuntur de domo, ab ipso cuius dicīt esse domus. sic patet in œconomia, q̄ est minima, & prima domus, & illa constat ex sex extremis, scilicet patre, & filio, domino, & seruo, viro, & vxore, vt patet 1. Polit. ibi tamen ab eo cuius est domus vnus solus, scilicet filius descendit, omnes tamen alij dicuntur de domo, idest de familia, quia habent H dependentiam ab illo, cuius est domus tanquam a rectore, & prouidente, atque imperante eis in omnibus. sic erat de Deo respectu Israelitarum, quia licet de quolibet populo posset Deus dicere, ꝙ est domus eius, quia dependet ab ipso prouidendo, gubernando, & conseruando, tamen specialiter pertinebant Israelitæ ad eum, quia licet de omnibus gentibus curam haberet, specialiter tamen de Israelitis Psal. 147. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, ideo iustè vocauit Israelitas populum sibi specialem, vel peculiarem Exo. 19. c. si custodieritis pactū meum eritis mihi in peculiū de cunctis populis. mea I est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Istis duobus modis potest accipi hic domus Dei, sed in quo eorum accipiatur dicetur statim.

Moysen fuisse fidelissimum an intelligatur de omnibus tam præsentibus, quam futuris. Quæst. XLI.

ADHVC quęretur cum Deus dixit, ꝙ Moyses erat fidelissimus in omni domo sua, quomodo erat istud verum, & de quo intelligitur?

Dicendum certum esse Moysen esse fidelissimum omnium Israelitarum, cum Deus illud asserat de cuius verbis non est dubitandum. Est tamen intelligendum referendo ad illud tempus in quo ista verba dicebant, K sicut supra dictum est, ꝙ Moyses erat mitissimus sup omnes homines, & tñ fuit declaratum, ꝙ intelligebat de hominibus, qui erant illo tempore, & non de futuris, quia aliqui fuerunt postea magis mites. Aliqui tñ fuerunt, ꝙ non est verum, sed ꝙ absolute Moyses fuit fidelissimus Deo inter omnes homines tam præsentes, quam futuros. Et cum obijcitur de eo, quod supra dicitur, ꝙ erat Moyses mitissimus dicunt, quòd nihil probat, quia ibi ponitur determinatio quędam, scilicet erat mitissimus, per quod refertur ad illud tēpus, etiam aliud magis vrgens, scilicet quia dicitur super omnes homines, qui morabātur in terra, & sic refert ad illud tempus, hic autem absolute dicitur, ꝙ Moyses fidelissimus est, ideo non est simile. Dicendū ꝙ ēt ponit hic limitatio cum dicat in omni domo mea fidelissimus est, & sic non extenditur istud, nisi ad id, quod Deus vocat hic domum suam, & tamen quocunque modo accipiatur domus Dei non extenditur nisi ad illud, quod erat illo tempore, ideo non fuit absolute fidelissimus super omnes homines. Simile aūt est de Noe, de quo dicitur Gen. 6. c. ꝙ fuit vir iustus in generationibus suis, i. respectu hominum, qui fuerūt tempore illo. Dicendum autem, ꝙ licet possit hic vocari domus Dei ipsum Sanctuarium: tamen secundū veritatem vocatur domus Dei populus Israel, & in toto populo erat Moyses fidelissimus sic dī ad Hebre. 3. scilicet Moyses quidem fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus: Christus vero tanquam filius, & in domo sua, quę domus sumus nos. sicut ergo nos vocamur domus Christi: ita Israel vocabatur domus Dei tempore Moysi.

Quomodo Moyses erat fidelissimus in omni domo Dei. Et fidelis dupliciter accipitur. Item Deus quomodo potest vocari fidelis. Quæst. XLII.

ADHVC quęretur quomodo Moyses erat fidelissimus in omni domo Dei? Dicendū ꝙ accipitur omnis, idest tota: cum domus sit totum integrale, & in tota illa domo dī Moyses fidelissimus, quia nulla pars domus erat fidelior eo. Sed considerandum, ꝙ fidelis potest dici dupliciter. s. a fide, vel fidelitate. primo modo dicitur fidelis, qui fidē tenet, idest credit ea, quę credenda sunt, sic potest accipi Apoca. 3. esto fidelis vsque ad mortē, & patet eo. c. quia dicitur tenes nomen meum, & nō negasti fidem meam, & magis clare accipitur Io. 20. c. cum dixit Christus Tho. noli esse incredulus, sed fidelis. Et sic opponit incredulus fideli, sed incredulus est, qui non credit, ergo fidelis est, qui credit, & fidem habet. Secundo modo fidelis a fidelitate, idest legalis & est ille, qui seruat veritatem in promissis. Et sic primo modo fides est in credendo. secundo modo in seruando veritatem, & non recedendo a promissis. hoc modo Deus potest vocari fidelis, & vocatur aliquādo scilicet quia fidem seruat. i. promissionem, quia nunq̄ mentitur Psal. 144. fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, idest Deus seruat veritatem in omnibus, quę promittit. sic enim dicitur 1. ad Thi. 2. c. s. fidelis est, & seipsum negare non potest, idest Deus in omnibus, quę promittit seruat fidem, & non potest illam negare, & 1. Cor. 10. dī fidelis autem Deus est, qui non permittet vos tentari, seruat veritatem promissorum, & non permittet vos tentari vltra id, quod potestis, quia ita facere promissi. Non potest tñ vocari Deus fidelis a fide, quasi aliquid credat, quia impossibile est, ꝙ aliquid credat cum ignorantia sciat. hoc modo sępe accipitur fidelis in scriptura, sic patet Mat. 24. cum Christus dixit. quis putas est fidelis seruus, & prudens. i. quis est dispensator, qui habet fidem domino tractando vere, & legaliter bona eius? sic ēt accipit 2. Cor. 4 hic iam quęrit inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. i. legalis nō mēdax dño in aliquo. De Moyse posset dici, ꝙ accipitur fidelissimus a fide, quia nemo erat, qui tantam fidem ad Deo haberet, vel ita pure de Deo crederet omnia, quę credenda erant: nam cęteri aliqñ credebant eis, q̄ decebantur a Deo, & aliqñ non credebant recedentes a fide. Aliquis tñ posset dicere, ꝙ nō accipitur hoc modo, ꝙ sic fidelis non accipit magis, & minus, vt dicat aliquis fidelior altero, vel minus fidelis, quia fides non pōt haberi nisi tota, & ille in quo aliquid deficit de fide, vel saltem in aliquo dubitat, iam non vocatur fidelis, sed infidelis, vt patet extra de here. c. dubium. Idem bius in fide infidelis est. Dicendū ꝙ fm rigorē istius est verum, sed large accipiendo potest aliquis vocari A fidelior altero, quia firmius aliquid credit permanendo in eo, quod semel credit, & sic Moyses poterat vocari fidelior alijs, quia non fuit aliquis perseuerantior in fide de Deo: cęteri autem mobiles erant, vel aliquādo dubitabant.

Adhuc accipi pōt fidelis, idest legalis, s. seruans veritatem non eis quę promittebat vel quæ iubebat ei Deus seruare. & tunc patet quòd Moyses erat fidelissimus in tota domo Dei accipiendo domum vtroque modo. nam accipiendo domum pro Sanctuario verū est ꝙ erat Moyses fidelissimus, quia in Sanctuario soli sacerdotes & Leuitę ministrabant supra 3. & infra 18. cap. & inter omnes istos Moyses erat fidelissimus, quia nullus seruabat Deo tam plene veritatem inter omnes Leuitas, & sacerdotes, quàm Moyses. B Accipiendo alio modo domū pro toto Israel, etiam verum est ꝙ Moyses erat fidelissimus, quia in toto populo nullus erat, qui magis Deo seruaret veritatem, & seruauit eam vsque ad mortem. Cęteri autem in aliquo deficiebant, & istud colligitur ex litera inquantum dī. qui in oī domo mea fidelissimus est, i. in tota domo. & ita significat aliquid valde magnum, quod non pōt cōpetere solis ministris Sanctuarij, qui pauci erant. Etiam efficacius hoc patet, quia esset tunc parua laus Moysi si solum diceretur fidelior Leuitis, qui pauci erant, & maneret totus populus Israel quo non diceretur Moyses fidelior, sed posset credi ꝙ erat aliquis fidelior in populo illo. Dicendum aūt ꝙ Deus vocauit Moysen fidelissimū in tota domo sua, i. in toto populo Israel: & dī fidelissimus, non solum ꝙ magis fidelitatem seruaret, sed ꝙ Deus magis cōfidebat ei q̄ alicui in toto populo. & iste est sensus verus. fuit enim in toto populo illo magna multitudo, vt patet 5. 1. & 2. c. Deus aūt voluit eligere vnum hoiem de toto populo, cui loqueretur, & iuberet oīa quę populus facturus esset: nullum aūt alium elegit nisi Moysen, in quo signauit ꝙ magis confidebat isti q̄ oībus alijs cum nulli alteri commisisset id qđ cōmisit isti. Istud significatur ad Heb. 3. c. vbi Apls cōparat Christū & Moysen dicens, s. sicut & Moyses in oī domo eius fidelis est, & Moyses quidē fidelis erat in tot domo eius tanq̄ famulus, in testimoniū eorum quę dicēda erant. Christus vero tanq̄ filius in domo sua, quę domus sumus nos, & sic fidelitas Moysi erat in testimonium eorum quę dicenda erant, i. Deus magis confidebat Moysi ea quę dicenda erant, vt ipse esset testis inter Deum & Israelitas q̄ alicui alteri, & ista est veritas de hoc ꝙ Moyses esset fidelissimus.

Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos abijt. Nubes quoque recessit, quę erat super tabernaculum. Et ecce Maria apparuit candens E lepra quasi nix. Cūque respexisset eā Aarō, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuū quod proijcitur de vulua matris suæ. Ecce iá memanitque Moyses ad Dominū dicens. Deus obsecro sana eam. Cui respondit Dominus Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne

debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Excluſa est itaq; Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi. Idest cum sic sit, ꝙ ipse excellat oēs alios prophetas in modo reuelationum quare nō timuistis detrahere ei? qa per hoc ꝙ sciebatis eum a me dilectū, & valde familiarem debuissetis timere offendere eū murmurādo, quia poterat vobis malum inde infligi. Accipitur detrahere, i. diminuere famam alicuius verbis, & sic faciebāt Maria & Aarō dicentes. num per solū Moysen locutus est Dñs? nobis quoque similiter locutus est, quia in hoc diminuebāt perfectionē eius æquātes eū alijs minoribus. *Iratusque contra eos.* Idest punire paratus. quod patet, quia immediate apparuit Maria perfusa lepra. vel dī iratus', quia sic apparebat ex verbis eius, licet in eo nulla esset ira. *Abijt.* Idest recessit de loco in quo erat loquēs Aaron & Marię. nam nubes recessit, vt patet immediate, & ipse cū nube ascendit. vel dī abijt, i. cessauit loqui & disparuit, & iste est proprie modus iratorū, ꝙ proponant querelā suā alicui verbis duris, & rñsionē nullā expectēt abeūtes, quia ira nō sinit eos auscultare, & in hoc volebat se demōstrare iratū. maxime, qa non oportebat expectare cū Aaron & Maria nihil deberēt rndere, quia erant sibi conscij criminis, nec ad hoc vocati fuerant, vt rndērent, sed vt ista increpatio esset eis pars pęnæ infligendę. Nam Aaron locutus est contra Moysen, sed nullā aliam pęnam suscepit pręter istam increpationem Dei. *Nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum.* Non est sic intelligendum vt nubes recederet desuper tabernaculum, quia quandocunque illa recederet castra moueri deberēt, vt patet supra cap. 9. sed non fuerunt nunc mota cum Maria steterit septē diebus leprosa & expectauerunt Israelitę illis diebus, vt patet infra. Sed dī ꝙ nubes q̄ erat super tabernaculū recessit referendo ad diuersa, s. ꝙ nubes q̄ esse consueuerat super tabernaculum toto tpe quo manebāt D castra recessit nunc: non quidem ꝙ recesserit de tabernaculo, sed ꝙ recessit de loco in quo loquebat angelus Aaron & Mariæ. nam ad locutionem descenderat desuper tabernaculum ad ostium illius: nunc finita locutione recessit inde ascendens super tabernaculum.

Et ecce Maria apparuit candens lepra sicut nix. Idest immediate vt recessit nubes apparuit Maria tota leprosa, & color illius erat candidus sicut nix. iste est color leprę. facit enim variari carnem a naturali colore in quendam candorem lucentem, qui non est albedo carnis, sed vocatur albor, vt patet Leuitici capitulo decimotertio.

Cumque respexisset eam Aaron & vidisset perfusam lepra. Hoc fuit antequā recederēt Maria & Aaron de ostio tabernaculi, vbi locutus fuerat eis Deus, ideo Aaron solus vidit tunc lepram: Moyses autem non accessērat ad locum illum ad collocutionem, ideo non videbat.

Ait ad Moysen. Aaron fuit locutus ad Moysen, & non Maria, quia ipsa videns se leprosam erat stupida non potens loqui: vel potest dici ꝙ ipsa verecūdabat, quia pp pctm̄ suum in Moysen sustinebat pęnas istas, ideo non audebat attollere oculos suos ad eum, nec loqui prę rubore, sed locutus fuit Aaron, qui nō tantum peccauerat. *Obsecro Domine mi.* Vocat hic Aaron

Moysen Dominum quem alias non erat sic vocare consuetus. timor tamen eum lepidum faciebat: nam timebat forte, quòd ei aliquod malum adhuc futurũ esset: ideo valde cum reuerentia loquebatur.

Imponere peccatum dupliciter contingit.

Ne imponas nobis hoc peccatum. Ideſt non consentias nos pati pro isto peccato. Imponere peccatum dupliciter est. vno modo pro diffamare asserendo aliquem commisisse quod non commisit: & isti vocantur criminatores, ideſt inuentores vel impositores criminum, & est valde illicitum. de hoc Leuit.19.cap. non eris criminator, nec susurro in populis. hoc modo non imponebat Moyses crimen Aaron & Mariç, quia nihil de eis locutus fuerat. Secundo modo dicitur imponere crimen, ideſt imputare ad pœnam: & hoc modo Deus nobis imponit crimina, quia dat pęnas pro eis, & hoc modo rogabat Aaron ne imponeret eis Moyses hoc peccatum, ideſt non consentiret imponi eis pęnam: iam enim Deus pęnam imposuerat. Si autem Moyses taceret non orans pro ablatione pęnę consensisset impositæ pęnæ, & diceretur quòd ipse imponebat. & dixit hic Aarõ ne imponas nobis, quia ipse cõfitebatur se peccauisse, vt patet immediate, ſ. quod stulte commisimus in te, & timebat pęnam sibi futuram, ideo non solum dixit nõ imponas huic, ideſt Mariæ peccatũ istud, sed non imponas nobis, ſ. vtrique. nam quamquam non fuisset punitus, non credebat se penitus euasurum.

Quòd stulte commisimus. Ista clausula potest dupliciter induci. vno modo quòd cõfiteantur culpam suã in hoc fuisse grauem, & sic facilius veniam mererent a Moyse. & est sensus stulte commisimus, ideſt totaliter contra rationem egimus, vel mala intentione. Alio modo potest poni ad diminuẽdum peccatum, scilicet, quod stulte commisimus, ideſt non fecimus hoc ex malitia, sed ex animo indeliberato solum per motum leuem passionis, quod est stulte agere, quia stulte fit quod sine rationis perquisitione fit & quasi indeliberate.

Ne fiat hæc quasi mortua. Ideſt ne maneat ista soror nostra quasi mortua. Dicit hoc, quia si in lepra manere deberet, esset velut mortua: reputantur enim leprosi mortui, quia expellebantur a castris, & priuabantur a communicatione aliorum, quod est contra inclinationem humanam, cum sit homo animal ciuilitatem diligens, vt patet 1. & 3. Polit. ideo talis priuatio dicitur mors ciuilis, & ipsi qui lepram incurrũt, dicuntur tunc mori. sicut dicit Esa.cap.6. ſ. in anno quo mortuus est rex Ozias vidi Dominum sedentem, &c. & tamen non accipitur ibi mors pro morte naturali, sed pro incursu in lepra, quia incidit in leprã cum vellet offerre thura coram Domino, vt patet 4. Reg. cap.15. quòd autem de lepra & non de morte intelligatur verbum Esaiæ sententia est Iudæorum. de quo etiam ibidem dicetur. *Vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris suæ*. Quia sicut fętus abortiuus nõdum maturus, nec perfectus, sed adhuc membris imperfectus est, ita Maria erat imperfecta, qa medietatẽ corporis eius operuerat lepra, & illã desiccando consumpserat nisi sanaretur, & hoc signat litera sequens, scilicet, ecce medium carnis eius deuoratum est a lepra. Alio modo potest intelligi ne fiat quasi abortiuum, quod proijcitur de vulua, quia abortiuum venit ad esse; & tamen non manet in luce, quia non viuit: & tantum est quasi si semper mansisset in vtero matris. sic & de Maria ipsa videbatur esse, sed non erat: quia si leprosa maneret q̃q̃ esset, tamen ita esset ac si nõ esset. & hoc tetigit litera supra, ſ. ne fiat hæc quasi mortua: non dixit ne fiat mortua, quia non vere moriebatur, sed quasi mortua, quia licet sit, tamen ita est ac si non esset. sicut abortiuum in lucem exit, sed ita

F est ac si non exiuisset. Nam sicut illud nunquam inter homines communicabit, sed de vtero transfertur ad tumulum, ita & ista leprosa effecta in æternum caritura esset humana communicatione. *Ecce iam medium carnis eius deuoratum est lepra*. In hoc Aaron incitat Moysen ad orandum pro ipsa velociter dicens. *Ecce iam*. Ideſt in isto paruo tempore ex quo percussa est, lepra peruenit vsque ad medietatẽ corporis eius, & desiccãdo consumpsit, ideo si modicum expectas non orando pro ipsa velociter consumetur, ideo deprecare immediate, & in hoc etiã prosequitur similitudinẽ de abortiuo, quia sicut illud imperfectum in partibus suis est, quia interdum medietatem solam habet, ita & Maria solam medietatem corporis habere censebatur quæ à lepra nõdum cõsumpta fuerat.

G *Clamauit itaque Moyses ad Dominum*. Scilicet pro illa quę contra eum murmurauerat in quo patet mitissimus. nam si vindictam expeteret non orasset.

Moyses an debeat dici mitissimus, quia orauit pro Maria quæ contra eum murmurauerat, & an fuerit æqualis beato Stephano. Quæst. XLIII.

SED adhuc non accedit in hoc ad perfectionẽ sanctorum noui testamenti, quia beatus Stephanus pro lapidãtibus cum orauit positis genibus dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciunt, vt patet Act.7.ca. Nam Moyses pauca tolerauit, ſ. verba detractionis. Stephanus autẽ mortem acerbissimam perferebat.

H Item Stephanus orauit pro lapidatoribus cum eum actualiter lapidarent. Moyses autem orauit pro detractoribus cum iam detractio præterijsset: & in hoc in infinitum differt. Nam cum aliquis actualem perfert iniuriam insurgit in eo quædam dura passio appetitus vindictæ propter malum præsens, & est difficillimum, vt quis tunc remitteret ei a quo patitur, quanto magis ꝙ pro eo oraret. Cum vero illatio iniuriæ transierit facilius fit, quia mitigantur passiones, & homo iam remittere põt. sic enim fuit in Moyse: iam enim transierat murmuratio facta de ipso. Item Stephanus orauit pro lapidatoribus nemine petente, ꝙ oraret, sed ipse flexis genibus hoc petijt. a Moyse aũt Aaron petijt ꝙ oraret pro Maria, ideo minus erat. Item

I Stephanus orauit pro persecutoribus, qñ nondũ statuebatur illis ad peccatum nec puniebantur. Moyses vero orauit pro Maria cum pęna iam illata fuisset, & in hoc nimis differt. nam cum aliquis videt eum qui iniuriam sibi intulit pro hoc patientem dignas pęnas: habet aliquid per quod flectatur ad misericordiam: & sic fit in multis qui primo accusauerũt aliquos ad mortem: postea vero cum eos dãnatos vident miserentur eorum, & pro eorum exorant liberatione. sic namque ipse infęlicissimus Iudas fecit qui q̃q̃ Dñm ex auaritia vendidisset; cum tamẽ videret ꝙ cõdemnatus esset ad mortẽ pęnitentia ductus retulit argenteos 30. sacerdotibus Matth.27.c. Cum aũt quis suscipit iniuriã nõdũ videt iniuriatorẽ pati aliquid, nõ hẽt per quod flectatur ad misericordiã. Si ergo tũc miseK reatur maior miseratio est. sic se habuit Stephanus ad Moysen. ergo incõparabiliter fere in isto actu excessit Stephanus Moysen. Christus aũt idẽ egit quia pro suis crucifixoribus exorauit vt testantur Euangelistæ nec solũ ipsi, sed etiam Esa.c.53. sed nõ est comparandus aliquis actus Christi ad nostros, sicut non est proportio finiti ad infinitum. *Domine Deus obsecro sana eam*. orauit Moyses vt sanaretur. Habebat.n. inductiuũ ad hoc, qa soror sua erat, & q̃q̃ fratres in alterutrũ interdũ leuiter offendãt nõ manet offensio. sanguis.n. cognatus tollit eam: potissime, quia ipsa custodiuerat Moysen quãdo erat expositus in flumine, & procurauit salutem eius coram filia Pharaonis, vt patet Exo. cap.2.

Cui respondit Dominus si pater eius spuisset in faciem eius nonne debuerat saltem septem diebus rubore perfundi. Respondet Dominus petitioni Moysi non negans eius sanationem, sed dicens quòd non erat immediate sãnanda & inducit rõnem, quia si pater eius spuisset in faciem ipsius septem diebus perfunderetur rubore, ita cum Deus eam puniuisset saltem septem diebus debebat esse extra castra. in hoc patet quòd Moyses petebat eam sanari immediate: Dominus tamẽ non cõcessit hoc, sed fecit per septem dies expectare, ideo subintelligendum est quòd Moyses sic orauerit: Domine sana eam immediatè, quia tota consumitur, & habebat iste modus orandi colorem ex eo quòd dixit Aaron. ecce iam medium carnis eius deuoratum est lepra, ideſt in hoc paruo spatio medietas corporis eius deuorata est: quanto magis si manserit vltra in lepra, & respondit Deus ad partem secũdam orationis. Ponit litera comparationem de patre nostro ad Deum: si enim pater Marię expuisset in faciem eius quod erat signum vituperij, vel indignationis: ipsa abscondisset se septem diebus non apparens prę verecundia vel rubore: hoc est propter magnam reuerentiam patris, quia contumelia ab ipso illata magna est: sicut enim cum aliquis honoratur a magnis viris honor magnus est, ita cum dehonoratur ab eisdem magna est dehonoratio. patrem autem in magna reuerentia habere debemus, quia dijs & patribus non possumus redde ęquiualẽs, iuxta Arist.8.Ethic. ideo cum ipse nos dehonorauerit magna est dehonoratio, propter quod erubescendum est si ipse nos dehonorauerit. de Deo autem magis est qui est maximę reuerentiæ, ideo magis erubescendum est, cum ipsę propter peccatũ nos percusserit: ponit de sputo misso in faciem, quia assimilatur lepræ: vtrumque enim facit hominem immundum.

Separetur septem diebus extra castra. Habens lepram separabatur septem diebus & recludebatur: & post illos sacerdos inquirebat an esset lepra mundata: si autem reperiretur sanata, reducebatur ad communicationem aliorum, de Maria sic apparuit. de hoc Leuit.cap.13.

Et postea reuocabitur. Ideſt post septem dies reuocetur in castra. istam pęnam dabat Deus Mariæ ad ruborem, & non vt maneret in lepra. erat autem rubor quòd septem diebus separaretur a cõmunicatione omnium Israelitarũ. cessauit autem lepra post illos septem dies.

An cæremoniæ leprosorum hic seruatæ fuerint, quæ erant duplices. Quæst. XLIIII.

QVAERET aliquis an hic seruatę fuerint cæremonię quę seruabantur circa leprosos Leuit. cap.13. Et dicendum quòd duplices erant cęremonię ad leprosos. quædam erant ad inquirendum an esset vera lepra. aliæ erant ritus circa ipsum qui sanabatur a lepra, cum constaret verè sanatum. de primis habetur Leuit.cap.13. De primis respondendum est, quòd in Maria poterant dupliciter obseruari. Primo modo ad sciendum an esset vera lepra in Maria quando apparuit candens. Secũdo de inquisitione post septem dies cũ reduceretur in castra, an esset ibi vera lepra. De primo dicendum ꝙ non oportebat obseruari cęremonia in inquirendo, quia satis apparebat Mariam esse leprosam, cum omnia signa lepræ essent in ea. Item apparebat hoc ex testimonio Dei. dixit enim ꝙ expelleretur de castris vsque ad septem dies. si tamen nõ fuisset leprosa non

A iuberet. Item de cęremonijs quæ erant in inquisitione apparet ꝙ erant pp dubiũ, vt patet Leuit. c.13. Sed hic constat de Maria ꝙ erat leprosa. frustra ergo erat inquirere. De cęremonijs autem inquisitionis quas faciebat sacerdos post diem septimũ reclusionis dicendum est ꝙ non fuerint obseruatę in Maria, quia in septima die inquirebatur rursus de leproso an apparerent in eo aliqua signa, quia dubitabatur. de Maria tamen post septem dies manifestum erat, ꝙ non erat leprosa, quia Dominus iubebat eam reduci in castra: non tamen iuberet si leprosa maneret. Dicendum ergo de cęremonijs quę fiebant ad inquirendũ veritatem lepræ nullam fuisse obseruatam in Maria.

Quæret aliquis de cęremonijs quę fiebant post redditam sanitatem, an fuerint in Maria obseruatę, ſ. de

B rasionibus pilorum, & lotionibus corporis atque sacrificijs. Respondendum est ꝙ non, quia Deus iubebat quòd esset septem diebus extra castra, & immediate reduceretur. si tamen deberent obseruari in ea omnes cęremonię non rediret immediate in castra: alioquin ista iussio Dei de reducendo eam in castra nihil operaretur. Item non stat, quia ad hoc ꝙ obseruarentur cæremoniæ mundificationis oportebat fieri sacrificia pro mũdatione hac, ſ. turtures, vel columbas, & agnos anniculos, & passeres mũdos, & vinum oleum, & farinam, vt patet Leuit.cap.14. Item in deserto non obligabantur Iudæi obseruare cęremoniã de mundificatione: quamquam ergo habuisset Maria conuenientem locum ad hanc mundificationem

C non curaret cum sine hac munda esset. Item nõ potest stare, quia immediate vt Maria mũdata est recessit populus de Aseroth: si tamen debuissent obseruari in ea cęremoniæ quæ habẽtur Leuit. cap.14. non recessisset populus immediate vt Maria redijt in castra. primum patet quia dicitur hic, & non est populus motus de loco illo donec reuocaretur Maria. ergo videtur quòd immediate motus est, vt redijt Maria in castra, sed ipsa in septima die redijt. ergo immediate recesserunt. Secundo patet, ſ. ꝙ non immediate recessissent si obseruaretur purificatio illa quę habetur Leuit.cap.14. nam postquam aliquis esset mundatus lauabatur & reducebatur in castra, & tunc rasus toto corpore manebat septem diebus in castris, ita quòd nõ iret in tabernaculũ suum, septima die iterũ

D radebatur: die vero octaua conferebat sacrificia de quibus eo.cap. oportuisset ergo populum expectare saltem octo dies postquã rediret Maria in castra. ergo non fuit facta purificatio leprosorũ de qua Exo.c.14.

Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. Ex præcepto Domini sustinuit istam pęnam Mariam septem diebus manens sola extra castra, neque oportebat quòd essent aliqui famulantes ei, quia nõ indigebat aliquo ministerio cũ extra castra haberet omnia necessaria, ſ. manna, & aquam. nam mãna non cadebat intra castra, sed in circuitu castrorũ, vt patet Exo.

E 16. & preced.cap. & ibi ipsa haberet manna. *Et populus non est motus de loco illo donec reuocaretur Maria*.

Quomodo manserint castra septem diebus in Aseroth propter honorem Mariæ leprosæ, & quomodo poterat moueri c... castra: & quomodo mouebantur alij leprosi. Qõ. XLV.

QVASI dicat Israelitę recessuri erant de Aseroth parum postquam illuc accesserunt, sed morati sunt pp Mariam. nam Deus volebat eos festinare ad ingrediendum in terrã Chanaan, ideo nihil causę erat quare morarent 7. diebus in Aseroth: manserunt tamen ibi nõ ex necessitate, quia non erat necessarium expectare leprosos, licet. n. castra recederẽt, poterãt ipsi postea recedere, quia cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Israelitę esset magnus populus, & habebant pecora multa atq; iumēta,& plaustra portantia vtēsiilia sua, manifesta via fieret tran situs castrorum. nam saltem orbitę rotarum hoc proderent, ideo etiam si per aliquot dies morarentur leprosi post transitum castrorum,non possent errare viam transitus castrorum. Difficilius tamē erat quantum ad cibos, quia manna quod solum eis erat cibus, cadebat dumtaxat in circuitu castrorum. si ergo aliquis distaret a castris per duas aut tres leucas non posset habere manna, sed quantum ad hoc prouisum erat, quia leprosi quamquam essent extra castra, tamen cōiuncti erant castris scilicet in parua distātia,ita vt habere possent de manna quod cadebat apud castra,& tunc cum castra mouenda essent ipsi audiebant vocem tubarum, & pariter mouebantur,licet non miserentur alijs euntibus sub vexillis. ita ergo Maria facere poterat, ꝙ quamquam excluſa esset a castris mansura septem diebus extra castra: tamen recedere poterāt ipsa die castra, Maria sequeretur castra non introiens in illa per septem dies. Sic enim omnes alij leprosi faciebant. nam non solum Maria excluſa est in deserto propter lepram, sed etiam omnes alij qui leprosi erant, quia sic Deus iusserat supra cap.5. & executio eius ibi subditur,ſ.quòd Israelitę eijcerēt de castris omnes leprosos & fluentes semine, sed propter istos nūquam expectabat populus quin moueretur, sed mouebantur suis temporibus, & leprosi aliqualiter distantes a castris mouebantur. fuit tamen honor factus Mariæ,vt non mouerentur castra quousque ipsa reduceretur: ita vt moueretur ipsa intra castra.

Et dicunt aliqui quòd hoc fecerit populus propter reuerentiam Moysi & Aaron qui erant principes populi: Maria aūt erat soror eorū & erat prophetissa.

Sed dicendum est quòd in hoc nullam reuerentiā exhibuit populus Moysi & Aaron. Nam quæretur an nubes mota fuerit in istis septem diebus antequā Maria reduceretur ad castra vel non fuit mota. si dicatur quòd fuit mota necesse erat quòd mouerentur Israelitæ,vt patet supra cap.9. & dato quòd ipsi ꝓpter reuerentiam Mariæ nollent recedere quousque ipsa sanaretur: tamen cognoscerent se offendere Deum, qui dabat eis signum recedendi per motum nubis. Item dato quòd non curarent de offensa Dei, tamen si nubes semel moueretur, & ipsi non expedirentur in motu ad motum illius, postea nescirēt locum ad quem mouerentur cum semel effugisset nubes ab oculis eorum,cum nullum itineris maneret vestigiū, non ergo expectarent Israelitæ Mariam si antequam sanaretur moueretur columna nubis. Si autem dicas quòd non fuit mota nubes vsquequo Maria reducta est in castra, nullam reuerentiam exhibuit populus Moysi expectando reductionem Mariæ in castra, quia etiam si nollent cogebantur manere in castris quousque nubes moueretur, quia alias offenderent Deum si mouerentur, antequam nubes daret signum mouendi. Item nescirent quo eundem esset, cum ibi non esset via, & eos nemo dirigeret. Item quia forte non haberent manna: priuaret enim illos Deus beneficio hoc si contra volūtatem eius mouerentur de castris. manet igitur, quòd populus non exhibuit reuerentiam aliquam Moysi, sed Deus honorauit maxime Moysen in hoc, quia nubes recessura esset,& populus secuturus eam, si Maria non fuisset eiecta de castris, vt significat litera quæ ponit populum prestolantem reditum Mariæ in castra. fecit tamen Deus ꝙ nubes non recederet quousque rediret Maria, & hoc propter honorem solius Moysi. Erat enim Maria soror eius, & pro nullo alio leproso hoc factum est quamquam multi essent.

Cur dixit Deus quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi. Quæst. XLVI.

ADHVC circa dicta in textu quæretur quare postquam Deus finiuit verba sua, in quibus laudabat Moysen dixit. quare igitur non timuistis detrahere seruo meo Moysi?

Dicendum quòd hoc fuit, quia ante hoc Deus loquebatur Mariç & Aaron ostendens ei excellentiam Moysi, & ante illum nescirent ipsi quantum peccauerant,vel saltem Deus nōdum ostenderat eis quantum peccassent. nunc vero finierat plene ostendere excellentiam Moysi? ideo dixit. quare igitur non timuistis detrahere seruo meo Moysi? ideſt cum illud sciretis vel scire deberetis, quare non timuistis detrahere illi, q.d. timere debueratis dicere mala de viro tantæ excellentiæ. Dicuntur autem isti detrahere Moysi, ideſt diminuere aliquid de excellentia eius, nam ipse erat tam excellens quantum ostensum est, & Maria & Aaron diminuebant aliquid de excellentia eius æquantes se ei cum dixerint. nonne & nobis similiter locutus est Deus? ideſt æqualiter locutus est nobis sicut Moysi.Sed falsum est,ꝙa Moyses erat excellentior omnibus,vt ostensum est. ideo isti çquando se ei detrahebant illi, ideſt minuebant honorem, & excellentiam eius, quæ secundum veritatem ei debebatur.

Quare dicitur quòd Deus iratus est nunc contra Mariam & Aaron,& iratus recessit. Quæst. XLVII.

SED quęretur cum Deus finiuit verba ad Mariam & Aaron, quare dicitur, quòd iratus est contra eos? Dicendū ꝙ in Deo nō est ira nec aliqua passio, quia Deus nullo modo est mutabilis loco neque desiderio Iaco.1. c. scilicet, apud quem non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio, sed Deus est semper in delectatione, & habet vnicam & simplicem delectationem, vt dicit Arist.7. Ethi.cap.vlt.Dicitur tamen Deus aliquādo irasci modo humano, scilicet quia facit ea, quę homines irati faciunt, irati autem pęnam inferunt si possunt,& quia Deus interdum pęnas infligit hominibus, dicitur eis iratus esse. nunc autem qñ Deus finiuit verba sua ad Mariam & Aaron puniuit statim Mariā perfundens eam lepra,ideo dicitur tunc iratus,quia tunc ostendit signum irę,ideſt pęnam.

Quare non dicatur Deus iratus antequam finierit verba. Et ira quando conuenienter ostenditur. Quæst. XLVIII.

ADHVC quæretur quare non vocatur iratus ante hoc,sed tunc quando finiuit verba dicitur iratus.

Dicendum quòd istud ponitur multum artificioſe. primo, quia ita conuenit Deo. Nam Deus secundum veritatem non habet iram, sed ira sua est inflictio pœnę, ideo tunc solum Deus dicetur iratus vel irasci quando pęnā infert,sed quando Deus loquebatur Mariæ & Aaron omnia quæ supra habentur,nullam pęnam inferebat, ideo non dicebatur tunc iratus vel irasci. cum autem finiuit verba intulit statim pęnam, ideo tunc dicebatur irasci.

Secundo,quia hoc etiam competit modo humano, quia siquis vult alicui pœnā inferre, & prius vult ostendere ei secundum rationem quantum peccauerit ad hoc quòd pęnam inferat: tandiu quandiu ille manet probando delictum per rationem,non ostendit signa irę.

Cū aūt putauerit sufficienter ꝓbatū esse delictū,& quātitatē eiꝰ: tūc cessans arguere ex rōne ondit vultū iratum,

iratum,& obiurgat peccantem,atque pœnam infert. sic autem Deus prius voluit ostēdere peccatum Marię & Aaron, & postea punire: ostensio autem peccati fuit per omnia ista quę dicuntur hic,ideo quādiu durauit Deus dicēdo ista nō dicitur quòd iratus est: statim autem vt illa cōpleuit dicitur, quòd iratus est.

Tertiò, quia vt dicit Seneca vtendum est ira vt milite, & non vt duce, ideſt quandiu manet consilium & deliberatio quę pertinent ad ducem, nunquam debet inesse ira,quia illa impediret animum in consideratione veritatis, sicut dixit Cato. postquam autē deliberatum est, ira conueniens est; sicut miles ad executionem belli. & tamen quamdiu Deus loquebatur precedentia erat sicut cōsilium ad deliberationem de puniendo istos, quia per rationem ostendebatur delictum ipsorum,& ad illud non debebat dici quòd Deus erat iratus,quia ira impedit cognitionem veritatis, sed finita illa inquisitione conuenienter dictum est, quòd Deus iratus fuit, quia nō restaret nisi executio ad quam ira prodest in homine.

Quare bis dicatur Deum esse iratum. Quæst. XLIX.

QVAERETVR quare dicitur hic in litera bis quòd Deus iratus est pro ista murmuratione contra Moysen. nam a principio dicitur ꝙ cum audisset Dominus iratus est valde,& postea in fine verborū dicitur. iratusque est Dominus. quia cum sit vnicum factū,scilicet murmuratio contra Moysen solum semel deberet dici Deus iratus.

Dicendum quòd in Deo non est vere ira, sicut supra dictum est. & tamen si esset solum fuisset hic vnica ira, quia nō accidebat aliquid de nouo propter quod esset alia ira. Sed dicitur bis in litera Deus iratus, quia ita conuenit scripturę inquantum ostendit nobis res ab eo factas, & modum faciēdi humanum. Et fuit conueniens poni in ista narratione bis quòd Deus iratus fuerit, scilicet in principio & in fine. in principio quidem tanquam motiuum, in fine autem vt executio. nam quando Deus audiuit murmurationem contra Moysen, quia ipse sciebat hanc esse iniustam, etiam si nondum probasset illud Mariæ & Aaron,dicitur ꝙ iratus est valde. postea vero ostēdit per rationem longam cōtra Mariam & Aaron quòd peccauerant, & tunc rursus dicitur ꝙ iratus est Deus, scilicet,quia probato illis peccato suo nō restabat nisi vt inferretur eis pœna,quod per iram fieri solet.

Aliter pōt dici quòd ponitur hic Deus bis iratus,ſ. in principio & in fine. primo dicitur Deus iratus vt innuatur, ꝙ hoc totum quod hic contra Mariam & Aaron fecit, fuit ex motiuo irę: quia statim vt audiuit murmurationem contra Moysen iratus est, quia sciebat istam esse iniustam:& mouente ira, licet nondum ostenderet Deus signa eius, vocauit Aaron & Mariam ad Sanctuarium & locutus est omnia, quæ habentur in litera. Completis autem verbis cum sufficienter ostendisset peccatum Mariç & Aaron dicit ꝙ iratus est, quia tunc ostendit iram exterius in ferendo pęnam, & sic potest dici ꝙ dicatur bis iratus, quia primo esset ira interius, secundo esset ira exterius in signis & executione.

Quare dicitur quòd iratus Deus abijt. Quæst. L.

SED adhuc quęretur. quare dicitur, iratusque contra eos abijt, ideſt statim vt iratus est Deus contra Mariam & Aaron recessit de loco in quo erat?

Dicendum quòd Deus dicitur recessisse non quidem quòd vere recesserit, quia non potest cum vbique sit, quia terram & cęlum implet Hiere. 23.ſ.cœlum & terram ego impleo. & cęlum & cęli cęlorum eum capere non possunt 3.Reg.8. & 2.Paralipomen. sexto capitulo.non potest tamen recedere de aliquo loco, nisi qui desinit ibi esse, ideo Deus non potest recedere de aliquo loco, neque venire ad illum, sed ista omnia dicuntur modo humano,quia simplices aliter intelligere non possunt. sic dicitur Gen.11. quòd descendit Deus, vt videret turrem quam ędificabant filij hominum. sic etiam dicitur in Symbolo de filio Dei, quòd descendit de cęlis: & tamen filius Dei nondum habens vnitam sibi naturam humanā, neque ascendere neque descēdere dicitur, cum vbique sit.

Dictum est tamen hic, vt aliqui putant de Deo, ꝙ recessit, quia iste qui vocatur hic Deus est angelus, qui erat in columna nubis. angelus autem venire & recedere potest,quia non est vbique.

Dicendum verum esse quòd iste qui dicitur recessisse erat angelus, & non Deus, ideo poterat recedere. tamen scriptura non loquitur hic de eo tanquam de angelo,sed tanquam de Deo cum dicatur. iratusque Dominus abijt,ideo debet de eo talia dicere qualia de Deo dici debēt. & tamen dixit quòd abijt, ideo scriptura concedit, quòd Deus venit, & Deus recedit. Sed dicendum quòd istud dixit scriptura propter duo. primo, quia Deus dicitur esse alicubi, quia ibi operatur, & quia ante hoc in presentia Mariç & Aaron loquebatur Deus dicebatur ibi esse: cessauit autem postea loqui, ideo debet dici ꝙ tunc recesserit. Secundo & precipuè, quia licet Deus sit vbique, tamen videtur determinari ad aliquem locum per aliquod signum exterius,ita erat hic columna nubis,in qua Deus dicebatur esse,ideo vbicunque illa esset,dicebatur esse Deus, & quando illa moueretur diceret quoque moueri Deus,& quia nunc finitis verbis istis recessit columna de loco in quo erat, dicit quoq; Deus recessisse. & istud patet in litera,scilicet iratusque contra eos abijt, & nubes quoque recessit quę erat super tabernaculum.

Quare dicatur quòd recessit Deus. Quæst. LI.

ET tunc manet dubitatio, scilicet quare Deus iratus recessit? Dicendum quod hic potest esse duplex dubitatio. vna est quare Deus iratus est. alia est, quare statim vt iratus est, recessit. De prima dubitatione iam supra responsum est. De secunda dicendum quod fuit primo, quia de Deo nihil asseritur superuacue: ante hoc enim erat coram Maria & Aaron, quia loquebatur eis. sed cessauit loqui, cum igitur nulla causa esset manendi ibi vlterius, dicitur quod recessit. Secundo fuit conueniens hoc ex conditione irę, quia cum quis irascitur alteri nollet eum videre, sed nunc dicitur quod Deus iratus fuit Mariç & Aaron, ideo conueniens erat, ꝙ nunc recederet ab eis,& hoc significat litera cum dicit. iratusque contra eos abijt, ideſt quia erat iratus contra eos noluit manere cum eis, sed recessit. Tertio fuit ad innuēdum quod Deus non volebat rogari super hoc, sed quod pęna ab ipso inflicta maneret. nam si Deus completis verbis, & inflicta pęna Mariç diceretur manere cum eis,nil aliud videbatur innuere,nisi ꝙ vellet rogari,vt remitteret pęnam. Deus tamen nolebat hoc innuere,sed potius ostendere se difficilem ad remittendum etiam si rogaretur, sicut postea fecit, quia adhuc orante Moyse vix voluit ista concedere. debuit ergo dici quòd recesserat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo intelligitur quòd nubes receſſit. Quæſt.LII.

SED quęrerur quare dicitur, nubes quoque receſſit, quæ erat ſuper tabernaculum. Dicendum quod non debet intelligi quod nubes receſſerit tunc deſuper tabernaculum, quia ſic mouerentur caſtra ſupra 9. & Exo.40.cap. non tamẽ mota fuerunt, quia manſerunt per 7. dies quouſque Maria reuocata eſt in caſtra, vt patet infra in litera. ſed intelligitur, vt ſupra declaratum eſt, quòd ante hoc nubes erat cum Maria & Aaron, & nunc receſſit ad hoc quòd eſſet ſuper tabernaculum.

Eſt ergo dicẽdum quòd fuit primo, quia Deus dicebatur eſſe in columna nubis vel angelus eius, ideo quandocunque moueretur angelus ſiue Deus oportebat moueri nubem. iſtud patet Exo.14.ſcilicet, tollens ſe angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit. ſed nunc Deus motus fuerat cum dicatur in litera iratus cõtra eos abijt. debuit ergo moueri nubes, & ſic additur. nubes quoque receſſit, ideſt quia Deus receſſit, etiam nubes receſſit.

Secundò fuit, quia non erat ille locus proprius nubis, ſed venerat illuc ad aliquid faciendum, ideo illo expleto debuit redire ad locum priorem. iſtud patet, quia nubes ſemper erat ſuper tabernaculum fœderis ſupra 9. & Exo.40.cap. Quando tamen Deus voluit loqui Mariæ & Aaron deſcendit columna de loco in quo erat, vt eſſet intra Sanctuarium circa pauimentum eius, vt ibi poſſet Deus loqui quaſi ſecretè Marię & Aaron, vt innuitur ſupra in litera, ſcilicet, deſcẽdit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocãs Aaron & Mariam: nunc autem erat expletus ſermo ille, ideo nubes debuit redire in locum priorem, & ad hoc dicitur quòd receſſit: non quidem de tabernaculo, ſed de loco in quo erat nũc, ad hoc quòd eſſet ſuper tabernaculũ vbi eſſe ſolebat.

An Maria fuerit percuſſa lepra in toto corpore vel in parte, & quare Aaron petiuit à Moyſe vt oraret pro ea. Quæſt. LIII.

ADHVC quæretur an Maria fuerit tota percuſſa lepra, vel ſolum aliqua pars corporis eius? I

Aliqui dicunt quòd totum corpus opertũ fuit lepra, quia dicitur in litera. cum reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet eam perfuſam lepra. ſed perfundi ſignificat extenſionem per totum.

Dicẽdum quòd ſolet dici communiter quòd Maria fuit tota cooperta lepra, ſicut & nos tetigimus ſupra in litera. & tamen videtur magis tenẽdum quòd non fuerit totum corpus eius opertum lepra, ſed ſolum aliqua pars vtpote ſi operiretur facies, & maneret reliquum corpus mundum. Sed adhuc videtur quòd non fuit tota facies Mariæ operta lepra, ſed aliqua pars eius, quia quando Aaron clamauit ad Moyſen dixit. ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt lepra. oportet autem quòd Aaron loqueretur ſolum de eo quod videbat, nam de eo quod erat ſub K
verbis neſciebat Aaron an lepra perfuſum eſſet: dixit tamẽ dimidium carnis eius deuoratum eſſe lepra. ergo dimidium eius quod videbat Aaron diſcooperтum in Maria erat ſolum opertum lepra: in Maria tamen cum eſſet fœmina honeſta non eſſet niſi vultus nudus. ergo ad plus medietas vultus eius erat operta lepra, quia aliter non poteſt intelligi litera illa. ecce iam dimidium carnis eius deuoratum eſt lepra.

Niſi forte dicatur quòd nõ intelligatur hoc ſecundum ſuperficiem, ſed ſecundum profunditatem, ſcilicet, ꝙ tota ſuperficies corporis Mariæ eſſet operta lepra. eſſet tamen iſta lepra ita corroſiua quòd penetraret verſus interiora, & de groſſitie corporis ſiue profunditate penetraſſet iam medietatem.

Sed dicendum quòd non ſtat. primo, quia tunc Aaron preſupponeret totũ corpus Marię perfuſum eſſe lepra, ſed hoc non eſt conueniens dici cum ipſe neſciret ea quæ ſub veſtibus latebant. Secundo & fortius quia etiam ſi Aaron iſtud præſupponeret vtpote quia Maria quæ poterat ſeipſam interius tangere illud ſibi diceret, adhuc non poterat Aaron aſſerere quòd lepra deuoraſſet medietatem carnis ſecundũ profunditatem. Tenendum eſt ergo quòd Maria non fuit tota operta lepra, ſed ſolum in facie, & non G
in tota facie, ſed quaſi in medietate eius quod ſignat litera dicens, quod dimidium carnis eius deuoratũ erat a lepra, ſic autẽ erat de quibuſdã alijs quos Deus percuſſit lepra, & tamen non percuſſit in toto corpore, ſed in quadam parte, ſicut dicitur de rege Ozia ꝙ percuſſus fuit a Deo lepra in fronte 2.Paralipo. 26. in quo innuitur, quod erat lepra in ſola fronte, ſed an in alijs partibus corporis eius fuerit lepra, dicetur eo.ca. & 4.Reg.15.

Aliquis dicet quod quando Aaron iſtud dixit, ſcilicet, dimidium carnis eius deuoratum eſt, ſolũ erat lepra in medietate vultus Mariæ, ſed poſtea illa creuit, ita vt ſe extenderet per totum corpus eius.

Sed dicendum quod non eſt iſtud veri ſimile. pri- H
mo, quia non habet aliquod motiuum ex litera, neque ex ratione, ideo contemnendum eſt. Secundo, quia potius videtur contrarium ex litera. nam quando iſtud dixit Aaron, orauit Moyſes pro Maria ad Deum vt ſanaretur. Deus autem dixit quod maneret ſic per ſeptem dies, & ſic innuitur quod lepra non proceſſit vltra, ſed ſtetit in loco vſque ad quem proceſſerat, & manſit Maria ſic ſeptem diebus. Tertio patet adhuc clarius quia Deus loquens de lepra Mariæ dixit. ſi pater eius ſpuiſſet in faciem illius. ergo lepra Mariæ nõ erat niſi in facie, & erat ſicut ſputum, quia non perfuderat totam faciem.

Quare Aaron petijt à Moyſe vt oraret pro Maria. Quæſt. LIIII.

NVNC quæretur quare Aaron petiuit a Moyſe vt oraret pro Maria. Dicendum quod fuit primo, quia Aaron vidit Mariã leproſam, & putauit non poſſe liberari niſi per Deum, ideo voluit quod oraretur Deus. Secundo, quia timebat Aaron quod plaga Marię magis creſceret cum dixit. ecce iam dimidium carnis eius deuoratum eſt a lepra. vt autem occurreretur ne vltra creſceret putauit neceſſe eſſe orari Deum. Tertio, quia Aaron viderat quod Deus erat iratus, & intulerat hanc plagam, ideo credebat quod a ſeipſo non moueretur ad ſanandum, ſed oportebat quod oraretur ab alio, ſicut irati non placantur niſi ſufficienter retribuerint, vel ab aliquo exorati fuerint.

Quare Aaron non orauit Deum. Quæſt. LV.

ADHVC quæretur quare Aaron nõ orauit perſe Deum, ſed petiuit a Moyſe quòd oraret?

Aliqui dicunt quod hoc fuit, quia non pertinebat ad Aaron orare, neque erat officium eius, ſed Moyſi. ideo non orauit.

Sed dicendum ꝙ non ſtat, quia potius pertinebat ad Aaron orare pro toto populo, eo ꝙ erat ſummus ſacerdos, & in vna die anni orabat pro toto populo Leuit.

Leuit.16. Et iſta eſt conditio ſummi ſacerdotis quòd A
ſit inter Deum & populum ad orandũ, ſic dicit Apoſtolus ad Hebræos 5. ſcilicet, omnis namque pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus cõſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. vnde magis pertinebat ad Aaron qui erat pontifex orare pro alijs quàm ad Moyſen. ſic patet infra 16. vbi Deus volebat cremare totum populum Iſrael pro murmuratione, & iam cremauerat quatuordecim millia. dixit autem Moyſes ad Aarõ quòd ſumeret thuribulum & impoſito thymiamate ſtaret inter mortuos & viuentes, quod cum feciſſet placatus eſt Deus, & ceſſauit incendium.

Dicendum igitur quòd ad Aaron pertinebat ora- B
re: nunc tamen non orauit. primo quia ſciebat aliũ eſſe digniorem, qui facilius hoc impetraret, ſcilicet, Moyſen. Secundo, quia ipſe erat quaſi tremens, & non poterat colligere ſeipſum ad deuotionem. ſicut dixit Leuit.10. quomodo potui placere Deo in cęremonijs mente lugubri? Tertiò & præcipue, ꝙa Aarõ peccauerat ſimul cum Maria: ideo erat ipſe indiſpoſitus ad orandum, quia non exaudiretur oratio eius pro alio cum ipſe Deo diſpliceret. Quartò, quia non ſolum pro Maria orandum erat, ſed etiam pro ipſo Aaron, cum ipſe peccauiſſet, & pœnam timeret. non erat ergo ipſe aptus orare pro Maria cum opus eſſet, quòd aliquis nunc pro eo oraret.

Quare petijt Aaron Moyſen, & non alium, vt oraret. Quæſt. LVI.

ADHVC quęretur quare ſpecialiter petiuit Aaron a Moyſe quòd oraret, quia etiam poterat aliquis alius orare?

Dici poteſt primo, quòd fuit quia iſtum inuenit ibi promptiorem ad hoc. Nam erat Moyſes intra Sanctuarium cum Maria & Aaron, quia tres ſimul venerant, & nullus alius cum eis, vt patet ſupra in litera. ideo licet quilibet aliorum vtiliter orare poſſet promptius inueniebatur ibi Moyſes. Secundo propter neceſſitatem velocis remedij. Nam Maria inceperat percuti lepra, & illa ſubito diſcurrebat per carnem. Si autem Deus non placaretur ſtatim ora- D
tione operiretur lepra totũ corpus Mariæ, ideo oportebat, quòd ſtatim oraretur pro ea. nam ſi expectaretur ad eundum in caſtra, & quòd aliqui de caſtris orarent pro illa, prius tota perfunderetur lepra quàm pro ea oraretur, & ſic parum prodeſſet oratio, quia intentio Aaron erat, quòd occurreretur ne lepra vltra creſceret, ſed Moyſes erat ibi præſens, ſcilicet, intra Sanctuarium, ideo etiam ſi in caſtris eſſent alij potentes æqualiter impetrare hoc ſicut Moyſes, debuit potius rogari Moyſes, vt oraret, quàm aliquis alius, & patet hoc, quia Aaron dixit. ecce iam dimidium carnis eius deuoratum eſt lepra, ideſt ſi ſtatim non occurritur orando tota caro deuorabitur. Tertio quia cre- E
didit Aaron eſſe Moyſen potentiorem ad impetrandum, quàm eſſet aliquis alius in toto populo, quod colligeret ex laudibus, quas nunc proxime Deus dixerat de Moyſe, ſcilicet, at nõ talis ſeruus meus Moyſes qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. ideo ab iſto ſpecialiter peteret Aaron quòd oraret. Quartò & adhuc magis principaliter, quia iſta cauſa tota videbatur pertinere ad Moyſen, ſcilicet, quòd propter ipſum percuſſa fuerat Maria, quia murmurauerat, ideo ipſo orãte facilius remitteretur & ſtaret plaga, etiam ſi alij eſſent digniores ad orandum quàm Moyſes.

Quare Aaron non dixit Moyſi quòd oraret, ſed vſus eſt aliis verbis. Quæſt. LVII.

SED quęretur cum intentio Aaron eſſet quòd Moyſes oraret pro Maria, quare non dixit ꝙ oraret, ſed dixit obſecro Domine ne imponas nobis hoc peccatum. Dici poteſt vno modo quòd Aaron erat turbatus præ timore, cum videret Mariam ſubitò lepra percuſſam, ideo non potuit exprimere omnem conceptum ſuum, ſed dixit iſtud quomodo potuit, intendens plus dicere quam dixerit, & ad hoc adiuuat quòd Moyſes ſtatim orauit dicens. Deus obſecro ſana eam, quaſi intellexerit ꝙ hoc volebat Aaron, licet non expreſſerit. Secundo poteſt dici & melius quòd Aaron non petiuit a Moyſe quòd oraret Deum pro Maria, ideo non oſtendit illud verbis, ſed ſolum petiuit ne indignaretur eis: præſupponebat enim Aaron, quòd Deus inflixerat hanc pœnam Marię pro murmuratione contra Moyſen, quia Deus dixerat ſupra in litera. quare igitur non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? & iratus contra eos receſſit. putabat ergo Aaron quòd cum totum hoc fieret in fauorẽ Moyſi ſi ipſe placaretur, ſtatim eſſet Deus placatus & ceſſaret plaga. Tertio poteſt dici, quòd forte Aaron credebat Moyſen commotum eſſe ira contra ipſum & Mariam, & oraſſe a Deo pro plaga, vt veniret ſuper eos, ideo quòd plaga ita creſcebat perfundendo carnem, ſicut procedebat oratio Moyſi, & ad hoc Aaron voluit placare Moyſen rogans vt non indignaretur eis, ac ſi diceret, quòd ſi ille ceſſaret indignari ceſſaret plaga extendi, & ad iſtud conſonant verba Aaron in ſuperficie. Quarto quia Aaron non tantum pro Maria percuſſa petebat quantum pro ſeipſo timebat, & quia nondum pœna ei fuerat inflicta, & timebat infligendam, quod fieret ſi perſeueraret contra ipſum indignatio Moyſi, ideo non petiuit quòd pro eis Deum oraret, ſed quòd ceſſaret indignari, quia ſi hoc faceret nõ infligeret Deus pœnam.

Quomodo ſunt accipienda verba Aaron ad Moyſen. Quæſt. LVIII.

ADHVC petetur de iſtis verbis, quę dixit Aarõ ad Moyſen quomodo accipiuntur? Dicendum quod dixit, obſecro Domine mi ne imponas nobis hoc peccatũ. Aaron loquebatur hic ad Moyſen cum magna humilitate, quaſi ad Deũ dicens. obſecro Domine mi. quod erat propter duo. primo quia valde timebat: putauit enim quod non ſolum Maria puniretur, ſed etiam ipſe: ideo timor faciebat eum humilem. Secundo ad facilius impetrandum, quia qui ſe humiliat impetrat: iuxta illud. cor contritum & humiliatum non deſpicies Pſal.50. humiliauit ergo ſe Aaron quantum potuit, vt facilius impetraret. Et dixit obſecro Domine mi. ante hoc ipſe fecerat ſe ęqualem Moyſi loquens cum ſuperbia, ſcilicet, nonne & nobis ſimiliter Deus locutus eſt? nunc vero Dominum ſuum vo[illegible] & ſi aliquid maius dicere poſſet dixiſſet. ſequitur. ne imponas nobis hoc peccatum, in q[illegible] aliquis dubitaret cur dixit hoc Aaron, quia pro Maria videbatur petere, ideo deberet dicere ne imponas ei hoc peccatum? Dicendum quòd Maria percuſſa erat iam lepra. Aaron autem timebat quòd etiam ipſe percuteretur, cum ſibi eſſet cõſcius peccati, ideo pro vtroque orauit. pro ſe quidem, vt non puniretur: pro Maria autem vt ceſſaret plaga.

Dixit aũt ne imponas nobis hoc pc̃m, ideſt nõ re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

putes nobis illud ad pœnam: peccauimus quidem cõtra te, sed oramus, vt non velis quod inferatur nobis pœna digna pro isto peccato, & addidit, quod stultè commisimus, ideſt verum est quod peccauimus, & profitemur peccatum nostrum: tamen non fecimus ex malitia & deliberatione, sed ex quodam impetu indeliberato quod est stultè facere.

Quare Moyses non orauit pro Maria antequam Aaron peteret.
Quæst. LIX.

SED quæretur quare Moyses non orauit hic pro Maria prius quàm Aaron peteret ab eo id quod hic habetur?

Aliqui dicunt quòd fuit quia Moyses erat indignatus pro murmuratione contra se facta, ideo non moueretur ex seipso ad orandum nisi prius fieret ei aliqua satisfactio, vel impenderetur quidam honor. nam ita soluitur ira. cum autem Aaron cum magna humilitate petiuit hoc a Moyse, placatus est ille & orauit Deum.

Sed dicendum quòd hoc non est verisimile, quia scripturà dicit supra in litera quòd Moyses erat mitissimus inter omnes homines, qui morabantur in terra, sed ad mitem pertinet remittere iniuriam, & non expetere vindictam, ideo Moyses, qui mitissimus erat non expectaret quòd fieret sibi aliquis honor, vel rogaretur ad hoc, quòd cessaret ab indignatione & oraret Deum.

Dicẽdum igitur quòd Moyses ex se ipso oraturus erat Deum pro Maria etiam nõ petente Aaron, quia tamen Aaron præuenit dicendo, quę habentur in litera, non potuit iam Moyses orare nisi rogatus. Secundò & præcipuè, quia Moyses nondum videbat aliquid propter quod oraret. Nesciebat enim an Maria percussa esset lepra, quia ipse non erat cum Aaron & Maria: licet enim omnes tres simul introissent in Sanctuarium: tamen Deus vocauit seorsum Aaron & Mariam, vt loqueretur eis, & tunc mansit Moyses aliquantulum distans ab eis, sed finitis verbis inflicta fuit lepra Marię, ideo Moyses non potuit illud videre, quia distans erat. Aaron autem vidit illud, quia erat iuxta Mariam, ideo statim locutus est ad Moysen. istud patet, quia dicitur. cumque respexisset eã Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen. obsecro Domine mi &c. Et sic statim vt Aaron vidit lepram in Maria locutus est ad Moysen, sed non potuit Moyses qui erat absens, ita cito videre sicut Aaron, ideo non potuit orare antequam ille loqueretur. Item patet, quia dixit Aaron. ecce iam mediũ carnis eius deuoratum est lepra. ergo innuitur quòd Moyses non videbat istud, quia aliàs non diceret ei Aaron. ecce iam medium carnis, ideſt vide quia caro eius deuorata est lepra, quod non diceret Aaron si Moyses illud per se videret.

Quare Maria per seipsam non est locuta ad Moysen vt oraret pro ea. *Quæst. LX.*

QVAERETVR quare Maria nõ locuta est per seipsam ad Moysen, vt oraret pro ea, vel vt non imputaret ei hoc peccatum, sicut fecit Aaron. Aliqui dicunt quòd fuit ex superbia, quia ipsa est quæ valde murmurauerat contra Moysen, & sic etiam nunc non voluit humiliari.

Dicendum nõ esse verisimile, quia non habet motiuum aliquod ex litera nec ex ratione. ideo contemnendum est. Sed potius credendum est quòd quando ipsa sciret se percussam humiliaretur valde. prius enim cum non sentiret neque timeret pœnam superbiuit leuitate quadam muliebri contra Moysen. nisi autem verè sentiens seipsam a Deo percussam humiliaretur, cum posset rationabiliter timere grauiorem pœnam sibi supereſſe. Secundo quia si Maria persisteret adhuc in superbia Deus non misereretur ei, etiam si Moyses oraret. misertus tamen est, quare non processit vltra plaga. Etiam quia cõcessit q̃ statim post septem dies sanaretur. ergo non manebat Maria in superbia. Dicendum aliter. primo q̃ Maria neque orauit neque locuta est pro se, quia tanta turbatione tenebatur, q̃ neque loqui poterat. istud verisimile est, quia inflictio pœnę tãtum poterat eam alterare q̃ ad loquendum & cogitãdum efficeretur impotens. Secũdo fieret hoc ex verecũdia propter Moysen, quia in hoc manifestabatur quòd ipsa graviter peccauerat contra Moysen, cum Deus propter illum puniuisset eam sic, ideo erubescceret loqui ei. vnde non peteret præ verecundia q̃ pro ipsa oraret. Tertiò fieret propter verecundiam plagæ. erat enim lepra immundissima omnium plagarum, cũ propter eam repellerentur homines de consortio aliorum, ideo Maria sciens se prius fuisse tantæ dignitatis in populo, scilicet, q̃ esset soror Moysi & prophetissa. nũc vero se esse abiectissimam omnium mulierum propter lepram, erubescceret maxime ita vt nulli auderet loqui, & ad hoc adiuuat, quia postquam Maria percussa est lepra non inuenitur hic fuisse quidquam locuta. Quarto potuit esse, quia forte Maria quando percussa est lepra non vidit, neque sensit plagam. certum est quòd non poterat videre, quia illa lepra fuit in vultu, vt supra ostensum est. nemo tamen videt vultum proprium, etiam forte non sentiret, quia inflicta fuit ista lepra a Deo. Deus autem potest infligere insensibiliter, quia lepra non est vulnus, sed morbus, & ita Aaron videret prius lepram Mariæ quam ipsa agnosceret se esse leprosam, & sic oraret pro ea ad Moysen prius quam ipsa loqueretur. Sed præcedentia magis tenenda sunt, quia licet potuisset Maria percuti insensibiliter: est credibilius q̃ statim sentiret, quia ita fuit de rege Ozia qui percussus fuit a Deo lepra in fronte 2. Paralipo. 16. cap. & tamen statim illud sensit, scilicet, sed & ipse perterritus accelerabat egredi, e q̃ quòd sensisset illico plagam Domini ea. de Maria igitur ita credibile est.

An peccauerit Aaron in tali murmuratione, & an licuerit confiteri peccatum etiam pro Maria. *Quæst. LXI.*

NVNC petitur an Aaron peccauit hic in murmuratione facta contra Moysen? Aliqui dicunt quòd non, quia si peccasset puniretur, sicut punita fuit Maria: & tamen nulla pœna ei inflicta fuit. ideo non peccauit. Dicendum quòd non peccauit sola Maria, sed etiam Aarõ. Primo patet, quia dr̃. locuta est Maria & Aarõ contra Moysen. ergo ambo peccauerunt. Secundo quia illud verbum iniuriosum, & superbum contra Moysen ambo dixerunt, vt patet in litera, scilicet, num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Tertio quia si non peccasset Aaron, nõ vocauisset illum Deus cum Maria ad increpandum eos, sed vocauit cum dicitur. descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam & dixit ad eos. audite sermones meos. ergo ambo peccauerũt. Quartò, quia finitis verbis dixit Deus ad Aarõ & Mariam. quare igitur non timuistis detrahere seruo meo Moysi? ergo ambo detraxerant ei. Quintò quia dicitur statim in litera. iratusque contra eos abijt, ideſt iratus cõtra Mariam & Aaron. non tamen iratus ceretur contra ambos, nisi ambo peccarent. ergo ambo peccauerunt. Sexto patet ex verbis Aaron ad Moysen. dixit enim obsecro domine ne imponas nobis hoc peccatum. non dixit ne imponas Mariæ, quasi illa sola peccasset, sed ne imponas nobis. ergo innuebat etiam se peccasse. Septimo & apertius, quia dixit ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus. ergo confessus est, q̃ ambo illud commiserant. non potest ergo negari quin Aaron peccauerit in murmuratione facta contra Moysen. Ad rationem in contrarium respondebitur in sequentibus.

Quare Aaron confessus est peccatum suum.
Quæstio. LXII.

SED quæretur quare Aaron confessus fuit peccatum suum, & Mariæ dicens, quod stulte commisimus in te.

Dicendum q̃ fuit primo, quia iam non poterat occultare illud. Deus enim manifestauerat illud inferendo pœnam pro eo, ideo q̃ Aaron illud vellet tacere non reddebat illud occultum. ideo confessus est. Secundo & præcipuè, quia istud videbatur nunc necessarium: volebat enim Aaron petere veniam, sed non poterat, nisi exprimeret illud, de quo veniam petebat, & hoc non poterat eẽ, nisi peccatum. ideo confessus est peccatum.

Tertio quia Aaron ad hoc, q̃ nunc exaudiretur a Moyse debebat humiliter petere: sed non esset humiliatio, nisi confiteretur peccatum, in quo impẽdebat quendam honorem Moysi, ideo confessus est.

Quarto fuit, quia istud non erat principaliter ad cõfusionem, sed potius ad quandam alleuiationem peccati. nam dixit. ne imponas nobis hoc peccatum, qđ stulte commisimus in te. dicendo autem stultè commisimus alleuiatur aliqualiter peccatum, quia innuitur non fuisse factum ex malitia & deliberatione, sed ex quodã impetu inconsulto, ideo conueniens erat confiteri peccatum ad hunc finem.

An licuerit Aaron confiteri peccatum etiam pro Maria.
Quæstio. LXIII.

SED obijcietur quomodo licuit Aaron confiteri peccatum Mariæ? nam proprium peccatũ laudabile erat confiteri. alienum vero confiteri illicitum est.

Dicendum q̃ non fuit illicitum, q̃ Aaron istud cõfiteretur. Primo quia illud esset si peccatum Mariæ esset occultum: erat tamen publicatum per pœnam, immo magis publicatum quàm peccatum Aaron, cum ille nondum fuisset punitus. ergo licebat illud confiteri. Secũdo quia istud peccatum erat commune: si enim esset peccatum solius Marię, etiam si esset manifestum non deberet illud confieri Aaron: erat tamen commune, quia ambo simul illud commiserant, & Aaron confitebatur peccatum suum, ideo simul liceret ei confiteri peccatum Mariæ. Tertio & præcipuè, quia istud fiebat ad vtilitatem Mariæ, s. vt mitigaretur pœna eius, quod non poterat fieri, nisi cõfitendo peccatum Mariæ, ideo Aaron confessus est illud. Quarto quia potius videtur confessus fuisse peccatum suum propter Mariam: ipsa enim magis indigebat remedio quàm Aaron, cum illa punita esset, & non Aaron, & pro illa sola postea loçutus est Aaron dicens. ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum, qđ proijcitur de vulua matris, ideo potius Aaron videbatur grauare se propter Mariam quàm e contrario. Quinto quia non fuit confessus Aaron peccatũ Mariæ ad accusandum illud, sed ad excusandum & alleuiandum, cum dixerit. quod stulte commisimus in te.

Quare Aaron non fuit a Deo percussus lepra, sicut Maria, & an fuit ei inflicta aliqua pœna, cum ambo peccauissent, & quæ pœna. *Quæst. LXIIII.*

ADHVC quæretur quare Aaron non fuit percussus lepra a Deo, sicut Maria cum ambo peccauerint in eo pro quo Maria percussa est? s. in murmuratione, vt ostensum est supra quæst. 58. Secundo quia videtur, q̃ adhuc grauius debuisset in hoc puniri Aaron, quia peccabant in eodem peccato, & tamen cæteris paribus magis peccat vir quàm fœmina.

Dicendum q̃ etiam si Aaron peccasset grauissime non percuteretur lepra, quia Aaron erat summus sacerdos Exo. 28. & 29. & Leui. 8. & requirebatur in eo maxima mundicia intantum, q̃ neque deberet lugere mortuos etiam si essent filij, vel pater aut mater, vt dicitur Leui. 10. & 21. etiam requirebatur magna excellentia. s. vt non acciperet pontifex in vxorem aliquam viduam, neque repudiatam, sed virginẽ & non quamlibet. s. de media plebe, sed de magno genere Leuit. 21. & lepra tamen erat maxima omnium immundiciarum, ita q̃ repellebat homines a consortio aliorum Leui. 13. & 14. cap. ideo si efficeretur leprosus Aaron saltem per vnam horam redderetur quasi infamatus, & vilis, ita vt iam non posset cõuenienter esse in tanta dignitate. non debuit igitur Aarõ percuti lepra etiam si grauissime peccasset. Secundò quia dato, q̃ Aaron non esset summus sacerdos, neque haberet aliquid excusans, non debebat percuti lepra, qa licet peccauerit fuit peccatum suum paruum, & non dignum tam graui pœna. Istud patet ex modo loquẽdi scripturæ, quia supra dr̃ locuta est Maria & Aaron contra Moysen. & ita innuitur, q̃ locutio totaliter pertineret ad Mariam: esset autem Aaron, vt fauens ei, & non vt principaliter loquens, ideo illa dignè percussa est lepra. ipse vero non debuit illa plaga puniri.

Quare Aaron nulla pœna est inflicta, cum tamen peccauerit, Et quòd non sunt æqualiter puniendi, qui non sunt in æquali dignitate. *Quæst. LXV.*

SED dices dato, q̃ Aaron nõ percuteretur lepra, quare non fuit ei inflicta alia pœna, quia non potest negari quin Aaron in aliquo peccauerit. ergo aliqua pœna parua, vel magna debuit ei infligi.

Dicunt quidam, q̃ Moyses orauit pro Aaron, & non fuit punitus. Aliter autem inferretur ei pœna grauis. istud autem videtur verisimile, quia Aaron alibi peccauerat grauius quàm nunc. s. quando fabricauit vitulum Exo. 32. cap. & tunc Deus iratus contra illum voluit eum conterere, sed Moyses orauit pro illo & placatus est Deus, neque puniuit illum Deuter. 9. cap. illud fuit nunc leuius peccatum, ideo facilius remitteretur orante Moyse.

Sed dicendum, q̃ non est satis verisimile, quia si p orationem Moysi euitaretur pœna Aaron, ita etiam euitaretur pœna Mariæ. sed non fuit, quia postquam orauit Moyses pro Maria adhuc illa mansit leprosa per septem dies, vt patet in litera. ergo nõ liberaretur totaliter Aaron a pœna orante Moyse. Secundo quia in litera exprimitur, q̃ Moyses orauerit pro Maria, & tamen non exprimitur de Aaron. Nam dixit Deus obsecro sana eam. ergo non orauit pro Aaron. Tertio quia in fabricatione vituli exprimitur, q̃ Moyses

orauerit

Universidad de Deusto Biblioteca

orauerit pro Aaron ne Deus contereret eum Deu. 9.cap. hic autem nihil exprimitur, ergo videtur ꝙ nō orauerit pro eo. Quarto & præcipuè, quia non videbatur adhuc causa, vt oraret Moyses pro Aaron. nam Mariam sciebat esse leprosam, ideo orauit pro ea: in Aaron autem nulla plaga adhuc fuerat, ideo non orabat pro eo.

Alij dicunt, ꝙ Aaron fuit punitus pro hac murmuratione, & tamen punitio eius fuit solum in hoc, ꝙ Deus increpuit Aaron per verba ista, quę dixit cōtra eum & Mariam. & ista fuit sufficiens pęna in Aaron propter duo. Primo quia Aaron minus peccauit quā Maria, ideo forte ista pęna obiurgationis fuit sufficiēs pro quantitate peccati sui, & ita nihil plus debuit sibi inferri, neque oportuit ꝙ Moyses pro ipso oraret, qa iam sufficienter sustinuerat pęnam pro delicto. Secūdo vt aliqui putant, & supra tetigimus, erat Aarō maior Maria, ideo etiam si æqualiter delinquerent minor pęna in quātitate iudicarēt maior in Aarō, q̃ magna fm̄ quātitatē in Maria ꝯsiderata dignitate & statu Aarō. s. qa erat summus sacerdos, & nō erat aliqua maior dignitas inter Israelitas: Maria aūt nō erat talis dignitatis, ideo poterat inferri pro eodē peccato magna pęna secundum quantitatem Marię, & parua pęna secundum quantitatem Aaron, qui tamen in eo secundum qualitatem reputaretur æqualis ad illam pęnam quam sustinebat Maria in lepra. istud patet ex conditione iuris humani. nam episcopus & presbyter in eodem delicto minus puniuntur secundū quātitatem, scilicet si sint venatores. nam diaconus a toto officio suspenditur. presbyter autem solum per duos menses abstinet a communione extra de cleri. vena. ca. episcopum. & hoc est, vt dicit ibi gl. quia maior pęna secundum quantitatem reputatur minor in eo, qui est minor secundum statum, & minor pęna secundum quātitatem reputatur maior in eo, qui est maioris status. Istud etiam conuenit sententiæ Arist. 5. Ethicor. vbi loquitur de contra passo. ostendens, ꝙ non sit simpliciter iustum, quia si repercusserit rusticum non est iustum, neque æquale eum percuti: si autem rusticus percutiat regem nō solum debet repercuti, sed etiam occidi, vt scilicet quia inæqualitas dignitatis facit inæqualitatem iniuriæ circa eandem rem, ideo poterat esse sufficiens pęna Aaron pro peccato suo, ꝙ solum obiurgaretur, & Mariæ non esset sufficiens pęna illa, ideo fuit percussa lepra. Secundo quia etiam si non esset differentia status inter Mariā & Aaron, forte sufficeret ista pęna in Aaron, quia peccatum eius fuit valde minus quàm peccatum Marię, quia contentio ista solum erat inter Mariam & vxorem Moysi, ideo Maria principaliter murmurauit. Aaron autem solum fuit, vt fauens Mariæ in aliquo, & sic peccatum eius fuit valde paruum. vnde pęna debebat esse minor, & sic satis fuit, ꝙ obiurgaretur a Deo, & nihil aliud pateretur.

Sed obijcietur, ꝙ ista non stent, primo quia si illa obiurgatio fuisset pœna sufficiens Aaron, postquam illam sustineret, satisfecisset, & non irasceretur Deus cōtra eum, & tamen post hoc dicitur, ꝙ Deus iratus contra Aaron, quia expletis omnibus verbis Dei dicitur in litera. iratusque contra eos abijt. i. cōtra Mariam, & Aaron. ergo manebat adhuc aliquod peccatum in Aaron, de quo non esset satisfactum, & pro quo Deus irasceretur. Secundo quia post omnia illa Aaron locutus ad Moysen dixit. non imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus, & ita Aarō rogabat Moysen, ne pro peccato isto puniretur. ergo innuebat, ꝙ nondum pro illo satisfecerat, & pœna sibi posset inferri, nisi Moyses illud remitteret, & oraret Deum pro eo & Maria.

F Dicendum ꝙ his non obstantibus potest vera esse sententia præcedens. Et ad primum dicēdum, quod Deus non erat iratus cōtra Aaron post illa verba, sed solum contra Mariam, ostendebat tamen signa iracundiæ cōtra vtrunque, & sic debuit scriptura dicere, qa cum ostēdisset supra, ꝙ peccauerant Maria, & Aarō, & tamen nulla pęna adhuc fuerat inflicta alicui ipsorum, oportebat ꝙ scriptura significaret neutri remissum esse peccatum, & ita contra vtrunque Deus irasceretur, licet in veritate contra alterum tantum esset ira ad punitionem.

Ad secundum dicendū, ꝙ illud nihil probat. Aarō quidem sciebat se peccasse, quia Deus increpauerat eum & Mariam, & ostēderat eos inique fecisse murmurando contra Moysen, ideo ex hoc sciebat Aarō
G se peccasse. Nesciebat autem, an Deus reputaret satis factum esse per illam increpationem, aut vellet inferre aliam pęnam, ideo timēs orauit ad Moysen, ne imponeret sibi & Mariæ hoc peccatum.

Aliter potest dici, ꝙ Aaron peccauit murmurādo contra Moysen, & licet in obiurgatione illa die sustinuerit aliquam partem pęnæ pro hoc delicto, tñ non sufficienter. residuum autem pęnæ Deus reseruauit ei pro alio tempore, siue nunc, siue in futurum. Istud est satis verisimile, quia multa alia similia sunt. nā certum est, ꝙ Deus non punit sufficiēter hic quemlibet hominem pro peccatis suis, quia si hoc fieret non relinqueretur aliqua pęna pro futuro sæculo, quod falsum est. sic ergo esset de Aaron. Secundo, quia ita di-
H ximus præceden. c. de Moyse, ꝙ aliquo modo peccauerit, qñ dubitauit de saturatione populi de carnibus, sed non fuit sibi inflicta, tunc aliqua pęna. mansit aūt infligenda postea. Tertio quia Aaron simile fecit qñ peccauit fabricando vitulum Exo. 32. & Deus voluit conterere illum, sed ad preces Moysi cessauit Deute. 9. c. sed certum est, ꝙ per illas preces Moysi impetratum est, ne occideretur Aaron: non tñ fuit satisfactum pro peccato Aaron. Deus tamen nullam pęnam intulit tunc Aaron, ideo relinquebatur, ꝙ postea toleraret illam, & forte sustinuit illam in crematione duorum filiorum suorum, quos Deus cremauit coram altari Leu. 10. Nam ibi non peccauit Aaron, sed filij sui, & tamē vltra pęnam quam illi sustinuerunt ꝑ pec-
I cato proprio sustinuit Aaron aliam pœnam dolendo de morte filiorum, & istud esset non pro aliquo peccato filiorum, sed pro aliquo peccato, quod ipse commisisset. Quarto quia Deus ita solitus est facere. nam pro adoratione vituli in Israelitis fecit Deus occidi viginti tria millia ipsorum Exo. 32. sed quia nō fuit hęc sufficiens pœna pro omnibus qui peccauerāt, aut pro tota magnitudine peccati: reliquit Deus aliquid huius pęnæ pro alio tempore cum dicatur. c. c. scilicet ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum, & tamen hoc dixit postquam occisi fuerant viginti tria millia virorum, ita poterat esse de Aaron, ꝙ peccatum eius fuerit in aliquo punitum per istā ob-
K iurgationem, sed non sufficienter, & residuum huius pœnæ relictum fuerit pro alio tempore. vnde omnes afflictiones, & labores quos postea tolerauit Aaron in deserto, & quòd moreretur in ipsa solitudine non veniens in terram Chanaan, potuit esse ad quandam satisfactionem pro hoc peccato. Ad quod adiuuat id, quod dicitur in litera. s. ꝙ post verba Dei qui licet obiurgauit Aaron & Mariam, dicitur quod adhuc iratus erat contra eos: non tamen esset iratus contra ambos, nisi adhuc maneret peccatum amborum. ergo peccatum Aaron aliquomodo manebat, & postea puniendum erat.

Quare

Quare Aaron dixit de Maria ne fiat hæc quasi mortua. Et abortiuum fieri intelligitur dupliciter. Quæst. LXVI.

SED quæretur quare Aarō dixit de Maria. ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum, quod proijcitur a vulua matris suæ?

Dicendum, ꝙ in hoc orabat Aaron, vt plaga Mariæ non procederet vltra: lepra enim operuerat quasi medietatem vultus Mariæ, sicut dixit Aaron. ecce iā medium carnis deuoratum est à lepra. i. dimidiū carnis apparentis, si aūt procederet ista lepra, aut perseueraret, esset Maria vt mortua, & hoc potest intelligi dupliciter. vno modo accipiendo lepram in statu, in quo erat siue maneret, siue vltra ꝓcederet, quia quocunque modo Maria maneret leprosa, esset vt mortua, quia repelleretur ab humana conuersatione manendo extra castra, & ista erat mors ciuilis. Alio mō ꝙ vocaretur mortua si ꝓcederet lepra vltra, sed quia nunc erat operta quædā pars carnis eius lepra, & non tota caro, ideo manebat aliquid sanū in carne. si autē tota caro operiretur, nihil maneret sanū in ea, & tūc diceretur esse, sicut mortua, quia in ægris relinquitur aliquid boni q̃diu viuunt, & potentia ad sanitatem. in mortuo aūt iam nihil sanū est, neq; relinquitur potētia ad vitam. Dicendum aūt, ꝙ licet vtroq; mō accipi possit: tñ debet accipi in secundo, quia hoc vult litera cum dicat. ne fiat hæc quasi mortua. & ita nondū facta erat, vt mortua. Erat tñ leprosa, quia dimidiū carnis eius deuorauerat lepra. ergo non dicebatur quasi mortua propter habere leprā in aliqua parte corporis, sed si tota operiretur lepra.

Cum aūt dicitur de abortiuo, quod proijcitur de vulua matris, pōt dupliciter intelligi iuxta quæ supra dicebantur. vno mō accipiendo de Maria inquantū solum quædam pars corporis eius erat perfusa lepra, & tunc dicetur, ꝙ illa erat quasi abortiuū, quod ꝓijcitur de vulua. i. non sicut fętus integer, sed sicut abortiuum, qđ est imperfectū: abortiuum. n. est, qđ ante tꝑa egreditur de vtero, propter aliquā violentiā factā naturæ, aut propter aliqđ incōmodū, quod est præter naturā, ideo illud cū non expleuerit mēses legitimos in ventre non est perfectū in sua formatione, sed desunt interdum quædā mēbra, vel nō plenè formata sunt, ita erat de Maria, quia cum quædam pars corporis eius esset leprosa, & alia sana: pars leprosa erat cōsumpta, & quasi non esset, cum dixerit Aaron mediū carnis eius deuoratum est a lepra. Erat ergo quasi habere quædam membra, & alia non, & in hoc conueniebat cum abortiuo, qđ in quibusdā membris imperfectum est. Accipiendo autē alio mō. s. ꝙ tota Maria operiretur lepra vocaretur quasi abortiuum, quia licet abortiuum habeat oīa membra, nullum tñ eorū habet naturalem perfectionem, neque alia accidētia. sic aūt est de eo, cuius totum corpus lepra perfundit. nam omnia membra corporis habet, nullum tñ eorum hēt naturalem statum & perfectionē, sed degenerant in colore, & in naturali dispositione, & ita eēt de Maria si tota operiretur lepra. Posset vterque sensus stare, & tñ magis cōuenit literæ iste secundus inquantum sub vna clausula ponitur totum illud. s. ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum. & tñ illud, qđ dr̄ de mortua debet intelligi in secundo sensu, vt dr̄ ꝓceden. q. ergo ēt id, quod dr̄ de abortiuo intelligetur in secundo mō. Dr̄ aūt de abortiuo, qđ proijcitur de vulua matris. in quo significatur dr̄ia fętus legitimi & abortiui. nam fętus legitimus exit tꝑe debito. ideo dr̄ nasci. Et hoc est, quia natura impellente exit, & nascia natura dr̄, vel natura a nascendo. fętus aūt abortiuus non exit tꝑe legitimo, sed prius, ideo nō dr̄ nasci,

A sed proijci, quia ꝓijcere significat violentiā quandā, quia abortiuum non exit mouente natura, sed impellente aliquo incommodo, quod est præter naturam, ideo non dicitur, sicut abortiuum, quod nascitur, sed sicut abortiuum, quod proijcitur de vulua matris suę.

Quare Moyses clamauit obsecro Domine sana eam. Quæstio. LXVII.

QVAERETVR quare dicitur, quod Moyses clamauit Domine Deus obsecro sana eā? Dicendum ꝙ fuit ad ostendendum magnitudinem desiderij, cum enim vidit Mariā sororem suam leprosam doluit valde, & ex magnitu-
B dine doloris clamauit, quia magnitudo affectionum cogunt hoīes prorumpere in diuersos actus exteriores, qui videntur aliqñ immoderati, siue in clamorē, siue in fletum, siue in exultationem. Dixit aūt Moyses. Deus obsecro sana eam: pro Maria enim sola orauit. nam Aaron nondū fuerat percussus aliqua plaga, ideo pro eo non orabat, etiam dixit sana eam. i. tolle totam plagam: duo enim mala erāt in plaga illa. Vnū quod videbatur illa futura perpetua, quia cum semel Maria facta esset leprosa, ita maneret in perpetuū, nisi Deus eam miraculosè sanaret. Aliud erat ipsa grauitas morbi: nam crescebat, cum enim Maria a principio fuit percussa lepra, paruum locum occupauit pla-
C ga. Deinde aūt paulatim se extendebat, ita vt videret, ꝙ in breui totam carnem Mariæ operiret. pro vtroq; aūt orauit Moyses. nam inquantū dixit sana eam, orauit, vt non extenderetur plaga magis nocendo, & ēt ꝙ hoc, quod erat statim cessaret. s. vt desineret Maria esse leprosa antequam exiret de Sanctuario, vt nullus Israelitarum videret eam cum lepra.

Quòd iustum fuit Mariam alio tempore puniri, & percuti lepra. Quæst. LXVIII.

SED quæretur quid voluit Deus innuere cū dicit. si pater eius spuisset in faciem illius nōne debue-
D rat saltem septem dierum rubore suffundi?

Dicendum ꝙ Deus ostendit se nolle consentire Moysi in toto, quod petebat, sed in aliquo, & ad hoc ostendit petitionem Moysi iniustam. Moyses enim petebat, quod Maria totaliter liberarēt a lepra, & hoc fieret statim antequam exiret de Sanctuario, vt nemo eam videret leprosam. Dixit autem Deus, quod istud erat iniustum, quia etiam si Maria nihil peccasset, sed solum pater eius spuisset in faciem illius debebat infundi rubore septem dierum, idest septem dies debebat verecundari, & præ verecundia recedere ab alijs, & non eleuare oculos suos, sed Maria nunc peccauerat in aliquo offendendo Deum, ideo etiam si minima poena ei daretur non debebat dari minor, quàm poena septem dierum. Ex hoc autem Deus
E ostendit, quod Maria debebat saltem septem diebus manere in pœna lepræ, & in hoc innuit, quod multum cōdescendebat petitioni Moysi quantum iuste poterat condescendere, quia si ille, qui nihil peccat solum si pater spuerit in faciem eius debet perfundi rubore septem dierum: a fortiori, qui peccauit in aliquo debet pluribus, quàm septem diebus erubescere, vel puniri. Deus tamen solum septem diebus voluit punire Mariam, quę tamen peccauerat: magnam ergo gratiam faciebat Deus Mariæ, & multum condescendebat Moysi petenti pro ea.

Quid

Quid intelligitur per ſpuere in faciem alicuius.
Quæſt. LXIX.

ADHVC petetur quomodo applicaꝫ iſtud quod dicitur de ſputo faciei? Dicendum, ꝙ ſpuere in faciem alicuius ſignificat deſpici illum. & per hoc deſignatur ille tanquam vilis & abiectiſſimus. ſic patet de illo, qui volebat ſuſcitare ſemen fratri ſuo mortuo. nam vxor defuncti ad oſtendendum ignominiam illius tollebat calceum de pede viri, & ſpuebat in faciem eius dicẽs. ſic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. i. iſta ignominia fiet ei, & vocabitur nomen illius in Iſrael domus diſcalciati Deuter. 25. & ita dicit gl. ſignũ repudij eſt in faciem conſpui. vnde proximus qui repudiat coniugium in facie conſpuitur. Et ita quando pater ſpuebat in faciem alicuius filij, vel filiæ ſuæ innuebat, ꝙ deſpiciebat eum, & etiam ille quem pr̃ deſpicit deſpectus eſt in domo ſua, quia cum pater ſit caput domus poteſt honorem, vel ignominiam in domo ſua dare alicui, ſicut rex, quia maior eſt in toto regno ſuo poteſt dare honorem & pœnam cui voluerit. ſic patet Heſter. 6. cap. qñ clamabatur coram Mardocheo, ſic honorabitur quemcunque rex voluerit honorare. & ob hoc quilibet filiorum quem pater in facie conſpuerat iudicabat ſe abiectum, & deſpectũ in domo patris ſui, ideo præ verecundia abſcondebat vultum ſuum, & durabat iſta verecundia ſaltem ſeptem diebus. De Maria ita erat, quia videbatur pater ſpuiſſe in faciem eius. Deus enim pater omnium eſt Deuter. 32. ſ. nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te fecit & creauit te? Deus autem ſpuerat in faciem Mariæ inquãtum lepram dederat in vultu eius, & illa poteſt vocari ſputum in præſenti propter duo. Primo quia ſicut ſputum inquinat faciem, & non infert ei aliud nocumentum, ita lepra in facie maculat eam, & turpem reddit, tamen mortem non infert. Secundo & præcipue propter modũ quo ſe habet ſputum ad faciem, quia cum facies conſpuitur non perfunditur tota ſputo, ſed in aliquibus partibus ſuis inquinatur. ſic fuit in lepra Mariæ, quia nõ fuit tota eius facies operta lepra, ſed ad plus medietas eius. nam ita dixit Aarõ iam dimidium carnis eius deuoratum eſt lepra. & loquitur de carne nuda. ſ. de ſolo vultu, vt ſupra oſtendimus. ideo erat facies Mariæ vt conſputa, quia non totam perfuderat lepra, ſed partem illius. Ex hoc autem Deus continuauit ſimilitudinem. ſ. quod ſicut ille cuius vultus conſputus erat, ſeptem diebus ſaltem præ verecundia ſe abſcondebat, ita Maria ſeptem diebus tanquam leproſa ſepararetur extra caſtra, & tunc reuocaretur curata a lepra.

Quare Moyſes non continuauit orationem pro Maria orando iterum, & iterum quouſque impetraret.
Quæſt. LXX.

SED quæretur cum Deus non exaudiuerit Moyſen pro toto, quod petebat. ſ. quia nõ ſanauit ſtatim totaliter Mariã. quare non continuauit orationem orãdo iterum & iterum pro eadem re? ſic enim facere ſoliti erant illi, qui non exaudiebãtur. nam Deus cõdemnauerat Moyſen, vt non intraret in terram Chanaan: ipſe tamen continuè orabat poſt hoc, vt permitteretur illuc intrare: quouſque Deus dixit ei, quod non loqueretur vltra de hac re Deuter. 3. c. Sic etiam Deus proiecerat Saulem condemnando eum ne regnaret ſuper Iſrael. 1. Reg. 15. Samuel tamen propheta lugebat & orabat pro eo continuè quouſque Deus dixit ei, quod ceſſaret lugere & orare. 1. Regum 15. & 16. cap. ita nunc licet Moyſes non fuiſſet totaliter exauditus, poterat iterum, & iterum orare quouq; exaudiretur, vel Deus diceret ei, quod ceſſaret orare.

Dici poſſet vno modo, ꝙ Moyſes orauit poſtquam Deus iſtud dixit, & tamen etiam Deus noluit cõſentire, & dixerit ei, quòd non oraret vltra pro hoc, licet ſcriptura iſtud taceat.

Sed dicendum, ꝙ iſtud non eſt ſatis conueniens. nam ſi aliquid tale accidiſſet ſcriptura illud exprimeret, ſicut fecit in Moyſe quando pro ſeipſo orauit, & in Samuele orante pro Saule, vt ſupra dictum eſt, & tamen ſcriptura nihil hic expreſſit. ergo videtur non fuiſſe factum.

Dicendum igitur aliter, vt quando Deus dixit, ꝙ Maria ſepararetur extra caſtra ſeptẽ diebus, non orauit vltra Moyſes pro hac re, ſed ſtatim ſeparauerunt Mariam extra caſtra, & hoc fuit primo, quia cũ Deus iuſſiſſet, ꝙ poſt ſeptem dies Maria eſſet munda, non curauit Moyſes vltra orare, quia iam non erat periculum aliquod, ſed pœna ſeptem dierum. Secundo quia periret oratio. nam cum oraret Moyſes tranſirent illi ſeptem dies, quia aliquando orãtibus viris ſanctis pro aliquo tranſibant multi dies, ſicut quãdo Hieremias orabat ſibi reſponderi pro populo, & vſque ad decẽ dies non fuit reſponſum, vt patet Hierem. 42. cap. ſic etiam quando Daniel petebat declarationem viſionis tranſierunt tres hebdomadæ in ieiunio & oratione, vſque ad finem quarum non fuit ſibi reſponſum Dan. 10. cap. vt ergo non eſſet oratio in vacuum, quia forte prius complerentur ſeptem dies a Deo præfixi, quàm reſponderetur Moyſi ſuper hoc, noluit Moyſes vltra orare. Tertio quia viſum eſt Moyſi, ꝙ Deus valde iuſte loquebatur, & oſtenderat illud ex ratione. nam dixit, ꝙ ſi pater Mariæ ſpuiſſet in faciem eius, hoc ſolo debuiſſet ſeptem diebus ſaltem erubeſcere, nunc autem peccauerat. ergo ſaltem ſeptem diebus volebat, ꝙ erubeſceret ſeparata extra caſtra. cum ergo tam iuſtum iſtud eſſet non auſus fuit Moyſes ſtatim orare. Quarto quia ſic fecerant prædeceſſores ſui. nam Abraham orauit pro Sodomitis ne ſubuerterentur ſi inuenirentur ibi quinquaginta iuſti, quod Deus conceſſit, deinde dixit de quadraginta & quinque, & ſic pauliſper deſcendit vſque ad decem, & Deus etiam conceſſit, ꝙ non deleret ciuitatem ſi eſſent ibi decem iuſti, ſed infra decem non auſus eſt Abraham petere licet Deus nihil adhuc negaſſet Gen. 18. cap. hæc autem fecit timens ne offenderet Deum, quia putabat ꝙ ſi peteret infra decem erat iniuſtũ. ſic igitur Moyſes videns iuſtiſſimam fuiſſe pœnam a Deo taxatã non auſus eſt vltra orare. Quinto quia Deus in verbis iſtis non ſolum oſtendit intentionem ſuam, ſed etiã manifeſtauit aliquid, ſcilicet ꝙ ſepararetur Maria per ſeptem dies, & tamen oportebat obediri mandato Dei, ideo ſtatim excluſa eſt Maria de caſtris. multum enim interer hæc differebat. nam ſi diceret Deus, quod volebat Mariam eſſe ſeptem diebus leproſam, oſtendebat voluntatem ſuam, ſed nihil iubebat, ideo adhuc licebat Moyſi petere, ꝙ non duraret tanto tempore. Cum autem Deus diceret, ꝙ ſepararetur Maria ſeptem diebus extra caſtra iubebat aliquid, ideo non licebat reſiſti, ſed ſtatim executioni tradi, & ſic factum eſt. Secundo quia fuiſſet iſtud contra conditionem omnium orationum. nullus enim expectat a Deo, niſi ſecundum reſponſum, in quo videtur determinari tota voluntas ſua, & vltra illud iudicauerunt ſancti nephas eſſe aliquid petere, ſic patet de Samuele, dixerat enim Deus quòd abſtulerat regnum Iſrael a Saule. 1. Regum 15. & fuit iſtud primum verbum, vel reſponſum Dei, & poſt iſtud adhuc orabat & lugebat Samuel pro Saule. e. c. deinde dixit Deus ad Samuelem, vſquequo ad

luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael. 1. Reg. 16. & poſt iſtud non orauit, neq; luxit Samuel pro Saule. ſic etiam fuit de Moyſe quem Deus condemnauit ne intraret in terram Chanaan, infra vigeſimo cap. & iſtud fuit primum verbum, vel reſponſum Dei, & poſt iſtud adhuc continuè orabat Moyſes, ꝙ permitteretur illuc intrare quouſque dixit ei Deus. nequaquam loqueris vltra de hac re ad me Deuter. 3. iſtud fuit ſecundum reſpõſum Dei, & poſt illud Moyſes nũquam orauit, vt permitteretur intrare in terram Chanaan, ſed habuit certiſſimum, ꝙ nõ tranſiret in eam, & ſic dixit ſtatim Iſraelitis Deuter. 4. cap. ſiratus eſt Dominus cõtra me propter ſermones veſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanẽ, neq; ingrederer terram optimã quam daturus eſt vobis. ecce moriar in hac humo, & non tranſibo Iordanẽ: vos tranſibitis & poſſidebitis terrã egregiam. in præſenti ſic erat: Deus enim poſtquã locutus eſt ad Aarõ & Mariam oſtendens eos peccauiſſe percuſſit Mariã lepra, & iſtud fuit primum verbũ, vel reſponſum Dei in quo oſtendit aliqualiter volũtatem ſuam, ſed poſt iſtud adhuc Moyſes orauit dicens. Deus obſecro ſana eam. deinde Deus reſpondit, quòd ſepararetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſt illos eſſet libera a plaga, & reduceretur in caſtra, & iſtud fuit ſecundum reſpõſum, ideo poſt iſtud nõ licuit Moyſi aliquid a Deo petere, quia videbatur eſſe nephas petere aliqd a Deo poſt cognitam voluntatem eius determinatam, cum ipſe non moueatur, neque mutet propoſitum. ℣. 23. & 1. Reg. 15. ca. Septimo quia non fuit hoc ſimile ad illa, in quibus leguntur viri ſancti petiuiſſe aliquid a Deo poſt determinationem ſuam. nam nunquam petebant, niſi vbi erat malum, vel impedimentum perpetuum, non autem vbi eſſet malum pauci temporis. Sic patet de Moyſe cui Deus dixerat, ꝙ nunq̃ intraret in terram Chanaã, & quia iſtud erat perpetuum orabat, vt permitteretur intrare. ſic etiam Deus dixerat de Saule, ꝙ ſciderat regnum Iſrael ab eo, & tradiderat alteri meliori. 1. Reg. 15. in quo ſignificaret, quòd nunquam rediturum eſſet regnum ad Saulem, neq; ad poſteros eius, ſicut completum eſt, ideo adhuc orabat Samuel pro contrario. ſi tamen Deus dixiſſet Moyſi non intrabis in terram Chanaã, vſq; ad duos annos, forte non curaſſet orare in contrarium, ſed quia dixit quod nunquam intrabit, orauit. ſic etiam ſi dixiſſet Deus de Saule, quod priuaretur regno Iſrael p vnum annum, & poſtea rediret ad regnandum forte non oraret Samuel pro illo, ſed quia in perpetuũ auſe rebatur, orauit. In præſenti ſic erat, quia ſi Deus reſpõ diſſet, quod volebat Mariam manere leproſam in ꝑpetuum forte liceret Moyſi orare, vt remitteretur, vel minueretur iſta pœna, quia tamẽ dixit, quod ſolis ſeptem diebus eſſet leproſa, quod erat paucum tempus, non debuit Moyſes vltra orare pro hac re: ſimile patet ſequen. cap. quando murmurauerunt Iſraelitæ nolentes ire in terram Chanaan, ſed redire in Aegyptum. nam condemnauit Deus illos, vt manerent quadraginta annis in deſerto, & Moyſes non orauit, vt Deus remitteret hanc pœnam: ſi tamen fuiſſet petua oraſſet pro illa. Et ibi videtur eſſe exemplum conuenientiſſimum ad hoc. nam cum murmurarẽt Iſraelitæ, & vellent occidere Moyſen lapidibus. dixit Deus ad Moyſen, quod volebat percutere peſtilentia omnes Iſraelitas, & ipſum Moyſen conſtituerat ducem ſuper aliam gentem robuſtiorem, & quia iſtud erat malum perpetuum, & maximum. ſ. ꝙ deleretur populus, & nũquam vltra eſſet, orauit valde Moyſes ne iſtud fieret, & tandem Deus placatus dixit, ꝙ non occideret omnes, ſed ꝙ manerẽt in deſerto. 40. annis. Cum autem hoc dixiſſet non orauit Moyſes, vt remitteretur iſta pœna. ita ergo in præſenti, quia pœna erat temporalis. ſ. 7. diebus non debuit Moyſes orare pro illa cum pro pœna. 40. annorum quibus in deſerto manere condemnabantur Iſraelitæ, non orauerit Moyſes.

CAP. XIII.

PROFECTVSQVE eſt populus de Aſeroth fixis tentorijs in deſerto Pharan. Ibique locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan, quam daturus ſum filijs Iſrael: ſingulos de ſingulis tribubus ex principibus. Fecit Moyſes, quod Dominus imperarat, de deſerto Pharã mittens principes viros, quorum iſta ſunt nomina. De tribu Ruben, Semmua filium Zechur. De tribu Simeon, Saphat filium Vri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. De tribu Iſſachar, Igal filium Ioſeph. De tribu Ephraim, Oſeæ filium Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon, Geddihel filium Sodi. De tribu Ioſeph, ſceptri Manaſſe, Gaddi filium Suſi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aſer, Sethur filium Michael. De tribu Nephthali, Hahabi filium Vaſpi. De tribu Gad, Guhel filium Machi. Hæc ſunt nomina virorum, quos miſit Moyſes ad conſiderandum terram: vocauitque Oſeæ filium Nun Ioſue. Miſit ergo Moyſes ad conſiderandam terram Chanaan, & dixit ad eos. Aſcendite per meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes, conſiderate terrã, qualis ſit, & populum qui inhabitator eſt eius, vtrũ fortis ſit, an infirmus, ſi pauci numero an plures. ipſa terra, bona an mala: vrbes quales: muratæ, an abſque muris: humus, pinguis an ſterilis: nemoroſa an abſque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquę vuę veſci poſſunt. Cumq; aſcendiſſent explorauerunt terram a deſerto Syn, vſque Rohob intrantibus Emath. Aſcenderuntque ad meridiem & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman, & Siſai & Tholmai, filij Enac. Nam Hebron ſeptem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita eſt. Pergenteſque vſque ad torrentem botri, abſciderunt palmitem cum vua ſua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoq;

Exploratores mittuntur vnus de ſingulis tribubus.

Conditiones terræ Chanaan.

granatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

granatis, & de ficis loci illius tulerunt qui ap
pellatus est Neheleſcol, ideſt torrens botri,
eo quòd botrum portaſſent inde filij Iſrael.

PROFECTVSQVE. Poſito impedimento iti
neris propter verba murmuratorũ. Hic con-
ſequenter ponitur aliud impedimẽtum pro-
pter verba exploratorum, & conuenit ſupe-
riori, quia ſicut Maria male locuta eſt cõtra Moyſen,
& populus moratus eſt ſeptem diebus in caſtris, ita
exploratores male locuti ſunt, & morati ſunt Iſraelitę
propter hoc in deſerto fere quadraginta annis, vt pa-
tet ſequenti cap. & diuiditur in duas, ſcilicet in partẽ
principalem & incidentalem. Secunda infra cap. 15.
prima in duas. primo ponitur tranſgreſſio explora-
torum. Secundo ſubditur præuaricatio quorundam
aliorum ſequẽ. cap. Prima in duas. primo ponitur ex-
ploratorum miſſio & itineratio. Secunda factorum
& viſorum relatio ibi.

Diuiſio. *Locuti ſunt eis.* Circa primum. *Profectuſque eſt populus de Aſeroth.* Mãſio in qua Maria percuſſa eſt lepra erat
Aſeroth, vt patet præceden. capit. & ibi manſit popu-
lus quouſque ſanaretur, tunc mota ſunt caſtra. & di-
citur, q̃ profectus eſt populus de Aſeroth, quaſi dicat,
quod ante hoc fuerat detentus propter Mariam ſo-
rorem Moyſi.

Fixit tentoria in deſerto Pharan. Ideſt poſtquam receſ-
ſit de Aſeroth populus caſtrametatus eſt in Pharan.

An Pharan ſit vna manſio vel plures, & an Iudæi venerint ad Pharan de Aſeroth, vel de monte Synai. Et Pharan cuius ſit nomen. Quæſt. I.

NON eſt tamen intelligendum, q̃ Pharan
ſit nomen alicuius manſionis, ſicut Aſe-
roth, vel Sepulchra concupiſcentiæ. Sed
eſt nomen cuiuſdam magnæ ſolitudinis
pertingentis vſque ad latus meridianum terræ Cha-
naan. quod patet, quia in deſerto Pharan eſt Cades-
barne, ſed ipſa eſt terminus terræ Chanaan. Primum
patet ſequen. cap. Secundum infra 34. ideo in iſto de-
ſerto ſunt manſiones multæ.

Aliquis autem obijciet, q̃ Iſraelitæ non venerunt
de Aſeroth in Pharan, ſed de monte Sinai venerunt
immediate in Pharan. cum dicatur ſupra cap. 10. q̃
nubes recedens de monte Sinai recubuit in ſolitudi-
ne Pharan. ergo nulla fuit manſio inter montem Si-
nai & deſertum illud.

Reſpõdendum eſt, q̃ Pharan non eſt aliquis locus
certus, ſed quædam magna ſolitudo, & accipitur du-
pliciter. Primo modo large, & tunc cito poſt montẽ
Sinai dicitur incipere ſolitudo illa, & ſunt ibi mãſio-
nes duæ. ſ. poſitæ. ſ. Sepulchra concupiſcentiæ, & Aſe
roth. Alio modo accipitur ſtrictius, & non incipit
computari in loco illo, de quo ſupra dicebatur, ſed
magis diſtanter a monte Sinai, & tunc iſtæ duæ man-
ſiones. ſ. Sepulchra concupiſcentiæ, & Aſeroth ſunt
ante ſolitudinem Pharan inter montem Sinai, & ip-
ſam, & hoc modo accipitur hic, ſ. q̃ poſt Aſeroth ve-
nit in deſertum Pharan.

Sed conſiderandũ eſt, q̃ quomodocũque accipiatur Pharan non eſt aliquis locus determinatus, ſed cõ
tinet multas manſiones, ideo in catalogo manſio-
num. j. 33. cap. non ponitur, quod ſederint in deſer-
to Pharan, ſed ponuntur ſpecialiter manſiones, & pri
ma manſio quam inuenerunt Iſraelitæ poſt Aſeroth
fuit Rethma, vt patet infra 33. capitulo, & ibi fixerunt
tentoria.

In qua manſione fixerunt tentoria. Quæſt. II.

SED cum dicatur hic, quòd fixerunt tentoria in
deſerto Pharan, & illud non habeat vnicam mã-
ſionem, ſed plurimas. ſ. omnes quæ ſunt ab Aſe-
roth vſque ad Cadesbarne, & terram Seyr, quæ
ſunt manſiones ferè. 20. vt patet præalleg. cap. non co
gnoſcetur, de quo iſtarum intelligatur, quod fixerũt
ibi tentoria.

Dicet autem aliquis, quod erat manſio Rethma,
quæ erat prima poſt Aſeroth, cum per omnes mãſio-
nes illas continuè tranſierit.

Reſpondendum eſt, q̃ non intelligitur hoc, niſi de
vltima manſione deſerti Pharan. ſ. de Cadesbarne, nã
hic dicitur, q̃ fixerunt tentoria in deſerto Pharan, &
inde miſerunt nuncios in terram Chanaan. Fuerunt
tamen miſſi nuncij de Cadesbarne, vt latius demon-
ſtrabitur in quæſtionibus. Nam ad illam redierunt la
ſtrata omni terra Chanaan poſt dies quadraginta, vt
patet infra.

Sed dicet aliquis non tenere argumentum, quia
quamquam redierint exploratores ad Iſrael in man-
ſionem Cadesbarne, tamen non conſtat, q̃ inde miſſi
fuerint: quadraginta nanque diebus morati ſunt ex-
ploratores luſtrando terram, vt patet infra in litera. &
in iſtis potuerunt Iſraelitæ tranſire omnes manſiones
quæ habentur a Rethma vſque ad Cadesbarne. ſunt
enim quaſi 20. vt patet infra cap. 23. & in paucioribus
quàm quadraginta diebus poterant eas pertranſire.
ideo licet miſerint exploratores ex prima manſione
deſerti Pharan. ſ. ex Rethma, dum ipſi luſtrauerunt
terram quadraginta diebus, poterant eas pertranſire,
& venire in Cadesbarne.

Reſpondendum eſt, q̃ exploratores miſſi fuerint
de Cadesbarne, & hic accipiatur neceſſario ſolitudo
Pharan, in qua fixerunt tentoria pro Cadesbarne, q̃
patet, quia ſi miſiſſent Iſraelitæ exploratores ad terrã
Chanaan ex manſione prima deſerti Pharan, ſcilicet
ex Rethma, neſciuiſſent ire illuc. magnum enim de-
ſertum eſt inter hæc, & via manſionum quaſi 20. vt
patet infra 33. cap. exploratores autem neſciebant ter
ram iſtam, quia nũquam per eam ambulauerant, nec
habebat nubem precedentem cum manerer illa cũ
alijs Iſraelitis. ergo non mitteret eos Iſrael ex deſer-
to Pharan in manſione prima eius, ſed de Cadesbar-
ne quæ erat vltima, & tunc non erat aliquod incom-
ueniens. nam Cadesbarne eſt coniuncta terræ Cha-
naan, cum ſit terminus eius a parte meridiana, vt col-
ligitur infra 34. cap. & Ioſue 10. ideo ibi non indige-
rent aliquo directiuo, neque poſſent errare in via.

Et ſi aliquis obijciat, quod exploratores eodẽ mo-
do neſcirent ambulare luſtrando terram Chanaan.
Dicendum quod non, quia erat tota habitata, & ha-
bens vias, ideo per quamcunque partem ambularẽt
non errabant: maxime, quia ipſi aſcendebant in mon
tes, & inde conſiderabant diſpoſitionem terræ, vt pa
tet infra in litera. & ſciebant per quam partem egre-
ſuri eſſent, aut tranſituri. In deſerto autem Pharan
in quo ſunt manſiones quaſi viginti hebræorum, nõ
erat terra habitata, ideo non poſſent ſine ducatu ex-
ploratores hebræorum per eam ire: non igitur mile-
runt Iſraelitæ exploratores ſuos de prima manſione,
quæ eſt Rethma in deſerto Pharan, ſed de vltima. ſ.
de Cadesbarne.

Item ſi poſtquam Iſraelitæ miſerunt exploratores
mouiſſent caſtra neſcirẽt exploratores redire ad eos,
ergo oportet quod dicamus caſtra Iſraelitarum non
fuiſſe mota diebus quadraginta, quibus manſerunt
exploratores luſtrando terram, vt ſcirent redire in lo
cum caſtrorum. Sed ipſi redierunt ad Iſraelitas in
Cadeſ-

Cadesbarne, vt patet infra in litera. ergo videtur, q̃ de loco ipſo miſſi fuiſſent.

Item Iſraelitæ iuſſerunt exploratoribus, vt ducerẽt eis de fructibus terræ Chanaan, ſcilicet de vuis, & cæ-
teris. ergo videtur, quod propinqui erant terræ Cha-
naan. Si tamen eſſent in manſione Rethma adhuc
diſtarent quaſi per viginti manſiones a Cadesbarne,
quæ eſt coniuncta terræ Chanaan, & tunc nõ poſſent
portare de fructibus, quia non videbatur rationabili-
ter dictum, quod in tanta diſtantia iuberent Iſraelitæ
ſibi afferri fructus: potiſſimè quia exploratores duxe-
runt vnum botrum pendentem inter duos viros in
vecte, vt patet infra, tamen non poterat portari in ma
gna terræ diſtantia botrus ſic pendens. ergo fuit por-
tatus in parua, & hoc erit ponendo fuiſſe miſſos ex-
ploratores de Cadesbarne.

Item patet hoc ſolidius, quia Ioſue cap. 14. Caleb
dixit ad Ioſue, quod miſerat eum Moyſes & alios ex-
ploratores de Cadesbarne. neceſſe eſt igitur, vt man-
ſio iſta deſerti Pharan, de qua dicitur hic, q̃ fixerunt
ibi tentoria, ſit Cadesbarne. De manſionibus autem
medijs non fit aliqua mentio, quia non accidit in eis
aliquid notabile. liber tamen iſte non computat hic
omnes manſiones ſecundum continuationem ſuã,
ſed ſolum illas, in quibus fuerunt facta aliqua narra-
tu digna, ſic etiam in Exodo. nam inter deſertum Si-
nai, & manſionem Helim ſubticentur duæ manſio-
nes Exo. cap. 16. ſ. Halus & Dephca. poſtea tamen ex-
primuntur omnes iſtę in catalogo manſionum. infra
33. cap. & ibi ponuntur quaſi viginti manſiones inter
Aſeroth & Cadesbarne, quæ hic ſubticentur.

Ibi locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. Locutio iſta
fuit de eo, quod habetur immediate, ſcilicet de miſ-
ſione exploratorum, quod mitteret eos ad conſide-
randam terram.

In quo ſciendum, quod Iudæi erant increduli ver-
bis Domini, qui dixerat eis, quod introirent in terrã
Chanaan, vt patet Deuteron. c. 1. ſ. ſufficit vobis man-
ſiſſe in monte hoc: reuertimini & venite ad montẽ
Amorrhęi, ideſt ad totam terram Chanaan, vt ibi de-
claratur, & cum ſtetiſſent Iſraelitæ in Cadesbarne lo-
cutus fuit Moyſes Iſraelitis ex parte Dei, q̃ introirent
in terram Chanaan, ſine timore de nullo alio curan-
tes, vt patet Deuteron. cap. 1. tunc Hebręi non perfe-
ctè confidentes verbo diuino volebant magis certi-
ficari humana prudentia, ideo infeſtauerunt Moyſen
vt mitteret exploratores, vt patet Deuterono. cap. 1.
Ibidem dicitur, quòd placuit ſermo Moyſi & elegit
duodecim viros de ſingulis tribubus vnum, & miſit
eos ad explorandum terram.

Eſt tamen intelligendum, q̃ non placuerit ſermo
Moyſi immediate, vt iſti dixerunt, cum hoc videre-
tur contra confidentiam diuini verbi, ſed magis dubi
tans quæſiuit a Domino, an mitti deberent explora-
tores, & tunc reſpondit Deus, q̃ mitterentur, ſicut ha
betur hic. non tamen eſt intelligendum, q̃ iſta locu-
tio fuerit facta immediate a Deo nihil poſcentibus
Iſraelitis. magis enim placuiſſent Deo ſi non petiuiſ-
ſent exploratores, ſed confiderent verbo eius qui di-
xerat. ego ero ductor veſter, vt patet Exo. cap. 33. ſed
victus eorum inſtantia Moyſes conſuluit Dominum
an mitti deberent exploratores, & reſpondit Deus,
quod habetur hic.

Ideo ſi obijciatur ad hæc de his, quæ habẽtur Deu-
teron. cap. 1. ſ. q̃ populus petierit exploratores, & iuſ-
ſerit Deus, q̃ mitterentur. Reſpondendum eſt debe-
re illa præmitti ad intellectum huius, ſcilicet quod pri
mo Iſraelitæ petierunt, & poſtea Deus conſultus a
Moyſe ad inſtantiam illorum dixit, quod mitterẽtur
exploratores. ſed de hoc dicetur magis in cõnibus.

Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan. Iſta fuit vlti
ma determinatio per quã Moyſes motus eſt ad mit-
tendum exploratores. Nam licet cum magna inſtan-
tia petiuiſſent Iudæi mitti viros, nunquam conſenſiſ-
ſet Moyſes, quia videbatur eſſe diffidere verbo diui-
no, niſi Deus determinaſſet. In hoc, q̃ dicit ad conſi-
derandam terram intelliguntur omnes conditiones
quas expreſſerunt Iſraelitæ. ſ. ſ. vt ſcirent, an eſſet ter-
ra fructifera, vel ſterilis: munita, vel ſine muris: mul-
torum habitatorum, vel paucorum, vt patet infra.

Quam daturus ſum filijs Iſrael. Ideſt videant primo
terram quam daturus ſum ſcientes cõditionem eius,
antequam ingrediantur in illam.

Singulos de ſingulis tribubus. Ideſt mittentur ſolum
duodecim viri, de qualibet tribu vnus. Cauſa autem
ſpecialis quare miſſi ſunt duodecim, cum ſufficerent
fortè. 8. vel 10. fuit, vt de qualibet tribu eſſet vnus, q̃
non contingeret, niſi mittendo duodecim. fuerũt au
tem exploratores de omnibus tribubus, quia terra ad
quam luſtrandam mittebantur ad omnes tribus per-
tinebat, ideo non decebat de vnica tribu mitti omnes
exploratores, vel ſi de quibuſdam tribubus mitteren
tur, & de alijs non, imputarent ille tribus ſe contem-
ni, & oriretur diſcordia quam intẽdebat Deus tolle-
re in populo.

Quot miſſi ſunt ad explorandam terrã Chanaan.

De tribu tamen Leui non miſſus fuit aliquis ex-
plorator, quia Manaſſe, & Ephraim ponuntur hic
tanquam duæ tribus. ſi autem Leuitæ computaren-
tur eſſent 13.

Et ſi obijciatur, quod dicitur hic de ſingulis tribu-
bus mittendos exploratores, ſed cognatio Leuitarũ
erat tribus. ergo de eis mittendus erat explorator ali
quis. Reſpondendum eſt, q̃ tribus accipitur duplici-
ter. Vno modo denominatur tribus a perſona deſcẽ-
dente immediate a Iacob, & ſic ſunt 12. filij eius ſm
quos aliqñ ſcriptura vocat tribus 13. & hoc modo cũ
Leui dicatur eſſe vnus de filijs Iacob ab eo nomina-
bitur tribus Leuitarũ vna, ſicut a quolibet alio filio
Iacob. Et ſic accipit interdum ſcriptura, vt patet Exo.
cap. 28. & Deuter. 27. vbi ponitur Leui in numerum
12. tribuum.

Tribus dupliciter.

Aliquando accipitur tribus pro cognatione deno-
minata ab aliqua perſona deſcendente immediate a
Iacob, & q̃ cõpetat ei determinata hæreditas, & iſto
modo ſm 12. ſortes factas in terra Chanaã in diuiſio-
ne eiuſdem dicuntur 12. Tribus in quibus Leui partẽ
non accepit, ſed loco eius tribus Ioſeph diuiſa eſt in
duas, vt patet Ioſue ca. 14. ideo nõ vocabitur Tribus,
nec de ea aliquis accipiẽdus erat in exploratorẽ. nam
vocantur Leuitæ tanquam vna tribus qñ id, quod dẽ
eſt aliquid pertinens ad ſpiritualia, in quibus ipſi par-
tem habebant, ſicut oẽs alij Iſraelitæ, cum tñ erat ali
quid temporale non vocabantur ipſi tribus, ſicut de-
claratum eſt Ioſue cap. 3. & 4. & Deut. c. 27. *Ex princi-
pibus.* Ideſt iſti 12. viri ſumantur de principibus duo-
decim tribuum.

Non tamen eſt intelligendum, vt dicetur in cõni-
bus, q̃ iſti 12. viri eſſent principes Tribuum, quia ſu-
pra cap. 1. fuerunt poſiti principes. Sed nullus eorum
ponitur hic, cum exprimuntur nomina ipſorum de
Dicendum igitur, q̃ iſti non vocantur ex princi-
pibus, ita q̃ eſſent principes vel filij principum, ſed ex
principibus. i. principalibus viris populi, & verum eſt
q̃ erant iſti exploratores de magnis viris in qualibet
Tribu, non tñ erant de linea principum. Alio modo
dici põt, q̃ erant de principibus. i. de illis qui fuerant
conſtituti iudices & principes populi conſilio Ietro,
de quo Exo. c. 18. & eſſent forte iſti de tribunis, vel ce-
turionibus qui erant maiores principes.

Duodecim viri de principibus 12. Tribuum.

Fecit Moyſes, quod Dominus imperarat. Scilicet q̃ elegit

12. viros

Universidad de Deusto Biblioteca

12. viros de principalibus populi, & misit ad explorã- dam terram Chanaan. *De deserto Pharan mittens princi- pes viros.* Dicitur misisse de deserto Pharan. s. de Ca- desbarne quæ erat mansio vltima in terra Pharan iux ta latus terræ Chanaan. & nõ potest accipi aliqua alia mansio, vt supra dictum est. dicitur, ꝙ erãt isti princi- pes viri. i. de principalibus populi intelligendo, vt su- pra declaratum est.

Quorum ista sunt nomina. Hic ponuntur nomina. 12. virorum electorum de 12. Tribubus, qui iuerunt si- mul in terram Chanaan lustrantes eam, & cum ve- nissent omnes mortui sunt propter murmurationẽ præter Caleb, & Iosue, qui erant de Tribu Iuda, & Ephraim, vt patet in litera & seq. cap. *De Tribu Ruben.*

In computatione duodecim virorum electorum, an seruetur ordo secundum ordinem Tribuum. *Quæst.* *III.*

G IN computatione ista ponitur primo Ruben, qa ipse erat primogenitus Iacob secundum carnẽ, & sic in numeratione principũ supra cap. 1. prin- ceps Tribus Ruben primo ponitur, non tamen erat in honore prima Tribus ista, sed Tribus Iuda. nã in motu castrorum Tribus Iuda præcedebat, vt patet supra cap. 2. & 10. quando etiam accepta fuit summa omnium tribuum primo sumpta est de tribu Iuda, vt patet supra cap. 1. & iste idem ordo erat in principi bus quantum ad honores, sicut cum obtulerunt in dedicatione tabernaculi. s. cap. 7. ibi. n. prima die ob- tulit princeps de Tribu Iuda. hic aũt non obseruatur totaliter ordo vexillorum, quia tunc princeps tribus Iuda deberet primo poni, postea Issachar & Zabulõ, sicut patet supra cap. 2. & 10. nec etiam est hic ordo sm natiuitatem, quia tunc non poneretur post Issa- char Ephraim & Beniamin, deinde Zabulon, & po- stea Dan, cum sit contrarius ordo natiuitatis eorum, vt patet Gen. cap. 29. & 30. Nec ẽt ponitur hic ordo, qui est in principibus noiandis. s. c. 1. & hoc, quia scri ptura non multum curat de ordine isto. *De Tribu Iu- da Caleb filium Iephone.* Iste erat explorator missus de Tribu Iuda, qui postea fuit vnus de duodecim diuiso- ribus terræ Chanaan, & præcipuus eorum, vt patet. ĩ. 34. c. & isti postea data est in possessionem ciuitas He- bron, qui deleuit inde gigantes. fuit aũt in eo aliquid satis admirabile. s. ꝙ erat annorum. 85. & erat ita for- tis ad pugnandum & gradiendũ, sicut cum esset qua- draginta annorum, vt patet Iosue cap. 14. & 15.

Ruben.

Caleb.

De Tribu Ephraim Oseæ filium Nun. Iste est Iosue, qui prius vocabatur Oseæ, sed Moyses mutauit nomen eius addendo vnam literam, vt ĩ. declarabitur. Et erat iste minister Moysi electus ex millibus, vt patet sup. c. 11. vnde ei semper erat familiaris, vt patet Exo. c. 33.

De tribu Ioseph sceptri Manasse. Non ponitur hic trib⁹ Ioseph tanquam computetur velut vna tribus, quia tunc oportebat computari Leui, vt aliam tribum, sed non computatur. Item quia qñ Ioseph computatur vna tribus, non ponuntur Manasse & Ephraim tanq̃ distinctæ cognationes, quia sunt sub eadem tribu, si- cut duæ familiæ. s. tñ posuit Ephraim per se. ergo nõ est accipiendus hic pro tribu Ioseph propriè, sed acci pitur pro tribu Manasse. Iõ dictũ est de tribu Ioseph sceptri Manasse. de tribu Ioseph quantum ad partẽ de principatu Manasse. Eodem modo dici poterat de tribu Ioseph sceptri Ephraim. i. quantum ad principa- tum Ephraim. Si vero acciperetur quantum ad oẽs partes tribus Ioseph diceret absolute de tribu Ioseph.

Vocauitq; Oseæ filium Nun Iosue. Hic ponitur mutatio nominis Iosue. Prius enim vocabatur Oseæ, vt patet hic: postea autem dictus est Iosue. hoc fecit Moyses ex nimio amore; desiderabat enim eius salutem ani-

Mutatio nominis Iosue.

F mæ & corporis, & pro eo specialiter Dominum orauit, vt sanus rediret, & ad hoc addidit nomini eius vnam literam de nomine Domini tetragrammaton, quia secũdum scripturam hebraicam Iosue addit ad Oseæ iolam Ioth, quæ est prima litera nominis tetra- grammaton, nõ enim vocat sic Iosue apud hebręos, vt apud nos, cum nos corrumpamus, vt in plurimũ nomina hebræorum. Sed primo vocabatur apud he bræos Osua: postea dictus est Iosua addendo vnam literam.

Sed arguetur, ꝙ nõ fuerit facta hic mutatio nomi- nis Iosue, quia supra 11. cap. vocatur Iosua, ideo ex re- gressu de Aegypto vbicunq; fiat de ipso mẽtio vocat Iosue, vt patet Exo. ca. 17 & 24. & 32. & 33.

Respondendum est, ꝙ ista dicuntur per anticipa- tionem, quia primum fuit murmurationem Iosue, quàm scriberentur omnia, quæ dicta sunt, licet enim omnia priora fuerint facta ante mutationem nomi- nis Iosue, tamen non fuerunt scripta ante illam mu- tationem, quia non scribebantur singula, vt immedia te fiebant, sicut quidam arbitrati sunt, & hoc modo cum scriberentur ea quæ habentur in Exodo, erat fa- cta mutatio nominis Iosue, licet nondum de illa ali- quid erat scriptum. & hoc modo antequam dicatur de hac mutatione reperitur mutatum nomẽ. Ista est causa quare in Genesi factæ sunt multæ anticipatio- nes & recapitulationes, qa nõ scribebant res qñ factæ sunt, sed postea valde multo tpe, non tamẽ posset fie- ri aliqua, si res immediate scriberentur, vt fiunt.

H *Et dixit ad eos ascendite per meridianam plagam.* Scilicet per meridiem terræ Chanaan, & non per meridianã plagã exercitus, quia meridiana plaga exercitus erat contra Aegyptum: ipsi vero non tendebant contra Aegyptum cum inde venirent. nam ascendentes he- bræi ad terram promissionis de austro ad aquilonarẽ partem ascendebant, quia Aegyptus magis meridia- na est, quam terra Chanaan, quod patet per latitudi- nem ab æquinoctiali. Nam latitudo Aegypti est. 30 graduum: latitudo terræ promissionis est. 32. graduũ. Et accipitur ista latitudo nõ quidẽ sm totã Aegyptũ, nec sm totã terrã Chanaan, quę non hẽt vnũ Zenith, sed sm aliquas ciuitates. i. sm Alexandriam in Aegy- pto, & secundum meridianam Ierusalem in terram I Chanaan, & valet ista probatio, quia ciuitates magis meridianæ minorem habent latitudinem & eleua- tionem poli, donec deueniatur ad aliquam ciuitatẽ, quæ nullam habet latitudinem, sicut est Arin quam asserunt esse sub æquinoctiali. Et ista non solum sunt referenda ad introitum terræ Chanaan. s. ꝙ ascende- rent ad eam per partem meridianam, sed etiam ma- gis ad ipsam progressionem per terram Chanaan. s. quod per partem meridianam inciperent ambulare.

De situ Cadesbarne & terræ Chanaan, & quomodo Aegyptus est magis meridiana quàm terra Chanaan, & per quam par- tem intrauerunt & exierunt exploratores.

K *Quæstio.* *IIII.*

IN quo considerandum secundum quosdam, ꝙ quando Iudæi erant in Cadesbarne, de qua mis- si fuerunt exploratores, erant in latere meridia- no terræ Chanaan, vbi coniungitur lateri orien- tali. Nam desertum Sin, in quo est Cadesbarne, vt pa- tet infra vigesimo cap. est prima pars lateris meridia- ni terræ Chanaan, vbi coniunguntur meridianum; & orientale, vt patet infra trigesimoquarto cap. cum dicitur. pars meridiana incipiet a deserto Sin, & Ca- desbarne, quæ est in isto deserto, est circa terminum orientalem terræ Chanaan. ideo cum poneretur lon- gitudo terræ Chanaan Iosue cap. 10. dictum est a Ca- desbarne vsque Gazam cepisse Iosue, & tamen Gaza est in termino Occidẽtali, ergo Cadesbarne est in ter- mino quasi Orientali. Intrãtes igitur exploratores Is- raelitarum per Cadesbarne introibant aliquo modo per partem Meridianam, & aliquo modo Oriẽtalem terræ Chanaan, & quantum ad hoc non erat dubium quin ipsi ascenderent per partem Meridianã, sed ma- gis hoc dicitur de progressu per terram Chanaan, s. ꝙ ascenderẽt ipsi per partem Meridianam, s. directe ver sus Aquilonarem, & in hoc erant erudiendi. nã si non diceretur eis istud quamquam ingrederentur per par- tẽ Meridianam, tñ non ascenderẽt per meridiem, sed magis forte declinarent per latus Meridanum ad par- tem Occidentalem: & postea circueuntes terram Oc cidentalem peruenirent ad latus septentrionale, & p- ambularent illud redeuntes ad Orientem, & tũc mo- uerentur per extremitates terræ Chanaan totam ter- ram circueuntes. Sed tunc non ascendebant, quia si- quis stet in parte Meridiana, & debeat ascendere non declinabit in Occidentem, nec tendet in Orientẽ, sed dirigetur in Aquilonem, & iste est proprius ascensus. hoc autem iubebatur eis, s. cum intrarent in terram Chanaan ascenderẽt per Meridianam partem eius di recte. dicunt isti versus Aquilonem, vt sic considera- rent totam magnitudinem terræ conuenientius, quã si circuirent per latus Occidentale Septentrionale, & Orientale. Et apparet, ꝙ sit iste sensus. Nã sic fecerunt ipsi exploratores, vt patet ĩ. cũ dicitur. ascenderuntq; ad meridiem, & explorauerunt terram a deserto Sin vsq; Roob intrantibus Emath, & tamen isti termini sunt meridiani, & Aquilonares, quia desertum Sin est in parte Meridiana terræ Chanaan, vt patet ĩ. 34. Ciui tas autem Emath est in latere aquilonari terrę eiusdẽ. qui ergo ingreditur a deserto Sin vsq; Emath ingredi tur a parte Meridiana directe in septentrionem. de E- math, ꝙ sit in latere Septentrionis patet ĩ. 34. ca. Hoc ergo iussum est exploratoribus, alioquin nõ fecissent, sed quid tenendum sit dicetur ĩ. in qõnibus. *Cumque veneritis ad montes considerate terram.* Instruebant eos in modo explorandi, s. ꝙ cum ad montem venirent in- de considerarẽt terram, quia inde possent iudicare de habitudine terræ, & non facerent hoc in vallibus. nã inde viderent ciuitates, & oppida, & locorum situs, & an multa vel pauca essent, & an haberent loca arborũ vel essent sterilia, qñ autẽ aliquis est in plano si videt ciuitatem ex vna parte non potest videre ex alia. *Qua- lis sit.* Non significatur per hoc aliqua dispositio spe- cialis terræ, sed significantur omnes quæ ĩ. habentur. nisi forte dicatur, ꝙ significatur robur terræ quãtum ad situm, s. an sit nimis montuosa, vel nimis plana, qđ in conditione terræ considerandum est, quantum ad constructionem vrbium iuxta Aristotelem sexto Po- liticorum.

De modo explorandi terrã Chanaã, & cõditionẽ populorum.

Et populum qui habitator est eius vtrum fortis sit, an infir- mus. Idest, non solum de situ terrę, sed ẽt de conditio- ne populorum considerabitis. hoc tamen melius con sideraretur, cum essent exploratores in vrbibus, quam cum essent in montibus. nam inde non viderent gen- tes, vt scirent de robore populi, vel de infirmitate, sed solas vrbes viderent. Cum vero essent in vrbibus pos- sent scire statum, & conditionem populorum, quãtũ ad robur in armis. Potest tñ intelligi, ꝙ considerarent de montibus fortitudinem populi, sed tunc non acci- pitur fortitudo, vel infirmitas ex parte populorum, sed propter ciuitates, ita vt cum viderent vrbes mul- tas, & valde munitas iudicarent populum fortem, vel è contrario iudicarent infirmum.

Pauci numero an plures. Etiam hoc considerare de- bebant melius in vrbibus, quam ex mõtibus, quia in- de non viderent gentem, sed terræ situm. Cum vero

A intrarent vrbes, & oppida cognoscebant populosita- tem terræ, vel raritatem. Poterant tamen cõsiderare ex montibus, & tunc iudicarent esse multum populũ, si viderent vrbes multas, vel esse paucum, si viderent loca pauca, & satis sic cognoscebatur. magis tamẽ de- terminate hoc scirent introeuntes vrbes, quia frequẽ ter magna loca raræ populationis sunt.

Ipsa terra bona, an mala. Idest etiam considerabitis de conditione terræ quantum ad salubritatem aeris, & dispositionem, vel situm cœli. nam multæ terræ quæ abundantes sunt non sunt salubres propter aquas, vel ex conditione aeris, & tũc terra est malæ habitationis.

Vrbes quales muratæ, an absque muris. Hoc poterant vi- dere ex montibus: differebat enim nimis esse vrbes B muratas vel non. nam si essent nõ muratæ faciliter ca perentur ab Israel, si autem fortiter munitę, esset diffi- cile.

Ista melius considerarent Israelitæ ex vrbibus ipsis quam super montes: tamen non auderent ista inuesti gare apud vrbes. Cum enim Chananæi viderent eos alienigenas, & diligenter intuentes situm murorum cognoscerẽt esse exploratores, qui venissent in firma terra considerare, & occiderent eos, vel incarcerarẽt, ideo ex montibus magis considerabãt, vnum autem erat, quod melius cognosci poterat ex montibus quã apud vrbes, s. de multitudine ciuitatum, & raritate, & de nemorosa terra, aut sine arboribus, & an multa ter ra esset habitata, vel multa sine populis.

Sciendum autem, quòd cõsiderare ista pertinebat C aliquo modo ad infidelitatem. Nam quid differebat terram habere populum fortem, vel infirmũ, esse ste- rilem, vel pinguem. munitam vel sine muris? Nam ista proficiebant ad hoc, quòd Israelitę consideratis his iudicarent, an introirent in eã, vel derelinquerent. Sed iam non erat deliberatio aliqua cum Deus iussis- set, quòd irent illuc. Non ergo proficiebant ista quæ inquirebantur, quia in quacunque parte euenirent o- portebat, quòd ipsi illuc irent. vnde ista inquiri magis fuit de intentione popularium diffidentium verbo di uino, quam de intentione Moysi.

Conueniebat autem mitti exploratores ad hoc so- lum, quòd cognoscerent viam terræ per quam ascen D dere deberent, vel cõtra quas ciuitates primo pugnã- dum esset, & hoc solum exprimitur Deuteron. cap. 1. scilicet mittamus viros qui considerent terram, & re- nuncient ꝑ quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. subintelligendũ tamen est id quod dicitur hic, quia ibi Moyses refert ista breuiter.

Humus pinguis, an sterilis. Idest, quòd considerarent de conditione terræ, an esset pinguis, scilicet ad feren- dum fructus, vel esset sterilis nihil potẽs gignere. hoc autem ipsi cognoscere possent in multitudine sege- tum, vinearum, & locorum cultorum. nam si terra es set sterilis in raris locis ista essent: magis autem adhuc considerare possent hoc ex magnitudine fructuum, vel paruitate: terra enim sterilis, vel debilis, licet ali- quid gignat, fructus tamen sunt valde parui. Terra E autem pinguis magnam fructuum quãtitatem pro- fert: & ad hoc probandum portauerunt viri botrum vnum pendentem cum vite sua in vecte inter duos vi ros, vt patet infra. & Deuteronomij capitulo primo. Poterant etiam cognoscere ex colore terræ, & ex ha- bitudine faciei eius, sed solidior probatio est in fru- ctibus.

Pinguedo terræ ex quibus cognoscitur.

Dicitur autem terra pinguis, vel sterilis, quia pin- guedo denotat humidum nutrimentale fructuum. Sunt enim fructus ex materia terrea commixto hu- mido aqueo, humido terreo nutrimentali, & illud dr esse pinguedo, quia manet quasi quędã vnctuositas in terra quę trãsit in naturam fructuum. Cũ vero de-

fecerit illa vnctuositas terra modicum gignit de fructibus. Cum autē perueniatur ad totalem siccitatem terræ non poterit fieri germinatio, quamquam commisceatur humidum aqueum terrę, sicut fit in arenis, quæ etiam si sæpissime irrigentur, iacta semina ibi nūquam germinabunt, quia non est aliquid ibi de nutrimentali substantia arborum. propriè autem vocatur illa pinguedo, & opponitur siccitati. terra autem nimis sicca sterilis est, sicut arenę ex cōditione sua sunt steriles.

Nemorosa an absque arboribus. Idest considerate, an terra ipsa sit habens arbores, vel non. nemus enim ꝓprie est multitudo arborum, & nō vt aliqui accipiunt nemora esse colles, vel mōtes excelsos. & sic dicitur Gene. c. 20. quod plātauit Abraham nemus in Bersabee, G idest plantauit ibi multas arbores.

Cūr quæsi uerunt de nemorositate.

Et si aliquis diceret cur hoc inquiritur, quia sufficiebat inquiri de terræ pinguedine, vel sterilitate. Respōdendum est, quòd terræ steriles non sunt nemorosę, & tamen non sequitur terram esse nemorosam, idest habentem arbores fructiferas si eam pinguem esse dicamus. nam quędam terrę segetibus ferēdis pingues sunt, arboribus autem nō conueniunt, vel forte quāquam feraces arborum sint plantatę non extiterunt ibi plantę.

Confortamini. Idest, non timeatis ambulare per terrā illam hostilem, quia Dominus est protector vester.

H *Et afferte nobis de fructibus terræ illius.* Dicebat hoc Moyses ad lętificandum populum illum: quamquā enim nunquam intrauisset terram Chanaan sciebat eam esse pinguissimam, cum Deus sępissime vocaret eam fluentem lacte & melle, cui ipse firmissime credebat, & sic factum est, nam fructus illius fuerunt admirabiles. Et sciendum, quòd Moyses non iussit, vt portarēt de fructibus, nisi cū iam essent in extremo terrę Chanaan. Nam non poterant portare duo viri botrum pēdentem inter se in vite per terram Chanaan, quia videntes Chananęi comprehenderent eos inquisituri quid hoc esset, & sic deprehenderent eos esse exploratores. Sed cum totam terrā lustrauerunt peruenientes ad extremum eius cum discederent, acceperūt de fructibus in torrente botri, & nemo de Chananęis potuit eos videre exeuntes cum pendēte botro. hoc autem magis erat, quod Israelitę desiderabant de terra, s. quòd pinguis esset, quia inter cętera bona quæ ciuitas habere debet fertilitas maximū est: licet enim sit salubrium aquarum, & optimi aeris, & fortis situs, si tamen sterilis sit ab omnibus refugitur: multæ enim pestiferæ terræ, quia fertiles sunt incolūtur. de his Philosophus 7. Politic. *Erat autem tempus, quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt.* Hoc ponitur hic ad declarandum esse rationabiliter dictum supra positum, s. ꝙ ferrent de fructibus terræ. Et dicitur, quòd erat quando sunt vuæ præcoquæ ad vescendum, idest, quando est tempus primarum vuarum. Illę enim vocātur pręcoquę, quia primo, vel ante alias coquuntur, vel digeruntur, & maturantur. Etiam de ficubus dicimus quasdam ꝑcoquas esse, idest quæ ante omnes alias maturantur. poterant ergo conuenienter ducere exploratores de [illegible]us.

Quo tempore missi fuerunt exploratores. Et quòd terræ habentes duplicem declinationem solis, s. Aquilonarem, & Meridianam habent ver, & hyemem duplicem, terræ vero habentes vnicam habent tempora simplicia. Quæst. V.

IN quo patet, quòd tempus in quo missi fuerūt exploratores erat ante medietatem anni secundi ab exitu de Aegypto. nam terra illa est calida nimis, ideo

F fructus sunt priores quam in terra ista. Et sic generaliter est de omni terra habitabili declinante versus ęquinoctialem, quia dum magis Meridiana est prius fructus digerit, donec perueniatur ad terram, quæ bis in anno fructificat in messibus, & in vino. & hoc est, quia habet duplex ver, duplicem ęstatem, duplicem autumnum, & duplicem hyemem in quolibet anno, dum nos habemus ista tpa simplicia, & istę terrę sunt quæ habēt duplicem declinationem solis, s. Meridianam, & Septentrionalem. nos aūt solam Meridianam declinationem habemus, ideo sunt nobis tpa simplicia. & istæ gentes sunt quæ habitant intra tropicum tauri, & æquinoctionalem, & inter æquinoctialem, & tropicū capricorni, si aliquæ ibi sint. Terra autem Chanaā nō est de his. solum enim habet vnam declinationem solis, s. Meridianā, quia tamen ipsa magis appropinquat æquinoctiali quā terra ista, necesse est fructus ibi pri' maturari. De vuis. n. non habemus manifestum testimonium, sed solum de segetibus. Nam in primo mēse anni ad medietatem mensis incipiebant colligi fruges iam maturæ in terra Chanaan, & offerebatur manipulus spicarum in festo azymorum, quod erat die 15. mensis primi, & tunc erat tempus messis nouę de quo Leu. c. 23. Est autē mensis primus apud eos Martius, sicut ergo procedūt fruges terræ illius in prioratione maturationis fruges terrę huius, ita erit de vuis, ꝓportionaliter. Vnde satis dici potest, ꝙ in principio Iunij, vel in medio essent pręcoquæ vuæ. Iunius tñ apud Hebręos quartus mensis est. ergo vr̄ ꝙ in principio mensis quarti, vel quasi missi fuerunt exploratores in terram Chanaan, & sic transierat solum vnus annus, & quasi, quatuor menses ab exitu de Aegypto, & tūc introituri essent Israelitæ in terram Chanaan, nisi eorum murmuratio distulisset. *Cumque ascendissent explorauerunt terram.* Dicebantur ascendere, quia veniebant a latere Meridiano, & terra Meridiana humilior est terra Septētrionali, vel Aegyptus, & deserta Arabica habent situm humiliorem quam terra Chanaan, ideo euntibus ex Aegypto in terram Chanaan ascēsus est, & non solum dicuntur ascendisse, quantum ad hoc, quòd venerunt de terra Arabum in terram Chanaā,

I sed magis postquam introierunt in terram Chanaan ascendebant, s. a latere Meridiano eius in Aquilonare vt supra declaratum est, & patet immediate, & tunc explorabant transeuntes per terram, & inquirentes ea quæ dicta sunt. *A deserto Sin vsque ad Roob intrantibus Emath.* Hic ponitur processus quem fecerūt isti per terram Chanaan, s. a latere Meridiano in Septentrionale. Nam desertum Sin est latus Meridianū terræ Chanaan, vt patet infra capit. 34. & per ipsum intrauerunt exploratores, ideo in ipso erant Israelitę, quando miserunt exploratores, quia erant castra in Cadesbarne, & Cadesbarne est in deserto Sin, vt patet infra c. 20.

Et dicitur, quòd explorauerunt vsque Roob intrātib' Emath. Est enim Roob aliqua regio parua apud
K terram Emath, & est magis Septentrionalis Emath, quam Roob. ideo de Roob itur in Emath, quod significat litera, dicens vsque Roob intrātibus Emath, idest, ꝙ post Roob intratur in terram Emath eundo a Meridie in Septentrionē. Et iste progressus erat conueniens exploratoribus, quia eundo a meridie in Septentrionē ibant ꝑ mediū terrę Chanaan, & cū ascenderent in montes poterant considerare terram, tam ꝯ Orientem quam ꝯ Occidentem. Si autē circuirent terram Chanaan ꝑ latera, vt ꝑ Orientale, vel Occidentale, solum possent respicere ad vnum latus, quia alterum esset extra terrā Chanaā, & viderent solas extremitates terrę, non videntes medium, nunc aūt trāseuntes per mediū terrę videbant mediū, & extremitates. Non

Non est autem intelligendum, ꝙ Israelitæ exploratores iuissent a Meridie in Septentrionem, quia nō morarentur 40. diebus eundo, & redeundo, sed declinabant nunc versus occidentem, nunc versus Oriētem, vt melius contemplarentur terram. *Ascenderunt ad meridiem, & venerunt in Hebron.* Aliqui dicunt esse hic rectum ordinem, s. ꝙ post illa superiora ascenderent in Hebron exploratores, & ꝙ fuerit hoc in regressu, quia mandatum fuerat eis, ꝙ totam terram Chanaā lustrarent, & ingressi sunt per meridiem atq; exierunt per meridiem. Vnde vr̄ istis, ꝙ intrantes per meridiē declinauerunt ad partem occidentalem: deinde peruenerunt ad Septentrionalem in Roob, & Emath: deinde euntes contra Orientem ad Meridiē cōuersi sunt in Hebron. Est. n. Hebron in medio possessionis filiorum Iuda, vt hr̄ Iosue c. 15. possessio autem eorū incipit a Meridie versus Orientem, vt patet eo. c. Sed non potest stare hoc. Primo quia dicunt, ꝙ ascēderunt exploratores in Hebron in regressu, nam nō poterat dici, ꝙ ascenderent, siue venirent de latere Aquilonis versus Meridiem, siue de latere Orientali. nā pars Meridiana est decliuior. venientibus aūt a Septentrione in Meridiem descensus est. venientibus ēt ab Oriente est descensus, ideo non diceretur, ꝙ ascenderūt in Hebron, sed ꝙ descenderunt illuc. Item cum dr̄, ꝙ isti intrantes per latus Meridianū declinauerunt versus Occidentem, postea per Septentrionem transeuntes in Orientem non pōt stare. nam in litera ponitur terminus explorationis, s. a deserto Sin vsque in Emath. Si tñ esset modus explorandi circuire per latus Occidētale, & Septentrionale atq; Orientis, non esset terminus in Roob, & in Emath, quæ sunt quasi in medio lateris Septentrionalis terræ illius, vt patet ĩ. 34. c. & tñ ponitur ibi terminus cum dicatur. a deserto Sin vsq; in Emath, sed magis diceretur, ꝙ erat terminus in deserto Sin, quia ibi finiebatur, & incipiebatur, aut diceretur ꝙ non est aliquis terminus, cum ibi fiat motus per circulum, & in circulo non est principium, nec finis, vel si in aliquo alio loco vellemus ponere terminum explorationis non erat maior causa quare poneretur in Occidente quam in Oriēte, vel in Aquilone, vt ita diceretur. lustrauerūt a deserto Sin vsque Ac[illegible]on, vel Sidonem, vel Iordanem. sed dr̄ specialiter de Emath. ergo videtur, ꝙ ibi fuit finita exploratio. Dicendum igitur, ꝙ modus procedendi fuit, vt ipsi exploratores Israelitarum introirent per partē Meridianā, & ascenderent versus Septentrionem, non circueuntes per latus Occidentale, & Orientale, & tunc est terminus in Emath, quia desertum Sin est in parte Meridiana terræ Chanaan, Roob, & Emath sunt quasi in medio lateris Septentrionalis, & cum peruenissent illuc exploratores pergentes per medium terræ Chanaan accesserunt vsque Roob, & non transeuntes vltra regressi sunt per medium terrę Chanaan, licet non per eandē viam, & venerunt in Cadesbarne, vbi erant castra, & tunc rationabiliter dr̄, ꝙ explorauerunt vsque Roob, quia illuc accesserunt non transeuntes vlterius. Quod autem dicebant, s. quòd in regressu venerunt exploratores in Hebron non stat, quia si circuirent terram, vt isti dixerunt, venientes per latus orientale ad locum vnde exierant, non poterant venire in Hebrō. nam ipsi ingressi sunt in terram Chanaā per Cadesbarne, & secundum positionem istorum declinauerunt per latus Meridianum, & Occidentale, vt circueuntes latus Septentrionale, & Orientale redirent ad locum vnde exierant, sed ipsi exierant de Cadesbarne. ergo cum illuc accederent circueundo non transirent vltra. Si tñ aliquis per latus Orientale circuiret, primo veniret in Cadesbarne quam in Hebrō, quia Cadesbarne est in ꝯfinio lateris Orientalis, & Meridiani terrę Chanaan:

A quod patet Iosue c. 10. vbi cum vellet ponere scriptura longitudinem terræ captę a Iosue ab Oriēte in Occidentem dixit. a Cadesbarne vsq; Gazam. Sed Gaza est in parte Occidētali apud mare Palesthinorum. ergo Cadesbarne est in parte Orientali. non poterit igitur dici, ꝙ circueuntes venerunt in Hebron in regressu. Sed magis dicendum erat ſm eos, ꝙ cum incęperunt circuire exploratores per latus meridianum versus Occidentale, descenderunt a Cadesbarne versus Hebron. Aliter tñ dicendum est ſm veram positionē, s. quòd exploratores iuerunt a Cadesbarne versus Hebron, & inde transierunt per medium terrę Chanaan vsque Roob, & Emath. ideo non iuerunt in Hebron in regressu, sed in prima vice, & tunc ascendebant. nā
B totum latus meridianum habet ascensum cum perueniatur versus Septentrionem, & non obstat, ꝙ ponatur hic posterius, s. ascenderunt in Hebrō, quia ea quæ primo fiunt semper ponuntur posterius per recapitulationem, & anticipationem. Vel poterat dici, adhuc ſm positionem istam, ꝙ in regressu ascenderūt in Hebron, quia licet regularius terra sit altior versus Septētrionem: tamen Hebron est in mōtibus, ideo illuc poterant ascendere venientes de Septentrione. Sed dicetur ad quid fit hic mentio de ascensu in Hebron, quia nihil specialius erat ibi quam in aliis vrbibus? Respōdendū est, ꝙ fit mentio de Hebron, quia erant ibi tres gigantes de quibus immediate dicitur. & de his volebat facere mentionem. Causa autem quare expressit de gigantibus illis est, quia vult declarare fundamen-
C tum murmurationis exploratorum. dixerūt enim infra. vidimus ibi mōstra quędam filiorum Enach, quibus comparati quasi locustæ videbamur, & illa monstra erant isti tres gigantes, sed de modo lustrandi terram, & per quas partes terræ Chanaan fuerint exploratores, dicetur veritas infra quęst. 44. & 45.

De tribus gigātibus existētibus in Hebrō

Vbi erant Achiman, & Sisai, & Tolmai filij Enach. Propter hoc ponebatur de ascensu in Hebron, s. quia ibi erant isti tres gigantes, & propter hos fuit murmuratio exploratorum. Isti gigantes fuerunt postea deleti de vrbe Hebron per Caleb, cui data est illa vrbs, vt patet Iosue cap. 15.

Filij Enach. Non est Enach nomen proprium alicu-
D ius viri, sed est commune, & signat gigantem. vnde Enach cum Ain in Hebręo gigas est. & dicuntur filii Enach, idest filij Gigantum. & patet, quia istud nomen accipitur aliquando in plurali, vt patet Deut. c. 2. s. populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enachim stirpe quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorum Enachim. Idē patet Iosue ca. 14. s. Adā maximus ibi inter Enachim situs est. *Nam Hebron septē annis ante Taphnim vrbem Aegypti condita est.* Hic tollitur dubiū de gigantibus istis, quomodo poterant esse gigantes in Hebron, quia Hebręi viderant gigantes in Thaphni vrbe Aegypti qui rari erant. diceret ergo aliquis quomodo esse poterant in Hebron? Respondet litera, quòd Hebron facta est septē annis ante Thaphnim.

[illegible] vnde dicantur Titanes.

E Vnde aliqui dicunt, quòd ab ista ciuitate dicuntur gigantes Titanes, sicut vocant eos poetę. Sed fal[illegible] est, quia vt ait Lactantius de natura Deorum, libr. primo. dicuntur enim gigantes Titanes, quia cum Titane patruo Iouis contra Iouem pugnauerunt, vt ibidē Lactantius. Item quia male formatur possessiuum Titanes de Thaphni. Sed dicuntur Thamnii de Thāni, & ista est quædam ciuitas in Aegypto in qua habitauerunt aliqui de Iudæis, & fecit Deus mirabilia ibi ad eductionem Israelitarum de Aegypto, vt patet Psalmo 77. scilicet coram patribus eorum fecit prodigia in terra Aegypti, & in campo Thaneos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An Israelitæ peccauerint mittendo exploratores in terram Chanaan. Quæst. VI.

ADHVC circa prȩcedentia quȩretur, an peccauerint Israelitæ mittendo exploratores in terram Chanaan?

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia istud fiebat ex quadã diffidentia. Deus enim dirigebat Israelitas continue manens cum eis, & Angelus eius præcedebat illos in columna nubis seq. ca. & Exo. 14. non ergo indigebant maiori directione, recurrentes ergo ad humanã prudentiam vltra diuinam determinationem videbãtur peccare.

Alij dicunt, quòd nõ fuit peccatum mittere exploratores, quia Moyses misit illos, & mandauit quid facerent, sed Moyses erat vir sanctus, & non iuberet ista si esset peccatum, ergo nõ fuit peccatum mittere exploratores. Dicendum certum esse, ꝙ non fuit peccatum, immo fuisset peccatum, si non mitterẽtur, quia illud quod Deus iubet non solum est licitum, sed etiã est necessarium, vt fiat. Deus tamen iussit mitti exploratores. ergo non fuit peccatum mitti illos. patet hoc quia dicitur supra in litera. locutus est Dominus ad Moysen, mitte viros qui considerent terrã Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, & postea sequitur, fecit Moyses quod Dominus imperarat mittens viros de deserto Pharan.

An Deus miserit exploratores. Quæst. VII.

SED quæretur, quomodo est verũ, ꝙ Deus iussit hic mitti exploratores, quia potius videtur, ꝙ Israelitæ petierunt ilios mitti, & ad ipsorum instantiam misit illos Moyses? Sic patet Deut. 1. Sacceſſiſtis ad me omnes, atque dixiſtis. mittamus viros qui considerent terram, & renuncient, ꝑ quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates, cumque mihi sermo placuisset misi ex vobis 12. viros singulos de tribubus suis. Dicendum, vt tactum est in expositione literæ, ꝙ veritas huius rei debet accipi ex suppletione literæ, & concordando istam literam cum ea quæ hebetur Deut. 1. Nam ista est cõsuetudo sacrę scripturæ, quòd si aliqd bis, aut pluries narrat nõ refert illud vbique complete, sed aliquid deest in vno loco, quod habetur in alio, & è cõtrario. & ita ex illis pluribus narrationibus colligitur vna perfecta. Ita autem est hic, quia istud de missione exploratorũ non narratur hic complete, neque etiam narratur ꝑfectè Deuterono. 1. c. sed ex ambobus locis colligitur perfecta narratio.

Est autem veritas, quòd Deus volebat Israelitas ire in terram Chanaan, non mittendo exploratores aliquos, quia ipse dirigebat eos, sicut vsque nunc venerant. Ipsi tamen ex parua confidẽtia ad Deum, voluerunt habere maiorem certificationem, & ad hoc voluerunt mittere exploratores. hoc innuitur Deutero. 1. cum dicitur. cumque veniſſetis in Cadesbarne dixi vobis, veniſtis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus vester daturus est vobis, vide terram quam dominus Deus tuus dabit tibi ascẽde, & posside eam, noli timere nec quicquã paueas, & accesſiſtis ad me omnes atque dixiſtis, mittamus viros qui considerẽt terram, & sic principium fuit ex petitione Israelitarũ, quia Deus non volebat, quòd mitterentur exploratores, nisi petiuissent Israelitæ. Deinde debet intelligi, ꝙ petentibus Israelitis Moyses noluit statim concedere videns istam esse rem nouam, & forte prȩiudicãtem diuino honori, ideo consuluit illum, sicut in cæteris dubijs consulebat, & tunc Deus ostendit consentiendum esse Israelitis, & prȩcepit Moysi, quòd mitteret exploratores, qđ ille fecit, sicut patet hic. & ita in hac litera non ponitur, nisi finis huius rei, & Deuter. 1. ponitur principium, & deficit finis, quia ibi non habetur ꝙ Deus iusserit mitti exploratores, & ita ex his duobus locis colligitur plena veritas, vt ſ. tactum est. q. 5.

An Israelitæ peccauerint exploratores petendo. Et quòd a Deo non est petendum aliquid, nisi in generali. Quæst. VIII.

SED quȩretur, an peccauerunt Israelitæ petẽdo a Moyse, ꝙ mitteret exploratores. Aliq dicunt ꝙ non. primo quia si peccarẽt punirentur, vel saltem obiurgarentur a Deo, & tñ hic non fit mentio de aliqua pœna, vel obiurgatione facta eis, sicut fit in alijs locis, qñ peccabant, vt patet seq. c. ergo non peccauerunt. Secundo, quia si peccarent petẽdo exploratores Deus non iuberet illos mitti, & tamen iussit, vt patet hic in litera. ergo non peccauerunt petendo. Dicendum, ꝙ peccauerunt Israelitæ petendo exploratores, & hoc fuit, ga faciebãt ex quadã diffidẽtia. putabant enim non sufficere diuinã prouidentiã, quæ gubernabat eos dirigens per desertum, & dans omnia necessaria ad hoc, ꝙ intrarent secure, & conuenienter in terram Chanaan. Nam dato ꝙ directio illa sufficeret ad introeundum in terram Chanaan, nõ debebant ipsi petere aliquam aliam ꝓp duo. Primo quia aliquo modo diffidebãt diuinæ prouidentiæ. Deus enim acceperat in speciali curam istius populi gubernãdo, & cibando, & dirigendo in nube. iõ confidere debant de eo, sed ꝙ ipse solo opere suo ista debet acqrere, qđ Christus negat dicens. scit. n. pater vr̃, ꝙ his omnibus indigetis: ita est in prouidentia speciali: Deus enim acceperat specialem gubernationem huius populi, quamde his solicitus est, innuit ꝙ Deus nullã curã habet cet. tñ nimiam solicitudinem reprobauit, ga qui multum de eo, sed ꝙ ipse solo opere suo ista debet acqrere, qđ Christus negat dicens. scit. n. pater vr̃, ꝙ his omnibus indigetis: ita est in prouidentia speciali: Deus enim acceperat specialem gubernationem huius populi, quamde his solicitus est, innuit ꝙ Deus nullã curã habet cet. tñ nimiam solicitudinem reprobauit, ga qui multum de eo, sed ꝙ ipse solo opere suo ista debet acqrere, qđ Christus negat dicens. scit. n. pater vr̃, ꝙ his omnibus indigetis: ita est in prouidentia speciali: Deus enim acceperat specialem gubernationem huius populi, quasi ipse solus esset particulariter rector, & princeps huius populi, hñs curam de cibis, quia dabat eis quotidie manna in cibũ Exo. 16. ẽt de vestibus, & calceis eorũ faciens ne rumperentur in via per 40. annos Deut. 8. c. ostendebat eis viam per quam irent per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. 5. q. & Exo. 13. & Deuter. 1. c. ideo ẽt si essent aliqua alia particularia necessaria ad gubernationem istorum, non debebant isti nimis solicitari de illis, sed iactare curã suam in Domino, qui susceperat specialem gubernationem ipsorum. Si igitur ipsi vellent intẽdere circa quędam alia particularia in quibus Deus, nondum prouiderat ex quadam diffidentia agebant, & peccarent: ita fuit nunc, quia cum Deus suscepisset curam Israelitarum ad introducendum eos in terram Chanaan, debebat ipsi confidere Deo, quòd ille daret omnia necessaria, & opportuna ad illuc eundum, & introeũdum, quòd igitur vltra ea quæ Deus dabat ad illuc introeundum, peterent isti mitti exploratores in terram Chanaã, ad videndũ per quod iter deberent ascendere, & ad quas pergerent ciuitates, quædam diffidẽtia erat, & ita peccabant.

Secundo non debuerunt petere isti aliquid in particulari, quia forte istud non erat conueniens eis, & Deus sciebat aliud sibi esse conuenientius, & forte si faceret id quod ipsi petebant sequeretur eis malum, vnde melius erat ipsis, quòd petẽrent a Deo aliquid in generali, ſ. ꝙ dirigeret eos, sicut dixit Dauid Psalm. 5. dirige domine Deus meus in cõspectu tuo viam meam, quam ꝙ peterent in particulari istam vel illam directionem quæ forte non conueniebat eis, sicut quando duo filij Zebedęi per matrem petierunt, quòd vnus eorũ sederet ad dexteram eius, & alius ad sinistram. Nam Christus dixit illis, nescitis quid petatis. Matthæ. 20. & ita fuit in Hebræis qui voluerunt petere exploratores quos Deus eis non dabat. nam isti fuerunt eis occasio pereundi, ipsi quippe fecerunt murmurare totum populum, & condemnati sunt, vt morerentur omnes in deserto seq. ca. patet ergo, quòd peccauerint petendo exploratores mitti.

Nunc respondendum est ad duas rationes positas ĩ contrarium prȩceden. qõ. Ad primam potest dici vno modo, ꝙ illa non tenet, quia si quandocunque hoĩes peccant Deus inferret eis pœnam, diceretur ꝙ quãdocunque scriptura referret peccatum alicuius adiũgeret similiter pœnam, sed Deus non punit homines qñ cunque peccant reseruans quædam pro alio tempore vel pro alio sęculo, ideo etiam si non exprimatur pœna pro peccato non sequitur, ꝙ non fuerit cõmissum peccatum. Alio modo potest dici, & melius in præsenti, ꝙ hic non potuit, nec debuit poni aliqua pœna Israelitarum pro petitione exploratorũ, quia adhuc oportebat, quòd diceretur hic de petitione exploratorum, & tamẽ hic non dicitur, quòd Israelitę petiuerint mitti exploratores, sed quòd Deus illos misit. ideo nõ poterat scriptura ponere hic pœnam quam meruerunt Israelitæ petendo exploratores mitti. & ista est vera responsio. Sed posset fieri istud argumentum contra ea quæ habentur Deuter. 1. vbi dr̃, quòd Israelitæ petiuerunt mitti exploratores.

Ad secundum cum dr̃, quòd Deus concessit mitti exploratores. Dicendum quòd hoc non facit actum esse sine peccato, quia Deus non cõcessit hoc, nisi ad importunitatem ipsorum, & propter suam incredulitatem, sicut Christus dixit Pharisæis Matth. [illegible] ad duritiem cordis vestri libellus repudij datus est. Si enim Hebræis non petentibus Deus concessisset eis mittere exploratores non esset ibi peccatum aliquod, quia tamen eis petentibus cõcessum est potuit esse ibi peccatum.

Secũdo potest dici, & adhuc melius, quòd hic fuerunt duo, ſ. ꝙ Israelitæ peterent exploratores mitti, & quòd Deus concederet illos mitti. Secundũ erat actus Dei, ideo missio ipsa exploratorum quę erat post Dei concessionem non poterat esse mala, nec peccatum. petitio ĩñ quæ præcessit concessionem Dei cum non habeat aliquid, quod faciat eam licitam, potuit esse illicita, cum illa non dependeat ex cõcessione Dei, sed præcesserit eam. Sic enim fuit de constitutione, & petitione regis inter Israelitas, quia cum primum petiuerunt sibi dari regem peccauerunt, & dixit Deus, quòd eis Deus dedit regem. eo. c. & ita Deus concessit illud in quo ipsi grauiter peccauerunt petẽdo, & magis patet 1. Reg. 12. ſ. scietis & videbitis, quia grande malum feceritis in conspectu Domini petẽtes super vos regẽ. Et sic quòd Deus cõcesserit eis regem nõ fecit, quòd ipsi non peccarent petẽdo regem, ita fuit hic, quia peti mitti exploratores fuit peccatum, sed mittere illos non fuit peccatum, quia Deus illud concessit. Ex hoc patet responsio ad id quod obijciebatur supra qõ. 17. quòd mittere exploratores fuerit peccatum, quia ꝑcessit ex quadam diffidẽtia. Nam verum est, ꝙ petitio processit ex diffidentia, ideo in ea fuit peccatum. Sed missio non fuit ex diffidentia, immo ex mãdato Dei. ideo non fuit ibi peccatum.

An Moyses peccauerit mittens exploratores. Quæst. IX.

ADHVC quæretur, an Moyses peccauit mittendo exploratores. Aliquis dicet, ꝙ nõ, quia ipse fecit mandato Dei, cum dicatur ſ. in litera. locutus est Dominus ad Moysen, mitte viros qui considerẽt terram Chanaã, & sequitur, fecit Moyses, quod dominus imparat, mittens viros de deserto Pharan, sed quod Deo iubente fit non est illicitum. Sed obiicietur, ꝙ peccauerit, quia non solum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus digni sunt morte ad Rom. 1. cap. Hebrei tamen peccauerunt petẽdo exploratores mitti. Moyses autem consensit eis, & placuit ei, id qđ illi petebãt, ergo peccauit, sicut & illi. De primo ſ. ostẽsum est. De secundo patet Deute. 1. ſ. accesſiſtis ad me omnes, atque dixiſtis. mittamus viros qui considerẽt terram, & sequitur. cumq; mihi sermo placuisset, misi ex vobis 12. viros. Dicendũ ꝙ si petentibus Hebreis mitti exploratores statim Moyses ꝓcessisset illos mitti, & ita placuisset ei sermo illorum, tanquam bonus: peccaret Moyses consentiendo, sicut & illi petendo, & tamen non fuit sic, quia alia interciderunt, nã litera quæ habetur Deut. 1. non refert plene omnia, sed dẽt suppleri per istam literam. Est autem ordo rei, ꝙ Israelitæ a se ipsis moti fuerunt ex quadam diffidẽtia, vt peterent a Moyse mitti exploratores. Moyses autem nõ statim concessit, sed consuluit Dominum, an hoc fieri deberet, & Deus dixit, quòd mitteret illos, sicut patet hic. ideo Moyses non peccauit, quia nõ secutus est arbitrium proprium, sed Dei sententiam, Israelitę aũt peccauerunt, quia non petiuerunt mouente Deo ad hoc, sed mouente propria diffidentia. Cum autem dr̃ Deut. 1. cumque mihi sermo placuisset, non debet intelligi, quòd statim placuit, vt illi petiuerunt, sed postquam Moyses consuluit Dominum, & Deus prȩcepit mitti exploratores.

Quomodo Deus consensit exploratores mitti. Et quòd quædam mala Deus permittit petentibus, aliqua non. Quæst. X.

ADHVC quęrẽt, qũo Deus consensit Israelitis petẽtibus mitti exploratores cum hoc malum esset. Dicendũ, ꝙ quædam mala sunt q̃ Deus interdũ ꝓcedit hoĩbus petẽtibus. alia aũt non ꝓcedit. Si. n. sint mala q̃ ex sui natura mala sunt, & non pñt aliquo mõ fieri bona: Deus nunq̃ concedit hoĩbus illa facere, licet petãt, sicut est colere idola, & adulterari, & alia hmõi. Causa huius est, ga Deus ꝓcedẽdo aliqd fieri reddita actum in se materialiter licitũ, sed ea q̃ sunt ꝑ se mala Deus non vult reddere licita, ga repugnat eis bene fieri, cũ mox noĩata sint cũ malitia inuolura, vt dicit Aristot. 2. Ethi. Alia aũt sunt mala nõ, ꝙ ex natura sua mala sint, sed ga sunt vetita a Deo, vel ga Deo non placet de illis, vel ga oñdunt paruũ honorẽ hoĩs ad D[illegible] & paucã ꝓfidentiã de ipso. talia aũt aliqñ ꝓcedunt a Deo petẽtibus hoĩbus, ga illa pñt materialiter reddi licita, i. quantũ ad ipsum actũ, cum non sint per se mala. Sic fuit in Israelitis petere regẽ. hr̃e namq; regem nõ erat per se malũ, quia cęteræ nationes illum hẽbãt. 1. Reg. 8. c. Deo tamen non placebat, ꝙ Israelitæ haberent regem, sed ꝙ ipse dominaretur particulariter ipsorum, sicut rector alicuius politiæ. & dixerat Gedeon Israelitis, qñ dixerunt ei, dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ille ait,non dominabor veſtri, neque dominabitur in vos filius meus,ſed dominabitur ſuper vos dominꝰ Deus, i. ipſe erit princeps veſter in particulari, & non aliquis alius.Hoc autem ſuadebat Samuel Iſraelitis, ſ. vt non peterent regem, quia per hoc Deum videbantur contemnere.1. Reg. 8. ipſi tamē ſemper voluerūt regem.ideo conceſſit eis Deus. eo.ca. & poſt hoc habuerunt ſemper illi regem,& non peccabant habendo illum, ſed potius peccarent ſi vellent recedere ab eo,tamen a principio petendo, peccatum valde magnum commiſerant,ſicut dixit Samuel.1.Reg.12. nō erat tamen malum per ſe habere regem,immo Deus oſtenderat licitum eſſe Iſraelitis,& quòd aliquādo habituri eſſent regem,quia dederat leges per quas reges ſe haberent ad Deum,& ad populum Deuteron.16.iō Deus conceſſit regem Iſraelitis petentibus.In preſenti ita fuit.mittere quippe exploratores ad conſiderandum terram non erat per ſe malum,ſed pertinebat ad quandam prouidentiam humanam, & ſi Iſraelitæ nō dirigerentur a Deo ſpeciali gubernatione,ſicut a principe ſingulari illius populi, nihil peccarent mittendo exploratores: quia tamen Deus habebat in particulari curam ipſorum,erat quędam diffidentia in eis,q ip ſi vellent vltra diuinam gubernationem cōfidere humanæ prouidentiæ, quia tamen Deus cōſpiciebat infirmitatem hebręorum,condeſcendit petitioni eorū, iubens mitti exploratores.

An Deus intulerit aliquam pœnam Hebræis pro petitione exploratorum . Et quòd nunquam eſt peccatum ſine pœna.
Quæſt. XI.

SED quæretur,an Deus intulit aliquam pęnam hebręis pro peccato petitionis exploratorum? Dicēdum q in ſcriptura non habetur expreſſe & determinate pęna pro hoc peccato.ideo non poſſumus aſſerere,an fuerit inflicta vel non. Sed cōſiderandum,quòd nullum peccatum committit quis vnquam, pro quo non debeatur ei aliqua pœna,ſed iſta interdum infertur homini a ſeipſo voluntarie, interdum autem infligitur ſibi a Deo . Si enim homo puniat in ſeipſo ſufficienter id quod peccauit, non punietur a Deo pro illo peccato,ſicut dicitur.1.ad Corin.11.ſi noſmetipſos diiudicaremus non vtique iudicaremur, dum iudicamur autem a Domino corripimur. Si autem homo non inferat ſibiipſi pęnam pro peccato, certum eſt,q Deus illam inferret,ſiue in hoc ſęculo, ſiue in futuro, quia tamen Deus non ſtatim punit homines, vt peccant,neſcimus,quando infert pęnam pro iſto peccato vel pro illo,licet nobis certū ſit,q omnia mala,& pœnæ quæ nobis quotidie eueniūt, ſunt pro quibuſdam peccatis noſtris, ſed neſcimus quæ pœnæ ſint pro quibuſdam peccatis,& quæ pro alijs. In præſenti ita fuit, quando enim Hebræi peccabant valde grauiter, inferebat eis Deus ſtatim quaſdam pęnas, vt cognoſceret quòd non dimittebantur impunita illa peccata, ſicut fuit in adoratione vituli Exo.32.& in murmuratione magna volentium redire in Aegyptum ſeq. cap. & in quadam alia murmuratione, quando Deus miſit ſerpentes ardentes inf.21.c. Alia autem peccata erant minora,& quamquam expreſſe illa ponantur,non ſequebatur ſtatim aliqua pœna,ſicut fuit in multis murmurationibus,quas fecerunt Iſraelitę nouiter exeūtes de Aegypto,vt patet Exo.14.& 16.& 17.ca.nam in nulla iſtarum ponitur,q punitu fuerint.certum eſt tamen q pœnam aliquam ſuſtinebant,vel tunc,vel poſtea, vel reſeruabatur pro alio ſęculo,& poterat eſſe, quòd qñ Iſraelitæ puniebantur pro alijs delictis, ſimul etiā puniebantur pro illis de quibus prius non fuerant puniti,quia Deus expectat nos,vt miſereatur noſtri. Eſaiæ 30.c.& ſi nos non punierimus in nobis peccata præterita, infert nobis Deus ſimul pęnam pro præteritis, & pro illo quod de nouo committimus. Ita potuit eſſe nunc de iſto peccato petitionis exploratorum, quòd Deus non punierit Iſraelitas pro eo ſtatim, ſed poſtea in punitionibus aliorum peccatorum punierit etiam iſtud.Nam 40.anni fuerūt dati Iſraelitis in pęnā murmurationis ſuæ ſeq.c. & in illis poterant ſuſtinere pęnam pro hoc peccato,& pro omnibus alijs, quę ante hoc commiſerant. maxime quia iſtud peccatum fuit paruum in comparatione ad alia peccata Iudęorum.ſi gnum huius eſt,quia ſtatim, vt hebręi petiuerunt mitti exploratores Deus conceſſit. non fuit autem ſic de petitione regis, quia cum illum petiuerūt diſſuaſit Samuel eis valde hoc.1.Reg.8.c.& tamen ibi Deus non intulit eis ſtatim aliquam pęnam,ſed oſtendit,q grauiſſime peccauerant.1.Reg.12.c.hic autem neque pęnam ſtatim intulit, neq; etiam fecit aliquid ad oſtendendum,q grauiter peccauiſſent,in quo innuitur,q valde minus peccauerunt petendo mitti exploratores quam petendo regem ſupra ſe.

An conuenienter miſſi fuerint exploratores in terram Chanaan.
Quæſt. XII.

QVAERETVR an fuit conueniens mitti exploratores in terrā Chanaā,ſicut nunc miſſi ſunt? Aliqui dicunt, quòd ſic, quia Deus iubebat talia fieri, & Ioſue interdum illud faciebat.Sic patet Ioſue 7. vbi miſit Ioſue viros ad explorandum vrbem Hay.Item quia Deus quoque iuſſit Hebręis pugnaturis contra vrbem Hay ponere inſidias poſt vrbem Ioſue 8.c. Item quia iſta pertinent ad prudentiam humanā, & omnia huiuſmodi licita ſunt niſi a Deo expreſſe prohibeantur,ſed iſtud nō erat vetitum,ergo bonum erat.

Dicendum, q hic poterant eſſe duo dubia. Vnum, an licitum eſſet mitti exploratores Iudęis. Aliud an eſſet bonum erat, ſiue proderat ad aliquid . De primo iſtum eſt, q Iſraelitę peccauerunt petendo mitti exploratores, quia ex diffidentia quadam petiuerunt. De ſecundo dicendum, q licet non eſſet malum,non videbatur tñ eſſe vtile hebręis. Primo patet,quia ſi eſſet in hocaliqua vtilitas, ſicut Deus prouidebat in ceteris,ita prouideret in hoc,ſed non prouidit, q mitterentur exploratores , ſed potius videtur iſtud negaſſe, & iuſſiſſe, q irent non præmittendo exploratores,vt dicitur Deuter.1.ſ. cumque veniſſetis in Cadesbarne dixi vobis veniſtis ad montem Amorrhęi, quem Dñs Deus veſter daturus eſt vobis,vide terram,aſcende,& poſſide eam,noli timere,nec quicquam paueas,& accęſſiſtis ad me omnes atque dixiſtis mittamus viros, qui conſiderent terram. & ſic innuitur, q Moyſes ex parte Dei præcipiebat Hebręis intrare non præmittendo aliquos exploratores.ipſi tamen timuerūt,licet dixerat eis Moyſes,q non timerent neque paurent, & pp hoc petiuerant mitti exploratores.Secundo qa res non videbatur in ſe vtilis, quia iſti exploratores non poterant annunciare aliquid Iſraelitis explorata terra, quod eis prodeſſet.Nam ſi eſſet in poteſtate Iſraelitarum ire,vel non ire in terrā Chanaan,bonum erat pręmitti exploratores,vt ex conditione terrę agnoſceret an expediret eis ire illuc,vel non ire , ſicut fecit tribus Dan,quando miſit quoſdam viros ad explorandū terram Roob,& inuenerunt ciuitatem Lais,quam poterant faciliter capere, quod renunciauerunt toti tribui Dan,& tunc euntes illuc ceperunt eam Iud.17.c. non erat autem nunc ſic,quia ſiue terra Chanaan eſſet bona,ſiue mala, oportebat Iſraelitas illuc ire, quia Deus iſtud iuſſerat, ideo non proderat mitti exploratores.

Tertio,

Tertio,quia qcquid nunc exploratores viſuri erant ſcilicet qualis eſſet terra,& quales habitatores,& quales vrbes,& omnia quæ habentur ſupra in litera per ſe ipſos viſuri eſſent,poſtea Iſraelitæ, & cognitio iſtorū non cauſaret in eis, nunc aliquam præparationem ad bellum,ideo non erat expediens mitti exploratores.

Quarto,quia potius poterat eſſe occaſio deſperationis & timoris,ſicut factum eſt,quia exploratores nunciauerunt Iſraelitis eſſe Chananæos viros fortiſſimos, & ibi eſſe gigantes, quibus Iudęi comparati videbantur locuſtæ,& vrbes eſſe muratas vſque in cęlum. hęc autem audientes Hebræi murmurauerūt & fleuerūt, fuitque eis occaſio pereundi, quod non fuiſſet ſi non mitterent exploratores, ideo ad nihil proderat illos mitti.

Sed obijcietur,quòd ad aliquid proderat, quia dicitur Deuteron.1.quòd dixerunt Iſraelitæ,mittamus viros qui conſiderent terram, & renuncient per quod iter debeamus aſcēdere, & ad quas pergere ciuitates. Etiam Moyſes mittens iſtos exploratores iuſſit eis qd facerent.ergo ad aliquid proderat mitti exploratores. Dicendum,quòd ad hoc reſpondebitur quęſt. ſeq.

Nunc ſoluendę ſunt rationes. Ad primam dicendū quòd non eſt ſimile. Ibi enim Ioſue erat iam in terra Chanaan , & circa ciuitatem Hay contra quam volebat pugnare,ideo conueniens erat mitti viros qui cōſiderarent ſitum vrbis , & magnitudinem , & an eſſet ibi populus multus vel paucus,vt ſic Ioſue ſciret qualiter deberet ire ad bellum contra illam vrbem,& ꝓpfuit ad hoc,quia exploratores redeuntes nunciauerūt non conuenire, quòd totus populus fatigaretur eundo contra illam vrbem , in qua erant viri pauciſſimi , ſed ſatis erat mitti duo,vel tria millia pugnatorum Ioſue 7.ca.nunc autem non erat ſic, quia Iſraelitæ erant extra terram Chanaan , & non erant pugnaturi cōtra aliquem locum, ideo mitti exploratores nihil proderat ad hoc .

Ad aliud cum dicebatur , quòd Deus ſimilia iubebat Ioſue 8.Dicendum quòd ibi agitur de inſidiis.iuſſit enim inſidias poſt vrbem ponendas. hic autem de exploratoribus agitur,& non de inſidijs, & tamē nūc neque exploratores,nec inſidiæ erant oppoſitę, cū Iſraelitæ nondum eſſent inter hoſtes,ſed in deſerto.

Ad aliud cum dicebatur , quòd licitum eſt vti prudentia humana. dicendum verum eſſe,niſi a Deo circa aliquid ſit prohibitum vti illa , vtpote quando ipſe dat certam regulam agendi circa aliquid,& tunc non eſt reſpiciendum quid ſuadeat humana prudentia, iō nephas eſſet illud aſpicere , quia per hoc innueretur meliùs hominem dirigi per humanam prudentiam , quam per diuinam regulam , ſicut pertinet ad humanam prudentiam,quòd quis cogitet ea quę reſponſurus eſt,quādo de rebus magnis ab eo quæritur, ne qd fallum,aut inconſideratum dicat.Chriſtus autem iuſſit diſcipulis ſuis,quòd quando ducerētur ante reges , & præſides non cogitarent quid reſponſuri eſſent, qa daretur eis in illa hora quid reſponderent Matth. 10. & Luçę 21.cap.Si autem iſti conſiderare vellent quid reſponderent,certum eſt,quòd peccarent volētes agere per humanam prudentiam, vbi Deus aliam regulā agendi conſtituerat.Ita in propoſito cum Deus ſuſceſſet regimen hebręorum in particulari, peccabāt illa volendo per humanam prudētiam agere aliquid vltra id,quod Deus conſtituerat,quia erat quędam diffidentia.Sed dato quòd Deus non vetuiſſet hic agi aliquid humana prudentia.dicendum q non erat cōueniens mitti exploratores , quia humana prudentia nō indicat agendum quod inutile eſt,& ſuperuacuū, ſed tale erat mitti exploratores,vt præced. quæſt.oſtendimus.ergo non conueniebat illos mitti .

Alph. Toſt.ſuper Num. Pars I.

Ad illud quod dixerunt hebręi mittendo exploratores,vt nunciarent per quod iter ire deberent, & ad quas pergere ciuitates.Dicendum quòd iſtud nō erat nunc conueniens,quando erant in deſerto. expediret autem quando eſſent in terra Chanaā,niſi aliter Deus diſponeret,vt infra, magis oſtendetur cum quęretur de hoc.

Ad aliud cum Moyſes iuſſit exploratoribus quędā agere.dicēdum quòd nihil illorum erat neceſſarium, aut vtile Iudæis,ita quòd propter illud expediret mitti exploratores,quia tamen miſſi ſunt debuit Moyſes aliquid mandare eis, & mandauit illa quæ habentur in litera.

An iſti duodecim exploratores fuerint duodecim principes tribuum.
Quæſt. XIII.

QVAERETVR de iſtis exploratoribus q erāt? Aliqui dicunt, q erant principes tribuum, quia dicitur ſupra in litera.fecit Moyſes qđ Dominus imperarat mittens principes viros.Dicendum,q non ſunt iſti principes tribuum.Primo quia ponuntur hic nomina omnium iſtorū principum,& etiam ponuntur ſ.1.c.& tamen non cōcordant iſta cum illis.Aliqui dicunt,q forte erant mortui quidam de illis principibus,& ſucceſſerant alij, ideo nomina non ſunt eadem. Dicendum quòd non ſtat Primo quia iſtud poſſet aliquo modo concedi ſi forte quorundam ipſorum nomina eſſent alia,quia tunc diceremus illos ſucceſſiſſe loco mortuorum , tamen nullum nomen manet hic idem cum illis quæ habentur ſ.1.cap.Secundo,quia ſicut eſt mutatio in nominibus principum, ita eſt mutatio ī nominibus patrum, quia in nullo concordant,ergo non ſunt iſti principes tribuum de quibus ſ.1.ca.Alij dicunt,q iſti erant principes tribuum, ſed non erant illi qui nominati ſunt ſ. 1.c.quia omnes illi mortui erant,& ſucceſſerāt alij, & ſic nomina non ſunt eadem.Dicēdum,q iſta poſitio non eſt rōnabilis,& ſatis vī ficta, qa a tpe quo facta eſt illa numeratio.ſ.1.c.vſq; ad tempus iſtud non tranſierant tres menſes,vt colligi pōt ex litera, & patet, quia receſſerunt Iſraelitę de monte Sinai die 20. menſis 2. vt patet ſ.10.c.& tunc completa fuit numeratio populi,vt declaratum eſt ſ.in 1.ca. cum aūt miſſi ſunt erant vuę maturę,& in terra illa quæ eſt multum calida inter tertium,& quartum clima erant vuæ forte in medietate Iunij,quod patet ex menſibus,vbi principium metendi eſt in Martio , & in terra iſta non vſq; ad Iunium: cōformiter ergo tps pręcoquarū vuarū pcidet duobus vel tribus mēſibus,& tñ Iudęi non receſſerūt de monte Sinai tribus menſibus ante principiū Iunij cum receſſerint die 20.menſis 2.ſ.10.c.& incipiūt mē ſem primum in Martio.in hoc ergo paruo tpe nō eſt veriſimile dici, quòd duodecim principes qui erāt in monte Sinai iam eſſent mortui, quòd autem aliquis illorum principum hoc tempore moreretur nō erat mirandum,quòd tamen dicamus in tribus menſibus principes omnium tribuum fuiſſe defunctos fictum eſſe vī. Secundo & pręcipue, quia etiam ſi omnes illi principes morerentur vtpote in aliqua plaga,vel alias, quod aliquis calumniari poſſet dicens fuiſſe mortuos in ſepulchris concupiſcentię, vbi multi perierunt ſupra 11.ca.adhuc non ſtat quod iſti tenent, quia ſuccederent filij eorum in principes tribuum,quia iſte principatus erat ſecularis,eratque per lineas primogenitorum cum dicantur principes tribuum , ideo ſi morerentur illi ſuccederent filii eorum , & ita ponerentur hic nomina defunctorū.tamen hic nominando principes,& patres eorum non nominatur aliquis de illis qui noīantur ſ.1.c.ergo non erāt iſti principes tribuū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij dicunt, quòd erant isti illi principes tribuum q nominantur supra 1.capit. quòd nemo eorum fuerat mortuus, sunt tamen nomina alia, eo quòd isti erant binomij, sicut de multis est in scriptura, sicut Iacob vocatur Iacob, & Israel. Gene. 35. cap. & Esau vocatur Esau, Seir, & Edom. Genes. 25. capi. ita de istis esse poterat.

Dicendum, quòd non stat, sed est fictum, quia si vnus, vel duo istorum ponerentur binomij posset aliqualiter concedi, quòd tamen omnes duodecim principes sint binomij, & nullius eorum ponatur nomen, quod ponitur supra 1.c. non est verisimile.

Secundo, quia etiam si poneretur omnes istos duodecim principes esse binomios, quod non erat probabile, saltem non diceretur, quòd pariter omnes duodecim patres eorum erant binomij, quòd tamen oporteret concedi ad istam positionem, quia sicut non manent eadem nomina principum quæ habentur supra 1. capit. ita nec nomina patrum suorum. ideo istud est fictum.

Alij dicunt, quòd isti sunt principes tribuum, non tamen sunt illi qui nominantur supra 1. capit. sed sunt illi qui habentur infra 24. capi. nam ibi ponitur Caleb filius Iephonne princeps in tribu Iuda, & ita ponitur hic in litera.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia non cõsonant nomina quæ habentur hic cum illis quæ habentur infra 34. ca. nec est aliquis qui concordet in nomine hic cum illis qui habentur ibi. Secundo, quia sicut hic ponuntur nomina istorum, & patrum suorũ, ita ponuntur infra 34. nomina illorum principum, & patrum suorum, & tamen sicut non concordant nomina principum, ita neque concordant nomina patrum. vnde non possunt esse ijdẽ principes isti & illi.

Tertio, & præcipue, quia hic ponũtur nomina duodecim principum de duodecim tribubus, vt patet in litera. & tamen infra 34. ponuntur solum nomina decem principum de decem tribubus, quia non ponuntur ibi principes de tribu Ruben, & de tribu Gad.

Quarto, & efficacius, quia isti principes qui hic nominantur mortui erant, quãdo nominati sunt illi qui habentur infra 34. cap. quia illi nominati sunt in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, vt diuiderent terram Chanaan sorte, vt patet eodem ca. isti autem qui nominantur hic fuerunt mortui sequenti mense post istam nominationem. Nam statim, vt nominati sunt iuerunt ad explorandum terram Chanaan, & in hoc transierunt quadraginta dies, vt patet hic in litera. Sed statim, vt redierũt mortui sunt omnes isti duodecim præter Caleb, & Iosue sequen. ca. ergo non venerunt duobus mensibus post istam nominationẽ, & sic non possunt esse illi qui nominantur infra 34. quia illi fuerunt in anno quadragesimo ab exitu de Aegypto. isti autem in anno secũdo. Quinto, quia de illis qui nominantur infra 34. capit. certum est, quòd introierunt in terram Chanaan, quia Deus dixit eodem cap. quòd illi diuiderent terram sorte. Sed de istis duodecim certum est, quòd non intrauerunt illuc, tamen quia erãt exploratores, & omnes mortui sunt coram domino seq. cap. tamen quia erant de numeratis cum vocentur viri supra in litera. omnes tamen numerati mortui fuerunt in deserto præter Caleb, & Iosue seq. ca. ergo non erant isti illi principes qui nominantur infra 34.

Explorato res non erant princi pes.

Cum autem obijciebatur præcedẽ. quæst. quòd isti essent principes. Dicendum, quòd illud nihil probat. Primo, quia dicitur ibi in litera. mitte viros qui considerent terram Chanaan singulos de singulis tribubus ex principibus, & sic non dixit eos esse principes, sed ex principibus. in quo multum differt, quia si diceretur principes non poterãt accipi, nisi illi qui vere erãt principes in aliquo genere principatus. Cum autem dicitur ex principibus possunt accipi quicũque essent de familia, vel cognatione principum, vel quomodocunque pertineret ad eos, etiam si ipsi non essent principes, & cum dicitur, quòd Moyses misit viros principes, dẽt intelligi iuxta id quod dixerat Deus, s. ex principibus.

Secundo, quia dato quòd diceretur absolute, mitte viros principes. adhuc nõ sequeretur, quòd isti qui mittebantur essent principes tribuum. Hoc enim fieret si nulli alij principes essent inter Israelitas, nisi principes tribuum. quod falsum est, erant namque inter Israelitas tribus, & familiæ, & domus, & ita erant principes tribuum, familiarum, & domorũ, vt colligitur supra 2.c. & Iosue 7. ideo poterat esse, quòd isti essent principes aliquarum familiarum, vel domorũ, & non essent principes tribuum.

Tertio, quia non erat verisimile, quòd duodecim principes tribuum qui erãt maximi, & nobilissimi in toto populo mitterentur in exploratores, quia isti necessarij erant semper in castris ad bonum regimen, & statum tribuum suarum, ideo non mitterentur ipsi, sed satis erat mitti aliquos alios, & missi sunt aliqui de principibus familiarum, vel domorum, vt deductum est in expositione literæ.

Quare Deus iussit mitti de principibus. Quæst. XIIII.

Sed quæretur, quare Deus iussit mitti de principibus in exploratores, quia videtur quòd sufficiebat quicunque alij?

Dicendum quòd fuit primo, quia negocium explorationis secundum opinionem Hebræorum erat aliquid magnum, cũ ipsi illud valde procurassent, vt colligitur Deuteronom. 1. licet secundum veritatem ad nihil prodesset, ideo debuerunt mitti viri de principalibus.

Secundo fuit, vt facilius conuenirẽt ad nominationem istorum, quia pauci erant principes, quod nõ fieret si de tota tribu vnus vir accipiendus esset.

Tertio, quia Hebræi volebant informari de veritate eorũ quæ erant in terra Chanaan per exploratores, ideo debuerunt mittere viros tales de quorum fide non dubitaretur. isti autem erãt viri de principibus quorum auctoritas erat maior in populo.

Quarto fuit, quia isti exploratores aggrediebantur aliquid durum, s. intrare in terram hostilem, & perambulare eã, quod non auderet quilibet, ideo debuerunt mitti tales qui auderent, & hoc magis credebatur de principibus quam de alijs, quia solent isti propter honorem stirpis suæ magis procurare ne committãt aliquid turpe, quam illi quibus ex parentibus nulla necessitas nobilitatis eos ad hoc inducit.

An populus elegerit, & nominauerit istos exploratores. Quæst. XV.

Adhuc quæretur de istis exploratoribus, an populus elegit & nominauit illos, vel Moyses misit quos voluit.

Aliqui dicunt, quòd populus nominaret illos, & hoc quia dicitur in litera, quòd fuerunt de singulis tribubus, & ita quælibet tribus nominaret vnum de se. Secundo, quia dicitur Deuteronom. 1. c. accessistis ad me atque dixistis, mittamus viros qui considerent terram. ergo populus volebat illos mittere, & nõ dixerunt, mitte viros quasi Moyses illos mitteret, ipse igitur illos nominauerunt.

Dicendum, quòd nõ patet clare ex litera quid istorum fuerit: tenendum tamẽ est, quòd Moyses nominauit quos voluit, & misit, & non populus. Primo patet, quia dicitur supra in litera locutus est dominus ad Moysen mitte viros, qui considerent terram. soli ergo Moysi iussit hoc Deus, ideo ipse solus faceret, & non se intromitteret populus. Secundo, quia dicitur supra in litera. fecit Moyses, quod Dominus imperarat mittens viros. ipse ergo misit, & nõ populus. Tertio quia etiam dicitur in litera. hęc sunt nomina virorũ quos misit Moyses ad considerandam terram Chanaan. nihil ergo populꝰ de hoc fecit, sed solus Moyses misit, & elegit.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd ratio non tenet, quia licet essent de singulis tribubus non elegit quęlibet tribus vnũ, neq; nominauit, sed Moyses elegit quos voluit, sed accepit singulos de singulis tribubus propter aliquas causas quæ infra tangentur.

Ad secundum dicendum, quòd Israelitę dixerunt, mittamus viros, quasi nomine totius populi mittendi essent, & tamen quãdo missi sunt nõ fuerunt missi neq; nominati a populo, sed a Moyse, & patet Deuteron. 1. quia cum dicitur, mittamus viros qui considerent terram sequitur, cumque mihi sermo placuisset misi ex vobis duodecim viros singulos de tribubus suis, & sic non nominauit illos populus neque misit, nisi Moyses.

Quare non fuerunt missi plures neque pauciores quam duodecim exploratores? Quæst. XVI.

Sed quæretur quare missi fuerunt duodecim exploratores, & non plures neque pauciores?

Dicendum, quòd non debuerunt mitti valde pauci, idest vnus, vel duo soli. Primo, ppter timorem, quia vnus, aut duo soli non auderent intrare in terram hostilem ad perambulãdum eam. sic patet Iudicum 7. cum iussit Deus Gedeoni descendere in castra Madian ad audiendum quid ibi diceretur, s. surge, & descende in castra, quia tradidi eos in manu tua, si autem solus ire formidas descẽdat tecum Phara puer tuus. Si ergo ille qui vocatus fuerat a Deo vir fortissimus Iudi. 6. cap. timebat descendere solus ad vendum castra, & dixit ei Deus, quòd descenderet cũ eo Phara puer eius. a fortiori illi de quibus non asseritur, quòd essent fortissimi, timerent intrare in terram hostilem si pauci essent, idest vnus, vel duo soli.

Secundo, quia si pauci essent posset accidere eis aliquod incommodum, s. ęgritudo, vel mors, aut capi ab hostibus, & tunc nullus rediret ad nunciãdum Hebręis quicquam de terra Chanaan. cum essent plures, idest 10. vel 12. si quibusdam acciderent incommoda prędicta, non erat verisimile, quòd acciderent omnibus, & sic poterant alii redire ad nunciãdum Hebræis quid vidissent. sic patet Exodi 32. c. de Moyse. Nã ex eo, quòd solus ascendit in mõtem postquam aliquot diebus expectauit eum populus, & non veniebat dixerunt, Moysi huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit, si tamen fuissent alii cũ Moyse non teneretur populus dubia expectatione, galicet aliquid accidisset Moysi propter, quod redire nõ posset, alii redeuntes renunciarent populo, debuerũt ergo esse multi exploratores.

Tertio propter consolationem ipsorum, nam vnus aut pauci non consolãtur. cum autem plures sunt melius consolantur, quia adiacet vnicuique particula boni alterius, vt dicit Arist. 3. Politic. & ista est causa quare politia est perfectior alijs communicationibus, & simpliciter perfecta, vt dicitur ibidem, & 1. Politicor.

Quarto, vt melius capere possent consilium, quia cum essent in terra hostili, multa accident in quibus opus esset consilio, sed firmius est cõsilium, quod est multorum, sicut dixit Salomõ. multitudo prudẽtum sanitas est orbis terrarum. etiam iura humana dicunt integrum esse iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur, ideo debuerunt esse multi exploratores.

Quinto, quia mittebantur exploratores, vt certificarentur Hebręi de eis quæ erant in terra Chanaan, sed quanto essent plures isti exploratores tanto firmior fides eis adhiberetur, ideo debuerunt esse multi, & sic saltem vsque ad duodecim.

An debuerint esse plures. Quæst. XVII.

Adhuc aliquis dicet, quòd debuerunt esse plures, quia omnes causæ positæ præced. q. ostendebant debere esse multos exploratores. ergo si melius erat esse multos quam paucos, quanto plures essent tanto melius res fieret, iuxta illam regulam Aristot. si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, idest, si aliquid calefacit, quia est calidum, si fuerit calidiꝰ magis calefacit, & si fuerit calidissimum maxime calefaciet, ita si propter esse exploratores multos bonum erat, quanto essent plures tanto res melius se haberet.

Dicendum quòd non fuit conueniens mitti valde multos, vtpote centum vel ducentos, aut aliam maiorem multitudinem. Primo quia esset hoc supuacuũ, nam illi nihil plus facerent quam duodecim, ideo superfluum esset mitti tantam multitudinem. Si enim pugnaturi essent isti contra Chananęos, quãto plures mitterentur tanto melius esset, non tamen erant pugnaturi, sed solum exploraturi terram, ideo non erat conueniens mitti tantam multitudinem. Secundo, & præcipue, quia potius erat valde nociuum intentioni Iudæorum, si enim pauci mitterentur possent latere, & nõ cognosceretur a Chananęis, an isti essent hostes, cum autem esset tanta multitudo statim cognosceretur, & perirent, & non compleretur negocium. Tertio, quia cum esset tanta multitudo difficilius cõcordarẽtur quam si essent decem, vel duodecim. ideo non debuerunt plures mitti cum isti sufficerent.

Si simplicĩter ad simpliciter &c. ad magis &c. qũo limitatur.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd illa non stat, quia exploratores non explerent opus suum bene, quia multi essent absolute, sed quia essent multi in numero determinato, quando ergo excederent illum numerum non essent conuenientes ad opus. Sic enim dicit Aristot. 9. Ethicor. quòd ciuitas non fit ex decem hominibus, neque ex decem miriadibus, sed medium quoddam inter hæc determinatur, quasi dicat, decem homines non sufficiunt ad constituẽdum ciuitatem, & decem miriades sunt plus quam ciuitas quia nulla ciuitas tantum numerum cõtinere potest eo quòd ibi esset prouincia, & non ciuitas. ita in exploratoribus, neque vnus sufficiebat, aut duo, neque mille erant conuenientes, sed oportebat medium accipi inter hoc. Cum autem dicitur de regula Aristotel. si simpliciter ad simpliciter: concedendum est, quando absolute conuenit aliquis actus alicui propter esse tale, sicut propter esse calidum competit calefacere, qa tunc quando fuerit magis tale, magis calefacit, non erat sic de multitudine ad exploratores, nam conueniebat multos esse exploratores, & tamen non erat absolute bonum illos esse multos, sed in determinato numero, ideo non sequebatur, quòd quanto plures essent tanto melius se haberent in opere explorãdi. Sic patet de ciuitate, quia ad esse ciuitatem oportet esse multos, sed tamen non sequitur, quòd quanto plures fuerint melius se habebit ciuitas, immo aliqua poterit esse multitudo in qua non poterit consistere ciuitas, vt si essent decem miriades. Sic dixit Aristot. in 9. Ethic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ethic. non ergo oportebat esse valde multos exploratores, sed satis erat esse decem, vel duodecim.

Quare fuerunt duodecim. & non decem, vel quatuordecim.
Quæst. XVIII.

ALIQVIS quæret quare specialiter fuerunt 12. & non plures neque pauciores?

Dici posset primo, quòd de taxatione numerorũ non potest reddi aliqua causa præcisa, sicut est de iuribus humanis, quòd dantur decem dies ad appellandum, & tamen dari possent nouem, vel vndecim, & certum est, quòd nouem sufficerent, & vndecim nõ superabundarent, distinxit tamen lex decem dies, qa hoc placuit, quia sicut etiam dicit lex humana non omnium quę a maioribus nostris condita sunt ratio reddi potest, sic Deus præcepit esse duodecim exploratores, quia ei placuit, poterant tamen esse vndecim, vel tredecim.

Secundo potest dici, quòd fuit hoc ex causa speciali, s. quia Deus voluit, quòd de omnibus tribubus mitterentur exploratores. & quia tribus erant duodecim, voluit quòd essent duodecim exploratores. Si autem essent tribus plures, vel pauciores faceret Deus exploratores esse plures, vel pauciores. Sic enim fuit quando Deus dedit diuisores pro terra Chanaan, quæ erat vltra Iordanem contra occidentem. nam dedit decẽ infra 34. cap. & hoc fuit, quia solum supererant nouẽ tribus, & dimidia, quæ nondum acceperant sortem. Aliæ autem duæ tribus, & dimidia iam illam acceperant infra 32. capitu. nunc vero erant duodecim tribus, ideo pro illis erant dandi duodecim exploratores.

Quare pro qualibet tribu dabatur vnus explorator.
Quæst. XIX.

SED adhuc quæretur quare pro qualibet tribu dabatur vnus explorator, & non dabantur plures quam essent tribus, vel pauciores, aut quare non dabãtur omnes, aut multi de vna tribu, aut de quibusdam, & non de omnibus.

Dicendum, quòd fuit primo, quia res ista erat cõmunis ad omnes tribus cum exploraretur terra quæ omnibus danda erat, ideo de qualibet tribu debuit dari aliquis. Secundo fuit, quia exploratores mittebãtur, vt facerent fidem de eis quę erant in terra Chanaan, sed quelibet tribus magis crederet viro, aut viris de ipsa tribu quam de aliis, ideo de qualibet debuit aliquis mitti. Tertio vt quidam dicunt, quòd cum hoc esset in fauorem tribuum, debuit de qualibet earum mitti aliquis qui attenderet ad ea quæ pertinebant ad fauorem illius tribus. sic enim fuit in diuisione terrę Chanaan, quia de singulis tribubus mittebantur viri cum singulis dandæ essent partes, vel sortes Iosue 18. & 19. capitu.

Sed dicendum, quòd nõ stat, quia hic nullus fauor attendebatur, quia nulli tribui acquireretur hic aliqd aut periret mittendo, vel non mittendo exploratorem, quia non erat hic terra diuidenda, nec pars alicui danda, ideo tribubus de quibus mitterentur exploratores nihil acquirebatur, & tribubus de quibus non mitterentur nihil peribat, ideo non fuit ista causa.

Quarto dicendum, quòd causa præcipua fuit ad seruandum honorem cuiuslibet tribus, & ad tollendum inuidiam. Si enim de quibusdam tribubus mitterentur exploratores, & de aliis non, illę de quibus non mitterentur viderentur contemni, & illę de quibus mitterentur viderentur valde honorari, quod esset ad magnam inuidiam. Deus autem volebat hanc tollere de populo, ne sequeretur inde seditio, voluit ergo tã in hoc quam in aliis vbi erat aliquid, etiã quòd de singulis tribubus essent aliqui qui intenderent in illo, ne aliqua tribus videretur contemni, & alia præhonorari.

De qua mansione missi sunt exploratores.
Quæst. XX.

ADHVC aliquis quæret de quo loco, vel mansione deserti missi sunt isti exploratores?

Aliqui dicunt, quòd missi sunt de mansione quæ vocatur Rethma, & ista est quintadecima in numero mansionum, vt patet infra 33. capit. in catalogo mansionum, & hoc dicunt, quia præced. cap. dicitur, quod fuerunt in Aseroth Israelitę, & sequitur in principio huius cap. quòd profectus est populus de Aseroth, & fixit tentoria in deserto Pharan. Sed prima mansio post Aseroth est Rethma. ergo ista est quæ vocatur desertum Pharan, & tamen de deserto Pharan missi sunt exploratores, vt dicitur hic in litera. ergo de mãsione quæ vocatur Rethma missi fuerunt exploratores.

Dicendum, quòd non fuerunt missi de mansione Rethma, sed de mansione quę dicitur Cadesbarne, vt sufficienter deductum est in expositione literæ. Istud patet primo, quia exploratores redierunt ad cãdem mansionem de qua missi fuerant, & tamen ipsi redierunt in Cadesbarne. ergo de mansione illa missi fuerunt. patet hoc, quia dicitur in litera. venerunt ad Moysen, & Aaron in desertum Pharan, quod est in Cades, idest in Cadesbarne. ergo de loco illo missi fuerant.

Secundo patet hoc, & clarius Deuteron. 1. c. vbi ponitur locus de quo missi sunt cum dicitur, cumque venissetis in Cadesbarne dixi vobis venistis ad montem Amorrhęi quem dominus Deus vester daturus est vobis, vide terram ascende, & posside, & sequitur, & accessistis ad me omnes atque dixistis mittamus viros qui considerent terram, & sic de Cadesbarne missi sunt.

Alii dicunt, quòd missi sunt de mansione, quę vocatur Asiongaber, quę est in deserto Pharan, & est 32. mansio solitudinis infra 33. ca. & redierunt dum esset populus in Cadesbarne quę erat mãsio sequens. Hoc tenet Histo. schola. & aliquo modo conueniret literę istius cap. quia nõ ponitur locus determinatus de quo missi sunt exploratores, sed ponitur locus in quem redierunt, s. in Cades infra in litera. Et tamen qui hoc dicunt non viderunt literam Deute. 1. vbi ponitur expresse, qp missi fuerant exploratores de Cadesbarne. ideo illud tenendum est.

Sed dicendum, quòd ista dubitatio prouenit ex eo, quod dicitur hic in litera, quòd missi sunt exploratores de deserto Pharan. certum est autem, quòd desertum Pharan nõ est aliqua vna mansio, sed est vna magna solitudo, in qua fuerunt multę mansiones, l. 18. vel 19. Nam statim, vt exierunt Hebrei de Aseroth dicuntur venisse in desertum Pharan, vt patet supra in litera, & etiam quando erant in Cadesbarne dicebantur esse in deserto Pharan, vt patet infra in litera. ergo saltem omnes mãsiones quę sunt ab Aseroth vsq; Cadesbarne inclusiue sunt in deserto Pharan, & istę sunt 18. vt patet infra 33. cap. & ob hoc non ponitur ibi desertum Pharan in nominibus mãsionum, quia ibi ponuntur mansiones determinatæ. non est autem desertum Pharan aliqua vna mansio, ideo nec ibi nominatur. Hic autem in litera non fuit intẽtio scripturę narrare omnes mansiones, quia de plurimis earum nulla mentio fit, eo quod non acciderunt ibi aliqua notabilia, quę ad historiam pertineant. dicitur ergo, qp de Aseroth venerunt in desertũ Pharan, quia sequẽs mansio post Aseroth fuit Rethma, & ista fuit in deserto Pharan, & Cadesbarne etiam fuit in deserto Pharan.

Aliter dici posset, quòd post Aseroth non ventum est statim in desertum Pharan. Sed in quasdam alias mansiones quæ sunt ante desertum Pharã. de Cadesbarne autem constat, quòd erat in deserto Pharan, vt patet infra in litera. Hoc quidem teneri posset, quia forte locus iste de quo hic fit mentio in deserto Pharan non est aliqua alia mansio, nisi Cadesbarne, cum de illa missi fuerint exploratores de quo hic agitur.

Dicendum tamen melius esse, & verius desertum Pharan sequi statim post mansionẽ Aseroth, & istud oportet concedi. primo patet, quia supra 10. cap. dicitur, quòd profecti sunt filii Israel per turmas suas, & recubuit nubes in solitudine Pharan. Sed certum est, quòd non venerunt de deserto Sinai in Cadesbarne, quia desertũ Sinai est mansio duodecima, & Cadesbarne tricesimatertia, vt patet infra 33. cap. ergo mansiones intermediæ erant in deserto Pharan. Secundo patet, quia ista est communis positio, quòd incipiat desertum Pharan post Aseroth. sic dicit Rabbanus, s. notandum, qp Pharan non est speciale nomen mansionis, sed solitudinis plures mansiones continentis. Sic in Catalogo mansionum demonstratur, cum dicitur, profecti filii Israel de Aseroth castrametati sunt in Rethma, deinde in Remonphares, sic omnes per ordinem vsque ad Asiongaber vsque ad 32. mansionem sub Pharan solitudinis nomine mansiones cõprehensę sunt, a Rethma igitur quę fuit in ordine 14. vsque ad 32. hęc continentur.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd illa procedit ex errore, credendo quòd desertum Pharã sit aliqua vna mansio, & tamen non est, vt supra dictũ fuit.

Pharan an sit post Aseroth. Quæst. XXI.

SED adhuc obiicietur, quòd desertum Pharan non incipiat statim post Aseroth, sed ipsa mansio Aseroth sit in deserto Pharan, quod patet, quia statim post desertum Sinai venerunt Hebręi in desertum Pharan, vt dicitur supra 10. capitu. s. profecti sunt filii Israel per turmas suas in deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan, sed post desertum Sinai venerunt in Sepulchra concupiscentiæ, & deinde in Aseroth, vt patet supra 11. & præced. c. & magis infra 33. ergo Sepulchra concupiscentiæ, & Aseroth erant in deserto Pharan.

Dicendum ad tollẽdum istam diuersitatem, quòd desertum Pharan accipitur dupliciter. Vno modo stricte. & tunc dicendum, quòd incipit a mansione quintadecima quę vocat Rethma. Alio modo large pro extremitatibus, & quibusdam adiacentibus illi deserto quę non sunt proprie de ipso deserto, & tunc stat tim post desertum Sinai computatur desertum Pharan, adest non est aliqua mansio media, & sic Sepulchra concupiscentię dicuntur esse in deserto Pharan. Accipiendo primo modo est intelligenda ista litera, qp populus profectus de Aseroth fixit tentoria in deserto Pharan, & sic Aseroth ponitur extra desertum Pharan, & Rethma est prima mansio in deserto Pharan. Accipiendo secundo modo intelligitur litera supra 10. capit. quòd profecti sunt filii Israel de deserto Sinai, & nubes recubuit in solitudine Pharan, s. in Sepulchris concupiscentię, quia de deserto Sinai statim venitum est in Sepulchra concupiscentiæ infra trigesimotertio cap.

Quare de tribu Leui non fuit missus aliquis explorator.
Quæst. XXII.

ADHVC quęretur circa id, quod supra dicebatur, an de tribu Leui missus fuerit aliquis explorator?

Dicendum, quòd non, & patet hoc in litera, quia cum nominentur omnes tribus, non nominatur tribus Leui, & pręter illa sunt 12. tribus, & 12. exploratores, vt diximus in expositione literę.

Sed quęretur quare de ista tribu non fuerit missus aliquis explorator. Dicendum, qp primum fuit, quia Deus iussit de singulis tribubus mitti exploratores, sed Leui non computatur, vt tribus, quia pręter Leui sunt 12. tribus, vt patet supra 1. & 2. cap. ergo de Leui non debuit mitti explorator.

Secundo, quia de illis tribubus debuerunt mitti exploratores, ad quas pertinebat possidere terram, quæ explorabatur, sed Leuitæ non erant accepturi partẽ, aut possessionem in terra Chanaan, ideo non debuit mitti de eis explorator.

Sed obiicietur, qp dẽret mitti explorator de eis. Primo quia Hebręi mittebãt exploratores, vt ꝑsiderarẽt terrã contra quam pugnaturi erant, & tamen Leuitę pugnaturi erant contra Chananęos, sicut cęteri Hebręi. ergo ad eos pertinebat, sicut ad alios mitti exploratores. Secundo, quia licet Leuitę non accepturi essent partem hęreditatis cum aliis Hebręis, habituri tamen erant in terra Chanaan, & habituri in ea 48. ciuitates infra 35. ca. Sed istas non poterant habere, sine bello, ad quod erant conuenientes exploratores, ideo etiam de Leuitis debuit mitti explorator.

Dicendum, qp non debuit mitti explorator aliquis propter supra posita, quia non erat Leui, vt tribus Israel, sed quędam gens separata ad cultum Dei. Vnde in his quę erant pure temporalia non incumbebant sibi onera, neq; proueniebant honores sub nomine tribus. Ad primum in contrarium dicendum, qp Leuitę cum cęteris Hebręis pugnaturi erant cõtra Chananęos, quia nemo eximebatur ab hoc cum ad Leuitas pertineret pugnare, sicut ad cęteros alios, vt ostẽsum est supra ca. 1. non tamen propter hoc competebat mittere exploratorem, quia hoc fiebat sub nomine tribus, quod non competebat Leuitis. Ad secundum dicendum, qp Leuitæ habituri erant vrbes in terra Chanaan non in sortem, nec in partem possessionis, sicut cęteri Israelitę, sed vt nõ essent extra terram Israel, ideo cum nõ competeret illis eo iure quo aliis Hebręis habitare in terra illa, neq; competebat exploratorẽ mittere, quod ad tribũ popularem pertinebat.

Propter quid missi sunt exploratores ab Hebræis.
Quæst. XXIII.

QVAERETVR ad quid voluerunt Hebręi, qp irent exploratores in terrã Chanaã. Aliqui dicunt, qp iuerunt ad cõsiderandum terrã qualis esset, & habitatores eius, an esset fortes, vel infirmi, pauci numero, an plures, vrbes muratę, an sine muris. nã ista iussit eis Moyses videre, patet infra in litera. Dicendum, qp Hebręi non petierũt ad hoc mitti exploratores, sed solum vt viderent per quod iter melius ascenderent in terrã Chanaan, & ad quas ciuitates irent primo ad pugnandum. sic dicitur Deuter. 1. mittamus viros qui considerent terram, & renuncient, per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. Et tunc dicetur, quòd Moyses non misit exploratores ad id, ad quod populus volebat eos mitti, sed iussit alia facere quę habentur hic in litera.

Alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alio modo potest intelligi, q̃ idem iusserit Moyses, quod populus voluit, sed habẽt se ista per additionem, s. q̃ vnum suppletur per alterum. populus enim peteret id, quod habetur Deute. 1. Moyses vero adderet id, quod habetur hic, & vtrunque iuberet exploratoribus considerare, & debet ex ambobus locis accipi vna perfecta narratio, sicut in multis aliis fit. Sed melius videtur dicendum, q̃ Moyses non misit exploratores ad id, ad quod populus volebat mitti, quia forte illa non erant conuenientia, siquis tamen vellet tenere contrarium non est repugnandum.

An explorari possent quæ volebant Hebræi.
Quæst. XXIIII.

ADhvc quæretur, an id, quod volebant Hebrei explorari p̃ exploratores fieri posset? Dicendum, quòd duo petiuerũt, vnum est per quod iter ascendere deberent. aliud ad quas ciuitates ire deberent.

De primo dicendum, quòd non conueniebat, quia non erat in potestate Hebræorum, per quod iter ascẽderent, sed columna nubis dirigebat eos, quam oportebat eos sequi. Non ergo considerarent id, quod nõ erat in potestate ipsorum. istud verum est, nisi accipiatur iter pro via quam haberent postquam intrarent in terrã Chanaan. nam vsque ad Iordanem vbi incipit terra Chanaan infra 34. cap. præcessit nubes Israelitas, & ita vsque illuc non potuerunt sequi aliam viã. In transitu autem Iordanis non precedebat nubes, sed arca Iosue 3. cap. Ita postea in terra Chanaan nunquam præcessit eos nubes, sed ibant quo volebant, iõ si isti peterent de itinere ante terrã Chanaan, petebãt quod non erat in potestate ipsorum. Si autem dicerẽt de itinere postquam essent in terra Chanaan petebãt rem superfluam, quia istud melius ipsi possent considerare postquam essent in terra Chanaan, respicientes quid eis expediret secundum ea quæ eis particulariter acciderent, potius quam quòd nunc in generali illud quærere vellent, quia non potest sic haberi conueniens consilium, neque determinatio de particularibus.

Aliud erat ad quas pergere deberent ciuitates, ideſt ad quas ire deberent primo. Sed dicendum, quòd ẽt istud non erat in potestate eorum. volebant enim ipsi scire quas ciuitates facilius esset capere, & ad quas primo ire deberent, vt inde haberent principium pugnandi contra reliquas vrbes. Sed hoc non erat in potestate eorum. nam vsque ad terrã Chanaan dirigeret eos columna nubis, & tunc necesse erat, quòd irent ad proximas ciuitates: sic enim postea factum est. nã vsque ad Iordanem præcessit eos nubes, & statim iuerunt in vrbem Iericho quæ proximior erat Iordane Iosue 6. cap. ideo non erat conueniens, quod petebãt Hebræi considerare ab exploratoribus.

Quare Moyses iussit exploratoribus considerare quicquid poterant. Quæst. XXV.

SEquitur quæretur quare Moyses iussit exploratoribus considerare, ea quæ habentur hic in litera?

Dicendum, quòd Moyses iussit considerare exploratoribus quicquid poterant cõsiderare: sciebat enim ille superfluum esse mitti exploratores, neque ille voluisset, nisi ad importunam petitionem Hebræorum: melius enim fuisset illos non mitti, quia tamen peteute populo concessit Deus illos mitti, præcepit Moyses, quòd considerarent ea quę habentur in litera, licet nullum istorum esset multum vtile. Erant autem ista, an habitatores terrę essent pauci, vel multi, essent fortes, vel infirmi, vrbes essent murate, vel sine muris, terra esset pinguis, vel sterilis: nemorosa, vel sine arboribus, omnia autem ipsi Israelitæ per seipsos visuri erant, & non conferebat eis, quòd nunc illa scirẽt, quia siue esset terra pinguis, siue sterilis, siue habitatores essent pauci, siue multi, non erant mutaturi consilium de eundo illuc, sed necesse erat ire, cum Deus hoc iussisset, non inuenit tamen Moyses aliquid, quod magis conueniret, ideo ista præcepit considerari.

An exploratores missi sunt ad consolationem Hebræorum.
Quæst. XXVI.

ADhvc quæretur quid proderat, quòd exploratores ista considerarent?

Dicendum, quòd Moyses iussit hoc ad consolationem Israelitarum: sciebat enim Moyses, quòd terra Chanaan erat pinguis, fluẽs lacte, & melle, licet eam non vidisset, quia Deus talem esse dixerat Exodi 3. & 4. capi. Et cum hoc nunciarent exploratores Israelitis lętarentur, & desiderarent magis ire in eam, ideo ad acuendum desideria eorum, voluit quòd ista referrentur eis, vnde Moyses iam iussit hoc exploratoribus cõsiderare, quasi ipse nesciret, sed vt populus certificaretur per eorum relationem. Sed quod dixit de vrbibus muratis, vel non muratis nondum sciuerat Moyses, quia Deus non dixerat ei istud, sed per exploratores nunc cognoscendum erat, similiter autem, quod dixit de habitatoribus terrę, an essent multi, vel pauci. Sed omnia hęc putauit Moyses futura esse ad consolationem Israelitarum, quia qualiscunque, aut quantuscunque esset populus terrę Chanaan confidere debebant Hebrei in Deo suo, quòd subiiceret sibi gentes, sed fuit è contrario, quia auditis istis turbati fuerunt Israelitæ, & murmurauerunt nolentes ire in terrã Chanaan Deut. 1. s. quo ascendemus? nuncii terruerunt cor nostrum, dicentes maxima multitudo est, & nobis statura procerior, vrbes magnæ, & ad cęlum vsque muratæ.

Quomodo exploratores iuerunt, sine nube dirigente, & sine manna. Quæst. XXVII.

QVaeretvr de istis exploratoribus quomodo poterant ire non dirigẽte eos nube? nam manebat nubes in castris dirigens Israelitas, & non ibat cum exploratoribus.

Dicendum, quòd isti exploratores ambulaturi erãt per desertum, & postea per terrã Chanaan, de deserto autem erat difficultas, eo quòd erat terra, sine habitatore, & sine via, sicut dicitur Hiere. 2. ca. duxi vos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, in qua non ambulauit vir neque habitauit homo. Dicendum tñ, q̃ non obstabat desertum istis exploratoribus, quia per illud quasi nihil ambulauerũt, eo q̃ de vltima mãsione deserti quę est Cadesbarne recesserunt exploratores, & tñ iuxta istam mansionem sunt Chananæi, qđ patet, quia die quo recedere voluerunt Israelitæ de Cadesbarne Chananęi, & Amalechitę percusserunt eos, vt patet seq. c. non poterat tñ hoc esse, nisi Chananęi essent iuxta Cadesbarne. Item patet hoc manifestius, qa infra 34. c. vbi ponuntur termini terrę Chanaan ponitur Cadesbarne, vt vnus de terminis terrę huius in latere Meridiano, nulla ergo distantia erat inter Cadesbarne, & terrã Chanaan, cum Cadesbarne esset terminus terrę ipsius, ideo exploratores nihil ambulaturi erant per desertum, ita vt indigerent columna dirigẽte. De terra Chanaan dicendum, q̃ non indigebãt columna per illam, quia erat terra populosa, in qua nõ posset esse error viarum: potissime, quia non ibant ad aliquem locum certum, sed lustrabant hinc, & inde euntes quo vellent, & postea redierunt per eandem partem per quam introierunt, s. in Cadesbarne, vnde non fuit necessaria istis columna dirigens.

Quomodo exploratores iuerunt, sine manna. Quæst. XXVIII.

ALiqvis quęret qũo isti exploratores potuerunt ire non habentes manna quo alerentur? Dicet aliquis, q̃ habebant manna, quia multa facta sunt quæ non scribuntur. Sed dicetur, q̃ non stat, primo quia isti ambulauerũt per terrã Chanaan, & tñ ibi nunq̃ cecidit manna, sed solum in deserto, vsque ad terminos terrę Chanaan Exo. 16. c. Secundo, quia manna non cadebat, nisi in circuitu castrorum, siue super castra, vt dr̃ supra. 11. & Exo. 16. c. exploratores tñ isti ibant extra castra, quia castra manserunt fixa in deserto toto tpe, quo exploratores ambulauerunt per terram Chanaan, ideo nõ cadebat manna in locis vbi exploratores possent mãducare de illo. Dicendum, q̃ in istis 40. diebus quibus exploratores lustrauerunt terram, non manducauerunt manna, sed aliis cibis vsi sunt, quod poterat fieri dupliciter. vno modo, q̃ cum irent per terram Chanaan emerent cibos a Chananęis, licet istud non esset securum, quia isti exploratores non se ostendebant Chananæis, quia occiderentur ab eis si agnoscerent. Alio modo, q̃ isti non introirent in loca Chananęorum, nec acciperent cibos ab eis, sed euntes per agros inueniebant cibos, quia erat tunc tempus fructuum maturorum, cum ipsi de fructibus illis attulerint postea in castra, vt patet in litera. Sed melius est dici, q̃ accipiebant aliquãdo cibos a Chananęis, quia per 40. dies non vterentur solis fructibus inuentis in agro.

Quomodo exploratores lustrauerunt terram Chanaan, & an intrarent in singula loca, vel videbant de longe. Quæst. XXIX.

QVaeretvr qũo exploratores lustrauerũt terram Chanaan? Aliqui dicunt, q̃ ambulauerunt per singula loca terrę Chanaan videndo illa, vt possent cum certitudine referre omnia Hebręis. Sed dicendum, q̃ istud non stat. primo quia solum 40. diebus fuerunt exploratores in hoc opere, tñ si ad singula loca irent, non explerẽt istud forte in centum, vel ducentis diebus. Secundo, quia litera vr̃ innuere, q̃ viderint quęlibet loca, s. a deserto Sin vsq; Roob, & terram Emath. Tertio, quia esset hoc periculosum. nam si ad singula loca declinaturi essent cito viderentur a Chananæis, & inciderent in suspitionem atq; occiderentur. Alii dicunt, q̃ iuerunt exploratores solum per lineam rectam incipiendo a Meridie vsq; ad Aquilonem ad punctum oppositum, vt patet in litera. cum dr̃, cumque ascendissent exploratores lustrauerunt terram a deserto Sin vsq; Roob intrãtibus Emath, & tñ desertum Sin est in latere Meridiano terrę Chanaã. Terra autem Roob est in latere Aquilonari eius infra 34. c. ideo vr̃, q̃ exploratores non inuerint, nisi per lineam rectam de Meridie in Aquilonem non declinando ad vnam partem, neq; ad aliam, & istud tenent multi, sicut s. in expositione literæ tetigimus. Sed hoc non stat. primo quia isto modo parũ viderent de terra Chanaan cum de latitudine eius nihil viderent. Secundo, quia exploratores expenderũt 40. dies lustrando terram, vt patet hic in litera, & seq. c. si tñ irent per lineam rectam, non declinando ad vnam partem, neque ad aliam, explerent hoc forte in paucioribus quam in 20. diebus cum haberent se solicite in hoc. ergo nõ iuerunt solum per lineam rectã. Tertio quia isti exploratores redeuntes narrauerunt situm terrę, & populorum, dicentes. Amalech habitat in Meridie: Etheus, & Iebuseus, & Amorrhęus in mõtanis, Chananęus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis, & ita vr̃, q̃ isti perambulauerant istas partes terrę, & tñ mare est ad occidentem terræ Chanaan, Iordanis autem est ad orientem, vt patet ĩ. 34. c. ergo non iuerunt per lineam rectam de Meridie in Aquilonem nihil declinando. Quarto, quia dr̃ in litera. reuersi sunt exploratores terrę post 40. dies omni regione circuita, ergo circuierũt totam terrã Chanaan, sed ire per lineam rectam a Meridie in Aquilonem non erat circuire totam terram Chanaan. ergo non iuerunt sic. Dicendum, q̃ modus lustrandi terrã fuit, q̃ exploratores intrarent per latus Meridianum terrę Chanaan, & procederent contra Aquilonem, sed non via recta, immo aliquando declinabant contra occidentem, & aliquando contra orientem, vt viderent populos, & vrbes, & terram, an esset pinguis, vel sterilis, & sic processerunt vsq; ad extremitatem Aquilonis terrę Chanaan. Cum autem obiicitur, qa dr̃ in litera, q̃ exploraũerunt terrã a deserto Sin vsq; Roob, non est sensus, q̃ per lineam rectã iuerint, sed intelligitur, q̃ totum, quod explorauerunt fuit inter desertum Sin, & Roob, quia istę sunt duę extremitates maxime distantes in terra Chanaan, s. Meridies, & Aquilo. vnde totum, quod erat ad orientem, & ad occidentem terrę Chanaan erat inter istas duas extremitates, & perueniendo ab vna in aliã poterat discurri totum, qđ erat in terra Chanaan, non est tñ intelligendũ, q̃ ad singulas vrbes, vel loca declinarent, quia non erat istud necessarium, & ẽt nimis morarẽtur in hoc.

An exploratores ingrederentur vrbes. Quæst. XXX.

EST dubium qũo exploratores isti exploraũerunt terram Chanaan, an intrabant in vrbes, vel solum videbant eas de longe, aut quid faciebant? Aliqui dicunt, q̃ isti non intrabant in aliquam vrbem, quia timerent Chananęos, sed videbant eas de longe, s. de montibus, & hoc innuitur in litera cum dr̃. cumq; veneritis ad montes considerate terram qualis sit, & ita de montibus iubebantur hęc oĩa considerare, & nõ intrare in vrbes. Dicendũ, q̃ ille modus explorandi non est verus. Primo quia non possent sic scire exploratores oĩa quæ iussit eis Moyses, s. an habitatores terrę essent pauci, vel multi, & an essent fortes, vel infirmi, quia ad hoc oportebat videre ipsos hoĩes intrando in loca. Secundo, quia certum est, q̃ intrabant in aliquas vrbes, sicut patet saltẽ de vrbe Hebron, vt in litera dr̃. Tertio quia ipsi videbant Chananęos, cum dicant, q̃ viderunt in Hebron quędã monstra filiorum Enach, quibus comparati videbant locustę. ergo sicut illos videbãt, ita & cęteros Chananęos in aliis vrbibus videbant. Dicendũ igitur q̃ modus erat, q̃ isti ibant ad ciuitates terrę Chanaã, non quidem ad omnes, vt dictum est pręced. quæst. sed ad multas, & introibant in illas, & considerabant populũ atq; dispositionem terrę, & tunc poterant agnoscere, id quod Moyses eis iussit, s. considerare, an habitatores essent multi, vel pauci, & robusti, vel infirmi. Cum autẽ obiicitur. cumq; veneritis ad montes considerate terrã, dupliciter intelligitur. habent. n. quędam Biblię ad montem, sicut Biblia quam sequebatur August. & dicit, q̃ per montem intelligit̃ terra Chanaan, & hoc forte, quia illa est montuosa, & non est plana, sicut Aegyptus, vt patet Deut. 11. & sic dicetur. cumq; veneritis ad mõtem, ideſt ad terram Chanaan,

Universidad de Deusto
Biblio

naan,quę est montuosa,cõsiderate terram qualis sit, F
idest ipsam terram Chanaan. Alio modo accipitur,&
melius. cumq; veneritis ad montes, s. montes terræ
Chanaan, quia ista terra alicubi habet montes, idest
colles excelsos, alicubi valles, & planities, iubebat
Moyses, ꝙ ascenderet in montes, quia non poterant
discurrere singulas partes terrę, quia istud esset opus
infinitum. de collibus autem excelsis poterat videre
signum regionis ad iacentis, & illud satis erat, & sic
poterant videre totam terram Chanaan non ambu-
lantes per illam totam. Sed non est intelligendum,ꝙ
totum quicquid acturi erant exploratores esset vidē-
do de montibus, sed solum dispositionem terrę inde
visuri essent,populositatem ĩ vrbium, & robur, vel
infirmitatem habitatorum non videbant de monti- G
bus, sed videbant introeundo in aliquas vrbes, cũ aũt
dicitur.cumque veneritis ad montes, &c.non est to-
ta litera legenda sub vna clausula,sed illud solum, cũ-
que veneritis ad montes, considerate terrã qualis sit.
quia hoc poterant de montibus considerare, reliquũ
autem, quod sequitur, & populum qui habitator est
eius, vtrum fortis sit,an infirmus, pauci numero, aut
plures, non poterant exploratores videre de monti-
bus, sed introeundo in vrbes. De hoc dicit August.
ostendite de ista eremo, & videbitis terram quæ sit,
& populus qui insidet super eam,si fortis est,an infir-
mus,si pauci sunt,an multi. exposuisse intelligitur se-
cundum,ꝙ dixerit, si potens est,an infirmus, hoc est
si pauci sunt,an multi: quomõ enim possent de mon H
tibus prospicientes sentire humanarum virium for-
titudinem, & alius sensus multo esse congruẽtior ve-
ritati,quod ait, ascendetis in montem, in ipsam terrã
dixit,quam explorare volebant.

Quomodo poterant intrare secure in terram Chanaan.
Quæst. XXXI.

Sed aliquis dicet,quomodo poterant isti explo
ratores intrare secure in terram Chanaã, quia
duo exploratores, quos misit Iosue in vrbem
Iericho fuerunt in magno periculo,nisi eos ab
scondisset Raab.Iosue 2.c. Aliqui dicũt propter hoc, I
ꝙ isti exploratores non intrabant in vrbes, sed solum
de montibus considerabant terram, vt dicitur in lite-
ra.ideo non erant in periculo,exploratores vero mis-
si a Iosue introierunt in vrbem Iericho, ideo fuerunt
in periculo. Dicendum,ꝙ non stat, quod isti præsup-
ponunt, quia vt ostensum est preced. quæst.isti explo-
ratores intrabant in vrbes, cum litera hoc significet,
non tamen fuerunt in periculo, quia putabantur esse
peregrini, cũ multi alii peregrini essent in terra Cha-
naan, & transirent per eam, vnde non potius ad istos
quam ad alios respicerent Chananęi: potissime,quia
isti nõ intrabãt in omnia loca,sed in pauciora.De hoc
dicit Augũst. nõ enim possent facile exploratores in-
telligi, vbi tanquam peregrinantes omnia perquire-
bant. nam si de vertice montis eos putauerimus con-
spexisse terram & explorasse, qũo intrarent ciuitates,
quas leguntur intrasse, & ex illa valle botrum tollere
pro quem vallis botri dicitur? Cum obiicitur de K
exploratoribus,quos misit Iosue. dicendum, ꝙ non
est simile, quia erant tunc Hebręi iuxta Iordanẽ, cui
est propinqua ciuitas Iericho, timebant valde Ieri-
chõtini, vnde erat ciuitas clausa atq; munita Iosue 6.
c.ideo suspicati sunt valde cõtra eos Ierichontini, nõ
fuit autem sic de exploratoribus missis a Moyse,quia
tunc Chananæi non sic timebant Hebręos, ẽt nõ in-
trauerũt exploratores isti in loca propinqua,sed in lo-
ca remotiora a castris Israelitarũ,& ita non esset suspi
tio cõtra eos. vnde potuerunt securi lustrare terram.

Quomodo sciuerunt redire in castra. Quæst. XXXII.

Sed quęretur quomodo sciuerunt exploratores
redire in castra de quibus recesserant? quia dum
ipsi lustrarent terram forte mouerentur castra ad alia
loca,& nescirent exploratores illuc ire.

Dicendum, ꝙ exploratores quando exierũt de ca-
stris certificati fuerunt, ꝙ ad eadem castra redire de-
berent, & poterat hoc sciri primo per quandam cõ-
iecturam humanam. nam castra erant in Cadesbar-
ne quando missi sunt exploratores Deut.1. Erat autẽ
Cadesbarne terminus terrę Chanaan infra 34.c. ideo
verisimile erat, ꝙ castra non mouerentur inde, quia
si mouerentur esset hoc ad intrandum in terrã Cha-
naan,& tamen non intrarent in eam, quousq; reuer-
terentur exploratores. nam ad hoc mittebantur, vt
nunciarent Hebręis ea quę vidissent antequam in-
trarent. Secundo poterat esse ista certificatio a Deo.
nam Deus iussit Moysi mittere exploratores, vt dici-
tur supra in litera. & ita ipse certificaret Moysen quo
modo manere deberent castra ibi, vsque ad reditum
illorum.

An notum fuit exploratoribus,quod castra non mouerentur vs-
que ad reditum eorum. Quæst. XXXIII.

Adhvc quæretur cum Hebręi nescirent
quanto tempore mansuri essent explora-
tores lustrando terram, quomodo potue-
runt mittere eos, quia nescirent vbi inueni
rent eos in reditu? Dicendum, ꝙ ex dictis in præced.
quæst.resultat solutio.nam Hebræi certi erãt per mo-
dos ibi dictos, ꝙ non recederent de Cadesbarne vsq;
ad reditum exploratorum, iõ poterãt eos mittere se-
crete,iubentes ꝙ redirent ad eundem locum,de quo
nunc exibant. Aliter potest dici, ꝙ etiam si Israelitæ
non essent certi de motu castrorum, vel statione,nõ
erat inconueniens aliquod mitti exploratores, quia
cum castra Israelitarum essent tam magna,non pote-
rat incognitum esse vbi illa essent, sed per famam lõ-
ge inde sciretur, ideo exploratores per hanc famam
redire poterant in castra vbicunque illa essent.

Quare Moyses iussit afferri de fructibus terræ.
Quæst. XXXIIII.

Quaeretvr quare Moyses iussit istis ex-
ploratoribus, ꝙ adducerent de fructibus
terrę Chanaan? Dicendum,ꝙ Moyses scie-
bat terram esse propinquã, iõ cum pauco
labore poterant adduci fructus aliq inde, voluit aũt
Moyses hoc primo ad ostendendũ excellentiã terræ
Chanaan: sciebat enim fructus terrę illius esse valde
magnos,cum Deus dixisset ei, terram illã esse fluentẽ
lacte, & melle, iõ vt constaret Hebręis terrã illam ta-
lem esse,iussit de fructibus illius adduci.sic patet ī.in
lra cum dixerunt exploratores, venimus in terrã ad q̃
misisti nos,q̃ reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fru-
ctibus cognosci põt. Scdo fuit ad acuendũ desiderii
Hebręorũ eundi in terrã Chanaan, qa cũ viderent ta-
les fructus terrę quales nõ viderãt in Aegypto, cupe-
rẽt valde introire in terrã illã,& possidere eã, & dispo
nerenẽ ad quęcunq; pericula,& difficultates, vt eã hę-
rẽt,q̃q̃ non sic accidit, qa tãta fuit pusillanimitas He-
bręorũ,ꝙ potĩ fleuerũt volẽtes redire ĩ Aegyptũ, vt ĩ
cogerent sustinere bella Chananęorũ, vt patet seq.c.

An Moyses præfixerit dies exploratoribus. Quæst. XXXV.

Adhvc quæretur de istis 40. diebus post quos
redierũt exploratores,an Moyses iussit,ꝙ redi-

rent post illos 40.dies,vel acciderit,ꝙ sic redierunt? A
Aliqui dicunt, ꝙ Moyses prefixerit eis istũ terminũ,
vt castra non manerent diu in loco illo. Dicendum,ꝙ
Moyses nullum terminum prefixit istis exploratori-
bus.nam litera non exprimit illud,etiam non erat cõ-
ueniens prefigi terminum,quia istud erat opus incer
tum, de quo non constabat in quot diebus fieri pos-
set,ideo non assignaret terminum. Item quia hoc es-
set inconueniens,& ꝑ intentionem Moysi,quia forte
in illis 40. diebus nõ possent complere opus sibi iniũ- B
ctum,& redirent illo non facto,& sic missio esset inu
tilis.Dicendum igitur,ꝙ nullus terminus fuit eis pre-
fixus,sed ꝙ facerent hęc citius quam possent. Accidit
autem,ꝙ compleuerunt illud post 40.dies,ideo tunc
redierunt.sunt autẽ intelligendi isti 40.dies a die quo
exierũt de castris, vsque ad diẽ quo reuersi sunt in ea.

Terra Chanaan quantæ magnitudinis sit, & de hoc opinio Iu-
dæorum de laude terræ suæ, quòd esset quatuorcentum
leucarum. Quæst. XXXVI.

Consideandvm autem, ꝙ aliqui He-
brei dicunt de magnitudine terrę Chanaã,
ꝙ sit quadringentarum leucarum, & mouẽ
tur ad hoc,quia dr̃ hic in litera,ꝙ redierunt
post 40.dies.Sed dr̃m falsum esse, magnitudo.n. tota
terrę Chanaan consideratur. Sic est.n.longitudo eius
a Meridie in Aquilonẽ, & latitudo eius ab oriente in C
occidentem,idest a Iordane vsq; ad mare mediterra-
neum,& hoc est non cõputando terram duarum tri-
buũ,& dimidiæ, quia illa non vocatur terra Chanaã.
Est aũt longitudo terrę prędictę 85.vel 90.leucarum,
latitudo aũt non peruenit ad 30. vel quasi, vt patet ex
scriptis illorũ,qui diligentissime ista retulerunt,iõ to-
ta longitudo terrę Chanaan non est decẽ dietarum.
Ad motiuum aũt Hebręorum dicendum,ꝙ nullum
est,cum dr̃, ꝙ redierunt post 40.dies. Primo quia isti
40.dies computantur a die quo exierunt de castris, vs- D
quequo redierunt in eadẽ castra, & iuerunt ab extre-
mo terrę Chanaan in extremum, a Meridie in Septẽ-
trionem,& rursus redierunt, ideo saltem bis ambula-
uerunt idẽ iter: vnde 40. dies facerẽt solum 20 dietas
ad plus. Secundo, quia non iuerunt isti exploratores
solum per lineam rectam a Meridie in Septentrionẽ,
sed aliqñ declinabant ad occidentem,& aliqñ ad oriẽ
tem,vt viderent vrbes,& regionem, vt ostendimus s.
quæst. 44. ergo in multis diebus pertransirent primũ
iter s̃m longitudinem, & forte non esset decem, aut
vndecim dietarum. Tertio quia etiam hoc tpe quo
exploratores procedebãt, non pergebant expediti si-
cut cęteri viatores, vt conficerent de itinere quãtum
possent,sed ascendebant in montes,& inde prospicie
bant regionem,sicut Moyses dixerat eis s̃.in litera, &
introibant in vrbes,manebantq; ibi,vt diligentius cõ-
siderarent conditionem populorum, ideo non est ar-
guendũ de diebus,in quibus isti lustrauerunt terram, E
ꝙ sint tot dietæ,s.40.in longitudine terrę Chanaan,
quia in lustrando terram cuius esset longitudo 80.aut
90.leucarum poterant expẽdere tot dies,quot hic ex-
penderunt in lustrando terram Chanaan. Nõ sunt er-
go quadringentę leucę in longitudine, vel latitudine
terrę Chanaan,nec esse possunt, sicut mentiũtur qui-
dam Hebręorum.

Quare Iosue mutatum est nomen, & addita vna litera de nomi-
ne Domini tetragrammaton. Et quare Hiero. non appellauit
Iosue Iesus cum sic appelletur in Hebræo. Quæst.XXXVII.

Adhvc est dubium de mutatione nominis Io-
sue qñ nũc missus est, vt explorator. nam prius
vocabatur Osee,& tunc vocatus est Iosue, vt patet s̃.
in litera.Dicendum, ꝙ non fuit proprie mutatio no-
minis,sed fuit additio vnius literæ. in principio nomi
nis,s.Ioth, & ista addita efficitur Iosue, vel Iosua s̃m
morem Hebraicũ, vbi prius dicebaẽ Osee, vel Osua.
Causa additionis nominis huius putaẽ fuisse beneuo-
lentia Moysi ad Iosue, s̃m quam cupiebat illi bona.
Erat.n. familiarissimus ei, ita vt vocaretur puer eius
Exo.33.& 34.& licet multos alios,vel familiares, vel
ministros hr̃et Moyses, iste dicebatur electus ex mil-
libus s̃. 11.c. iõ nullius de exploratoribus mutauit no-
men Moyses,nisi ipsius Iosue, quia cum fuerit signũ
beneuolentiæ,& nullum aliũ ęqualiter diligebat,nul-
li ostendit signa beneuolentiæ,sicut isti. Istud aũt pu-
tatur esse vno de duobus modis. primo quia lr̃a addi-
ta nomini antiquo Iosue est prima in nomine Dñi te
tragrammaton, idest quatuor literarum. nam prima
istarũ est Ioth.addit ergo Moyses istam literam,vt es-
set idem principiũ nominis Dei,& nominis Iosue,in-
nuens per hoc,ꝙ Deus daret ipsi Iosue de magnis bo
nis suis, cum daret ei primã literã nominis suis. Alio
mõ potest hoc intelligi factum esse ꝓp significatio-
nem, quia istud nomen cum hac litera signat saluato-
rem,vel saluatum,s.liberum ab omni malo, & nõ si-
gnificabat hoc nomen antiquum Iosue,& istud idem
omnino est nomen Christi,s.Iesus. nam licet vr̃ differ
re est hoc ꝓp modum scribendi, & pronunciandi in
Greco,& Latino, tñ in Hebræo vocatur Christus Io-
sua,& iste Iosue in Greco, & in antiquis Bibliis, quæ
non sunt de trãslatione Hiero. vocatur Iesus, vbi nos
Iosue dicimus, qđ multo rationabilius factum est, vt
illud nomen soli Deo nostro relinquatur,qui vere sal
uator est. ergo hic impositum est nomen ꝓp veritatẽ
rei significatę,sicut præcepit Angelus Ioseph,ꝙ voca-
ret puerum nasciturum Iesum,quia ipse saluũ faceret
populum suum a peccatis eorum Matth.1.ca. cęteris
autem istud nomen a casu,vel volũtate impositũ est,
nulli aũt ꝓpter rem significatam,quia nullus illã effi-
cere potuit. Sed ī Iosue fuit per Moysen datum istud
nomen,primo ex desiderio salutis significatæ, & hoc
competit, quia mittebat eum Moyses in terrã hosti-
lem, vbi poterant accidere multa pericula, cupiebat
aũt Moyses, ꝙ ab omnibus illis saluus esset Iosue, iõ
imposuit ei nomen salutis. Secundo potest accipi di-
ctum esse prenunciando,s.ꝙ Moyses prenunciauerit
Iosue saluãdum esse ab oĩbus incommodis huius ex-
plorationis, qđ ita fuit.nam in reditu mortui sunt de-
cẽ exploratores,solus aũt Iosue cum Caleb vixerunt,
vt patet seq.ca. Tertio potest accipi hoc factum ad si-
gnandum,ꝙ Moyses prefeciebat istum Iosue aliis vn-
decim exploratoribus,ideo vocauit eum saluatorem,
idest,ꝙ hr̃et curam de salute aliorum,& bona dispo-
sitione ipsorum in via, quod multi tenent,& satis rõ-
nabile est,quia ante hoc in bello ꝑ Amalechitas con-
stituerat Moyses ipsum Iosue ducem oĩum bellatorũ
Exo.17.a fortiori ergo constituerat eum nunc princi
pem 11.exploratorum, & quælibet istarum triũ cau-
sarum teneri potest,sed prima est aliqualiter verisimi-
lior. *Pergentesque vsque ad torrentem botri.* Istud fuit in-
gressu cum erant exploratores in exitu de terra Cha-
naan,quod patet, qa si fecissent in introitu per totam
terram Chanaan ambulassent pendente botro inter
duos viros,quod non est rationabiliter dictum. Nec Qñ absci-
etiam fuit in exitu de terra priusquam essent in termi derunt bo
no.nam si regredientes abscidissent botrum ante exi- trum.
tum de terra Chanaan, viderent ipsi Chananæi botrũ
pendentem,& comprehenderent viros,sed fecerunt
hoc cum essent in extremitate terrę,& non erant trã-
situri per aliquem locum Chananęorum, ex quo se-
quitur, ꝙ torrens botri est circa locum Cadesbarne,

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in exitu de terra Chanaã, cum ipsi perduxerint istum botrum pendentem in Cadesbarne, vbi erant castra. Iste torrens non vocabatur torrens botri, sed ex euentu sic vocatus est, quia abscisus fuit inde botrus cum palmite, vt declaratur immediate. *Abściderunt palmitem cum vua sua.* Ideſt non portauerunt vnum racemũ per se, quia non poterat cõuenienter portari, sed portauerunt in vite: magis enim sic cõseruaretur ne marcesceret, q̃ si portaretur abscisus a palmite, sicut triticum magis conseruatur si cum spicis recondatur in horrea, q̃ si excussum fuerit a foliculis, etiam quia portabant isti viri botrum pendentem in vecte, sed non poterat conuenienter pendere, nisi haberet palmitẽ, quo teneretur ligatus ad vectem. Et dr̃, ꝙ abscideruñt palmitem, cum vua sua, ideſt palmitẽ cum omnibus racemis, quos habebat, qui erant tota vua quam germinauerat palmes, & tunc intelligetur, ꝙ non portauerint vnum racemũ, sed multos, s. totam vuam palmitis. Alio modo potest accipi vua pro vno racemo, sicut est consuetudo quibusdam dicere vnam vuam vnum racemum. Ipsam autem vuam nõ vocant vuã, sed granum, & iste modus conuenientior est hic, qa vocatur torrẽs botri, in quo significatur vnus botrus. Si tñ portarentur multi racemi in palmite, non vocaretur torrens botri, sed torrens botrorum, vel vocaretur a palmite, s. torrens palmitis. *Quem portauerunt viri duo in vecte.* Iste botrus fuit portatus in admirationẽ, & signum vbertatis, atq; pinguedinis terræ. nã si terra non fuisset pinguissima nõ potuisset fructus tantæ magnitudinis producere. Et sic dixerunt ipsi exploratores, ꝙ terra ad quam iuerant vere fluebat lacte, & melle, sicut colligi poterat ex illis fructibus.

An exploratores peccauerunt accipiendo botrum de vineis Chananæorum. Et an peccet quis nunc botrum accipiendo de vineis. Quæſt. XXXVIII.

QVARET aliquis circa hoc, an peccauerunt ipsi exploratores abscindendo botrum de vineis Chananæorum, & ducẽdo in castra? Alicui videbitur, ꝙ sic, qa abściderunt vuas non suas q̃ voluntatem dñorum. ergo peccauerunt: Chananæi enim nullo modo permitterent, ꝙ illi abscinderent vuas de vineis eorum, sed maxime impugnarent. Rñdebit forte aliquis, ꝙ non peccauerunt, quia scriptum erat in lege Deut. 23. c. ingressus vineã proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit. ergo poterant isti accipere botrum vnum. Rñdendum est, ꝙ non iuuantur ex illa lege, quia nondum fuerat data. leges enim Deut. datæ sunt anno 40. ab exitu de Aegypto mense 11. vt patet Deute. c. 1. missio autem exploratorum fuit anno 2. ante medietatẽ anni, vt s. declaratum est. ergo non iuuabãt se ex lege. Item lex illa dato, ꝙ iã esset facta non iuuaret eos, quia lex non ligat, nisi eos, quibus data est, sed solum fuit ista data Iudęis, ergo solum obligabat eos. Ideo Chananæi nõ obligarentur obseruare illam, & Iudęi non poterant se tueri in terra eorum. ꝙ autẽ lex solum obliget eos, ꝙ [illegible]us datur, patet ad Roma. c. 3. s. scimus, ꝙ quæcunque lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur. Item dato, ꝙ lex i[illegible], & omnes alię obligarent Chananęos, tñ non liberarentur exploratores per eam, quia ibi dr̃ ingressus vineam proximi tui comedes vuas quantũ tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum, sed isti attulerunt secum foras de vuis, vt patet hic, quia botrũ inter duos viros pendentem portauerunt in castra. ergo non licebat eis illa lege. Rñdendum est, ꝙ in istis rebus paruis ex consuetudine terrarum siquis acciperet de vinea alterius pauca grana vuarum, si crederet dñm permissurum, non incurreret aliquam pœnam.

Chananęi tñ aliter se habebant ad Iudęos, quia erant hostes eorum, ideo non poterant informare conscientiam suam, s. ꝙ Chananęi permitterẽt si viderent, sed magis, ꝙ prohiberent illis, & ipsos occiderent, ideo q̃ conscientiam agerent cum sumerent botrum illum, quia omne, quod non est ex fide peccatum est, ideſt, quod agitur contra conscientiam est peccatũ ad Roma. c. 14. Dicendum igitur, ꝙ isti exploratores nõ peccauerunt, quia amputabant palmitem de vineis suis, & nihil alienum vsurpabant, Deus enim tradiderat eis terram istam, & habitatores eius, ideo poterant licite vti rebus illius, qũcunq; vellent. Item dato, ꝙ non esset eis terra tradita, licite faciebant, quia hoc Moyses iusserat qui erat propheta, & credebant, ꝙ ipse a Deo accepisset mandatum hoc, Dei autem præceptum efficeret licitum actum eorum, sicut fuit de auro, & argẽto, & vestibus acceptis in Aegypto, quæ petierunt Hebræi ab Aegyptiis tanquam accommodatã, & expoliauerunt Aegyptum, vt pater Exo. ca. 3. & 12. Illud autem licitum erat ex mãdato Dei, cuius omnia sunt, & potest attribuere rei proprietatem cui voluerit. in hoc igitur securi erant, se nihil mali agere, etiam si plura accepissent. *Quem portauerunt in vecte duo viri.* Scilicet botrum illum portauerunt in vno vecte. Est autem vectis lignum longum, quod in humeris duorum ponitur ad portandum aliquid, vt patet in Exodo. de vectibus altarium, & tabulatorum, & alię. ꝙ autem isti duo viri portarent in vecte botrũ erat signum magnitudinis eius, quia non sufficiebat portare vnus vir manu sua, & portabatur pendens inter duos.

De malis quoque grauatis, & de ficis loci illius tulerunt. Iusserat Moyses, vt portarent de fructibus terræ, quam explorabant, & quia apud torrentem illũ inuenerunt vuas, ficus, & malogranata, de eis omnibus tulerunt in signum vbertatis terræ. De ficubus etiam, & de malogranatis credendum est, quòd essent magnę quantitatis proportionaliter, sicut botrus, alias nõ rulisset, nam exploratores non ferebant de fructibus illis, vt Israelitę comederent, quia nihil hoc erat inter tantos, sed vt cognoscerent terrę pinguedinem. Si tamen nõ essent ficus, & malogranata in excedenti magnitudine ad terram Aegypti non probarent inde fertilitatẽ terrę, nec adducerent. Item patet ex verbis exploratorum: dixerunt enim venimus ad terram ad quam misistis nos, quę re vera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest. Si tamen solus botrus haberet magnitudinem excessiuam, non diceretur ex his fructibus, sed ex hoc fructu, vel ex hoc botro.

Qui appellatus est Nehelescol, ideſt torrens botri. Hoc vltimum non habetur in Hebræo, sed est expositio litęrę nostrę, quia Nehelescol in Hebręo significat torrẽtem botri, & est istud nomen corruptum secundum proprietatem Hebraicę vocis, in qua dicitur. Nahas estol: Nahas enim flumen, vel torrentem signat, estol vero racemum.

Eo quod botrum inde portassent filij Israel. Subditur causa huius nominis, & istud est agnomen, quia abeuntibus cum botro. ex quo patet, quòd non vocabatur iste torrens apud Chananęos, sed Israelitæ imposuerunt hoc nomen.

Reuersique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysen, & ad Aaron, & ad omnem cętum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis, & omni

omni multitudini ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes, Venimus in terram, ad quam misistis nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest. Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes, atque muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. Amalech habitat in Meridie Hethæus, Iebusæus, & Amorrhæus in montanis. Chananæus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compescẽs murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait. Ascendamus, & possideamus terram: quoniam poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cum eo, dicebant, Nequaquam ad hunc populũ valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq; terrę, quã inspexerant apud filios Israel, dicentes, Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Populus, quem aspeximus, procerę staturæ est. Ibi vidimus monstra quędam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

Reuersiq; exploratores terræ post quadraginta dies. Fuerũt exploratores quadraginta diebus in explorando eundo, & redeundo, quia licet breuiori tempore possent transire de Cadesbarne in Roob, & Emath: & inde redire in Cadesbarne, tamen nõ redierunt ante quadraginta dies, & hoc propter duo. Primo, quia non semper ambulabant, sed ingrediebantur in loca aliqñ ad considerandum gentes, & iterum cum viderent montem aliquem altissimum ascendebant in illum, vt contemplarentur inde omnem regionem: sicut eis fuerat iussum supra, scilicet, cumque veneritis ad mõtes considerate terram, & in hoc magnam morã contrahebant. Secundo morati sunt, quia licet tetendissent a deserto Syn, vsque in introitũ Emath: solum tamen aliquando declinabant versus Occidentem, & aliquando versus Orientem, vt magis considerarent regionem.

Omni regione circumdata. Ideſt circuiuerunt omnem regionem terræ Chanaan. non est sensus, quòd circuirent totam regionem, scilicet, per totum latus Meridianum, & Occidentale peruenientes in latus Septẽtrionale, & Orientale. nam hoc supra improbatum est. sed dicuntur circundedisse omnẽ regionem, ideſt vidisse omnem regionem, quia procedentes a Meridie in Septentrionem, aliquando declinabant versus Occidentem, & aliquãdo versus Orientem; ita vt videre possent totam terram.

Venerunt ad Moysen, & Aaron, & ad omnem cætum filiorum Israel. Exprimuntur isti duo proprijs nominibus, quia erant excellentiores. Moyses enim totius populi dux erat, & propheta: Aaron autem summus sacerdos, vterque autem erat magnus principatus: cętetri vero nomine congregationis intelliguntur.

In desertum Pharan, quod est in Cades. Ideſt redierunt isti exploratores ad Israelitas manẽtes in deserto Pharan in loco, qui dicitur Cades.

Et debet conuerti ista litera, scilicet, quòd venerũt

Aiph. Tost. super Num. Pars I.

exploratores in Cades, quæ est in deserto Pharan, quia non est desertum Pharan in Cades, sed Cades in deserto, cum desertum Pharan sit aliquid valde magnũ, & Cades aliquid paruum. nisi forte accipiatur, quòd venerũt in desertum Pharan, quod est in Cades, ideſt quantum ad illam partem, in qua est Cades; & hoc est tollere dubium. Nam si diceretur, quòd venerunt in desertum Pharan, & nõ exprimeretur de loco specialiter, esset magnum dubium, quia istud desertum est valde magnum. nam a monte Synai incipit computari desertum Pharan, vno modo cum dicatur supra capit. 10. quòd nubes recedens de monte Synai recubuit in solitudine Pharan, & tamen inde vsq; in Cadesbarne sunt plures, quàm viginti mansiones. Dicendo ergo quòd venerunt exploratores in desertum Pharan, non intelligeretur, de qua parte deserti: ideo expressum est, quod est in Cades, ideſt venerunt in desertum Pharan in partem illam, in qua est Cades.

Cades est paruus locus deserti Pharan.

An desertum Syn, & Pharan idem sunt. Et ꝙ Cadesbarne, & Cades Syn idem sunt. Et quòd Cades vocatur etiam fons Maſphat. Quæſt. XXXIX.

SCIENDVM est, quòd desertum Syn, & desertum Pharan idem sunt. quod pater, quia dicitur hic, quòd Cades est in deserto Pharan, & infra capit. 20. dicitur quòd est in deserto Syn. nec valet si aliquis dicat, quòd duplex est Cades. nam infra trigesimotertio capit. narrantur omnes castrametationis Israelitarum per desertum, sed non ponitur ibi Cades, nisi semel; & hoc in deserto Syn. Etiam satis patet, quòd ista duo deserta sint idem, quia desertum Syn est a parte Meridiana terræ Chanaan, vt patet infra capitulo trigesimotertio, desertum autẽ Pharan eodem modo, vt patet Abacuc, capitulo tertio, scilicet, Dominus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan.

Item sciendum, quòd Cadesbarne, & Cades deserti Syn sunt idem: quod patet, quia Israelitæ dicuntur aliquando fuisse in deserto Syn in Cades, vt patet infra vigesimo, & trigesimotertio capit. & aliquãdo dicuntur fuisse in Cadesbarne, vt patet Deutero. cap. 1. sed solum fuit vnica mansio dicta Cades. ergo eadem est Cadesbarne, & Cades deserti Syn. Item patet, quia exploratores missi fuerunt de Cades deserti Syn, siue deserti Pharan, & illuc redierunt, vt patet hic in litera. sed Iosue, capitulo decimoquarto, dicitur, quòd missi fuerunt de Cadesbarne. ergo idem est Cadesbarne, & Cades deserti Syn, & Cades deserti Pharan, vsque ad istam mansionem ambulauerunt Israelitæ in anno secundo ad mensem quartum anni, vel quasi, vt supra dictum est. postea autem non potuerunt procedere, vsque ad annum quadragesimum, quia in principio illius fuerunt in Cades, vbi mortua est Maria soror Moysi, vt patet infra capitulo vigesimo. Maxima igitur mansio Israelitarum fuit in Cadesbarne: non quidem quòd semper ibi starent, sed vagabantur non procedentes vltra, & fuit tempus istud annorum triginta septem, vel quasi triginta octo tollendo annum quadragesimũ, in cuius principio inde recesserunt, & primũ annum, in quo venerunt de Aegypto in mõtem Synai, & manserunt ibi, & quatuor menses, vel quasi anni secundi, in quibus venerunt a deserto Synai in Cadesbarne, s. non transeuntes vltra, & sic dicitur Deut. cap. 1. sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

Aliqui dicũt, ꝙ exploratores recesserunt de deserto Pharan de mansione, quæ vocatur Aliongaber, & ambulauerũt 40. diebus, & cũ redierunt inuenerũt

Universidad de Deusto Biblioteca

Israelitas in Cadesbarne. Est autem Asiongaber mãsio precedens Cadesbarne, vt patet infra 33.cap. ita ꝙ Israelitę mutauerunt vnicam mansionẽ diebus illis, quibus ambulauerunt exploratores lustrantes terram Chanaan, sed supra declaratum est, ꝙ de mansione Cades recesserunt, & ad eãdem redierunt: aliter enim nesciuissent redire in locum castrorum. Considerandum ꝙ iste locus vocatur Cades, & fons Masphat, vt habetur Gene.c.14. & ista idem signant: dicitur enim Cades, idest sanctitas Hebraicè, qa ibi sanctificatus est Dominus educendo aquam de petra, vel puniendo Moysen, & Aaron, vt patet ĩ.20.c.s. hęc est aqua purgationis, vbi purgati sunt filij Israel contra Dominũ, & sanctificatus est in eis, vocatur fons Masphat, quia, vt aliqui dicunt, iudices terrę illius apud fontem illũ iudicabant, & sic significatur, s. Masphat, idest fons iudicis, vel vocat̃ fons iudicij, quia ibi iudicati sunt Moyses, & Aaron, vt patet infra 20.cap. & Deutero.3.cap. *Locutique eis, & omni multitudini*, Idest exploratores locuti sunt eis, idest Moysi, & Aaron, & omni multitudini. Ista locutio simul erat, quia cum exploratores loquerentur Moysi, & Aaron audiebat reliqua multitudo: quia tamen ipsi principaliter loquebantur expressi sunt ipsi nominatim, hoc patet in supradictis, s. quòd venerunt exploratores ad Moysen, & Aaron, & omnem cętum filiorum Israel. & tamen idem aduentus fuit ad omnes. Quid autem locuti fuerint istis, dicendum est, ꝙ fuit relatio eorum, quæ fuerant, & viderant in terra Chanaan. *Ostenderunt fructus terræ*, Scilicet, ficus, vuas, & malogranata, quia de his tribus portauerant, vt patet supra. *Et narrauerunt dicentes*. Scilicet, exposuerunt legationem suam. immediate subditur. *Venimus ad terram, ad quam misistis nos*. Quamquam loquerentur principaliter ad Moysen, tamen ista verba dirigebantur ad eum, & Aaron, & totam multitudinem: omnes enim eos miserant, qa petente tota multitudine Moyses misit illos, vt patet Deut.cap.1. & supra declaratum est. *Quæ re vera fluit lactę & mellę*. Idest secundum veritatẽ terra ista fluit lacte, & melle, quasi dicat, Deus sępe dixerat, ꝙ volebat nos introducere in terram fluentem lacte & melle, & quãtum ad hoc, dicebant exploratores, verum esse. nam re vera fluit lacte & melle, idest sine aliqua fictione in veritate sic est; hoc autem dixerunt exploratores: non quidẽ Caleb, & Iosue, sed alii decem, vel aliquis de eis. nam ipsi detraxerunt terrę, sed non Caleb, & Iosue: verba tamẽ quæ sequuntur ad detrahentes pertinent. Et primo confessi sunt veritatem de terrę statu, vt magis crederetur eis, quando inciperent murmurare. *Vt ex his fructibus cognosci potest*. Idest ex quantitate excessiua: non enim probauerunt per multitudinem, quia paucos fructus attulerunt, sed per insolitam magnitudinem. Nunquam enim tantę magnitudinis fructus viderant Israelitę: vnde sufficiebat vnam ficum attulisse, aut vnum botrum, vel malogranatum, cum quodlibet eẽt excessiuę magnitudinis, designãs terrę vbertatem: in nulla enim terra saltem vnus botrus illorum gigni potuisset, nisi esset pinguissima: sufficienter ergo probabatur esse terram pinguẽ ex fructibus illis. Nec tamen cõcluditur, quod ipsi dicunt, s. ꝙ terra re vera fluat lacte & melle. nam ad hoc requirebatur, ꝙ essent aliqui fontes habentes lac, & mel ꝓ loco aquarum; sed hoc nũnquam fuit: ipsi tamen loquuntur secundum metaphoram, s. ꝙ terra illa tãtę erat pinguedinis, vt patebat ex fructibus, ꝙ videretur vere fluere lacte & melle. *Sed cultores fortissimos habet*. Hic incipiunt detrahere terræ, s. ꝙ quamquam esse terra fluẽs lacte & melle, tamen non expediebat eis ire illuc, qa erant cultores fortissimi, idest habitatores, quibus nõ poterant esse ęquales ad pugnandum. Cultor enim

Narratio cõditionis terrę Chanaã, & populorum.

æquiuocum est ad amatorem; honoratorem, siue decoratorem, agricultorem, & habitatorem, quia omnia ista significat istud verbũ colo. sic dicit Ebrardus.

Agros, rus, formam, superos colit atque parentes.
Hos arat, hoc habitat, ornat, honorat, amat.

Accipitur aũt hic cultor solũ pro habitatore. sicut dicimus colonũ aliqñ habitatorem, vt patet Exo.ca.12. scilicet, quòd siue sint peregrini, siue coloni, quòd faciant phase, & vocantur coloni habitatores. *Et vrbes grandes, atque muratas*. Istud erat aliud impedimentum, scilicet, ex multitudine habitatorum, & robore presidiorum. nam quia dicitur, quòd erant vrbes grandes, colligitur esse multos habitatores terrę illius, qa vero dicitur esse muratas: innuitur quòd erant fortia præsidia: ideo quamquam possent præualere Israelitę cõtra gentem robustissimam, tamen non possent præualere contra fortes muros. *Sitrpem Enach vidimus ibi*. Hic ponitur aliud impedimentum ingrediendi, scilicet, quia viderant ibi homines de genere giganteo, & illi sicut cęteris hominibus corpore maiores sunt, ita & viribus robustiores, & animositate præstantiores, cum quibus Iudęi pugnare, nequaquam poterant, sed magis comparati eis videbantur, vt locustę, vt patet ĩ. isti autem de genere Enach erant tres viri, s. Achimã, & Sisai, & Tolmai, vt patet supra, quos viderunt exploratores in Hebron. & ista est causa, quare supra dicebatur, ꝙ ascenderunt in Hebron, & viderunt ibi stirpem Enach; non est hic Enach nomen proprium viri, sed commune, significans gigantem, vt supra declaratum est. & istud maxime terrebat eos, quia non poterant pugnare contra viros tantæ magnitudinis. *Amalech habitat in Meridie.*

Quare hic fit mentio de habitatione Amalechitarum, & aliorum populorum. Quæst. XL.

HIc ponuntur alia impedimẽta ad introeũdum in terram illam, scilicet, propter habitatores, quia non permitterent ingressũ. Diceret enim aliquis, ad quid ponitur hic de habitatione Amalechitarum, & aliorum populorum, quia nihil ad propositum, Forte aliquis respondebit, q[illegible]um hic agatur de terra Chanaan, & in illa habitarent septem populi, ponitur de habitatione cuiuslibet eorum.

Sed hoc non stat, quia non ponitur hic de septẽ populis, sed de quatuor, s. de Hethęis, Iebusęis, Amorrhęis, & Chananęis. Item quia hic ponitur de habitatione Amalechitarum, sed Amalechitę non erant de populis Chananęorum, nec habitabant in terra Chanaan, ergo non ponitur ad designandum habitationẽ populorum terrę Chanaan. Sed dicendum, ꝙ ponitur ad signandum difficultatem introeundi in terrã Chanaan, quia si illuc ingrederentur Israelitę, oportebat ingredi per latus Orientale, vel Meridianum, aut Septentrionale. nam per Occidentale ingredi nõ poterant, cũ esset Mare Mediterraneum terminus Occidentalis terrę Chanaan, vt patet Deut.c.11. & & Iosu.c.1. ipsi tamen non habebant rates ad nauigandũ, ergo oportebat per alterum de tribus lateribus introire: probãt autem exploratores esse difficile, quia in quolibet latere istorum erant hostes durissimi: & primo probant de latere Meridiano dicentes, Amalech habitat in Meridie, i. non poteritis ingredi per latus Meridianum, quia ibi habitant Amalechitę. nam isti erant primi hostes Iudęorum, qui pugnauerũt ꝯ eos in Raphidim. vt patet Exo.17.c. & pręualuit Israel, atq; cõfregit Amalechitas. Nunc ergo magis mouerent ad persequendũ Israelitas, & resistẽdũ eis, q̃ alię gẽtes. & sic factũ est, qa cũ post paucũ facta murmuratione, data sententia Domini contra murmuratores, cum voluissent ascendere Israelitę in terrã Chanaan: descẽderunt Chananęi, & Amalechitę de mõtibus, & percusserunt Israelitas occidentes multos ex eis, vt patet sequen.cap. Dixerunt autem primo de Amalech, qa latus propinquum ad ascendendũ erat Israelitis apud terram Amalechitarũ, cum essent in latere Meridiano, s. in Cadesbarne, & in latere illo habitabant Amalechitę. *Hethæus, & Iebusæus, & Amorrhæus habitant in montanis*. Hic ponitur impedimentum a latere Septẽtrionali, s. ꝙ non possent Israelitę ingredi per illud. qa habitabant ibi Hethęi, Amorrhei, & Iebusęi, & non solum isti, sed etiam Pherezęi, vt patet Iosu.ca.11.s. & Amorrhęum, atque Hethęum, & Pherezęũ, & Iebusęum in montanis. dicuntur autem esse montana magis ad partem Septentrionalem terræ Chanaan, quã ad Meridianam, vt declaratum est, Ios.cap.11. & versus istud latus, atque ad Orientem habitabãt isti quatuor populi, qui non permitterent Israelitas ingredi per illam partem. *Chananæus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis*. Hic ponitur impedimentum introitus a parte Orientali, s. ꝙ habitabant isti Chananęi, & isti erant populi fortes, qui non permitterent transire Israelitas; & patet hoc, quia Iordanis erat in parte Oriẽtali terrę Chanaan, vt habetur. ĩ.32. & 34 cap. Chananęi ergo habitantes ibi erant Orientales, & dicitur, ꝙ habitant iuxta mare, & fluenta Iordanis. Mare potest accipi dupliciter. Vno modo pro mari Mediterraneo Occidentali, & tunc erat sensus, ꝙ Chananęi habitabãt in parte Orientali terrę Chanaan, & perueniebat etiam habitatio eorum ad Occidentẽ apud mare Mediterraneum. & iste sensus patet Ios. 11.cap. cum dr̃. Chananęum quoque ab Oriente, & Occidente, idest vocauit Chananęos habitantes in parte Oriẽtali terrę Chanaan, & in parte Occidentali: sed Occidens est apud mare Mediterraneum, vt supra probatum est. ergo apud istud mare ẽt habitabant Chananęi. Alio mõ accipi potest mare pro mari solitudinis, quod vocat̃ mare salsissimum, vel mare mortuum, vt patet infra 34. & Ios.ca.3. Vel potest accipi pro mari Cenereth, & ista duo maria non sunt vere maria, sed lacus magni, & ambo sunt in parte Orientali terrę Chanaan, vt patet infra 24. cap. mare tamen solitudinis est i. Oriente, vbi coniungitur Oriens lateri Meridiano, & mare Cenereth, est in latere Orientali, vbi ipsum coniungit̃ lateri Septentrionali præallegato cap. & apud quodlibet istorum poterat dici, ꝙ erat Chananæus. nã Chananęi erant apud Iordanem, vt patet hic, & Iordanis erat apud mare salsissimum cum trãseat per illud declinans ad partem Meridianam, vt patet Ios. cap.3. & sic qui habitabat iuxta Iordanem, habitabat iuxta mare. Etiam Iordanis est apud mare Cenereth, cũ veniat a parte Septentrionali declinãdo in Meridiem, vbi est Cenereth, & vt aliqui dicunt, & verum est, trãsit Iordanis per illud mare. ideo habitare apud Iordanem est habitare apud mare, & quãquam sensus superior sit verus, s. ꝙ Chananęi pertingãt a Iordane, qui est in latere Orientali, vsque ad latus Occidẽtale, vbi est mare, tñ magis accipitur hic pro mari Orientali, quod est apud Iordanem. *Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen*. Fuerant duodecim exploratores, & duo illorum secuti sunt Dñm, s. Caleb, & Iosue, decem autem murmurauerunt dicẽtes, quòd terra illa erat sibi difficillima ad capiẽdum, & nequaquam capere possent. Alij autem duo nõ murmurauerunt, sed magis prohibuerunt murmurantes. nam audito robore hostium, totus populus clamabat, ne illuc irent, & ꝙ dolerent exiuisse de Aegypto, vt patet seq.c. Caleb autẽ qui bonus erat, nec consenserat malitię aliorum exploratorum sedabat murmurationẽ.

idem intelligendum est de Iosue, qm̃ ipse bonus erat vt Caleb, & reprimebat murmurantes. dr̃ ortũ murmur populi cõtra Moysen, quia totus popolus maledicebat Moysi, quia eos eduxerat de Aegypto ad pugnandum cum tali gente, vel conquerebãtur de ipso dicentes. cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in manu hostium? sicut murmurati sunt. ĩ.20. & 21. cap. *Ait ascendamus, & possideamus terram*. Ista sunt verba Caleb reprimentis murmur populi. & in hoc apparet, quid murmurati fuerint populares. nam ipse contraria dicebat popularibus: sed illi dixerunt, ꝙ nõ ascẽderent. quod patet, quia dixit Caleb, ꝙ ascenderent, & possiderent, i. ꝙ ascenderent ad terram illã ad possidendam eam. dicitur ꝙ ascenderent, quia terra illa altior erat, q̃. desertum Pharan, in quo ipsi erant: pergentibus enim ab Aegypto in terram Chanaan ascẽdere est, & sic dictũ fuerat supra exploratoribus, ascendite per partem Meridianam. *Quoniam poterimus obtinere eam*. Idest non debemus formidare, vel dubitare, ascendere ad gentem istam, quia poterimns ꝯtra eos. *Alij vero qui fuerant cum eo*. Idest alij exploratores, q iuerant pariter ad lustrandum terram Chanaan: & nõ intelligitur de omnibus alijs, quia Iosue nõ dicebat ista, quæ sequuntur, cum non murmurauerit, vt patet sequen.c. sed magis increpabat murmurantes: fit tamẽ mẽtio specialiter de Caleb, quia ipse erat principalior tunc, cum esset explorator Tribus Iudæ. Postea tamẽ de vtroque dr̃. vt patet sequen.ca.s. ꝙ Iosue, & Caleb sciderunt vestimenta sua cum audierunt populum dicentem, ꝙ vellet reuerti in Aegyptum: vtrunque aũt voluit populus lapidibus opprimere. *Dicebant nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est*. Isti confirmabant murmur populi, s. ꝙ nullo modo possent acquirere terram Chananæorum. & dicitur, ꝙ non possent ascendere: non quidem ꝙ illuc ire non possent. sed quòd illuc euntes non proficerent. nam gens erat fortissima, & non possent pugnare cõtra eam, sed magis corruerent in manus illius. ascẽdere autem, & nihil ascendendo proficere, æquiparatur ei, quod est non ascendere. *Detraxeruntque terræ, quam inspexerant apud filios Israel*. Debet istud casuale ordinari cum primo verbo, scilicet, detraxerunt apud filios Israel terrę, quam inspexerant. detrahere est diminuere, cum aliquis famæ partem alterius tollit, vt siquis nõ possit totaliter alterius famam elidere, & conetur diminuere eam dicitur detractor, sic fecerunt isti, scilicet, quòd dixerunt de ipsa aliquod bonum, vtpote quòd flueret lacte & melle, & tamen voluerunt ei tollere quandam partem famæ, dicentes quòd terra illa habitatores suos deuoraret, vt patet immediate. & quantum ad hoc detrahere est, nec põt accipi proprie detractio hic, nisi quantum ad istam partem. Inquãtũ vero dixerunt esse ibi vrbes muratas, & populum magnæ staturæ de genere Enach, non detrahebant terrę, quia in hoc non tollebatur fama illius, sed murmurabant contra Deum, vel contra Moysen, vt non ascenderent: & dicitur, quam inspexerant, quia isti qui murmurabant erant exploratores, & viderant terram Chanaan.

Detrahere quid sit.

Dicẽtes terram, quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Ista erat magna detractio, quia dicebant terram illã esse valde pestiferam, & quòd multi morerentur peste, quæ venerat super eos. quòd autem ista pestis fuisset satis est probabile. nam si mentirentur isti exploratores, alij duo, scilicet, Caleb, & Iosue comprobarent eorum mendacium, cum vidissent terram, & tamen quamq̃ esset pestis ista non proponebant eam isti exploratores, nisi animo detrahendi. nam si voluissent proponere a principio proposuissent, cum dixerunt, quòd ipsa erat fluens lacte & melle, sed subticuerunt,

Deuorare habitatores quid.

Universidad de Deusto

cuerunt, vsque cum populus concitatus est murmurare, & tunc ad fauendum sententię populi, dixerunt terram esse pessimam, quia deuorabat habitatores suos.

An tempore quo iuerunt exploratores in terrā Chanaan esset ibi magna pestis, pp bonum ly dæorum.

Et forte de ista peste, q̄ venerat super Chananęos cum introierunt exploratores. dicendum esset, quòd Deus induxisset illam propter grauia peccata populi, qui omnibus immunditijs, & execrationibus traditus est, quousq; terra euomeret habitatores. sic patet Leuit. ca. 18. ſ. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolę terę, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: cauete ergo ne & vos similiter euomat cum paria feceritis, sicut euomuit gētem, quę fuit ante vos. Et ista pestis venerat propter bonum Hebręorū, vt haberent pauciores hostes, ipsi tamen imputabāt hoc malę dispositioni terę, dicētes eam esse pestiferam, & q̄ morerentur si illuc introirent.

Dicūt enim quidam Iudæi, q̄ tanta erat occupatio indigenarum terę illius circa funera propinquorū, & amicorum, q̄ licet viderent exploratores in terra sua non curarent, sicut dictum est de Aegyptijs, qui tanto defunctorum primogenitorum tenebātur dolore, q̄ videntes Hebręos recedere non petebant ab eis vasa aurea, & argentea, quę commodauerāt, & dē, q̄ terra deuorabat habitatores suos, ideſt, q̄ ipsa occideret eos subito. nam cum aliquis deuorat alterum transglutit eum subito; ita vt de eo nihil appareat, ita terra ista deuorabat omnes habitatores, ſ. subito occidendo eos, quod videbatur esse a pessima dispositione terę. *Populus quem aſpeximus proceræ ſtaturæ eſt.* Ista est murmuratio ad non ascendendum in terram illā, & semper isti exploratores ampliant verba ad modū rhetoricorum, qui cum viderint auditoribus complacere, quod dicitur materiam exaggerāt. Primo enim non dixerant, q̄ erat populus iste magnę staturæ, sed q̄ solum viderant ibi quosdam gigantes in Hebron, & illi erant solum tres, vt patet supra in litera, & Iosu, c. 15. nunc autem ampliando dicunt totum populum esse procerę staturę, sed quantum ad omnes alios dicendum est, q̄ non essent maioris staturę, q̄ Hebręi: possunt autem ista esse verba timentium, nam timentibus omnia maiora videntur, quàm sint. *Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo.* Ideſt vidimus ibi quosdam gigantes, isti erant solum tres, de quibus supra dictum est, & propter eos vocabant totum populum procerę staturę.

Qui dūr de gñe Enach Monstrum quid dicat.

Dicuntur de genere Enach, ideſt de genere gigantum; & hoc declaratur in litera nostra, cum dicitur, de genere giganteo. vocauerunt autem istos monstra quædam; quia dicitur esse monstrum aliquid insolitum naturę, vt eum aliqua animalia nascūtur cum maiori membrorum numero, quàm alia eiusdē speciei nasci soleant, vel cum paucioribus membris: & istud est proprie monstrum.

Aliquando autem vocātur mōstra magis largè cū habent magnitudinem insolitam, licet in membris, quantum ad numerum non varientur a naturę consuetudine; & hoc est in gigantibus, qui vltra omnem consuetam magnitudinem nascuntur. Idem autē est proprie insolitam paruitatem, nam tunc monstrum est, vt si aliquod animal nimis deficiat a magnitudine communi, sc. magis vocatur monstrum pp excessū, quàm propter defectum, quia deficere a cōi magnitudine facile est, cum sit ex paruitate materiæ decisæ a generante: excedere tñ insolito modo maiorem potētiam requirit: ideo istud est magis insolitum. vnde magis dicitur de gigātibus, quòd sint monstra, quàm de hominibus valde paruis. in Hebręo dicitur, *Vidimus Nephilin.* Vbi nos dicimus mōstra, & dicuntur cadentes secūdum proprietatem Hebraicam, ratio nominis huius erat, q̄ isti gigantes ita erāt magni, quòd videntes eos ex terrore cadebant.

Dicit autē Rabbi Salomon, q̄ vocantur cadētes, qa gigantes erant de genere duorū Angelorū cadentiū de cęlo, ſ. Aza, & Azael. Sed hoc nihil est, qa Angeli gignere non possunt, cum non sint animalia, nisi refetur ad modum incuborum, & succuborum, de quo satis dictum est Gen. c. 6. *Quibus comparati tanquam locuſtæ videbamur.* Ideſt talis proportio magnitudinis videbatur esse inter ipsos, & nos, qualis est inter nos, & locustas. in quo significabat magnitudo insolita illorū. Sed adhuc iste modus loquendi hyperbolicus est, qa non erat talis proportio gigantum ad Iudęos, qualis erat Iudęorum ad locustas. nam quilibet Iudęus erat maior millesies qualiter locusta, cum mille locustę simul non acciperent magnitudinem vnius hominis, sed nullus gigas erat millesies maior aliquo Iudęo: nullus enim homo vnquam tātus fuit, vt esset maior alijs hominibus saltem decies, nec quinquies: quātomagis ad tantam proportionem, nec erat possibile aliquem talem hominem esse, quia nulla anima posset vegetare tantam magnitudinem, & si Deus vellet alicui animę rationali tribuere tantum vigorem, vt vegetaret corpus, ita magnum in quantitate, iam illa excederet secundum substantialem perfectionem oēm animam, & non esset in specie humana: ideo nō pōt aliqua talis anima esse, nec aliquis homo tantę quantitatis, qui saltem per modicum tēpus viuere posſit, vt si caro mille hominum coniungeretur ad faciendum vnum. Nec valet si aliquis obiiciat intelligi hic de locustis marinis, quę sunt valde maiores locustis, quas depascūtur segetes. nam etiam de his falsum est, quia quilibet homo est maior plus, quàm decies qualibet locusta, sed nullus gigas est maior plus, quàm decies quolibet alio homine: ideo nō potest intelligi aliquo modo secundum literam, sed in parabola, i. q̄ Iudæi comparati illis gigantibus erant quasi locustæ, ideſt erant valde parui, licet non ad talem proportionem.

Quare dicantur exploratores veniſſe ad Moyſen Aaron, & catum filiorum Iſrael, & an peccauerint iſta referendo. *Quæſt. XLI.*

SED quęretur, quare dicitur, q̄ exploratores venerunt ad Moysen, & Aaron, & ad omnē cętum filiorum Israel. Dicendum q̄ de Moyse causa nota est. Primo, qa ipse erat princeps populi: ideo in omnibus debebat nominari, & prępon. Secūdo & pręcipuè, quia Moyses miserat istos exploratores, & pręceperat eis quid facerent, vt patet hic in litera. ideo q̄ nunc venirent redituri rationem de eo, quod facerent, oportebat q̄ diceretur, q̄ venirent ad Moysen. De cętu filiorum Israel notum est, q̄ non deberet mentio, quia licet Moyses ista faceret, non tamen illa faciebat propter se, sed propter populum, & pręponderabat totus populus, q̄ Moyses, quia nō erat populus propter Moysen, sed Moyses propter populum: ideo debuit nominari populus, licet prępon. Moyses, inquātum ipse erat princeps. Sed de Aaron quare hic nominetur non apparet causa, cum ipse nō esset princeps. Aliqui dicunt fuisse hoc, quia Aaron, & Moyses miserunt simul istos exploratores: ideo reuertebantur ad eos reddituri rationem. Dicendum q̄ nō stat, quia solus Moyses misit istos exploratores, & patet, quia Deus illi soli hoc iussit facere, cum dicat ſ. in litera. Locutus est Dominus ad Moysen, mitte viros, qui considerent terram. Secundo, quia litera exprimit, q̄ solus Moyses ista fecerit, ſ. fecit Moyses, qd Dominus imperarat, mittens viros, & postea dicitur, hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandum terram. Tertio, quia si Moyses, & Aaron mitterent exploratores, ambo pręciperent eis quid facerent, solus tamen Moyses pręcepit, cum dicatur in litera. misit eos Moyses ad considerandum terram Chanaan, & dixit ad eos, ascendite per Meridianam plagam, &c. & sic solus Moyses misit illos, qa solus ipse pręcepit eis quid facerent. Quarto & pręcipuè patet, quia quando exploratores fuerunt corā Moyse, & Aaron, & populo, soli Moysi rationem dederunt dirigentes ad eum verba, ſ. narrauerunt dicentes. Venimus in terram, per quam misisti nos. & tamē si Aaron simul misisset eos cum Moyse, quia ipse erat nūc pręsens, dirigerent verba simul ad eum, & Moysen: ad solum tamen Moysen locuti sunt: ideo solus Moyses miserat illos.

De Aaron autem dicendum, q̄ hic fuit nominatus propter duo. Primo, quia post Moysen ipse erat principalior in toto populo, cum esset pontifex: ideo debuit expresse nominari. Secundo, & pręcipuè fuit hoc, quia ex istis verbis exploratorum secuta est murmuratio in populo, in qua murmuratione multum fecerunt Moyses, & Aaron, vt auerterent illam, vt patet sequen. cap. ideo debuit fieri mentio hic de Aarō cum hic inciperent verba exploratorū, & ista est causa vera. nam in multis alijs nominatur Moyses, & tacetur Aaron, scilicet, quia res, quæ narratur nullo modo pertinet ad eum.

An exploratores peccauerunt hoc referendo, & in quo peccauerunt. *Quæſt. XLII.*

SED quęretur de istis exploratoribus an peccauerint referendo ista quę retulerunt?

Aliqui dicunt, q̄ sic. Et patet primo, quia dicitur infra in litera. detraxerūt terrę, quam inspexerant apud filios Israel. detrahere tamen peccatū est. Secundo, quia isti terruerunt populum immittendo eis timorem; ita vt non auderent ire in terram illam, Deutero. 1. cap. scilicet, quo ascendemus? nuncij terruerunt cor nostrum dicentes. maxima multitudo est, & nobis statura procerior, vrbes magnę, & ad cœlum vsque muratæ.

Tertio, quia isti exploratores habuerunt prauā intentionem: vnde laudatur Caleb, qui è contrario habuit bonum spiritum, & secutus est Deum inducendo populum, vt ire vellent in terram Chanaan, sicut dicitur sequen. ca. ſ. seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc, quasi dicat, alij non habuerūt bonum spiritum, & tamen habere prauam intētionem peccatum est: ideo peccauerunt exploratores.

Quarto, quia Deus statim occidit decē de istis exploratoribus sequen. cap. sed hoc nō est, nisi pro peccato graui: ideo peccauerant nimis.

Quinto, quia isti murmurare fecerunt populū, sed qui pręstat alteri scādalum peccat grauiter, & melius esset ei, quòd suspenderetur ei ad collum mola asinaria, & proijceretur in profundum maris, quàm quòd præstaret alicui scandalum, Matth. 18. quanto magis si quis scandalizet vnum magnum populum. sed ita fuit hic, quia isti murmurare fecerunt totam multitudinem: ideo nimis peccauerunt. patet hoc sequen. cap. scilicet, igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerunt contra eum omnem multitudinem detrahentes terræ, quòd esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini.

Dicendum exploratores istos decem grauiter peccauisse, sed in quo verbo, vel facto peccauerint non est omnibus notum.

Aliqui dicunt, q̄ exploratores non peccauerunt. Primo, quia ipsi nō dixerunt aliquod falsum, vt patet ex verbis eorum. nam laudauerunt terram, dicētes q̄ flueret lacte & melle: laudando autem illam non poterant peccare, quia fauebant Deo: dixerunt etiam q̄ habebat cultores fortissimos, & vrbes grandes, atque muratas, & quòd erant ibi filij Enachim, & habitabat Amalech in Meridie, Hethęus, Iebusęus, Amorrheus in mōtanis, & Chananęus iuxta mare. Sed omnia hęc sunt vera: ideo non peccabant ea referendo.

Secundo, quia cum obijcitur, q̄ isti fecerunt murmurare populum, videtur fuisse sine culpa eorum, qa ipsi vera dicebant, & talia ad eos dicere pertinebat: iō si inde scandalizarentur populares non peccabāt ipsi; & patet hoc Deute. 1. quando Hebræi dixerunt, quo ascendemus: nuncij terruerunt cor nostrum. nam sequitē q̄ dixerint: maxima multitudo est, & nobis statura procerior, vrbes magnę, & ad cœlum vsque muratę: filios Enachim vidimus ibi. sed hęc omnia pro quibus dicebant Hebręi se territos vera erant, vt nūc dictū est. ergo non peccabāt exploratores dicēdo ista.

Sed aliquis dicet, q̄ peccauerunt, quia licet ista vera essent, debuissent potius illa tacere, vt non scandalizaretur populus, cum agnoscerent esse populum cordis pauidi, debet tamen valde caueri scandalum pusillorum. Dicendum q̄ etiam loquendo ista non peccabant, quia Moyses illis hoc pręceperat. nam iussit eis, q̄ omnia ista explorarent, & tamē reddituri erant rationem de omnibus, quę eis mandata fuerant, & hoc referendo illa: ideo dicendo hęc non peccauerunt.

Istud patet, quia exploratores dixerunt hic quinque. Primum q̄ terra fluebat lacte & melle. Secundum q̄ habebat habitatores fortissimos. Tertio, q̄ habebat vrbes grandes, atque muratas. Quartum q̄ viderant ibi stirpem Enachim. Quintum quòd Amalech habitabat ī Meridie, Hethęus, Iebusęus, & Amorrhęus in montanis. Chananęus vero iuxta mare, nihil aliud est in verbis eorum, vt patet hic in litera. Sed omnia hęc q̄siderare iusserat Moyses, yt patet ex verbis eius supra in litera, ſ. cumque veneritis ad montes cōsiderate terram qualis sit, & populū, qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures, ipsa terra bona, an mala, vrbes quales muratæ, an absque muris. Et sic apparet, quomodo applicari possint singula, quę dixerunt exploratores ad ea, quę pręcepit illis Moyses. Nam primum, quod dixerunt, ſ. terram fluere lacte & melle, ptinet ad illud, quod dixit Moyses. considerate terram qualis sit. Secundum quod dixerunt, ſ. q̄ habebat habitatores fortissimos, pertinet ad illud, quod dixit Moyses, ſ. & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus. Tertium dictum exploratorum. ſ. habet vrbes grādes, atque muratas, pertinet ad id quod dixit Moyses. vrbes quales muratę, an absque muris. Quartum dictum ipsorum, scilicet, stirpem Enachim vidimus ibi, pertinet ad id, quod dixit Moyses. populum qui habitator est terrę, vtrum fortis sit an infirmus: tamē Enachim sunt fortissimi omnium hominum, & pro hac fortitudine nominauerunt eos exploratores. Quintum. ſ. Amalech habitat in Meridie ad illud idem pertinet de habitatoribus terrę loquuntur: ideo nihil dixerūt hic exploratores, nisi id quod pręcepera[illegible] eis Moyses inquirere, & ita non peccarent obedientes præcepto.

Dicendum quòd exploratores peccauerunt, vt diximus supra, & fuit primo peccatum eorū, quia malo animo dixerunt, quicquid dixerunt, siue illud verum esset, siue falsum: sic innuitur sequen. ca. cum dr. Seruum meū Caleb, q plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terrā hanc. iste erat explorator: & dicitur plenus alio spū, quasi dicat, alij exploratores pleni erāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

malo ſpiritu, & iſtud erat, inquantum diſſuadebāt populo tranſitum in terram Chanaan, quod erat contra voluntatem Dei: ideo etiam ſi bona dicerent, & terrā illam laudarent, dum tamen hac intentione agerent peccabant. Secundo, quia iſti mentiti ſunt, & hoc in multis. Primo, quia aſſeruerūt tam potentes Chananęos, ꝙ nullo modo Iſraelitę prędualerent contra eos, vt paret infra in litera, ſalij vero, qui fuerant cum eo dicebant. nequaquā ad hunc populum valemus aſcēdere, quia fortior nobis eſt: prędualuerunt poſtea contra eum, ideo iſti mentiti ſunt. Secundò mentiti fuerunt imponendo falſa crimina terrę Chanaan, ſ. quòd eſſet peſſimę habitationis, vt patet infra in litera, ſ. detraxerūt quoq; terrę, quā inſpexerāt apud filios Iſrael dicētes. terra quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos. Tertio, quia circa illa, quæ viderant magnificabant vltra veritatem, id quod videbatur eſſe nociuū, aut diſtrahēs ab introitu in terram Chanaan. nam ibi erant quidam gigantes magni, quos timere poterant Hebrei, & tamen exploratores attribuerent eis maiorem quantitatem, quàm haberent. nam dixerunt ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach, de genere giganteo, quibus comparati quaſi locuſtę videbamur. ſed hoc falſum eſt, quia nullus homo etiam recenter natus poteſt videri in comparatione alterius hominis, quaſi locuſta; ſed hoc dicebāt iſti ad terrendum. Quarto, quia etiam in hoc tacuerunt aliquid, quod poterat minuere timorem Iudęorum. nā ſi iſti gigantes eſſent multi, poſſent rationabiliter timere Hebrei: erant tamen ſoli tres, vt patet ſupra in litera, ſed iſti tacuerunt numerum illorum, dicentes ſolum, vidimus ibi quędam monſtra filiorum Enach, quaſi innuerent iſtos eſſe multos: ideo peccabant. Quinto, quia aſſeruerant aliud falſum, ſ. omnes Chananæos eſſe maioris ſtaturæ excellenter, quàm Hebrei, cum dixerint. populus quem aſpeximus procerę ſtaturæ eſt: Chananæi tamen regulariter non erant maiores corpore, quàm Aegyptij, & Hebræi, & alij populi illarum terrarum, & videtur ꝙ mentiti ſunt iſti magnificando ſtaturam eorum.

Cum autem obijciebatur ſupra, ꝙ iſti verum dixerunt in omnibus. Dicendum non eſſe ſic, quia in multis mentiti ſunt, vt dictum eſt. ſed eſt conſiderandum, quòd in quibuſdam verum dixerunt exploratores, in alijs autem falſum: ea enim quę dixerunt, antequam Caleb inciperet compeſcere murmur populi, vera ſunt quantum hic in litera apparet. & illa allegabantur ſupra, vt dicta ab exploratoribus: alia autem dixerunt poſtquam incępit Caleb compeſcere populū murmurantem, & iſta non ſunt vera; & hęc habentur circa finem capituli, & ſunt quę prędcedenti quæſt. in contrarium allegata ſunt, & ſic intelligendum, quòd exploratores a principio incęperūt verum dicere: poſtea tamen vel videntes populum inclinatū ad aliud, vel propter aliam cauſam multa dixerunt falſa.

Cum autem dicebatur ſupra, ꝙ ſi murmurauerūt Iſraelitę audito, eo quod dicebant exploratores, non peccauerint exploratores, quaſi dixerint vera in omnibus. Dicēdum falſum eſſe, quia multa falſa aſſeruerunt, ſicut ſupra oſtendimus; & in hoc mouebāt populum ad murmurandum: & patet hoc Deut. 1. cum dixerunt Iſraelitę, quo aſcendemus? nuncij terruerūt cor noſtrum, dicentes maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura procerior, vrbes magnæ, & ad cœlum vſq; muratę. Ecce duo erant hic falſa, primum quòd tota multitudo Chananęorum eſſet procerior in ſtatura Hebręis; ſed hoc falſum erat, niſi quantū ad illos tres gigantes, qui erant in vrbe Hebron, de quibus ſupra in litera. Secundum erat, quia dixerunt vrbes, vſque in cœlum eſſe muratas, quia licet hoc poſſet dici per hyperbolem ad ſignandum muros excelſos: tamē iſti ex modo loquendi voluerunt rem nimis magnificare, vltra id quod erat, in quo ſcandalizabant Hebræi.

Cum autem obijciebatur ſupra, ꝙ iſti nihil dixerūt vltra id, quod Moyſes ab eis petiuerat, falſum eſt, quia id quod petitum eſt dixerunt iſti magis magnificando, ſ. Moyſes petiuit conſiderari, an vrbes eſſent muratę, vel ſine muris: iſti autem dixerunt, ꝙ erāt vrbes muratę, vſque ad cœlum, quod erat aliquid vltra veritatem, etiam alia dixerunt, quę Moyſes non petiuit, vt eſt illud infra in litera, ſcilicet, terra, quā luſtrauimus deuorat habitatores ſuos. ideo non poſſunt excuſari a peccato.

Quare dixerunt, ꝙ lacte, & melle manabat. Et quòd exploratores dixerunt aliqua, vt remouerent Iudæos a deſiderio intrandi terram promiſſionis. Quæſt. XLIII.

ADHVC quæretur quando exploratores dixerūt, venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quę re vera lacte & melle fluit. qua intentione hoc dixerunt?

Dicendum, ꝙ hic dixerūt exploratores aliqua, quæ erant in fauorem terrę Chanaan, ſ. ꝙ fluit lacte, & melle, & incitare poterat Iſraelitas ad volendum ire illuc, alia dixerunt quæ videbantur vera, tamē aliquo modo diſtrahebāt Iudęos a deſiderio intrandi in terram Chanaan, & iſtud eſt cum dixerunt, cultores habet fortiſſimos, & vrbes grandes, atque muratas, ſtirpem Enachim vidimus ibi. Iſta tria aliquo modo erāt vera, & tamen diſtrahebant Iſraelitas a deſiderio terrę Chanaan, quia oſtendebant quandam difficultatem acquirendo illam. nam habitatores fortiſſimi defenderent eam. etiam vrbes muratas non poſſent irrumpere Iudęi, gigantes quoque valde nocerent eis, quibus erant viribus impares.

Dici autem poteſt, ꝙ iſta dixerūt exploratores malo animo, ſ. intētione diſſuadendi Hebręis introitum in terram Chanaan. Quod patet primo, quia dicitur ſequen. ca. ꝙ Caleb plenus alio ſpiritu ſecutus eſt Dominū. in quo innuitur, ꝙ alij exploratores nō habuerunt talem ſpiritum, qualem Caleb. ſed ille habuit bonum: ideo alij exploratores habuerūt malum ſpiritū, ſcilicet, deſiderium diſſuadēdi Iſraelitis introitum in terram Chanaan. Secundo patet, quia dicitur infra in litera. alii vero, qui fuerant cum eo dicebant, nequaq; ad hūc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt. & ſic innuitur, ꝙ omnia quę ante hoc dixerāt eo animo dixerant, vt diſtraherent Hebręos a deſiderio intrandi in terram Chanaan.

Sed obijcietur, ꝙ iſti laudauerunt terram illam dicentes. ꝙ flueret lacte & melle. Dicendum, ꝙ hoc nō tollit prauam intentionem eorū, ſed factum eſt propter duo. Primo, quia non poterant negare pinguedinem terrę: portabant enim ſecum fructus, qui oſtendebant illam pinguedinem: ideo non negauerunt illam. Secundo, vt magis ſuaderent populo, quod volebant: non poterant autem ſuadere, niſi crederetur eis, ſi tamen omnia dicerent contra terrā Chanaan, forte eſſent ſuſpecti, ꝙ odiſſent: ideo dixerunt aliquid ad laudem eius, & hoc fuit in principio, vt ea quæ poſtea dicerent in odium illius crederentur.

Quare primo laudem terræ Chanaan dixerunt, poſtea vero detraxerunt ei. Quæſt. XLIIII.

ADHVC quæretur, quare iſtud de laude poſuerūt ante cætera, quæ erāt in odium terræ Chanaan? Dicendū primo fuiſſe ad habendū fidē, quia ſi ſtatim dicerent ea, q̄ pertinebant ad odiū, forte nō crederęt eis continuantibus ſemper in eis, quę ad odium pertinebant: cum autem dixerunt iſtud ad laudem, acquiſuerunt ſibi fidem pro ſequentibus, quę dicerent. Secundo, quia oportebat aliquando dici iſtud, quod pertinebat ad laudem, cū portarent ſecum fructus oſtendentes terrę laudem, & tamen non conueniebat dici iſtud in fine, quia intentio exploratorum erat concludere in odium terrę Chanaan, ſed laudare eam erat contrarium huic: ideo non debebat dici in cōcluſione, vel in proſecutione rationis, ſed in principio. Tertio quia, qui ſuadet debet incipere a notiſſimis, cum in ipſis ſit maior fides: nihil tamen poterat eſſe manifeſtius, quàm id quod exploratores in manibus portabant, ſ. pinguedo terrę Chanaan: ideo de illa dicere incęperunt. Quarto & præcipuè, quia videbantur in hoc reſpondere ad quęſita Moyſi: ille enim dixerat, cumque veneritis ad montes, conſiderate terrā qualis ſit. & quia iſtud erat primum, quod Moyſes iuſſit inquiri, reſponderunt exploratores primo ad hoc dicentes, de pinguedine terrę, quia iſtud petebat Moyſes, cum dixit. conſiderate terrā qualis ſit, ideſt an pinguis, aut ſterilis, licet illud poſtea magis declarabit.

Quid nuncij intendebant narrando habitationem Amalech, & aliorum. Quæſt. XLV.

SED quæretur quid intendebant exploratores cum dixerunt: Amalech habitat in Meridie. Hethęus, & Iebuſęus, & Amorrhęus in montanis. Chananęus vero iuxta mare.

Aliqui dicunt, ꝙ per hoc reſpondebant ad quoddā dictum Moyſi, qui iuſſerat inquiri de habitatoribus terrę, an eſſent pauci numero, vel plures: ideo narrauerunt, qui eſſent omnes habitatores terrę Chanaan, & dixerunt eſſe iſtos, ſ. Amalech, Hethęum, Iebuſęum, Amorrhęum, & Chananæum, quaſi nulli alij habitarent in terra. Sed dicendum, ꝙ nō ſtat. Primo quia hic ponitur Amalech, & tamen Amalechitę nō habitabant inter terram Chanaan, ſed extra illam. Secundo, quia non poterant eſſe iſti omnes habitatores terrę Chanaan, quia in terra illa habitabant ſeptē populi, i. Hethęi, Heuęi, Chananęi, Iebuſęi, Amorrhæi, Gergeſęi, & Ferezęi. hic tamen ſoli quatuor illorum ponuntur: non ergo intendebant iſti ponere, quot & qui eſſent habitatores terrę. Tertio, quia ſi hoc intendebant exploratores ponerent habitatores in omnibus partibus terrę Chanaan, & tñ ſolum ponitur hic de quibuſdam, qui nō ſunt oēs partes terrę Chanaan: ideo non intēderunt hoc exploratores. Aliqui dicūt his non obſtantibus fuiſſe illam intentionem exploratorum: & cum obijcitur primo, ꝙ Amalechitę nō habitabant in terra Chanaan, concedunt illud. ſed dicunt, ꝙ exploratores neſciebant, an Amalechitę eſsēt pars quędam terrę Chananęorum, cum eſſent ꝓiunctī terrę Chanaan: ideo nominauerunt eos inter populos terrę Chanaan. Ad aliud quod obijciebatur de ſeptem populis Chananęorum. dicūt verū eſſe fuiſſe ſeptem populos: ſed reſpondent ad hoc dupliciter. Vno modo, ꝙ exploratores neſciebant oēs populos terrę Chanaan: iō potuerunt credere illos ſolos quatuor eſſe; & ita aſſeruerunt. Alio modo dicunt exploratores ſciuiſſe populos terrę Chanaan eſſe ſeptē: noluerunt tamē exprimere omnes proprijs nominibus, quia intelligunt nomine Chananęi, quod eſt nomen generale ad omnes.

Sed dicendum, ꝙ iſta non ſtant: cum enim dicunt primo exploratores credidiſſe Amalechitas eē de populis terrę Chanaan. dicendum non eſſe verū. Primo, quia apud oēs Iſraelitas certum erat, ꝙ Deus ſolū ꝓmiſerat eis ſeptem populos terrę Chanaan, qui ſępe nominantur, Exo. 3 & 4 & Deut. 7. c. & promiſerat illo Deus Iſraelitis tradere, antequā exirent de Aegypto, Exo. 3. ita vt nullus poſſet de his dubitare, ſed inter illos non eſt Amalech. ideo nō poterant exploratores credere Amalechitas eſſe de Chananęis. Secundo, qa ad exploratores pertinebat conſiderare diligēter omnia, quæ pertinerent ad terram Chanaan, quia ad hoc mittebantur. ꝙ tñ vnam regionem magnam, ſ. Amalechitarum, quę non erat de terra Chanaan, putarent eſſe de illa, magna ignorantia erat, quæ nōn pōt ſtare cum diligenti, vel mediocri, aut aliquali conſideratione terrę.

Cum autē reſpondebatur, ꝙ iſti putauerunt ſolum eſſe quatuor populos terrę Channan, qui nominantur hic. Dicendum, ꝙ non ſtat. Primo, quia vt dictū eſt oēs Hebręi nouerant ſeptem populos eſſe terrę Chanaan: non ergo poterant exploratores illud ignorare. Secundo, quia ſic nō ſufficienter ipſi explorāſſent terram, cum populi eſſent ſeptem, & ipſi ſolos quatuor vidiſſent, & tamen diligenter conſiderare terram iuerant. Tertio, quia ſi iſtud dicerent, ſtatim Moyſes, & cęteri Iſraelitę ſcirent eos mentitos eſſe, & in nullo crederent illis, quia ipſi nouerāt eſſe ſeptem populos Chananeorum.

Cum vero dicebāt exploratores ſciuiſſe eſſe ſeptē populos, ſed nō expreſſiſſe oēs, quia intelligebāt eos nomine Chananęi. dicendum non ſtare. Primo, quia Chananaus accipitur dupliciter. Vno modo, vt eſt nomen vnius populi; & diſtinguitur contra alios ſex populos terrę Chanaan: aliqñ autem accipiē, vt nomen generale, ſignans omnes populos exiſtentes in terra illa. Accipiendo ſecundo modo, bene intelligunt oēs populi nomine Chananęi, & tamen tunc Chananęus non diſtinguitur contra alios populos, quia ſignificat illos, & tamen hic diſtinguitur Chananęus ꝯ Amorrhęum, Iebuſæum, & Hethæū. ergo non accipitur, vt nomen generale, & ſic erunt hic ſoli quatuor populi terrę Chanaan. Secundo, quia non pōt accipi Chananæus, vt includit alios populos, qa tunc Chananęus occuparet totam terram Chanaan, & tamen ponitur hic, quòd Chananæus habitabat ſolum iuxta mare, & fluenta Iordanis: ideo oporter, quòd ſit iſte vnus ſpecialis populus, cum habeat determinatum locum.

Tertio, quia dato quòd iſti poſſent nomine Chananæi intelligere alios populos, non facerent, ſed potius exprimerent eos ex nomine, quia intēdebant incutere timorem Hebræis, vt non irent in terrā Chanaan, ſed quanto plures populos habitatores terrę eis nominarent, tanto eos plus terrerent: ideo ſi intenderent nominare habitatores terrę Chanaan, omnes illos exprimerent, & nō ſolum iſtos quatuor populos. Dicendum quòd exploratores non intenderunt per hoc nominare omnes habitatores terræ Chanaā: immo neque aliquos illorum, ſed ſolum oſtendere difficultatem introeundi in terram Chanaan, & ad hoc nominauerunt illos populos, qui erant in lateribus terræ Chanaan, per quæ erat introitus, & quia omnes iſtæ erant gentes fortiſſimæ, innuebant quòd non erat poſſibile, aut ſaltem facile introire in terrā Chanaan. Et iſtud patet, quia ſolum nominauerunt hic illa latera, per quæ erat introitus, ſcilicet, Meridiē, & Orientem. nam ex alijs lateribus non poterat eſſe introitus: totum enim latus Occidentale terrę Chanaā circundabatur a mari magno infra 34. cap. latus vero Aquilonare erat maxime diſtans a loco, in quo nunc erant Hebræi, quia erant ad partem Meridianam terræ Chanaan, ſcilicet, in Cadesbarne, quæ eſt in latere Meridiano infra 34. capit. ideo per illud latus certum eſt, quòd non intrarent. manebant ergo duo latera, ſcilicet, Meridianum, & Orientale, per quæ Hebræi poſſent

possent intrare, & de istis ponitur difficultas intrandi, & ponuntur gentes, quę habitabant in istis lateribus. nam Amalechitę erant ad Meridiem: Ethęus autem Amorrhęus, & Iebusęus erant in montanis, quę sunt circa Meridiem terrę Chanaan contra Orientem, & contra Occidentem: Chananęus autem habitabat in latere Orientali, cū dicatur, ꝙ habitabat iuxta mare, & fluēta Iordanis. est aūt mare Sodomorū, vel aliud, qđ vocāt mare Cenereth, & vtrūq; est in latere Oriētali terræ Chanaan. ℣. 34. c. istę aūt gētes cū essent robustę impedirent introitum Iudęorum in terrā Chanaan. Et ista est vera causa, quare nominantur hic istæ solæ gentes de terra Chanaan, ſ. quia per istas solas erat introitus. Si autē per omnia quatuor latera esset ęqualiter facilis introitus, nominarentur omnes gentes, quę erant apud illa latera, & sic nominarentur omnes ſeptem populi Chananęorum.

Quare nominauerunt Amalechitas, qui non sunt de terra Chanaan. *Quæst. XLVI.*

SED quęre tur cū exploratores vellent dęsignare ista latera terrę Chanaan, quare nominauerunt Amalechitas, qui non sunt de terra Chanaan? Dicendum, ꝙ hoc fuit, quia exploratores voluerunt hic ostendere difficultatem introeūdi in terrā Chanaan, & quia quędam difficultas præstabatur ad Amalechitis, nominati fuerunt illi; hoc autē erat, quia licet Amalechitę nō sint in terra Chanaan, sunt iuxta illam ad latus Meridianum eius, & cū nūc Hebręi venirent de Aegypto, vt intraturi essent in terrā Chanaan, quia veniebant per partem Meridianam, oportebat, ꝙ transirent per terram Amalechitarum, sed Amalechitę resisterent eis ad transitum, quia erāt hostes eorum, & iam iterum pugnauerant cōtra eos, Exo. 17. c. ideo ponuntur Amalechitę, quasi aliquod impedimentum ad intrandum in terram Chanaan.

Et non est intelligendum, ꝙ exploratores dixerint Amalechitas esse intra terrā Chanaan: sed dixerunt Amalech habitat in Meridie, ideſt ad partē Meridianam iuxta terram Chanaan, sed non intra terram ipsam. & ista est causa, quare prius nominauerunt hic Amalechitas, quàm aliquos de populis Chananęorū: non quidem quasi ipsi essent amici Chananęorum, vel adiuuare vellent eos contra Israelitas, sed quia ad transeundum in terram Chanaan, ituri erant per terram Amalechitarum, resisterent illis in primis Amalechitæ. & ita factum est, quia sequenti die post hoc facta murmuratione cęperūt Hebręi ire in terrā Chanaan, & in ipso die occurrerunt eis Amalechitæ occidentes multos de ipsis sequen. c.

Propter quid insurrexit murmur in populo, quia nuncij adhuc nihil ad hoc incitans dixerant. Et quòd quatuor difficultates intrandi in terram Chanaan videbantur. *Quæst. XLVII.*

QVAERETVR cum post prędicta verba exploratorum dicatur, inter hęc Caleb compescēs murmur populi, qui oriebatur: qūo erat istud murmur: vel vnde insurrexerat, quia nondum dixerant aliquid exploratores, propter quod populus murmurare deberet? Aliqui dicunt, ꝙ hic est anticipatio: nō enim fuit murmuratio aliqua, quousque exploratores dixerunt omnia verba sua, q̄ habentur in hoc cap. & murmuratio facta est sequen. cap. cum dicatur in principio eius, igitur omnis turba vociferans fleuit, & tunc erat aliqua causa murmurādi, quia exploratores dixerant multa contra terram illam, quę habentur hic in litera.

Dicendum, ꝙ non est hic anticipatio, sed rectus ordo. Primo, quia ex modo loquendi apparet cum dicatur inter hęc Caleb compescēs murmur, ideſt donec fierent, vel dicerentur incępit murmur, & illud compescebat Caleb. Secundo, quia necesse est dici, quòd ante expleta omnia verba exploratorū incępit murmur. Et patet quia statim post verba Caleb sequitur obiectio aliorum, ſ. alij vero qui fuerant cum eo dicebant, nequaquam ad hunc populum valemus ascendere. & sic Caleb incępit compescere murmur, antequam exploratores dicerent omnia, quę habent. ℣. in litera. Tertio, quia non potest poni esse eadem murmuratio, quę habetur hic, & in principio sequen. cap. Primo, quia dicitur hic, ꝙ oriebatur murmur contra Moysen, & sequen. ca. dictum est, ꝙ murmurati sunt contra Moysen, & Aaron. Secundo apparet ex modo locutionis, qa hic innuitur, ꝙ incipiebat murmur, cum dicatur murmur populi oriebatur, sed sequenti ca. innuitur iam esse magnum murmur, cum dicitur. Igitur omnis turba vociferans fleuit nocte illa. Istud tamen est maximum in murmure, ſ. ꝙ totus populus murmuret, & non quidē voce summissa, sed clamando, & vociferando: fuit ergo principium murmuris istud, quod hic compescebat Caleb: deinde autem exploratores dixerunt alia deteriora contra terrā Chanaan, & tunc creuit murmur, & vociferatus est totus populus, vt dicitur sequen. cap. non ergo fuit hic anticipatio, sed rectus ordo, & verè incępit murmur antequam exploratores dicerent omnia verba, quæ habentur in hoc cap.

Sed tunc manet dubitatio, quę prius, ſ. quomodo potuit insurgere murmur, cum exploratores nondū dixissent aliquid, propter quod populus deberet murmurare? Dicendum ꝙ istud fuit propter cor pauidū Iudęorum: paucis enim auditis statim turbabantur, vnde cum dixerint exploratores, ꝙ regio illa habebat cultores fortissimos, & vrbes grandes, atque muratas conterriti fuerunt Hebręi: nam ponebantur hic quatuor difficultates ad intrandum terram Chanaan. Prima, quia dicitur, ꝙ habebat cultores, ideſt habitatores fortissimos, & quia tales erant fortiter repugnarent Hebræis, vt non intrarent in terram suā. Secunda erat cum dicitur. vrbes grandes, atque muratas, in quo innuitur, ꝙ non possent eas capere Hebręi, qa cum magnę essent, habebant multos habitatores, qui eas defenderent, & cum essent valde muratę nō esset faciliter expugnabiles. Tertia erat, ſ. stirpem Enachim vidimus ibi, & tamen Enachim, ideſt gigātes magnū timorem eis inferrent. Quarta erat, ſ. Amalech habitat in Meridie, &c. vbi nominantur populi illi, per quos oportebat esse introitum, & erant fortes, nimisque resisterent Hebręis. ideo omnia hęc tantam difficultatem ingerebant Hebręis, ꝙ verisimiliter possent pro his murmurare. Item patet istud apertius Deut. 1. vbi ista sola ponuntur, & tamen Iudęi dicunt se propter hęc territos, ſ. quo ascendemus. nuncij terruerūt cor nostrum, dicētes maxima multitudo est, & nobis statura procerior, vrbes magnę, & ad cęlū vsque muratę: filios Enachim vidimus ibi. & sic nuncii per ista verba terruerant eos, licet postea plura dixerūt, per quæ creuit terror, scilicet ea, quæ habentur, vsque ad finem. cap.

Quid dicebant Hebræi murmurando. *Quæst. XLVIII.*

SED adhuc quęretur quid erat istud, quod Israelitæ dicebant murmurātes. Dicebant, ꝙ multa erāt, licet tēderent ad diuersa: aliqñ. n. dicebāt, impossibile esse, ꝙ ꝑualerēt ꝯ Chananęos: iō ꝙ nō expediebat ire illuc, & istud est primum, qđ dicebant, vt colligitur

colligitur ex verbis Caleb: nam dicitur, ꝙ Caleb cōpescebat murmur populi dicens. ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. non tamen faceret hoc ad propositum murmuris, nisi murmurantes dicerent, quòd non expediebat ire, quia non poterant obtinere terram. hoc igitur est, qđ dicebant. Secundo patet, quia post verba Caleb sequitur, ꝙ alii dixerunt, nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. sed constat, ꝙ hoc dicebant in fauorem murmurantium, & contra Caleb compescentem murmur. igitur murmurātes illud dicebant. Aliud quoque dicebant, ſ. Deus odit nos, ideo vult, ꝙ eamus in terrā Chanaan, vt pereamus, sic dicitur Deut. 1. ſ. murmurati estis in tabernaculis vestris, atque dixistis, odit nos Dominus, & iccirco eduxit nos de terra Aegypti, vt traderet in manu Amorrhęi atque deleret: ista est praua murmuratio cum asserant, ꝙ Deus eos oderit, Deus tamen nihil odit eorum quę fecit Sap. 11. etiā innuebant, ꝙ Deus non poterat occidere eos aliter, aut alibi, nisi per manum Amorrhęorum, quod nefandum est cogitari. Alii autem murmurabant aliter dicentes. vtinā mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine, vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam. ne cadamus gladio, & vxores, ac liberi nostri ducantur captiui sequen. ca. & sic varie murmurabant, secundum ꝙ incidebat eis varius affectus, & nulla expressio verborum sufficiebat magnitudini doloris sui, ideo oportebat, vt varie loquerentur, nūc vno modo, nunc alio.

Quomodo murmurauerunt contra Moysen, & quare. *Quæst. XLIX.*

ADHVC quęretur quomodo dicitur hic, ꝙ murmurati sunt contra Moysen, & quare contra Moysen? De primo aliqui dicunt, ꝙ non fuit murmuratio contra Moysen, sed contra Deum, quia dicitur Deut. 1. murmurati estis atq; dixistis odit nos Dominus, & iccirco eduxit nos de terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhęi.

Dicendum, ꝙ siue verba directe dicerentur contra Deum, siue contra Moysen semper erat murmuratio contra Deum, quia Moyses non erat, nisi vt minister Dei, & nihil faciebat, nisi quod Deus iubebat. Sic. n. dixit Moyses iterum cum murmurarent Israelitę ꝯ eum, & contra Aaron in fra 16. ſ. quid est enim Aarō, vt murmuretis contra eum? quasi dicat, ipse nihil est, & murmuratio vestra non est ꝯ eum, sed contra Deū. Adhuc tamen dicendum, ꝙ hic dicebantur murmurare Israelitę ꝯ Moysen, quia verba sua dirigebant cōtra eum, & hoc faciebant propter duo. Primo quia licet voluntas sua esset praua contra Deum, tamen forte nō audebāt loqui ꝯ ipsum, timentes eum, sed Moysen non timebant, ideo contra eum loquebantur. Secundo potuit esse hoc, quia hoc malum totum, quod patiebantur Israelitæ putabant esse a Moyse, nolebāt enim ꝙ egressi de Aegypto venissent in hanc solitudinem, Moyses tñ eduxerat illos de Aegypto, & induxerat in hanc solitudinem, ideo indignati in eū murmurabant contra ipsum. Adhuc quęretur cum dicat, ꝙ alij dicebant, nequaquam ad hūc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est, an isti peccauerint?

Dicendum ꝙ sic. primo quia isti erant ꝯ Caleb: ipse enim Caleb compescebat murmur populi dicēs. ascē damus, & possideamus terram, qm̄ poterimus obtinere eam: isti è ꝯrio dicebant, nequaquam ad hūc populum valemus ascendere. Secundo, quia isti qui hęc dixerunt erāt exploratores, cū dicatur in litera. alii vero qui fuerant cum Caleb dicebant, nequaquam ad hūc populum valemus ascendere, & tamen alii exploratores mortui sunt, quia murmurare fecerant populum sequen. cap. ergo peccabant in his verbis.

Sed objicietur, ꝙ non peccarent, quia verum dicebant, ſ. quòd iste populus fortior erat eis. sic enim Deus dixit Deut. 9. audi Israel, tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, populum magnum atque sublimē, filios Enachim, qbus nullus potest ex aduerso resistere. vtrunque ergo istorum verum erat. ſ. quòd non valerēt ascendere ad populum istum, & ꝙ iste populus fortior eis erat.

Dicendum istud verum esse, & tamen adhuc peccabant dicendo hoc, quia diffidebant bonitati Dei, & faciebant ipsum mendacem, promiserat enim introducere eos in terrā Chanaan, & subijcere eis populos illos, ideo etiam si fortiores essent, nō debebant timere, cum Deus mentiri non posset. Sic dicitur Deut. 7. c. ſ. si dixeris in corde tuo, plures sunt gētes istę quam ego, quomodo potero delere eas? noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Pharaoni, sic faciet cunctis populis quos metuis.

Quid fuit istud detrahere de terra. *Quæst. L.*

ADHVC quæretur, cū dicatur ꝙ isti detraxerunt terræ, quam inspexerant apud filios Israel, quid fuit istud detrahere. Dicendum, ꝙ detrahere est diminuere famam, vel honorem alicuius, & hoc putāt quidam fuisse inquantum dixerunt exploratores, ꝙ illa terra habebat habitatores fortissimos, & vrbes grādes. Sed dicendum, ꝙ ista aliquo modo pertinent ad incitatiuum murmurandi, vt supra declarauimus. sed non pertinent ad detractionem, cum detrahere sit famam vel honorem minuere, & tamen dicendo hoc non minuebatur fama terrę Chanaan, sed potius extollebatur. ſ. quòd haberet habitatores fortissimos, & vrbes grandes atque muratas.

Est ergo intelligēdum, ꝙ aliquod aliud malum, & falsum dicerent exploratores contra terrā Chanaan: hoc est, ꝙ terra illa erat mala ad habitandum, & ꝙ homines pauco tempore viuebāt in ea. istud patet, quia litera illud expressit, ſ. detraxerunt terræ dicentes. terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. & ita istud dicentes detrahebant, & non in aliquo alio.

Quid intelligitur per terram deuorare habitatores suos. *Quæst. LI.*

SED quæritur quid intellexerunt isti dicendo, terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de mala complexione terræ, ita vt homines pauco tpe possent ibi viuere, & paterē tur ibi pessimas ęgritudines. Alij dicunt, ꝙ intelligitur de bonitate terrę, ſ. ꝙ terra erat tam fertilis, & opulenta, ꝙ ab omnibus desiderabatur, ideo habitatores eius nunquam erāt in pace, sed cum quidam eam possiderent, superueniebant alij pugnātes ꝯ priores, & eijciebant eos de regione, vel in ipsa occidebant eos. Alij dicunt, ꝙ intelligitur, ꝙ terra deuorabat habitatores, ſ. ꝙ oēs qui in ea nascebantur moriebantur in ea: tam bona enim erat, ꝙ nullus volebat exire, vel peregrinari ex ea, ideo qui ibi nascebatur ibi moriebatur, & sic terra deuorabat eum. Dicendum, ꝙ secunda istarum positionum non tenet. Primo quia exploratores dixerūt hoc ad malum, illud tñ pertinet ad laudem. ſ. ꝙ terra sit tam bona, ꝙ homines concupiscant eam. Secūdo quia non applicatur ad propositum, nā si superuenientibus aliis expelluntur habitatores de terra, nō dicere tur terra deuorare eos, sed potiꝰ euomere, ſ. expellere de se, quia deuorare est includere in se. sic patet Leui.

18. ſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

18.ſ.cauete ne terra vos euomat, cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, quę fuit ante vos.i.expulit eã a ſe. Tertio,quia ẽt ſi habitatores terræ ab aliis ſuperuenientibus occiderentur in ea,& non eijcerentur de illa,adhuc non diceretur, ꝙ terra deuorat habitatores ſuos,quia hoc eſt,ꝙ terra aliquid faciat,quia qui deuorat aliquid facit:tñ hoc mõ terra nihil faceret, ſed hoſtes ſuperuenientes, ideo terra non dicerẽt deuorare habitatores. De tertia poſitione dicendum ẽt,ꝙ non ſtat,quia dr̃ hic,ꝙ exploratores detraxerunt hic, & tñ dicendo iſtud non detraherent, ſed potius laudarent, quia ad laudem terrę pertinet, ꝙ nemo velit exire de ea.Secundo,quia dr̃ deuorat habitatores,deuorare autem ſignificat aliquod malum, ſed ꝙ homo velit ſemper manere in aliqua terra propter bonitatem eius,& ibi vitam compleat,non eſt aliquod malum,quod terra ei facit, ideo non dicetur iſtud deuorare habitatores. Sed dicendum eſt primam poſitionem eſſe verã: aſſeruerunt enim exploratores, ꝙ terra illa erat malæ complexionis, & quòd homines ibi cito moriebantur,& ex peſſima ęgritudine, & quia nõ proueniebat hoc,niſi ex praua qualitate terræ, dicebatur terra deuorare habitatores.quaſi ipſa eos occideret. Iſtud autem dixerunt exploratores,quia forte,quãdo ipſi iuerunt in terram Chanaan erat ibi aliqua grauis peſtis, in qua moriebantur plurimi: ipſi vero voluerũt iſtud attribuere malę qualitati terræ, quaſi illa ſemper eſſet talis, & in hoc minuebant honorem illius, quia non erat iſtud verum,

Quare dixerunt homines eſſe ſtaturæ proceræ,&c.Et quòd per hoc detraherent terræ.
Quæſt. LII.

SED dicetur cum addatur in litera. terra deuorat habitatores ſuos, populus quem aſpeximus procerę ſtaturæ eſt, ibi vidimus quędam monſtra filiorum Enach:quomodo eſt verum, quòd dicendo hæc detrahebant terræ?

Dicendum,ꝙ iſtud non fuit detrahere, ſed magis eſt laus quędam, licet non fuerit dictum ad laudem, nam ꝙ regio aliqua gignat homines magnæ ſtaturæ laus eius eſt:etiam ꝙ gignantur in ea gigantes, ſiue filii Enachim,non eſt vituperium terrę,ſed potius ſi terra non poteſt gignere,niſi homines paruæ ſtaturæ, & viribus infirmos eſt ignominia terræ. Dicendum igitur,ꝙ non fuit iſtud detrahere terræ, ſed erat incitare ad murmurandũ, quia exploratores non intendebant detrahere terræ abſolute,quaſi iſte eſſet finis ad quem loquebantur,ſed finis erat,vt diſtraherent populum a deſiderio eundi in terram Chanaan, quod facerent tã maledicendo terrę, quam ponendo difficultates poſſidendi eam,ideo aliquando detrahebant, ſicut in verbo illo, terra quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos.Aliquando autem ponebant difficultates, ſicut dicẽdo populus quem aſpeximus procerę ſtaturę eſt, vidimus ibi monſtra filiorum Enach. Et cum obijcitur, quòd in hoc detraxerunt terræ negandum eſt, quia id quod in litera dicitur, detraxerunt terrę dicentes, debet intelligi de litera ſequenti, ſcilicet terra,quã luſtrauimus deuorat habitatores ſuos, reliquum autem,quod ſequitur non copulatur cum illo verbo detraxerunt,ſed facit alias clauſulas,& contextum p ſe.

Conſiderandum autem, cum dicitur populus quẽ aſpeximus procerę ſtaturę eſt, & quod ſequitur, ibi vidimus monſtra quędam filiorum Enach: putant quidam pertinere ad idem,& quaſi vnum ſit expoſitiuum alterius.ſ.vt per totum illud nihil ſignificetur in ſe,niſi ꝙ viderunt quoſdã gigantes in terra Chanaan: & tamẽ volẽdo hoc magnificare, quaſi plures eſſent

F gigantes,dixerunt populus,quem aſpeximus,ſ.multi ſunt iſti gigantes,ita vt populus vocari poſſint. Dicẽdum tamen magis conſonare literę ꝙ ſint duæ clauſulę,& duo ſenſus diſtincti.Cũ enim dr̃ populus quẽ aſpeximus. intelligunt de tota gente Chananęorum, & illos dicunt generaliter procerę ſtaturę. cũ autem dicunt ibi vidimus mõſtra quędam filiorum Enach: intelligunt ſolum de tribus gigantibus nominatis ſupra in litera. tamen non exprimũt numerum illorũ. & patet ꝙ iſte ſit ſenſus, & non pręcedens, quia alias litera diſcordaret inter ſe, quia ſi vellent innuere tot gigantes eſſe ibi, vt populus dici poſſent, non dicerẽt ſtatim vidimus monſtra quędã filiorũ Enach,in quo ſignificãtur eſſe pauci.diſtinguere ergo iſta voluerũt.

G *Quare dixerunt quòd Chananæi eſſent proceræ ſtaturæ, cum tamen falſum eſſet. Quæſt. LIII.*

SED nunc quęretur cum Chananęi gñaliter nõ eſſent procerę ſtaturę,neq; maiores Hebręis, aut Aegyptijs, vel alijs populis vicinis, quare dixerũt iſti gñaliter populus quem aſpeximus procerę ſtaturę eſt? Dicendum ꝙ potuit primo dici ex intentione mentiendi, ad ſuadendum quod volebant,nam intendebant iſti detrahere populum a deſiderio eũdi in terram Chanaan: fieret autem hoc incutiẽdo timorẽ,& ponendo difficultates,ſed hoc maxime fieret dicendo,ꝙ oẽs habitatores terrę Chanaã erant magnę ſtaturę,quaſi eſſent fortiores eis,ideo licet in hoc mentirentur,dicere illud voluerunt. Scdõ
H potuit eſſe ex timore ipſorum exploratorũ: timentibus enim oĩa videntur maiora, & peiora q̃ ſint, & qa exploratores cęperant timere Chananęos pp aliqua quæ viderant vel ęſtimauerant, videbatur iam populus eis eſſe procerę ſtaturę, licet in veritate nõ eſſet.

An ſolus Caleb compeſcebat murmur. Quæſt. LIIII.

ADHVC eſt dubium cum dicatur hic de Caleb ꝙ compeſcebat murmur, an ſolus ipſe faciebat,vel etiam Ioſue cum illo. Aliqui dicũt ꝙ ſolus Caleb, quia litera de illo ſolo expreſſit: ideo non eſt cauſa aliqua,vt nos ſubintelligamus etiã
I Ioſue,quia eodẽ modo poſſemus ſubintelligere Moyſen & Aaron, qui zelabãt pro Deo, & ita nulla firmitas maneret in ſcriptura. Secundo, quia cum dicatur ꝙ Caleb cõpeſcebat murmur, dicens aſcendamus & poſſideamus terrã ſequitur. alij vero, qui cũ eo fuerant dicebãt: nequaq̃ ad hunc populũ valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt, & ita innuitur ꝙ omnes alij qui iuerant cum Caleb ad explorandum dicebãt nequaquam ad hunc populum &c. Alij dicunt,ꝙ Ioſue ſimul cum Caleb iſtud faciebat, ſcriptura tamen tacuit de Ioſue, ſicut quædã alia fiunt, quæ ſcriptura non refert,& ad hoc mouentur, quia Ioſue nõ poterat eſſe hic de ꝯdicentibus ipſi Caleb. ergo fauere ei,compeſcens cum eo murmur populi. Dicendum ꝙ Ioſue non cõpeſcebat nunc murmur populi,
K ſed ſolus Caleb, ſicut ſcriptura ipſum ſolũ expreſſit. quia tamen confirmabatur cum dr̃, alij vero qui fuerant cum eo: non eſt intelligendum ꝙ Ioſue fuerit de illis,quia illi incitabant populum ad murmurandum loquendo ꝯ Caleb: qui tamẽ de exploratoribus fecerunt murmurare populum, ſtatim mortui ſunt, vt patet ſeq.cap.Ioſue vero non perijt,ſed introiuit in terram Chanaan, ergo non murmurauit. vnde fuit hic medius, ſcilicet, neque murmurauit neque murmur compeſcuit.

Quare

Quare Ioſue non compeſcuit murmur cum Caleb. Et quòd Caleb excellentius ſe habuit quam Ioſue in pacificando.
Quæſt. LV.

SED quæretur, quare Ioſue non cõpeſcuit hic murmur,cum Caleb? Aliqui dicunt ꝙ compeſcuit, tñ ſcriptura non expreſſit, quia Moyſes ſcripſit iſtud, & noluit ponere laudes Ioſue,ne eſſet ſuſpectus de falſitate,cum eſſet Ioſue familiaris eius. Dicendum ꝙ nõ ſtat,quia pp hoc non taceret Moyſes.Primo, qa iſtud in illis qui ſcribunt humanitus haberet locum, ꝙ de eis ſuſpitio haberi poſſit, non aũt in illis qui diuinitus ſcribunt,ſicut ſunt prophetæ.Secundo, quia Moyſes de ſeipſo ſcribebat laudes, vt patet ſ̃.12.ca.ſ. erat autẽ Moyſes mitiſſimus ſuper oẽs homines qui morabantur in terra,ſed magis ſuſpectum eſt, ꝙ quis de ſeipſo laudes ſcribat,q̃ de quolibet alio. Tertio,quia Moyſes ſtatim ſeq.ca.ſcripſit de Ioſue, ꝙ ipſe ſimul cum Caleb compeſcerent murmur populi, ſicut ergo ibi nõ tacuit, ita nec taceret hic. Alij igitur dicunt, ꝙ Ioſue non compeſcuit nunc murmur populi cum Caleb, quia non erat pręſens, poſtea tñ in alia murmuratione,cum pręſens eſſet ipſe, & Caleb compeſcuerunt, vel conati ſunt cõpeſcere murmur populi. Alio modo poteſt dici,ꝙ Ioſue ẽt nunc eſſet pręſens,quia non erat verіſimile, ꝙ eſſet abſens, cum oẽs exploratores veniſſent nunc ad exponendum ea quæ viderant, ſed credi põt, ꝙ Ioſue ẽt ſi nunc eſſet pręſens, non auſus fuerit ꝯdicere populo, vel forte expectabat ſuper hoc iuſſionem Moyſi. Caleb aũt forte erat in hoc animoſior,ideo ille nihil aliud expectans ſtatim compeſcuit murmur loquens ꝯ populum, poſtea vero in ſequenti murmuratione Ioſue factus aĩoſior, vel forte cognita intentione Moyſi ſimul cum Caleb oppoſuit ſe populo ſeq.c.Sed dicendum, negari non poſſe quin Caleb ſe habuerit excellẽtius circa iſtas murmurationes compeſcẽdas quam Ioſue. Primo patet ex diuinis laudibus,Deus quippe laudauit eum ſuper hac re,& non Ioſue ſeq.ca.cũ dicitur, neq; quiſquam ex illis qui detraxit mihi intuebitur eam,ſeruum meum Caleb, q plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me,inducam in terram hanc,in quo laudat eum multipliciter.Primo,quia de eo ſolo loquĩt nullũ ei adiungens in hoc.Secundo,qa vocat eum ſeruum ſuum,& hoc ad laudẽ magnã pti net:ſic.n.Deus,qñ voluit Moyſen laudare ſuper cęteros,vocauit eum ſeruum ſuũ dicens.at non talis Moyſes ſeruus meus,qui in oĩ domo mea fideliſſimus eſt pręced.ca. Tertio,quia dixit illum hẽre ſpiritum ſuũ, ſed magna laus eſt,ꝙ quis habeat ſpiritum Dei, quia qui hẽt ſpiritum Dei filius Dei eſt ad Ro. 8. ſed nihil excellẽtius eſt quam eſſe filium Dei.Quarto, quia Caleb non ſolum habuit ſpũm Dei, ſed ẽt ad plenitudinem habuit illum cum dicaĩ.ſeruum meũ Caleb,qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me &c.pauci aũt dñr ſpiritum Dei hẽre ad plenitudinem. Aliud aũt pertinẽs ad excellẽtiam Caleb fuit in diuinis promiſſionibus, quia non ſolũ Deus laudauit ipſum,ſed ẽt promiſit ei quandã partem terrę Chanaan ſub iurõ.hoc innuĩt in litera cum dr̃, inducam eum in terrã hanc quam circuiuit,& ſemen eius poſſidebit eã ſeq.c.ſed magis patet Ioſue 14.qñ Caleb petiuit a Ioſue ciuitatẽ Hebron in poſſeſſionem,dicẽs ꝙ Deus promiſerat eam illi cũ ait,da mihi mõtem iſtum quem pollicitus eſt Dominus mihi,te quoque audiẽte,in quo ſunt Enachim,& vrbes magnæ atq; munitę ſi forte ſit dñs mecum, & potuero delere eos,ſicut promiſit mihi:& ſequĩt. benedixit ei Ioſue,& tradidit ei Hebron in poſſeſſionẽ, quia ſecutus eſt dominum Deum Iſrael.

Item colliguntur pręd icta, quia nõ euaſit ſolus Caleb de exploratoribus,ſed etiam Ioſue, & introiuit in

A terram Chanaan, & tamen nullę laudes ei a Deo ſup hoc datæ ſunt.ſatis ergo innuitur,ꝙ circa explorationem,& compreſſionem murmuris, atque reſiſtentiã ad alios exploratores Caleb non ſolum exceſſit alios, ſed etiã exceſſit ipſum Ioſue, ideo circa ipſum Deus ſpecialiter locutus eſt.

CAP. XIIII.

IGITVR vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen, & Aaron cũcti filii Iſrael dicentes. Vtinam mortui eſſemus in Aegypto, & non in hac vaſta ſolitu- B dine:vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram iſtam, ne cadamus gladio,& vxores,ac liberi noſtri ducantur captiui, nonne melius eſt reuerti in Aegyptum? Dixeruntque alter ad alterum. Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quo audito Moyſes,& Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſrael. At vero Ioſue filius Nũ, & Caleb filius Iephonne,qui & ipſi luſtrauerunt terram, C ſciderunt veſtimenta ſua, & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael locuti ſunt. Terra quam circuiuimus valde bona eſt.Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam,& tradet humum lacte,& melle manantem. Nolite rebelles eſſe contra Dominum,neque timeatis populum terræ huius,quia ſicut panem,ita eos poſſumus deuorare.Receſſit ab eis omne præſidium,Dominus nobiſcum eſt,nolite metuere. Cumque D clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſrael.

Murmur populi pp exploratorum relationem.

Ioſue & Caleb laudant terrã.

Ecc 40. 1. Mach. 2.

IGITVR. Poſita in ſuperioribus exploratorum tranſgreſſione.hic agiĩ de totius populi murmuratione, & diuiditur in duo. primo quantum ad eorum deſperationem. ſecundo quantum ad inconſideratam pręſumptionem ibi. *Et ecce mane.* Prima in duas.primo ponitur tranſgreſſio.ſecũdo tranſgreſſionis punitio ibi. *Et dixit dominus.* Circa primum. *Igitur vociferans omnis turba.*

Ordo murmurationis Hebræorum. Et quare Deus voluit Hebræos perire in deſerto. Quæſt. I.

E SCIENDVM, ꝙ ordo murmurationis fuit iſte, ꝙ exploratores videntes terram detraxerũt de ea, dicentes ꝙ deuoraret habitatores ſuos, & potiſſime,ꝙ eſſent ibi viri de genere gigãteo, contra quos pugnare non poſſent.tũc populus timore compreſſus concitatus eſt in murmurationem,ipſi tñ nõ murmuraſſent,niſi propter exploratores. ſic patet Deut.c.1.ſ.odit nos dominus, idcirco eduxit de terra Aegypti,vt traderet in manu Amorrhęi atq; deleret.quo aſcendemus? nuncii terruerunt cor noſtrũ, dicẽtes maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura pcerior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rior, vrbes magnę, & ad cœlum vsque munitę. Fuit F autem in populo primo murmuratio, & postea secutus est fletus, & dī, ꝙ omnis turba vociferans fleuit, quoniam non poterant tollere malum, quod imaginabantur. ad impotentiam autem sequitur fletus. Sed in hoc euidenter apparet Hebręorum pusillanimitas, quia nondum viso aliquo malo plorabant, & quod turpius est tota turba flebat, in quo, & infames sunt. nam virum lachrymę non decent, nisi cum interdum ex amoris teneritudine erūpunt, vt in mortibus amicorum, sed hę rarę quidem, & breuiter finiendę, ex timore autem, vel dolore lacrymari viros nefas est: nā si Amorrhęis prędentibus Iudęi vno quasi impetu delerentur, lacrymandum non erat, q̄to magis cū nōdū aliqua hostilia pericula sibi ingruerent. Nec. n. diffiteri possumus Iudęos illos valde seruilis fuisse cordis, & nimium pusillanimes: nunq̄. n. in virilem animositatem eruperant: ideo ad quęcunq; ęstimata mala solo timore ꝓcussi, muliebriter lachrymas effundebāt. Et ista est vna de causis, quare Deus voluit, vt tota illa gens periret in deserto, nec introirent in terram Chanaan, qm̄ oēs in seruitute Aegypti fuerant enutriti: serui aūt, quia sub iugo dominorum sunt, semper eis timendum est, & nunq̄ audent. Ideo necesse est, vt isti naturaliter magis timidi sint, quia in eis animositates dn̄orum frāguntur imperio, manente corde edomito ad obediendum, & succumbendum, ideo ad opera bellica inepti sunt, in quibus precipuè animositas requiritur. Si aūt Deus intr̄oduxisset istos Israelitas immediate in terram Chanaan, vt exierunt de Aegypto, H ſ. post vnum annum, aut paulo plus: ita essent corde timidi, ꝙ nemo auderet stare ꝑ faciem Amorrhęorū: tenuit aūt Deus oēs hos 40. annis in solitudine, & ibi mortui sunt omnes, q de Aegypto exierant in aliq̄ta ętate. ſ. in 19. anno, & vltra, quibus successerunt filij, & hi in deserto sub nullius fuerunt imperio, quadraginta annis, in quo animositatē receperunt, sicut cętere gentes, q̄ in libertate nascuntur, & tūc fuit ꝓuenięs tempus ad introducendum eos in terram Chanaan, quia iam non ita formidarent faciem Amorrhęorū, vt patres eorum, q nondum visis hostibus flebant. Et cum dī hic, ꝙ tota turba fleuit. non est intelligendum vniuersaliter. ſ. ꝙ nemo esset in toto populo, q nō fleret, & murmuraret: nam Moyses non murmurauit, I nec Aaron, sed potius ꝑ eos fuit murmuratio, vt patet hic. Iosue quoque, & Caleb non murmurauerūt, sed magis populus murmurans eos lapidare voluit, vt patet immediate. Item quia oēs murmuratores perierūt in deserto, ꝓstat tn̄, ꝙ sn̄ia data hic ꝑ murmuratores non ligabat Leuitas, cum dicat. j. de hoībus numeratis a 20. annis, &. s. Leuitarum tn̄ nullus sic numeratus est. Si tn̄ ipsi vniuersaliter murmurauissent perijssent, sicut cęteri, ideo non murmurauit totus populus, sed quia maxima pars populi fleuit, dicunt murmurasse omnes, vel tota turba. *Fleuit nocte illa.*

Quomodo intelligitur, quòd populus tota nocte fleuit.
Quæst. II.

HOc pōt intelligi dupliciter. Vno mō, ꝙ tota nocte fleuit, & tota nocte vociferata est ſ. murmurauit. Alio mō, ꝙ primo turba murmurauit, qn̄ venerūt exploratores, qa forte venerunt ipsi sero paulo ante solis occasum, & tunc proposita legatione murmurauit totus populus, siue vociferatus est ex ira ꝓcitante, postea aūt in nocte sequenti fleuerunt oēs. Et iste sensus est ꝓuenientior, quod patet, quia precedenti. c. dī ꝙ cū venerūt exploratores ortū est murmur populi ꝑ Moysen. deinde dī hic. ꝙ in nocte fleuerunt, & iste est ordo ſm naturam, quia hoīes considerantes mala sua, si culpa alicuius vel malitia proueniant, primò exardescunt in iram contra eum, qui horum malorum causa est: deinde impetus ille irę soluitur in lachrymas, & si mala considerata auferri non possunt, luctus consequitur in remedium, & iste diutius est, sicut ipsa considerata mala, & sic Israelitę habita priori murmuratione contra Moysen cessante illo impetu incęperunt lachrymari, & ex impotentia, & amaritudine cordis durauit eis fletus per totam noctem. *Et murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel.*

Alia murmuratio contra Moysen & Aaron. *Quæst. III.*

ISta est alia murmuratio ab ea de qua præced. cap. quia illa erat in principio legationis exploratorum. ista autem fuit post fletum. Item illa fuit contra Moysen solum: ista autem contra Aarō & Moysen. sic enim est conditio iratorum, vt quia impetus irę fortis est, diu manere non potest, sed cū semel incāduerit, atque per verba, aut vindictam, vel lachrymas effundatur, deficit. Si vero adhuc doloris supersit materia, nouas resumit vires, ita vt prius incandescens. Sic fecerunt Israelitę, quia cum primo ex forti impetu contra Moysen murmurati fuissent, paulisper impetus ille in lachrymas solutus est. iterū autem post longum fletū nondum exhausto dolore, in iram incanduerunt aliam fortiorem quam prius murmurationem inchoantes. nam primo nondum considerauerant omnia mala, postea autem suggerente dolore hanc durissimam reputantes sortē, fortissime contra Moysen, & Aaron murmurati sunt, dicentes se velle reuerti in Aegyptum. & si forte aliquid durum eis locutus fuisset Moyses lapidassent eū tota turba, vnde supplex genibus aduolutus corā tota multitudine in terram se prostrauit. idem quoque fecit Aaron, & quia Iosue & Caleb aliqualiter repugnauerunt eis in sermone hoc, dolore stimulati lapidare eos voluerūt, vt patet infra, & dicitur quod cuncti filij Israel murmurati sunt, idest plurimi de multitudine eorum, sed non omnes vt supra dictum est, & magis in ꝙa declarabitur. *Dicentes. vtinam mortui essemus in Aegypto, & in hac vasta solitudine.* Ista sunt verba desperantis & amari cordis: omnem. n. sortem quam tumcūque duram fęliciorem hac reputabāt: & forte motiuum eorū erat, quia in Aegypto erant sine bellis: nunc vero caderent manibus hostium. sed hoc magis pertinet ad clausulam sequentem.

Quòd Israelitæ murmurauerunt, eo quòd cibos habebant nimis in penuria. *Quæst. IIII.*

DIcendvm ergo alio modo, ſ. ꝙ in Aegypto saturabantur Israelitę cibis: nunc vero habebant eos in penuria, & sic murmurauerūt Exo. 16. cap. ſ. vtinā mortui essemus per manū Dn̄i in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis oēm multitudinē fame? Et non solū fuit hoc cū deficiebant eis oēs cibi, sed etiā postq̄ habuerūt manna. nam tunc dixerunt, quare nos fecistis ascendere de Aegypto, & adduxistis in mōtem istum pessimū, qui seri non pōt, qui nec ficum gignit, nec vineā, nec malogranata, vt patet j. 20. c. idē 21. c. Sed errabant in hoc Iudęi: nā si moriendū erat: melius erat eis mori in solitudine, q̄ in Aegypto: nam in solitudine erāt liberi: in Aegypto aūt magna premebātur seruitute. quilibet aūt generosus animus super oē humanum bonū libertatē desiderat, ideo multo melius eis eue-

nerat glorioſam, ēt si duram accipere mortem liberam, quam in seruili pace degere, sed totaliter erāt viri inutiles, ideo delicias ciborum Aegypti libertati, & omnibus honestis bonis prę ferebant. *Et in hac vasta solitudine.* ſ. vbi nullum solacium est, sicut dī j. 20. c. cur eduxistis nos in montem istum pessimum, qui nec ficum gignit, nec vineam, nec malogranata, insuper & aquam non habet ad bibendum, & j. 21. c. cur eduxistis nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine. de- Vasta soli- est panis, non sunt aquę, anima nostra iam nauseat su- tudo q.d. per cibo isto leuissimo. Et dī vasta solitudo, ideſt ampla, vel magna, quia Arabia quæ cōtinet a mari rubro vsq; Idumęam, & terrā promissionis, ante ingressum Hebręorum in terram Chanaā tota depopulata erat, est enim magna terra, quia in ea sunt omnes mansiones filiorum Israel prę ter mansiones, quas habuerunt ante mare rubrum, nunc autem desertū illud ex maiori parte populatum est, vt patet in libro de diuisione terrę sanctæ. B

An Hebræi petierunt mori in hac solitudine. *Quæst. V.*

IN Hebræo habetur. *Vel in hac vasta solitudine.* Et tūc est alius sensus, ſ. ꝙ dicerent Hebręi. vtinam mortui essemus in Aegypto, vel moriamur nūc in hac solitudine, & non eamus ad hostes illos durissimos, & satis concordat litera sequens, ſ. vtinam pereamus, & nō inducat nos dominus in terram istam, & refertur istud mori ad prędens, ſ. in hac solitudine. litera tn̄ nostra secuta est aliū sensum, quia verbum illud ponitur in prę terito, ſ. mortui essemus, & pertinet ad Aegyptum de qua iam dudum exierant. Si aūt intelligerēt de solitudine dicerent de prę terito, vel de futuro, ſ. vti nā moriamur in hac vasta solitudine, sicut dī immediate, vtinam moriamur, & nō inducat nos Dominus in terram istam. Nicolaus aūt magis consentit literæ Hebraicę probans sic debere haberi, quia j. dī, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis, in solitudine hac iacebunt cadauera vestra, ex quo innuit, ꝙ pertierunt mori in hac vasta solitudine. Sed nihil ex hoc ꝓ literam nostram sequitur, quia verum est, ꝙ Deus fecit Israelitis, sicut petierant, & ipsi petiuerunt in hac solitudine mori, non tn̄ in his verbis, sed ꝑ sequentia cū dī, vtinam pereamus, & non inducat nos dn̄s in terram istam. Sed tunc dicetur. qūo ergo stabunt istę literę cum hic petant non mori in solitudine, & immediate dicāt se desiderare mori ibi? Rn̄dendum est, ꝙ isti sunt gradus desiderii ſm gradus malorum ęstimatorum ab eis. ideo dixerunt vtinā mortui essemus in Aegypto, & nō in hac vasta solitudine, ideſt melius nobis erat mori qn̄ eramus in Aegypto in seruitute, vel qn̄ Pharao venit ꝑ nos super mare, vt patet Exo. c. 14. q̄ mori in hac solitudine, quia non affecti fuissemus tā duris, & assiduis malis, sicut passi sumus in hac solitudine, sed quia iam mori necesse est, vtinā pereamus, & non inducat nos dn̄s in terram istam, ideſt magis vellemus mori hic q̄ introire in terram Chanaan, vbi hostili manu cadamus. *Vtinam pereamus.* Ideſt vtinam moriamur nunc in hac solitudine. *Et non inducat nos dominus in terram istam.* Ideſt in terrā istā, de qua fit sermo: licet enim non viderint Iudęi terram Chanaā, tn̄ loquebantur de ea, demonstrantes tanquam prę- sentem, & hoc, quia prędens sermo erat de illa. C

Peristam terram quid demonstrabant Hebræi querentes. Et quare petierunt magis mori in deserto quam ingredi terram Chanaan.
Quæst. VI.

VEl sit ista demonstratio ad intellectum, sicut dicimus. hic est vere martyr. nihil tamen demonstratur ibi ad sensum, sic etiam de relationibus D est, quoniam quędam dicuntur relationes meditatæ, quæ non habent aliquod antecedens in voce, sed in intellectu nostro, sicut dixit Magdalena. Domine si sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. nullum enim antecedens posuerat, & relatiua plurima enunciabat, quoniam erat sibi notissimum antecedens in animo, & ita putabat ei esse notum, a quo quęrebat. de hoc Io. c. 20. Istæ aūt relationes non fiūt, nisi ab illis, qui sunt passionati, ſ. multum amantes, vel nimis irati, & sic patet in his duob⁹ exemplis, nam Magdalena nimis diligebat, Iudęi vero intense irati erant, & de his duobus modis ponit exemplum Alexander in doctrinali, scilicet.

Inuenies positum sine præcedente relatum.
Ipsa petenda mihi Iuno de pollice dixit,
Plorans Magdalena quærit si sustulit illum.

Cum aūt Iudęi dicunt hic vtinam pereamus, & non inducat nos Dn̄s in terram istā, intelligebant ꝙ Deus duceret eos quasi violentos, nam ſm eorum voluntatem, nunquam illuc irent. hoc patet, quia precedebat columna nubis illos, & quocunq; dirigeret ibant, nec poterant tendere ad alia loca, cum nec quo eundū esset scirent, nec qua transeundum foret. Si tn̄ Deus vellet mouere columnam versus Aegyptum, vt reuerterentur illuc, libentius illuc irent, quam in terram Chanaan, vel si manere vellet columna in solitudine, magis ipsi manere cuperent, q̄ tēdere ad Chananęos. Et desiderauerunt hic Iudęi mori dicentes, vtinam peamus ne inducerentur in terram Chanaan, quod licet irrationabile sit: tn̄ rationabilius est, quàm id quod s. dicebant, & patet ex his quę exprimūt, ſ. ne vxores, & filij ducantur captiui: existimabant. n. ꝙ eundo in terram Chanaam sibi necessario moriendum erat: prę- eligebant ergo mortem in deserto, q̄ in terra Chanaā, quia in deserto oēs deficerent sine gladio hostili. inter Chananęos aūt viri bellatores caderent gladio, & viderent vxores suas, atq; filios duci captiuos, quod eis ad maximum dolorem erat, sed hęc omnia procedebant ex magna diffidentia, ſ. ꝙ Deus non posset eos eruere de manu Chananęorum. *Nę cadamus gladio.* ſ. ꝙ viri terræ illius inibunt ꝑ nos bella, sicut ꝑ inuasores, & cademus gladio ipsorum. *Et vxores atque liberi nostri ducantur captiui.* Magnus enim dolor erat hebręorum charissimas vxores, & dulcissimos filios post mortē eorum transire in manum alienorum, qui premerēt eos durissima seruitute, & abuterentur vxoribus eorū ad oēm turpitudinem: magis. n. eligerent, ꝙ ipsi moriētes in deserto coram se filios, & vxores mori viderent, nullum vlterius prę stolaturi dolorem, quàm ꝙ post mortem ipsorum magna illis manerēt supplicia in gente aliena, & hostili. *Nonne melius est reuerti in Aegyptum.* Quasi dicat nunquid non est melius redire in Aegyptum, & viuere ibi sub seruitute, qua olim premebamur, quā tolerare omnia mala hęc? quasi dicat, melius est. In hoc enim nimis dominum concitabāt ad iram, quia ei ingrati erant, & directe ipsum contēnebant. eduxerat eos de Aegypto, quod de maximis beneficijs erat, quia abstulerat durissimam seruitutē, ipsi tamen cum vellent reuerti in Aegyptum, contēnebant beneficium illud, ideo exosum habebant, & ingrati erant: nihil enim Deo pro hoc regratiabantur, sed potius volebant, quòd non eduxisset eos inde: non erat autem aliquid quo Deus magis cōcitaretur in iram, quam cum dicerent se velle reuerti in Aegyptum, ideo supra capitulo vndecimo, cum dixerant se recordari ciborum Aegypti: Dominus iratus contriuit eos plaga magna. Hic autem fuit maxima, quia pro hac murmuratione quadraginta annis fere manserunt in deserto, & omnes murmuratores gladio corruerunt. E

Dixe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixerunt alter ad alterum. constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Iste est iam gradus maioris malitię. nam ꝙ ipsi dicerent, nonne melius est reuerti in Aegyptum, erat ex quadam ira, & sub dubio proponebant, & sic interdum homines irati dīt aliqua, quę nullo modo facere intendunt, nec facerent etiam si nimis premerentur, velut cum dī melius nobis mori est, q̄ sustinere hoc, & tñ prælegunt sustinere hoc, q̄ mori, aut vulnerari: nunc tñ Iudęi deliberatiue loquebantur inientes consilium de reuertēdo in Aegyptū, & dixerunt. constituamus nobis ducem. sciebant. n. ꝙ vbi rector non est, populus corruit: potissimè, quia multitudo non dī vna, nisi secundum relationem ad aliquid vnum, & istud est dux, ideo vt esset vna multitudo, volebant sibi vnum præficere principem.

Quare dixerunt constituamus nobis ducem cum haberent Moysen. Quæst. VII.

QVAERET aliquis quare Israelitæ dixerunt constituamus nobis ducem? nam habebāt duces. s. ꝙ in qualibet tribu erat vnus maximus princeps, & ille vocabatur dux. sic patet supra c. 1. sisti sunt nobilissimi duces. Nec obstat si aliquis dicat istos esse mortuos, quia licet morerent filij succederent eis. Sed dicendum est, ꝙ isti erant 12. ad hoc autem, ꝙ populus totaliter vnus sit, requiritur vnitas principis, siue simpliciter vnius, siue per subordinationem multorum ad vnum, ideo oportebat aliquem constitui ducem. Sed obijcietur, ꝙ Moyses tūc viuebat, qui erat Dux eorum. cūo ergo alium ducē eligere volebant? Respondendum est ꝙ Moyses erat dux datus a Deo, & per omnia sequebatur voluntatē Dei, sed existimabant Deum nolle, ꝙ redirent in Aegyptum, ideo non credebant, ꝙ Moyses cum eis ire vellet, alium igitur ducem volebant, vel forte dato, ꝙ Moyses ire vellet cum eis, non acciperēt eum in ducem, quia eis fuerat obuius increpās peccata eorum, & ante hoc contra ipsum murmurati fuerant, ꝙ eduxisset eos in solitudinem, ideo nollent eum in ducem habere, quia exosus erat. de alio igīt constituendo faciebant.

An Hebræi possent redire in Aegyptum, vt ipsi dicebant. Quæst. VIII.

QVAERET adhuc aliquis cum Hebręi dicāt hic velle reuerti in Aegyptum, an possent illuc redire? Et respondendum est, ꝙ non videbatur quomodo possent: etiam si totaliter super hoc deliberassent. Primo dicūt aliqui, quia nescirent viam, nam in deserto ipsi nesciebant moueri, nisi ad directionem columnę, antecedebat enim illos in via, vt patet supra c. 9. si tamen reuerterentur, nō antecederet eos, quia columna mouebatur iussu Dei, vt patet supra c. 9. & hoc, quia angelus domini mouebat illam, qui erat in ea Exo. 14. capi. Deus tamen non iubebat, quòd reuerterentur in Aegyptum. ergo columna non comitaretur redeuntes, ita vt redire nescirent.

Sed hoc non est nimis difficile, quia licet non esset via aliqua in deserto, tamen per vestigia sua priora redirent, quia orbitæ rotarum mostrarent viam, & limites facti ad transitum tantę multitudinis, & gregū, atque iumentorum.

Ideo aliter dicendū, ꝙ nō possent redire in Aegyptum propter defectum ciborum, quia solo manna cibabantur in deserto, sed hoc nō habebant, nisi Dei speciali priuilegio: cū esset cibus factus ab angelis, vt patet. p̄s 77. s. panē angelorū māducauit hō. ideo si isti rebelles essent repugnantes Deo in reditu ad Aegyptum, cibum non daret, vnde & fame confectos perire necesse erat. nulla enim gens cibos ministraret quia desertū habitatore carebat, & si ad aliquam gentem declinare vellent, sentirent eam sibi hostilem: ideo non erat eis remedium ad cibos. Item non poterāt ire in Aegyptum via qua venerant. nam per illam necesse erat quod transirent mare rubrum, cum venientes de Aegypto via eadem non potuissent transire, nisi aperto eis mari. nec erat hoc ex errore vię ita quod ipsi nescirent qua eundū esset. nam Pharao dixit. coarctati sunt in terra, & cōclusit eos desertum vt patet Exo. cap. 14. ergo non poterant transire nisi per mare, sed in reditu non pateret eis via per mare quia illud ex magno Dei miraculo fuit, qui eis tunc propitius erat, nunc autem iratus esset si reuerterentur, ideo nō aperiret mare, nec transire possent. Si aūt dicatur quod redire vellent per aliam viam, necesse erat, ꝙ declinarent ad gentes incognitas, sed omnes erant eis hostiles & non permitterent trāsitum, ideo erat impossibilis eis regressus. Sed dicēdum quod q̄q Israelitæ deliberarent hic de regrediēdo in Aegyptū, nondum deposuerant omnem amaritudinem cordis, & concitationem spiritus, animi autem concitati interdum aliqua eligunt quę aut impossibilia, aut difficillima sunt, non considerantes difficultatis causas, & sic fecerunt isti. Ideo cum complerent consilium, & inquirerent magis particularia, inuenirent sibi esse impossibile redire in Aegyptum, ideo nec regredi inchoarent. sed cum magis eis de diuina clementia diffidendum videretur, morerentur vt infęlices in illa vasta solitudine, formidantes ascendere ad Chananęos. *Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt pront in terrā coram omni multitudine filiorum Israel.*

Quare Moyses & Aaron ceciderunt in terram audito tali murmure populi. Quæst. IX.

ISTI duo erant maximi zelatores Dei contra populum rebellem, & competebat eis ex officio, quia erant principes populi, dirigentes tam in spiritualibus, quam in temporalibus. & dolebant maxime de hac murmuratione, & dicto Hebręorū, nunquam enim tale audierant, nec peius audiri posse credebant, ideo corruerunt in facies suas, tanquam attoniti audito quodam execrabili, & sicut apud antiquos mos erat, audita Dei blasphemia, scindere vestes, sicut patet de summo sacerdote Matth. 26. c. & hic fecerunt Iosue & Caleb, vt patet infra: ita Moyses & Aaron in signum maximi doloris corruerunt in terram. Alio modo potest intelligi, quod ceciderunt in terram coram multitudine, ad supplicandū eis ne aliquid tale facere vellent, vt si saltem non possent, vt prelati eos errātes corrigere, supplicibus presentibus exorarent, nec enim erat nunc locus corrigendi, quia totus populus erat concitatus in iram, & cito ipsum Moysen lapidassent, si forte quidquam durū loqueretur, sicut lapidare volebat Iosue & Caleb, & eos iam lapidassent, nisi apparuisset gloria Domini super tectum fęderis vt patet infra.

Vel potest dici, quod Moyses & Aaron ceciderūt proni coram tota multitudine, scilicet ad orandum Deum ne subitò iram suam effunderet super iniquā illam multitudinem. Cum enim tā dura verba protulissent contra Dominum, timebant quòd totam gentem delere vellet, & iste est conueniens sensus. sic enim fuit in adoratione vituli, quia Deus delere voluit totum Israel, nisi Moyses corruisset corā Domino orans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vt patet Exo. c. 32. & Deut. cap. 9. *Quare*

Quare Moyses non puniuit hic populum pro iniquitate, sicut in monte Sinai fecit. Quæst. X.

QVAERET aliquis quare Moyses non puniuit hic populum pro iniquitate hac, sicut puniuit in monte Sinai pro peccato vituli? Respondebit forte quisquam, hoc fuisse, quia ista iniquitas erat minor quam illa.

Sed dicēdum est, quòd quamquam ex genere forte idolatria maior sit, tamen murmuratio ista aliquid simile idolatriæ habebat, & æqualitatem quādam in reatu. nam hic cōtempserunt beneficia Dei, & ingrati erant ipsi durissime murmurantes: quod etiam mō strat pęna secuta. tota enim illa multitudo iniqua, quę murmurauerat in deserto periit, & nemo de viris putgnatoribus tanti populi, qui tunc erant, ingressus est terram Chanaan. non igitur cessauit Moyses a punitione, quia culpa parua foret, sed cessauit propter duo. Primo propter indispositionem populi: nam tunc totus populus erat concitatus ira magna, & si aliquis nō solum in re, sed etiam si in verbo parum repugnaret, delerent eum, sicut patuit de Caleb, & Iosue, qui licet non dicerent verba aspera, quia tamen non consentiebant sententiæ totius populi, voluit eos multitudo illa lapidare, similiter autem, & de Moyse fuisset, si quicquam attentaret contra populum. In adoratione autem vituli non fuit sic, quia populus peccauerat, & de peccato suo erubescebat, atque timebat. ideo non audebat resistere Moysi. quod patuit, quia licet pauci Leuitę essent cum Moyse, tamen occiderunt de populo viginti tria millia transeuntes per medium castrorum. Exodi 32. cap. & nullus in hoc ei restitit, nec saltem dure locutus est.

Secundum erat, quia Moyses, & alii viri sancti ad gerenda valde magna negocia non mouebantur sine speciali mandato Dei, vel instinctu eius mouēte cor. In adoratione vituli mouerat Deus Moysen ad punitionem populi, proponens ei peccatum illud grauissimum, cum circunstantiis suis. Exodi capitu. 32. & ibi confortauit spiritum eius ne timeret multitudinem illam, sed sumeret vindictam de iniuria facta Deo. nunc autem Deus nihil iusserat Moysi, etiam nō mouerat spiritum eius ad faciendum talia, ideo non puniuit populum.

Potest addi tertia ratio, scilicet, quòd Moyses conspexit non esse conueniens punire hic peccatores: nā in monte Sinai non peccauerat totus populus in idolatria, ideo illi pauci poterant conuenienter castigari, nunc autem tota fere multitudo peccauerat, quod patet ex sequenti pęna, nam nullus a viginti annis, & supra de duodecim tribubus pręter Iosue, & Caleb euasit. Si igitur Moyses deberet nūc punire istam iniquitatem populi, oportebat vt omnes illos occideret, sed hoc, nec fieri poterat, nec decebat, quia hoc non esset corrigere, sed delere totam multitudinem, magna igitur differentia erat hic, & in adoratione vituli, ideo ibi Moyses puniuit, hic autem solum ne Deus puniret orauit.

At vero Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephonne, qui & ipsi lustrauerant terram sciderunt vestimenta sua. Præter Moysen, & Aaron non videbantur esse alii zelatores Dei in populo, qui se auderent opponere multitudini, nisi Iosue, & Caleb, redarguentes populum de hac rebellione, & dicitur, quòd ipsi lustrauerant terram, idest fuerant de exploratoribus: nam Caleb de tribu Iuda missus est, Iosue vero de tribu Ephraim, vt patet precedenti capi. & ponitur hoc ad signandum, quòd isti possent conuenienter resistere populo, quia viderant terram, populus autem commotus erat verbis aliorum exploratorum. Isti autem poterant reuocare populum, dicentes non esse verum, quod alii dixerant, sed magis terra ipsa erat bona, ideo quòd non timerent ascēdere illuc, nec populus erat, ita fortis, vt dixerant exploratores.

Isti primo sciderunt vestimenta sua ad signandum doloris magnitudinem pro Dei iniuria, & damno, quod in populo sequi poterat ex hac murmuratione. & maxime conueniebat hoc, quando audiebatur aliqua blasphemia, vt patet de summo sacerdote Matt. vigesimo sexto capitu. & ita erat hic blasphemia cum isti repugnarent mandato Dei, & contemnerent beneficium eius, ideo recte prę nimio dolore vestes scindebant Caleb, & Iosue, nec solum propter iniuriam Dei antiqui scindebant vestes, sed etiam si quando peccauissent, & dolerent de peccatis, scindebant vestes suas in signum doloris, sed hoc Deus per propheram vetuit, iubens huiusmodi dolorem in corde esse, & non in vestibus, vt patet Iohel. capitul. secundo, scilicet scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Quare Iosue, & Caleb sciderūt sibi vestimenta.

Et ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt. Tota enim multitudo iniebat consilium de reuertendo in Aegyptum, & erant congregati apud tabernaculum fęderis sequenti die, postquam venerunt exploratores, & ibi isti duo locuti sunt ad totam multitudinem reprobando consilium eorum, & quia Israelitę propter duo abominabantur ire in Chananęos, scilicet propter malitiā terrę deuorantis habitatores, & propter robur hostium, vt suaserant alii decem exploratores, isti duo suadebant propter hoc non esse timendum, quia falsa erant.

Dicentes terram quam circuiuimus valde bona est. Hic excludunt primum, quod dixerant alii exploratores de malitia terrę, & non detraxerant illi de terra, quòd esset infructifera: nam testati sunt eam fluentem lacte, & melle, vt patet precedenti capitu. sed dixerunt, quòd deuorabat habitatores suos.

Isti autem dicunt, quòd valde bona est, ideest non deuorabat habitatores, vel si pro tunc deuorabat, non erat ex conditione terræ, sed magis, quia Deus adiuuabat illos minuendo hostes eorum peste, & dicitur, quam circuiuimus, quia isti erant exploratores, & non circuierunt accipientes circuitum pro quadā circulatione a Meridie per Occidentem, & Septentrionem vsque in Orientem, & iterum in Meridiem, vt aliqui posuerunt, quod precedenti capitul. improbatum est, sed dicitur circuiuimus, ideest perambulauimus transeuntes totam latitudinem eius, scilicet a Meridie in Septentrionem, aliquando declinantes versus Occidentem, & aliquando versus Orientem, vt patet precedenti capitu. Sed de hoc quid sit verum supra dictum est.

Si propitius fuerit Dominus inducet nos in eam.

Caleb, & Iosue hortabantur populum ad desiderium intrandi terram Chanaan, & quomodo ratio eorum conuincebat Iudæos tam ex parte diuinæ potentiæ quam bonitatis. Quæst. XI.

PONEBANT hic bonitatem terrę pro qua erat desiderabilis, & auferebant immediate difficultatem habendi illam, scilicet, quòd Deus leuiter illis daret eam si propitius esset eis, ideest si misereretur eorum. nam sine eius auxilio in gladio paucorum caderent.

Et ista ratio erat conuincens, quia aut multitudo Iudęorum credebat, quòd Deus posset eis dare terram illam, subiiciendo illis hostes, aut non, si non crederent diffidebant potentię Dei, in quo non solū

erant

Universidad de Deusto Biblioteca

erant increduli,sed etiam irrationales. nam ipsi maiora viderant Deum facere,scilicet quòd aperuisset mare rubrum ad trãsitum eorum, & quòd induxisset super Aegyptios plagas durissimas, quę maiora erant, quam subijcere quamcunque gentem eis: nam subijcere magna regna, atque delere,interdum potestatis humanę est:talia tamen effecisse miracula,nunquã ad hominem pertinuit, ideo non debebant de potentia dubitare. Si autem credentes Deum posse hoc,dubitarent an facere vellet, irrationabiliter dubitabant. quia ipse eis hoc promiserat, & cõtinue dirigebat eos per angelum suum ad perueniẽdum in terram illam: ideo non erat quod dubitarent,pręcipuè,quia alia maiora beneficia Deus eis paulo ante hoc contulerat, scilicet liberans eos de Aegypto per plagas magnas, atque portenta, & aperiens mare rubrum ad transitum eorum,& submersionem Aegyptiorũ,nec erant minora quotidiana beneficia, quę eis exhibebãtur: nã angelus Domini pręcedebat eos in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem designans castrorum loca, & mouendi tempora, vt patet Exo. capi.decimoquarto, & supra nono.

Item ad quotidianum cibũ Deus eis panes de cęlo mittebat, scilicet ipsum manna, angelorum manibus confectum, vt patet Psal.77.Erat adhuc amplius maxima Dei familiaritas in populo illo, qualis non erat ad aliquam gentem: nam habitabat in tabernaculo in medio eorum, & ad omnes quęstiones eorum immediate respondebat, vt patet, supra capitu.septimo. & hoc pro maximo beneficiorum, & maiori laude hebraici populi Moyses retulerat Deute.capi.quarto, scilicet nec est alia natio tam grãdis,quę habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Deus cunctis obsecrationibus nostris. Quid ergo infęlices Iudæi de diuino beneficio paruo conferendo dubitare possent, cum quotidie eis, tam grandia exhiberentur? Recte igitur dixerunt Iosue, & Caleb, scilicet si propitius fuerit Dominus introducet nos in terram istam, nec posuerunt hoc tanquam sub dubio,quia tunc coinciderent aliquo modo cum incredulitate multitudinis, sed ponebant ad tollendam dubitationem, quam alij videbãtur de potentia Dei habere, & volebãt isti sic arguere. si Deus propitius fuerit nobis potest faciliter nos introducere in terram istam,sed manifestum est, quòd Deus erit nobis propitius, cum quotidie nobis tanta bona impendat. ergo introducet nos in terram istam.

Et tradet nobis humum lacte, & melle manantem. Idest non solum inducet nos illuc, quia hoc paruum erat, sed etiam tradet eam nobis,dando possessionem eius nobis deletis hostibus nostris. vocant eam manantẽ lacte, & melle ad magis inducendum eos, vt desiderent terram illam, nam & hoc alij exploratores, qui mrumurauerunt,confessi sunt.

Nolite rebelles esse contra Dominum. Posita facilitate intrandi, & acquirendi terram, admonentur ne repugnent mandato Dei, quia Deus dixerat, quòd irent illuc, & ipse subijceret hostes manibus eorum. Cum autem ipsi vellent regredi in Aegyptum erant rebelles mandato, & ingrati beneficio:in quo non erat dubium illos nimis peccare, & aliquam pœnam inde secuturam.

Nec timeatis populum terræ huius. Hic excluditur maximum retractiuum Iudæorum ad eundum in terram illam:timuerunt enim valde hostes terrę illius, quos crediderunt esse fortissimos, referentibus decem exploratoribus. Isti dicunt non esse timendos, quia pugna non consistit in fortitudine exercitus, aut multitudine gentis, sed sicut voluntas est in cęlo ita fit: sic dixit Ionathas ad armigerum suum, quando ipsi soli

F transierunt ad pugnandum contra magna castra Philisthinorum. vt patet primo Regum cap. 14. scilicet dixit Ionathas ad adolescentem armigerum suum, veni, & transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si forte faciet pro nobis Dominus, quia non est difficile saluare Deo vel in multitudine vel in paucis. sic dixit Iudas Machabeus ad exercitum suum. primo Machabęorum cap.3.facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cęli liberare in multis, & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cęlo fortitudo est. cum ergo Iudęi sentirent sibi Deum adiutorem non debebant formidare gentes istas. *Quia sicut panem ita possumus eos deuorare.* Idest sicut sine labore panẽ deuoramus, ita eos possumus
G deuorare,subito destruentes, Deo propitio.

Recessit ab illis omne pręsidium. Declarant magis quod dixerunt, scilicet quod faciliter caperent populum, quia recesserat ab eis omne pręsidium, idest non habebant aliquem adiutorem, ideo multitudo gentis, & fortitudo nihil proderat.

Dicitur recessisse pręsidium, scilicet, quia Deus non defendebat iam populos illos Chanaan, sicut alias gentes, sed magis perterruerat eos, & dissoluerat cor illorum, vt caderent manibus Israel, missurus enim erat timorem suum super eos vt patet Exo. cap.24. scilicet terrorem meũ mittam in pręcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem introieris,cunctorumque inimicorum tuorum coram
H te terga vertam. post hęc non manebat pręsidium vllum Chananęis. sic enim iam iterum fecerat Deus in eadem terra Chanaan cum filij Iacob occiderunt Sichimatas delentes vrbem, & misit Dominus terrorem super omnes populos Chananęorum habitantes in circuitu, & non ausi sunt irruere super Iacob & domum eius,vt patet Gen.cap. 35. In Hebręo habetur.

Recessit ab eis vmbra. Et ad idem pertinet, quia sicut vmbra nos a sole protegit in feruore,ita & pręsidium protegit a periculis.

Iob de quo genere fuerit & an esset in terra Chanaan tempore quo Iudæi ingressuri erant. Vide etiam infra latius q.39.

I *Quæst.* XII.

ET dicunt aliqui Iudęi, quod Iob, qui erat de genere Esau viuebat in terra Chanaan, & illo tempore mortuus est, erat autem vir sanctus cuius meritis, & precibus eripiebat Deus gentem illam a multis malis, nunc autem illo mortuo recesserat vmbra protegens. Sepulchrum autem beati Iob alte structum in planicie, quã secat fluuius Dan a quo Iordanis dicitur, in magno honore à Græcis & gẽtibus vsque hodie permanet, vt patet in libro de diuisione terræ Sanctæ, sed sensus literæ nostrę est melior.

Dominus nobiscum est nolite metuere. Idest quia Deus est nobiscum adiuuando nos,non est nobis ab aliquo
K metuendum,quia ipse pro nobis contra hostes dimicabit,sicut factum est super mare rubrum, cum dixit Moyses, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Istud autem est pręsidium quod recesserat a Chananęis, & dicitur Dominus nobiscum est, non quod esset magis cum Hebręis, quam cum alijs gentibus: quia vbique est, & extra vbique. cum in omni loco non comprehendatur, sed dicitur Dominus nobiscum est, scilicet ad nos adiuuandum, & non est cum Chananęis ad adiuuandum, quanquam alias sit.

Cumque clamaret omnis multitudo. Isti duo viri increpabant

pabant populum, tanquam rebellem, ideo tota multitudo concitata in iram lapidare eos voluit,& lapidauisset,nisi dominus defenderet. *Et lapidibus eos vellet opprimere.* s. quia contra totius populi sententiam loquebantur. *Apparuit gloria domini super tectum fœderis.* i. columna nubis,quę stabat super tectum fęderis, idest super tabernaculum testimonii apparuit plus solito fulgens,vel monstrata sunt in ea aliqua signa ad terrorem populi, ne occideret istos viros, alioquin certissime lapidassent eos. Ille autem fulgor,vel signa apparentia vocantur gloria domini, quia demonstrabatur magnitudo Dei in illa:quodlibet enim manifestatiuũ magnitudinis alicuius dicitur gloria eius: nam ꝓprie gloria est diuulgatio nominis alicuius, cum magnitudine laudis.

Vocatur hic tectum fęderis ipsum tabernaculum, & potest accipi dupliciter. s. vel pro toto ipso tabernaculo,vel solum pro operimento. Primo modo accipitur communiter. Secundo modo accipitur. s̃.3. cap. vbi vocatur tectum fęderis cortinę positę super tabulas tabernaculi,& ex hoc apparet, ꝙ congregatio multitudinis erat apud tabernaculum,nam qñ Moyses cõgregabat totam turbam, siue solos principes ad ostiũ tabernaculi,veniebant,vt patet s̃.c.10. ibi autem nunc conuenerant omnes,quasi inituri consilium.

Videntibus cunctis filijs Israel. i. omnes viderunt quõ apparuit gloria domini super tabernaculũ, & ob hoc cessauit lapidatio,quam intendebant.

Et dixit dominus ad Moysen. Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem, quã hęc est. Et ait Moyses ad dominum. Vt audiant Ægyptii, de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius qui audierunt, quòd tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedat eos per diem, & in columna ignis per noctẽ, quòd occideris tantam multitudinem, quasi vnum hominem, & dicant. Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini, sicut iurasti dicens. Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem, & scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem. Dimitte, obsecro, peccatum populi tui huius, secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto, vsque ad locum istum. Dixitque dominus. Dimisi iuxta verbum tuũ. Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. Attamen oẽs

A hoĩes qui viderunt maiestatem meã, & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decẽ vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terrã pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi intuebitur eam. Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quã circuiuit, & semen eius possidebit eam. Qm̃ Amalechites, & Chananęus habitant in vallibus,

Deu.1. Iosu.14.

B cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Locutusque est dñs ad Moysen, & Aaron dicens. Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israel audiui. Dic ergo eis. Viuo ego ait dñs, sicuti locuti estis audiẽte me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Oẽs qui numerati estis a 20. annis, & supra, & murmurastis cõ

Inf.35.g. & 32.b.

C tra me, nõ intrabitis terrã, super q̃ leuaui manum meam, vt habitare vos facerem præter Caleb filium Iephonne, & Iosue filiũ Nun. Paruulos aũt vestros de quibus dixistis, ꝙ prędæ hostibus forent, introducã, vt videant terrã, q̃ vobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto annis 40. & portabunt fornicationẽ vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum 40. dierũ,

Nullus eorũ qui numerati fuerunt ꝓgredief terrã promissionis.

D quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur. Et 40. annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. Qm̃ sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me, in solitudine hac deficiet, & morietur. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem detrahentes terræ, quòd esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu

Ezec. 4.

Exploratores mortui sunt.

1.Co.10.

E domini. Iosue aũt filius Nun, & Caleb filius Iephonne vixerunt ex oĩbus, qui perrexerãt ad considerandam terram. Locutusque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel. Et luxit populus nimis.

Et dixit dominus. Hic consequenter ponitur trãsgressionis punitio. & primo ponitur comminatio: secũdo penę quantum ad aliquid relaxatio. ibi. *Dixitq; dominus.* Circa primum.

Et dixit dominus ad Moysen, vsquequo detrahet mihi populus iste? Ista locutio fuit facta paulo post apparitionem gloriæ domini, sed non constat qualiter Deus

Qũo locutus est dominus ad Moysen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

locutus fuerit: poterat enim loqui mouendo solũ intellectum Moysi, quia est vnus de modis propheticis, vt supra cap. 12. declaratum est, vel poterat ei angelus domini loqui in columna nubis, sicut loqui consuetus erat: non tamen est dicendum, quòd locutus fuerit intra Sancta sanctorũ de propitiatorio, quia Moyses introibat illuc, quando a domino volebat inquirere de dubiis, vt patet supra cap. 7. nunc autem non inquirebat Moyses a domino, sed Deus ei locutus est, iõ in columna nubis conuenientius fieret, quia aliqñ vocabat inde Deus eos quibus loqui volebat, vt patet supra c. 12. cum vocauit Aaron, & Mariam ad loquendũ eis. *Vsquequo detrahet mihi populus iste.* q. d. nunquã cessauit ab egressu de Aegypto, vt patet Exo. cap. 14. nec cessat, nec videtur, q̃ cessabit, nisi finiam eos, ideo sequitur infra. feriam eos pestilentia, atque consumam. & accipitur hic detrahere. i. murmurare: nam semper conquerebantur de Deo, vt patet ex processu Exodi, & libri huius, & hoc est murmurare. detrahere tamẽ proprie sumptum signat diminuere famam, vt cũ qs de alio aliqua mala dicit, vel facta eius tergiuersat, ita vt non videatur bonus, vel famosus, sicut est, & hoc non faciebant Israelitę de Deo, nisi dixerimus, q̃ non credere potentię Dei, & bonitati eius erat diminuere Dei famam, vel Dei bonum: nam Deus omnipotens, & summè bonus est, qui autem non assentit omnipotentiæ eius, dubitans de aliquo an posset, vel discredẽs bonitati eius, diminuit bonum Dei: sed magis, ꝑriè est murmurare, quam detrahere hic.

Quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci corã eis. Ad idem pertinet ista querela, sicut superior. s. q̃ non credebant Iudęi Deo per omnia signa, quæ fecerat. Et non est sensus, quòd Iudęi non credebant Deo in signis, quę faciebat: nam ipsi videbant fieri illa, ideo non solum credebant, sed etiam cogebantur scire per certitudinem magnitudinẽ Dei, sed est sensus, quòd Iudęi non credebant Deo in signis, ideſt non confidebant Deo, quantum ad omnipotentiam suam, & suã bonitatem per omnia signa, quæ fieri viderunt: volebat enim Deus, quòd cum semel demonstrasset coram eis omnipotentiam suam in operatione miraculorum, & summam potentiam suam in exhibitione magnorum beneficiorum, crederent ei quantum ad omnia alia, quę diceret, etiam antequam in opere cõpleta monstraret. Et erat medium inducendi, scilicet q̃ sicut alias fecerat mirabilia attestantia omnipotentiam, ita & nunc facere posset, & sicut olim eis ex nimia largitate prouiderat, ita & nunc prouideret: volebat etiam Deus, q̃ si aliquando Iudæi in magno periculo, aut necessitate constituerentur, de qua nondum dixisset eis Deus, añ liberaturus esset illos, q̃ crederẽt Deum posse eos liberare, & q̃ certissime vellet eos liberare, in quo magis merebantur, quam cum eis diceret, q̃ liberaret eos, & hoc non quantum ad fidem de omnipotentia eius, sed quantum ad confidentiam de summa bonitate illius: omnipotẽtia enim ęqualis est, & nos de ea certi sumus, siue promittat nobis facere, siue non: & tamen an faciat ex summa bonitate, magis dubium est, ideo cum dixit nobis se facturum, qa scimus ipsum veracem esse, non est difficile credi ipsum facturum, sed cum nihil dixit de liberatione nostra, & nos per certitudinem confidimus, quòd liberabimur per ipsum, maior confidentia est de bonitate illius, & maioris meriti. Sic autem Iudęi facere debuissent: precipue cum Deus eis multa signa omnipotentię, & summę bonitatis demonstrasset, ideo conqueritur, q̃ in omnibus illis signis, nondum crediderunt. i. nondum cõfidebant de summa bonitate Dei, nec credebant eius omnipotentiam,

Quõ dicebatur Iudæos non credere Deo in signis.

Deus vult, quòd quandocunque fuerimus in aduersitate confidamus, quòd liberabit nos etiam si ipse non esset nos liberaturus. Et ideo ab oratione non esse cessandum.
Quæst. XIII.

SCIENDVM autem, q̃ Deus vult de nobis qñcunque sumus in aliqua angustia, & eleuamus in eum mentem nostram petendo liberari, q̃ credamus nos liberandos ex summa bonitate illius indeficiente: etiam si ipse nõ sit liberaturus nos. Quod forte alicui dubium videbitur: nam cum Deus ex bonitate sua liberaturus est nos, q̃ credamus nos liberandos per ipsum rationabile videtur, & q̃ ipse hoc velit, sed quòd velit nos confidere liberandos per ipsum, si ipse non sit liberaturus, videtur irrationabile. Respondendum est, q̃ aut totam Dei bonitatem tollemus: ita q̃ nunquam de ea confidamus, aut semper de ea confidendum est, quantumcunq; iniqui simus. nam nos per certitudinem de Deo nescimus quid ipse velit, & statuerit de nobis, ideo vel semper confidendum est bonitati credẽdo, q̃ liberabit, quia bonus est, vel nunquam, quia nunquam nobis notum est certissime an liberare velit, donec liberet, sed nullus dicet, nunquam esse confidendũ bonitati diuinę: ergo semper confidendum est, donec ipse determinauerit an facere velit, vel non.

Et adhuc si determinauerit, q̃ non vult facere, qã petimus, non est desistendum ab oratione, vt faciat, qa nescimus an hoc dixerit per comminationem, vel secundum certissimam sententiam, & sic Niniuitę fecerunt, quia quamquam prædixisset eis Deus per Ionam prophetam, vsque ad 40. dies Niniuem subuertendam, conuersi sunt ab iniquitate sua, & clamauerunt ad dominum dicentes inter se, quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore iræ suę, & non peribimus? vt patet Ionæ, capitulo tertio, & sic factum est, quoniam non perierunt. Nec solum Niniuitę qui insipientes erant hoc dixerunt, sed propheta Iohel cum denunciasset iram magnam Dei venturam super Israelitas: admonuit flere coram domino, & ieiunare, vt remitteretur eis dicens, quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?

Idem Moyses fecit, nam cum semel orasset ad dominum, vt introduceret eum in terram Chanaan trãsIordanem, & Deus dixisset, quòd non ingrederetur illuc, adhuc apposuit orare, quousque Deus ei iterum dixit, ne oraret, quia iam determinatũ erat, quòd nullo modo introiret illuc. sic patet Deuteronom. capitulo tertio, scilicet iratusque est dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: sufficit tibi nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. Et ita ęt nobis faciendum est, quòd quamquam Deus semel diceret se non facturum, quod promisit: tamen non erat cessandum ob hoc, donec iterũ dicat nullo modo pro hac re orandum esse, quia tunc cõstat dictum illud non esse secundum comminationem, sed secundum certam sententiam, quę immutabilis est. Quãto magis confidendum semper est, qñ Deus, nondũ declarauit nobis an facere vellet, vel non.

An semper Deus vult nos confidere eius bonitati.
Quæst. XIIII.

SED adhuc aliquis dicet, q̃ q̃q̃ nobis qui de diuina sententia incerti sumus confidendum semper sit, q̃ nos liberabit: tñ Deus qui scit an liberabit, vel non, non videtur, q̃ velit, vt nos semper confidamus nos liberandos per eius bonitatem.

In quo dicendum est, q̃ non solum Deus vult nos confidere bonitati eius, q̃ liberabimur quando intendit liberare nos, sed etiam cum disposuit non liberare, & hoc quia Deus vult sic nos confidere de bonitate eius, vt eam intelligere possimus, sed nõ possumus cognoscere quando nos liberare velit, an quando nõ: nisi cum actualiter liberauerit, ergo vel vellet, q̃ semper confidamus per bonitatem eius nos liberandos, vel nunquam: cum ipse nolit nobis dare aliquam regulam, quam cognoscamus, quando nos liberabit, an quando non, nec oportet dari: nam si daretur iam nõ esset confidentia, sed certa cognitio. In omnibus ergo Deus vult, vt confidamus nos liberandos per ipsum, qualitercũque eueniat in quo nimis mereremur, nec magis meremur cum confidimus nos liberari, & liberamur, quam cum confidimus, & non liberamur, qa confidere ad actum nostrum pertinet. liberare vero ad actum Dei, & est posterior actu nostro, nunquã tñ posteriora immutant priora. Item quamquam aliquando nos confidamus liberari a Deo, & non liberet: si iterum in angustia simus non est diffidendum bonitati eius, sed semper confidendum, q̃ liberabit, quia manus dñi nõ est abbreuiata, vt saluare nequeat, & quanto sępius fuerimus in periculis, & non liberemur, & postea confidamus in aliis periculis de Dei bonitate, tanto magis meremur, quia difficiliora faciunt actum magis virtuosum. Item licet aliquando speremus per Dei bonitatem liberari, & non liberemur, nõ est existimandum per hoc Dei bonitatem esse diminutam, aut potentiam inualidam, ideo enim non liberat, quia iudicat nobis melius esse non liberari, quam liberari: errabant igitur Iudęi isti pessimi, quibus Deus potentiam suam monstrauerat in multis signis, & promiserat eos introducere in terram Chanaan, & tamẽ adhuc non credebant, q̃ introduceret.

Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam. Ideſt, quia non crediderunt mihi, nec videt, quod crediturі sint, feriam eos peste in hac solitudine, non relinquendo ex eis quenquam in vindictam huius sceleris. non dicebat hoc Deus denunciando quid facturus esset, qa tunc certissime percussissem eos peste, nihil relinquẽs: non tamen fecit, licet quantum ad aliquid factum est, quia omnes illi qui murmurauerant perierunt in deserto, vt patet infra, dixit tamen Deus hoc, vt iratus, sed Moyses orauit ne fieret: si tamen non orasset fieret: ipse tamen Deus qui prouiderat hoc non futurum, monuit Moysen, vt oraret pro illis, & sic nõ factũ est: peccata tamen Iudęorum meruerant hoc fieri.

Te autem faciam in gentem magnam. i. constituam te ducem super magnam multitudinem gentilium, q̃ meliores, & fortiores sint.

An Deus vellet occidere omnes hebræos, & facere Moysen ducẽ gentilium. Et quamquam Deus diceret, quòd faceret Moysen in gentem magnam, tamen non erat facturus, quia alioquin fuisset impossibile mutari.
Quæst. XV.

NON est intelligendum solum, quòd Deus faceret Moysen principem super gentem magnam, & occideret oẽs alios hebræos: nam non erat occisurus illos, qui non peccauerant: potissime, quia aliqui ibi erant pro ipso valde zelates, sicut Caleb, & Iosue quos lapidare voluerant nunc Israelitæ, quia zelabant pro domino: nullus ergo credere posset hos cum reliquo populo pestilentia feriendos: locutus tamen fuit Deus hic ad Moysen qui erat princeps populi, & magis zelans pro Deo, atque orans pro hebręis, quòd ipsum faceret principem magnum: & tamen etiam intelligitur de Iosue, & Caleb, qui zelabant pro Deo, q̃ eos liberaret faciens esse sub ducatu Moysi in gente illa, super quam constitueret Moysen principem.

Sciendum autem, quòd licet ista dicerentur: tamẽ Deus non erat constituturus Moysen principem super gentem magnam aliam, quia tunc constituisset, & impossibile fuisset hoc mutari: Deus enim ex sola bonitate sua præordinauerat hebręos non delere, consequenter ordinauerat Moysen super gentem aliã ducem non constituere, sed si Deus hebraicam gentem ex suis demeritis delere prędordinasset, Moysen quoque super aliam gentem ducem constituisset, sicut in propositione sua significauit, sed primũ non factũ est. ergo nec secundum. Iterũ aũt Deus sibi promisit Moysi Exo. 32. c. cum delere vellet Israelitas pro pcto idolatriæ. dixit. n. faciamque te in gentem magnã, sed magis hic declarauit, quia ibi non videbatur de gẽte illa, an de ipso nascitura esset, vel ꝓstituret eũ Deus principẽ super aliq̃ gentem, q̃ non esset ab ipso: hic autẽ declaratum est, q̃ ista gens daretur ei per modũ ducatus, & non per modum deriuationis seminalis ab eo, cum dicatur: te autem faciam principem super gentẽ magnam: istę tñ auctoritates eundem sensum faciũt, quamquam aliqñ sacra Scriptura magis exprimat, & aliquando minus non curans de quibusdam.

Quæ esset ista gens magna, super quam Deus constituturus erat Moysen deletis hebræis.
Quæst. XVI.

QVAERET aliquis, quæ esset gens ista magna, & fortior gente hebręorum, super quã Deus constituturus erat Moysen si deleret hebręos?

Respondetur, quòd nõ est danda illa gens, nec obligamur dare talem, quia Deus ordinauerat, nunquam sic futurum, vt Moyses prędiceretur alteri gẽti, sed soli genti hebraicę, sed intelliguntur hęc conditionaliter, scilicet, quòd Deus non erat deleturus hebraicã gentem ex bonitate sua, ideo nec constituturus erat Moysen super alias gentes, sed si delere debuisset hebręos ex aliqua causa, constituisset Moysen super aliã gentem, & tunc daretur illa gens, super quam Deus eum constituturus erat: nunc autem non erat danda.

An obligemur dari aliquam gentem super quam constitueret Moysen. *Quæst. XVII.*

QVAERET adhuc aliquis, quòd quamquam non obligemur dare determinate gentem illam, cum non esset futurum, sicut Deus dicebat: tamen an esset aliqua de gentibus, quę tunc erant.

Respondetur, quòd non erat impossibile, aut includens contradictionem, Moysen constitui principem super quamcunque gentem signatam de eis, quę tũc erant, vel super aliquam gentem de tunc existẽtibus, licet illa non determinetur. Erat tamen impossibile verba ista Dei intelligi de aliqua gente earum, quę tunc erant, quia de qualibet gente omnium tunc existentium in simplicitate æternitatis diuinę prędentiæ sancitum erat, quos principes habitura esset, vsque in ęternum, & ista erat dispositio de his, quæ fieri debebant. Quod autem dicebatur de Moyse constituendo super aliquam gentem magnam, non erat futurũ, licet erat possibile, iõ nulla gens istarũ erat sup q̃ Deus constituturus erat Moysen principem, qa de qualibet gentiũ tunc existentiũ prędinitum erat, qui futuri essent principes eius de quibus nullus erat Moyses, alioquin fuisset. cum prouidentia Dei non fallatur. includit ergo cõtradictionẽ in diuina dispõne, q̃ de aliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua gente tunc existentium loqueretur: non tamen includeret si non esset prouidentia Dei ab æterno de omnibus, quę futura sunt, sicut nos non habemus prouidentiam rerum, quę per nos fient, & dependent a nobis, ideo possemus disponere aliud facere, q̃ facturi sumus, & faceremus id quod disponeremus, & nō id quod nunc facturi sumus, cum nihil disponimus: in Deo tamen repugnat hoc fieri, cum de omnibus, quę futura sunt, ab ęterno disposuerit.

Sed dicendum est, ꝙ sicut deleri hebręos totaliter, non erat aliquid futurū, licet esset possibile, ita ꝓstitui Moysen super aliq̃ gentem, non erat futurū, sed possibile, ideo gens illa super q̃ constitui poterat non erat, sed esse poterat. Si aūt constitui Moysen super aliquā gentem esset futurum, ita gens illa, quæ erat possibilis, & non erat futura, tunc esset.

An Moyses esset constituendus dux super aliqua de gentibus, quæ tunc erant. Quæst. XVIII.

Sed aliquis dicet, ꝙ aliqua de gentibus, quę tunc erant poterat esse, super quam Moyses esset in ducem constituendus: nam licet non esset realiter constituendus super aliquam illarum, cum pro qualibet illarum essent determinati duces pro omni tempore de quibus non erat Moyses: tamen erat possibile aliud fieri de qualibet illarum gentium, quòd futurum non erat.

Respondendum est, ꝙ ēt non stat, ꝙ intelligeretur Moysen posse constitui ducem super aliquam illarū gentium, quę tunc erant. nam pp possibile positū in esse, nullum sequitur inconueniens: si tñ poneretur in esse, ꝙ Moyses constitueretur dux super aliquam illarum gentiū daret inconueniens. s. ꝙ mutaretur dispositio Dei, quæ immutabilis est. consequentia patet, qa Deus ordinauerat ab æterno de qualibet illarū gētiū, qui essent duces, de quibus non erat Moyses, quod reuentus demonstrauit. si ergo poneretur in esse, ꝙ ipse esset dux alicuius de gentibus tunc existēribus, mutaretur ordo ille. s. quòd aliquis esset dux, qui non erat præordinatus in ducem, & aliquis qui erat ordinatus in ducem tolleretur. Non est igitur possibile intelligi de aliqua gente, quę tunc erat, aut postea fuerit, sed necesse est intelligi, solum de gente, quæ erat possibilis esse.

An illa gens super quam Moyses poterat constitui esset futura ab eo per propagationem, vel non. Quæst. XIX.

Quaeret adhuc aliquis de gente ista, super quam Moyses constitui poterat in ducem, an illa esset a Moyse per generationem seminalem, vel solum cōstitueretur sup eos in ducem, & non pertinerent ad eum ſm genus.

Respondendum est, ꝙ secundum istam literam satis apparet, quòd constituendus erat Moyses super gētem magnam, quę non esset de genere eius, cum dicatur faciam te principem super gentem magnam: si tamen esset de genere eius, non poneretur ipse velut princeps super eos, & tamen quia illa litera, & illa quæ habetur Exod. 32. capitulo, pertinent ad idem, cum similia ibi Deus promiserit, & illa videatur indifferēs ad signandum Moysen constituendum in ducem super gentem alienam, vel exituram de lumbis suis: nam dicitur ibidem, te autem faciam in gentem magnam, & potest intelligi per generationem, sicut dicebat Iacob Gen. 48. capitulo, de Manasse, & Ephraim. hic quidē erit in populos, sed frater eius minor crescet in gētes. esse autem Manasse in populos erat per generationē, & non per principatum, quia non erant constituendi ipsi super gentes, & populos, sed erant nascituri de eis gentes, & populi. Potest aliter intelligi, scilicet te autem faciam in gentem magnam, idest super gentem magnam. Primo modo, in, significat defluxionem, vel conuersionem. Secundo modo significat superioritatem. vtrunque autem Deo erat possibile: poterat enim aliam gentem facere, super quam Moysen preponeret ducem, vel faceret, quòd de eo deriuarentur filii multi, & sic esset in gentem magnam, sicut Abraham in gentes multas dilatatus est, vel quilibet filiorum eius.

Quæ responsio sit verior præcedentium. Quæst. XX.

Quaeret autem aliquis, cū Moyses vtroque modo posset fieri in gentem magnā: quis sit modus verior horum, aut rationabilior. Respondendum est rōnabilius videri, ꝙ si Deus deleuisset hebręos constituisset Moysen super gentem magnā, cuius ipse esset princeps, & non pater. & patet primo, quia Deus loquebatur Moysi ad satisfaciendum ei, & hoc ſm conditionem temporis in quo loquebatur: dicebat. n. ꝙ delere vellet hebręos ad quod sequebatur, ꝙ Moyses qui ante præerat tantæ multitudini, iam nulli viro præesset, cum oēs deleretur, ex quo saltem poterat habere motiuū ad orandum pro eis ne maneret solus: respondet aūt Deus, ꝙ licet illam gentem super quam erat dux Moyses deleret: tñ non maneret solus, quia faceret eum super gentem magnam, quę fortior sit, quam hęc. Item satisfactio fieri debebat per similia, vt sicut tollebatur ei ducatus magnę gentis, ita daretur alius ducatus magnæ gentis. Si autem Deus faceret Moysen in gentem magnam. i. ꝙ nascerentur de eo multæ gentes non satisfaciebat ei, quia tunc maneret ipse sine aliquo ducatu tota vita sua, & non esset satisfactio pro ablato ducatu. Item dato, ꝙ Moyses futurus esset in gentem magnam per deriuationem seminis, tamen quia iam senex erat. annorum 80. & modicum victurus erat. annis q̃draginta solum vsquequo Israelitę fuerunt in exitu de deserto, & in ingressu terrę Chanaan, ergo paucos de semine suo videre poterat, scilicet solum nepotes aliquot, quod non correspondebat intentioni Dei commutanti statum, quē nunc habebat Moysen, in alium statum.

Item dato, quòd gētes multę de semine Moysi exiturę essent: tamen non haberet Moyses in vita sua aliquam prosperitatem mundanę dominationis, aut honoris, quia manebat solus, quousque gigneret nouas proles, & in tota vita sua paucos de filiis suis videret. multiplicatio autem futura post mortem eius non faciebat ad prosperitatem, & gaudium præsentis vitæ, in qua ipse paucos haberet de suis, quia quando Moyses propinquus morti, quia a tempore quo ista dicta sunt, vsque ad mortem Moysi non fuerunt quadraginta anni integri. Item dato, ꝙ Moyses a tēpore huius gignere inchoasset, vtpote quia Deus eū ad hoc deducere intendisset, vt esset super gentem magnam: tamen non poterat tot posteros in vita sua videre, vt diceretur factus in gentem magnam. ergo non potest intelligi per generationem futurus in magnam gentem. Item quia si Moyses multos filios genuisset ante tempus hoc, illi essent de populo hebręorum, sicut & ipse Moyses. Sed Deus volebat totum illum populum delere, quia durę ceruicis erat. ergo filios Moysi, ibi etiam deleret, & staret multiplicatio per generationem.

Item

Item nō potest intelligi, quòd esset per generatiōnem constituendus in magnam gentem, quia hic dicitur. faciam te principem super gētem magnam, fortiorem quā hæc sit, in quo distinguitur gens illa a gente Israelitarum, sed gens futura de semine Moysi nō potest distingui a gente Israelitarum: ergo non potest intelligi, ꝙ futurus esset in gentem magnam, ab ipso per generationem deriuandam. patet antecedēs, quia totum, & pars sua non condistinguuntur, ita ꝙ ponāt in numerum. s. ꝙ per se ponatur pars, vt vna res, & totum per se, vt altera res: impossibile est. n. hoc, cū vnū sit intra alterum, & si totum ɔ̄ partem suam distingueretur, & connumerarentur, tanquam duo: oporteret ꝙ idem ɔ̄ seipsum connumeraretur, & idem bis numeraretur, & distingueretur. s. quia acciperetur pars in se sola, vt vnum: deinde iterum acciperetur in toto, cum totū dicatur, quod ex partibus suis oībus simul sumptis constat, quia totum aliquid perfectum est, vt ait Arist. 1. de cęlo, & mundo. c. 1. sed gens, q̃ de Moyse per generationem exitura esset, pars erat populi Israelitici, cum ex illo deriuaretur, & ipse Moyses pars esset populi illius. necesse est ergo, ꝙ esset ista de qua dā aliqua gens, quę non nasceretur ex Moyse, nec pertineret vllatenus ad gentem hebręorum, vt esset talis, quę posset distingui ab illa, & ponere in numerum ɔ̄ illam, & tunc necessarium erat, ꝙ Moyses poneretur, tanquam dux gentis istius, & non tanquam pater.

Et fortiorem quam hæc est. i. gens illa super quam te faciam principem erit fortior ista. s. numero maior, & viribus robustior, & hoc, quia Deus nolebat diminuere statū Moysi, cū nihil demeruisset, sed si occideret hebręi, auferebat ei ducatus magnę gentis, ideo dandus erat ei ducatus maior, aut saltem ęqualis, & dicit Deus esse nobiliorem ducatum, quia gens illa erat viribus infirma, & corde pusillanimis.

Quare Iudæi hic murmurauerunt contra Aaron, cum ipse non esset princeps eorum, sed Moyses. Quæst. XXI.

Circa ea, quę tanguntur in textu, in princ. c. quęretur quare dr, ꝙ murmurati sunt cōtra Moysen, & Aaron: nam videtur, ꝙ solū debuerint murmurare ɔ̄ Moysen: ipse quippe solus erat princeps? Aliqui dicunt, ꝙ fuit primo, qa licet ɔ̄ Moysen principaliter murmurarent, tñ ēt ɔ̄ Aaron aliquo modo murmurauerunt, inquantum ipse erat frater Moysi, & consentiebat ei in oībus, quę ille faciebat. Secundo, quia licet Aaron non esset princeps populi, erat tñ quidam magnus princeps, inquantū erat princeps sacerdotum, & omnium Leuitarum, ideo si aliqua mala erant in populo, erat querela aliquo modo contra ipsum, licet principalius ɔ̄ Moysen. Tertio, quia videbatur Aaron velle malum populi, & conspirasse cum Moyse ad malum illius: erat aūt malum populi, vt ipsi putabant esse in solitudine, vel ire in terrā Chanaan: bonum autem ipsorum fuisset manere in Aegypto: non videbatur autem alicui esse vtilitas ex hoc, ꝙ populus esset in deserto, vel iret in terram Chanaan, nisi Moysi, & Aaron. Moysi quidem, quia ipse erat princeps populi, & imperabat in omnibus. Aarō vero, quia erat princeps sacerdotum, & Leuitarum. & vltra hunc honorem accepturus erat multa iura, & redditus de toto populo, vt patet infra 18. ideo putabat populus, ꝙ isti duo inter se conspirabant contra totū populum, vt tenerent eum in solitudine, vel ducerent in terram Chanaan, quia vtrobique dominarent̄ eorum, quod nō fecissent in Aegypto, quia ibi nullus dominabatur, sed hebręi erant subiecti Aegyptiis, & licet istud esset falsum, quia Moyses, & Aaron, non vsurpauerant sibi aliquem principatum, sed Deus ita instituerat: populus tñ maligno animo credidit, aut credere se finxit, ꝙ Moyses, & Aaron istud fecerant, & dominabantur eorum ex quadam collusione, quam inter se habebant. Simile patet infra 16. cum dicitur de Chore, & sociis suis, ꝙ surrexerunt contra Moysen, & Aaron. & dicitur: cumque stetissent aduersum Moysen, & Aaron, dixerunt: sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus, cur eleuamini super populum dñi. dixerunt autem cur eleuamini. i. quare accepistis principatum, quasi sitis dñi, & princeps populi, & hoc dixerunt, quia Moyses erat princeps populi, Aaron autem erat princeps sacerdotum, & Leuitarum, & dicebant illi, ꝙ Moyses, & Aaron propria auctoritate vsurpauerant sibi istos principatus, quousque Moyses voluit, ꝙ iudicio Dei cōprobaret an Moyses, & Aaron vsurpassent sibi istos principatus, vel illos Deus elegisset. eod. c. ita ergo nūc putarent, ꝙ animo dominandi tenebant totum populū in deserto, vel volebant inducere in terram Chanaā, ideo contra ambos murmurarent. Quarto fuit, quia cum hebrei viderent se constituros in malo, murmurarent contra illos, qui fuerant sibi causa mali: huiusmodi autem fuerunt Aaron, & Moyses, ideo contra eos erat murmuratio, patet hoc, quia malū hebręorū, vt ipsi putabant, erat exiuisse de Aegypto, quia ipsi dicebant, ꝙ bene erat eis in Aegypto Exod. 16. & supra 11. c. & nunc etiam volebant reuerti illuc, vt patet supra in litera. Moyses tñ, & Aaron eduxerāt eos de Aegypto, ideo ēt si Moyses, & Aaron dolerent de hoc, & vellent reuerti in Aegyptum, adhuc indignarētur hebræi contra ipsos, quia fuerant sibi cā exeundi, patet illud, quia licet Moyses simpliciter dr eduxisse hebręos de Aegypto, sicut ipsi confessi sunt Exod. 32. dicentes. Moysi viro huic qui eduxit nos de Aegypto nescimꝰ quid acciderit: Aaron tñ dicebatur aliquo modo eduxisse hebręos de Aegypto, quia Moyses, & Aaron simul fecerunt aliquid ad educendum eos: nam Moyses faciebat signa: Aaron autem loquebatur ad Pharaonem regem Aegypti, & ambo simul ingrediebant̄ ad Pharaonem Exo. 4. & 5. & 7. c. ideo ɔ̄ istos duos solos, tanquam causas totius mali sui murmurabant hebræi: nullus autem alius fuit qui fecisset aliquid ad eductionem hebręorum de Aegypto, nisi isti duo, ideo contra istos duos solos murmurauerunt, & istę duę vltimæ sunt causę verę.

Quare supra dicitur, quòd murmurauerunt contra Moysen, & non dicitur contra Aaron. Quæst. XXII.

Sed quæretur quare prece. c. dr, ꝙ hebrei murmurati sunt contra Moysen, & non contra Aaron?

Aliqui dicunt, ꝙ non erat pręsens Aaron, sed solus Moyses, ideo contra eum fuit murmuratio.

Dicendum, ꝙ non stat, quia ambo erant pręsentes: nam prędcedenti capitulo, dicitur, quòd exploratores venerunt ad Moysen, & Aaron, & omnem cętum filiorum Israel, & exposuerunt ea, quæ viderant, & tamen statim fuit murmuratio, vt patet ibi in litera. ergo erat pręsens Aaron.

Secundo, quia etiam, & si præsens non esset potuit esse murmur contra eum, immo istud prędstabat maiorem audaciam ad murmurandum, quia nemo resisteret, aut responderet.

Alii dicunt, ꝙ ēt illa murmuratio fuit ɔ̄ Aaron, & Moysen simul: scriptura tamen tacuit de Aaron, sicut multa alia facta sunt, quæ tacentur.

Dicendum, quòd non stat, quia cum scriptura dixerit hic murmuratum esse contra Moysen, & Aaron: ita ibi dixisset si contra ambos esset murmuratio;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio:tñ hic dixit de vtroque: ibi autem de solo Moyse, ideo tenendum est contra solum Moysen ibi murmuratum esse, hic autem contra vtrunque.

Cum autem quæritur quare hic contra ambos, & ibi contra solum Moysen? dicendum de primo.i. quare contra ambos reddita est causa prec.q. de secũdo.i. quare preced.c. murmuratum est contra solum Moysen: dicendum ꝙ contra ambos murmurari poterat, cum esset ibi, & hic eadem causa murmurãdi, & post illam primam murmurationem, vsque ad istam nihil innouatum est. Sed vr, ꝙ ibi contra solum Moysen fuit murmuratio. Primo pp inconsiderationem doloris, quia cum subito oritur dolor, non considerat dolens quid iuste dicere posset, aut vellet, sed prorumpit in querelas, aut lachrymas, aut verba inordinata, ideo cum populus auditis, & nondum plenè verbis exploratorum doluerit se exisse de Aegypto, & esse in solitudine, vel ire in terram Chanaan, non plene considerando in quem posset retorquere querelas suas, cepit murmurare contra solum Moysen, quia de hoc notũ erat, ꝙ esset causa horum malorum, nec poterat esse aliquid notius, aut quod magis occurreret cogitanti, quam Moyses qui erat princeps totius populi.

Secundo potuit esse, quia tunc verba exploratorũ dirigebantur ad solũ Moysen, licet esset præsens Aaron, & totus populus, quia dicitur preced.c. quia dixerunt exploratores, venimus in terram ad quam misisti nos. tunc ergo recenti dolore cum verba exploratorum ad solum Moysen dirigerentur, contra eũ solũ fuit murmuratio. Tertio potest dici, ꝙ fuit hic duplex murmuratio. Prima fuit, quia cogebantur hebræi ire in terram Chanaan. Secunda, quia educti fuerant de Aegypto, & tenebantur in hac solitudine. Prima fuit preceden.ca. in aduentu exploratorum, quia illi missi fuerant ad hoc, ꝙ irent hebræi in terram Chanaan. Secunda fuit hic in litera: nam postquã doluerunt Israelitæ se cogi ire in terram Chanaan, quia viderunt, ꝙ hoc dependebat ex eo, ꝙ exierant de Aegypto, doluerunt quoque, ꝙ inde educti essent, & ista fuit secunda murmuratio, sed primę rei.s. ꝙ irent hebræi in terram Chanaan solus Moyses fuit causa, quia ipse solus misit exploratores, & nihil in hoc fecit Aaron, ita confessi sunt exploratores, dicentes Moysi, venimus ad terram ad quam misisti nos prę.e.c. ideo ꝺ solũ Moysen fuit, & debuit esse illa murmuratio: secundę aũt rei, tam Moyses, quam Aaron fuerũt causa, quia ambo simul eduxerunt hebræos de Aegypto, ideo contra ambos fuit murmuratio, & ista videtur esse causa vera.

Quomodo hebræi murmurauerunt contra Moysen, & Aaron cum potius videatur, quòd murmurassent contra dominum Quæst. XXIII.

ADHVC quęretur quomodo hebręi murmurati sunt hic contra Moysen, & Aaron, quia non videntur murmurasse contra eos, sed potius ꝺ Deum, vt patet ex verbis murmurationis: nam dicit, ꝙ murmurati sunt dicentes: vtinam mortui essemus in Aegypto, & in hac vasta solitudine, & in omnibus sequẽtibus verbis, nullum verbum dr contra Moysen, sed aliquod dicitur contra Deum. s. vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam.

Dicendum, ꝙ fuit murmuratio contra Moysen, & Aaron, & etiam erat murmuratio ꝺ Deum, quia nihil poterant dicere contra Moysen, & Aaron, quod non dicerent ꝺ Deum, cum illi nihil facerent, nisi Deo iubente, sed quia hoc notum est, scriptura nõ exprimit illud, sed presupponit, declarat autẽ id de quo potest esse dubium. I. an sit murmuratio contra Moysen, vel Aaron, vel contra ambos.

Est autem intelligendum, ꝙ hic fuit murmuratio contra Moysen, & Aaron, sed verba non apparent directe continere murmurationem, & hoc quia quędã sunt verba solum murmurantis, alia sunt verba murmurantis, & dolentis. Primo modo sunt verba pungitiua directa ꝺ illum, contra quem est murmuratio. Secundo modo sunt verba, quæ non diriguntur contra aliquem, sed solum dolens, & plangens ostendit in eis dolorem suum, & planctum: hic. n. fuit secundus modus. s. quia hebręi dolentes plangebant malum suum principaliter, & murmurabant aliquo modo, iõ verba magis signant dolorem, quam murmurationem, ideo dr: vtinam mortui essemus in Aegypto, vtinam pereamus, & non inducat nos dñs in terram istam, in hoc enim propria mala plangũt, & istud patet ex principio litęrę. Ligitur oĩs turba vociferans fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron, & ita prius ponitur flere, quam murmurare, quasi esset principalius, & sic verba non sonant directe murmurationem, sed planctum dolentium. Secundo potest dici, ꝙ erat murmuratio, quia licet nõ dicatur hic aliquod verbum contra Moysen, & Aaron: tamen dicebant Israelitę mala sua, quorum causa fuerant Moyses, & Aaron, ideo dicendo hęc coram eis dicebantur murmurare contra ipsos.

Quare Iudæi dixerunt, vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac solitudine, & qũo in hoc errabant. Quæst. XXIIII.

SED quęretur quare dixerunt hebręi, vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine?

Aliqui dicunt, ꝙ hebręi nouerant se morituros in solitudine ista, ideo tãquam malum detestabant hoc, & sic fuit, quia omnes isti qui dixerunt hoc mortui fuerunt in solitudine, vt patet ꝛ. in litera. Sed dicendũ ꝙ hebręi non nouerunt hoc, quia istud fuit datum in pęnam murmurationis, quæ nunc fiebat, ideo nõ poterant scire, quæ pęna inde sequeretur. Secundo, quia ista pęna fuit imposita a Deo post murmurationem, & depec̃lebat ex voluntate eius, ideo non poterãt ipsi nunc scire illas. Tertio, & pręcipue, quia si scirent istam pęnã futurã, cum ista esset pro murmuratione, nõ murmurarent, & tñ murmurauerũt, & patet hoc, quia qñ per Moysen fuit eis denunciata ista pęna, dixerunt se velle obedire Deo, & parauerunt se ad alcẽdum in terrã Chanaã, vt patet infra in litera, a fortiori ergo si scirent hoc, antequam murmurarent, nõ murmurarent: non est ergo verum, ꝙ sciebant se morituros in solitudine, licet postea sic acciderit.

Cur hebræi tunc dixerunt in hac vasta solitudine, cum id tamen nescirent. Quæst. XXV.

ET tunc manet dubium cum isti nescirent se morituros in solitudine, qũo dixerunt, & nõ in hac vasta solitudine?

Dici ꝑt vno mõ, ꝙ ista sunt verba lugẽtium propria mala, & qui luget, vel conquerit abundantius exprimit malum, quam habeat, vt sic satisfaciat dolori suo, & quia isti sentiebant mala in deserto lugebant illa, tanq̃ mortem, licet nescirent se in deserto mortuos. Secundo dicunt aliqui, ꝙ fuit, quia in deserto patiebantur quædam mala, quæ non in Aegypto, nam in Aegypto saturabuntur carnibus, hic vero nihil horum habebant Exod. decimosexto. I. vtinam mortui essemus in terra Aegypti, quando sedebamus sup ollas carniũ, & comedebamus panes in saturitate. cur eduxisti nos in desertũ, vt occideres omnem multitudinem fame? & de hoc sępe conquerebantur, vt patet supra 11. & infra 21. c.

Tertio dici potest & melius, quia omnes in malis semper eligunt, quod minus est, & tamen putabant se hebræi morituros in solitudine, sed mori ibi erat pejus, quã mori in Aegypto, ideo potius voluissent mortui esse in Aegypto. istud est, quia si in Aegypto mortui fuissent expleuissent mala sua, & nõ superesset eis aliquis sensus doloris, nunc vero post exitum de Aegypto multa mala toleraverant, & adhuc plura se pasturos timebant, ideo præeligebant, ꝙ fuissent mortui in Aegypto, & ista est veritas. Sed dicendum, ꝙ in hoc errabant Iudæi, & habebant corda misera, & ignobilia, nam si in Aegypto morerentur esset mors eorum in seruitute, nunc vero quandocunque morerentur in deserto, morerentur in libertate, sed libertas omnibus delitiis, & diuitiis melior est. Considerandum, ꝙ hebręi putabant se morituros in solitudine, quia ipsi nolebant ire in terrã Chanaan, ideo necesse erat, ꝙ si in solitudine diu manerent, ibi morerentur, & hoc reputabant ad miseriam.

Quare post petierunt mori in solitudine. Quæst. XXVI.

SED quęretur quare dixerunt hebræi, vtinam pereamus, & non inducat nos dñs in terram istam? nã videntur repugnare hic dicto suo præcedenti. s. vtinã mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine, nunc vero petunt hic mori in solitudine.

Dici potest vno modo, ꝙ istud pertinet ad inconsiderationem doloris, lugentes enim cum moueantur ex magnitudine doloris, non considerant qd dicant, sed solum dolor impellit eos, vt aliquid dicant expressiuum malorũ suorum, iõ interdum ꝺria sibiipsis dicunt, & transeunt de vna snĩa in aliam. Secundo ꝑt dici & melius, ꝙ ista ponuntur hic, vt diuersi, & inæqua les gradus malorum, & transeunt ordinati de vno in alium, mori quidem malum est, tñ aliquod est eligibilius alio, quia est cum paucioribus incõmodis: hebræi enim qui misera corda habebant, & nullum bonum sperabant, vbique putabant sibi moriendũ esse, distinguunt aũt triplex mori. I. in Aegypto, in deserto, in terra Chanaan, minus malum iudicabunt esse mori in Aegypto, quia illud iam transisset, & non supereſſet illis aliqs sensus doloris, si aũt in deserto morerentur adhuc supererant aliqua mala toleranda, & prò hoc dixerunt, vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine, sed putabant peius esse mori in terra Chanaan, q̃ in solitudine, quia plura incommoda supererent. Primo, quia ad moriendum in deserto non oportebat ire ad alia loca, si vero in terra Chanaã moriendum esset, adhuc illuc eundum erat, & multa toleranda. Secũdo, & potissime, quia si in deserto morerentur hebręi perirent sine hoste, quia nemo eos ibi impugnabat, & ita in pace morerentur. Si aũt morien dum erat in terra Chanaan perirent gladio hostili, qa hostes non permitterent eos diu viuere, hoc autem re putabant esse infelicitatem. Tertio, quia si morerẽtur in deserto, nemo noceret vxoribus, & filiis eorum, sed ipsi ibi viuerent, & postea morerentur in pace, in terra autem Chanaan, tam vxores, quam filii hebręorũ ducerentur captiui occisis hebręis, & hoc reputabant ad magnam calamitatem, ideo potius eligebant mori in deserto, quam in terra Chanaan. Ista duo vltima erant vera motiua hebręorum. & patet, quia ipsi exprimũt illa in litera. s. vtinam pereamus, & nõ inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores, ac liberi nostri ducantur captiui.

Quare optabant mori dicendo ne inducat nos dominus in terram istam. Quæst. XXVII.

ADHVC quęretur, quare dixerunt, vtinã pereamus, & nõ inducat nos dominus in terrã istam, & non dixerunt, & non eamus in terram istam?

Dicendum, ꝙ hebręi significauerunt hic aliquã necessitatem eundi in terram Chanaan: & hoc quia ipsi non dirigebantur a seipsis, sed a Deo qui præcedebat eos in columna nubis, & ostendebat eis tempora ambulandi, & loca castrametandi, supra 9. c. ideo non poterant ipsi ire quo vellent, sed si Deus dirigeret eos in terram Chanaan, oportebat illuc ire.

Sed obiicietur, ꝙ poterant ipsi manere, ẽt si colũna moueretur, & poterant ire ad alium locum, quam ad illum. ad quem columna dirigebat eos.

Aliqui dicunt, ꝙ forte hebręi putabant se nõ posse moueri, nisi ad partem ad quam ibat columna. Quia sicut illa mouebatur Deo mouente illam, ita Deus cõpelleret Iudæos ire ad partem, ad quam ibat colũna. Dicendum, ꝙ istud non erat verum, nec ẽt Iudæi illud putabant, sed ꝙ possent libere ire quo vellent, & patet quia ipsi dixerunt statim, nonne melius est reuerti in Aegyptum? ẽt dixerunt, constituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum, sed hoc non dicerent, nisi putarent, ꝙ poterant ire sine columna, quia certum eis erat, quòd Deus qui direxerat eos exeuntes de Aegypto per columnam, ad reuertendum in Aegyptum per columnam nõ dirigerentur: putabant ergo, quòd sine columna, & contra motum illius ire possent quo vellent.

Dicendum non esse dubium in hoc, hebręi quidẽ pro certo habebant, ꝙ columna non mota poterãt ipsi ire quo vellent, & ẽt illa mota, & procedente, poterant manere in loco, vel ire ad aliũ, sed hoc nolebãt, quia non audebant offendere Deum tam grauiter, cũ columna ab eo moueretur, & vellent ipsi, ꝙ Deus cõ cederet eis non ire in terram Chanaan.

Secundo, quia si conarentur moueri contra motũ columnę, timebãt ꝙ Deus inferret eis grauissima mala, & forte potius vellent ire in terram Chanaan, quã sustinere illa mala.

Tertio, & pręcipue, quia in deserto non habebãt cibum hebræi, nisi diuinitus, quia aliunde habere non poterant, & cadebat cibus iste in circuitu castrorum, & non alibi, supra vndecimo, & Exo. decimosexto capitulo, credebant autem hebręi. quòd si vellent ire cõtra motum nubis, vel manere nube recedente, Deus non daret eis manna, quia faciebant expresse contra pręceptum Dei. cessante tamen manna illico morerentur, quia nullus alius cibus eis erat, ideo non auderent hoc facere. Et sic loquebantur de hoc, quasi de illo, quod non erat commode in potestate eorum, ideo dicebant, vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam. nam si esset in potestate eorum non dicerẽt, vtinam pereamus, quod importat desiderium sine potestate: sic etiam fuit in eo, quod primo petiuerunt. scilicet, vtinam mortui essemus in Aegypto, & in hac vasta solitudine, quia non erat in potestate eorum mortuos fuisse in Aegypto, quia pręteritum erat, quòd non essent mortui in Aegypto, sed pręterita impossibile est non pertransisse 6. Ethicorum, ideo non poterant isti habere illud, sed desiderabant.

Si autem obiiciatur, ꝙ post hoc dixerunt, quòd reuerterentur in Aegyptum, in quo neque aduertebãt ad pęnas, quę poterant a Deo infligi, neque ad manna quod eis deficeret.

Dicendum, ꝙ istud est contra oĩa presupposita ꝑcedentia hebręorum, nec poterant illud facere, etiam si

Universidad de Deusto
Biblioteca

vellent, qui tamen ſtimulantur magno dolore interdum aliqua dicunt,& proponunt,quę impoſſibilia eis ſunt, vt oſtendimus ſupra q.7.

Quare Moyſes, & Aaron ceciderunt proni in terram.
Quæſt. XXVIII.

SED quęretur quare Moyſes, & Aaron audito iſto verbo.ſ. q volebant redire in Aegyptum,ceciderũt proni in terram?

Aliqui dicunt hoc fuiſſe,quia erat magna murmuratio hebręorum contra ipſos in eis, quæ dicta fuerãt, ideo orabant ne murmurarent.

Sed dicendum,q non ſtat, quia cũ multa murmurãdo dixiſſent,ceciditſſent a principio murmurationis in terram Aaron,& Moyſes,ſed non fecerunt.

Dicendum,q audito iſto verbo de reditu in Aegyptum,ceciderunt in terram,& non prius,quia licet cętera mala eſſent:tñ aliquo modo corrigi poterãt. hoc vero,quod dictum eſt de reditu in Aegyptũ erat execrabilius omnibus,quæ dici poterant, & quia nihil tale vnquam audierant Moyſes,& Aaron, & putabant, q nunquam hebręi iſtud conciperent, aut proponerent quantacunque mala eis euenirent, ideo nunc audito illo corruerunt,in cęteris autem non corruerunt in terram.

Quid voluerunt facere ex eo,quòd in terram corruerunt.
Quæſt. XXIX.

ADHVC quęretur quid facere voluerũt Moyſes, & Aaron per hoc,q corruerunt in terram?

Dici poteſt vno modo,q non intenderunt per hoc aliquid facere, ſed audientes verbum tam execrabile, ita vehementer turbati ſunt,q non potentes conſiſtere,corruerunt in terram.

Secundo dicunt aliqui fuiſſe ad orandum Deum,p Iſraelitis,quia audito verbo tam execrabili putauerũt, q Deus non contineret iram ſuam,ſed ſubito occideret omnes.Ceciderunt ergo in terram ad orandũ Deũ pro Iſraelitis ne illos occideret.

Tertio,vt putant aliqui fuit ex timore,nam Aaron, & Moyſes videntes prorumpere hebręos in verba, tã execranda contra Deum,& q reuerti vellent in Aegyptum timuerunt, quòd vellent occidere ipſos, quia illi eduxerant eos de Aegypto. Vt autem placarent indignationem eorum ceciderunt in terram, quaſi orantes ne eos occiderent.

Quarto dicunt aliqui fuiſſe ad oſtenſionem doloris,quia ſicut alii ſcindebant veſtimenta ſua ad oſtendendum dolorem, vt fecerunt Caleb,& Ioſue,ſicut patet ſupra in litera,ita & nunc Moyſes, & Aaron dolentes nimis, audito illo verbo ceciderunt in terrã ad ſignificandum dolorem.

Quinto fuit, quaſi ad rogandum Iſraelitas ne facerent,quod propoſuerant : dixerant enim cõſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum : Moyſes, & Aaron timuerunt,quòd hebręi iſtud facerent,ideo voluerunt orare humiliter, ne fieret, & ad illud ceciderunt in terrã.iſtud quintum, & ſecundum ſunt aliqualiter veriſimilia,ſed iſtud quintum magis, quia dicitur . ceciderunt proni in terram coram tota multitudine filiorum Iſrael : ſi autem ceciditſſent ad orandũ pro Iſraelitis,dicerentur ceciditſſe coram domino, qa ad orandum ipſum cadebant . dicitur tamen, q ceciderunt coram multitudine filiorum Iſrael. ergo cadebant ad orandum ipſos, ne reuerterentur in Aegyptũ, potius quam ad orandum dominum pro eis.

Quare Moyſes non increpauit populum de murmuratione.
Quæſt. XXX.

QVAERETVR quare Moyſes, & Aaron nõ locuti fuerunt, nunc ad populum increpando eos ob murmurationem, vel oſtendendo,q non euenirent mala,quę ipſi putabãt, ſicut Ioſue,& Caleb locuti ſunt ad populum.

Dicendum,q fuit primo, quia putauerunt nõ prodeſſe verba illorum:erant enim Iſraelitæ, ita indiſpoſiti,& turbati,q non aduerterent ad ea, quę ſibi dicerẽtur,ideo non voluerunt perdere verba.Secundo fecerunt ex timore,quia cum viderent populum tanta indignatione concitatum timuerunt , quòd ſi ſaltem vnum verbum dicerent occiderent eos , ideo tacuerunt,quia non erat tempus obiurgandi , niſi quando ceſſaſſet indignatio.

Sed dicetur,q licet non increparent . quare ſaltem non loquebantur conſolando eos oſtendentes, quòd non euenirent eis in terra Chanaan illa mala, quæ ipſi timebant?

Dicendum,q populus erat concitatus in iram contra Moyſen,& Aaron,& murmurauerant contra eos, ſi autem nunc ipſi vellent loqui aliquid , quidqd illud eſſet populus non attenderet, ſed proſequentes indignationem ſuam irruerent in eos,atque occiderẽt ipſos:ipſi agnoſcentes ſtatum populi indignati, nihil loqui voluerunt,ſed potius corruerunt in terram, quaſi ſupplicantes,& humiliati, ſed poſtea quando ceſſauit indignatio populi, Moyſes increpuit eos dure, vt patet infra in litera.

Quare Ioſue,& Caleb ſciderunt veſtimenta ſua,
Quæſt. XXXI.

QVAERETVR quare Ioſue , & Caleb ſciderunt veſtimenta ſua,& quomodo auſi fuerant loq ad populum? De primo dicendum, q hoc fecerunt ex magno dolore,quia audierant rẽ execrandam,& vſque huc non fuerat audita , neque cogitata, & quia conſuetudo erat antiquis in magno dolore ſcindere veſtimẽta ſua,ſicut Iacob audito , q fera peſſima deuoraſſet Ioſeph,ſcidit veſtimenta ſua Gene. 37. Dauid quoque , & omnes viri eius audita morte Saulis ſciderunt veſtimenta ſua.2.Regum.1.cap. nunc igitur Ioſue,& Caleb,quia doluerunt audito hoc verbo ſciderunt veſtimenta ſua. Secundo forte fecerunt hoc non ſolum præ dolore,ſed magis, vt hebręis oſtenderent dolorem,& per hoc mouerent eos ad cognoſcendum malum,quod dixerant,ſcilicet, quòd reuerterentur in Aegyptum.

Quomodo Ioſue,& Caleb magis auſi ſunt increpare hebræos, quam Moyſes,& Aaron. Qõ. XXXII.

DE ſecundo dubitant aliq, quomodo potuerunt eſſe Ioſue,& Caleb audaciores, quam Moyſes.& Aaron, qui tamen nõ auſi ſunt loqui nunc ad populum?

Dicendum,q magis cõueniebat nunc iſtis loqui, q Moyſi,& Aaron. Primo,quia pertinebat ad officium, vel conditionem ipſorum : tota enim iſta murmuratio facta fuerat, quia exploratores quidam detraxerãt terræ Chanaan,& populus eis credẽs nolebat ire.Ioſue autem, & Caleb voluerunt contrarium ſuadere,affirmãtes falſum dixiſſe alios exploratores, & iſtis etiam credi poterat,ſicut prioribus, quia ipſi viderant terram Chanaan: Moyſi autem, & Aaron non conueniebat iſtud , quia ẽt ſi bona dicerent de terra Chanaã non crederetur eis, quia ipſi non viderant illam , ſicut exploratores,ideo Ioſue,& Caleb rectè potuerunt loqui,licet Moyſes,& Aaron tacerent. Et fuit cauſa,q iſti ſoli loquerentur , quia non erant plures qui loqui poſſent : ſoli enim exploratores poterant teſtimonium perhibere de terra Chanaan, quia ſoli eam viderant , ſed præter iſtos duos cęteri exploratores detraxerunt terrę Chanaan, vt patet infra in litera. ita iſti ſoli poterant loqui contra multitudinem.

Secundo auſi fuerũt Caleb, & Ioſue loqui ad multitudinem, & non Moyſes, & Aarõ,quia Caleb,& Ioſue nihil mali ſuſpicabantur ſi loquerentur : Moyſes vero,& Aaron mortem timebant,ſi aliquid dicerent, & iſta eſt cauſa præcipua.nam contra Moyſen, & Aaron erat murmuratio totius populi , & querela , quia eduxerant eos de Aegypto, ideo ſciebant Moyſes , & Aaron , quòd ſi tunc quidquam loquerentur cęderet eos populus : vnde non locuti fuerunt: contra Caleb autem, & Ioſue nulla querela aut murmuratio populi erat , quia in nullo nocuerant ipſi populo , ſed potius petente populo iuerant ad explorandum terram,ideo ſcientes nullam indignationem populi conceptam contra eos auſi fuerunt loqui.

Quomodo Ioſue, & Caleb potuerunt ſcindere veſtimenta ſua, cum Deus ea ſeruaret ſupernaturaliter, & an peccauerint in hoc. Quæſt. XXXIII.

SED quęretur quomodo Ioſue, & Caleb ſciderunt veſtimenta ſua : nam videtur , quòd non poterant, quia Deus ſeruabat illa ſupernaturaliter, vt non rumperentur Deutero.8.cap.ideo non poterant ipſi ea rumpere?

Dicendum q vere ſciderunt illa , ſicut in litera dicitur,nec obſtat,quod habeẽ Deutero.8.quia ibi Deus non ſeruabat veſtem ab omni ruptura , vel ſciſſione, ſed ſeruabat eam a corruptione, quę accidit propter vetuſtatem, ſicut dicitur e.c.ſ. veſtimẽtum tuum quo operiebaris nequaquam vetuſtate defecit. poterat ergo deficere alio modo , ſcilicet ſiquis ſponte illud rũperet .Secundo quia Deus cuſtodiebat veſtimenta, & calceos Hebræorum in fauorem ipſorum . Si autem ipſi vellent renunciare huic fauori, rumperendo veſtes, vel abijciendo eas, & nudando ſeipſos : planum eſt,q facere poſſent,ſicut pedes Hebræorum in quadraginta annis non fuerunt ſubtriti, & calcei non fuerunt rupti Deute.8.c.ſi quis tamen Hebræorum voluiſſet conterere pedes ſuos lapidibus , vel rumpere calceos: certum eſt, quòd facere poſſet, quia Deus prouiderat eis contra vetuſtatem , & non contra voluntatem.

An peccauerint in ſciſſione veſtimentorum. Et quòd non poteſt quilibet renunciare fauori ſuo , quomodo intelligatur.
Quæſt. XXXIIII.

SED tunc quæretur an Caleb, & Ioſue peccauerint rumpendo veſtimenta ſua?

Aliqui dicent , quòd ſic, quia Deus miraculoſe ſeruabat veſtes Hebræorum , ne deficerẽt, ſed qui rumpebat eas faciebat illas deficere, & ſic repugnabat diuino miraculo, quod ſine peccato fieri non poteſt.

Sed aliquis dicet,quòd poterat eſſe ſine peccato, qa quod veſtes Hebræorum non rumperentur erat in fauorem Hebræorum . quilibet tamen poteſt renunciare ei,quod in fauorem ſuum introductum eſt,ideo cum quilibet rumperet proprias veſtes nõ peccabat.

Dicendum q cum apud Iudæos cognitum eſſet iſtud miraculum, ſcilicet quòd Deus conſeruabat ſupernaturaliter veſtes eorum,ſi quis illas rumperet,aut ſcinderet , vel in aliquo lęderet nulla exiſtente cauſa, ſed pro ſola voluntate, peccabat : eo quòd videbatur contemnere diuinum miraculum,& repugnare prouidentię Dei facienti ad ſupernaturalem conſeruationem illarum veſtium , ſicut ſi quis Hebræorum abijceret manna, nolens manducare de eo , vel detraheret illi,ſicut cum dixerunt Hebręi. anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. infra 21.primo peccaret, ſed idem erat de veſtibus , & calceis Hebræorum, quia ſicut dabat mãna miraculoſe ad cibum Hebręorum,ita ſeruabat calceos,& veſtimenta ſua miraculoſe ad ornatum, & neceſſitatem corporis eorum,ideo ſicut,qui contemneret,vel abijceret manna peccaret, ita & qui pro ſola voluntate rumperet veſtes,vel calceos peccaret.

Cum autem obijciebatur , quòd poteſt quilibet renunciare fauori ſuo . dicendum quòd non eſt verum generaliter , ſed tenet hoc ſi ſit introductum in fauorem ſolius perſonę , & non ſit fauor communis principaliter,quam perſonę ſingularis , quia tunc non poteſt renunciari:immo,& interdum peccat,qui renunciat,ſicut eſt de priuilegio clericorum, quilibet enim ipſorum priuilegiatus eſt,& tamen non poteſt renunciare priuilegio:immo peccat ſi vult renũciare, ſubijciendo ſe iudici ſeculari , vt per eum de criminibus condemnetur , & hoc eſt , quia licet cuilibet clerico competat hoc priuilegium, non competit inquãtum eſt hęc priuata perſona, ſed inquantum habet ordinẽ clericalem , ita erat in preſenti , quia fauor iſte, q veſtes non rumperentur , non erat ſpecialis ad iſtũ , vel ad illum Hebręum , ſed erat fauor totius gentis Hebręorum, ideo non licebat cuilibet renunciare illi fauori.Secundo & precipue,quia licet iſtud eſſet ad vtilitatem omnium Hebręorum,& cuiuslibet ipſorum: tamen erat principaliter ad honorem Dei inquantũ omnes gentes audiebant iſta mirabilia , quę Deus faciebat inter Hebręos, vt patet infra in litera,q autem vellet aliquis renũciare huic fauori, erat velle minuere gloriam Dei , ideſt quòd Deus non faceret iſtud miraculũ, vel non appareret, ideo qui ſic faceret peccaret,ſicut Deus volens oſtendere gloriam ſuam dando aliquod ſignum dixit regi Achaz. pete tibi ſignũ a domino , ſiue in profundũ inferius,ſiue in excelſum ſupra,& quia Achaz dixit, q nolebat petere ſignum, iratus eſt Deus quaſi cõtemneretur.vnde dixit Eſaias, nũquid parum eſt vobis domus Dauid moleſtos eſſe hominibus,quia moleſti eſtis,& Deo meo? Eſa.7.cap. De Ioſue, & Caleb dicendum,quòd non peccauerint ſcindendo veſtes, quia fecerunt illud propter cauſam honeſtiſſimam, ſcilicet propter zelum eius, dolendo de illius iniuria, vt ſic oſtenderent dolorem ſuum,vnde non ſolum non peccauerunt in hoc, ſed potius pſtiterunt Deo obſequium faciendo iſtud.

Quomodo induti ſunt Ioſue,& Caleb ſciſſis veſtimentis eorum.
Quæſt. XXXV.

ADHVC quęretur cum iſti ruperint veſtimenta ſua , quo induerentur poſtea , quia in deſerto non poterant habere alias veſtes , cum non haberent commercium cum aliquibus gentibus,aut iſtę veſtes ruptę quomodo ſe haberent?

Dicendum quòd forte Caleb , & Ioſue habebant alias veſtes præteriſtas , & induerentur illis, & inipſis ſeruaretur, quod habetur Deute.8.ſcilicet quòd nunquam atterentur vetuſtate, & durarent eis per totũ deſertum.iſtis autem veſtibus,quas ruperant,nunquã poſtea induerentur.

Iſtud autem erat veriſimile. primo quia viri honorabiles quales erãt Ioſue,& Caleb,qui erant de principibus tribuum, vt patet precedent.capit.non haberẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

simplices vestes, sed etiam mutatoria. ideo ruptis, vel abiectis quibusdam induerentur alijs.

Secũdo quia Deus specialiter prouidit in hoc Hebræis, iubens, ꝙ quando exirent de Aegypto peterent ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea, & vestes plurimas, & promisit, ꝙ daret eis gratiam coram Aegyptijs ad hoc, ꝙ commodarent eis omnia, & sic spoliarent Aegyptum, vt patet Exo.3.& 11.& ita postea fecerunt Hebræi in recessu spoliantes Agyptios vestibus Exo.12.c.de his ergo vestibus haberent multas,& sic Iosue, & Caleb ruptis quibusdam vestibus poterãt habere alias. Tertio quia non solum in istis, sed etiam in toto populo videbatur generale, ꝙ omnes haberẽt vestes mutatorias, quia quando Deus iratus fuit populo propter adorationem vituli, mutauerunt omnes vestes suas Exodi.33.cap.ſaudiens populus sermonẽ hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo, idest nullus indutus est vestibus preciosis, sicut prius, sed alijs grossioribus, & pertinentibus ad luctum. sic etiam Deus iussit eo. c.scilicet iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi, & sequitur, deposuerunt ergo filię Israel ornatum suum a monte Oreb.& sic quilibet de populo habebat multas vestes, cũ posset mutare illas. a fortiori ergo Caleb,& Iosue, qui erant viri honorabiles haberẽt vestes multas. Aliter potest dici, quòd etiam si simplices vestes haberent, non deessent propter hoc vestes illis, qa nunc solum sciderant, vel ruperant vestes,& nõ comminuerant illas: poterant autem consuere illas,& tũc manerent in eis, quod in alijs vestibus, scilicet quòd nũquam atterererentur vetustate. vnde ita prodessent eis, sicut vestes, quę non fuerunt scissæ.

Quid voluerunt persuadere populo Iosue, & Caleb.
Quæst. XXXVI.

QVAERITVR quid voluerunt Caleb,& Iosue in verbis, quę dixerunt ad populum?

Dicendum quòd intentio eorum fuit dissuadere populo id, quod suaserant alij exploratores. erat enim intentio populi ire in terrã Chanaan, antequam redirent exploratores. Cum vero redierunt turbauerunt populum,& suaserunt, quòd nõ irent in terram Chanaan, sed potius reuerterentur in Aegyptum: Caleb aũt, & Iosue, qui ẽt exploratores erant voluerunt contrarium suadere, ideo ad hoc debuerunt ostendere falsa esse, quę illi dixerant. Erãt aũt duo, quæ dixerãt exploratores. primum, ꝙ terra Chanaan erat mala, scilicet ꝙ deuorabat habitatores suos. secundum ꝙ habitatores terrę illius erãt fortissimi. & non possent q̃ eos pręualere Hebręi ad obtinendum terram. Ista duo Iosue, & Caleb ostendunt esse falsa, De primo dicunt terra, q̃ circuiuimus valde bona est: non solum dixerunt bonam, sed valde bonam, vt per hoc ostenderent eam nimis appetibilem, & dr̃ valde bona. s. opulenta,& pinguis, fluens lacte,& melle. etiã valde bona in aere salubri, ita ꝙ non deuoraret habitatores suos, sicut falsę confinxerant alij exploratores. De secundo dicunt si propitius fuerit dominus inducet nos in eam. i. non timeatis habitatores fortissimos, quasi non possitis obtinere terram, quia etiam si fortiores sint obtinebitis eam, quia Deus, qui propitius est nobis tradet illam: cui non poterunt resistere habitatores regionis quantumcunque fortissimi.

Quare non dixerunt absolute eos habituros terram Chanaã, sed si propitius fuerit Deus. Quæst. XXXVII.

SED quęretur quare dixerũt isti si propitius fuerit dominus inducet nos in eam, & non dixerũt directè contra id, quod dicebant alij exploratores, scilicet nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est præcedenti capi.

Dicendum quòd fuit primo, quia non poterant dicere toraliter contrarium, quia alij exploratores in aliquo dixerant verum, scilicet quòd habitatores terræ Chanaan essent fortiores eis: nam Deus idem asserebat Deuteron.9. ideo possent dicere, ꝙ possent obtinere terram: tamen non contradicere totaliter vertinere terram: tamen non contradicere totaliter vertinere terram: tamen non contradicere totaliter vert

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum, vsque ad ciuitatem Emachin, quod verum est, & loco huius dicitur præcedenti. c. exploraverunt terram a deserto Syn, vsque Roob intrantibus Emath. est autē desertum Syn circa Aegyptum. Emath est, q̄ vocat Iosephus ciuitas Emachin, & ibi est mons Libanus.

Quod fuit suasum Hebræis ad non pugnare propter paupertatem. Quæst. XLI.

ADDIDIT Iosephus, a voluntate tamē bellandi populum suspendebant, metuentes paupertatis suę inopiam, dicentesque flumina impossibilia transituros, & esse montes insuperabiles iter agentibus, & ciuitates muris valde fortissimas. in Hebron autem gigantum prolē se inuenisse dicebant: exploratores quidem videntes, quòd cunctis quos ab Aegypto egredientes inspexerant maiores essent Chananæi, & ipsi tabuerunt, & multitudinem hoc credere compulerunt.

In istis Iosephus ponit aliquid contra veritatē scripturę, dicens quòd exploratores dissuadebant populo pugnare propter paupertatem: nam istud neque populus expressit, neque exploratores, vt patet præcedē. capit. Deuteron. 1. vbi ponuntur omnia dicta ipsorū, quòd etiam dixit de fluminibus impossibile transiri, non dixerunt exploratores, sed Iosephus illud posuit propter Iordanem, cuius transitus postea non fuit sine miraculo Iosue 3. & 4. capi. nunc tamen si intrarēt Hebræi per mansionem Cadesbarne non essent trāsituri Iordanem, quia intrarent per meridiem, vt dicit præcedent. capit. Iordanis tamen est in parte Orientali terræ Chanaan infra 34. capi. quod autem dixit de gigantibus, & de statura Chananęorum, hoc expresserunt exploratores.

Sequitur: illi autem ex his, quę audierant, possessionem terræ illius sibi difficilem iudicabant: solutoque concilio cum vxoribus, & filijs lugentes dicebant, tāquam Deus nihil eis opere, sed tātum verbo promitteret. Ista vera sunt, & continentur præcedent. capit. nam propter illa, quę audiuerunt ab exploratoribus putauerunt, q̄ nūquam possent obtinere terram, ideo fleuerunt ipsi, & filij, & vxores eorum, vt dicitur supra in litera, & non solum dixerunt, quòd nihil Deus promittebat eis in opere, sed in verbo, sicut dixit Iosephus, sed aliquid peius, scilicet odit nos Dominus, iccirco eduxit nos de terra Aegypti, vt traderet in manu Amorrhęi, atque deleret.

Quod fecerunt consilium interficiendi Moysen, & Aaron. Quæst. XLII.

SED additur rursum Moysen increpabant, & inclamabant ei eiusque fratri pontifici, & pessimam quidem, licet cum illorum blasphemijs, habuerunt noctem. mane vero ad ecclesiam q̄currerunt deliberationem habentes interfecto Moyse, & Aaron ad Aegyptum denuo remeare. Istud verū est, quòd contra Moysen, & Aaron fratrem eius pontificem murmurabant Hebrei, vt dicitur supra in litera. culpabant autē eos, quòd eduxissent illos de Aegypto. de alia autem murmuratione, quę fuit contra solum Moysen, de qua præcedent. capit. nihil dixit Iosephus, sed de sola illa, quę fuit cōtra Moysen, & Aarō, de qua supra in litera. dixit etiā, quòd habuerūt pessimam noctem, licet cum blasphemijs Moysi, & Aarō, quia tota illa nocte fleuerunt miseriam suam, & maledicebant Moysi, & Aaron, qui videbantur esse causa malorum suorum, educendo eos de Aegypto.

Cum autem dixit, quòd mane concurrerunt ad ecclesiam deliberātes reuerti in Aegyptum, verum est, vt patet supra in litera, sed quod dicitur, quòd proposuerant occidere Moysen, & Aaron, antequam reuerterent, non habetur in litera. satis tamen colligitur inquantum dixerunt constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum: Moyses quidem ante hoc dux erat: inquantum igitur volebant alium ducem, innuitur, quòd proponebāt occidere Moysen, & Aaron: hoc autem forte esset, quia isti fuerant sibi causa malorum, & in vindictam illos occidebant, vel quia resistebant eis ne rediret in Aegyptum.

Sequitur. vnus autem exploratorum Iosue, & Caleb metuentes, in medium processerunt, tenebātque multitudinem confidere, supplicantes, & neque Deū falsitatis arguere, neque credere his, quę pro terrore non vere de Chananęis dicta videbantur, sed sibi potius, quòd ad felicitatem, & possessionem bonorum eos decentius inuitarent, quando neque montium magnitudo, neque altitudo fluuiorum virtutem colētibus, effectum poterat impedire: maxime cū Deus securitatem præbeat, & eorum propugnator existat. pergamus ergo dicebant simul ad hostes, nullam timoris habentes suspitionem. sed duci credite Deo, vosque sequimini quo vocamur. Iosephus non facit mentionem, quando solus Caleb restitit exploratoribus præcedent. capit. sed solum, quando Caleb, & Iosue simul se opposuerunt populo scindentes vestimenta sua, quod Iosephus tacuit, quia forte non erat consuetudo talis apud Romanos, quibus Iosephus istā scribebat. dixit autem, quòd tenebāt multitudinem, scilicet ne reuerterentur in Aegyptum, suadentes nō timere flumina, quod tamen non dixerunt Caleb, & Iosue, sed Iosephus iuxta præsuppositum suum profequitur: dixit etiam, quòd non arguerent Deum falsitatis. hoc est, quod in litera dicitur. nolite rebelles esse contra Dominum.

Additur, & illi quidem dicentes hęc nitebantur ītā populi mitigare. Moyses autem, & Aarō in terra prostrati, Deum rogabant non pro salute, sed vt quiesceret faceret ignorantem plebem, eorumque sedaret animos excitationis passione turbatos.

De Moyse, & Aaron certum est in terram fuisse prostratos, sed scriptura non asserit ad quid. Iosephus autē dicit, quòd fuit ad rogandū Deum, vt mitigaret ignorantiam populi, & praua desideria eorum, & tamen an fuerit ad hoc, vel ad aliquid aliud declaratum fuit supra q. 29.

Quare Iudæi voluerunt lapidare Caleb, & Iosue, cum tamen non offendissent populum. Quæst. XLIII.

SED quęretur circa hoc, quod dicitur in litera. cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus vellet eos opprimere, quod intelligitur de Caleb, & Iosue, quomodo populus hoc voluit: nam Caleb, & Iosue non offenderant populum.

Dicendum quòd vsque nunc Iosue, & Caleb non offenderant populum, neque populus murmurabat de eis, sed solum de Moyse, & Aaron. vt patet supra in litera. ideo isti ausi sunt loqui ad populum: Moyses autem, & Aaron non fuerunt ausi: vnde ceciderunt in terram, & nihil locuti sunt. Sed nunc Iosue, & Caleb videbantur offendisse populum: ideo populus cōcitatus voluit eos lapidare. primo quia videbantur dixisse verba iniuriosa ad populum, scilicet nolite esse rebelles contra Dominum: in quo innuebatur, quòd rebelles erant, & hoc erat apponere eis crimen. Secundo quia resistebant desiderio populi. totus enim populus deliberauerat reuerti in Aegyptum: isti autē duo resistebant desiderio populi, ostendentes illud nō esse rectum, & istud satis erat motiuum ad hoc, quòd populus indignaretur, licet non esset iustum motiuum. nam videbatur populus contemni, quòd duo vellent se opponere toti populo.

Quare potius volebant eos lapidare, quam inferre aliud genus mortis. Quæst. XLIIII.

ADHVC quęretur cum populus vellet istos occidere, quare potius voluerunt eos lapidare, quam inferre aliud genus mortis?

Dicendum quòd fuit primo, quia populus ex ira mouebatur ad hoc. ira autem propter calliditatē naturę vult inferre statim punitionē 7. Ethico. capi. 8. ideo populus volebat sta tim illos occidere, sed nihil promptius occurrebat ad occidēdum illos, quā lapidare eos, quia lapides præsentes habebat, ideo hoc elegerunt.

Secūdo quia totus populus offensus fuerat ab istis duobus, ideo omnes volebant sumere vindictam de illis, sed non erat alius modus per quem a toto populo sumeretur vindicta, nisi per lapidationem, quia tūc quilibet de populo se vindicaret mittendo lapides in istos, ideo iste modus esset conuenientior.

Tertio fuit, quia iste modus puniendi erat secundū legem, quando delictum alicuius se extendebat in p̄iudicium multorum, quòd a toto populo lapidaretur peccans, sicut erat de colente idola Deute. 17. & de filio cōtumace, & ebrioso Deute. 21. & quia ista offensio ad totum populum extēdebatur, omnes voluerūt eos lapidare.

Quarto, quia quādo Deus volebat, quòd homines valde timerent committere aliquod delictum faciebat, q̄ peccans lapidaretur a toto populo, vt sic totus populus videret, & timeret similia committere. Sic patet de adulterio, quia lapidabatur adultera secundū legem Ioan. 7. sic etiam, qui violabat sabbatum: sic q̄ inuentus est colligens ligna in sabbato lapidatus est sequenti. c. sic etiam, qui blasphemauit nomen domini a toto populo lapidatus est Leui. 24. & hoc erat, quia delicta ista nimis displicebant Deo, & volebat, q̄ omnes timerēt illa committere, & ad hoc faciebat, q̄ totus populus pœnam istam inferret, ita nunc populus volens innuere omnibus, q̄ non liceret alicui contēnere totam multitudinem voluit, q̄ pœna ista ab omnibus inferretur, lapidando istos.

Quinto, quia pœna, quę danda erat istis non erat iusta, ideo non poterat diffiniri per legem, sed solum ex quadam indignatione inferebatur, ideo debuit esse talis, quę iręm competeret, & subito inferretur: talis autem fuit pœna lapidationis, ideo ista cōueniebat nūc, sed primum, & secundum sunt veriora.

Per gloriam Domini, quæ apparuit tunc quid intelligitur. Quæst. XLV.

QVAERETVR quid est, quod dicitur, q̄ cum multitudo vellet istos lapidare apparuit gloria domini?

Dicendum q̄ gloria, vel maiestas signat apparatum aliquem magnum, per quem manifeste cognoscitur excellentia illius, cuius est, quia nulli alteri competit istud, quod vocatur gloria, vel maiestas: fuit autem istud aliquod signum excellēs, quod Deus ostendit, per quod monstrabatur præsentia eius circa populū, sed quid istud fuit, dici potest, q̄ non expresse ponit illud scriptura. intelligendum tamen est, q̄ fuit aliquis splendor insolitus in columna nubis. nam columna illa apparebat per diem in colore nubis, & per noctem in colore ignis, supra 9. cap. habebat autem determinatum fulgorem, quem nunquam excedebat. nunc vero apparuit plus de lumine, vel mutatum est aliquid de figura, ita vt mirarētur Hebræi, & timerent, & illud vocatur gloria domini, quia talem excellentiam nullus poterat monstrare nisi Deus.

Sed quidquid istud fuerit aut qualitercūque factū: constat, q̄ fuit in columna nubis. primo quia dicitur in litera. apparuit gloria domini super tectum fęderis, sed tectum fęderis est tabernaculum testimonij, ad cuius ostium erat columna supra 12. & Exo. 29.

Secundo & clarius, quia infra 16. ponitur simile cū dicitur, Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fęderis, quod postquā ingressi sunt operuit illud nubes, & apparuit gloria domini, & sic patet, quòd gloria domini nihil aliud erat nisi nubes, quādo in ea apparebat aliquid insolitum, per quod populus manifeste cognoscebat specialem Dei præsentiam. Tertio patet per Iosephum li. 3. Antiqu. nam vbi litera nostra dicit apparuit gloria domini: dicit ille. astitit autem nubes, & stans super tabernaculum significauit Dei præsentiam.

Ad quid Domini gloria apparuit. Quæst. XLVI.

SED quęretur ad quid apparuit nunc ista gloria Domini? Dicendum q̄ fuit primo ad liberandum Caleb, & Iosue a morte: volebat enim populus eos lapidare, & non cessarent, nisi viderēt aliquid fortissimum, quod eos impediret, ideo ostendit Deus nunc gloriam suam, de qua Hebręi nō possent dubitare, vt sic timentes cessarent ab eo, quod proposuerant, & istud innuitur inquantum dicitur. apparuit gloria domini super tectum fęderis cunctis filijs Israel, & sic pp illos apparebat. Est autem intelligendum, q̄ cum Caleb, & Iosue viderunt, q̄ populus volebat eos lapidare, timentes fugerunt ad Sanctuarium, vt saltem propter loci sanctitatem populus non auderet nocere eis. tunc autem apparuit gloria Domini in nube, & populus timens cessauit a proposito suo. simile patet infra 16. quando multitudo Hebręorum murmurauit contra Moysen, & Aaron dicēs, vos interfeciſtis populum domini. orta autem seditione Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fęderis, & dicitur, q̄ postquam ingressi sunt illuc operuit illud nubes, & apparuit gloria domini, & tunc non ausi fuerunt Hebręi nocere eis, quia potius intelligēdum est, q̄ tantum terrorem incussit eis gloria domini, q̄ ipsi potius timuerunt occidi, quasi Deum offendissent, sicut ergo tunc non ausi fuerunt Hebręi tangere Moysen, & Aaron propter gloriam domini apparentem, ita & nunc non ausi fuerunt lapidare Caleb, & Iosue propter eandem gloriam apparentem.

Secundo fuit ad tollendum Hebręis propositum de redeundo in Aegyptum. nam ante hoc deliberauerant illuc redire dicētes. cōstituamus ducem, & reuertamur in Aegyptum, supra in litera. nunc autem videntes gloriam domini, quę necessario appareret, & cum quodam terrore, agnoscerent se offendisse eum, & cessarent a proposito. hoc autem patet inquantum Israelitę, qui ante hoc illud decreuerant post hęc nihil de hac re locuti sunt, neque murmurauerunt contra Moysen, & Aaron, sicut prius, sed hoc non facerēt, nisi aliquid magnum apparuisset eis, quod a proposito eos reuocaret, & istud fuit agnoscere per gloriam domini apparentem, q̄ cum offendissent.

Tertio fuit, vt Moyses acciperet audaciam loquendi ad populum. nam ante hoc Moyses, & Aarō timētes occidi deciderunt in terram, & nihil locuti sunt, vt patet supra in litera, post hoc aūt Moyses increpuit

confi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

confidenter populum prędicens ei omnia mala,& populus non ausus fuit respondere. hoc autem non fuit nisi,quia timuit valde populus ex gloria domini apparente: Moyses autem cepit audaciam ad loquendum.

Quarto fuit, & pręcipue ad hoc, ꝙ mitigaretur ira Dei,& non deleret populum. nam per istam murmurationem meruerant deleri, sicut Deus dixit supra in litera.ſ.vsquequo detrahet mihi in omnibus signis, q̃ feci coram eis populus iste? feriam igitur eos pestilentia atque consumā.istud facturus erat Deus,nisi Moyses oraret pro populo, & populus doleret de peccato, sed non poterant dolere, nisi agnoscerent peccatum non poterant autem agnoscere illud, nisi aliquid mutaret intellectum eorum. istud aũt fuit gloria domini apparens,quę ostendit eis errorem suum,& timorem incussit, & tunc doluerunt Hebręi valde de peccato suo: non solum cessantes a desiderio priori de eundo in Aegyptum, sed etiam volendo statim ascendere in terram Chanaan. sic patet infra in litera.ſ.locutus est Moyses vniuersa verba hęc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis, & ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt, parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est, quia peccauimus, & sic patet, ꝙ agnouerunt peccatum suum inquantum murmurauerunt, & dixerāt se velle reuerti in Aegyptum, & hoc totum fuit propter apparitionem nubis. conueniens ergo fuit,ꝙ appareret gloria domini in nube. *Et ait Moyses ad dominum.* Hic ponitur oratio Moysi ne destruerentur Iudei. ſemper.n.pro eis exorabat, licet immeriti essent: Deus tamen eum ad hoc incitabat, vt non deleret Israelitas: nā statuerat delere illos,nisi precibus alicuius viri sancti placaretur: mouebat ideo virum sanctum Moysen ad orandum pro eis: nam nisi ipse mouisset, non potuisset Moyses orare pro eis, vt patet Ioan.15. cap,sine me nihil potestis facere,ideſt si ego non mouero vos ad operandum nullum opus meritorium facietis. *Vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxisti populum istum.*

Quibus rationibus rogabat Moyses Deum ne deleret Israelitas. Et quo modo persuasionis Moyses ad Deum, est vsus, & cautela,quædam de modo suadendi.
Quæst. XLVII.

HIc ponuntur rationes quas Moyses allegabat contra Deum, vt non deleret Israelitas, & vt essent fortiores rationes, nō procedebat implorando misericordiam ex parte Hebræorum,sed inducendo, ꝙ Deo nō erat honor aliquis, sed magis dedecus ista facere. Et sunt ista argumenta fortissime persuasiua, apud rhetoricos tñ persuasio fieri debet ex ea parte,qua homo magis suasibilis est. diligunt autem homines naturaliter magis bonum suum, quam aliorum, & impensius laborant effugere damna sua, quam proximorum, ideo si aliqs orauerit alterum pro eo, quòd est honor, vel vtilitas sua,& alterius,facilius suadebitur ei si dicatur,ꝙ in illo actu pꝙenit honor sibi, quam si rogetur,ꝙ faciat,qa est honor alterius. idem de malo euitando. Ita se habebat Moyses ad Deum, quia in ista deletione Hebræorum non solum dicebat esse malum eis, sed videbatur malum etiā Dei, scilicet dedecus.ideo Moyses non orauit Deum ne hoc faceret,quia erat damnū Israelitarum, sed quia erat damnum Dei,scilicet quia dicerent Aegyptij, & omnes habitatores terrę, Deus Hebræorum eduxit eos de Aegypto, & quia non poterat introducere in terram, quam promiserat eis occidit illos in montibus.in quo videbatur nimis detrahi glorię diuinę, quia erat locus verisimilis arguendi calumniatoribus contra Dei potestatem. Similis ratio habetur Exo.capi.32.quam iterum fecit Moyses contra Deum,cum delere vellet Israelitas pro idolatria.

De quo habetur optimum documentum rhetoricum, quòd cum quis vult alteri suadere exorando ad faciendum aliquid, & ex actu sequitur aliquod bonū, quod est commune ipsi, qui exoratur,& exoranti,vel ei pro quo oratur: non sunt inducendę rationes ex bono,quod consequitur exoranti, vel ei pro quo orat, sed ex bono, quod consequitur ei,qui exoratur etiā si illi minima pars boni eueniat.

Et istud est generale documentum pro omni suasione. Sed adhuc magis tenet cum inducimus aliquē ad non faciendum, quod facere volebat confirmādo, ꝙ inde sequatur damnum, vel dedecus, quam cum exoramus, vt aliquid faciat.Et cum exoratur quisquā, vt aliquid faciat,erit generalius si arguatur,quòd inde sequitur honor, quam si vtilitas.nam ad honorem rari sunt,qui non moueantur. ad vtilitatem autem non mouentur omnes: potissime quia vtilitas interdum inhonesta est.ſ.quia modus acquirēdi est illicitus.honor autem eis,qui vulgariter sentiunt,semper videtur esse honestus. *Vt audiant Aegyptij.*

Quot modis possit intelligi verba, vt audiant Aegyptij.
Quæst. XLVIII.

POTEST ista litera induci dupliciter propter istam coniunctionem, vt, quę potest dicere causam, vel finalem, vel consecutionem. si dicat causam finalem est sensus iste increpatorius,sicut cum aliquē partim irridemus,& partim increpamus, dicentes hoc facis, vt ab omnibus vitupereris.q.d.cum hoc feceris omnes te vituperabunt, & tunc ex modo prolationis apparet irrisio. Sic autē erit sensus, ꝙ Moyses aliquo modo quasi increparet dicens. domine tu vis delere populū istum, vt Aegyptij, & habitatores terrę huius dicant, ꝙ eduxisti populum istum de Aegypto ad introducendum in terrā promissam, & quia nō potuisti introducere,occidisti illos.q.d.nō sequetur alius finis ex hoc facto,nisi istud crimen,quod tibi imponent Aegyptij, & habitatores terrę huius.Alio modo potest significare,vt consecutionem, & est sensus, quamquam tu deleas populum istum ad bonum finem,scilicet vt incredulitas eorum puniatur: tamen non consequetur ex hac punitione aliquid alterum, nisi ꝙ Aegyptij, & habitatores terrę huius dicent,ꝙ non poteras implere,quę iurasti: ideo occidisti hanc multitudinem. hoc tamen est inconueniens:ideo non licet,ꝙ occidatur hęc multitudo.

Vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxisti populum istum. Ideſt vt audiant Aegyptij de quorum terra eduxisti Israelitas,ꝙ occideris eos, & murmurabunt contra te dicentes,ꝙ non poteras eos introducere,quia timebat enim gens hoc dicere poterat. maxime illi,qui de Hebræorum prosperitate dolebant atque timebant.

Gentes, quæ inimicabantur Israelitis, & cum quibus pugnauerunt. Quæst. XLIX.

ISTAE autem erant multæ gentes,scilicet Amalechitę,qui primo contra eos bellum gesserunt, & iam victi fuerant, vt patet Exo.c.17.Erant etiam Madianitę,qui propinqui erant terrę illi, per quā transibant Israelitę, & machinati sunt qualiter eos delerent hostiliter se contra eos gerentes. ideo eos postea Israelitę deleuerunt, vt patet infra 31.ca.Erant etiam Moabitę, qui eorum impetum ferre non potentes machinati sunt dolos, conuocantes Balaam ariolum de Aram, vt malediceret Israelitis, vt patet infra cap.22.ideo postea in maledictionem datum est ne intrarent ecclesiam Dei, vt patet Deuter.23.capi. Erant etiam Ammonitę,qui in eadem machinatione cum Moabitis fuerunt, & eadem pœna puniti sunt, vt patet prędallegato.capi.Erant quoque Chananæi,& Amorrhęi, cęterique populi,quorum virtus elanguit auditis his, quę faciebant Israelitę in alias gentes, & q̃ miracula pro eis Deus faceret,vt patet Iosue capitu.2. timuerunt,& Philisthijm.timuerunt etiam omnes vicinę gentes de hoc Exo.15.c.ſ.ascenderunt populi,& irati sunt, & dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm. tunc conturbati sunt principes Edom, & robustos Moab obtinuit tremor,& obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Quamquam igitur omnes gentes, & pręcipue habitatores terrę illius, in qua erant Iudei possent calūniari: Aegyptij tamen maiorem habebant causam calumniandi. ipsi enim grauiores sustinuerūt pœnas super gentes alias. nam Aegyptiorum serui erant Iudei,a quibus in seruitijs, & tributis magnum lucrum acquirebant. Cum autem educti sunt de Aegypto grauem rerum suarum Aegyptij iacturam passi sunt, tanquam si medietas bonorum totius Aegyptij perderetur. pœnas etiam durissimas luerunt, vt patet in plagarum 10.inflictione, & miserabili earum tolerātia,& quod cęteris grauius fuit,pręcipua pars virorum Aegypti, & equites, & equi, & currus cum rege suo, profundo Maris rubri gurgite absorpti sunt.Aegyptij ergo,qui omnia hæc inuaserāt, si audirēt Hebręos propter quos tanta cruciamina, iacturamque rerum suarum tolerauerant in deserto deletos fore, vt gauderent, & de Deo illorum mordaciter detraherent, dicentes ꝙ non potuerit eos introducere in terram pro qua iurauerat, ideo deleuerit eos in montibus.

Et habitatores terræ huius. Ideſt etiam habitatores terrę in qua tunc erant Iudæi cognoscentes mortem eorum detraherent de Deo.

Quomodo dixit Moyses habitatores terræ illius cum essent in solitudine. Quæst. L.

SED dicetur quomodo Moyses dixit habitatores terrę illius, quia ibi erant deserta magna, & nullus habitator, sicut dictum est hic.ſ.vtinam mortui essemus in Aegypto,& in hac vasta solitudine.Respondendum est,ꝙ in terra illa,in qua tunc Iudæi erant,non erant aliqui habitatores, sed erant in circuitu.ſ.Amalechitę Chananęi,Idumęi,Moabitę,& Ammonitę.maxime aũt Amalechitę,& Chananęi.nā cū sequenti die ascendere vellent Iudei in terrā Chanaan,descenderunt Amalechitę,& Chananæi de mōtibus, & percusserunt eos, vt patet infra: etiā qa Deus iussit Moysi, vt moueret castra de loco in quo erant, quia erant vicini Chananęis,& Amalechitis, vt patet infra, & isti etiam calumniarentur dicentes, ꝙ Deus non potuisset introducere Israelitas in terram, quam iurauerat dare, ideo occidit illos. *Qui audierunt, quòd tu Domine in populo isto sis.* ſ.specialius, quam in alijs populis:nam Deus vbique est.specialius tamen operabatur apud Iudęos, quam apud alias gentes:nam respondebat ad omnia quęsita eorum in voce intra Sancta sanctorum: in quo specialius erat aliquid Iudęis, quam cęteris populis.sic patet Deutero.c.4.ſ.gens magna,& nō est alia natio tam grandis,quę habeat Deos approximantes sibi, sicut adest Deus noster cunctis obsecrationibus nostris.

Ponit autem Moyses hic quasdam conditiones ad fortificandum argumentū contra Deum.nam respōderet aliquis pro Deo, quòd non possent gentes de Deo dicere,verisimiliter, quòd occiderat Israelitas,

quia non poterat eos introducere, sed quòd occidit eos,quia habebat illos exosos. Ad hoc Moyses arguit non esse opinabile apud gentes, quia ipsi audierant,ꝙ Deus in populo isto specialius apparebat, quā in alijs, & ꝙ loquebatur eis facie ad faciem, protegebatque eos columna nubis,& ignis per diem, & noctem,quę sunt signa magni amoris, qualia nulli populo monstrata fuerant. ergo cum occideret eos,apparebat, ꝙ non occideret tanquam exosos, sed quia non poterat introducere, & ob hoc antequam esset in actu introducendi, ne tunc cū committerent bellum, nō posset eos eruere de manu hostili,elegit magis eos nunc occidere, vt non crederetur fecisse ex impotentia. si tamen Deus non monstrasset Iudęis tanta signa amoris,quę hic apparent,posset dici, ꝙ occidisset eos,quia habebat exosos, & ob hoc Moyses inducit ista ad tollendam responsionem,quę daretur pro Deo.

Et facie ad faciem videaris. Ideſt audierunt Aegyptij, & habitatores terrę huius, ꝙ tu videris in populo isto facie ad faciē, quod est maximi amoris signum.

Quomodo intelligitur, quòd Deus videbatur facie ad faciem,& ore ad os loquebatur. Quæst. LI.

DICITVR hoc propter prophetas,q nō videbāt facie ad faciem, sicut dicitur de Moyse supra c.12.ſ.ꝙ ore ad os loquebatur ei dominus, & Exo.33.c.ſ.ꝙ loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.Sed magis proprie dicitur,ꝙ videbatur Dominus facie ad faciem.ſ.quia repręsentabat se clarius gētibus istis, quā alijs.ſ.in figuris assumptis,vel in angelo repręsentante se in voce procedente de nube, & potissime cum erant aliquę figurę,quę multum repręsentabant gloriam Dei, & sicut cum visus est super mōtem Sinai,& sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyrini, & quasi cęlum cum serenum est,& ibi dicitur, ꝙ totus populus vidit Dominum,& comederunt atque biberunt,vt patet Exodi.34.c.Iste sensus est conuenientior superiori,quia hic dicitur,ꝙ audierunt Aegyptii, & habitatores terrę, ꝙ videretur Deus in populo, quod est videri a popularibus, & tñ secundum sensum superiorem non videbatur a popularibus, sed a prophetis, nec ab omnibus,sed a solo Moyse, vt patet supra ca.12.Item quia dicitur, quòd Aegyptij, & habitatores terræ audierant hoc:non poterat tamen vulgari apud gentes alienas aliquid de populo Hebræorum, nisi inter Hebræos esset valde notum, sed quod videretur Deus facie ad faciem a Moyse etiam inter Hebræos non erat valde notum, quia istud erat in quo differebat Moyses a cęteris prophetis, quod vulgares distinguere nescirent, nam & prophetis alijs incognitum erat, nisi cum Deus dedit differentiam prophetiæ inter Moysen, & reliquos, vt patet supra 12.c.non ergo intelligitur de visione qua Moyses Deum videbat, sed de ea, quæ pertinebat ad totum populum.

Adhuc autem de ista dicendum, quòd non intelligitur de aliqua speciali visione, quæ aliquando fuerit, sed de visione, quæ semper duraret, quia dicitur hic, & facie ad faciem videaris, quod significat consuetudinem, scilicet quòd erat in consuetudine apud Iudæos videre Deum facie ad faciem,& non conuenit, nisi pro visione columnę, quia ibi Deus apparebat specialiter, cum scirent illam nubem moueri ad pręceptum Dei, & quòd angelus Domini esset in ea, vt patet Exo.capi.14.

Aliquando etiam inde audiebantur voces, sicut cū totus populus audiuit voces angelorum in monte Sinai, quas scriptura vocat voces Dei: videri autem illā

nubem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubem in qua Deus demonstrabat specialiter aliqua F
opera sua, erat videre Deum facie ad faciē, quod audiuerant Aegyptij esse apud Iudæos, quia nihil apud illos manifestius erat, & semper fuit ex quo recesserūt de Aegypto, vsquequo introierūt in terram Chanaā, vt patet Exo.13.capi.scilicet non defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem coram populo.

Et nubes tua protegat illos. Idest audierunt Aegyptij, & cęteri habitatores terræ, quòd nubes tua, idest nubes a te missa, vel data protegat Israelitas, ideſt cooperiat eos, & hoc est signum dilectionis, ex quo arguit, quòd non occideris eos, quasi haberes exosos, sed qa non potuisti introducere in terram pro qua iurasti. G

An fuerit vna nubes protegens Israelitas, & alia, quæ præcederet in via, vel vna tantum.
Quæst. LII.

DE ista nube protegente Israelitas apud multos dubium est.

Quidam enim volunt, ꝙ esset solū vna nubes in populo Hebręorum, & illa esset in figura columnari ad præcedendū in via, & cum castra figerentur, sedebat super Sanctuarium, vt patet supra 9.cap.& hanc aliquando vocant nubem, aliquādo columnam.

Alij dicunt duas fuisse nubes in populo Hebręorū. H
vnam, quę erat parua, & in modum columnę erecta in sublime, & erat ad monstrandum viam, de qua nūc dictum est. alia erat nubes magna, quę erat extensa super omnia castra Hebręorum ad protegendum eos a feruore solis in desertis Arabię, vbi est terra valde calida, & ista vocatur nubes, & non columna, quia non erat erecta in sublime modo columnari, sed erat extensa, quod proprie pertinet ad nubem, & de hac dicunt intelligi, quod habetur hic.

An nubes fuerit distincta a columna.
Quæst. LIII.

SED dubium est an ista nubes fuerit. videtur autem ex litera, ꝙ sic, quia dicitur hic de nube, ꝓtegente, & postea de columna: vnde distinguūtur in numero, quia duplicatur de eis sermo, & distinguuntur in proprietate, quia vna vocatur columna, & alia nubes. si tamen essent idem non fieret hoc. Item quia dicitur hic, quòd nubes protegebat Israelitas, & columna prędcedebat eos. in quo distinguitur proprietas istarum nubium: nam columna nu, bis non poterat ꝓtegere, ideſt operire castra, sed de nube dicitur, ꝙ protegebat: necesse est igitur poni diuersas nubes, vna quę vocetur nubes, & alia, quę vocetur columna. I

Respondendum est, quòd de ista columna, & nube Exo.18.c. argutum est vbi sufficienter probari videtur K
solam nubem fuisse apud Hebręos columnarem, & nullam, quę tegeret omnia castra, & apparet hoc, qa quando Aegyptij super mare rubrum irruebāt super Hebręos castrametantes in littore, columna nubis, q̄ erat in parte anteriori reliquit illam, conuertens se ad posteriora, & ꝙngelus cum ea, vt esset tenebra inter Aegyptios, & Israelitas. si tamen fuissent duę nubes apud Hebræos, scilicet vna, quę prędcederet, & alia, quę operiret castra, non oportuisset fieri mutationem istā nubis ab anteriori parte ad posteriorem: maxime qa hoc erat contra conditionem communem præcedētis nubis, quę semper erat in parte anteriori. ergo non erat ibi alia nubes, quę protegeret castra: potissime qa si aliqua talis nubes fuisset, magis cōueniret illi velare posteriorem partem exercitus, quàm nubi, quę prędcedebat: nam nubes columnaris prędcedens erat paruę quantitatis: ea autē, quę tegebat castra si daretur, esset valde magnæ quantitatis. posset ergo melius apposita inter Israelitas, & Aegyptios velare posteriorem partem castrorum, quam nubecula prędcedens, sed non fuit ipsa interposita. ergo non erat. multa quoque inconuenientia sequuntur, posita ista nube operiente castra, de quibus dictum est Exo.c.13. Et quamquam ad effugiendum istam literam, quæ videtur ponere duas nubes, aliqui conantur respondere ad inconuenientia illa: tamen non est sufficiens responsio. ideo dicendum est, ꝙ in populo Israel erat solum vna nubes columnaris, & parua, ad prædcedendum Israelitas in via, & lucendum eis per noctem in castris, & ista aliquando vocatur nubes, aliquando columna: nubes autem vocatur secundum substantiam, quia erat de natura aliarum nubium. vocatur columna secundum figuram, quia erat facta modo columnari, scilicet magis habens de longitudine, quàm de latitudine, & ista prędcedebat Israelitas, nec habebant aliquam nubem tegentem castra: nam Deus refrigerabat illos, & non erat necessaria nubes, quę eis multa solatia tolleret, vt declaratum est Exo.capi.13.

Ad rationes positas in principio præceden.q. Et ad quid prosciat repetitio sententiæ per synonima, quæ in scriptura sacra sæpe ponuntur, vt & Moyses hic vtitur.
Quæst. LIIII.

AD argumenta in contrarium respondetur. ad primum, cum dicitur, ꝙ ponitur hic bis de nube, & columna. dicendum est non sequi ex hoc esse duas: nam fit repetitio eiusdem, modo carminum, & poetarum, qui ad pulchritudinem repetunt eadem per diuersa verba, & tamen eadem sententia penitus est. Scriptura sacra etiam idē obseruat repetens verba, & pertinet hoc ad iratos, vel ad valde iocundos. sic patet 3.Regum.c.12.t. quæ nobis pars in Dauid, & quæ hęreditas in filio Isai: ad idē pertinent istę duę clausulę: nam idem significat habere partem in Dauid, & hęreditatē in filio Isai, qui est ipse Dauid, & hoc frequentissime fit in prophetis, & in Psalmis. sic Psal.113. in exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro. idē est. n. exitus Israel de Aegypto, & exitus domus Iacob de populo Barbaro, quia domus Iacob, & Israel idem sunt: Aegyptus & populus Barbarus idem sunt. replicatur tamen ex modo carminis, & ad quendam decorem rhetoricū, ita hic bis ponitur de nube, & columna, non ꝙ diuersa sint, sed ad ornatum. Et quando confirmatur, ꝙ hic distinguuntur istę duę nubes in figura, cum vna vocetur nubes, & altera columna. Dicendum est non fieri, propter hoc, sed magis ad ponendum vtrumque nomen istius nubis p̄cedētis. ponit aūt nomen figuræ eius in quantum vocatur columna, & nomē naturæ inquātum vocatur nubes. sic ēt est de tabulis in quibus scripta est lex. nam aliquando dicitur lex scripta in duabus tabulis, aliquando dicitur scripta in lapidibus, sed idem est, tabula tamen dicit ibi figuram, & lapis dicit naturā.

Confirmatur autem magis in hoc responsio supra posita, scilicet quòd ista repetitio fiat propter ornatum, quia quandocunque sic repetuntur sententię nunquam eadem verba repetūtur, quia ista esset inutilis repetitio, & contra ornatum rhetoricum, sed per diuersa verba idem primo significantia, aut aliqualiter æquiualentia, vt patet in duobus suprapositis exemplis, vt cum vocatur Dauid, & postea filius Isai, & vocatur Aegyptus, & postea populus Barbarus, ita hic vocata est primo nubes ista, quæ prędcedebat, secundo vocatur columna, ne repetatur idem nomen. Et adhuc magis apparet veritas huius, quia isti confirmāt per hoc, ꝙ dicitur nubes, & columna, asserentes nubem semper esse eam, quæ operiebat castra Israel, & columnam solum esse prędcedentem castra. Sed hoc falsum est, quia columna quæ prędcedebat castra vocatur aliquando nubes, vt patet supra cap.9.& 10. vbi necesse est intelligi de nube columnari, quæ prędcedebat castra. ita ergo accipietur hic pro eodem nubes & columna. A

Ad secundum argumentum, cum dicitur, ꝙ nubes protegebat, & tamen columna non poterat protegere, ergo diuersa sunt. Respondendum est, ꝙ argumentum istud concluderet si probaretur, ꝙ ista nubes, de qua hic dicitur, tegebat omnia castra. sed hoc falsum est, nec potest patere ex litera. dicitur tamē, ꝙ B
nubes protegebat eos. i. tegebat aliquid de castris, qa saltem protegebat tabernaculum. sic patet supra cap. 9.i. cumque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, & ibi necesse est intelligi de nube columnari, prędcedente castra. operiendo autem tabernaculum dicebatur operire Israelitas, vt patet supra c.10.s. nubes quoque Domini super eos erat per diem, cum incederent: posuit tamen Moyses protegere, & postea prędcedere, vt sicut non repetebatur sentētia per eadem nomina, ita nec repeteretur per eadem verba. & est tunc pulchrior locutio, cum fuerit maior abundantia synonymorum.

Sed dices, quare Moyses vtitur huiusmodi locutione? Respondendum est, ꝙ valde ei cōuenit: volebat enim suadere Deo, ne occideret Israelitas. Suasio aūt rhetoricorum actus & finis est, ideo Moyses debebat sequi modum rhetoricum quantum posset. Est autē quidam modus suasionis, cum materiam exaggeramus repetendo eandem sentētiam per multa verba: nam quidam faciliter permoueri nequeūt audita semel eadem sententia, cum autem crebro insonuerit auribus eorum, permouentur, non tamen decet eisdem verbis repeti, quia hoc fastidium generat. necesse est igitur per alia verba æquiualentia repeti. Et istū modum suasionis sequitur Isidorus in libro Synonymorum, vbi incitat hominem ad plangendū de peccato per repetitionem eiusdē per voces synonymas: tantæ autem efficaciæ est modus iste suadendi, vt Isidorus vir clarissimus lecto illo libro Synonymorum D
dicat se fuisse morum lamentum, quod profectò magna efficacia suasionis est. sic autem faciebat hic Moyses.

Et in columna nubis prædcedas eos per diem. Dicebatur Deus prędcedere Israelitas in columna, quia illa columna, quæ dirigebat eos in via, non mouebatur naturaliter motu, sicut declaratum est satis Exodi cap. 40. sed mouebatur mouente angelo Dei, vt patet Exodi 14. cap. ea autem quę angeli faciunt dicitur Deus facere, quia iussu eius faciunt, & quia lex vetus non multum distinguit de angelis & Deo, de cuius causa dictū est Exo.19.c. ista nubes quæ prædcedebat Israelitas erat illa, quæ vocatur supra nubes, licet hic vocetur columna, vt supra declaratum est. erat autem processio ista columnæ ad demonstrandum viam, vt patet Exodi cap. 13. E

Et in columna ignis per noctem. Idest etiam audierunt, quod prædcedis populum istum per noctem in columna ignis, ad monstrandam viam per noctem, & in vtroque magni amoris signum demonstratur, ideo dicetur, quod non occideris hanc multitudinem, ni- si quia non poteras introducere in terram pro qua iurasti.

Conueniens fuit, vt columna diei esset nubes & noctis ignis, & non econtrario. Et quòd Hebr. ei non leguntur ambulasse in deserto per noctem.
Quæst. LV.

DICITVR quòd Deus prędcedebat in colūna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, quia nec colūna nubis per noctē aliquid proficeret, nec columna ignis per diem. ignis enim positus in manifesto ad solem videri non posset, ideo si columna prædcedens esset ignis, nullum signum per eam haberent. Si vero per noctem esset nubes, identidem non appareret. fuit igitur conueniens nocti ignis, & diei nubes. de ista columna ignis dicendum est, quod nō erat verus ignis, sed similitudo ignis, sic patet supra cap. 9. cum dicit, quod per noctem erat super tabernaculum species ignis, & per diem nubes. de hoc etiam magis declaratum est Exo. cap. 13. Item quamquam dicatur hic de columna ignis per noctem, & nubis per diem: nō est intelligendum, ꝙ essent duæ columnæ, sed vnica, & illa erat columna nubis & ignis, & secundum veritatem erat columna nubis, tamen apparebat ignis per noctem, & hoc sufficiebat ad hoc, quod luceret Israelitis. nam calore eius non indigebant. Si autem fuisset eis calor necessarius, sicut lumen, non sufficeret similitudo ignis, sed requireretur verus ignis, quia similitudo ignis non calefacit. de his Exo.cap.13. declaratum est.

Dicitur hic de ista nube, quod prædcederet per diē, & columna ignis, quod prædcederet per noctem, nō tamen erat eis hoc æquale, quia ad quamlibet mutationem castrorum signum dabat, & prædcedebat columna nubis, sed non faciebat hoc columna ignis, qa per noctem nunquam mouebantur Iudæi. non enim leguntur ambulasse per noctem, nisi cum trāsierūt mare rubrum sequentibus Aegyptijs a tergo, vt patet Exodi capitulo decimoquarto, tunc enim necessitas vrgebat: præstabat tamen columna ignis ministerium suum quotidianum, sicut columna nubis, quia per quamlibet noctem lucebat illuminans omnia castra, & hoc erat magnum beneficium Iudæis: erat autem nubes eadem, quæ per diem prædcedebat, vel apparebat super tabernaculum, & columna ignis quæ lucebat per noctem, sed per diem videbatur nubes lucida, sicut erat: per noctem autem videbatur ignis, quamquam non esset.

Quod occideris tantam multitudinem, quasi vnum hominem. Idest audient habitatores terræ istam magnam destructionem, & mirabuntur, atque calumniandi occasionem habebunt, quod tantam multitudinem Deus occiderit.

Et dicitur quasi vnum hominem ad fortificandū argumentum Moysi. nam si Deus occideret magnā partem populi, etiam si medietatem, vel vltra, dum tamen relinquerentur aliqui, in quibus possent compleri promissiones de introducendo in terram Chanaan, posset præsumi, quod occideret Deus illam multitudinem propter peccata. cum tamen occidisset omnem multitudinem nullo penitus relicto, in quo possent compleri promissiones, non videbatur hoc factum in pœnam peccatorum, sed quia non poterat implere quæ promiserat, vt non incurreret verecundiam. & rectissimum argumentum istud est, scilicet quod occideris tantam multitudinem, quasi vnum hominem, ideſt ita occidisti illos, ac si occideris vnum hominem, quasi dicat pro peccatis vnus homo aut pauci consueuerunt puniri: tota autem multitudo nequaquam, quia illud non esset punire, sed delere.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et dicant. non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat. Ideſt ſequetur ex iſto facto, ꝙ Aegyptij, & habitatores terræ dicant hoc. nam habebant veriſimiles rationes ad concludendum, ſ. iſtas quæ poſitæ ſunt a Moyſe.

Dicitur autem in terram pro qua iurauit, quia iurauerat Deus Abrahæ dare ſemini eius totam terram Chanaan Geneſ. 15. c. & ſub hac forma promiſit alijs patriarchis. ſ. in virtute iuramenti præſtiti Abrahæ, de quo Geneſ. 26. c. cum ſit promiſſio ad Iſaac. audierant enim Aegyptij, & alij habitatores terrarum referentibus Iudæis, ꝙ promiſiſſet eis Deus terram Chanaan. Sic enim dixerunt Gabaonitæ cum reddiderũt cauſam, quare fefellerant Iſraelitas. ſ. ꝙ audierãt Deũ promiſiſſe Moyſi tradere Iſraelitis omnem terram Chanaan, ideo timentes venerunt ad eos, vt confœderarentur, vt patet Ioſue c. 9.

Iccirco occidit eos in ſolitudine. ſ. in hoc deſerto Pharã apud Cadesbarne, quæ erat magna ſolitudo, vt ipſi dixerunt. ſ. ſ. & non in hac vaſta ſolitudine. habebãt autem gentes motiuum ad dicendum hoc, opinantes de Deo, velut de viro. ſ. ꝙ Deus cognoſcens fortitudinem Chananæorũ, aut aliqua alia impedimenta ſciebat ꝙ non poſſet introducere eos in terrã promiſſam: ideo præoccupauit occidere eos in ſolitudine, qa minus verecundum erat nunc eos delere, ꝙ̃ cum cœpiſſent bella Chananæorum, non potens eos eruere de manu hoſtili, ſuccumbere permitteret genti Amorrhæorum: præcipuè quia nunc præſumi poterat aliqualiter, ꝙ occidiſſet illos aliqua iuſta cauſa. Cum vero permitteret in manu hoſtili, manifeſtum erat, ꝙ ex impotentia ageret, ideo voluit præoccupare, vt occideret. Iſtam autem cõtumeliam nomini ſuo Deus cauere debebat, ideo non erat expediens, quod occideret omnem multitudinem ſimul.

An iſta ſubſannatio Gentilium contra Deum procederet, vt dicebat Moyſes & an tempore eius eſſent bella deorum & figmenta poetarum, & qui fuerunt primi poetæ in orbe, & quo tempore incœperunt. *Quæſt. LVI.*

CIRCA hoc ſciendum eſt, ꝙ Moyſes ſimilia argumenta fecit ad ſuadendum Deo, cum iterum voluit delere totam gẽtem Hebrçorum pro idolatria, vt patet Exo. cap. 32. & tñ id, quod gentes dicturæ erant ſi Deus tunc occideret Iſraelitas contrario modo ſe habet, ad id, quod dicit hic. nam ibi dicitur. ne quæſo dicant Aegyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. ſenſus aũt illius eſt, ꝙ Deus eduxerat fraudulenter Iudæos de Aegypto. ſ. ꝙ habebat eos exoſos & volebat interficere, & tñ quia non poterat occidere in Aegypto, eduxit frauduleñter in deſertũ, vt occideret in montibus. hic aũt innuitur, ꝙ Deus volebat introducere Iſraelitas in terram Chanaan, & ob hoc eduxit eos de Aegypto, cum tñ poſtea vidit, ꝙ nõ poſſet eos introducere, occidit eos.

Et verum eſt, ꝙ licet iſta includant ꝯdictionem, tñ vtrunque dicere poterant gentes: eſt tñ vtraque ſubſannatio falſa. de illa quæ habetur Exo. c. 32. ibi late dictum eſt, & illa adhuc erat irrationabilior quàm hęc.

Contra poſitionem, quæ habetur hic dicendũ eſt, ꝙ non procedit rationabiliter: non eſt. n. veriſimile, ꝙ Deus Hebræorum non poſſet introducere Iſraelitas in terrã promiſſam, quia ſi ipſe poterat occidere ſexcenta millia virorum, quaſi vno impetu, poſſet occidere hoſtes eorum ſiue peſte, ſiue quodam alio mõ. Item cum potuerit mare rubrum diuidere, vt tranſirent Hebræi per illud, potuiſſet quamcũque gentem delere, quod facilius erat.

F Sed ad hoc reſpondebunt Gentiles ex fundamento ſuo non valere. ipſi. n. ponunt deorum pluralitatẽ, & ꝯrietatem & mutuam pugnam, vt patet per Virgilium. 2. Aeneidos, vbi introducuntur quidam dij pugnantes pro Troianis, & alij pro græcis. nam & ipſa dea venus quæ Troianorum partem fouebat a Diomede percuſſa fertur, cum erueret Aeneam de manibus eius. In 10. etiã Aeneidos inducit Virgilius deos congregatos in conſilium pro bello, quod gerebat Aeneas in Italia ꝯ regem Rutulorum, & quidam defendebant partem Troianorũ veniẽtium, cũ Aenea. alij vero partem Italorum. de eiſdem Ouid. Metamor. lib. 12. Et Aug. in 3. de ciuit. Dei. hoc ſuppoſito dicerent Gẽtiles, ꝙ Deus Hebræorum habebat poteſtatem ſuper cultores ſuos, ſed non ſuper alias gẽtes, G ideo dato, ꝙ vellet percutere alias gentes, non ꝑmitterent eum dij illarum gentium.

An tempore Moyſi eſſent figmenta poetarum, & qui fuerunt primi poetæ in orbe, & quo tempore incœperunt. *Quæſtio. LVII.*

DICERET autem aliquis, ꝙ Gẽtiles nõ ponerent hanc excuſationem. nam tunc erãt adhuc ſęcula rudia, & gentes nondũ introductæ erant circa pugnas deorum, ſed ingenijs poetarum iſta introducta videntur.

Reſpondebit aliquis etiam fuiſſe hæc apud gentes antiquitus. nam tꝑe regis Ezechiæ Sennacherib rex H Babylonis dixit, ꝙ non poſſet Deus Hebræorum eripere Iudæos de manu Nabuchodonoſor, ſicut nõ potuerunt dij aliarum gẽtium liberare cultores ſuos de manu regum illorũ, vt patet 4. Reg. c. 19. in quo manifeſte ponit, ꝙ ſinguli dij habeant curam de cultoribus ſuis, & pugnẽt pro eis inquantum poſſunt liberare eos.

Sed adhuc dicetur, ꝙ iſta erant tempora multum noua in comparatione vetuſtiſſimi ſæculi tꝑe Moyſi, in quo nondum inualuerant poetæ ad ponenda figmenta deorum, & pugnas atque conſilia: tempore tñ Senacherib iam fuerant multi poetæ græcorum, qui omnia hæc adinuenerant, de quibus nullus fuerat tẽpore Moyſi. incęperunt aũt poetæ tempore Troiani I belli. nam tũc Muſæus, Linus, Anphion in arte muſica claruerunt, de quibus Ioſephus in Antiquitatibus: ipſi tamen non fuerunt poetæ famoſi: fuerunt tamen paulopoſt Orpheus, & Homerus maximi inter græcos, ſed Homerus maior, & iſti inuenerunt omnem pugnam, & figmenta deorum. Tempore igitur Senacherib regis iam a poetis introducta erant figmenta, ſed nondum tempore Moyſi. ideo videtur, quod non poſſet dici a Gentilibus, ꝙ dij pugnarent pro cultoribus ſuis, & quod quidam aduerſus alios præualerent.

Sed dicendum hoc non obſtante, quod tempore Moyſi iſta figmenta iam in orbe fuerant, quia colebatur deorum pluralitas, & pugnæ eorum credebantur. nam non multis temporibus poſt hoc ante bellum K Troianum, cum nondum inualuiſſent poetæ græcorum, ſimilia dixit Iepte Galadites regi Moab, vt patet Iudicum cap. 11. ſcilicet, nonne ea quæ poſſedit Chamos Deus tuus tibi iure debentur? quæ autem cedẽt minus Deus noſter victor obtinuit in noſtram cedẽt poſſeſſionem? in quo Iepte præſupponebat deos pugnare & vincere: non quidem ſecundum intentionem ſuam, ſed ſecundum poſitionem Gẽtilium quibus loquebatur.

An Iu-

An Iudæorum Deus poſſet percutere cultores aliorum Deorum. Et quòd data poſitione Gentilium de dijs cogerentur fateri, quòd Deus Hebræorum poterat ſuper alias gentes. *Quæſtio. LVIII.*

SED adhuc his datis non ſtat iſta reſponſio, quia non ſolum Deus Hebrçorum poterat ſuper cultores ſuos, ſed etiam ſuper quoſcũque. Aegyptij enim non erant cultores eius: eis tamẽ magnas plagas inflixit, quas ſi inflixiſſet Chananæis morerentur. nam quælibet de plagis Aegyptiorum occidere eos ſuffeciſſet, & certiſſime occidiſſet, niſi Deus illã cito propitiatus auerteret. nunquid qui primogenitos omnes tam hominum quàm iumentorum vna nocte occiderat, non poterat occidere omnes alios in Aegypto? nullus enim hoc dubitat, niſi inſanus, nec enim hoc ipſi Aegyptij, dum ab ipſo paterentur dubitauerunt, ſed potius timuerunt, vt patet Exo. ca. 12. cum dicitur. vrgebant Aegyptij populum exire de terra velociter, dicentes. omnes moriemur. Etiam qui Mare rubrum aperuit videntibus, atque dolentibus Aegyptijs, cum ſuper eos apertum concluderetur, non potuit clauſtra terræ aperire, & omnes habitatores Chanaan ſubmergere? nulli enim rationabiliter dubitari poteſt. Leuiter ergo poterat Deus gentes terræ Chanaan diſperdere, & Hebræos in terram promiſſam introducere. male ergo iudicabant dicentes, ꝙ quia non potuiſſet introducere Iſraelitas in terram Chanaan, occidit eos in montibus.

Rectius autem in hoc ſenſiſſe videntur ipſi populi Chananæorum, in quorum terrã populus Hebraicus introducendus erat. nam videntes hæc, quæ alijs facta ſunt, timuerunt ſibi ſimilem cladem affuturam, & non dixerunt, ꝙ non poſſet Deus introducere Iſraelitas in terram illam, ſed certiſſime formidabant malum ſibi affuturum, vt patet Ioſue capitulo ſecundo ex verbis Raab Ierichontinæ ad exploratores. ſ. noui, ꝙ tradiderit vobis Dominus terram, & enim irruit in nos timor veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. audiuimus ꝙ ſiccauerit dominus aquas Maris rubri ad introitum veſtrum, & quid feceritis duobus regibus Amorrhæorum, qui ſunt trans Iordanẽ, & hæc audientes pertimuimus & elanguit cor noſtrum, & non remanſit nobis ſpiritus ad introitum veſtrum.

Euaſio Gentilium, quòd plagæ Aegyptiorum non fuerint ex potentia Dei reprobatur. *Quæſt. LIX.*

SED adhuc forte dicent Gentiles, quod plagæ venerunt ſuper Aegyptios, & tamen non fuerunt ex potentia Dei Hebræorum, ſed ex conditione vel influentia ſpeciali temporis, & ſic videntur ſenſiſſe ſacerdotes Philiſthinorum de percuſſione facta murium in terra ſua: nam dubitabant an plaga illa fuiſſet inducta a Deo hebræorum, vel veniſſet a caſu, & ob hoc fecerunt experientiam de duabus vaccis, portantibus arcam Domini in curru, vt patet primo Regum capitulo ſexto, ſcilicet, & ſi quidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames ipſa fecit nobis malum hoc grande. ſin autem minime, ſciemus, quia manus eius non tetigit nos, ſed caſu accidit nobis.

Ad hoc reſpondendum eſt non poſſe ſtare, quia ſi plagæ iſtæ de conditione temporis inferrentur, & nõ de poteſtate Dei Hebræorum, non potuiſſet ipſe eas tollere, & tamen cum oraret Pharao Moyſen, vt recederet plaga, ipſe petebat a domino, & recedebat, vt

A patet Exo. cap. 8. 9. & 10. Si tamen non habuiſſet ipſe poteſtatem infligendi, non habuiſſet poteſtatem tollendi, quia nemo poteſt tollere actum naturæ, ſicut nemo poteſt cęlum impedire ne moueatur, aut facere, quod ignis applicitus non comburat.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd iſta non faciebat Deus Hebræorum ex poteſtate ſua, ſed quando ſciebat, quod ceſſatura erat plaga ſecundum conditionẽ temporis, dicebat quod auferebat eam. Reſpondendum eſt non ſtare, quia multoties quando Pharao petebat auferri plagas a ſe Moyſes dicebat: cõſtitue mihi diem, in quo orem pro te, vt patet Exo. capitu. 9. Cum ergo Pharao ad voluntatem ſuam conſtitueret diem, & in illo die, & eadem hora tollebatur plaga, videtur quod non fieret ex natura temporis, ſed B ex poteſtate Dei Hebræorum. poterat ergo, qui hæc fecit delere omnes Chananæos, ideo non poterat rationabiliter obijci, quod Deus occidiſſet totam illam multitudinem, quia non poterat introducere eos in terram promiſſam, quia tamen habebat aliquem colorem: non videbatur conueniens, quod Deus occideret totam multitudinem.

Magnificetur ergo fortitudo tua. Ideſt appareat fortitudo tua magna. magnificari duo ſignat, ſcilicet magnum fieri, vel magnum apparere: non intelligitur in primo ſenſu, quia Moyſes non petebat, vt Deus fieret maior, quia Deus habet omnem perfectionem poſſibilem & imaginabilem, & vltra quam imaginari poteſt, quia infinite perfectus eſt, ideo ei nihil addi C poteſt, ſed accipitur in ſecundo ſenſu, ſcilicet magnificetur fortitudo tua, ideſt appareat magna inter omnes gentes. fortitudo enim tua magna eſt introducendo populum iſtum in terram promiſſam. Si autem omnes occideres, non appareret fortitudo tua, quia dicerent quod eras Deus potens facere malum, & non bonum, ſicut Gentiles ponebant aliquos deos qui poterant ſolum malum facere, ſicut rubigo, timor, & diſcordia, pallor, & febris. his enim dedicauit honorem diuinum tertius rex Romanorum, qui dicitur Tullus hoſtilius, ne ipſum premerent, de quibus Ouidius in libris Faſtorum, & Auguſt. 6. de ciuitate Dei, & Titus Liuius primo ab vrbe condita. Alio modo poteſt intelligi magnificetur fortitudo tua, ideſt appareat adhuc maior bonitas tua & virtus, D ſcimus enim quod potens es ad puniendum, ſi autem remiſeris, apparebit magna clementia, quæ eſt magna bonitas, & non poſſet apparere ſi punires. præclara enim virtus eſt in eo, qui offenſam recepit ſi punire potens non puniat. & tunc non accipitur hic fortitudo proprie, quæ eſt circa vltimum terribilium, ſed large pro omni bonitate. ſacra enim ſcriptura interdum non obſeruat magnam differentiam in his.

Magnificari Deum quo intelligitur.

Sicut iuraſti dicens Dominus patiens. Ideſt facias hoc remittendo peccata populi, & introducendo eos in terram promiſſam, quia tu iuraſti, quod eras Deus patiens. Poteſt enim iſta litera intelligi dupliciter. Vno modo, quòd hic ſit clauſula, ſ. ſicut iuraſti, & ſequentia E pertineant ad alium ſenſum. & tunc intelligitur magnificetur fortitudo tua, ideſt appareat magna fortitudo tua, introducendo gentem iſtam in terram promiſſam, & hoc ſicut iuraſti, ideſt ſicut iuraſti patribus eorum, ſcilicet quod introduceres eos illuc. In ſequentibus autem eſt alia ſententia, in qua non arguit Moyſes ex virtute iuramenti præſtiti, ſed ex miſericordia Dei, ſcilicet, quod dixerat ſe eſſe patientem, & multæ miſericordiæ, ideo quod monſtraret nunc illam magnam miſericordiam, ſed litera non recipit iſtum ſenſum, cum velit ponere totũ ſub vna clauſula. ſ. ſicut iuraſti dicens Dñs patiens, & mul-

Universidad de Deusto Biblioteca

tæ misericordiæ.ergo videtur, quòd ista verba.s. Dominus patiens &c.erant verba iuramenti,& tunc erit sensus, quod Dominus iurauerat, vel dixerat se esse patientem,& multæ misericordię:ideo petebat Moyses,vt secũdum illam misericordiam remitteret peccatum Israel & introduceret in terram promissam, & ista litera procedit secundum modum literæ hebraicæ Exo.34 ca. vbi dicitur,ꝙ Dominus inuocauit coram Moyse in his nominibus.s. Deus patiens, & multæ misericordiæ &c.litera tamẽ nostra habet ibi, ꝙ Moyses inuocauit coram Domino. & secundum istum modum, videtur dicendum ꝙ ly dicens nõ refertur ad immediate sequentia,quæ sunt verba Moysi:sed ad verba per quæ iurauit Deus Abrahæ,vel alijs patriarchis,& tunc est sensus. *Sicut iurasti*. s.Abraham & Iacob dicens.s.ea quæ in Genesi continentur,ꝙ semen tuum possidebit portas inimicorum suorum,vt patet Gen. 22. cap. vel ꝙ in quarta generatione redirent ad terram Chanaan,vt habetur Gen.15.ca. & cũ subditur. *Dominus patiens &c.* Sunt verba Moysi, & cõtinuantur cum inferiori litera.s. *Domine Deus patiens*. Vsque ibi. *Dimitte obsecro*. Et ista expositio habet satis fulcimentum.quia dicitur. *Sicut iurasti dicens Deus patiens*. Et tamen quando ista dicta sunt non interponitur aliquod iuramentum, vt patet Exo.33. & 34. cap.

Sed adhuc qnamquam ista expositio aliqualiter videatur, tamen distorta est quantum ad intentionem literæ, quia tota litera continuatur sub vna clausula propter illud participium,dicens: & referũtur omnia ista verba ad Deum.s. ꝙ ipse dixerit Dominus patiẽs, & multæ misericordiæ. & cum arguebatur, ꝙ litera nostra Exo.34.c. dicit, ꝙ Moyses inuocauerit & non Deus.Dicendum est, ꝙ ibi fuit declaratum, ꝙ Deus inuocauerit secundum literam hebraicam.

Et cum obijcitur,ꝙ non interponitur ibi aliquod iuramentum,& hic dicitur,sicut iurasti.respondendũ est,ꝙ accipitur iurare.i. testificari. s. ꝙ Deus iurauit.i. testificatus est se esse Deum patientem, & multæ misericordiæ,& auferentem scelera, ideo petit Moyses, vt nunc monstret illam magnam misericordiam, sicut ibi testatus est. *Dicens Dominus patiens*. Idest quod Deus dixit se esse Dominum patientem.hæc autẽ habentur Exo.c.34.ideo ibi plura nomina sunt quã hic, quia solum posuit Moyses ea quę principaliter faciebant ad prouocandum ad misericordiam: litera tamẽ nostra dicit ibi,ꝙ Moyses inuocauerit, & non Deus. hebraica autem econtrario dicit, ꝙ inuocauerit Deꝰ. Ista autem litera approbat veritatem hebraicam ibi, dicens ꝙ Deus iurauerit, dicens Dominus patiens,& multæ misericordiæ.ergo Deus ista locutus est.

Dicendum igitur literam hebraicam continere veritatem in ea parte. nostra autem potest concordari cum hebræa, quia quamquam dicat hebraica Deũ inuocauisse,& nostra dicat, ꝙ Moyses:erit intelligendum,quod Deus primo inuocauerit, & dederit modum inuocandi Moysi : postea autem Moyses inuocauerit in eisdem nominibus. de his magis dictum est Exo. cap. 34. *Dominus*. Ponuntur hic aliquæ proprietates Dei,& prima est, quod vocatur Dominus, quia omnia sunt in potestate eius, & licet secundum ordinem naturæ, prius sit esse Deum quàm Dominum, primum tamen omnium nominum est Dominus, quia [illegible] est in cognitione nostra : non enim cognoscimus Deum a priori,sed a posteriori per aliquos effectus, sicut cognoscimus causas naturæ. In his autem sic est,quod cum nos dicamus Deum maximum bonum, non possumus eum deprehendere, nisi per maximam operationem, & potentiam super omnes res,sed ista pertinent ad Dominum vniuersalem. Primum ergo quod cognoscimus de Deo est,

Aliquæ proprietates Dei.

F quod sit Dominus. Hic autem ponitur vnum nomen,sed Exodi cap.34. ponuntur tria, scilicet dominator domine Deus. Dominator dicit actum dominij. Dominus dicit potentiam dominandi. Deus dicit naturam vel substantiam Dei.

Patiens. Peccantes ad pęnitentiam multo tempore spectando, vel dicitur patiens, idest non inferens pœnas, sed magis stat primum Exodi 34. cap. ponuntur alia nomina,scilicet misericors, & clemens, & patiẽs de quibus ibi dictum est. Hic autem omnia intellexit per patiens.

Et multæ misericordiæ. Scilicet pœnas debitas relaxãdo, vel aliter vocatur patiens, quia peccata dimittit, multæ misericordiæ,quia nõ quascunque pęnas, sed G magnas etiam dimittit.

Auferens iniquitatem. Idest remittens peccata facta contra proximos. *Et scelera*. Idest remittens peccata facta contra Deum. Aliter potest intelligi auferens iniquitatem,idest remittens peccata parua, & scelera,idest peccata valde magna, & potest intelligi hoc quantum ad culpam. superiora autem quantum ad pœnam, vel quod Deus dicitur patiens,& magnæ misericordiæ expectando hominem ad pęnitentiã: immediate enim,vt peccat mortem æternam meretur, & si Deus nõ punit eum immediate, miseretur eius, dans spatium pęnitendi, & cum pęnituerit remittit. & dicitur tunc misereri, sic patet Esa. cap.30. ideo expectat nos Deus,vt misereatur nostri. vocatur auferẽs iniquitatem,& scelera quantum ad hoc,quod remit- H tit peccata tam ad pęnam quàm ad culpam, & hoc maius est, quàm esse patientem, & magnæ misericordiæ.

Nullumq; innoxium derelinquens. Idest quod omnes respectu Dei sunt peccatores,vel melius, quod omnes veniæ sunt obligati propter peccatum,quia omnes vel actuale agunt, vel originale contrahunt exceptis eis,quos fides & pietas adimendos suadent. Alio modo est sensus.

Nullum innoxium derelinquens. Idest nullum noxium sine pęna relinquens,vt aliqui exponunt,sed multum est extorta expositio.

Item quia falsa est, si enim diceretur in litera nullũ noxium derelinquens, bene staret, sed dicitur inno- I xium,& tunc esset sensus, quod Deus nullum hominem innoxium relinqueret sine pęna, quod est absurdum. ideo prima expositio consonat, & patet manifestissime Exo.cap.34. vbi ista verba ponuntur.in eadem quippe serie verborum,vbi dicitur hic.

Nullum innoxium derelinquens. Dicitur ibi.nullus apud te per se innocens est. & est sensus,quod Moyses velit inducere Deum ad misericordiam, quia quod Hebræi peccauerint,non est admirabile, cum nullus apud Deum innocens sit.

Vel alio modo ponitur hic ista clausula,non quod agat aliquid specialiter ad probationem Moysi, sed quia ipse allegabat verba, quæ habentur Exo. cap.34. in quibus ponitur istud verbũ,& dicitur, quod Deus non derelinquit aliquem innoxium, quia tanta est K mundicia,quam homo deberet habere erga Deum, quod nullus homo eam habet. magis autem declaratur hoc Exodi cap. 34. cum dicitur nullus apud te per se innocens est, idest quamquam aliquis sit apud Deum simpliciter innocens, mundus ab originali,& actuali labe,tamen hoc non est per se,idest non habet aliquid a seipso,sed a Deo, & ita dicitur de beata Virgine,ꝙ licet ipsa sit simpliciter innocẽs apud Deũ, idest nullam labem actualem habuerit, nec originalẽ ꝯxerit,tñ non est per se innocens.i.non habuit a seipsa hoc,sed quia Deus illi spãli priuilegio hoc tribuit, alioquin peccatum originale, sicut cæteri cõtraxisset,

Qui

Qui visitas peccata patrum in filios. Idest tu Deus punis peccata patrum in filios eorum.s. filios non peccantes pro peccato patrum puniendo.

Propter quid Moyses dixit hæc verba. qui visitas peccata patrum in filios,& an orauerit,quòd non occideret hebræos, sed quòd postea occideret filios eorum pro eis.

Quæstio. LX.

ISta particula non ponitur hic tanquam fulcimentũ probationis Moysi. nam ex hoc non suadebat aliquid, sed magis inducebat cõtrarium.s. ꝙ puniret peccatum Iudæorum, sed posuit hic verba ista tanquam recitans ea,quæ Deus dixisset ꝑ vnam de illis particulis, sicut interdum aliqui ad probationem dictorum suorum allegant aliquem textũ recitantes illum, & tamen in vnica clausula adiuuat: in cæteris aũt non facit ad propositum, sed interdum aliqualiter videtur repugnare. Sic Moyses allegat verba Dei.dixerat enim Deus Exo.34.cap. ꝙ erat Dominator & Dominus,patiens, & multæ misericordiæ, puniẽs peccata patrum in filios &c. vnica autem istarum particularũ faciebat solum ad propositũ Moysi.s.patiens,& multæ misericordiæ, propter illam tamen recitauit omnia verba Dei, in quibus erant aliqua quæ nihil ad hoc faciunt, & si quisquam voluerit ex qualibet istarum particularum assumere fundamẽtum arguendi, ex quibusdam earum non concludet, sed magis inferet oppositum intentionis Moysi.

Poterat tamen aliquis dicere, ꝙ hoc ad propositũ Moysi faceret.s.ꝙ peteret Moyses, ne tota illa multitudo peccatorum occideretur simul, & sic totus ille populus esset deletus,sed ꝙ transferrentur peccata patrum in filios. i.non morerentur patres peccãtes, sed filij eorum postea punirentur, & hoc videtur confirmari ex litera, cum Deus respõdet dicens.dimisi iuxta verbum tuum.i.ego remisi iniquitatem populi,eo modo quo tu orasti, & tamen Deus non occidit immediate omnes peccãtes, sed paulisper quasi per 38. annos deleuit eos, ita ꝙ in anno 40. cum facta est iterum numeratio nullus supererat de his, qui peccauerant,vt patet infra cap.26. & filij eorum passi sunt pro hac iniquitate,manentes annis 40.in deserto, quia patres peccauerant. Sic dicitur infra.s. vestri filij erunt vagi in deserto annis 40.& portabunt fornicationem vestram,donec consumantur cadauera patrum in solitudine.videtur ergo ꝙ Moyses hoc petierit, & ad hoc inducatur ista particula.

Respondendum est, ꝙ Moyses non induxit istam particulam ad aliquem sensum specialem, sed recitauit eam cum alijs, vt s̃. dictum est. Et cum obijcitur, ꝙ ita factum est,vt Moyses orauit, & tamen translata sunt peccata patrũ in filios. ergo Moyses hoc petijt. Dicendum est,ꝙ Moyses nihil tale orauit, sed simpliciter petebat,ꝙ non deleretur totus populus,nec eñ conueniebat talis oratio Moysi. nam licet ad Deum, qui est regula prima non potens deficere, & cognoscit quid vnicuique conueniat,pertinet interdum ex altissima prouidentia sua transferre peccata patrum in filios, quoniã sic iudicat expedire ad gloriam suã, vel decorem vniuersi: ad nullum tamen hominum pertinet orare,vt peccata alicuius transferantur in totam suam ꝓgeniem, vel in aliquos posteriores. ideo satis mortale videtur, & contra ordinem charitatis. nam si peccatum est,ꝙ nos petamus a Deo,vt puniat aliquem,quia peccauit: quanto magis si petamus, vt puniat eum qui nõ peccauit? Sic autem est si quis cognito peccato alicuius, oret dicens.Domine non punias hunc,sed transfer in posteros eius punitionem. iste enim innocentes petit puniri,ideo graue peccatũ

A est,maxime quia cum sit charitas, ꝙ nos oremus pro eo,qui peccauit ne puniatur:quomodo conueniet,ꝙ pro eo,qui non peccauit oremus,vt puniatur?non ergo petiuit hoc Moyses.

Item ad quandam magnam imprudẽtiam, & diffidẽtiam de diuina bonitate hoc pertinebat. Si enim Deus nunquam remitteret peccatum alicuius, nisi tranferret in posteros eius, & hoc, vel quia non posset aliter facere, vel quia nunquam esset aliter facere consuetus. Adhuc quamquam iniustum erat peti, ꝙ transferrentut peccata patrum in filios, tamen non erat imprudens,nec diffidentiam importans, quia misericordia Dei non se extendebat ad magis. cum tamen notum sit Deum posse remittere peccata simpliciter,non transferendo punitionem in posteros,& B multoties hoc agat,cum ipse dicat se esse patientem, & multæ misericordiæ,vt patet hic.imprudentia magna erat,ꝙ Moyses peteret remitti peccata istorum, & transferri in tertiam, & quartam generationem. non ergo petiuit sic.

Item cum dicebatur, ꝙ Deus transtulit peccatum ab istis in filios suos, falsum est.nam ipsi pro peccato suo mortui sunt,vt patet infra cum dr̃, ꝙ nemo de illis qui murmurauerunt videbit terram promissam, sed ꝙ cadauera eorum iacebunt in solitudine.

Iudæi in peccato suo mortui sunt.

Et quamquam obijciatur, ꝙ filij portauerunt fornicationem patrum, vt dicitur infra in litera, non sequitur ex hoc, quia non est istud transferri pęnas patrum in filios, sed ꝙ filij detinerentur in deserto, dũ C patres eorũ peccantes moriebantur,nemo tñ de filijs horum pro crimine patrũ mortuus est, aut impeditꝰ, ne introiret in terrã promissam.ꝙ aũt ipsi detenti fuerint quasi 40. annis nõ fuit in pęnã ipsorũ directe, sed magis ad eorũ vtilitatẽ. nã si Deus puniuisset peccantes immediatè non mansissent aliqui de filijs,nisi valde paruuli.s.minores.20. annis: oẽs quippe qui annũ 20.attigerant damnati sunt ad mortem,vt patet ĩ.sed pueri minores.20.anno nõ faciunt populũ, nec sunt ad quicq̃ vtiles prudentia aut viribus, iõ non decebat illos relinqui.hoc.n.erat perdi populũ totaliter.ꝓ bono igitur eorũ, qui non peccauerunt,Deus dedit eis, ꝙ manerent annis 40.in deserto, ideo nõ erat directè pęna.nam in hoc tpe creuit populus iste ad magnam multitudinem,ita vt essent sufficientes ad hoc, vt in- D troducerentur in terram Chanaan, quia iam erant viri integri corpore, & animo ad bella Chananæorum. Quod autem obijciebatur.s. dimisi sm̃ verbum tuũ, idest ꝙ Deus dimiserit peccatum sm̃, ꝙ Moyses petiuerat, & tamen videtur translata iniquitas.ergo ipse petijt. Rñdendum est, ꝙ non fuit translata iniquitas patrum in filios,vt patet ex præcedentibus. ideo quãquam Moyses petierit id, qđ postea Deus fecit, non petiuit transferri iniquitatem patrum in filios.

Aliter rñderi potest, ꝙ non est sensus illius literæ iste, sed ꝙ Moyses cognouit Deum quasi volentem delere totum populum simul, & petijt ne oẽs simul delerentur. Deus aũt dicit,dimisi iuxta verbum tuũ, idest remisi pctm̃ quantum ad hoc ne oẽs deleam si- E mul.delebo tñ per partes.de hoc aũt,quod dr̃ hic.s.ꝙ Deus transferat iniquitates patrum in filios, non est semper gñale, sed interdum fit, nec etiã in omnibus casibus fieri conuenit,& interdum ista punitio transfertur quantum ad damna solum. Interdũ ẽt quantũ ad illationem mortis, & quibusdam filijs pęnalitates istæ infliguntur: alijs aũt non: quomodo autem hoc sit declaratum est satis late Deut.c.24 vbi dr̃, ꝙ non occidentur patres pro filijs. *Vsque in tertiam & quartam generationem*. i. Deus transfert peccata patrum in filios vsque ad quartam generationem, amplius autem non: quomodo enim cõputandi sint isti in quos

Universidad de Deusto Biblioteca

transferuntur peccata,& an ſolum transferantur peccata patrum in filios, quando filij imitantur peccata patrum,vel aliquando quando ſunt innocentes declaratum eſt Exo.34.cap.& ibi de his ſatis dictum eſt,

Quare peccata transferantur magis vſque ad quartam generationem quàm vltra. Et an mortui curam habeant de viuentibus. Quæſt. LXI.

QVARE autem transferantur magis peccata vſque ad quartam generationem, quàm ad alias. Cauſa eſt, quia patres videre poſſunt filios ad generationem quartam:vlterius autem non vident,& quia puniuntur filij pro patribus, vt patres puniantur in eis: non punirentur tamen ſi non viderent eos puniri, ideo vſque ad generationes illas peccata patrum in filios puniuntur,qa ſi vltra illas in filios punirentur,iam non punirentur patres in eis, quia non poſſent dolere de punitione eorum. Quamquã illi, qui apud inferos ſunt, vel qui in purgatorio, ſoliciti ſunt pro bono charorum ſuorũ, & dolent de malo eorum ſi cognouerint, ſicut patet de diuite illo,qui erat apud inferos, & tamen rogauit Abraham, vt mitteret Lazarum ad erudiendum fratres ſuos,ne venirent in illum locum tormentorum, vt patet Luc.16.quia tamen non eſt talis dolor,aut ſolicitudo defunctorum pro viuentibus,qualis eſt viuẽtium pro defunctis, non puniuntur patres mortui in filijs. Ariſt.tamen qui iſta ſecutus non fuit, cum non potuerit inquirere veritates fidei ſine doctore, cum fides ex auditu ſit, vt patet ad Rom.10. cap. dixit aliquem eſſe bonum, vel malum ſtatum parentum defunctorũ propter infortunia, aut bonas fortunas ꝓnepotum & amicorum,ſed hunc dixit eſſe leuem,& ſolum inquantum defuncti manent in opinione noſtra.cum vero aliquantum tempus effluxerit iam eufortunia, & infortunia amicorum, & pronepotum nihil conferunt ad bonum,vel malum ſtatum defunctorum.de hoc primo Ethico.c. pronepotum autem fortunas.

Item Deus non punit peccata patrum in filios vltra quartam generationem, quia Deus ad miſerendũ promptior eſt quàm ad puniendum, ideo punitio ad paucos extendi debuit: miſericordia autem ad multos,& dicitur ſic Exo.34.cap.quod miſeretur benefacientibus vſque in mille generationes,& quod punit peccata patrum in filios vſque ad quartam.

Aliqui autem dicunt,quòd vſque ad quartam generationem puniuntur pro peccatis patrum filij, qa vſque ad illam poſſunt erudiri in moribus patrum, cum poſſint eos videre.& tunc dicunt puniri peccata patrum in filios, quia ſicut filij ſuſceperunt eſſe a patribus, ita & per doctrinam illa peccata ſuſceperunt. Cum autem tranſierint quatuor generationes, filij non poſſunt erudiri a patribus, quia non vident eos, quamquam ergo peccent & puniantur, non eſt ibi peccatum patris, cum non acceperint a parentibus, ſed pro peccatis ſuis puniuntur, & ſi aliquando contingat filios poſt quintam & ſextam generationem imitari peccata prędeceſſorum,& puniri pro eis,iam nõ dicuntur puniri pro peccatis patrum,ſed pro ſuis, quia non potuerunt accipere illa peccata per eruditionem patrum ſextæ generationis, vel vlterius, cum non viderint eos, ſed iam pro peccatis ſuis puniuntur.

Iſta poſitio aliqualiter videtur in ſuperficie, ſed nõ continet veritatem.nam præſupponit,quod quandocunque aliqui puniantur pro peccatis ſuis puniãtur, & tamen quia contingit, ꝙ accipiant illa a patribus per imitationem, dicuntur puniri in eis peccata pa-

F trum.Sed falſum eſt hoc, quia non ſolũ puniunt filij pro patribus,quando imitantur eos in peccato, ſed & cum ſunt immunes ab omni crimine, immo ſi ſolũ punirentur filij pro peccato patrum,quando ipſi peccant, ſicut patres ſui, non dicerentur puniri pro peccato patrum,ſed pro peccato ſuo.multa quoque alia inconuenientia ſequerentur, de quibus late dictum eſt Exo.c.34.& Deuteronomij 7.cap.ibi igitur requiratur veritas huius,ſed quando aut quomodo puniãtur filij pro peccatis patrum, & an vere puniantur pro illis, vel ſolum pro peccatis proprijs, dicetur verius Ioſue ſexto, vbi totum hoc latius declaratur.

Dimitte obſecro peccatum populi huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ. Iſta eſt oratio Moyſi, quam ipſe G intendebat ex omnibus ſuperioribus.ſ.ꝙ Deus dimitteret peccatum huius populi.ſ.murmurationem. Dixit autem peccatum huius populi, quaſi totus populus peccaſſet.nam ferè omnes peccauerant. de duodecim, quippe Tribubus nullus manſit immunis, præter duos viros, ideo rectè dici poterat peccatum populi. & dixit ſm magnitudinẽ miſericordię,quia ad Deum ex iuſtitia pertinet punire peccantes,ex miſericordia aũt remittere peccata: ea tñ quæ maxima ſunt ſine magna miſericordia remitti nequeunt, ſic erat in peccato huius populi:erat quippe grauiſſimũ, quia oẽs peccauerãt,ideo magnitudine miſericordię indigebat vt remitteretur. ſic dicit Apoſt. ad Rom. cap. 5. vbi autem abundauit delictum ſuperabundabit & gratia.i.ad hoc, ꝙ remittatur peccatum, quod H fuit ſuperabundans, oportet eſſe ſuperabundantem gratiam.i.valde magnam, & propter hoc introduxit Moyſes totam iſtam literam ab illo loco. *Magnificetur ergo.* Vſque huc ſolum Moyſes intendebat dicere, vt Domine magnificetur fortitudo tua, & obſecro, vt dimittas peccatum populi huius ſm magnitudinem miſericordiæ tuæ, & quia hoc forte aliquis negaret, dicens nõ eſſe in Deo magnitudinem miſericordię, probat Moyſes inducens ea,quę ſ.habentur.ſ.ſicut iuraſti dicens Dñs patiens, & multæ miſericordiæ &c. ideſt non potes negare te eſſe magnæ miſericordiæ, quia tu iuraſti.i.teſtificatus fuiſti hoc, vt patet ex verbis illis,vnde ponit hic Moyſes primo probationem, quàm [illegible] quod intendit probare.

I *Sicut propitius fuiſti egredientibus de Aegypto vſque ad locum iſtum.* Ideſt ſicut ſemper miſertus fuiſti eis ab exitu de Aegypto vſque nunc,ita & nunc miſerearis,& quantum ad hoc conuenit id,quod ſ.dicebatur.ſ.magnificetur fortitudo tua in remittendo offenſas. ſi.n. ab exitu de Aegypto Deus remiſiſſet offenſas murmurantiũ,non delens eos, nunc aũt non remitteret, videret, ꝙ bonitas ſua non extendebatur ad remiſſionem plurium iniuriarũ, q̃ iam remiſſarũ, & hoc erat paruũ, ideo debebat magnificari fortitudo Dei.i.clementia eius ad remittendum,vt videretur, ꝙ non ſolum erat miſericordia Dei ad remittendum offenſas præteritas,ſed etiam multo plures.

K *Quod Deus ſemper fuit propitius Hebræis egredientibus de Aegypto vſque ad locum Cadesbarne & quomodo. Quæſtio. LXII.*

ET dicitur,ꝙ Deus propitius fuit ingredientibus de Aegypto vſq; ad locum iſtum, quod non intelligit de bñficijs elargitis in ꝓferendo,ſed in remittẽdo peccata.nam nihil erat ad propoſitũ Moyſi,ꝙ Deus remitteret pctm̃ populi, ſicut ſemꝑ benefecerat eis,dando magna,& dirigendo in via,qa iſta operatio eſt in æquiuoco.ſed eſt ſenſus, ꝙ ſicut ab exitu de Aegypto fuerat ſemper Deus propitius, remittens offenſas, quæ infligebantur, ita nunc eſſet propitius, remittendo: murmurauerant

uerant enim Iudæi ab exitu de Aegypto, nam cum Pharao perſequeretur eos recedẽtes de Aegypto ſuper Mare rubrum murmurati ſunt dicentes. Nunqd non erãt ſepulchra in Aegyto?ideo tuliſti nos, vt moreremur in ſolitudine, vt patet Exo.c.14.ſic & poſtea multoties murmurauerunt, & tamen Deus ſemper remiſit vſque nunc.

Non eſt autem intelligẽdum, ꝙ Deus ſemper remiſiſſet.i.nunquam puniuiſſet.nam in multis illarum murmurationum punitionem dedit, vt qñ in Raphidim murmurati ſunt,venerunt Amalechitæ, & occiderunt quoſdam ex populo, vt patet Exo. cap. 17.& cum poſt montem Sinai pro labore itineris murmurarent,accenſus eſt ignis contra eos,vt patet ſ.11.ca. & cum in Sepulchris concupiſcẽtiæ flagrauiſſent deſiderio carnium, datis carnibus, venit ſuper eos magna plaga, vt patet.e.c.idem de Maria & Aaron murmurantibus contra Moyſen, qñ Maria fuit percuſſa lepra,vt patet ſupra c. 12. Sed dr̃,ꝙ Deus fuit eis propitius,quia merebantur totaliter deleri:Deus tñ nunquam deleuerat totum populum: nunc vero petebat Moyſes,vt Deus eſſet propitius, ſicut fuerat ab exitu de Aegypto.ſ.ꝙ non deleret eos, ſicut prius nunquã deleuerat, & hoc quia videbat Deum eſſe velut paratum ad delendum populum totum, cum dixiſſet. feriam eos peſtilentia, atque conſumã. te aũt faciam principem ſuper gentem magnam, vt patet ſupra.

Dixitque Dominus dimiſi iuxta verbum tuum. Condeſcẽdit Dominus precibus Moyſi ad remittendum peccata populi, dicens dimiſi iuxta verbum tuum, ideſt ſicut tu oraſti.

Quomodo peccatum Hebræorum fuerit dimiſſum, cum tamen mortui ſint in ſolitudine. Quæſt. LXIII.

SED dicet aliquis quomodo ſtabit, quia immediate dixit, ꝙ nullus de murmurantibus introiret in terram promiſſionis, ſed morerentur in ſolitudine?

Dicendum ꝙ peccatum iſtud non fuit ſimpliciter dimiſſum,ſed ſolum ſm verbum Moyſi.i. ſm formã orationis eius.viderat.n.Moyſes, ꝙ Deus monſtraſſet quaſi habitudinem volentis delere totum populum,& timuit:ideo ſatis eſt viſum ſibi orare,ne Deus totam multitudinem ſimul deleret, & forte non eſt D recordatus orare, vt dimitteretur pctm̃ ſimpliciter, quantum ad omnẽ pęnam vrgente calamitate delectionis totius populi, & non orauit, vel fortè non petiuit hoc,quia Deus hoc a mente abſtulit,vel impediuit ne veniret in mentem. diffinierat.n.Deus punire Iſraelitas,eo modo quo puniuit. vnde ſi Moyſes petiſſet remitti pctm̃ populi quantum ad oẽm pęnam, Deus non exaudiſſet.ne ergo eſſet obuius orõni eius impediuit eum,ne ſic oraret: vnde ſolum orauit ne ſimul Deus totum deleret populum, ꝙ vero peccantes poſtea ſucceſſiuè puniret, vel non, ſubticuit, ideo dr̃,remiſi ſm verbum tuum.i.tm̃ quantum tu petiuiſti,& tñ qui peccauerunt non erunt impuniti, vt patet infra. E Quod autem iſte fuerit modus orandi Moyſi,etiam patet aliqualiter ex verbis ſuis, cum dicatur ſupra, ſicut propitius fuiſti egrediẽtibus de Aegypto vſque ad locum iſtum.i. quod Deus remitteret eis, ſicut ante remiſerat ſimpliciter, cum ipſos murmurantes puniret,licet totum populum non deleret. ergo ex verbis Moyſi non cõcludebatur, ꝙ ipſe peteret pctm̃ populi totaliter remitti. Nec tñ ex hoc arguendum eſt,ꝙ Moyſes petierit,vt non deleretur totus populus,ſed ꝙ pctores punirentur ſucceſſiue. hoc.n.nõ licebat ei, quia non pertinebat ad charitatẽ: peti.n. remitti peccata charitatis opus eſt: peti aũt ꝙ puniant,

A militat in charitatem, ideo Moyſes vtrunque ſubticuit, nec petens,ꝙ aliqualiter puniretur, nec ꝙ totaliter remitteretur,ſed ſolum ꝙ nõ deleretur totus populus. *Viuo ego.* Hic Dñs promittit punitionem infligendam pctõribus ſucceſſiuè,& ponitur iurm̃ eius.ſ. viuo ego.i.ſicut verum eſt,ꝙ ego viuo,ita verum eſt, ꝙ ego puniam iſtos. vel aliter, viuo ego.i. per vitam meam ego iuro.ꝙ puniam iſtos, vt infra ſequitur, & ſic aliqñ iurat Deus per vitam ſuam, vel per ſeipſum, ſic patet Gen.cap.22.ſ. per memetipſum iuraui dicit Dñs. & tñ quomodocunq; Deus iuret, ſiue per vitam ſuam,ſiue per gloriam,aut potentiam,vel bonitatem per ſeipſum iurat, qm̃ oĩa in Deo idem ſunt,& ſunt ipſe Deus.iurm̃ aũt Dei eſt per ſeipſum, & non eſt ſicut noſtrum,quod eſt per Deum, vel interdum B per aliquid alterum:Deus aũt non habebat aliquẽ ſuperiorem vel meliorem ſe: ideo per ſeipſum iurauit: nos autem,quia aliquem meliorem nobis habemus, per alterum iuramus. de hoc ad Hebr.c.6.

Et implebitur gloria Domini vniuerſa terra. Ideſt ſicut petiſti,ꝙ magnificaretur fortitudo mea.ſ.ꝙ demonſtraretur magna, introducendo iſtum populum in terrã ꝓmiſſam: ita fiet, quia vniuerſa terra implebitur gloria Dñi.i. per totum mundum audietur fama de mirabilibus eius, quæ faciet in introductione ad terram illam.ſ. faciendo ſtare Iordanem, vt patet Ioſue c.3. & in ruina murorum Iericho, ſine armis Ioſue cap.6. & in ſtatione ſolis contra Gabaon Ioſue c.10. Satisfacit enim Deus hic Moyſi quantum ad totam intentionem C ſuam, dixerat enim ꝙ ſi occideret omnẽ populum in ſolitudine haberent gentiles occaſionẽ calumniandi, vt patet ſ.ideo deberet magnificari fortitudo ſua, tam introducendo Iſraelitas in terram promiſſam,q̃ remittendo iniquitatem totius populi. hic conſentit dicens,ꝙ magnificabitur gloria Dñi,& nõ ſolum,vt Moyſes petebat, ſed etiam in vniuerſa terra, quæ auditura eſſet famam miraculorum Dei, & magnitudinem beneficiorum præſtatorum hebręis.

Vniuerſã terram impleri gloria Domini quõ intelligitur.

Aliter poteſt intelligi & melius, ꝙ vniuerſa terra implebitur gloria Dñi.i.iſta gloria Dei, quæ apparuit in omni terra educẽdo Hebræos de Aegypto,& portando eos per deſertum dando illis manna, & dirigẽdo per columnam nubis non minuetur. quod fieret ſi occideret Deus nunc omnes Hebræos in deſerto D ſimul, quia non poſſent cõtinuari iam iſta mirabilia, ſed viderentur eſſe,quaſi nõ fuiſſent.Deus igitur vult ꝙ continuentur, & ad hoc oportet, ꝙ maneat populus Hebræorum,ſicut prius, & fiant in eo ſolita mirabilia,& ſic implebitur tota terra gloria Dñi, quia nõ ſolum laudabunt Deum illi, qui vſque nunc iſta audierunt,ſed ẽt qui poſtea audierint.plures.n.poſt hoc audituri erant, quàm prius audierant: durauerant.n. mirabilia iſta per annum,& parum plus: extendenda aũt erant vſque ad annum quadrageſimũ,in quo tpe omnes gentes audire iſtud poſſent. Et ſic quia Moyſes petiuerat in hoc rem iuſtam.ſ. vt non minueretur gloria Domini, Deus exaudiuit eum faciens, ꝙ non poſſet eſſe contra eum aliqua calumnia.ſ. ꝙ non poterat introducere Hebræos in terram Chanaan, ideo E occidebat eos in deſerto.voluit tamẽ ſatisfacere vtrique.ſ.gloriæ ſuæ & iuſtitiæ.Propter ꝑmũ Deus non deleuit populum faciens, ꝙ maneret, ſicut prius, & continuarentur in eo mirabilia ſolita.Propter ſecundum fecit, quod nullus illorum, qui peccauerat maneret impunitus, ſed morerentur in ſolitudine, non tamen ſimul, ſed in quadraginta annis mortui ſunt.

Attamen omnes homines,qui viderunt. Hic tollitur dubium.nam cum dictum fuerit, ꝙ tota terra impleret gloria Dñi in mirabilibus,quæ fierent pro Iudæis:crederetur,ꝙ nõ punirentuur pro hoc pctõ. rñdet Deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Attamen omnes homines. Ideſt licet impleam vniuerſam terram gloria mea introducendo populum iſtũ in terram promiſſam, tamen nullus de peccatoribus intrabit in illam, ſed omnes morientur in ſolitudine.

Omnes homines qui viderunt maieſtatem meam. Hic ponuntur cauſæ quare merebantur condemnationem iſti murmuratores. ſ. quia viderant Dei excellentiam, & opera eius magnifica, tamen non crediderunt ei, ſicut dr̃ ſ. ꝙ in omnibus mirabilibus, quæ fecit corã ipſis non crediderunt, ideo dixit, ꝙ feriret eos peſtilentia, & dicitur hic, ꝙ omnes qui viderunt maieſtatem, & nõ crediderunt peribunt, quia maieſtas eſt maior ſtatus, ideo ille proprie dicitur maieſtatem Dei videre, qui videt aliqua opera fieri, quæ per nullam, niſi per diuinam potentiam, quæ maxima eſt omniũ, fieri poſſunt, & talia ad maieſtatem. i. ad maiorem ſtatum pertinent. hoc autem viderunt Iudæi. talia. n. erant ſigna facta corã eis, quæ nullus facere poſſet, niſi Deus, & attribuuntur maieſtati. nam maximum ſtatum alicuius maieſtatem vocamus, & ſic ſoli illi dñr habere maieſtatem, qui in maximo ſtatu ſunt, & ita eſt de regibus & imperatore, ideo dicimus imperatoriã maieſtatem, vel regiam maieſtatem, & cum interdum abutimur hoc nomine applicãtes ad multos dicimus aliquẽ venire in maieſtate ſua, qñ venit in maximo honore, & apparatu veſtium atque familiæ magnitudine, quàm aliàs venire poſſet, & hoc modo de Chriſto dicitur, ꝙ veniet ad iudicandum in maieſtate. i. in maximo honore, qa tunc veniet in tali claritate, qualem nunquam habere viſus eſt, cum tota turba angelorum, & magno apparatu. ſic patet Luc. 21. c. ſ. nam virtutes cęlorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum potestate magna & maieſtate.

Maieſtatẽ quid vocamus.

Et ſigna quæ feci in Aegypto & ſolitudine. Signa facta in Aegypto fuerunt plagæ quas Deus intulit Aegyptijs, vt dimitterẽt Iſraelitas, de quibus Exo. c. 7. vſque ad duodecim. cap. incluſiue. Signa facta in ſolitudine ſiue mirabilia, quæ Deus fecit pro eis, ſicut apertio Maris rubri, & fluxus aquarum de lapide Exo. 17. c. & pluere manna quotidie ad manducandum Exo. cap. 16. & conuertere aquas amaras in dulcedinem Exo. cap. 15. & multa huiuſmodi. pro his omnibus credere debuerunt ſibi. cum autem dicitur hic. *Maieſtatem & ſigna.* Non accipitur, & copulatiuè, ſed expoſitiuè, quia nihil aliud eſt videre maieſtatem, niſi videre ipſa ſigna monſtrantia Dei magnitudinem.

Vel poteſt accipi, ꝙ iſta ſint diuerſa. ſ. videre maieſtatem ſit videre aliquem apparatum gloriæ magnæ vel excellentiæ ſine aliqua operatione ſubſequente. videre ſigna eſt videre operationes Dei miraculoſas. De primo patet, cum viderunt Iſraelitæ Deum ſup montem Sinai in quibuſdam nubibus valde lucidis, & ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſaphyrini, & cę lum cum ſerenum eſt, vt patet Exo. cap. 24. vel cũ viderunt montem Sinai fumãtem, & tonitrua magna atque ignem ardentem, & voces tubæ Exo. c. 19. quæ manifeſte declarabant ſpecialem Dei præſentiam, ga non fieret talis apparatus ad aduentum alicuius, niſi Dei, ſicut nos cum videmus magnũ apparatũ turbarũ in oĩ decore, & iocũditate iudicamus aduenire regem, & iſte eſt conuenientior ſenſus, quàm primus.

Et tentauerunt me iam decem vicibus. Ideſt quia viderũt maieſtatem & ſigna, & tamen ingrati exiſtentes his, tentauerunt Deum decem vicibus, ideſt quia murmurauerunt contra ipſum infligetur eis pœna, quod non intrent in terram Chanaan.

Tentare quomodo accipiatur pro murmurare. Et quomodo decem vicibus tentauerunt Hebræi Deum.
Quæſtio. LXIIII.

NON accipitur hic tentare proprie, ſed pro murmurare. nam tentatio eſt facere aliqd ad capiendum experimentum de re, vt ſi Iudæi peterent aliquid a Deo ad probandum, an eſſet verus Deus, & hoc aliqualiter conueniebat illis, qui dixerunt in Raphidim, eſt ne Deus inter nos an non: aliæ autem magis ſunt murmurationes.

Et dicitur hic, ꝙ tentauerunt decem vicibus. i. multoties. ponitur. n. certus numerus pro incerto, & tamen bene poſſunt colligi ex proceſſu Exodi, & libri huius decem murmurationes.

Prima fuit ante egreſſum de Aegypto, qñ premebantur operibus, & dixerunt prępoſiti filiorum Iſrael Moyſi & Aaron: videat Dominus, & iudicet, qñ fetere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & tribuiſtis ei gladium, vt occideret nos, in quo diffidebant aliqualiter de Dei clementia, putantes ſe ſemper premendos operibus.

Secunda murmuratio, qñ viderunt Pharaonem ſequentem a tergo ſuper Mare rubrum, & dixerunt. Nunqd nõ erãt ſepulchra in Aegypto, &c. Exo. 14. c.

Tertia murmuratio fuit ad aquas Marath, qa erant amarę Exo. cap. 15.

Quarta murmuratio pro defectu carnium & panũ, cum datum eſſet manna Exo. cap. 16.

Quinta tentatio in colligendo de manna vltra mẽſuram impoſitã credẽdo, ꝙ defecturũ eſſet Exo. c. 16.

Sexta tentatio fuit in Raphidim pro aquæ penuria Exodi cap. 17.

Septima tentatio fuit cum vitulum conflari petierunt, & conflatum adorauerunt Exo. cap. 32.

Octaua murmuratio fuit in labore itineris. ſ. c. 11.

Nona fuit in cõcupiſcentia diuerſorum ciborum, & fletu pro abominatione mannę. ſupra 11. cap.

Decima tentatio fuit in deſperando, & volẽdo redire in Aegyptũ, vt patet ſ. in litera. Sed primus modus exp[illegible]endi melior eſt. nam hic dr̃, ꝙ non introibunt in terram Chanaan illi, qui viderunt maieſtatẽ Dei, & ſigna, & tñ tentauerunt eum per decem vices. Si igitur intelligatur, ꝙ hic ſit numerus certus tentationum non ſtabit, quia tunc neceſſe erit, vt oẽs ſup quibus ſnĩa iſta infligitur murmurauerint decem vicibus, quo dato rari eſſent, qui punirẽtur hac ſnĩa, vel forte nulli, quia nulli nunc erant in populo, qui peccauiſſent in oĩbus his tentationibus, vt patet de tentatione in cõflatione vituli, oẽs. n. qui tunc peccauerũt occiſi ſunt, nec poterat quiſq̃ euadere, cum bibiſſet de aquis illis, in quas proiectus fuit puluis cõbuſti vituli, de quo Exo. cap. 32. ergo nullus de his, qui nunc erant in populo puniret hac pęna. nemo. n. eorũ peccauerat in idolatria. Idẽ patet de murmuratione nona in concupiſcentia carnium. nam oẽs qui cõcupierunt mortui ſunt in eodẽ loco, vt patet ſ. c. 11. cũ dr̃, ꝙ vocatus eſt locus ille ſepulchra cõcupiſcentię, qa ibi ſepelierunt populũ, qui deſiderauerat carnes. nullus ergo de his ſupererat, & ſic nemo erat in toto populo, qui his decẽ vicibus tẽtaſſet. Idẽ patet de prima tentatione, in qua ſoli ꝓpoſiti murmurauerunt, vt patet Exo. c. 5. ergo non pot intelligi, ꝙ accipiaſ hic numerus certus. ſed eſt ſenſus, ꝙ oẽs qui viderunt ſigna Dei, & tentauerunt eum decies. i. multories non videbunt terram Chanaan. *Nec obedierunt voci meæ.* Dixerat illis Deus, ꝙ irent in terram Chanaan, ipſi autẽ non obedierunt dicentes. cõſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptũ, vt patet ſ. in litera, & iſta eſt principalis cauſa propter quam data eſt ſententia condemnationis in illos. nam licet in omnibus alijs murmuraſſent, ſi nunc non murmurarent non fuiſſet inflicta pœna de non ingrediendo: & tamen ſi aliqui nunc ſolum murmurauerũt, & prius nequaquã, pro iſta ſola murmuratione priuati ſunt ingreſſu terrę Chanaan. Sciendum tamen quòd quanquam in omnibus alijs murmurationibus non fuerit ſemper inflicta pœna. hic tamen ſuppletum eſt, quod in alijs defuerat: ſicut cum murmurauerunt ſuper mare rubrum propter Pharaonẽ, & in Marath propter aquarum amaritudinem, & poſtea in deſerto Sin pro defectu ciborum, non fuit pœna data, patet Exo. cap. 14. 15. & 16. Iſta enim eſt cõditio Dei, vt cum multoties hominem peccantem ſeruauerit impunitum, poſtea in vno peccato omnium peccatorum pœnas imponat. *Non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum.* Iſta eſt vna de pœnis quæ infligebantur.

An ſint inflictæ Iudæis duæ pœnæ pro murmuratione, ſ. quòd non introirent in terram Chanaan, & quòd morerẽtur priuſquam morituri erant. *Quæſt. LXV.*

DUAE pœnę hic pro murmuratione inflictę ſunt. Prima ꝙ nullus iſtorum introiuit in terram promiſſam. Secunda quòd mortui ſunt in deſerto velocius, quàm morituri eſſent.

De prima dicendum eſt, quòd erat verè pœna. nam ipſi audierant, quòd terra illa erat valde bona, quod certiſſime comprobauerant ex fructibus, quos inde attulerũt exploratores. priuari ergo illa magnus erat dolor, cum eſſent tanto tempore apud eam non potentes ingredi, & in hoc erat differentia pœnę, quia nõ ſolum Deus dixit, quòd non ingrederentur in illam, ſed etiam quòd non viderent eam. fuiſſet enim aliquod delectabile ipſis, ſi ſaltem eã videre potuiſſent, quia prę ter ipſam poſſeſſionem rei ſola viſio quoddam preſtat delectamentum. Et patet, quòd ſit differentia, quia Deus voluit punire minꝰ Moyſen quàm omnes alios, & tamen cum orauiſſet ſepe quòd eum introduceret in terram Chanaan, & Deus non conſentiret: dixit ei quòd non tranſiret in terram, ſed videret eam, & fecit eum aſcendere in montem, vt patet Deuter. cap. 3. & 34. Si tamen non fuiſſet aliquid delectabile videre terram illam, non dixiſſet illi Deus quòd aſcenderet in montem ad videndum. Iſti autẽ vtroque priuati ſunt: quia nec introierũt in eam, nec viderunt.

An fuiſſet delectabile, eis videre terram promiſſionis.
Quæſt. LXVI.

SED aliquis dicet, quòd non erat pœna Iudæis non videre terram illam, quia ipſi habebant eam exoſam cum dixerint ſupra vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram iſtam.

Reſpondendum eſt quòd omnes Iſraelitæ deſiderabant nimis tranſire in terram Chanaan: impediri tamen aliquem ab eo quod ſperat, magna pœna eſt, quia ſpes quæ differtur affligit animam, vt patet Prouer. 26. c. ideo magna pœna erat Iſraelitis quòd differretur eis quod ſperabant: maxima autem erat ꝙ auferretur id quod diligebant. quòd autem ſupra dixerint ſe magis velle mori in ſolitudine, quã introire in terram Chanaan, fuit ex perturbatione mentis, qa terruerant eos exploratores, dicentes quòd non poterant pugnare contra habitatores terrę illius, qui robuſtiſſimi erant. ceſſante tamẽ illa amaritudine cordis, valde deſiderabant ire in terram illam. maxime autem nunc cum prohibitum erat, & ſententiatum ne illuc irent. nam prohibitio deſiderium auget, qa nitimur in vetitum. ſic enim dicit Apoſtolus ad Roma. cap. 7. quòd peccatum accepit occaſionem per mandatum, ideſt antequam daretur lex paſſiones nõ habebant magnum vigorem, cum vero lex data eſt prohibens, creuit deſiderium ex prohibitione.

Secunda pœna quòd mortui ſunt velocius, quàm mortui eſſent.
Quæſt. LXVII.

CIRCA ſecundam pœnam quę erat in morte omnium iſtorum, qui murmurauerant: cõſiderandum eſt, quòd iſti mortui ſunt omnes in deſerto, & non compleuerunt dies ſuos, quos aliàs completuri eſſent, ſi non peccarent: & iſta erat magna pœna quòd abbreuiarentur dies.

Sed in hoc erat differentia. nam de his murmurantibus quidam pluries murmurauerant, quidam rarò; & quidam nimis increduli erãt, alij autem paucum: & quia ſecundum proportionem magnitudinis culparum eſt proportio magnitudinis pœnarum, quibuſdam dabatur maior pœna, alijs vero minus, qui autem magis peccauerant puniebãtur in diminutione vitę, quia cito mortui ſunt, qui vero minus, tardius mortui ſunt, ideo dati ſunt anni quadraginta in quibus morerentur omnes iſti peccatores, nec fuerunt mortui vſquequo tranſirent torrentem Zareth. de quo Deuter. cap. 2. & iſtud fuit vltra dimidium anni quadrageſimi, vt declarabitur infra 21. ca. & parum poſt hoc introierunt. nam iam in numeratione quæ facta eſt infra cap. 26. nullus erat de illis qui murmurauerant hic, vt patet eo. cap. hoc tamen fuit pluſquam per duos mẽſes ante finem anni quadrageſimi. Quod patet quia illam numerationem fecerunt Moyſes & Eleazarus ſummus ſacerdos, vt patet infra 26. c. Moyſes tamen mortuus eſt in principio menſis vndecimi anni quadrageſimi fere duobus menſibus ante finẽ eiuſdem. nam primo die menſis vndecimi incępit explanare legem proponendo coram Iſrael Deuter. vt patet Deut. c. 1. & finito illo menſe aſcẽdit in montem, vt moreretur ibi, vt colligitur Deutero. cap. 31. & 34.

Quare Deꝰ dedit pœnã tam longi temporis murmuratoribus.

Dedit autem Deus iſtud ſpatium tam longum, qa aliqui de Iudæis non multum peccauerant: & ſi deſſet paruum ſpatium vtpote trium vel quatuor annorum, omnes ante illud morerentur, quod ſatis durum erat: fuit autem alia cauſa potiſſima quare tanto tempore mãſerunt in deſerto poſt iſtam murmurationem. nam iudicauerat Deus, quòd nemo de his qui murmurauerant videret terrã promiſſam. ſi autem fuiſſet eis datum ſpatium trium annorum, poſt quod ingrederentur in terram promiſſam, oportebat in his tribus annis oẽs mori, ſed hoc erat ad magnam deſtructionem populi, quia omnes qui manerent eſſent iuuenculi, ſ. cum nullus excederet vigeſimum annum aut quaſi, & nõ erant iſti viri ad pugnã quę neceſſaria erat in ingreſſu terrę Chanaan, vt patet ex proceſſu libri Ioſue. Item quia multi hoc populo non naſcerẽtur, qui nati ſunt, & eſſent in pauco numero. nam in iſtis quadraginta annis quibus non fuerũt perfectè deleti omnes peccatores, genuerũt filios multos, qui multiplicauerũt populum Hebræorum, ſed iſti non fuiſſent ſi patres eorum morerẽtur. hoc ergo fuit præcipuum propter quod Iſraelitæ poſt peccatum iſtud tot annis in deſerto morati ſunt.

Nec quiſquam ex illis qui detraxeruut mihi intuebitur eam. Eadem ſententia videtur eſſe, ſ. quòd nullus de mura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

muratoribus introiret in terram Chanaan, aut videret illam.

Accipitur hic detrahere, ideſt murmurare. nam detrahere proprie dictum eſt diminuere famam alterius aliquibus verbis. hoc autem non faciebant Iudæi, quia de Deo nihil malum dicebant, ſed indirecte detrahebant, eo quòd non cõfidebant magnitudini, & bonitati eius, & ex hoc apparet contra id quod ſupra dicebatur de decem tentationibus, quòd non requirebatur aliquem decies tentaſſe Deum ad hoc ꝙ incurreret in hanc ſententiam, ſed ſolum ſi murmuraſſet detrahendo Deo, vt hic dicitur, non intrabat in terram, & iſtud detrahere refertur ad vltimam murmurationem, cum dixerũt velle reuerti in Aegyptũ, quia in hoc de veritate diuinæ promiſſionis dubitabant, vel potius diffidebant, & hoc vel quia eius potentiam ſufficere non credebant ad delendum hoſtes eorum, vel de magnitudine bonitatis eius ad hoc faciendum male ſentiebant, & vtrumque eſt Deum offendere.

Seruum autem meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu, ſecutus eſt me. Ponit hic Deus exceptionem antequam ponat regulam: dicturus enim erat quòd omnes qui numerati erant a viginti annis & ſupra nõ viderent terram Chanaan, & quia Caleb, & Ioſue erãt inter iſtos numeratos crederetur, quòd ipſi quoque hac lege tenerentur: & dicitur quòd ipſi introibunt. non poteſt aũt intelligi quòd iſtud ſit limitatiuum dictorum ſuperiorum, ita quòd excipiatur Caleb a ſuprapoſitis. nã ſupra dicebatur quòd murmuratores non introirent in terram Chanaan: Caleb autem & Ioſue non murmurauerunt, ſed magis ipſi murmurantibus reſtiterunt, vt pater ſupra. ideo non excipiuntur a regula ſuperiori, ſed ad inferiorem pertinent, & dicitur hic de Caleb & intelligitur etiam de Ioſue, quia non ſolum introiuit Caleb in terram illam, ſed etiam Ioſue qui fuit princeps introeuntium. ideo infra cum repetitur iſta ſententia ponuntur Caleb & Ioſue.

Et dicitur Caleb plenus alio ſpiritu, ſ. alio quã exploratores conſocij ſui. nam ipſe erat plenus bono ſpiritu ad ſperandum terram promiſſam, & confidendum bonitati Dei promittentis, & nõ ſpiritu murmurationis, vel deſperationis, vt alij peſſimi exploratores, & populares, & quia pœna iſta infligebatur propter murmurationem, huic qui plenus erat alio ſpiritu, non erat infligenda. Hebrei autem volunt quòd exploratores conuenerant in via inter ſe quòd detraherent terrę Chanaan: Caleb autem & Ioſue timentes ne alij occiderent eos demonſtrauerunt ſe conſentire, ſed interius alium ſpiritum habebant, quia pigebat eos de hoc, vt poſtea patuit, ſed prior expoſitio melior eſt. dicitur Caleb ſecutus Dominum, quia bonitati eius credidit per omnia cõfidens, & magnitudinem potentię eius ad delendum hoſtes aſſeruit: in quibus Deum ſequimur. cum fide ſpe & charitate colatur Deus, vt ait Auguſt. in enchiridion. hoc patet ſupra cum Caleb & Ioſue dixerunt ad totam multitudinem ne eſſent rebelles, & quòd poterant deuorare populum terrę illius ſicut panem, ſi Deus eis eſſet propitius.

Inducam in terram hanc quam circuiuit. Ideſt non peribit in ſolitudine Caleb ſicut alij, ſed introducetur in terram promiſſam, quam ipſe circuiuit, ſ. ꝙ perambulauit eam cum alijs exploratoribus, vt patet præced. c. iſta verba Domini allegauit poſtea Caleb ad Ioſue, cũ eſſent in terra Chanaan, & peteret ſibi dari in poſſeſſionem ciuitatem Hebron, dicens terram quam calcauit pes tuus erit poſſeſſio tua, vt patet Ioſue cap. 14. & ex hoc ſpecialiter ipſe arguebat eſſe ſibi dandam Hebron in poſſeſſionẽ, quia ipſe calcauerat pedibus ſuis terram illam, cum dicatur præcedenti cap. quod aſcenderunt exploratores in Hebron.

Et ſemen eius poſſidebit eam. Ideſt non ſolum ipſe introibit in eam, ſed etiam manebit, & filij ſui poſt eum poſſidebunt terram ipſam, in quo innuitur certitudo promiſſionis. *Quoniam Amalechites, & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete caſtra.*

Quare Deus nunquam punit ſine miſericordia.
Quæſt. LXVIII.

SVPRA fuerat poſita in generali pœna. hic autem ponitur aliquod remedium pro præſentia: eſt enim inęſtimabilis Dei pietas. nam licet interdum puniat nos, vt filios peſtilentes: in ipſa tamen punitione non deficit miſericordia eius: videbat igitur totum populum propter magnitudinẽ peccatorum eius ſubſidio priuatum, ideo ſi hoſtes inciderent ſuper eos, poſſent illos leuiter delere. hoc autem cauens Deus, ne fieret, iuſſit vt mouerentur inde caſtra: erant enim hoſtes propinqui eis: & ſi manerent ibi aliqua die inciderent ſuper eos, & occiderent illos. ſic enim poſtea factum eſt. nam cum ſequenti die renitente Moyſe populus aſcendiſſet verſus terram Chanaan, deſcenderunt Amalechitę & Chananęi, qui habitabant in mõtibus, & percuſſerũt eos, occidentes plurimos, vt patet infra: ſi autem Iudæi non eſſent deſtituti diuino auxilio non indicaſſet Deus debere recedere illos de loco ipſo, ſed magis procedere verſus terram Chanaan. Erant autem Iudæorum hoſtes omnes de terra Chanaan, cõtra quos Iudęi ibant, & erat iam fama vulgata quod Iudęi ęt ad poſſidendum terram eorum, ideo erant hoſtes capitales: Amalechitæ quoque erãt hoſtes Iudęorum, quia pugnauerant contra Iudæos parum ante hoc, ſ. in manſione quæ vocatur Raphidim, vt patet Exo. cap. 17. & ibi Iſraelitæ pręualuerunt aduerſus eos erãt autem iſtę duę gentes propinquę eis apud Cadesbarne, vbi tunc caſtrametabantur, ideo iuſſum eſt, quod recederent inde.

Quomodo Amalechitæ habitabant apud caſtra Iudæorum, cum dicatur contrarium in Exodo. Et vnde ſunt dicti, & de ſitu terræ Amalechitarum reſpectu Chanaan, & Aegypti, & de figuratione earum. *Quæſt. LXIX.*

QVAERET aliquis quomodo dicatur hic de Amalechitis, quod habitabant in vallibus apud caſtra Iudęorum. nam dicitur Exo. 17. cap. Quod cum eſſent Iudæi in Raphidim pugnauerunt contra eos Amalechitæ. multum tamen diſtabant nunc Iudæi a loco ipſo, quia tranſierant per multas manſiones: potiſſime, quia videtur quod terra Amalechitarum eſſet citerior caſtris Iudęorũ cũ erant in Raphidim. nam eos a parte poſteriori percuſſerunt, vt patet Deuter. 26. cap. cum dicitur quod Amalechitæ extremos agminis Iudæorum, qui laſſi reſiderant, occiderunt.

Reſpondendum eſt, quod nunc Amalechitæ erãt apud caſtra Iudęorum habitantes, cum dicatur hic ꝙ morabantur in vallibus. nec erant poſteriores, cum infra dicatur per Moyſen. Amalechites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis. quomodo igitur potuerint pugnare Amalechitæ contra Iudæos in Raphidim, aliquibus videbitur difficile.

Sed reſpondebunt quidam Amalechitas eſſe duplices, quoſdam qui pugnauerunt contra Iſraelitas cum eſſent in Raphidim: alios vero qui pugnauerunt contra eos, cum eſſent in Cadesbarne, & de his dicitur hic.

Sed

Sed non ſtat hoc quoniã Amalęchitæ dicuntur ab Amalech qui erat de filijs Eſau deſcendens a primogenito eius, & fuit nepos Eſau, vt patet Gen. 36. c. ab vno autem viro nõ deriuarentur plures gentes eiuſdem nominis. nam & ſi plures gentes ab eodem deriuentur, tamen non conuenit hoc eis qui deſcendũt ab eodem principio. ſecus autem ſi eſſent duo viri habentes idem nomen ex ęquiuocatione a caſu. nã tunc ex duobus viris eiuſdem nominis ſatis erat conueniens deſcendere gentes duas eiuſdem nominis: quia tunc ſicut principalia nomina erant ęquiuoca à caſu, ita & denominatiua eorum.

Item nõ poteſt ſtare, quia rex Saul pugnauit contra Amalechitas ex mandato Dei, vt patet primo Regum cap. 15. & hoc quia Iſraelitis in via Aegypti hoſtes fuerant. ibi tamen ponitur, quòd Amalechitæ erant ad partem meridianam, ſicut dicitur præced. ca. Amalech habitat in meridie. Iſti tamen ſunt, qui erant apud caſtra Iudęorum, cum eſſent in Cadesbarne, ergo tota erat gens eadem Amalechitarum, aliàs eſſent puniti Amalechitę, qui nunc pugnauerũt contra Iudęos, & non Amalechitæ qui prius.

Sed forte aliquis dicet non concludi ex hoc. nam ſicut Amalechitæ pugnauerunt contra Iſraelitas in Raphidim, ita & pugnauerunt contra eos in Cadesbarne: pugna autem quam fecit Saul contra Amalechitas diceret quòd ſolum fuit contra Amalechitas habitantes in parte meridiana, & non de eis qui erant apud Raphidim.

Sed hoc non ſtat, quia Deus iuſſerat pugnari contra Amalechitas, & deleri nomen eorum, quoniam contra Iſraelitas pugnauerunt in Raphidim, vt patet Exo. cap. 17. & Deuter. 26. cap. quæ ambo de eadem pugna in Raphidim intelligũtur. ſi igitur eſſent duæ gentes Amalechitarum diſtinctę in duas regiones: non pugnaret Saul contra Amalechitas, qui erant ad meridiem apud Cadsbarne, ſed magis contra illos qui habitabant apud Raphidim, alioquin non compleret Dei iuſſa, ſed compleuit ſecundum quòd approbauit Samuel propheta, præter hoc quòd non occidit regem & pecora. ergo eadem gens eſt Amalechitarum pugnantium contra Iudæos in Raphidim, & pugnantium in Cadesbarne. de hoc 1. Regum cap. 15. Item patet, quia ſi duę eſſent gentes Amalechitarum, cum ſcriptura de eis loquatur, non loqueretur abſolute, ſed poneret aliquam diſtinctionem connotatiuam: tamen non ponitur, ſed ſimpliciter fit ſermo de Amalechitis: ita enim dixerunt exploratores præced. cap. Amalech habitat in meridie nihil diſtinguentes. ergo videtur, quòd idem erat Amalech habitans in meridie nunc apud caſtra Iudęorum, & qui pugnauerat in Raphidim contra eos.

An Amalechitæ ſint duplices, vel vna tantum gens. Et ſitus terræ Amalechitarum reſpectu Chanaan & Aegypti, & de figuratione earum. *Quæſt. LXX.*

DICENT igitur aliqui quòd eadem gens eſt Amalechitarum tam pugnãtium hic quã pugnãtium in Raphidim, ſed cum pugnauerunt hic, erant in terra ſua. cum vero in Raphidim exierunt de terra obuiam Iudæis, vt eos premerent.

Sed iſti falluntur ex ignorantia diſpoſitionis terrarum: neſciunt enim qualiter terra Amalech ſituata ſit reſpectu terrę Chanaan, ad quam Iudæi ibant, & reſpectu Aegypti de qua veniebant. Pro quo ſciendum eſt, quod Aegyptus, & terra Chanaan ſe habent ſicut Septentrio, & Meridies: nam Aegyptus eſt totaliter meridiana reſpectu terræ Chanaan: non tamẽ ſunt ambæ coniunctæ, ita quòd latus meridianum terrę Chanaan ſit cõiunctũ lateri ſeptẽtrionali Aegypti, ſed in medio ſunt multæ gentes in deſertis arabicis, ſcilicet gens Idumæorum, & Amalechitarum & alij Arabes. extenditur igitur ſecundum longitudinem terra Amalechitarum a terra Chanaan directe verſus Aegyptum, & termini eius ſunt in deſerto Sur in confinibus Aegypti, quod patet primo Regum capitulo decimoquinto vbi dicitur, quòd deleuit Saul rex terram Amalechitarũ ab Euila donec venit ad Sur, quę eſt è regione Aegypti. in quo ponit duos terminos, ſcilicet, Euila apud terram Chanaan, & Sur apud Aegyptum: & ſic extenditur terra Amalechitarum a parte meridiana terrę Chanaan vſque ad latus ſeptentrionale Aegypti.

Cum vero Iſraelitæ exierunt de Aegypto acceſſerunt ad terram Amalech in duobus locis, & vtrobique contra Amalechitas pugnauerũt. nam non venerunt Iſraelitæ directe de Aegypto in terram Chanaan per viam breuem terræ Philiſthinorum, ſed Dominus circunduxit illos per deſertum, vt patet Exo. cap. 13. & tunc aſcenderunt verſus mare rubrum, ſed ipſum eſt in parte orientali Aegypti, vt patet Exo. cap. 10.

Cum ergo Amalech eſſet inter latera duo Aegypti, & terræ Chanaan, ſcilicet, meridianum Aegypti, & ſeptentrionale Chanaan: aſcendentes Iudæi verſus orientalem partem Aegypti, ſi accederent ad aliquam partem terrę Amalech non poterant accedere, niſi in parte extrema eius, vbi coniungitur terra Amalech Aegypto. & hoc fuit apud Raphidim: nã terra Amalech accedit vſque ad deſertum Sur, quod eſt apud Aegyptum vt patet primo Regum capitulo decimoquinto. & in eodẽ deſerto ſteterunt Iſraelitæ immediate, vt tranſierunt mare rubrum, vt patet Exodi cap. 15. cum dicitur. tulit autem Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur: paulò autem poſt hoc ſteterunt in Raphidim, de quo Exodi cap. 17. & ibi pugnauerunt contra eos Amalechitæ, quia Raphidim eſt apud extremitatẽ, in qua coniungitur Aegypto terra Amalech. Deinde Iſraelitæ per circulum quendam aſcenderunt verſus orientem, & ſeptentrionem, & ſic recedebãt a terra Amalech, quę eſt meridiana, vt patet præced. cap. cum dicitur Amalech habitat in meridie. & tranſierunt per manſiones plures vſque ad Cadesbarne. ſunt enim quaſi vigintiduæ, & cum venerunt in Cadesbarne declinabant per circulum a terra Aquilonis verſus Meridiem, & tunc acceſſerunt iterum ad terrã Amalech ad aliam extremitatem in qua coniungitur terræ Chanaan: & iterum pugnauerũt contra eos Amalechitæ: & ſic erant eadem gens Amalechitæ, qui pugnauerunt contra Iudęos in Raphidim, & qui poſtea pertranſitis multis manſionibus pugnauerunt contra eos in Cadesbarne, & ob hoc fuit data vnica vltio de omnibus illis, cum Saul deleuit totam gẽtem Amalech. 1. Reg. cap. 15.

Nota viã Iudæorũ.

Figura autem ſitus terræ Amalech in habitudine ad Aegyptum, & terram Chanaan patet: vt ſi quis faciat circulum & ducat diametrum illius, & in vno puncto diametri ponat Septentrionem, & ſit terra Chanaan. in alio puncto diametri ponat Meridiẽ, & ibi ſit Aegyptus: ponatur iterum alius diameter interſecans primum ortogonaliter ad angulos rectos, & in vna parte diametri illius ſit Oriens, & in puncto oppoſito ſit Occidens: diameter primus prouenies a Septentrione in Meridiem ſit terra Amalechitarum iacens extenta in longum inter terram Chanaan & Aegyptum. hoc dato ſi aliquis debet exire de Aegypto per circunferentiam circuli iſtius

verſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

versus Orientem,& iterum descendat versus terram Chanaan ad Septentrionem: tãget diametrum,quæ est terra Amalech, in duobus punctis, scilicet primo cum exijt ab Aegypto, quia ibi Amalech contingit Aegyptum, & ibi est mansio Raphidim: & iterum cum peruenerit per istum semicirculum in terram Chanaan,tanget terram Amalech in alia extremitate diametri, quę est apud terram Chanaan, & ibi est Cadesbarne.

Item patet, quòd omnes isti Amalechitæ essent eadem gens. nam cum propheta Balaam existens apud terram Chanaan vidisset Amalechitas,qui sunt apud terram ipsam,dixit. principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur, vt patet infra 24.cap. In quo patet esse eandem gentem. nam vocatur ibi Amalech principium gentium,idest prima gens,quę pugnauit contra Israelitas. nam ante eos nemo pugnauerat cõtra Israel, vt patet ex processu Exo.a c.14. vbi est exitus de Aegypto vsque ad decimũseptimũ, in quo est pugna Amalech. & dicitur quòd extrema perdentur,idest destruentur a Saule rege. ergo idem fuerunt Amalechitæ, qui pugnauerunt contra Israelitas in Raphidim, & quos deleuit Saul, sed illi erant ad meridianam partem terræ Chanaã,vt patet primo Regum cap.15.ergo idem erant Amalechitæ qui pugnauerunt contra Israelitas in Cadesbarne, vbi nunc erant castra,& in Raphidim. est enim Cadesbarne ad meridiem, cũ sit in deserto Sin, quod est meridianũ terræ Chanaan,vt patet infra 34.cap.

Chananæi an sint habitatores terræ Chanaan vel illæ gentes.
Quæst. LXXI.

QVAERET autẽ aliquis de Chananæis de quibus dicitur hic, scilicet, quòd Chananæi & Amalechitæ habitant in vallibus, an sint de Chananæis habitatoribus terræ Chanaan,vel aliqua alia gens.

Aliquis forte respõdebit quod isti Chananęi erant pars populi terræ Chanaan. nam Iudęi erant nunc in Cadesbarne, vt declaratum fuit precedenti cap.ipsa autem Cadesbarne est in latere terrę Chanaan patet sosue cap.10. in fine. ergo erant coniunctissimi terræ Chanaan. isti autem Chananæi, de quibus hic, erant apud Cadesbarne. ergo satis esse poterant de terra Chanaan, & verisimile est eos illius terræ esse colonos. Sed non potest stare, quia Deus dixit hic q̃ nemo de istis qui murmurauerant videret terram Chanaan: omnes tamen isti viderunt terram, in qua habitabant isti Chananæi, cum dicatur quòd sequenti die Israelitæ ascenderunt versus terram Chanaan, & descendentes Chananęi, & Amalechitæ de mõtibus occiderunt multos de eis: ipsi autem videbant tunc terram illam de qua descendebant Chananæi quando pugnabant aduersus eos. ergo non erat ista terra Chanaan in qua habitabant isti.

Dicendum igitur quòd isti Chananęi non morabantur intra limites terræ Chanaan quos descripsit Dominus infra 34. cap. sed ad meridianam partem terrę illius,habitabant inter Aegyptũ & terram Chanaan, ad Amalechitas. An vero isti essent de genere aliorum Chananęorum non constat. sed satis dici potest quòd sic. nam apud eandem terram erãt, & interdum homines egrediũtur de terra sua in alias regiones: & ibi faciunt alium populum, qui vocatur nomine populi sui. Sic enim dicitur de illo qui recessit de Bethel quę dicitur Luza, & abijt in terram Cethim,& condidit ibi vrbem nomine Luzam,sicut erat ciuitas terrę suę. ita & isti Chananæi forte recesserunt ab alijs Chananęis habitantibus in terra Chanaan,& habitauerunt in desertis Arabię,ibique mãsit eis nomen suum Chananęorum. de illo autem qui ędificauit Luzam in terra Cethim, habetur Iudic. cum cap.1.

De istis autem Chananęis dicẽdum est, quòd erãt illi de quibus infra cap.21. vocatur enim Chananęus rex Arad, & dicitur quòd pugnauit contra Israel. & patet quòd sit idem populus. nam nunc Israelitę erãt in Cadesbarne, & erant apud Chananęum, & Amalechitas. postea autem recesserunt inde retrocedentes versus mare rubrum,vt patet in litera. nec reuersi sunt iterum in Cadesbarne vsque ad annum quadragesimum ab exitu de Aegypto: & tunc fuerunt iterum in Cades, vt patet infra cap.20. sed postquam recesserunt de Cades euntes in mõtem Hor exijt Chananęus rex Arad,& pugnauit contra eos, vt patet infra 21.cap. quòd vero fuerit immediate post Cadesbarne patet infra 33.cap.Et hoc probato quòd sit idẽ populus Chananęus de quo hic dicitur, & de quo infra 21.cap.apparet quod non sint isti Chananęi & terra Chanaan. nam infra 21.cap.dicitur quod Israelitę vouerunt Domino delere omnes ciuitates illius populi Chananęi,& deleuerunt: & tamen de terra Chanaan nihil adhuc attigerant quousque transierunt Iordanem. ergo non est idem populus Chananęorũ iste cum Chananęis,qui erant in terra Chanaan.

Habitant in vallibus. Istę duę gentes erant apud Cadesbarne, & morabantur in quibusdam vallibus ad partem meridianam, ideo si Israelitę manerent ibi aliquot diebus,cum Deus deseruisset illos, occiderẽt eos hostes. dixit ergo vt recederent.

Quomodo dicantur habitare in vallibus, quia dicitur quòd descenderunt de montibus. Quæst. LXXII.

SED aliquis dicet quomodo dicuntur habitare in vallibus istę gentes: cum infra dicatur quod descenderunt Chananęi, & Amalechitę de montibus ad percutiendum Iudęos? Respondendum est quod maior habitatio istarum gentium erat in vallibus,cum multi habitare nequeãt in montibus. Aliqui tamen in montibus erant, & illi descenderunt de montibus ad percutiendum Israel. Aliquis forte aliter respondebit,si quod Amalechitę & Chananęi solum habitabant in montibus: sciebant tamen quod Israelitę vellent ascendere in terram Chanaan: erat autem ascensus per montes illos, ideo occupauerunt mõtes,vt ibi possent percutere Israelitas. Sed non stat, quia litera dicit infra. descenditque Amalechites & Chananęus qui habitabant in montibus. ergo non ascenderant de vallibus ad montes, sed ibi habitabant, quia tamen erat maior multitudo in vallibus,dictum est de illis, qui habitabant, in vallibus. *Cras mouete castra.* Idest si hic multum moramini,illi irruent super vos & occident,ideo mouete immediate castra.

Quare dictum est Iudæis a Deo quòd mouerent castra cum faceret motus columnæ. Quæst. LXXIII.

SED quęret aliquis quare dictum est hic a Domino quòd mouerẽt castra Israelitę? nã alias semper consuetum erat, quod ad motum nubis mouerentur castra, & quandocunque ipsa staret,Israelitę quoque starent, ideo si nunc mouetur nubes sufficiebat,& non oportebat quod diceretur cras mouete castra. Aliquis forte respondebit quod Deus dixit hic quod Israelitę mouerent castra, quia semper cõsuetus erat dicere eis de motu castrorum & sine mandato ipsius speciali non mouebant castra vt patet supra cap.9. cum dicitur. ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebãt tabernaculum. & magis adhuc patet, quòd istud imperium esset in voce quia ibidem dicitur. per verbũ Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur, ideo sicut alias erat consuetum ita factum est hic.

Respondendum est, quòd Deus non consueuerat dicere Iudæis quando mouerent castra,sed solum ad motum nubis mouebantur, & quando illa stabat ipsi quoque manebant, hic autem factum est aliquid nouum,cum Deus specialiter iusserit in voce quòd moueretur castra. Et cum arguebatur,quòd semper mouerentur Israelitæ ad mandatum Dei dicendum est, quod illud nõ erat mandatum aliquod in voce, sicut hic fuit,sed solum erat per motum nubis, nam nubes mouebatur ab angelo vt patet Exo.cap.14.& angelus non mouebat nisi ad voluntatem Dei. ergo quãdocunque mouerentur castra per motum nubis dicebantur moueri ad mandatum Dei, & hoc signat id quod habetur supra cap.9. ad mandatum Dei proficiscebantur &c.quod patet, quia cum dictum fuisset quod ablata nube proficiscebantur,& manente ea figebantur castra, subiunctum est. ad imperium Domini proficiscebantur &c. in quo innuitur quòd nihil aliud erat mãdatum Dei nisi motus nubis. hic autem aliquid vltra factum est, quoniam Deus locutus est vt mouerent castra, ideo necesse est, quòd detur aliqua ratio diuersitatis. Respondendum est vt fuit dictum, quòd Deus non loquebatur Israelitis quando erant mouenda castra, sed solum iubebat angelo, vt moueret nubem, & hoc fiebat sine voce: Israelitæ autem viso quod moueretur nubes, mouebãt castra: aliquando tamen Deus post motum nubis adhuc locutus est,dãs præceptum de motu castrorum,& hoc erat, quia per solum motum nubis forte non mouerentur Israelitę,cum nubes tunc progressura esset aliter quam consueuerat,& sic erat hic. nam consueuerant Israelitæ semper ante hoc procedere versus terram Chanaan: nunc vero nubes egressura erat versus mare rubrum, ideo admirarentur Israelitæ de retrocessione nubis,& forte non sequerentur eam: vt ergo eam crederent motam Dei voluntate, Deus dixit quod mouerent castra versus mare rubrũ. Quod autem ex hac causa factum fuerit patet, quia iterum factum est simile, vt patet Exo.cap.14. Cum enim fissent castra Israelitę apud desertum Ethan, iussit Deus vt reuerterentur, & ponerẽt castra apud Phiaroth & dicitur locutus est Dominus ad Moysen loquere filijs Israel vt reuersi castrametentur e regione Phiairoth. Si tamen non esset ibi reuersio, non dixisset Deus quòd mouerent, sed sufficiebat motus nubis ad hoc,& ita fuit hic. nam dicitur reuertimini per viam maris rubri,quod erat retrocedere.& patet hoc magis. nam in nulla alia mãsione legitur,quòd Deus inserit moueri castra, sed solum ad motum nubis mouebantur,& hoc quia in alijs nõ erat retrocessio.

An nubes post verba Dei dederit signum motus castrorum sicut solita erat, & an dirigeret Iudæos versus mare rubrum. Et ad quid indigebant Iudæi nube quando recesserunt de Cadesbarne quia fere triginta octo annis nunquam mouerunt castra, Quæst. LXXIIII.

SED quęret aliquis cum hic Israelitæ mouerint castra ad mandatum Dei an nubes quoque dederit signum motus castrorum, sicut alias solitum erat? Respondebit aliquis,quod non,quia nubes dabatur in signum Israelitis ad mouẽdum castra, & ad figendum, vt manifestaretur per illam voluntas Dei, quæ nũc declarabatur per verbum suum, quod erat manifestius signum. ergo non oportebat nubem dare signa ad hoc. Respondetur, quod hic sunt duo dubia. primum an nubes quę erat cum Israelitis in Cadesbarne mota fuerit veniendo versus mare rubrum ad locum ad quem Israelitę venerunt. secundum est,dato quod nubes venerit, an precedebat sicut consueta erat precedere,vel progrediebatur vt alias.

Ad primum respondendum est, quod nubes quæ erat in Cadesbarne mota est cum Israelitis venientibus versus Mare rubrũ. quod patet, quia nubes nunquam deseruit Israelitas quousque ingressi sunt in terram Chanaan, cum post omnes istas mansiones precesserit eos ad alias mansiones: non habuissent.n. aliter aliquem directorem viarum, nec castrametandi signum: potissime quia Exo. c.13. dicitur, ꝙ nunquam columna nubis defuit coram Israelitis.

Ad hoc aliquis dicet, quod quanquam necesse sit vt dicamus nubem iuisse cum Israelitis ad alias mansiones: tamen non est necessarium, vt recesserit cum eis de Cadesbarne, quia cum ipsi haberent certam mansionem, quia Deus eis dixerat, vt mouerent castra contra mare rubrum, non indigebant nube dirigente,sed post aliquot dies poterat ire nubes ad illos, & forte nõ videbitur necessaria vsque ad annos quasi triginta octo, nam Israelitæ non transierunt Cadesbarne in qua tunc erãt vsque ad principium anni 44. vt patet infra 20.cap.& tamen tunc erat annus secundus,scilicet ante medietatem anni vt declaratum est precedenti cap.ergo 38. anni fuerunt, in quibus non mouerunt Israelitæ castra transeuntes de Cadesbarne,& in his non indigebãt nube, quia illa erat ad mouendum castra & ad figendum.

Respondendum est, quod nubes iuit cum Israelitis tunc,cum mouerunt castra de Cadesbarne versus mare rubrum sicut alias ire consueuerat, & erat necessaria. nam præter alias necessitates quæ infra declarabuntur oportebat, quod ipsa esset cum Iudæis per quamlibet noctem ad illuminandum eos in castris,etiam si nulla esset necessitas ad precedendum in die, vt patet Exo.cap.13. scilicet, nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. qualibet ergo nocte erat cum eis, & in hoc erat magna consolatio Israelitis, quod castra eorum essent illuminata qualibet nocte lumine diuino, & viderent per noctem sicut per diem. Cum autem dicebatur quod annis 38. ferè Israelitæ non mouerunt castra, non transeuntes vltra Cadesbarne, ergo non eguerunt nube ad motum castrorũ. potest respõderi multipliciter. primo quod non probatur in his temporibus 38. annorum nunquam fuisse mota castra, sed quod nunquam transierint mansionem vnam procedendo versus terram Chanaan: nam post Cadesbarne immediate sequitur mansio montis Hor,vt patet infra 33.cap. sed a tempore quo primo venerũt in Cadesbarne vsquequo transierunt in montem Hor fluxerunt anni 38. fere, non tamen sequitur quod non fecerint aliquas mansiones retrocedendo.

Nec valet si objcias quod habetur Deuter. cap.1. scilicet, sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore scilicet,trigintaocto annorum,& sedere signat quietem. nam non potest intelligi quod toto illo tempore manserint in Cadesbarne,vel magna parte eius, quia non manserunt ibi quinquaginta diebus, quod patet,quia cum venissent Israelitę in Cadesbarne miserunt exploratores in terram Chanaan, vt declaratum fuit precedẽti cap. expectauerunt autem eos ibi

diebus

Universidad de Deusto
Biblioteca

diebus 40. quibus morati sunt in explorando, vt patet infra in litera.

Cum autē veniſſent murmurauit populus, & poſt duos dies aduentus eorum, iuſſit Deus moueri caſtra vt colligitur hic, & mota ſunt. ergo non fuerūt quinquaginta dies manſionis in Cadesbarne, ſed mouerunt caſtra ad mare rubrum. cum ergo dicitur, ſediſtis in Cadesbarne multo tempore, non eſt ſenſus, q̄ ibi manſerint, ſed quòd vltra Cades non tranſierint. Alio modo reſponderi poteſt, quòd in trigintaocto annis non fuerunt factę manſiones Iſraelitis procedentibus ad terram Chanaan. ſed non conſtat an factæ fuerint aliquæ retrocedendo, & pro illis erat neceſſaria nubes ad dirigendum in via, & ſignandum locum caſtrorum, atque dandum tempora ad mouendum.

Aliter dici poteſt, quòd licet non fuerit neceſſaria nubes in his 38. annis ad dirigendum Iſraelitas in aliqua manſione: erat tamen neceſſaria, vt luceret eis per noctem. neceſſe eſt igitur, vt tempore hoc fuerit nubes cum Iſraelitis, & receſſerit cum eis de Cadesbarne verſus mare rubrum.

An nubes præceſſerit Iſraelitas verſus mare rubrum. Quæſt. LXXV.

SECVNDVM dubium erat, dato quòd nubes iuerit cum Iſraelitis de Cadesbarne verſus mare rubrum, an præceſſerit ſicut præcedere ſolebat, cum alias mouebantur caſtra. Reſpondebit aliquis quod an præceſſerit vel non conſtare non poteſt: conſtat tamen quòd non erat neceſſarium eam præcedere. quod patet, quia nubes præcedebat Iſraelitas ad ſignandum eis locum caſtrorum, & dirigendum in via: nunc autem nihil horum erat neceſſarium, cum dictum fuerit eis, quòd mouerent caſtra verſus mare rubrū, & ſic determinabatur eis locus, ad quem ſine nube dirigente poſſent progredi.

Reſpōdendum eſt quòd neceſſarium eſt, vt Iſraelitæ habuerint nubem præcedentem cum mouerūt caſtra verſus mare rubrū, & patet ex duobus. primo propter incertitudinem loci manendi. nam dictum eſt eis quod mouerent caſtra verſus mare rubrum, & non fuit dictum quòd figerent in littore maris rubri vel pauloante, ſed erant verba iſta multum vniuerſalia, quia non magis poterant caſtrametari iuxta littus maris rubri, quam ante illud per magnam diſtantiam aut paruam, ideo fuit neceſſaria nubes ad aſſignandum locum certum caſtrametādi: nam quanquam daretur eis arbitrium eligendi locum caſtrorum, forte neſcirent eligere conuenientem locum: nubes autem præcedens dirigeret eos, & daret conuenientem locum, quia ab angelo mouebatur. Item quanquam diceretur eis quod figerent caſtra in littore maris rubri: tamen neſcirent locum determinatum caſtrorum, quia poterāt per magnitudinē littoris vagari vbicunque vellent caſtrametari. Item nō poterat eis dari locus certus ad caſtrametandum iuxta mare rubrum, niſi nubes eos præcederet, quia nullus eorum ſteterat nunquam in terra illa, ideo quanquam diceretur eis figatis caſtra in tali vel tali loco, neſcirent quis eſſet locus ille, cum nūquam vidiſſent illam terram. Item fuit neceſſarium, quod præcederet nubes propter directionem vię: nam cum ipſi neſcirent certum locum caſtrametandi: neſcirent etiam viam qua illuc iretur. Item quia dato q̄ certiſſime ſcirent locum in quo caſtrametandum foret, tamen viam neſcirent, niſi haberent aliquod ſignum directiuum, ſicut quanquam nos ſciamus locum alicuius vrbis vel oppidi, tamen ſi non ſit via media aſſignata neſciemus illuc directe procedere, ſed vagabimur in incertū, ita & illis eſſet cum per deſertum non eſſent vię, oportebat igitur quod præcederet nubes tanquam deſignans viam. *Et reuertimini in ſolitudinem per viam maris rubri.* Ideſt non maneatis hic, ſed eatis in deſertum per viam maris rubri, ideſt contra ipſum mare rubrum.

Quomodo dicitur quòd reuertantur in ſolitudinem cum in ea ſint. Quæſt. LXXVI.

DICET aliquis quomodo dicitur hic, quòd reuerterentur in ſolitudinem Hebręi? nam tunc erant in ſolitudine, cum ipſi dixerint, vtinam mortui eſſemus in Aegypto, & in hac vaſta ſolitudine. Reſpondendum eſt, quod in deſerto erant, & cum dicebatur eis quod rediretur in ſolitudinem, ideſt in alteram partem ſolitudinis, dicebatur, quia ſolitudo illa magna erat, & hoc deſignatur cum dicitur, per viam maris rubri. Vel aliter poteſt dici quod Iſraelitę erant nunc quaſi extra ſolitudinem, cum eſſent apud terram Amalechitarum, & Chananęorum, iuſſit autem Deus quod reuerterentur in ſolitudinem recedendo a populis illis verſus terram in qua nemo habitabat, & hoc erat per viā maris rubri.

An Iudæi fecerint multas manſiones retrocedendo de Cadesbarne, vel fuerint ſemper apud mare rubrum, & an ſteterint ibi bis, ſcilicet, anno ſecundo & quadrageſimo. Quæſt. LXXVII.

NVNC quęret aliquis an Iſraelitę fecerint multas manſiones retrocedendo de Cadesbarne vel fuerint ſemper in mānſione illa apud mare rubrum ad quam iuerunt de Cades. Pro hoc ſciendum eſt, q̄ ſiue dicamus Iſraelitas feciſſe manſiones multas in retrocedendo, ſiue non, nulla earum computatur in numero manſionum factarum in ſolitudine, nam infra 33. cap. vbi eſt catalogus manſionum non ponitur aliqua earū, quia poſt Cadesbarne ſequitur manſio in mōte Hor, tamen iſta fuit in anno 40. ſ. q̄ Iſraelitę venerunt primo ante medium anni, & tunc cęperunt regredi verſus mare rubrū, vt dicitur hic propter murmurationem. deinde anno 40. venerūt iterum in Cadesbarne menſe primo vt patet infra 20. cap. & immediate tranſierunt in mōtem Hor, vt patet eo. c. & ſ. 33. ideo Cadesbarne ſemel ponitur, quia de prima vice non fit mentio. Si tamen aliquę māſiones de his quę fuerunt retrocedendo ponerentur, neceſſe erat poni eas inter Cadesbarne & mōtem Hor, ſed nulla interuenit. Ex hoc autem dicet aliquis, q̄ non fecerunt Iſraelitæ aliquas manſiones retrocedendo, cum ſcriptura eas ſubticuerit, ſed non tenet argumentū, quia multa facta ſunt quę nō narrantur in ſacra ſcriptura. Sed adhuc obijcietur, quia ſ. 33. ponitur catalogus manſionum, & aſſignantur ibi oēs manſiones Iſraelitarum per deſertum, cū dicatur a principio, hę ſunt manſiones filiorum Iſrael &c. Dicendum eſt, quod ibi ponuntur oēs māſiones Iſraelitarum, ſed nō quę ſunt in retrocedendo, quia ſcriptura ſolum intēdebat ponere eas quas habuerunt procedendo, tamen non tollitur fuiſſe alias retrocedendo, nam in Cadesbarne bis fuit manſio Iſraelitarum, ſemel tamen computatur ibi. quod patet. quia primo ſteterunt ibi in anno ſecundo ab exitu de Aegypto, cum miſerunt exploratores vt patet prę. c. ſecundo ſteterunt ibi mēſe primo anni quadrageſimi infra 20. c. Item neceſſe eſt adhuc poni māſionem aliquam quę ibi nullo modo computetur, nam de Cadesbarne reuerſi ſunt verſus mare rubrum, & ibi fecerunt aliquam manſionem, tamen iſta non computatur in catalogo, quia deberet eſſe inter Cadesbarne & montem Hor, tamen non eſt. Ira igitur poteſt dici quod multę aliæ manſiones fuerint, & non deſcribantut, an tamen fuerint non conſtat.

An Iſraelitæ quando reuerſi ſunt in ſolitudinem ex Dei præcepto ſteterint ſemper in manſione vna. Et quare dicti ſint vagi. Queſt. LXXVIII.

SED aliquis dicet quod fuerunt aliquę manſiones, quia dicitur infra in maledictionē Iudęorum. filij veſtri erūt vagi in deſerto annis quadraginta: vagari autem eſt hinc & inde diſcurrere: ſi tamen ſteriſſent in māſione vna, non diſcurrerent, nec eſſent vagi, ideo ponendum erit quod fecerint aliquas manſiones. Reſpondendum eſt ſatis rationabile eſſe q̄ Iſraelitę mouētes caſtra de Cadesbarne verſus mare rubrū fixerint caſtra in loco vno in quo manſerint quaſi 38. annis, & non retrocеſſerunt nec progreſſi ſunt vlterius, vſque ad primū mēſem anni 40. cum venerunt iterum in Cadesbarne. Et hoc videtur rationabile, quia progreſſus Hebręorum retrocedendo ad nihil vtilis erat. ſi tamen retrocederent, eſſet eis graue. quod patet, nam ſi retrocederēt vt magis ſe ab hoſtibus remouerēt, nō oportebat fieri plures manſiones: nam cum peruenirent vſque ad mare rubrum quod erat eis tunc a latere ſeptentrionali, non poterant vltra ire concluſi vndique mari. Si vero recederent a mari verſus partem meridianam, ſemper appropinquarent magis ad hoſtes, quia dictum fuit ſupra præced. cap. q̄ Amalechitę habitabant in meridie, & iſti erant hoſtes ſui, ideo vt eſſent tuti ab hoſtibus, non conueniebat fieri alteram manſionem præter eam quę dicitur hic, ſ. q̄ irent verſus mare rubrum. Poterit aliquis dicere q̄ erat cōueniens Iudęis mutare locum caſtrorū pp aliquas neceſſitates humanas, ſed non ſtat: nam hoēs conſueuerunt mutare loca, quia non poſſunt in eodem loco habere ſemper ſufficientiam omniū alimentorū: potiſſime qñ eſt magnus exercitus, cito enim conſumuntur quę ſunt ad eſum in aliqua regione, ſed in Iudęis non accidebat hoc, quia non habebant cibos de terrę naſcentibus, ſed de cęlo dabatur eis panis angelorum, ideo vbicunque eſſent habebant illud ad ſufficientiam: vnde non erat eis aliqua cauſa mutādi locum in retrocedendo: eſſet autem triſtabile retrocedere, ſ. vexari ambulando inutiliter, & quod amplius eſt, augeri laborem itineris pro reditu, nam in anno 40. redituri erant Iſraelitæ vt introirent in terrā Chanaan, & iterum venturi in Cadesbarne. ſi ergo multum inde recederent multum de itinere eis relinquebatur in poſterum. Cum autem arguebatur q̄ Iſraelitæ futuri erant vagi 40. annis. reſpōdendum eſt non ſequi ex hoc q̄ fuerint multę māſiones retrocedendo, nam dī aliquis vagus qui hinc & inde diſcurrens, certa via non procedit, ita fuit in Iſraelitis, quia cū de Cadesbarne ituri eſſent in mōtem Hor, regreſſi ſunt verſus mare rubrum vbi ſteterunt 38. annis, & ſic toto illo tpe fuerunt vagi, i. exiſtentes extra rectā viā, & nō oportuit poni plures māſiones retrocedēdo, ſed ſufficit iſta de qua habetur hic. Conſiderādum autem circa tempus iſtud quo Iſraelitę fuerūt vagi, ſ. 38. annis, q̄ nō hr̄ aliqua hiſtoria geſtorū quid fecerint, aut paſſi ſi fuerint Iudęi, vel quid Deus locutus fuerit ad Moyſen vel ad populum. & credendum eſt, q̄ nō fuerunt aliqua geſta narratu digna toto hoc tpe, nec Deus aliqua ſpecialia locutus eſt Moyſi, aut populo, nec etiā populus aliqua facinora murmurationū cōmiſit in Deum, ſed māſit totus ille infelix populus in pęnam delicti ſui in illa vaſta ſolitudine apud mare rubrū, nihil agens, ſed expectans quotidie quid Deus de illis facere dignaretur.

An Deus percuſſerit tunc Hebræos peſtilentia. Q̄. LXXIX.

SED quęretur circa præcedētia, quia dicitur ſupra feriā igitur eos peſtilentia, qūo fuit iſtud verū, quia Deus non percuſſit Hebręos peſtilentia? Aliqui dicunt q̄ ſic, quia oēs iſti qui numerati erāt a 20. annis & ſupra, perierunt in deſerto, vt patet infra in litera. & forte omnes iſti peribant peſte. Dicendū q̄ non pōt ſtare iſtud. Primo quia qñ Deus iſtud dixit aliud intendebat, vel intendere videbatur, q̄ cum dixit q̄ perirēt oēs numerati. nam illud fuit poſtq̄ Moyſes orauit, iſtud vero quod dī de peſtilentia fuit anteq̄ oraret, ideo nō ſunt idem. Secundo quia poſtq̄ Deus dixit q̄ feriret populū peſtilētia: orauit Moyſes Deum ne illud faceret: poſtq̄ aūt dixit, q̄ perirent in deſerto oēs numerati, nihil orauit, quaſi permittens q̄ illud fieret, vt patet in litera. ergo non fuit idem. Tertio & præcipue, quia nō pōt intelligi iſta litera de morte numeratorum, quia dī hic. feriam eos peſtilentia atque conſumā: te aūt faciam principem ſuper gētem magnam. in quo ſignatur q̄ de toto iſto populo nullus manſurus erat, cum dicantur conſumendi, etiā quia Moyſes futurus erat princeps ſuper aliam gentem, quod non fieret manente gente Hebręorum, mors tamē numeratorū nō conſumpſit populum Hebręorum, quia non fuit ſimul, ſed paulatim per, & ſucceſſiue, & ſic manebat populus Hebręorum magnus ſicut prius, quaſi nulla plaga ei inflicta fuiſſet, ideo nō pōt intelligi de illo. Quarto quia litera ſignat q̄ iſta pœna a Deo pronunciata, nō fuerit inflicta precibus Moyſi, quia dicitur ſupra in litera, dixit Dominus dimiſi eis iuxta verbum tuum, pœna tamen de occiſione numeratorum fuit vere inflicta. ergo non fuit iſta pœna peſtilentię ipſa mors numeratorum.

An verba quæ dixit hic Deus de interemptione Hebræorū ſint prophetice dicta vt cenſuit Origenes. Quæſt. LXXX.

ALII dicunt q̄ iſta verba Dei intelligenda ſunt pphice. ſ. q̄ Deus ſignificauit in hoc gentiles conuertendos ad Chriſtum abiecto populo Hebręorū, quod poſtea factū eſt, & dicunt q̄ Moyſes orauit valde, vt hoc nō fieret, quia iſta gens quæ vocanda erat, nō pertinebat ad eū, ſed ad Chriſtum. De hoc dicit Origenes, feriā eos. comminatio hęc non eſt iracundia, ſed prophetia, aſſumendus enim erat populus nationum, ſed nō per Moyſen, excuſauit ergo ſe Moyſes: ſciebat. n. q̄ a gēs quę promittitur non per eum vocanda erat, ſed per Ieſum, nec Moſaycus ſed Chriſtian⁹ populus erat appellandus, ideo pluribus exorat pro populo ſuo. Sed dicendum q̄ iſtud non ſtat, niſi quis accipiat in ſenſu myſtico, ſed non in ſenſu literali. Primo quidem ſignaretur hic reprobatio populi Iudaici. litera tamen non ſignificat niſi mortem corporalem infligendam cum dicitur. feriam eos peſtilentia, ergo non eſt ille ſenſus. Secundo, quia hoc q̄ dicitur ſignificari prophetice impletum eſt. ſ. q̄ fuerit reprobatus populus Hebręorum, & vocatus alius populus, ſicut Chriſtus dixit eis. auferetur a vobis regnum cęlorum, & dabit̄ genti faciēti iuſtitiam eius. Matt. 21. illud tñ q̄ Deus dixit hic ꝯ Hebręos non fuit impletum, quia orante

Moyſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moyse dixit Deus, dimisi eis iuxta verbum tuum su- F
pra in litera. ergo non est prophetia vocationis gentium. Tertiò, quia loco huius quod Deus dixit hic, feriam eos pestilentia. mutauit statim aliam pœnam scilicet, quòd morerentur omnes numerati vt patet supra & infra in litera. & tamen loco vocationis gentium, & reprobationis Hebræorum non fuit aliud datum, quia ista non fuerunt mutata: ergo non intelligitur litera ista de illo. Quarto quia Moyses orabat Deum ne istud fieret: & tamen si fuisset prophetia de vocatione gentium, Moyses non oraret in contrarium, sciens quòd non poterat mutari id quod Deus prænunciabat infra 23.cap. etiam quia videretur inuidere gentibus a Deo vocandis, quod est inconueniēs. Quinto quia verba Moysi orantis non conueniunt huic sententiæ, quia per illa signatur Deum dixisse ꝙ G
occideret omnes Hebræos: Moyses autē orat ostendens ꝙ non debeant ista fieri, quia diminueretur gloria Domini: si tamē intelligeretur de vocatione gentium, & reprobatione populi Hebræorum non facerent ista ad propositū. Sexto quia repugnat huic sententiæ quod Deus dixit Moysi, site autem faciā principem super gentem magnam. in vocatione tamen gentium, & reprobatione populi Iudæorum, Moyses non erat futurus super gentem magnā, immo super nullam gentem, siue intelligatur de Moyse viuente, siue mortuo, & manente in memoria. De primo patet, quia reprobatio populi Iudæorum, & electio noui populi fuit multo tēpore post mortē Moysi, s. quasi
mille & quingētis annis, quādo cœpit prædicari euan H
gelium post mortem Christi. De secundo patet, quia non manet Moyses in memoria. lex enim eius cessauit, immo iam mortifera est, quia si quis circuncidit euacuatur a Christo ad Galat. 5. cap. & ita non poterat Moyses effici super gentem magnam, intelligendo literam istam de vocatione gentium, & reprobatione populi Iudæorum.

Quod illa verba sint intelligenda simpliciter prout iacent. Et quòd Dei sententia secundum quam iudicat, est duplex.
Quæst. LXXXI.

DICENDVM igitur, ꝙ debet istud intelligi
ad literam sicut iacet, s. populus Hebræorum peccauerat grauiter ꝓ Deum, & merebatur deleri: Deus aūt volens ei inferre pœnam debitā dixit, feriam eos pestilentia atque consumam, s. vt nullus maneat in toto populo, sed omnes simul moriantur. Et Moyses intellexit istud in hoc sensu, ideo orabat Deum pro populo ne deleret illū: & hoc modo procedunt verba Moysi, s. ꝙ si omnes habitatores terræ, qui sciebant quāta bona fecerat, & faceret Deus quotidie Hebræis, audirēt ꝙ Deus occiderat omnes Hebræos simul in deserto, quasi vnum virum: dicerent quod non poterat introducere eos in terram pro qua iurauerat illis, ideo occidebat eos, quod erat ad diminutionem gloriæ Dei. Et Deus placatus his verbis Moysi, quasi recte conuinceretur, cessauit ab eo quod dixerat, & sicut Moyses dixit dimitte obsecro peccatum populi huius secūdum magnitudinem misericordiæ tuę, ita Deus dixit Moysi, dimisi iuxta verbum tuum. & sic nō fecit illud malum, quod contra Hebræos dixerat. K

Intelligendum igitur est, quod Deus dixerat illud comminatorie, & non secundum suam firmam sententiam, quia si ita diceret, nunquā mutaretur. quædam enim dicit Deus secundum firmitatem suę præscientię, & ista siue sint bona, siue mala hominibus nunquam mutantur, sed ita euenient sicut Deus prædixit. de bono patet sicut in Hebræis, quibus nitebat maledicere Balaam, & orabat Deum, vt permitteret ipsum maledicere Hebræis: Deus autem dixerat eis quòd populus erat benedictus, & non poterat maledici: postquā autem Balaam agnouit super hoc firmum propositum Dei dixit. non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec filius hominis vt mutetur: ad benedicēdum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo infra 23. De malo patet sicut prænunciauit Deus Moysi quòd non intraret in terram Chanaan. infra 20. & 27. cap. ipse autē sępe orauit vt permitteretur intrare: Deus tamen nunquam assensit, sed dixit ei. sufficit tibi: nequaquam loquaris vltra ad me de hac re Deut. 3. Sic etiam fuit de Saule de quo prænūciauit Samuel quòd auferretur ei regnū Israel, & quia aliquis putaret, quod posset obtineri precibus, ne illud fieret, dixit Samuel, quòd erat impossibile 1. Reg. 15. c. scilicet, ait Samuel scidit Dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. Aliqua sunt quæ Deus dicit comminatorie, & ista non complentur sicut dicūtur, sed mutatur sententia Dei, & ista sunt tam in bono ꝙ in malo secundum exigentiam præsentium meritorum, vel demeritorū, quia si quis seruiat Deo actualiter forte prænuntiauit Deus de illo, quod exaltabit eum, vel faciet sibi aliqua bona. Si vero desinat ille seruire Deo non implebitur, quod Deus prænunciauit quasi reuocetur sententia. Sic etiam econtrario si quis offenderat Deum & merebatur sibi inferri malа, Deus prænunciat ei aliqua mala futura: si autem iste doleat de peccato conuersus ad Dominum, vel alius oret pro eo, & ipse conuertatur, non sequuntur mala quæ Deus contra illum prænunciauit, quia erāt secundum comminationem iuxta exigentiā præsentium demeritorum, & non secundum certitudinem diuinæ prouidentiæ. de his Hier. 18. c. In præsentia fuit, quia Hebræi secundum magnitudinem peccatorum suorum merebantur deleri, & Deus ita dixit, quòd faceret illis, s. feriam eos pestilentia atque consumam. & quia istud comminatoriè dicebatur, orauit Moyses pro populo, & populus doluit de peccato, & sic Deus placatus nō intulit malum, quod comminatus fuerat. I

Quare Deus profert sententiam, quam mutare intendit.
Quæst. LXXXII.

ALIQVIS dicet cum Deus non sit facturus
ea quæ comminatorie dicit. quare illa dicit, quia videtur esse quędam mutabilitas & inconstantia in eo, cum nō eueniāt, quę ab eo dicuntur. Dicunt aliqui istud esse, quia ea quæ dicuntur a Deo comminatorie dicuntur ex ira: quæ autem irati dicimus indeliberate loquimur, ideo sępe sunt cōtra rectum & iustum, & cum redierit animus pacatus inueuimus incōueniens esse illa implere: & ita non facimus quę diximus. de Deo sic putari: quia scriptura dicit quod Deus facit quædam, aut loquitur existens in ira Psal. 6. scilicet, Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, idest non arguas me, nec corripias quando fueris in ira, vel furore. & hoc modo Deus ex ira vel furore dicet aliquid, quod non est conueniens fieri, ideo illud postea reuocat.

Sed dicendum quòd istud est nefas cogitare: Deus enim nullam passionem neque transmutationem habet Iaco. 1. cap. apud quem non est transmutationem neque vicissitudinis obumbratio. ideo nec iram neque aliam passionem habet, vt mouente passione aliqua dicat, quę postea ratione suggerēte reuocet, sed quid-

quid Deus dicit iustum est, ꝙ autem scriptura dicit il A
lum habere iram vel furorem, non est intelligēdum ad literam, sed est modus loquendi humanus, de quo sępe declaratum est, quare scriptura sic loquatur.

Considerandum autem, ꝙ sicut ea quæ Deus dicit secundum firmam præscientiam semper iusta sunt, i. nunquam sunt contra iustitiam, ita ea quæ dicit s'm comminationem iusta sunt, quia illa dicuntur secundum exigentiam meritorum, vel demeritorum præsentis status, ideſt, ꝙ si quis nunc Deo placet, prænunciat Deus de illo, quòd faciet ei bona. Si autē quis offendit nunc Deum prænunciat sibi aliqua mala: vtrūque autem est iustum, ideſt non iniustum. Sed in hoc est differentia, quia quando pro bono p̄nunciat Deus alicui bona possunt esse illa maiora quam iste mereatur, quia supplet Dei magnificentia id quod deest merito huius. quando tamen Deus prænunciat alicui mala pro peccato, necesse est, quòd ista sint, vel æqualia peccato, vel minora, quia magis punire quam peccauerimus, non pertinet ad Deum qui iudicat omnem terram Gen. 18. cap. ideo iusta sunt vtraque. Et in hoc est differentia inter ea quæ nos dicimus ex ira, & illa quæ Deus dicit comminatoriè, quia quę nos dicim' ex ira iniusta sunt, aut incōuenientia, ideo ratione postea suadente illa reuocamus: illa autem mala q̄ Deus prænunciat cōminatorie semper iusta sunt: quia non sunt maiora peccatis: & tamen Deus illa ex misericordia reuocat, nobis conuersis ad se, & orātibus: & licet iuste possent illa inferri: melius tamen est non inferri, mutato statu illius, contra quem prænunciata sunt, & ideo non inferuntur, quia Deus semper facit id quod melius est. B C

An sit conueniens prænunciari aliqua à Deo comminatoriè. Quæst. LXXXIII.

NVNC redeundum est ad ea quæ dicuntur
à Deo comminatoriè. & dicendum, ꝙ valde conueniens est prænunciari aliqua à Deo comminatoriè. Primo propter cognitionem naturę nostrę, quę est vertibilitas liberi arbitrij ad bonum, & malum: iō sicut nullum bonū est, in quo tam fixi simus, quin possimus transire ad malum, dum viuimus: ita nulla prænunciatio Dei de bono futuro debet esse tam firma, quin mutari possit in oppositum, vel cessare, & sic nullū peccatum est, cui tam renaciter inhęreamus, dum viuimus, quin possimus deserere illud: ita nulla prænunciatio Dei de malo futuro nobis debet esse tā firma, vt non possit vertiri in oppositum. & sic est conueniens prophetia comminatoria. Secundo est hoc ad ostendendum potestatem Dei: nam si postquam Deus prænunciat nobis aliquid de bono, vel de malo, numquam posset illud reuocari, videretur Deus alligatus alicui, quasi iam nihil vltra facere posset, quod est inconueniens. & istud est principale motiuum, quare Deus voluit esse prophetias comminatorias, & promissorias in scripturis, sic patet Ierem. 18. s. Nunquid sicut facit figulus iste non potero facere vobis domus Israel ait Dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel, & statim sequitur ibi, ꝙ Deus aliqua bona promitteret, & postea illa mutaret, & aliqua mala prænunciaret, & illa non infligeret. Tertio & præcipuè fuit ad regulandum, & conuertendum mores nostros in bonum. Si enim quando Deus aliquod bonum promittit necesse esset euenire, non curarēt homines postea bonum, vel malū facere, sed quicquid eis placeret potius malum, quàm bonum scientes, ꝙ bonum promissum eis a Deo non poterat variari: similiter si prænunciato aliquo malo contra peccato- D E

rem sciretur, impossibile esse illud euitari, desperaret peccator, & iam non conuerteretur ad bonum, cum non prodesset ei: nunc vero cum prænunciatio de bono facta propter bonum, & virtutē alicuius sciamus, ꝙ potest mutari, si desinat esse bonus ille cui promissio facta est, nitetur perseuerare in bono, vel crescere, vt bonum promissum non cesset. Sic etiam scientes, ꝙ prophetia comminatoria mutari potest, debemus orare pro peccatis, propter quę fuit prænunciatū malum, & effici boni: ideo est conueniens prophetia comminatoria. Quarto, quia hoc cōuenit ad prouidētiam diuini regiminis, qua nos dirigit in esse, vel statu morali, vel spirituali, secundum quam non sufficit, ꝙ Deus nobis ostendat, quid est bonum, & quid malum, & præcipiatur bonum, & prohibeat malum, sed etiam expedit, vt magis moueat nos, qui sumus tardi, s. alliciēdo ad bona per promissa bonorum, & distrahendo a malo prænunciando nobis mala. Si tamen tam prænunciatio mali, quàm boni esset aliquid firmum, quod non posset mutari, non solum non prodesset ad mores, sed potius valde noceret, inducendo desperationem, vel perseuerantiam in malo, aut facilitatem ad illud: ideo oportuit, ꝙ promissiones, & comminationes non essent secundum certitudinē ineuitabilitatis: & istę duę sunt causę potissimæ. De hoc dicitur Ierem. 18. repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam & disperdam illud, si pœnitentiam egerit gens illa de malo suo, propter quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaueram, vt facerem ei. & subito loquar de gente, & de regno, vt ędificem, & plantem illud: si fecerit malū in oculis meis, & non audiat vocem meam, pœnitētiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. Quinto est hoc propter opera nostra, ne reddantur prorsus inutilia, sicut est orare, lugere, pœnitentiam agere de peccatis, quę sunt opera bona, & a Deo valde commendata, si tamen prænunciatio de malis esset secundum certitudinem, nihil ista prodessent, qa prænunciato malo aliquo cōtra peccatorem esset illud ineuitabile, frustra esset orare pro eo, & cōteri, & pœnitentiā agere, q̄ sunt absurdissima: iō oportet p̄nūciationes de bono, & de malo non esse certas. Sextò, qa tolleretur p hoc q̄dā cōfidentia bona, quā de Deo hēmus, & familiaritas ad ipsum: nā si peccauerimus, & mala nobis p̄nūciet, accedimus ad ipsum lugentes, cū spe bona, ꝙ nobis remittat pœnā p̄nūciatā: & reducet nos in eūdē gradum amoris, & fauoris sui, in quo prius eramus apud eū, sicut pater clemētissimus. tollere aūt istā cōfidētiā accedēdi ad Deū est tollere oē bonū nostrū. Sic dicit Apost. ad Hebr. 4. Habentes ergo pontificem magnum, q̄ penetrauit cęlos Iesum filium Dei. *Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron.*

Quòd Deus locutus est Moysi, & Aaron: & an sit eadem locutio, quæ prius. Quæst. LXXXIIII.

DE ista locutione est dubiū, an fuerit eadem
cū superiori, vel diuersa. Dicet aliqs eē eandē: qa eadē dicūtur hic quæ dicta fuerūt supra, s. de pœna infligēda Israelitis, q̄q̄ ... magis explicat: qa s. dicebat solū, ꝙ murmuratores nō intrarēt in terrā Chanaā: hic autē dr, ꝙ 40. annis manerēt in deserto filij eorū, quousq; morerētur patres. satis autē dici pōt, ꝙ sit alia locutio: quia s. Dns locutus est ad Moysen solum, cum dixit, dimisi iuxta verbum tuum. hic autem locutus est iterum, & fuit locutio ad Moysen, & Aaron. Causa autem huius locutionis iteratæ vr esse, quia postquàm populus murmurauit, & locutus fuit contra Moysen, & Iosue, & Caleb, &

Universidad de Deusto Biblioteca

Deus dixit ista Moysi: videtur, ꝙ iterum murmurauerint Israelitæ, & tunc Deus locutus fuit ad Moysen, & Aaron, vt hic dicitur. Si autem velimus tenere contrarium, dicendum est quòd quamquam supra diceret, ꝙ Deus fuit locutus ad Moysen, non solum ad ipsum locutus est, sed etiam ad Aaron. Ex hoc autem patet, ꝙ Aaron erat propheta, nam illi vocantur prophetæ ad quos sermo Dei factus est, sed ad Aaron est huiusmodi, nam sæpe loquebatur Deus ei, & Moysi simul: aliquando autem ei soli. de primo patet hic, & Leuit. cap. 11. de secundo habetur Leuit. c. 10. & infra 18.

Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Idest, nunquid non cessabit aliquando ista pessima gens cõtra me murmurare? dicit hoc, quia ab exitu de Aegypto semper murmurauerant, & nunc quoque murmurabant.

Potest autem introduci ista litera si dicamus, quòd sit ista alia locutio ab illa qua Deus locutus est Moysi soli, nam tunc erit sensus, quòd prius murmurauerãt dicentes se velle reuerti in Aegyptum, & tũc locutus est Deus ad Moysen, ꝙ nullus de illis introiret in terram Chanaan. Iterum autem murmurauerunt post hoc, & hoc visum est intolerabilius, & tũc dixit Deus. vsquequo multitudo hęc murmurat cõtra me? Si autem sit eadem locutio ista, & illa quæ facta est a Moyse, eodẽ modo introducetur litera, s. quòd Iudæi murmurauerant contra Deum semper ab exitu de Aegypto, & quia nunc petierunt inter se ducem ad redeundum in Aegyptum, dixit Deus hęc.

Si autem dicatur, ꝙ fuerũt duæ locutiones illa quæ facta est ad Moysen, & Aaron. dicendum est, ꝙ sententia data a Deo de non ingrediendo in terram Chanaã non fuit declarata Iudęis vsque ad murmurationem secundam, nam si hoc audiuissent nõ murmurassent postea: sed magis doluissent, sicut patet ĩ. quòd audita ista sententia Dei luxit totus populus nimis.

Querela filiorum Israel venit ad me. Idest querela quam ipsi habent de me venit ad aures meas: est modus loquendi humanus, vt cum aliquis dicit ad aures meas peruenit hoc, aut talia, vel talia mihi relata sunt, Deus tamen non habet hunc modum, quia nec aures hẽt, nec potẽtiam auditiuam, ideo nihil audire potest, nec etiam hoc referri potest ad intellectum, scilicet, ꝙ peruenit hoc ad Deum, idest ipse cognouit querelam q̃ faciebant Deo Israelitæ, nam Deus siue intellectiue, siue alias nihil nouum suscipit, aut extraneum, quia esse Dei totum simul est, nec motu, aut successione aliqua partes essendi eius acquiruntur, sicut est in omnibus rebus creatis, & hoc quia status Dei est ęternus; ęternitas autem simultatem dicit, ideo nihil peruenire potest ad ipsum, quia quod peruenit alienum est, de quo late declaratum est Iosue ca. 11. est tamen modus loquendi humanus. nobis enim aliqua adueniũt quæ prius non habebamus. Sic etiam Deus de se dicit sępissime. de hoc Genẽ. 18. s. descendam, & videbo, an clamorem qui venit ad me opere compleuerint. erat autem ista querela filiorum Israel de Deo: dolebant enim quòd eduxisset eos de Aegypto, & illuc regredi cupiebant.

Dic ergo eis. Volebat Deus proferre sententiam sup contumaces, & voluit ꝙ Moyses promulgaret eam illis, ideo dicit dic ergo eis, idest, quia semper conqueruntur de me dicas eis quę sequuntur de pęna eorũ.

Quare dixit Deus dic ei, cum loqueretur Moysi & Aaron. Quæst. LXXXV.

DIcet aliquis, cum Moyses & Aaron fuerint præsentes locutioni Dei, quomodo dixit Deus. dic ergo eis? sed magis dicere debuisset, dicite ergo

F eis. Respondendum est, ꝙ quamquam duo audierint verbum Domini non poterant ambo proponere populo, sed alter eorum. nam aut proponerẽt simul, vel successiue, si successiue non proderat, quia sufficiens erat, ꝙ vnus eorum narraret populo, si autem simul proponerent erat valde absurdum, quia neuter eorum a populo audiretur, ideo oportebat alterum eorũ proponere, & alium proponenti assistere, confirmando verba eius, ac si ambo vno ore loquerentur: scriptura tamen aliquando dicit de duobus, dicite eis, & aliqñ dic eis, quorum vtrunque satis conuenit, nam secundum veritatem locutio ab vno est, tamen secundum auctoritatẽ est a duobus, cum quod vnus loquit alius

G confirmat, ideo scriptura varie loquitur de hoc aliqñ in singulari, & aliqñ in plurali. de primo patet hic, nã fiebat sermo ad Moysen & Aaron, & dictum est. dic eis, de secundo patet Exod. c. 12. vbi dicitur, dixit Dominus ad Moysen, & Aarõ in terra Aegypti, loquimini ad vniuersum cętum, vnus tamen eorum loqui debebat. Idẽ Leui. c. 11. locutus est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicite filijs Israel &c.

Quis eorum protulerit verba Dei. Quæst. LXXXVI.

QVærEt aliquis nunc, cum alter istorum solum loqueretur verba hæc quis fuerit? Respondendum est verisimilius esse, ꝙ fuerit

H Moyses, nam ipse dignior erat quã Aaron, potissime in actibus prophetalibus, cum Deus ei omnia loqueretur, Aaron autem rarissime: nec videretur vocatus Aaron ad hanc collocutionem, nisi vt videretur maior certitudo verbi Moysi, ne forte dicerent Israelitæ, quòd loquebatur ista de corde suo. alias tamẽ nõ consueuerat interesse Aaron Moysi ad locutionem Dei, nisi rarissime. patet autem hoc pręcipue, si dicamus eandem locutionem esse hic quæ facta est Moysi & Aaron, & eam quæ supra dicitur facta Moysi, nã cum ibi specialiter dictum fuerit locutionem factam Moysi, credendum est, ꝙ ad ipsum magis facta fuerit, & ipse proposuerit dicta Israelitis. patet autem hoc in litera ĩ. cum dicitur, locutus est Moyses vniuersa verba hæc ad oẽs filios Israel. *Viuo ego dicit Dominus.* Verba

I iurãdi sunt, s. ego iuro per vitam meam, ꝙ faciam populo huic ea quę sequuntur. *Sicut locuti estis audiente me sic faciam vobis.* Infligit Deus pęnam Israelitis, quæ non vĩ esse dura, aut saltem videri nõ deberet, quia ipsi eam petierunt cum dixerũt s. vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, idest vtinam moriamur, & sic Deus infligit eis, ꝙ moriantur in solitudine, & non introeãt in terram illam, hoc autem petierunt Israelitæ non quidem quasi vellẽt, sed magna animi perturbatione, nunc vero cũ audierunt hanc sententiam fleuerunt valde, vt patet inf. Dicitur sicut locuti estis audiente me, quia Deus dicit se audire omnia, licet nihil audiat, cum omnia quæ dicũtur, & fiunt intelligat, vel dr̃ audiẽte me, idest locuti estis

K apud tabernaculum, in quo ego specialiter maneo, & ibi audire poteram omnia dicta vestra, nã murmuratio ista fuit facta apud ostium tabernaculi, quia ibi cõueniebat multitudo ad Moysen cum congregãda foret, vt patet s̃. ca. 10. *In solitudine hac iacebunt cadauera vestra.* Idest hic moriemini, & iacebitis, nec introducet vos quisquam in terram Chanaan, & dicitur in solitudine hac, quia in eadem solitudine, in qua nunc erant, mortui sunt qui murmurauerant, quod patet quia murmuratio facta est in Cadesbarne venientibus exploratoribus, & ibi data est sententia ista contra eos: inde autem regressi sunt per viam Maris rubri versus Aquilonem, & manserunt in eodem loco annis fere trigintaocto, quousq; in principio anni qua-

quadragesimi ab exitu de Aegypto venerunt iterum in Cadesbarne, vt supra declaratum est. cum tamẽ redierunt in Cades iam fere omnes mortui erant, qui murmurauerant, & tamen mansio illa in qua fuerũt trigintaocto annis, & mortui sunt fere oẽs murmuratores, erat apud Cades, ideo dicitur esse in eadem solitudine: patet hoc, quia nulla mãsio fuit intermedia inter Cades, & illam vt supra declaratum est. fuerunt autem mortui omnes murmuratores priusquam trãsirent Israelitæ torrentem Zareth, vt patet Deuteronomij capitu. secundo. pauco tamen tempore manserunt in transeundo de Cadesbarne, vsque ad torrentẽ illum, quia totum hoc fuit in quadam parte anni quadragesimi.

Omnes qui numerati estis a 20. annis, & supra. Hic ponitur generalitas sententiæ latæ, scilicet, quòd omnes numerati in exercitu punirentur hac sententia.

Deus voluit punire omnes murmuratores, ideo protulit sententiam vniuersalem. Et qui non fuerunt hac sententia condemnati. Quæst. LXXXVII.

PRo quo sciendum est, quòd Deus voluit punire murmuratores, siue magnos, siue paruulos, siue viros, siue fœminas: nemo enim de illis ingressus est in terram Chanaan, vt patet supra, scilicet, nec quispiam ex illis, qui detraxerũt mihi, intuebitur eam. voluit tamen dare sententiam vniuersalem, & quia si dixisset, quòd omnes viri morerẽtur non stabat, quia non omnes peccauerant, vel si diceretur de omnibus fœminis, dictum est tamẽ de omnibus qui numerati erant in exercitu a viginti annis, & supra. nemo enim horum introiuit in terram illã, ex quo infertur, quòd omnes qui erant a 20. annis, & supra. murmurauerunt inter numeratos in exercitu. nam si saltem vnus eorum non murmurasset, nõ fuisset data regula vniuersalis, vel saltem ille qui nõ murmurasset adimeretur a regula, sicut factum est de Iosue & Caleb, vt patet immediate, ergo cęteri peccauerunt.

Ex hoc autem patet, ꝙ Leuitę non fuerunt condẽnati per hanc sentẽtiam, nam solum dicitur de numeratis a 20. annis, & s̃. Leuitę tamen non erant computati a 20. annis, sed ab vno mense, & s̃. vt patet s̃. cap. 3. & a 30. annis, vel 25. vt patet s̃. 4. c. & 8. Item nulla mulierum per hanc legem condemnata est, cum solum dicatur de viris computatis a 20. annis & s̃. de fœminis autem nulla computabatur, quia non assignabantur ad exercitum, vel ad redemptionem primogenitorum, aut aliquod alterum opus, propter quod summa earum, & determinatio ætatis colligi deberet. Itẽ non fuerunt per hanc sententiam condemnati illi, q erant minores 20. annis, nec quisquam ex eis, quia solum dicitur de computatis a 20. annis & s̃. Sciendum tamen, ꝙ ob hoc non tollitur quin de omnibus istis mortui fuerint aliqui, & satis multi, sed nõ ponitur de eis, quia non potuit dari certa notificatio.

Et primo de Leuitis: non enim est absonũ aliquos de Leuitis peccasse, sed forte nõ fuit vniuersalis murmuratio in eis, sicut in popularibus, ideo quamquam omnes murmuratores ipsorum perierint, non potuit dari certa notificatio, nam Leuitæ erãt computati ab vno mense & supra, & iterum a trigesimo anno: ideo non poterat dari de eis, nisi vna de tribus determinationibus, ita vt cognosceretur, scilicet, quòd omnes Leuitæ morerentur, vel omnes cõputati ab vno mense & supra, vel computati a trigesimo anno, sed nullꝰ modus istorum erat vniuersalis: quia Moyses, & Aaron, Eleazar, & Ithamar, non perierunt qui erant de Leuitis, & tempore illius murmurationis erant ma-

A gnę ętatis. de Moyse & Aaron satis patet, nam in exitu de Aegypto fuit Moyses 80. annorum, & Aarõ 83. patet Exo. c. 7. de Eleazar, & Ithamar filijs Aaron, eodem modo satis videtur dicendum, ꝙ fuerint annorum 30. vel amplius, ideo quamquam multi de Leuitis murmurauerint atque perierint, tamen nõ potuit poni de eis certa diffinitio, sicut de popularibus.

Item de mulieribus sentiendum est idem, nam nõ est verisimile nullam de mulieribus murmurasse: ipsę enim magis inquietę naturæ sunt, & magis querulæ quam viri, ideo cum viri quasi vniuersaliter murmurauerint, de eis nõ erat probabile, quòd subticuissent, sed fortassis plures de eis quam de viris murmurauerunt, & mortuę sunt in deserto, tamen non potuit de

B eis poni aliqua determinatio. nam in popularibus, & Leuitis poterat poni aliqua regula, cum esset certitudo ętatis, in qua computarentur: fęminæ autem secũdum nullam ętatem computabãtur, quia ad nullum vsum accipiebantur, nisi forte dicatur, quòd omnes mulieres morerentur, sed hoc non erat conueniens, quia non omnes poterant murmurare, cum illę, quę nondum peruenerant ad annos discretionis, nihil horum facere possent, ideo non dictum est de eis quicq̃. tñ non ob hoc dicendum est, ꝙ nulla earum mortua fuerit in deserto, cum dictum sit, ꝙ oẽs murmuratores perituri erant. Item de hominibus minoribus anno. 20. dicendum est, ꝙ multi eorum murmurauerint atque mortui fuerint: cum enim vniuersale sit, ꝙ omnes a 20. anno, & supra computati perierint, quõ dubi

C tari poterit rationabiliter, an eorum qui erant 19. annorum, aut 20. nõdum completorum aliqui murmurarent? nihil enim distare videntur qui annum 20. cõpleuerunt ab eis qui inceptum nondum finierũt. multos ergo de eis qui nondum compleuerant annũ 20. nec numerati erant perijsse verisimile est, non tñ fuit posita regula de aliquibus, nisi de his qui computati erant a 20. annis & s̃. eo ꝙ omnes isti erant murmurantes. Et cum dicitur hic a 20. annis & supra, non intelliguntur isti 20. anni ab exitu de Aegypto, s. quòd essent annorum 20. in ipso exitu, sed dicuntur isti anni a tempore computationis, s. qñ facta est numeratio in deserto Sinai, & oẽs qui erant a 20. annis & supra,

D fuerunt positi in numero bellatorum, vt patet s̃. ca. 1. Isti tamen qui ibi compleuerunt annum 20. in exitu de Aegypro erant complentes annum 20. nam fuit exitus de Aegypto ante computationem illã per annum integrum additis quindecim diebus. nam exitꝰ de Aegypto fuit 15. die mensis primi, vt patet infra c. 33. computatio autem ista incępta est prima die mẽsis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto, vt patet s̃. cap. 1. & sic transierat vnus annus, & dimidius mensis a die prima exitus de Aegypto, ideo danda est regula generalis, quòd omnes qui in exitu de Aegypto erãt annorum 19. completorum, vel deficiebat eis solum dimidius mensis, mortui sunt in solitudine, quia isti omnes numerati sunt a vigesimo anno, & s̃. in monte Sinai. *Et murmurastis contra me.* Hic ponitur regula ge

E neralis tollens dubium, nam præter eos qui erãt a 20. annis & supra, aliqui murmurauerunt, & de illis dubitauerunt, an mortui sunt, & respõdetur quòd sic, qa omnes in quacunque ętate, & sexu murmurantes cõtra Dominum mortui sunt, ponitur autem hic, & copulatiue, & non de copulato extremo, scilicet, quòd omnes qui erant a viginti annis & supra. mortui sunt & omnes qui erant murmurati eodem modo perierunt etiam si non essent 20. annorum. Si aũt accipiatur & nõ copulatiue, sed de copulato extremo est sensus, quòd omnes qui erant viginti annorum, & insuper murmurati sunt perierunt, & s̃m hoc nõ omnes qui erant a 20. annis & s̃. perierunt, nec oẽs q murmurati

 erant,

Universidad de Deusto Biblioteca

erant nisi essent viginti annorum. falsum tamen est, quia supra dicitur, quòd nullus eorum qui detraxit Deo introibit in terram Chanaan, siue ille sit viginti annorum, siue non, ideo debet accipi copulatiue, vt dictum est. *Non intrabitis terram.* Idest, non intrabitis in terram Chanaan. *Super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem.* Idest in terram illam de qua iuraui, vel sub iuramento promisi, quòd facerem vos habitare in ea. & dicitur leuare manum, idest iurare, quia homines, quando iurant, vel promittunt aliquid leuant manum contra cęlum, quasi attestantes per Deum q in cęlo est, ꝙ facient quæ promittũt, ita Deus manum suam leuauit, quia sub iuramento promisit Abrahæ, & semini eius dare terram Chanaan, & introducere semen eius in illam, vt patet Gen. 15. cap. *Præter Caleb filium Iephonne, & Iosue filium Nun.* Isti duo excipiuntur a regula data. nam isti erant inter numeratos a 20. annis & supra, quia Caleb erat inter numeratos in tribu Iuda, & Iosue inter numeratos in tribu Ephraim, vt patet præceden. cap. & isti excipiuntur a cęteris, quia non murmurauerunt, sed potius murmurantibus restiterunt, vt patet supra.

Ex hoc autem concluditur, quod supra dicebatur, s. quòd accipiatur copulatiue, & non de copulato extremo illa clausula præcedens, s. omnes qui murmurati estis a viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, nam si acciperetur de copulato extremo, solũ comprehenderẽtur hac lege maiores 20. anno q murmurati erant, sed Caleb, & Iosue non murmurati fuerant. ergo non comprehendebantur hac lege, & consequenter non debebant excipi, & tamẽ excepti fuerũt. ergo accipitur hic copulatiuè, s. quòd omnes qui erant a 20. annis, & supra morerentur, & omnes qui murmurauerant. Iosue autem & Caleb, quamquam non murmurassent; erant tamen supra 20. annum, iõ comprehendebantur hac lege, oportuit igitur excipi eos. *Paruulos quoque vestros.* Hoc ponitur cõtra id quod timuerant Iudæi: dixerunt enim, quòd ipsi occiderentur gladio, & vxores eorum, ac paruuli ducerentur captiui, dicit autem Deus ꝙ paruuli non ducentur captiui, sed introducentur ab eo in terram Chanaan, & nõ dicitur hic de vxoribus. Hebræi enim dixerant, ꝙ vxores, & paruuli ducerentur captiui: Deus autẽ promittit, ꝙ non ducentur paruuli captiui, sed introibunt in terram Chanaan. Causa autem diuersitatis est quare dicatur de paruulis, non de vxoribus, quia paruuli qui erant in infantili, & pupillari ętate nõ potuerunt murmurare, ideo introducti sunt in terram. Vxores autẽ potuerũt murmurare, & credendũ est, quòd murmurauerint cum viris suis, aut forte magis quam viri, cũ sint magis inquierę naturę, ideo non fuerunt introductę in terram Chanaan, pereuntes in deserto cũ viris suis, paruuli autem qui postea viri effecti sunt introierunt in terram illam.

De quibus dixistis, quòd prædæ hostibus forent. Idest dixistis, ꝙ hostes ducerent eos, tanquam prędam. Intelligebant enim Iudęi, quòd hostes occiderent eos, quia viri erant, vxores autem eorum, & filios non occiderent, quia non erant apti ad bellum, sed acciperẽt eos in prędam.

Introducam, vt videant terram quæ vobis displicuit. Introduxit enim Deus paruulos istorum in terrã Chanaan ad videndum illam, & non quidem solum ad videndum, quin etiam habitauerunt in ea. Sed dicitur ad videndum, quia patribus eorum etiam videre interdictum fuerat, cum dicitur supra, nec quisquam ex illis qui detraxerunt mihi intuebitur eam, dicitur autem. *Quæ vobis displicuit.* Idest, quia isti Iudæi murmurauerunt, noluerunt introire in terram illam, dicentes de ea. terra quã lustrauimus deuorat habitatores suos

F supra pręced. capi. & iterum dixerunt. vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, sed ista terra non simpliciter displicuit sibi: fuit enim solum ex vehementi amaritudine cordis, quia terruerunt eos exploratores, vt patet Deuteronomij capi. primo. postea tamen vehementer desiderauerunt introire in illam, & fleuerunt nimis pro hac pęna imposita.

Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Idest sepelientur in solitudine, & nõ in terra Chanaan: hoc autem erat pœna, & dupliciter. primo, quia breuiabantur termini vitæ. secundo quia moriebantur extra terram desideratam, de hoc supra dictum est. Vel potest intelligi, G quòd iacebunt cadauera in solitudine, idest erunt insepulta super faciem solitudinis: nam aliquando occidebantur ab hostibus, & non sepeliebãtur, sicut cum ascenderunt sequenti die in montes, & Amalechitæ, atque Chananæi descendentes persecuti sunt eos, & occiderunt plurimos, vt patet infra. Illos autem, vel saltem eorum plerosque non potuerunt sepelire Iudæi, quia erant in terra hostili, & inde cędente gladio fugati sunt.

Filij vestri erunt vagi in deserto quadraginta annis. Hic ponitur pœna filiorum pro patribus: nihil enim paruuli meruerant, sed occasionaliter propter patres puniti sunt. Ipsi enim introduci debebant in terram Chanaan, H sed morati sunt in deserto quadraginta annis propter peccata patrum: alioquin velocius fuissent introducti.

Quare voluit Deus Iudæos stare per quadraginta annos in deserto. Et quòd sententia quadraginta annorum, non lata fuit in pœnam filiorum Hebræorum principaliter, sed propter bonum ipsorum, & quæ vtilitas secuta inde fuerit. Quæst. LXXXVIII.

SCIENDVM tamen ꝙ isti 40. anni non fuerũt pęna filiorum principaliter pro peccato patrũ, sed magis fuit ad bonum ipsorum paruulorũ: nam si morerẽtur patres eorum immediate, & filij introducerentur in terram Chanaan, non con- I uenirent eis, quia essent infirmi viribus, & ĩtellectu deficientes, cum nõdum deuenissent ad perfectam ętatem. Cum vero morati sunt in deserto fere 40. annis, & peruenerunt ad virile robur, & maturum sensum, & tunc fuerunt conuenientes ad introeundum in terrã Chanaan. Item quia si immediate inducerẽtur, essent numero pauci. Cum vero manserũt patres eorum fere per 40. annos genuerunt plurimos, & isti etiam introierunt in terram Chanaan, magna igitur fuit vtilitas paruulorum tunc existentium, vt non introducerentur immediate in terram Chanaan, sed post 40. annos, & sic q̃q̃ fuerit datum hoc in pęnã, tñ aliquo mõ pertinebat ad quandam gratiam. Hoc aũt ad magnã Dei sapientiam pertinet, vt ea quoque quæ mala sunt ad bonum ordinet, eliciendo ex eis aliquod bonum, K & sic fuit hic. nam dabantur isti 40. anni in pœnam Iudęorum, & tamen proficiebant pro paruulis eorum.

Sic fuit de gentibus relictis de genere Chananæorum post mortem Iosue, nã Deus reliquit illas in pœnam Iudæorum, quia fecerant fędus cum nationibus terræ, & non deleuerant altaria eorum, vt patet Iudic. capitu. 2. scilicet, pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terrę huius, & aras eorum subuerteretis, & noluistis audire vocem meam, cur hoc fecistis? quamobrem & nolui eos delere a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. ad pęnã ergo Hebręorum derelictę sunt istę gẽtes, & tñ rursus patet, quòd dere-

relictæ sunt ad vtilitatem Iudæorum, s. quia si ablati fuissent hostes, Iudæi non haberent aliquem cum quo pugnarent, & fierent inexperti bellorum atque inutiles, dereliquit autem eis viros cũ quibus pugnarent, vt sic essent viri apti ad bella atque fortissimi. sic patet Iudicum cap. 3. s. hæ sunt gentes quas dereliquit Dominus, vt erudiret in eis Israelem, & omnes q non nouerant bella Chananęorum, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem pręliãdi. quamquam ergo manere quadraginta annis in deserto Iudæis fuerit pęnale: magis tamen fuit vtile quam pęnalitatis inductiuum. A

Dicitur autem hic, quòd filij Iudęorum essent vagi in solitudine, quia vagus dicitur qui via recta non tendens hinc, & inde discurrit. Sic autem de his fuit, B nam postquam accesserunt ad Cadesbarne non iuerunt recto itinere in terram Chanaan, sed reuersi sunt in solitudinem per viam maris rubri, & ibi manserũt vsque ad principium anni quadragesimi, cum iterũ redierunt in Cades, de quo infra cap. 20. & istud tempus fuit vagationis, nec oportet plures mansiones poni per quas Israelitę discurrerint, vsquequo iterum redierunt in Cadesbarne, quia vnica sola mansio vagationem continet cum illa extra viam est.

An fuerint quadraginta anni perfecti quibus fuerunt vagati per desertum. Quæst. LXXXIX.

DICITVR autem hic, quòd quadraginta annis fuerunt vagi Israelitæ. non est autem in- C telligendum fuisse quadraginta annos integros, sed quòd vsque ad finem quadraginta annorum manserint in deserto. fuerunt autem tempora vagationis anni fere 38. nam solis quadraginta annis morati sunt Israelitæ ab exitu de Aegypto, vsque ad transitum Iordanis, introeundo in terram Chanaan, nec etiam fuerunt integri isti quadraginta anni, quia defecerũt quinque dies, nam exitus de Aegypto fuit 40. die mensis primi, vt patet infra 33. c. Introitus autem in terram Chanaan, transito Iordane, fuit decima die mensis primi, anni 41. vt patet Iosue cap. 4. ergo quinque dies deficiebant ad completionẽ annorum 40. In his autem quadraginta annis nõ fue- D runt semper Iudæi vagi, nam ab exitu de Aegypto per totum illum annum non vagati sunt Iudæi, sed trãsierunt vsque ad montem Sinai, & ibi manserunt accipientes legem, & facientes tabernaculum. Rursus in anno secundo profecti sunt recto itinere de monte Sinai vsque Cadesbarne, vbi exploratores murmurauerunt, & condemnatus est populus (vt hic patet) atque vagari cępit. fuit aũt principium vagationis huius ante dimidium anni secundi ab exitu de Aegypto in mense quarto, aut parum ante, vt declaratum est præced. c. Iterum autem a principio anni 40. vsque ad finem non vagati sunt, quia profecti sunt de Cadesbarne vsque Iordanem, nam in primo mẽse anni 40. fuerunt in Cadesbarne, & inde processerunt versus terram Chanaan, vt patet ĩ. 20. c. fuerunt ergo duo anni, E & quasi tertia pars vnius in quibus non vagati sunt Israelitæ, reliquo autem tempore vagati sunt, & sic totum tempus vagationis fuit annorum 38. fere: non. n. sunt integri, sed nominantur 40. anni, quia parum deficit, & interdum scriptura de modico non curat, vel potest accipi vagari per 40. annos, idest vsquequo consumentur 40. anni ab exitu de Aegypto, licet non cõputentur omnia illa tempora in vagatione, vel potest accipi vagari large pro ambulare, s. quòd ambulauerunt Israelitæ 40. annis per solitudinem.

Et portabunt fornicationem vestram.

Fornicari accipitur per metaphoram pro declinare a debito &c. Quæst. XC.

IDEST tolerabunt pœnam pro peccatis vestris, non accipitur hic fornicatio proprie prout est coitus illicitus, sed secundum metaphoram. nam sicut fęmina, quando declinat a viro suo, & commiscetur alteri, dicitur fornicari, quia est alligata legi viri, ita cũ anima sit Deo per legem obligata, si a lege recedat, dicitur fornicari. & ita erat in Iudæis qui recedebant a pręceptis Dei, & cum accipiatur fornicatio pro omni peccato, vel declinatione a Deo, maxime tamen pro idolatria sumitur, cum quis recedens a cultu Dei coniungit se alicui idolo. Fuit autem hic fornicatio patrũ super filios, idest, quòd punirentur filii portãtes labores patrũ; & hoc satis leue erat, quia filij qui boni sunt pro peccato patrum affligi possunt temporaliter, sicut affligebãtur hi manentes in deserto, vltra id quod manere debuissent, & ista pœna etiam redit in patres, inquantum dolent de punitione filiorum, pœnæ tamen filiorum immeritorum ad eorum meritum proficiunt, & eruditionem, vt a malo caueant, & sic erat in istis, quia non solum ista mora fuit tanta pro peccato, sed magis pro vtilitate paruulorum, qui ingredi debebant in terram Chanaã, vt supra declaratum est, etiam quia illi qui de Aegypto venerant, & viuebant obliuiscerẽtur Aegyptiacos cultus Deorum, vt cum intrarent terram promissionis essent firmati in cultu Dei, & omnes Deos sculptiles confringerent, quod non fuisset si immediate introirent in terrã Chanaan quæ erat terra magnorum idolatrarum. Item vt per labores varios cognoscerent misericordiam Dei, & ad bene agendũ promptiores essent, vt habetur Deuteronomij capit. 8. scilicet, quadraginta annis duxit te per desertum Dominus, vt affligeret te atque tẽtaret, & nota essent quę in tuo animo versabantur, & an custodires mandata illius, vel non.

Donec consumantur cadauera patrum in solitudine.

An vltra tempus mortis peccatorum steterint Hebræi in deserto. Quæst. XCI.

IDEST durabit ista pęna paruulorum in deserto, quousque consumentur cadauera patrum, idest moriantur omnes patres paruulorum qui peccauerant murmurando: ęquale enim fuit tempus quo manserunt paruuli in deserto tempori, quo defecerunt omnes murmuratores morientes in solitudine. Aliquid tamen morę contraxerunt Israelitę, vt vltra tempus mortis peccatorum: nam cum accesserunt ad torrentem Zareth, erant mortui omnes peccatores, vt patet Deut. c. 2. & hoc erat vltra dimidiũ, vel quasi in dimidio anni 40. tñ non introierunt vsq; ad principiũ anni 41. Dici potest ad hoc, ꝙ terra Chanaã accipitur dupliciter. Primo modo pro terra oĩum 7. populorum in qua hbitauerunt oẽs tribus Israel. Secundo mõ accipitur pro terra horũ populorum, quæ erat vltra Iordanem versus occidentẽ, & tunc habitauerunt in ea solũ 9. tribus, & dimidia, ante transitũ Iordanis in terra duorũ regum Amorrhęorũ accẽperũt sedes, vt patet ĩ. 32. & Iosue cap. 1. Accipiendo primo mõ terram Chanaan, est verum, ꝙ Israelitę trãsierunt in terram Chanaã immediate, vt mortui sunt peccatores, vt patet Deut. c. 2. vbi cũ accesserunt Israelitę ad torrẽtẽ Zareth, & mortui fuissent oẽs peccatores, iussit Deus, vt transirent immediate intra terminos Ammonitarũ, & Moabitarũ p terram duorũ regũ Amorrhęorũ, & illa erat terra Chanaã, atq; acceperũt eã Iudæi in possessionẽ, hoc mõ nõ durauit ampli⁹ vagatio p desertũ q̃ tps ĩ quo mortui sunt pctõres. Accipiẽdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ſecundo modo terram Chanaan, non introie- F
rũt Iſraelitæ in illam immediate, vt mortui ſunt mur
muratores, quia finis omnium temporũ fuit ad me-
dietatem quadrageſimi anni, vel quaſi, & ingreſſus
fuit in principio anni quadrageſimi primi, decima die
menſis primi, vt patet Ioſue cap. 4.

Conſiderandum autẽ ex hoc ſatis apparere, ꝙ non
daretur iſta pœna manẽdi in deſerto Iſraelitis pro ſeip
ſis, ſed pro patribus ſuis, quia tandiu ſolum manſerũt
in deſerto, quandiu patres eorũ vixerunt, & quia 40.
annis aliqui de murmuratoribus fere, poſtea vixerunt
oportuit eos morari totidem annis in deſerto. Si ve-
ro vſque ad decẽ annos omnes mortui fuiſſent, mox
introducerentur omnes, qui non murmurauerãt. ſed G
hoc non fuit cõueniens, nec peccatoribus, nec paruu-
lis eorum, vt ſupra declaratum eſt. Et dicitur hic do-
nec conſumantur cadauera in ſolitudine, nõ quidem
donec totaliter putrefiant, & vertantur in puluerem,
ſed vſquequo moriantur, nam immediate, vt omnes
mortui ſunt, tranſierunt qui non peccauerant torren
tem Zareth, & introierunt in terram Chanaan.

An blaſphematores ſeu detractores iſti damnati fuerit æternaliter. *Quæſt. XCII.*

ALIQVIS forte de his blaſphematoribus, & H
detractoribus Dei dicet, ꝙ damnati ſunt,
quia contra Deum blaſphemauerũt, & ab
eo ſententiati ſunt.

Sed ex hoc nihil concluditur, nam quid de eis fue-
rit ambiguum eſt, ſicut de cæteris hominibus, ꝙ tñ ex
hoc damnati fuerint non infertur, immo potius dicẽ-
dum, ꝙ de multis iſtorum bene præſumẽdum eſt, ꝙa
peccatum ſuum viuentes digno ſupplicio luerunt. Fę
lices autem qui hic a Domino corrigũtur ne ęternis
cruciatibus mancipentur, maxime cum Aaron, &
Moyſes propter peccatum ſuũ ad aquas contradictio
nis non intrauerunt in terram promiſſam, vt patet j.
20. & 27. ſed de eis non dubitamus, ꝙ beati ſint, quia
ſcriptura eos commendat, de Moyſe habetur Deut. c.
vlt. & Malach. c. 3. de Aaron habetur j. c. 20. & 1. Reg.
c. 2. & ad Hebr. ca. 5. de vtroque autem ſimul habetur
Eccl. 45. c. de ſtatu autem ſimilium morientiũ a Deo I
punitorum ſatis dictum eſt Leui. ca. 10. *Iuxta numerum quadraginta dierum quibus conſideraſtis terram.* Ideſt mãſio
iſta in ſolitudine erit iuxta numerum 40. dierum ex-
plorationis, vt ſicut 40. diebus morati ſunt in explorã-
do, ita 40. annis moratentur in ſolitudine. *Annus pro die imputabitur.* Ideſt dabitur vnus annus pro vna die. In
hoc tollitur dubium, quia ſ. dictum fuerat, ꝙ iuxta nu
merum dierum quibus terra luſtrata eſt manerent in
ſolitudine. Ex hoc autem forte intelligeret aliquis, ꝙ
40. diebus ſolum manſuri eſſent in deſerto, ideo ſub-
ditur, ꝙ annus pro die imputabitur, ideſt, ſicut fuerũt
40. dies in explorando, ita erunt 40. anni per ſolitudi-
nem vagando: de iſtis 40. annis, quomodo computẽ- K
tur ſupra dictum eſt. nam non poſſunt incipi a tẽpo-
re murmurationis. *Et quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras.* Ideſt per quadraginta annos recipietis pœ-
nam pro iniquitatibus veſtris.

Quare Deus pro quadraginta diebus dedit pœnam quadraginta annorum, cum ſit promptior ad parcendum quam ad puniendum. Et per quid actus qui ſunt erga Deum, ſunt meliores, vel peiores. Et propter quid peccatum, ſeu actus melior, vel peior exiſtimetur. *Quæſt. XCIII.*

ALIQVIS forte dicet, cum Deus miſericors
ſemper puniat citra condignum, maxime in vi-
ta iſta, vbi eſt locus conuerſionis, quare pro vno die
punit vno anno? Reſpondetur ꝙ pœna correſpondet
peccato ſm magnitudinem. magnitudo autem pec-
cati non attenditur penes durationem actus in tem-
pore, ſed penes deordinationem prauæ voluntatis.
Cum autem ordo in operatione ſit penes circunſtan
tias, quanto aliquis in pluribus circunſtantijs errat, tã-
to actus magis deordinatus eſt, & maius peccatum. Si
autem aliquis det propter inanem gloriam eleemoſy
nam, actus deordinatus eſt. ſi autem alius det propter
inanem gloriam, & de alieno, maior deordinatio, &
maius peccatum eſt.

Item aliqua circunſtantia eſt in qua eſt maior deor
dinatio quam in alia, quia eſt magis eſſentialis actui,
vt circunſtantia finis quæ magis dat ſpeciẽ actui mo-
rali, quam aliqua aliarum circunſtantiarũ, ideo error
in fine, maiorem facit in actu præuaricationem quã
aliqua aliarum.

Item ſunt peccata grauiora ex natura materiæ, vel
obiecti, quia ſicut actus regulati circa Deum imme-
diate ſunt magis meritorij, quam actus regulari circa
proximum, ita actus deordinati circa Deum culpabi-
liores ſunt, & hoc eſt, quod facit maximam grauitatẽ
in peccato, ſ. conditio materię, quia alias contingeret
oĩa peccata eſſe æqualia, vt ſi aliquis in actione quam
habet circa proximum erraret in duabus circunſtan-
tijs, & in actione erga Deum erraret ĩ alijs duabus cir-
cunſtantijs: manifeſtum tamen eſt, quòd error erga
Deum grauior erit, vt eleemoſyna debet dari paupe-
ri, ſi autẽ aliquis eleemoſynam det diuiti errat, latria
debet dari Deo, ſi autem aliquis attribuat eam dæmo-
ni, vel cuicunque creaturæ, valde magis errat.

Ex hoc tamen aliquis dicet, ꝙ qñ aliqui duo actus
ſunt penes Deum, & ſunt deordinati, quilibet in dua-
bus circunſtantijs ſimilibus, ꝙ illi actus erunt æquali-
ter culpabiles. continget ergo, quòd omnia peccata
circa Deum ſunt æqualia, quod eſt abſurdũ, quia non
omnes actus boni directi ad ſolum honorem Dei
ſunt æquales in merito: tamen ſecundum commu-
nem regulam, quãto aliquis habitus, vel actus eſt per
fectior in virtuoſis, tanto oppoſitus actus, vel habitus
eſt damnabilior. optimę enim virtuti opponitur ma-
ximum vitium, & minimę virtuti minimum vitium.
Sic autem de oppoſitione actuum.

Reſpondendum eſt, quòd in actibus qui ſunt pro-
pter ſolum Deum, illi qui immediate ſunt in Deum,
nec aliquam aliam materiam habent, quando regu-
lati ſunt meliores ſunt, quam actus qui ſunt in Deum
ſolum, ſed habent aliquam aliam materiam, & ſic de
actibus deordinatis ex oppoſito, vt fides ad ſolum Deum
Deum eſt, & offerre vel ſacrificare ad ſolum Deum
eſt. magis tamen peccaret qui crederet, quod non de-
beret, quam qui offerret, quod non deberet, vt ſi
quis offerret Deo aſinum, vel canem, quæ erant im-
munda ad immolandum, & prohibita, peccaret, vt pa-
tet per totum Leuiticum. Si tamen aliquis crederet,
quod non deberet, ſcilicet, quòd Deus non dabit vi-
tam ęternam bonis, vel quòd Chriſtus non paſſus eſt,
valde grauius peccaret. ratio huius eſt, quia credere
eſt ad ſolum Deum, & res creditæ ſunt Deus, vel a-
liqua prædicata de Deo: oblatio autem licet ſit ad
Deum, habet tamen aliquam aliam materiam, quia
quod offertur non eſt Deus.

Amplius autem ad videndam æqualitatem meri-
ti, vel demeriti poſitis eiſdem circunſtantijs, & eo-
dem obiecto vel materia, & immediate reſpicienti-
bus actibus ipſum obiectum, adhuc oportet diſtin-
guí de ſubiecto actus, ſcilicet, de potentia a qua eſt,
quia ſecundum potentiam actus nobilitatem ſortie-
tur, & multa alia ſunt quæ diffuſiorem requirerent
inquiſitionem.

Nunc

Nunc autem accedendo ad argumẽtum, quod fie- A
bat de tempore, quo durabat peccatum, dicẽdum eſt,
quòd maioritas temporis nihil agit ad grauitatẽ pec-
cati, niſi inquantum in maiori tempore actus deordi-
natus ſæpius replicabitur. Si tamẽ actus ſemel fiat, nõ
refert quidem multum tempus vel paucum, vt ſi ali-
quis ſemel fornicatus eſt, & poſtea per viginti annos
ſteterit, & deinde mortuus damnatus eſt, & alius forni-
catus fuit, & poſt tres dies mortuus eſt, & damnatus,
nec magis vnus quam alius peccauit, nec durius puni
retur, niſi per accidens, inquantum iſte magis ingratꝰ
fuit, cum per viginti annos ad cõuerſionem a Deo ex
pectatus pœnitentiam nõ egit, alius autem ſolum per
tres dies. & ratio eſt, quia grauitas peccati reſpicit ea
quæ ſunt in actu, vt circunſtantias, & conditionẽ ma- B
terię & ſubiecti, temporis autem quantitas extrinſeca
eſt, cum ſpectet ad futurum.

Sed aliter quæri poteſt, ſi aliquis actus deordinatus
durat per duas horas in fieri, & alius actus eiuſdem ge
neris, & deordinatus in eiſdem circunſtantijs durat
per mediam horam, quis erit culpabilior?

Reſpondetur, quòd duratio in eodem actu in ſuo
fieri nihil agit ad rationem peccati, niſi inquãtum in
maiori tempore, maior ſequitur inordinata delecta-
tio. Sed nec tamen eſt intelligendum, quòd quicun-
que in actu deordinato, magis delectantur, magis pec
cent, quia delectatio cum ſit coniunctio conuenien- C
tis cum conuenienti cum ſenſu eiuſdem, & iſta ſenſa
tio cauſetur in potentijs paſſiuis, qui potentias magis
diſpoſitas habet, neceſſario magis delectabitur, vnde
neceſſarium eſt, quòd magis delectetur in bono ci-
bo virtuoſus habens guſtum bene diſpoſitum, quam
guloſus habens indiſpoſitum guſtum. vnde iſta nihil
agunt ad grauitatem peccati, cum ſint naturalia, niſi
inquantũ a voluntate eliguntur. non enim magis pec-
cat qui magis delectatur in peccato, ſed qui magis eli
git delectari, vt patet in coitu, ideo inquiruntur noui
modi, & in ſumptione ciborũ, ideo requiruntur mul-
tæ apparationes. tempus autem maius, vel minus ſecũ
dum ſe nihil agit ad grauitatem peccati, niſi ex aliqua
particulari circunſtantia, quæ quia multæ accidũt, nul
la lex completa dari poteſt. D

Ad principale quæſitum, ſcilicet, an peccatum durans per minimum tempus conuenienter puniatur æternaliter. Et quòd peccatum durans per mediam horam aliquando eſt dignum pœna annorum multorum etiam ſecũdum leges humanas. *Quæſt. XCIIII.*

CVM autem dicebatur ſupra, quòd peccatum
Iſraelitarum durauit quadraginta diebus. er-
go non videtur iuſtum, quòd puniantur qua
draginta annis. Ad hoc dupliciter reſponde-
ri poteſt. Primo modo, ꝙ etiam ſi peccatum duret p
mediam horam poterit eſſe dignum pœna plurium,
quam quadraginta annorum. nam ſecundum Dei le-
gem pro quolibet mortali infligitur mors æterna, & E
tamen iſta velociter fiunt.

Nec ſolum iſtud accidit in conditione punientis
Dei, ſed etiam leges humanæ hoc faciũt, cum aliquẽ
pro ſceleribus occidunt, occiſio tamen pœna ęterna
eſt, & qui ſemel occiditur pro ſemper occiſus manet.
pœna tamen quam lex infligit in occiſione, non eſt ſo
lum ipſe dolor, quem aliquis ſuſtinet cum occiditur,
ſed magis priuatio vitæ quam ſumme diligit, & quia
priuatio iſta ſempiterna eſt pœna, iſta inflicta a lege eſt
ęterna, peccata tamen pro quibus infligitur, breuiter
fiunt.

Item non ſolum eſt hoc in eis qui per legem occi-
duntur, ſed etiam in eis qui viuentes puniũtur, nam ꝑ
actibus paruæ durationis infligũtur pœnæ magni tpis,
vt cum aliquis carceri perpetuo mancipatur, vel in ę-
ternum exilium relegatur. Sic ergo poterat eſſe hic,
vt quamquam peccatum duraſſet ſolum 40. diebus:
tamen pro illo infligeretur pœna 40. annorũ. Alio mo
do reſponderi poteſt, ꝙ peccatum iſtud pro quo Iſrae
litæ puniti ſunt non durauit 40. diebus: immo nec vna
die, quia iſtud peccatum fuit murmuratio ꝺ Deum,
& Moyſen, & deſperatio de intrando in terram Cha-
naan, quod fuit die qua venerunt exploratores, & de-
traxerunt terrę coram toto populo. Quando ergo di-
xit Deus, quòd 40. annis ſtarent in deſerto, ſicut 40.
diebus luſtrauerant terrã. eſt ſenſus, ꝙ murmuratio
populi promerebatur pœnam 40. annorum, & voluit
Deus in hoc habere aliquam ſimilitudinem cum die
bus explorationis, vnde murmuratio ortum habuit,
tñ non dabatur pœna tanta, quia tot diebus terram lu-
ſtrauerant, ſed quia tantum murmurauerant, vnde ſi
ſolũ tribus diebus luſtrauiſſent terram, & tantũ mur-
muraſſent, ſicut nunc murmurauerunt: manifeſtũ eſt
ꝙ 40. annorum pœna daretur. nihil igitur faciebat ad
hoc tantum, vel tantum tps exploratorum. poſita fuit
tñ ſimilitudo iſta, quia murmuratio fuit cauſa huius
pœnæ, & murmuratio fuit ꝑp exploratores. cõtigit au
tem ꝙ 40. diebus luſtrauerint terram exploratores, ꝙ-
tigit ẽt ꝙ murmuratio iſta eſſet digna pœna 40. annoꝝ
rum, ideo facta eſt proportio inter hoc, ſ. ꝙ ſicut 40.
diebus morati ſunt luſtrando terram exploratores, ita
manebunt 40. annis Iudęi in deſerto. Simile habetur
Leui. 26. ca. de ſabbatis terræ cum dr. tunc placebunt
terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ, quan
do fueritis in terra hoſtili ſabbatizabit, & requieſcet ĩ
ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo ꝙ non requieuerit in ſab-
batis veſtris, qñ habitabatis in ea. in quo innuitur qũo
terra maneret deſerta, & Iudæi ducerentur in captiui
tatem, quia non permiſerant terram quieſcere in ſab-
batis ſuis, ſ. in annis remiſſionis, & iubileorum, & ꝙ
omnia ſabbata quę Iudæi abſtulerant, terra obſerua-
ret in ſolitudine ſua. Ex quo etiam magis inferebat,
ſ. ꝙ tot annis manerent Iudęi in captiuitate, quot ſab-
bata terræ abſtulerant, hoc autẽ magis apparet 2. Pa-
ralipo. cap. 36. ſ. vt impleretur ſermo Dñi ex ore Iere-
miæ prophętę, & celebraret terra ſabbata ſua: cũctis
enim diebus deſolationis egit ſabbatum vſq; dum cõ
plerentur 70. anni. Ex quo clare vr̃ innui, ꝙ ideo man-
ſerint 70. annis Iudæi in Babylone, vt poſſet complere
terra ſabbata ſua, quæ ei ablata fuerant.

Sed non eſt intelligendum iſtam fuiſſe cauſam ꝑp-
ter quam manſerint ibi ſeptuaginta annis, ſed ma-
gis impietates Iudæorum in idolatria, & homicidio,
fornicationibus, & pauperum expoliationibus, & cũ-
ctis ſceleribus, de quibus in principio Eſaiæ vſque ad
capi. 5. incluſiue. magis autem Ieremias fere per totũ
librum, & potiſſimum eorum vitium erat, quia cum
omnibus his vitiis vacarent, incorrigibiles efficiebã-
tur, & illudebant Prophetis Domini venientibus ad
eos, atque percutiebant ipſos, quouſque furor Domi-
ni vehementer incanduit, & tradidit Iudæos in ma-
nu Chaldęorum. de his 2. Paralipom. 39. cap.

Cum vero dicitur, ꝙ manſerũt ibi 70. annis quouſ-
que terra compleret ſabbata ſua, per accidens fuit,
contigit enim, quòd ſabbata quę Iudęi reliquerant eſ-
ſent ſeptuaginta. & quòd peccata eorum promeren-
tur captiuitatem 70. annorum, ideo poſitum eſt, ꝙ
fuerũt in captiuitate, quouſq; terra compleret ſabba-
ta ſua. Exiſtẽtibus tñ eiſdem iniquitatibus Iudęorum
dato, ꝙ ſolum abſtuliſſent terrę 20. vel 30. ſabbata mã
ſiſſent 70. annis in Babylone, & dato, ꝙ abſtuliſſent
centum ſabbata, nõ manſiſſent ꝑp hoc in Babylone.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluribus quam ſeptuaginta annis, & tunc ſi accidiſ- F
ſet aliquid iſtorum, non diceretur quòd fuerũt Iudæi
captiui vſquequo terra compleret ſabbata ſua, quia
non eſſet ſimilitudo aliqua. Ira dicendum eſt hic, q̃ ſi
exploratores ſolum viginti diebus exploraſſent terrã,
vel pluribus quam quadraginta, darentur quadragin-
ta anni manſionis in deſerto, quia tantum murmura-
tio promerebatur, tunc tamen nõ diceretur, quòd iu-
xta numerum dierum explorationis computabitur
dies pro anno.

Et ſcietis vltionem meam. Ideſt cognoſcetis per expe-
rientiam pœnam quam ego inferam, cum manerent
in deſerto, & ibi morerẽtur. & vocatur iſta vltio lar-
ge, quia Deus nõ accipit vltionem de nobis, cum no- G
bis iratus non ſit, ſed clementer corrigit, emendando
deordinationes peccatorum per rectitudinem iuſti-
tiæ. maxime quia quando aliqua pœna habet aliquem
finem bonum, ſ. quia per eam homines purgantur a
vitijs, & conſequuntur vitam ẽternam, non vocatur
illa vltio, ſed medicina. Sic autem erat de pœna iſto-
rum, quia per eam poterant mũdari a crimine, & pur
gati acquirere vitam ẽternam, quam ſi non ſuſciperẽt
neceſſe erat, vt pro murmuratione paterentur poſt
hanc vitam. Et ob hoc cõuenienter pœnæ inferni vo-
cantur, quia non ſunt ad emendandum, ſed ad puniẽ-
dum, nec poſt eas aliquid bonum animabus manet,
ſed in eis in æternum manſuræ ſunt. pœnæ autem infli H
ctæ hic, & quæ in purgatorio infliguntur non vocan-
tur vltio, quia ad expiandum peccata, & non ad pu-
niendum irrogantur.

*Quoniam ſicut locutus ſum, ita faciã omni multitudini huic
peſſimæ.* Ideſt, ſicut promiſi eis, quòd morerentur in
ſolitudine ita faciam, nec miſerebor alicuius eorum.
in quo tollit eis locum orandi pro ablatione huius pę
næ, quia dixit, quòd nequaquam miſereretur eorum,
ſicut factum eſt de Moyſe, qui cum ſæpe oraret Deũ,
vt introduceret ipſum vltra Iordanem, dictum eſt ei a
Deo. ſufficit tibi, nequaquam vltra loquaris ad me de
hac re, vt patet Deuteronom. ca. 3. & ſic in his factum
eſt, nam omnes mortui ſunt in ſolitudine qui condẽ-
nati fuerant ad moriendum.

Quæ conſurrexit aduerſum me. Ideſt tota iſta multitu- I
do peſſima ſurrexit aduerſum me murmurando, nec
aſſentiendo mirabilibus meis, ſed magis faciẽs de me
querelas. & dicitur hic de tota multitudine, quia ma-
xima pars populi peccauit, & ſubiacuit huic ſentẽtię.

In ſolitudine hac deficiet, & morietur. Ideſt tota iſta tur-
ba morietur in hoc deſerto. omnes enim q̃ pro mur-
muratione mortui ſunt in hac ſolitudine perierunt,
in qua tunc erant Iudæi. quod patet, quia vt ſupra de-
claratum eſt Iſrãelitæ reuerſi ſunt de Cadesbarne, in
qua tunc erant verſus mare rubrum, facientes vnam
manſionem in qua ſteterunt annis fere triginta octo,
vſque ad principium quadrageſimi anni, cum iterum
venerunt in Cadesbarne, & in hoc tempore fere om-
nes mortui ſunt qui peccauerant. Illa tamen manſio
erat in ſolitudine, in qua tunc Iudæi erant, ſ. apud Ca- K
desbarne, manſerunt autem aliqui pauci, qui poſtea
mortui ſunt de Cadesbarne vſque ad torrentem Za-
reth [illegible] enim iam omnes mortui fuerant, vt patet
Deuteronom. cap. 2. parum tamen diſtat inter Cadeſ-
barne, & torrẽ. Item Zareth.

*An omnes qui mortui ſunt per hanc ſententiam erant ſexagin-
ta annorum, quando moriebantur. Quæſt. XCV.*

CONSIDERANDVM autem, quòd Rabbi
Salomon. dicit, omnes qui mortui ſunt in
ſolitudine fuiſſe ad minus ſexaginta anno-
rum, & qui citius complebat ſexaginta an-

nos citius moriebatur, & ideo dati ſunt quadrageſi-
mi anni, vt illi qui exierunt de Aegypto anno vigeſi-
mo vitæ ſuę morerentur anno quadrageſimo ab exi-
tu de Aegypto, & iſte erat eis ſexageſimus annus.

Sed iſtud dictum falſum eſt, nec habet aliquem co
lorem, quia iſta pœna moriendi in deſerto fuit data p
pter peccatum murmurationis. qui ergo magis deli-
querant magis puniri debebãt, & quia omnibus erat
communis mors, & manſio in ſolitudine, maioritas,
& minoritas pœnæ conſiderabatur per hoc, quòd ali
qui citius, aut tardius morerentur: ideo neceſſe eſt di
ci, quòd illi qui magis peccauerant breuius moreren
tur, contingeret tamen quòd aliqui de iunioribus in
tanta multitudine magis peccarẽt, quam aliqui ſenes,
ergo ipſi prius morerentur, & tamen ſecundum regu
lam Rabbi Salomon. neceſſe erat ſeniores prius mo-
ri, cum dicat quemlibet mori cum compleſſet annũ
ſexageſimum.

Item non ſtat, quia aliquis iuuenis forte triginta an
norum valde peccauit, ita vt mereretur mori imme-
diate, vel paulo poſt, & tamen ſecundum hanc regu-
lam oporteret expectari vſque ad triginta annos.

Item non poteſt ſtare, quoniam exploratores om-
nes mortui ſunt hac die qua ſentẽtia lata eſt, & ſimul
perierunt præter Ioſue, & Caleb: non tamen eſt verſi-
mile quemlibet iſtorum tũc fuiſſe annorum ſexagin-
ta. ſed magis videtur, quòd erant iuniores, quia mitte-
bantur ad tale officium, quod non conueniebat ſeni-
bus, ſ. ad explorandum & diſcurrendum hinc, & inde
ſub velocitate ſi oporteat: potiſſime quia Caleb erat
vnus de his exploratoribus, licet non mortuus fuerit,
& ipſe erat quadraginta annorum, quando miſſus eſt
ad explorandum, vt patet Ioſue 14. capit. de alijs ergo
identidem credendum eſt, quòd iuuenes eſſent, ſed
mortui ſunt poſt duos dies poſtquam venerunt. ergo
non erat ſexaginta annorum quilibet, cum mortuus
eſt. Item adhuc magis patet hoc ex eo, quod habetur
infra in litera, ſ. quòd Iſraelitæ ſequenti die parauerũt
ſe ad tranſeundum in terram Chanaan: Amalechitæ
autem, & Chananæi venerunt de mõtibus, & multos
de iſtis occiderunt. nõ eſt autem veriſimile, quòd om
nes mo[illegible]i in bello eſſent ſexaginta annorum ad mi-
nus, quia plures vadunt ad bellum de iuuenibus, qua
de ſenibus: immo forte in bello illo nullus talis etatis
mortuus eſt, quia viri fortes ordinabantur ad pugnã,
vt patet ſupra capit. 1. Qui autem ſexaginta annorum
ſunt iam fortes non ſunt, niſi raro: ideo nõ ſtat, quòd
omnes perierint in ſexageſimo anno.

Item nullatenus eſt hoc poſſibile, quòd nullꝰ mo-
reretur, niſi completo anno ſexageſimo, nam hic di-
citur, quòd omnes numerati a viginti annis, & ſupra
morientur in ſolitudine. ergo neceſſe eſt, quòd iſti cõ
putentur ab eo tempore quo facta eſt numeratio, ga
tunc omnes illi qui erant viginti annorum compu-
bantur in numero virorum bellatorum. fuit autem fa
cta numeratio iſta in anno ſecundo, menſe ſecundo
eiuſdem ab exitu de Aegypto, vt patet ſupra cap. 1. er
go omnes qui tunc complerent annum vigeſimum
computabãtur in viris bellicis, ſed ab eo tempore qui
erant viginti annorum, non poterant complere ſexa-
ginta annos vſque ad tranſitum Iordanis, quia etiam
ſi in ipſa die in qua introirent in terram Chanaã mo-
rerentur iſti, nondum compleuiſſent annum ſexage-
ſimum, quia a tempore computationis vſque ad in-
troitum in terram Chanaan ſolũ erant anni triginta
nouẽ. & adhuc imperfecti, quia deficiebãt dies vigin-
ti, cum inceperit computatio prima die menſis ſecũ-
di anni ſecũdi ab exitu de Aegypto, & introitus in ter
ram Chanaan fuit die decima menſis primi anni qua
drageſimi primi ab exitu de Aegypto, vt patet Ioſue
cap. 4.

cap. 4. eſt igitur generale, quòd nullus eorum qui erat A
20. annorum completorum, aut 21. ſolum potuit cõ
plere 60. annũ in deſerto, quia ad hoc ad minus erant
neceſſarii 39. anni completi, cum a die prima compu
tationis huius vſq; ad diem tranſitum Iordanis fluxe-
runt anni 39. demptis diebus 20. & ſic nullus eorum
potuit mori in anno 60. quia omnes mortui ſunt an-
te introitum in terram Chanaan.

Item dato, quòd computarẽtur iſti quadrageſimi
anni ab exitu de Aegypto, adhuc non ſtaret: nam illi
qui erant 20. annorum in ipſa die egreſſionis de Ae-
gypto non potuerunt complere 60. annum in deſer- B
to, cum non manſerint Iſraelitę in deſerto annis 40.
ſed deficiebant dies 5. Quod patet, quia egreſſi ſunt Iſ
raelitę die 15. menſis primi de Aegypto, vt patet in-
fra 33. cap. tranſierunt autem Iordanem die 10. men-
ſis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, vt patet Ioſue
capit. 4. ergo deficiebant quinque dies ad completio-
nem 40. annorum.

Item adhuc non ſtat, quia etiam ſi computentur
Iſraelitæ habere 20. annos a die qua egreſſi ſunt de
Aegypto, non poterunt complere annum 60. in de-
ſerto, ſed deficiet eis ſaltem dimidius annus, aut plus,
quod patet, quia omnes qui murmurauerũt mortui
ſunt ante tranſitum torrentis Zareth, vt patet Deute.
cap. 2. cum tamen illuc venerunt Iudæi non erat me-
dietas anni 40. ergo deficiebat ſaltem dimidius annus C
pro completione 60. eis qui erant 20. annorum die e-
greſſionis de Aegypto. antecedens patet, quia tẽpus
quo ſteterunt Iudæi tranſeundo de Cadesbarne vſq;
ad torrentem Zareth fuit 38. annorum, vt patet Deut.
cap. 2. ſed cum venerunt Iſraelitæ in Cadesbarne nõ-
dũ fluxerat annus, & dimidius ab exitu de Aegypto,
addatur ergo hoc tempus 38. annis erit totum tem-
pus ab exitu de Aegypto vſque ad torrentem Zareth
annorum quaſi 39. & dimidii. ergo adhuc reſtabat vſ
que ad introitum in terram Chanaan, & tranſitum
Iordanis dimidius annus, vt complerentur 40. anni in
deſerto. antecedens patet, quia ab exitu de Aegypto
conſummatus eſt vnus annus in monte Sinai, & de- D
receſſerunt de monte Sinai, vt patet ſupra cap. 10. &
inde vſq; ad Cadesbarne pauco tẽpore morati ſunt,
nondum enim erat dimidius annus, quando illuc ve-
nerunt Iſraelitæ, vt præced. cap. declaratum eſt. non
ſtat igitur, quòd quilibet iſtorum murmuratorum
tunc periret, quando compleret annum 60.

*Igitur omnes viri quos miſerat Moyſes ad contemplandam
terram.* Hic ponitur mors exploratorum: ipſi enim gra
uius cęteris peccauerant, ideo citius mortui ſunt, &
dicitur, quòd miſit eos Moyſes, non quòd ipſe ſolus
miſerit, quia ex auctoritate totius populi miſſi ſunt,
ſed ipſe principaliter mittebat cum eſſet dux populi,
& ad eum dixerat Deus, mitte viros qui conſiderent
terram.

*Et qui reuerſi murmurare fecerant contra eum omnem mul- E
titudinem.* Iſta eſt cauſa quare exploratores mortui ſũt
ante alios. Ipſi enim grauius peccauerunt quam cęte-
ri de populo, nam murmurauerũt, & omnes alios ad
murmurandum prouocauerunt, vt dicitur hic, & fuit
murmuratio iſta contra eum, ideſt contra Moyſen,
nam licet indirecte eſſet in Deum, directe tamen cõ-
querebantur de Moyſe.

Detrahentes terræ, quod eſſet mala. Ponitur in quo iſti
fecerunt alios murmurare, ſcilicet, quia dixerũt de ter
ra quòd mala eſſet: duo principaliter dixerant. Primũ
quòd habitabant ibi gigantes, & populus magnę ſta-
turæ, contra quem nullo modo pugnare poterant, &
hoc nimis perterruit Iſraelitas. Secundum erat, quia
dixerũt terra quam luſtrauimus deuorat habitatores
ſuos, & quamquam non pertineret vtrunque ad ma-
litiam terræ ſimpliciter: tamen Iudæi faciebant vtrun
que pertinere ad illã: eſſe enim ibi fortiſſimos pugna-
tores dicebant facere terram malam, quia pro eis ma
la erat cum ęſtimarent ſe perituros, ſi illuc irent, ſed
quid eſt in quo peccauerint exploratores, & quid di-
xerint declaratum eſt præceden. capitu. quæſtio. 60. &
61. & 62.

Mortui ſunt atque percuſſi in conſpectu Domini. Ideſt non
manſerunt iſti per plures dies, ſed immediate mortui
ſunt ſimul coram tota multitudine, vt omnes viderẽt
iudicium Dei eſſe ſuper illos peccatores, populus au-
tem hęc videns conterritus eſt, & fleuit nimis.

Qua morte decem exploratores mortui ſunt.
Quæſt. XCVI.

DE morte iſtorum aliqui dicunt, quòd ſue-
rit per peſtem immiſſam in eos. Rabbi Sa-
lom. dicit, quòd linguę eorum fluebant ve
neno, & inflatæ ſunt, atque ſubito mortui
fuerunt.

In conſpectu Domini. Ideſt, adhuc præſente Deo, ſ. qa
erant apud oſtium tabernaculi, quia illuc conuenie-
bant populares ad Moyſen, & ibi iſti mortui ſunt. Vel
poteſt aliter intelligi, quòd mortui ſunt in conſpectu
Domini, ideſt immediate, vt ſententia data eſt, nam
iſti magis peccauerant, ideo in eis ſententia executio
ni immediate tradita eſt. Alij autem ſucceſſiue mor-
tui ſunt, & eſt modus loquendi, ſicut ſi iudex manda-
ret aliquem iugulari, & immediate iugularetur, iſte di
ceretur iugulari coram iudice. Sic autem Deus ſentẽ
tiauerat omnes perituros in deſerto, & exploratores
confeſtim mortui ſunt, ita vt videatur, quòd adhuc
Deus iudicare non ceſſaſſet cum factum eſt.

Ioſue autem filius Nun, & Caleb filius Iephonne vixerunt.
Tollitur hic dubium, quia dictum fuerat, quòd explo
ratores mortui ſunt coram Domino, de eis autẽ erant
Caleb, & Ioſue, ideo dicitur quòd non mortui ſunt,
quia ipſi non murmurauerunt, ſed magis murmurã-
tibus reſtiterunt, ita vt vellet totus populus eos lapida
re, niſi gloria Domini apparuiſſet, vt patet ſupra.

Ex omnibus qui perrexerant ad conſiderandam terram. Id-
eſt duodecim erant exploratores, tamen de eis ſoli
duo vixerunt Ioſue, & Caleb.

*Locutus eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad omnes filios Iſ-
rael.* Hic propalatur ſententia quantũ ad eos qui mur-
murauerant, nam licet data eſſet, tamen ſoli Moyſes
& Aaron audierant eam, vt patet ſupra, hic vero Moy
ſes promulgat, & dicitur vniuerſa verba hæc, non q̃-
dem omnia quæ ſupra narrata ſunt, quia quædam eo-
rum ſunt hiſtorica, & quæ Iudęi viderunt, vt de mor-
te exploratorum, hæc nõ narrauit Moyſes, ſed ſolum
ſententiam Domini.

Et luxit populus nimis. Propter duo, ſ. propter pœnã
eis inflictam, & propter mortem exploratorum. Illa
autem mors demonſtrauit eis credendum eſſe, quòd
Deus puniret in eis murmurationem, ſicut atrociter
punierat in exploratoribus, & miſerabilis ille populus
conuertebatur in deſperationem, nam licet Deo ſe
punitum ſciret temporaliter, de eius clementia deſpe
randum non erat, luxit tamen nimis, non tanquam
dolens, quòd peccaſſet, ſed quia deſperabat ſe iam ha
biturum terram Chanaan.

Et ecce mane primo ſurgentes aſcende-
runt verticem montis, atque dixerunt. Para-
ti ſumus aſcendere ad locum, de quo domi-
nus locutus eſt, quia peccauimus. Quibus

Moyſes.

Universidad de Deusto

Moyses. Cur inquit transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperũ? Nolite ascendere. non enim est dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites, & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis, arca autem testamenti Domini, & Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalechites, & Chananæus, qui habitabat in monte, & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsq; Horma.

Populus contra uo luntatẽ Dei pugnãs cõ sicitur.

Et ecce mane primo. Hic ponitur transgressio populi in presumptione: transibat enim populus iste irrationabilis ab extremo in extremũ, sine medio. prius enim in terram Chanaan ad mandatum Dei ire noluerant. nunc autem contra preceptum Dei, & inhibitionem Moysi illuc ire volebant.

Et ecce primo mane surgentes. Hoc fuit sequenti die post mortem exploratorum, & promulgationẽ sententiæ: cum enim vidissent se peccasse voluerũt facere id, quod Deus prius iusserat, & parauerunt se, vt sequenti die irent in terram Chanaan.

Ascenderunt verticem montis. Idest recesserunt de castris quæ erant forte in valle, aut in aliqua planitie, & per montem ascensuri erant in terram Chanaan. Isti sunt montes de quibus descenderunt Amalechitæ, & Chananæi, & percusserunt eos, vt patet infra. faciebant hoc Iudei, vt iam nõ viderentur repugnare mandato Dei, sicut prius repugnauerant nolẽtes ire in terram Chanaan, sed in hoc etiam errabant. nam postquam murmurauerunt, interdixit eis Deus transitũ, iubens quòd reuerterentur versus mare rubrum, iõ cum vellent ascendere in terram Chanaan, iterum transgrediebantur.

Et dixerunt, parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est. Ista loquebãtur ipsi ad Moysen cum gereret Moyses vicem Dei, quia ex parte eius promulgauerat sententiam, & locuti sunt ad ipsum, tãquam si loquerentur ad Deum dicentes, quòd erant parati ascendere in locum de quo Deus dixerat, idest in terram Chanaan, & hoc dicebant, quia peccauerant nolendo ire, nunc autem volebant ostendere, quòd non permanebant in eadem contumacia parati obedire. *Quia peccauimus.* Quasi dicat, quia ante peccauimus in non eundo, nunc volumus supplere eundo cito: vel quia peccauimus, idest nos contra Deum erranimus, quia noluimus ire quo ipse iusserat: nunc autẽ nolumus amplius peccare, sed parati sumus ire ad locum illũ. si enim Iudei hoc dixissent, & nihil amplius fecissent, non erat peccatum eorum, sed magis recedebant a peccato pristino, quia tamen contra mandatum Dei ascendere tentauerunt, peccatum fuit.

Aliqui Hebræi cõtra pceptum Dñi intrare volebãt in terram Chanaan.

Quibus Moyses tur inquit transgredimini verbum domini. Idest faciẽtes hoc preceptum Dei infringitis. Sed dicet aliquis, q non infringebant, quia Deus iusserat illuc ire, ipsi vero complere volebant.

Respondendum est, quòd transgrediebantur præceptum Domini, quia eos sentẽtiauerat, q nemo eorum introiret in terram Chanaan. cum autem ipsi ad hoc conarentur contra Dei preceptum agebant.

Item Deus iusserat, vt reuerterentur per viam Maris rubri in solitudinem, ne appropinquarent Amalechitis, & Chananeis, ipsi vero ascenderunt in montes Chananeorum, & Amalechitarum. Item Israelitæ nunquam moueri deberent de castris, quousque nubes precederet eos, quæ dabat signum mouendi, & figendi castra, vt patet supra capit. 9. nunc autem non fuit mota nubes. nam si moueretur, Moyses quoque & arca Domini sequerẽtur nubem, alioquin faceret contra preceptum Dei, quod non conceditur, & tamen Moyses, & arca manserunt in castris, vt patet infra. ergo non precedebat nubes, nec fuit mota de loco in quo erat. tripliciter ergo transgrediebantur preceptum Domini isti, tentantes ascendere in terram Chanaan.

Quod vobis non cedet in prosperum. Idest non veniet vobis bonum ex hac transgressione, sic factum est, quia Amalechitę, & Chananei descenderunt de montibus, & percusserunt plurimos Iudæorum, vt patet infra.

Nolite ascendere. Suadebat Moyses ne ascenderent, & hoc propter duo. Primo ne peccarent in Deum q vetuerat ascensum. Secundo ne ipsi paterentur malũ, quod postea passi sunt. sciebat enim q malum inde venturum esset.

Non est Deus vobiscum. Idest non potestis resistere gentibus, nisi Deus vos specialiter adiuuerit, quoniã gentes fortiores vobis sunt, nunc tamen non est vobiscum, quia peccauistis in eum, ideo non adiuuabit, & ob hoc Deus miseratus illorum iusserat, vt reuerterentur versus mare rubrũ, discedẽtes a finibus Chananeorum, & Amalechitarum. nam etiam si in Cadesbarne essent multis diebus post peccatum, irruissent in eos Amalechitæ, & Chananei.

Ne corruatis coram inimicis vestris. Idest, vt non cadatis gladio hostili: inimici enim Iudeorum erant Amalechitę, & Chananæi: nam iterum Amalechitæ pugnauerant cum Israel in Raphidim. Exo. c. 17. Chananæi quoque hostes erant Iudeorum, quia putabant, quòd terra eorum accipere vellent, vel transire per eam in alteram regionem, quodcunque vero horum hostile erat.

Amalechites, & Chananæus ante vos sunt. Isti erant hostes a quibus cauere debebant, & dicitur, quòd erant ante eos, idest ante faciem eorũ ad partem illam, versus quam Iudei pergere debebant, & sic erat: nam ipsi ascenderunt in montes, in quibus habitabant Chananei, & Amalechitę.

Quorum gladio corruetis. Idest ipsi occident vos: nam multos eorum occiderunt. *Eo quod nolueritis acquiescere Domino.* Idest, quia non vultis consentire precepto Dei, iubentis ne illuc eatis. Si enim Iudei obedirent precepto Dei, quamquam peccauissent, Deus non misisset super eos Amalechitas, & Chananæos, sed magis repressisset, etiam si venire vellent. Cum vero Iudei contra mandatum Dei fecerint, fuerunt dati Amalechitę, & Chananei tanquam vltores diuinę offensę, & ob hoc quamquam pugnauerint, & occiderint plurimos, non imputauit Deus illis hoc ad peccatum, sicut patet Deut. c. 25. vbi iussit Deus, quòd Israelitę recordarentur malorum quę fecerant eis Amalechitę, quando egrediebãtur de Aegypto, & cum fuerint duæ pugnę Amalechitarum contra Iudeos, solã dicitur de vna, s. de ea quę fuit in Raphidim, vt patet eod. cap. cum dicitur. quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit, quãdo tu eras fame, & labore confectus.

Ex illis patet nõ posse intelligi de ista pugna Amalechitarum contra Iudeos, sed de ea quę fuit in Raphidim, quia hic non fuerunt occisi extremi, idest vltimi Iudeorum, sed primi, quia ipsi ascendebãt cõtra faciem Amalechitarum, & Chananeorum. Itẽ, quia dñ qui lassi residerant, & tamẽ cum ascenderunt hic Israelitæ de Cadesbarne versus terram Amalechitarum nullus residebat lassus, quia tunc incipiebant ascendere, & immediate percussi sunt, ideo nõ potest intelligi, nisi de pugna quæ fuit in Raphidim, in qua percussit Amalech extremos qui veniebant in agmine Iudæorum, quia surrexit ex insidiis, & a tergo, & ob hoc iussit Deus, vt deleretur propter illud bellum. de hoc autem nihil expressum est. vt enim magis, q Deus concitauerit Amalechitas, & Chananeos ad occidendum aliquos de Iudæis, quia repugnabant ei.

Nec erit vobiscum. Idest non adiuuabit vos dominus ꝯ Amalechitas, & Chananæos, quia facitis contra verbum eius. *At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis.* Idest Iudæi erant excęcati, & non acquiescentes iudicio Moysi ascenderunt.

Quomodo aliquando homo per peccata sua demeretur excæcari, & cadere in alia peccata, & an possit sciri quot, vel quæ sunt peccata, quibus meretur aliquis excæcationem.
Quæst. XCVII.

DICITVR enim aliquis contenebratus, idest plenus tenebris qñ sana consilia non recipit, & hoc, quia intelligit illa non sibi cõuenire, sic dixerat Moyses Iudæis rectum consilium, q Deus non adiuuaret eos si ascenderent ꝯ Chananeos, & hoc ipsi credere debuissent, quia verisimile erat, q Deus non adiuuaret illos, qui contra preceptum eius actualiter conabantur, ipsi vero non crediderunt, nec aduerterunt, an Deus adiuuaret, & hoc prouenichat ex tenebris cordis eorum. Contenebratio autem ista, vel cęcitas prouenit ex peccato: nã interdum homines per peccatum demerentur incidere in aliquam inconsiderationem, vel ignorantiã, per quam multa damna incurrant, & hoc modo contingit per altitudinem consilii Dei, vt aliqui viri, quãquam inter nos prudẽtissimi sint, incidant in magnas inconsiderationes, & imprudentiam, vnde eis consequantur magnæ calamitates: nam demeruerunt per peccatum, & Deus vult eos punire, habet autem hũc puniendi modum, q permittit hominem cadere in magnam inconsiderationem, & q circa aliqua, in q-bus non dubitarent illi qui sunt viri imperitissimi, errabit ille etiam si sit prudentissimus, quia nihil agere possumus, nisi Deus concurrat nobiscum. Et isto modo facit nos Deus errare in manifesto, & destruit cogitationes nostras, ita vt non sit nobis possibile habere successus in tpalibus, quos voluerimus, si demeruimus illos habere, & de hoc dicit Ierem. c. 12. non est hominis via eius, nec viri, vt dirigat gressus suos, idest non est in potestate hominis quid ei eueniat ex eis q facit, sed in potestate Dei est qui alios fines interdum inducit, quam nos intendimus, & in his deficit omnis prudẽtia humana. Sicut autem prouenerat ex peccato Iudæorum ipsorum contenebratio, ita prouenit hominibus obstinatio, & finalis impœnitentia, quia peccata hominum demerentur. q Deus non concurrat cum eis ad recte iudicandum de agibilibus, & convertantur ad bonum. Quæ autem sint peccata, vel quanta, vel quoties repetita, quæ istam contenebrationem demereãtur, nulli pure viatori cognitum est: Deus enim sibi scienda seruauit. scitur tamen, q præstinati talia non incurrent, quia qui prędestinauit eorum saluationem prędestinauit, & saluationis modum. *Ascenderunt in verticem montis.* Iste erat mons in quo habitabant Chananæi, & Amalechitæ. *Arca autem testamenti domini, & Moyses non recesserunt de castris.* Hic ponitur excusatio. aliquis enim intelligeret, q sicut Israelitę ascẽderunt contra Amalechitas, ita ascẽdit Moyses, & in hoc videtur peccare cum vetuisset Deus ire contra terram Chanaan, ponitur igitur, q ipse non ascendit, cum illis, nec arca testamenti Domini, idest arca in qua erant tabulæ quæ vocantur testamentum, idest mandatum Domini, quia expressa ibi erant mandata. Moyses enim faciebat moueri arcam per Leuitas, & cum ipse vidisset contra voluntatem Dei esse, q inde mouerentur Israelitæ, noluit moueri, nec permisit arcam moueri.

Et cum dicitur hic, q Moyses, & arca manserunt in castris intelligitur de loco castrorum, s. q manserunt in loco in quo ante fuerant castra: nam iam mota erant castra, cum omnes recessissent ascendentes in verticem montis. & non est hic intelligendum de solo Moyse, q ipse maneret in castris: nam etiam mã serunt cum eo alii, qui non consentiebant in peccato populi, s. Leuitæ qui consueuerant portare arcam, & Iosue, & Caleb, qui adhęrebant Domino, & alii deuoti viri, videntes transgressionem populi, fit tñ mẽrito de Moyse solum, quia ipse erat princeps, quo expresso, intelliguntur omnes qui adhęrebant ei.

Descenditque Amalechites, & Chananæus, qui habitabant in montibus. Isti duo populi morabantur in vallibus, & partim in montibus, maior tñ pars eorum habitabat in vallibus, cum dicatur supra, qm̃ Amalechites, & Chananæus habitabant in vallibus. isti autem ascenderunt per partem montium, quia per illam erat via ad terram Chanaan, & tunc habitatores illorum mõtium descenderunt, atque percusserunt Iudęos tanquam inuasores terræ suæ, & in hoc non peccauerũt Amalechitæ, & Chananei, quia cuilibet est ius pugnãdi pro patria sua, defendendo eam ab inuasoribus. Iudæi autem non habebant iustam causam ascendendi per montes illos, cum Deus non iussisset, nec ipsi impetrauissent ab habitatoribus terræ illius, ideo si impugnarent eos, vt haberent ascensum per terram illã, peccabant non fouentes iustum bellum. *Et percutientes eos atque concidentes persecuti sunt vsque horma.* Idest Chananæi descenderunt de montibus, & persecuti sunt Iudæos inuasores terræ, qui illico conuersi sunt in fugam, quia abstulerat Deus ab eis omne pręsidiũ, & percussi sunt atq; occisi multi de eis, isti fuerunt q magis peccauerant murmurando, & Deus voluit illos primo mori, alii autem successiue perierunt, & dñ hic percutientes atq; concidentes, quod ad idẽ videtur pertinere, quia concidere, & diuidere, vel scindere idem est, s. q Amalechitæ, & Chananei Iudęorum corpora gladiis trãsuerberabãt ad mortem. Et in isto descensu persecuti sunt Amalechitæ, & Chananei Israelitas vsque Horma, idest vsque ad quendam locũ qui dicitur Horma.

Horma quid significet, & an sit nomen loci, vel prouinciæ.
Quæst. XCVIII.

SCIENDVM, q istud nomen Horma est Hebræum, & fm̃ significationem suam significat anathema, vt patet j. 21. c. Aliqui autem dicũt de hoc, q erat nomen alicuius loci in terra Amalechitarum, & Chananęorum. Iudei aũt ascendentes in montes transierant aliquantulum de terra illorum populorum, & cum conuersi essent in fugam prosecuti sunt eos Amalechitæ, & Chananæi vsq; ad locum qui dñ Horma. Alii dicunt, q Horma est nomẽ loci, quod imposuerunt Iudæi: nam ipsi in anno 40. cum tenderent in terram Chanaan, pugnauerunt ꝯ illum populum Chananęũ qui primo suscitauerat eos ad bellum, capiendo prædam ex ipsis, vt patet j. 21. c. & tunc Israelitæ votum fecerunt Dño, q si traderet

Chana-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chananæos in manus eorum delerẽt vrbes ipſorum, F
& ſic factum eſt. & tunc vocauerunt Iſraelitę terram illam Horma, ideſt anathema, ſ. quia nihil de eis quæ erant in terra illa acceperunt, ſed omnia deſtruxerũt propter Deum, & tunc ponetur hic nomen per anticipationem, ſicut in quibuſdam locis ſcripturę eſt: nã non fuit impoſitum iſtud nomen vſque annum quadrageſimum, nunc autem erat ſecũdus annus ab exitu de Aegypto.

Dubitatio aliquorũ, an Horma ſit locus in quo occiſi ſunt Chananæi.

Dicet tamen aliquis, quòd non poſſit eſſe idem locus Horma de quo dicitur hic, & ille de quo dicitur infra 21.c. cum occiſi ſunt Chananæi.

Reſpondendum eſt eundem eſſe locum. quod patet, quia hic poſt Cadesbarne immediate aſcenderũt, Iſraelitæ in montes, & ibi percuſſit eos Chananæus G
vſque Horma, ita in anno 40. ſteterunt Iſraelitæ iterũ in Cadesbarne, vt patet infra 20.c. & inde receſſerunt ad manſionem montis Hor, & immediate dicitur, ꝙ Chananæus rex Arad pugnauit contra Iſrael, & ſubditur ibi de Horma. ergo eadem terra eſt Horma de qua hic, & de qua infra 21.cap.

Sed adhuc obijciet aliquis quomodo dicatur hic, quòd percuſſi ſunt Iudæi vſque Horma: nam hic eſt Horma nomen loci, & infra 21.cap. nomen vnius terrę, cũ Iudęi vocauerint totam illam terram Horma, quia deleuerunt eam.

Reſpondendum, eſt quod quamquam ſit terra illa tota Horma, tamen accipitur aliquando velut vnus locus, ita dicitur infra 21.capitu. ſcilicet, & vocauit H
nomen loci illius Horma, & tamen erant multæ ciuitates.

Sed adhuc dicetur, quòd nõ poſſit ſtare hoc, quod dicitur hic, quòd Chananæi perſecuti ſunt Iudęos vſque Horma, in quo non poteſt deſignari tota terra, quam poſuerunt Iudæi in deſolationem, & vocatur Horma, ſed neceſſe eſt deſignari aliquem certum locum.

Reſpondẽdum eſt, quòd hic accipitur Horma pro extremitate terrę illius, quia introiuerãt Iudęi aliquãtam partem terrę Chananæorum, & Chananæi, qui in fortiſſimis montium erant preſidiis, deſcenderunt de montibus, perſequentes eos quouſque excluderẽt illos de terra ſua, & ipſa erat quæ vocat Horma, quia tota poſita eſt in anathema, vt patet infra 21. ca. & ſic eſt anticipatio in nomine.

CAP. XV.

Ritus ſacrificiorum.

LOCVTVS eſt dominus ad Moyſen dicẽs. Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terram habitationis veſtræ, quã ego dabo vobis, & feceritis oblationem domino in K
holocauſtum, aut victimam, vota ſoluentes, vel ſponte offerentes munera, aut in ſolenni tatibus veſtris adolentes odorem ſuauitatis domino, de bobus, ſiue de ouibus, offeret quicunque immolauerit victimam, ſacrificium ſimilæ, decimam partem ephi, cõſperſæ oleo, quod menſuram habebit quartam partem hin, & vinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ dabit in holocauſtum, ſiue in victimam. Per agnos ſingulos, & arietes erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarũ, quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis Hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis eiuſdẽ menſuræ offeret in odorem ſuauitatis domino. Quando vero de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiam, vt impleas votum, vel pacificas victimas, dabis per ſingulos boues ſimilæ tres decimas conſperſæ oleo, quod habeat medium menſuræ Hin, & vinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ in oblationẽ ſuauiſſimi odoris domino. Sic facies per ſingulos boues, & arietes, & agnos, & hædos. Tam indigenæ quam peregrini eodem ritu offerent ſacrificia. Vnum præceptum erit atque iudicium tam vobis quam aduenis terræ.

Locutus eſt.

An bene continuetur hoc capitulum iuxta expoſitiones Hebræorum. Quæſt. I.

SECVNDVM aliquos Hebræos continuat iſtud capitulum præcedenti, quia ſupra dictum fuit de ſententia impediente ingreſſum terræ promiſſionis, ex quo populus nimis angustiatus propter magnitudinem temporis, credidit ſe nunquã illuc intraturum, ideo ad conſolandum eos ſubditur. I
Cum ingreſſi fueritis terram habitationis veſtræ. Sed iſta continuatio eſt ſolum ad iſtam particulam, & non ad totam materiam capituli. Item quia nihil proficiebat iſte ordo ad conſolationem Iudęorum, quia hoc eſſet ſi præſupponeremus, ꝙ iſta verba dicta fuerint poſt ſententiam datam in Cadesbarne, ſed non conſtat, cũ magis quidam dicant fuiſſe hoc dictum in monte Sinai. Item quia dato, quòd fuerit dictũ ad Moyſen poſt ſententiam datam in Cadesbane, & continuentur hic ad præcedentia, tamen Iudæi, qui tunc erant, nesciebant aliquid de iſta continuatione, ideo nõ poſſet eis eſſe ad conſolationem, quod dicitur.

Cum ingreſſi fueritis terram habitationis. Ideo dicendũ aliter, quòd in libro iſto agitur de præceptis iudicialibus, quaſi principaliter, & aliquando de cęremonialibus interponendo hiſtoriam, nec oportet, quòd ſemper fuerit ordo neceſſitatis, vel magnæ apparentiæ, ſicut in legibus, vel capitulis quę ſunt ſub eodem titulo non eſt aliqua ratio, quare vnum præcedat alterũ. Ponuntur autem hic aliqua cęremonialia, & interponitur vnus caſus de pertinentibus ad iudicialia. diuiditur autem in duas partes, quia primo ponitur cęremonialis obſeruatio. Secundo iudicialis punitio ibi. *Factum eſt autem.* Prima in quatuor. Primo agitur de oblatione ſacrificiorum. Secundo de redditione primitiarum. Tertio de expiatione peccatorũ per ignorantiam. Quarto de punitione peccatorum per ſuperbiam. Secunda ibi. *Locutus eſt dominus.* Tertia ibi. *Quaſi per ignorantiam.* Quarta ibi. *Anima vero quæ per ſuperbiam.*

Circa primum. *Locutus eſt dominus ad Moyſen.* Omnes leges dabantur per Moyſen, quia nunquam loquebatur Deus ad Iſraelitas per ſe, niſi cum data ſunt præcepta decalogi Exodi cap. 19. & 20.

Quando

Quando ſit facta iſta locutio Moyſi. Quæſt. II.

QVAERET aliquis de iſta locutione, an fuerit facta poſt ſuperiora, & an immediate fuerit facta?

Reſpondendum eſt, ꝙ in præceptis ſecũdum ſe ſeipſa non poteſt aſſignari ordo quantum ad prioritatem, & poſterioritatem temporis, niſi ex hiſtoriis adiunctis, & non poteſt proprie cognoſci de hiſtoriis, quem ordinem habeant ad præcepta, vel præcepta ad hiſtorias ſm ordinem temporis, ſed ſolum cognoſcitur in hiſtoria ad hiſtoriam, cum ipſę ſint de geſtis temporalibus, ideo non poteſt cognoſci hic, an præcepta quę habentur in hoc c. fuerint data ante ſententiam Domini contra Iudæos de qua præced.c. vel poſtea. Et ſatis dici poteſt, ꝙ prius fuerint. nam aliquando ſunt anticipationes, & recapitulationes hic, ſicut patet de his quæ habentur ſupra ca.7. illa tamen fuerunt facta prius quam ea quę habentur in principio libri huius, vt eod.c. declaratum eſt.

Sciendum autem, ꝙ poſtquam data eſt ſententia Domini contra Iudęos, licet non ponatur clare ordo hiſtoriarum vſq; ad annũ 40. tamen fuit iſte, ſ. ꝙ poſtquã Iſraelitę conati ſunt tranſire in terram Chanaan per terram Amalechitarum, & deſcenderunt contra eos Amalechitæ, & Chananęi perſequentes ipſos atque occidentes vſq; Horma, ipſi reuerſi ſunt in caſtra vbi manſerat Moyſes cum arca Domini. ſic dicitur præced.c. arca teſtamenti, & Moyſes non receſſerunt de caſtris. tunc Iſraelitæ cum Moyſe, & arca Domini receſſerunt inde verſus mare rubrum: ſic enim iuſſerat Deus ſupra. ſ. qm̃ Amalechites, & Chananęus habitãt in vallibus, cras mouete caſtra, & reuertimini per viam maris rubri. in illa autem manſione ſteterunt fere per 37. annos, vt declaratum fuit præced. cap. & fuit hoc vſque ad principium 40. anni ab exitu de Aegypto, in cuius menſe primo ſteterunt iterum Iſraelitæ in Cadesbarne, vt patet infra 20.c. de toto autem illo anno habentur hiſtoriæ infra a c.20. vſque ad 32. mãſiones etiam deſcribuntur illius anni infra 33.c. ſed de 38. annis intermediis nihil dicitur, quia nulla notabilia euenerunt Iudæis, nec aliqua peccata magna fecerunt, propter quæ punitiones magnæ infligi, & numerari debuiſſent, ſed fuit populus in quiete, ideo ſecundum ordinem hiſtoriæ ea quæ habentur præced.c. deberent coniungi eis quæ habentur infra 20.c. quia præced.c. agitur de hiſtoria ſecundi anni infra autem 20. c. agitur de hiſtoria 40. anni autem 38. intermedii nullam geſtorum habent hiſtoriam, ideo nullum hiſtoricum interponi poterat inter decimum quartum. & 20. capit. huius.

A
B
C
D
E

Ne tamen viderentur ſecundum continuationem temporis ea quę habentur præced.c. coniungi eis quę habentur infra 20.c. fuit poſitus quaſi quidam articulus diuiſus, & interpoſita ſunt quędam cęremonialia, & iudicialia, & quoddam hiſtoricum, quod ad alia tẽpora pertinet, & iam in his non poteſt poni ordo aliquis neceſſitatis, aut magnæ congruitatis, ſed ad voluntatem ſcriptoris pro maiori parte hęc poſita ſunt, ideo certificari, an ea quæ habentur hic fuerint dicta poſt præcedentia, vel ante, & dato, ꝙ fuerint poſt, an immediate, vel magno tempore poſt, non eſt poſſibile, cum non reperiatur aliquid ex quo iſta colligantur.

Loquere filijs Iſrael. Poſtquam Deus dabat aliquam legem Moyſi ipſe promulgabat eam popularibus, qa lex nunquam habet vigorem, niſi promulgetur, & tunc incipit habere vigorem, cum promulgata fuerit, ideo Moyſes proponebat populo legem, non vt audita ea immediate obligarentur, ſed vt ſaltem ſcirent ſe habere legem, per quam obligarẽtur in tempore; in quo determinabat lex obligationem. de iſta locutione ad Iſraelitas cum promulgabãtur leges, an fieret ſimul ad omnes, vel ad quoſdam eorũ ſufficeret fieri Leu.c.1. & 11. declaratum eſt, ꝙ ad omnes fieret.

Cum ingreſſi fueritis terram habitationis veſtræ. Hic ponitur tempus in quo obligare inciperet lex data hic, & dicitur cũ ingreſſi fueritis in terram habitationis veſtrę, ideſt in terram Chanaan, ſ. ꝙ tunc incipient obligare. nam in toto deſerto non obligauerũt iſtę leges.

Tria genera mandatorum quæ habebant Iudæi quando obligabant eos. Et quod præcepta iudicialia ſemper obligauerunt. Quæſt. III.

IN quo ſciendum, ꝙ Iudæi habebant tria genera mandatorum, ſ. moralia, cęremonialia, & iudicialia, moralia autem ſemper obligauerunt, ſiue in deſerto, ſiue in terra Chanaan, & nõ ſolum hoc, ſed etiam antequam darentur, cum iſta obligatio ſit ex naturali dictamine. Præcepta autem iudicialia ſemper obligauerũt poſtquam data ſunt, ſiue in deſerto, ſiue in terra Chanaan, nec magis in terra Chanaan q̃ in deſerto, quia non concernunt aliquem locum, & tempus, & determinatam materiam, quę haberi non poſſet in deſerto, immo quantum ad aliquid magis neceſſaria erant præcepta iudicialia in deſerto, quam in terra Chanaan, quia iſta ſunt pp iniurias, & damna auferenda, & iſta cauſantur in communicatione hominum. Vbi igitur fuerit maior cõmunicatio, maior eſt locus damnorum, & iniuriarum, & conſequenter maior eſt neceſſitas iudicum, & legum. Sic enim patet de Moyſe, qui ſedebat quotidie ad iudicãdum populum a mane vſque ad veſperum, vt patet Exo.c.18. Item patet, ꝙ ſemper fuiſſent iudicia in deſerto. nam Exo.c.18. dr̃, ꝙ iudices electi per Moyſen conſilio Ietro iudicabant populũ omni tpe, & ipſe Moyſes poſt hęc in Sepulchris concupiſcentiæ ſentiens ſe grauatũ multitudine cauſarum quotidianarũ, dixit. non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populũ, quia grauis eſt mihi, & dedit ei Deus 70. coadiutores, vt patet ſupra 11.c. Si tñ nullę fuiſſent cauſę nõ dixiſſet Moyſes ſe grauari, hoc autem dato, quæretur an Moyſes, & alii iudices iudicabãt per leges datas a Deo, an alias, & non erit conuenienter dictum, ꝙ cum haberent legem iudicarent quotidie contra legem. nam & in cęremonialibus ſic fuiſſet, ꝙ ſi quotidie fierent ſacrificia, obſeruarentur in eis ille ordo, qui iubetur in Leuitico. dicendum igitur, ꝙ iudicialia præcepta ſemper obligauerunt poſtquam data ſunt, ſiue ſit in deſerto, ſiue in terra Chanaan.

An cæremonialia obligabant in deſerto. Et quæ fuerunt obſeruata. Quæſt. IIII.

TERTIVM genus præceptorũ erat in cęremonialibus, & de his dicendũ eſt, ꝙ non fuerunt obſeruata ſemper in deſerto, ſed aliqñ, nec obligabant, niſi in terra Chanaan. Cauſa huius erat, quia cęremonialia præcipua sũt in ſacrificiis, quorum materia non erat in deſerto, quia pro his neceſſaria erant carnes, vinũ farina, oleum, ſal, & thus, vt patet j̃. & iſta non habebant Iſraelitę ſemp in deſerto, ideo non obligabant ad ſacrificia. ſic ẽt erat de quibuſdam aliis cęremoniis quæ fundantur ſuper ſacrificia, ſicut ſolennitates quædam, & iſtę ẽt non obſeruabantur in deſerto, niſi quãtum ad aliquam partem de qua j̃. in litera. & ob hoc cum dabantur iſta præcepta dicebatur cum ingreſſi fueritis in terrã Chanaan, ideſt obſeruabitis iſta præcepta cum ingreſſi fueritis

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in terram illam. sic hĩ hic, & Leui.c.14. & sicut non obligabantur Iudęi ad obseruandum hęc, ita nec obseruabãt in deserto, vt patet Deut.c.12.cũ dixit Moyses de terra promissionis.non facietis ibi quę nos hodie hic facimus singuli,quod sibi rectum vr:nec.n.vsque ad prẽsens tempus venistis ad requiem,& possessionem, quam Dñs Deus daturus est vobis, quasi dicat eo,q̃ non introiuistis in terram Chanaan non obseruabatis prẽcepta, cum vero introieritis obseruabitis. Fuit autem solum obseruatio aliquorum cęremonialium in monte Sinai, vbi fuerunt sacerdotes consecrati, quia ibi obseruata fuerunt sacrificia ad consecrationem eorũ,vt patet Leui.c.8. & 9. & quasi nulla alia in toto deserto oblata fuerunt. dr̃ j.28. holocaustum iuge est,qđ obtulistis mihi in mõte Sinai. Si autem Iudæi quotidie offerrent holocaustum, quod dr̃ iuge,vel multotiens obtulissent, non diceretur speciaIiter,qđ obtulistis in monte Sinai.De his cęremonialibus in terra Chanaã fuit facta plena obseruatio, nec tñ semper cum Iudęi fuerunt in terra Chanaan, sed ex eo tempore quo inceperunt cessare a bellis, dum enim erant in quotidianis expeditionibus, non poterant vacare cęremoniis, & sic dr̃ Deut.c.12. transibitis Iordanem, & habitabitis in terra, quam dominus daturus est vobis, vt requiescatis a cunctis hostibus p circuitũ, & absque vllo timore habitetis in loco quẽ elegerit dominus, &c.& sequitur,q̃ illuc offerẽt omnia holocausta, & decimas atque munera. in quo innuitur,q̃ non obligabantur obseruare cęremonialia, quousque cessarent a bellis in terra Chanaan, deinde autem obseruata sunt. Nec tamen est negandum, vniuersaliter obseruationem cęremonialium non fuisse in deserto:aliqua enim obseruata sunt, sicut q̃ eiicerentur extra castra leprosi, & fluentes semine, & immundi super mortuo, de quibus supra c.quinto. & sic factum est, fiebant tamen istæ cæremoniæ magis ad vtilitatem populi, & sanitatem quam ad cultum cęremonialem Dei,& potissime in eiectione leprosorum qui inficerent cęteros,nisi eiicerentur de castris. Sed adhuc istud prẽceptum cęremoniale de leprosis non fuit totaliter obseruatum, quia solum eiiciebantur extra castra leprosi, & tamen si aliquis mundaretur,non fiebant in eo cęremonię mundationis, quæ habentur Leui.c.14. quia ibi erant necessaria sacrificia,quæ non poterant semper fieri in deserto, sed solum fuit obseruatum pro vna parte, s.q̃ eiicerẽtur de castris omnes leprosi. Et sic Iudæi faciunt nunc, qui quædam cęremonialia ex parte obseruant, & ex parte inobseruata relinquunt,sicut est de festo azymorũ, in quo agnus immolabatur,& comedebãtur azyma, atque offerebatur manipulus spicarum, vt patet Leuitici c.23.nunc tamen vnum eorum obseruant, s.q̃ comedunt azyma, alia autem duo nequaquam, quia immolatio agni, & oblatio manipuli spicarum non poterant fieri,nisi in loco Sanctuarii de quo Leui.23. c.& Deut.16.hic autem cum Deus poneret quædam prẽcepta cęremonialia,declarauit tempus obligationis eorum, s.q̃ obligarent in terra Chanaan, & cum dicitur. *Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ.* Nõ est sensꝰ q̃ immediate, vt introirent obligarentur, sed habita pace ab hostibus, vt supra declaratum est.

Quam ego dabo vobis. Quia Iudęi non poterant per se acquirere terram illam, cum haberent hostes fortissimos,& plurimos,sed Deus acquisiuit eam illis faciẽdo mirabilia magna,de quibus Iosue ca.3.6.& 10.vnde dicitur Deut,c.8. ne forte dicas in corde tuo fortitudo mea,& robur manus meę hęc mihi omnia præstiterunt,sed recorderis Domini Dei tui,q̃ ipse tibi vires prębuit. de modo autem quo Deus adiuuabat Iudæos,quomodo esset multiplex, declaratum fuit Leuitici 26.cap. *Et feceritis oblationem domino.* Istud est tempus in quo Iudęi obseruare debebant cęremonias, quę hic habentur,sicum facerẽt oblationem, & hoc, quia hic agitur non de ipsis oblationibus, sed de quibusdam pertinentiis oblationum, de quibus non fuerat dictum in Leuitico.

Sacrificium, & libamina quomodo differunt, & quot sint libamenta, & quare apponantur in sacrificio. Quæst. V.

PRo quo sciẽdum, q̃ sacrificium proprie est in carnibus oblatis, alia autem erant quæ cũ carnibus semper offerebantur,& illa vocantur libamina, vel libamenta, & sunt quinq; s.hus,oleum,sal,vinum,& panis,hęc autem non erãt offerenda eodem modo in omnibus sacrificiis,sed in quibusdam plus,in aliis autem minus,ideo data est regula hic. De his autem quare offerrentur cum sacrificiis carnium declaratum est Leui.c.2.s. quia sacrificia Domini erant,sicut cibus eius, & ob hoc ipsum altare in quo ponebantur vocabatur mensa. sic patet Mala.c.1. s. mensa Domini despecta est. & agitur ibi de altari, in cibo autem non solum assumuntur carnes,sed etiam panis in quo est fundamentum vitę. sicut dicitur Psal.103.& panis cor hominis confirmet. ideo debuit poni panis in sacrificiis, & quia non solũ animalia nutriuntur cibis,sed etiam potibus,oportuit poni aliquid potabile in sacrificio, & istud fuit vinũ.

Rursus autem ponuntur quędam in sacrificiis tanquam condimenta ciborum. nam cum cibos sumimus, non solum ipsos cibos,sed etiam ciborum quædam condimenta apponuntur, & horum quędã sunt condimenta generalia,sic est sal, quædam vero particularia ad quosdam cibos,sic est oleum,ideo ista duo poni debuerunt. Prẽter hoc autem ad solennitatem ciborum non solum requiruntur condelectamẽta saporis,sed etiam delectatio in odore, cum isti duo sensus sint coniuncti iuxta Arist.3.Ethic.c. de temperantia,& ad hoc poni debuit thus,quod est redolẽs.Aliæ autem causę sunt horum quę assumebantur in sacrificiis ex parte ipsorum ministrorum, ad supplendam eorum necessitatem,de quibus Leui.c.2.dictum est, hæc autem nunquam obseruari debebãt,nisi in oblatione sacrificiorum,quia erant appendicia ipsorum, ideo nunquam obligabantur ad hęc,donec obligarẽtur ad sacrificia. *In holocaustum autem victimam pacificarum.* Declaratur hic magis quando obseruanda sint quæ habentur hic.

Tria genera sacrificiorum, & quid sit vnumquodque eorum. Quæst. VI.

ET dicitur,q̃ non in omnibus sacrificiis,sed solum in duobus,s.holocausto,& victima pacifica:tria enim sunt genera sacrificiorũ, s. ista duo, & sacrificium pro peccato. Vocatur ergo holocaustum oblatio facta Deo cuius carnes totaliter cremabantur in altari coram Domino, nec proueniebat aliquid offerentibus, aut sacerdoti prẽter pellem animalis, quę cedebat in ius sacerdotis Leui.c.7. de ritu huius sacrificii habetur Leui.c.1.

Secundum genus sacrificiorum erat victima pacifica, & istud est q̃n aliquis offerebat animal Deo pro gratiarum actione, s. quia aliquid ab ipso impetrauerat,vel ad petitionem, vt aliquid obtineret, qđ desiderabat,& in hac hostia quędam pars proueniebat sacerdotibus,& quędam offerenti, & quędã Deo, scilicet aũt Dei particula cremabatur. de omnibus cęremoniis huius sacrificii,& quare vocentur hostię pacificę declaratum est Leui.c.3. & 7. Tertium genus sacrificiorum erat pro peccato,cũ aliquis deliquisset in quibusdam quę lex iubebat expiari per sacrificiũ, & ista sacrificia erant duplicia, quia quædam cremabantur totaliter extra castra cum pelle, corio,& fimo,alia autem erant quę totaliter proueniebant sacerdotibus, prẽter sanguinem fusum in gyro altaris. de ritu istorum habetur Leui.c.4.5. & 6. in duobus primis ponebant hęc libamenta,quę habentur hic, s.vinũ,panis,oleum.in sacrificio aũt pro peccato nihil horum.

Quare in sacrificio pro peccato non offeruntur libamenta. Quæst. VII.

QVAERET autem aliquis quare in sacrificio pro peccato non offerebantur ista libamẽta? Et respondebit quispiam,istud esse ex sola voluntate Dei ferentis legem.nam in quibusdam horum cęremonialium rõ nulla reddi põt, sed voluntas sola pro causa est,sicut in quibusdam legibus voluntas principis facit ius.Sed adhuc dicendũ est aliqualiter esse rõnabile in sacrificio pro peccato nullum poni libamentum horum trium, quia ista libamenta ponebantur tanquam partes ciborum, & tanquam cõdimenta eorum in sacrificiis,& quia ista erãt ad modum cibi cum ipsis carnibus,decuit in holocausto, & hostia pacifica poni libamenta, quia carnes offerebantur super altare, velut cibus super mensam,& quia ipsę non erant sufficienter cibus, poni debebant alia quę cõplent cibum, s.panis, vinũ,& oleũ, in sacrificio aũt pro peccato nullę carnes ponebantur super altare,ideo non oportuit poni libamenta, quæ erant partes ciborum, qđ patet, quia sacrificium pro peccato erat duplex,quoddam erat pro peccato summi sacerdotis,vel totius populi, & inferebatur de sanguine eius intra tabernaculũm, aliud erat pro peccato aliarũ personarum , de cuius sanguine non inferebatur intra tabernaculũ. De primo nihil cremabatur super altare, sed oĩa tã carnes q̃ pellis q̃ fimus cremabantur extra castra, vt patet Leui.c.4. & 6. ad hoc igitur nulla erat necessaria,aut saltem conueniens oblatio libamentorum, quia libamenta super altare cum carnibus ponuntur,vt patet hic,& Leui.c.2. in secundo sacrificio pro peccato, cuius sanguis non inferebatur intra tabernaculum, nihil cremabatur super altare,sed omnia cedebant in vsum sacerdotum, vt patet Leui.c.6. solus autem sanguis fundebatur per gyrum altaris, & cremabantur adipes, qui pertinebant ad Deum iure perpetuo,vt pãtet Leui.c.3.cum adipibus tñ non ponebantur libamẽta, sed cum carnibus, ideo nullus modus sacrificii pro peccato exigebat libamenta, & ob hoc dictum est de holocausto, & victima pacifica,hęc vt cõiter seruabantur, aliqñ tñ pro peccato dato sacrificio ponebantur libamenta, vt patet in purificatione leprosi Leui.14.sed speciale est.

Vota soluentes, vel sponte offerentes munera. Ista est declaratio prẽcedentium; quia dubitaretur,an teneret hoc verum in holocaustis, & hostiis pacificis votiuis, vel in spontaneis,& respondetur, q̃ in vtroque, s. q̃ siue holocaustum esset sponte oblatum, siue ex voto semper debebant offerri libamenta. Idem de hostia pacifica,siue esset spontanea,siue votiua.

Sacrificia spontanea an distinguantur a votiuis. Quæst. VIII.

SED dicet aliquis non conuenienter distingui hic sacrificia spontanea ꝓtra votiua, quia vtrũque spontaneum est. Respondendum est, q̃ quamquam vtrobiq; sit voluntarium,quia tamen vnum est cum voto,aliud vero sine voto,expressum fuit de vtroque ad tollendum dubium. Aliter responderi potest, q̃ conuenienter distinguitur votiuum contra spontaneum. nam votiuum a principio est voluntarium. post emissionem autem voti est necessarium,spontaneum autẽ est, quod semper est voluntarium, cum non fiat aliqua promissio, ideo posset distingui hic,sicut de sacrificio necessario,& voluntario. Si enim consideraretur votiuum a principio, quando votum emittitur, non potest distingui contra spontaneum,sed distinguitur voto emisso, cũ venit tempus solutionis, quia tunc incumbit necessitas soluendi,& ita distinguitur hic in litera,s.vota soluentes,vel sponte offerentes:semper enim votiũ in executione necessarium est.dicitur autem,vel offerentes munera,quia quicunque aliquid dat sine obligatione prẽcedente,dicitur donare. & istud vocatur munus, vel donum, quamquam aliquando secundum leges humanas accipiuntur munera pro aliquibus ,ad quæ tenentur subditi dominis suis.

Aliquid per votum oblatum, an posset offerri in hostiam pacificam. Quæst. IX.

SCIENDVM autem circa id,quod hic dicitur, q̃ holocausta,& hostię pacificę interdum sunt ex voto,& interdum spontanea, de voto tamẽ est dubium.nam videtur,q̃ quandocunque aliquod animal Deo voueretur, non poterat offerri in hostiam pacificam, sed totaliter pertinebat ad sacerdotes.nam si esset animal immundum, quod immolari non poterat, totaliter cedebat in ius sacerdotum, vt patet Leui.c.vltimo. Si autem esset animal immolabile etiam pertinebat ad ius sacerdotum, quia infra 18.ca.dr̃. quicquid ex voto reddiderint filii Israel tuũ erit,& tamen in his sanguinem fundebat sacerdos super altare, & adipes cremabãt, carnes autem proueniebant totaliter sacerdotibus infra 18.capit. Sic enim dãt ibi regula de primogenitis immolaticiis, quę offerebantur domino, & totaliter pertinebant ad ius sacerdotum, hoc igitur dato nunquam per votum poterat aliquod animal immolari in holocaustum, quia in holocausto nullę carnes pertinebant ad sacerdotẽ, in voto autem omnes, etiam non poterat immolari in hostiam pacificam, quia in ea pertinebat quædam pars carnium ad Deum, & quędam ad offerentes Leuitici cap.tertio.& septimo.in voto autem omnes ad sacerdotem.

Respondendum est, quòd aliquando erant holocausta ex voto,& hostię pacificę.sicut hic dicitur.Pro quo sciendum, quòd cum aliquis offerebat animal per votum, aut offerebat simpliciter dicens. ego voueo istud animal Deo, vel offerebat magis exprimendo dicens ego voueo istud animal Deo ad immolandum,vel ad cremandum in altari.si primo modo animal,quod vouebatur, siue esset immolaticium, siue non, totaliter cedebat in ius sacerdotum, & non poterat fieri inde holocaustum,vel hostia pacifica. & in isto casu intelligitur, quod habetur infra 18. scilicet, quòd omne quod ex voto reddiderint filii Israel tuũ erit.Si autem voueret aliquis animal secundo modo ad immolandum, vel cremãdum in altari, aut exprimebat genus sacrificij dicẽs. voueo istud animal Deo in holocaustum,vel hostiam pacificam, vel pro peccato,aut nihil exprimebat. Si primo modo obligabatur offerre in eo genere sacrificii, in quo vouisset, & hoc modo poterant esse hostię pacificę spontaneæ, & holocausta,atque victimę pro peccato,& sic intelligitur hic,scilicet, quòd essent holocausta, & victimę pacificę spontaneę, vel ex voto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificium pro peccato, an posset esse votiuum.
Quæst. X.

DE hostiis pro peccato magis dubium erat, an possent esse ex voto, quia erant ex necessitate simpliciter, vt cum aliquis deliquisset taliter, vel taliter, aut incurrisset immũditiam cogebatur offerre hostiam pro peccato Leui. capitu. 4. 5. & 6. & supra capitu. 5. in holocaustis autẽ, & victimis pacificis non videbatur esse imposita ista necessitas, ideo magis poterant ista duo sacrificia esse votiua quam sacrificium pro peccato. nam licet votiuum post votum emissum necessarium sit, tamen ante voti emissionem est simpliciter liberum, ideo igitur, quod nunquam liberum est, non potest esse votiuum, quod videbitur alicui de sacrificio pro peccato.

Respondendum est, quòd sacrificium pro peccato potest esse sub voto, sicut holocaustũ, & victima pacifica. nam licet interdum ex necessitate sit, tamen non semper, cum vero fuerit sine necessitate poterit voueri, sicut cum quis delinquebat in casu, in quo lex iubebat offerri sacrificium, obligatus erat offerre, & non poterat ibi vouere sacrificium pro peccato. Si tamen vouerat, teneretur ad aliud sacrificium præter id, quod lex iubebat tunc eum offerre, nisi diceret. ego voueo offerre istud sacrificiũ pro peccato, quod lex iussit. Si autem aliquando non delinqueret non erat obligatus ad sacrificium pro peccato, & tunc poterat libere offerre sacrificium pro peccato, & vouere illud: nec enim stat, quòd nunquam posset voueri sacrificium pro peccato, quia aliquando erat sub necessitate, quia sic diceremus de holocausto, & hostia pacifica, quòd nunquam possent voueri, quia aliquãdo erant ex necessitate legis, tamen falsum est, quia hic, & Leuitic. cap. 22. dicuntur holocausta, & hostię pacificę aliquando spontaneę, & aliquando votiuæ, ꝙ autem aliquando sint sub necessitate holocausta, & hostię pacificæ patet de consecratione sacerdotum, in qua iubebat lex offerri tria genera sacrificiorum Exodi cap. 29. & Leuitici cap. 8. idem patet de muliere purificata post partum, quæ compellebatur offerre holocaustum, & hostiam pro peccato Leuitici capit. 12. idem est de leprosis, qui cum purificabantur tenebantur ad eadem genera sacrificiorum Leuitici cap. 14. & in similibus. non solum igitur hostia pro peccato erat sub necessitate, sed etiam interdum hostia holocausti, & pacifica. Sicut igitur holocaustum, & hostia pacifica interdum sunt votiua, & interdum spontanea, ita & hostia pro peccato, cum non est iussa a lege, poterit esse votiua, vel spontanea, & quantum ad hoc non excellunt holocaustum, & hostia pacifica ipsam hostiam pro peccato. Erat aliud membrum si quis voueret Domino animal ad immolandum non expresso genere sacrificii. & tunc dicendum, ꝙ debebat immolari in holocaustum, & dato, ꝙ ipse vouens postea vellet offerre illud animal in hostiam pacificã, vt acciperet partem illius, non poterat, nec ipse sacerdos, vt fuit declaratum Leui. c. 22. & sic manet in quo casu hostia pacifica, vel holocaustum possent esse votiua, vel spontanea, & ꝙ tunc offerrentur in eis libamenta. *Aut in solennitatibus vestris.* Idest quãdo obtuleritis in solennitatibus hostiã pacificã, vel holocaustũ.

Vota soluere, sponte offerre, & in solennitatibus distinguitur.
Quæst. XI.

ALIQVI dicunt hoc intelligi, quia Iudæi conueniebant in Sanctuarium per magnas solennitates, & offerebant ibi magnas oblationes pacificorũ, vel holocaustorum, & hoc potissime in tribus festiuitatibus anni, scilicet festo azymorum, pentecostes, & tabernaculorum, vt patet Exodi vigesimotertio, & trigesimoquarto cap.

Sed non dicitur hoc conuenienter, quia hic ponũtur ista tria tanquam distincta, s. vota soluentes, sponte offerentes, aut in solennitatibus, & tamen si dicatur eo modo quo intelligunt, non sunt tria distincta, quia quæcunque offerebantur in festiuitatibus de hostiis pacificis, aut holocaustis, erant votiua, vel spontanea, & sic non differebant sacrificia dierum festorum a sacrificiis dierum profestorum.

Dicendum est igitur aliter, quod sacrificia spontanea, vel votiua erant quæcunque offerebant vulgares, vel sacerdotes ex deuotione de propriis expensis, & ista, aut erant spontanea, aut ex voto. Præter hęc autẽ erant alia sacrificia holocaustorum, & victimarum pacificarum in festiuitatibus, quæ non offerebantur ab aliquo, sed de expensis Sanctuarii soluebantur, & ista erant determinata in certo numero secundum festum cuiuslibet festiuitatis, & quamquam aliquis in illa die vellet offerre alia sacrificia similia illis, vel plura, non tollebantur ea quæ erant regularia pro die illo de expensis Sanctuarii. de his omnibus infra 28. & 29. vbi ponũtur distincta sacrificia cuiuslibet festiuitatis, ista autem non possunt vocari spontanea, quia nemo illa sponte offerebat, nec votiua, quia nemo illa vouerat, sed erant ex necessitate festorum in determinatis diebus. & de hoc intelligitur hic.

An distinctio superior sufficiat. Et quod erant quinque festitates in anno in quibus offerebantur holocausta de necessitate.
Quæst. XII.

SED adhuc dicet aliquis non sufficere hoc, quia non solum offerebantur holocausta in diebus festiuis, sed etiam in diebus profestis, cum quotidie offerretur iuge sacrificium holocausti, & cum illo libamenta sua, vt patet infra 28. & illud sacrificium non est pacificum, nec spontaneum. ergo non magis in festiuitatibus, quam in diebus profestis erant libamenta cum oblationibus.

Respondendum est, quòd quamquam fierent holocaustum, vel hostia pacifica ex quacunque causa, non cesse erat offerri libamenta pariter, sed dicitur hic de festiuitatibus ad correspondendum duobus superioribus simul, s. holocausto, & hostię pacificæ. nullius autem erat dies in quo offerrentur ista duo, nisi in festiuitatibus, quia in omnibus aliis ex necessitate legis iuxta lum offerebatur holocaustum, quod vocatur iuge sacrificium, vt patet infra 28. in sabbatis autem duplicabatur holocaustum illud, sed non offerebatur alia species sacrificii. quinque autem erant festiuitates anni in quibus offerebantur ex necessitate legis holocausta, & hostię pacificę. de hoc infra 28. & 29. c. ideo de solennitatibus dictum est, & non de diebus profestis, quia non offerebatur in eis simul holocaustum, & hostia pacifica, sed solum holocaustum.

Sciendum tamen, quòd quandocunque offerebatur holocaustum per se, vel hostia pacifica per se, debebant apponi libamenta quæ infra habentur.

Adolentes odorem suauitatis domino de bobus, siue de ouibus. Idest quicunque obtulerit ouem, siue bouem in sacrificium offeret libamenta, quę sequuntur: offerre enim aliquid ad cremandum super altare dicitur hic adolere in odorem suauitatis, quia adolere est combrere, & quicunque offerebat holocaustum, vel hostiã pacificam, faciebat eam cremari in toto, vel in parte super altare, & illud erat adolere oues, vel boues, & dicebatur in odorem suauitatis, quia inde exhalabat odor

odor de carnibus cõbustis, qui vocabatur suauis Domino: non quidem, quòd odor ille esset vere suauis: immo erat grauis cum odor carnium combustarum sit nobis horribilis. vocatur tamen suauis propter deuotionem offerentium, nam Deus acceptabat sacrificium illud tanquam esset odor eius suauis.

Sed adhuc dato, quòd esset ille odor suauis, nõ esset suauis Domino, quia ipse odorem non percipit, cum non habeat potentiam odoratiuam, nec organum odorandi, sed scriptura loquitur ad modum humanum, scilicet quòd, sicut nos delectamur in bono odore, ita sacrificia ista, quia sunt acceptabilia, dicunt ei esse boni odoris, sed nihil horum habent.

De bobus, siue de ouibus. Non solum de his offerebat holocaustum, sed etiam de hircis Leui. c. 1. raro tamẽ hirci offerebantur, nisi pro peccato: in hostiam quoque pacificam hirci offerri poterant, sicut oues, & boues Leui. c. 3. raro tamen fiebat: magis tamen hoc reperitur, quam in holocausto. nam principes duodecim tribuum obtulerunt hircos in hostias pacificas cum bobus, & arietibus supra capitulo septimo, & sic est hic, ꝙ quamquam dicatur hic de solis bobus, & ouibus; tamen infra exprimitur de hircis sub eadem lege sub qua erant arietes, de his tamen magis dicitur, quia communius offerebantur in holocaustum, & victimas pacificas.

Offeret quicunque immolauerit victimam sacrificium simile. Ideist quicunque obtulerit animal, aliquod ad immolandum in hostiam pacificam, vel holocaustum offeret cum eo sacrificium similæ. i. similã: hic enim accipitur sacrificium non pro sacrificio carnium, sed pro farina, proprie autem dicitur sacrificium, quod ad carnes pertinet, quod vero in panibus, oleo, vino, & sale est vocatur oblatio, sed non sacrificium, ista differentia obseruatur multoties in Leuitico, sed non semper hic autem ponitur alia differentia. s. ꝙ victima dicatur esse oblatio carnium. sacrificium autem oblatio panũ & aliorum libamentorum.

Et dicit hic quicunque immolauerit. i. quicunque obtuleritad immolandum. nam immolare proprie erat ipsorum sacerdotum, cum ipsi soli facerent sacrificia: populares autem non immolabant, sed offerebant animalia, vt per sacerdotes immolarentur, & tũc offerre debebant similam, & alia libamenta. vnde sciẽdum, quòd si aliquis voueret offerre holocaustum, vel victimam pacificam, dato ꝙ nihil exprimeretur de libamentis tenebatur offerre illa, quia ista dependebant essentialiter per ordinationem legis, velut si aliquis voueat intrare aliquam religionem, dato quòd nõ expresserit se velle obligari ad vota essentialia eius, tenebitur, quia non potest religionem, sine illis votis habere, & dato, quòd aliquis voueret offerre holocaustum, & diceret se nolle offerre libamenta, obligabatur ad illa offerenda, quia coniuncta erant essentialiter.

Decimam partem ephi consperſæ oleo. Hic incipit ponere legislator regulam de libamentis, pro quolibet animali immolato, & ponũtur tres regulę. Prima est hic vsque ad illam partem.

Et per arietes. Secunda incipit ibidem, & cõtinuatur, vsque ad tertiam. Tertia infra.

Quando uero de bobus. Et distinguuntur hic oblationes libaminum non secundum diuersitatem sacrificiorum, sed secundum diuersitatem animalium, quæ immolabantur, & hoc secundum quantitatem, ꝙdam erant animalia maiora, vt boues, alia mediocria, vt arietes, & hirci, alia vero minima, vt agni anniculi, & hędi. & secundum hæc dabantur tres mensuræ distinctæ vini, similę, & olei, vt patet in litera.

Quæ mensuræ ponebantur diuersorum libamentorum. Et quid Ephi, & Hin. *Quæst. XIII.*

SCIENDVM autem quòd libamẽta erant quinque, s. vinum, simila, oleum, sal, thus. de quibus horum ponitur mensura: in duobus autem, s. sale, & thure non ponitur, quia modicum salis sufficiebat pro quolibet sacrificio, & modicũ thuris: ideo non curauit lex ponere mensuram, nec multum differebat: de vino autem, simila, & oleo erat maior quantitas offerenda, ideo mensura posita est. Cum autem dicitur hic offeret decimam partem ephi similæ. non est intelligendm de omnibus holocaustis & hostijs pacificis, sed solum quando offertur agnus anniculus, vel hędulus, quę erãt animalia minima inter immolaticia: per arietes autem, & hircos offerebantur duę decimę, in quolibet autem boum offerebantur tres decimę. & dicitur ista simila conspersa oleo, quia simila non significat hic panem formatũ ex pasta, sed farinam nondum commixtã. quod patet qa de hac simila accipiebat pugillus ad cremandũ super altare, reliquum autem cedebat sacerdotibus Leuit. c. 2. Si tamen esset panis coctus, non posset accipi pugillus ex illis, sicut accipitur ex farina, vel ex alijs rebus mollibus: & est ista simila farina delicata, quæ vocatur flos. nam cum est commixta furfuribus non vocatur simila.

Dicitur autẽ hic decimam partem ephi, quia ephi est quędam mensura inter Iudæos, & illa consurgebat ex 10. mensuris paruis quarum quęlibet vocatur decima ephi: sunt autem istæ mensurę paruæ, quę dicuntur gomor. sic enim habetur Exo. 16. c. gomor decima pars est ephi, & sic debebat hic offerri vnum ephi de simila cum quolibet agno anniculo, & hędulo. vocatur autem ista simila conspersa, quia non debebat offerri arida, sed superfundebatur oleũ ad commiscendum eam. sicut in mixtione farinæ, aqua infunditur, & sic commixta offerebatur, sed in hac farina certa mensura olei debebat infundi, vt patet infra. De mensura quæ dicitur ephi quantũ contineat, certificari non potest, quia non habemus aliquid cõe mensurę illi, & mensuris nostris, per quod cognoscatur quanta est continentia mensurę huius. Sic etiam de moneta dicendum est quòd de monetis, quę a valde multo tempore transierunt sciri non potest quantus fuit earum valor. de his declaratũ est Gẽ. 23. c. *Quod mensuram habebit quartam partem hin.* Idest istud oleum quo conspergitur simila offerenda non erit ad libitũ offerentis, sed tenebitur in fundere quartam partem hin. est autẽ hin quędam mensura pertinens ad res liquidas. s. vinum, oleum, & mel, sicut ephi pertinet ad res aridas, & quarta pars huius hin debebat de oleo fundi in simila. Sicut enim aliqui dicunt hin erat mensura magna rerum liquidarum, & diuidebatur in sex partes, quę erant sex mensuræ paruæ, & quælibet vocabat sextarius, idest sexta pars, fundebatur tamen hic quarta pars hin de oleo, idest sextarius & dimidius.

Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ. Istud est tertium libamen, & erat semper in eadem mensura in qua oleum, vnde quandocũque offerebat aliquis holocaustum, vel victimam pacificam per se offerebat similam, & per se vinum, sal, & thus: oleum autem non offerebatur per se, sed iam erat commixtum similæ antequam offerretur. Sic dicitur hic quòd offerret decimam similę: vinum autem offerebatur in vase suo sacerdoti: & erat ad liba fundẽda, idest ad fundendum super liba. s. ꝙ sacerdos funderet de illo vino super similam conspersam oleo, quia illa vocatur libum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliqui enim dicunt, quòd etiam fundebatur vinū super carnes sacrificiorum cum cremandę erant, sed hoc non apparet, immo magis oppositum, cum dicatur vinum ad fundenda liba. libum tamen, vel libamen non dicitur de ipsis carnibus oblatis, sed de similā, oleo, & vino, & cęteris, ideo tenendum est, quòd super solam similam fundebatur.

Libū distinguitur a libamine.

Sciendum etiam, quòd cum dicitur hic vinum esse ad liba fundenda distinguitur libum a libamine, vel libamento, quia libamen, vel libamentum dicitur de oleo, vino, & pane, & cęteris, libum tamen non dicitur de vino, cum potius dicatur vinum esse ad fundēda liba, ideo libum solum accipitur hic pro simila cōsperſa oleo. Dicitur hic, quòd erit mensurę eiusdem, quia tantum fundebatur de vino super similam quātum fuerat fusum de oleo ad commiscendum eam, vinum tamen fundebat ipse sacerdos, oleum vero offerens fuderat antequam offerret, & ista mensura erat quarta pars Hin.

Dabit in holocaustum, siue in victimam per agnos singulos. Idest quando fuerit immolandus agnus in holocaustum, vel in hostiam pacificam pro quolibet agno, dabitur quod dictum est, s. decima similę cōsperſę oleo, cum quarta parte Hin de oleo, & quarta parte Hin de vino. & dicitur in holocaustum, siue in victimam, quia solum sunt duo genera sacrificiorum, in quibus ista libamenta obseruantur, s. holocaustum, & hostia pacifica. distinguitur autem hic holocaustum a victima, quia solum accipitur victima pro hostia pacifica, holocaustum tamen etiam victima est, & sic accipiebatur supra. quòd quicunque obtulerit victimam offerret sacrificium de simila. sed ibi non potest stare pro sola hostia pacifica, sed necesse est accipi etiam pro holocausto, cum in his duobus assumantur liba. etiam accipitur victima pro hostia pro peccato, sed scriptura non obseruat semper differentias vocum.

Et per arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum. Ista est secunda regula de libamentis, & est quandocunque offertur aries, vel hircus quę sunt mediocria animalia, quę distinguuntur ab agnis anniculis, & hedulis secundum quantitatem solum, ideo ponebatur in eis magis de libamento. & quamquam dicatur hic de arietibus non est intelligendum de solis masculis, sed etiam si offeratur ouis, quæ iam annum compleuerit fient in ea ista libamenta, identidem si offeratur hircus in holocaustum, vel in hostiam, pacificam dabuntur ista libamenta quæ in ariete, & ideo infra ponitur de hirco cum epilogantur regulę libamentorū, s. sic facietis per singulos boues, & arietes, & agnos, & hędos, hic duplicatur quantitas libamenti ad prędentia, quia supra offerebatur vna decima similę, nūc autem offeruntur duę decimæ, siue duo Gomor, etiā offertur tertia pars Hin de oleo, & tantundem de vino, & in hoc non duplicatur libamentum ad prędentia.

Sciendum autem, quòd cū hic distinguantur agni ab arietibus, & hęduli ab hircis, vocabuntur agni qui sunt ab vno die vsque ad vnum annum cum nondū compleuerint, expleto autem anno vocantur arietes, ita de hędulo & hirco, quia vsque ad vnum annum vocatur hędulus, postea hircus, & ob hoc consueuit sacra Scriptura dicere agnos anniculos, tanquam proprium cōnotatum eorum, quia tunc solum agni sunt cum anniculi sunt, cum vero desinent esse anniculi, non agni, sed arietes sunt. *Quæ conspersa sit oleo tertiæ partis Hin.* Idest ista simila offerenda debet habere tertiā partem Hin, & sunt duo sextarii, quia Hin diuiditur in sex partes, siue mēsuras paruas, quarum quælibet vocatur sextarius, & sicut simila augetur hic ad eam quę erat in agno, ita augetur vinum, & oleum. nam oleū est ad commiscendum similam, quæ cum fuerit maioris quantitatis maiori indiget olei quantitate.

Et vinum ad libamentum tertiæ partis Hin eiusdem mensuræ. Istud est alterum libamen, & semper erat in eadē mensura in qua oleum, quia ita erat ad fundendum super similam, sicut oleum, & dicitur vinum ad libamentum, idest vinum pro libamento, scilicet ad fundendum super similam, quę est libum, vel libamentum, sicut dicebatur supra, & vinum ad fundēda liba, idest ad fundendum super liba.

Cum autem dicitur tertiæ partis Hin eiusdem mēsurę est replicatio sententiæ, quia idem est esse vinum tertię partis Hin, vel eiusdem mēsurę, cuius erat oleū, cum illud esset mensurę tertiæ partis Hin, sed ponitur ad magis declarandum, scilicet, quòd vinum esset tertiæ partis Hin. Et quia forte dubitaretur, an mensurarentur vinum, & oleum secundum eandem mensuram. Respondetur eiusdem mensurę, idest, quod tātum continebit tertia pars Hin de oleo.

Qualiter oleum, & vinum funderentur super similam.

Quæst. XIIII.

QVAERET autem aliquis de oleo, & vino quę erant ad fundendum super similā qualiter funderentur?

Respondendum est de oleo, quòd cum aliquis vellet offerre similam cum sacrificio suo commiscebat eā oleo in domo sua, non quidem formans eam in pastam superfuso oleo, quia tunc non posset auferri pugillus de illa ad cremādum super altare, sed solum fundebatur oleum in mensura determinata, quæ habetur hic, scilicet, quòd pro vna decima similæ funderetur quarta pars Hin de oleo, pro duabus decimis funderetur tertia pars Hin, & pro tribus decimis medietas Hin, illa autem farina sic aliqualiter cōmixta ferebatur in Sanctuarium ab offerente, & sacerdos accipiens eam in vase tollebat pugillum vnū ad cremandum super altare, residuum autem de simila erat sacerdotis ad cibos suos Leui. cap. 2.

Quomodo vinum fundebatur super liba.

Quæst. XV.

QVAERETVR etiam de vino quomodo funderetur super liba, idest super ipsam similam.

Et dicendum, quòd offerens non fundebat vinum super similam in domo sua antequam offerret, sed ferebat in Sanctuarium vinum determinatę mensuræ, vt habetur hic, in vase. Sacerdos autem sumens illud fundebat super similam.

An totum vinum funderetur. *Quæst. XVI.*

SED tunc est dubium, an totum vinum funderet super similam, sicut fuerat oleum fusum. Respondebit aliquis, quòd sic, quia litera non ponit hic vinum ad alium vsum, nisi ad fundendum super similam, ergo totum fundebatur.

Dicendum, videtur quòd non funderetur totum vinū, sed aliqua pars eius super pugillum similę, quæ cremanda erat in altari, reliqua autem similę, quę superfunderetur vino, sed maneret vinum relictum cedens in ius sacerdotis, & hoc colligi potest ex

ex tribus. Primo ex ipso vino, quod offerebatur. nam sacerdos habere debebat partem de omnibus his pro ministerio, quod faciebat in sacrificijs, & ob hoc non fuit eis data pars cum filijs Israel, sed ea, quæ proueniebant sibi de oblationibus Domini erant hęreditas sua, vt patet infra 18. & Deu. 18. c. de vino igitur aliquid habere debebat sacerdos. Si tamen funderetur totum super similam nihil proficeret ei, quia vinum ad potū est, & non ad cibum, ideo conuenientius dicitur, q̄ fūderetur pars eius super partem illam similę, quę cremanda erat in altari: reliquum vero eius cum residua simila cederet in ius sacerdotis offerentis, & tunc proficiebat ei vinum ad aliquid. de oleo autem e cōtrario est, quia illud non est ad potum, sed ad commixtionē ciborū, iō quenienter totum farina miscebat.

Secundo patet hoc ex ista simila. nam cum pugillus de ea ablatus fuisset ad cremandum super altare: reliquum eius cedebat in ius sacerdotis, & de illo ipse faciebat panes in cibos suos, & quia ista simila, quę offerebatur, non erat fermentata, sacerdos non poterat postea fermentare eam cum conficeret panes ex illa: eo quòd ipsa fuerat pars oblationis Domini, quę non erat fermentata. de hoc Leu. c. 6. si tamē ista simila tota superfunderetur vino, sicut erat superfusa oleo, non efficerentur inde panes apti ad cibum humanum, q̄m non essent conuenientes in sapore, nec ad sanitatem. ergo non fundebatur totum vinum super similam, sed particula eius super similam, quę in altari cremāda est. Tertio probatur hoc eo, q̄ oleum fundebatur ab offerente super similam in domo sua: vinum autē non fundebatur, sed ferebatur in Sanctuarium, vt sacerdos illud funderet: si tamen totum debuisset fundi super similam, non erat aliquid quare magis fundebatur ab offerente, quam a sacerdote. Dicendum igitur, q̄ non fundebatur totum vinum super similam, sicut oleum, sed pars eius super particulam, quę cremanda erat in altari.

An sacerdos in holocausto reciperet partem libamentorum.

Quæst. XVII.

QVAERET aliquis cum ista libamenta offerrentur in holocausto, & in hostia pacifica, an in holocausto reciperet sacerdos partē libamentorum in ius suum.

Ratio dubitandi est, quia de istis libamentis solum ponebatur pugillus vnus ad cremandum super altare, reliquum cedebat sacerdoti Leui. c. 2. & cum offerrētur multi panes cum hostia pacifica, non cremabantur omnes, sed aliqui de eis. Item de holocaustis ad sacerdotes nihil pertinere debebat, nec ad offerentes, sed solum ad Deum, ob hoc enim vocabantur holocausta, quia totaliter cremabantur. ergo de his videt, q̄ sacerdos non perciperet libamenta, cum sint libamenta quędam appendicia sacrificiorum, & accessoria sortiuntur eandem legem quam principale.

Respondendum est, quòd de libamentis, quę dabantur cum hostia pacifica non est dubium sacerdotem percipere illa, quia de carnibus hostię pacificæ sanum dextrum Leuitic. capitulo septimo, & decimo, de holocaustis autem videbatur esse magis dubitabile ex causa supra assignata.

Sed dicendum est, quòd etiam ibi percipiat sacerdos partem libamentorum, quia Leui. capitulo secundo, datur regula, quòd cum offeratur simila, vnus pugillus solum cremabitur super altare. reliquum autē erat sacerdotis, ideo non solum in hostia pacifica, sed etiam in holocausto debebat sacerdos accipere partem libamentorum.

Et cum obijcitur quod de holocausto nulli pars proueniebat, sed totum cremandum erat. Respondendum est verum esse de sacrificio, quod est holocaustum, cuius omnes carnes cremabantur in altari: libamenta autem eius non erant holocaustū, sed aliquid datum cum holocausto, ideo non cremabantur totaliter: vnde Leui. cap. 1. cum dicitur de toto holocausto cremando, solum de carnibus exprimitur: de libamentis autem cum agatur ibi in cap. 2. dicitur, q̄ omnia pertinebunt ad sacerdotem præter pugillum qui crematur in altari.

Cum autem obijcitur libamenta esse accessoria ad holocaustum, & debere sequi eandem legem quam holocaustum. Respondendum est non semper idē esse in accessorio, quod in principali: potissime cum contrarium lege caueatur. nam de carnibus holocausti dicitur quod totaliter crementur: de libamentis autem solum q̄ vna pars.

Offeret in odorem suauitatis Domino. Idest qui offert Deo arietem, vel hircum in holocaustum, vel hostiā pro peccato: offeret etiam ista libamenta quæ dicta sunt in odorē suauitatis Domino, scilicet, vt crementur hęc, & inde surgat odor suauis. nam cremabatur quędam particula libamentorum, vt supra dictū est, & de illa exhalat odor suauis Domino, idest gratus sibi ex deuotione offerentium.

Quando vero de bobus feceritis holocaustum. Ista est tertia regula libamentorum, & est in bobus, quæ sunt maxima animalia immolaticia, quæ immolari poterant tam in holocausto quam in hostia pacifica. de holocausto patet Leuit. cap. 1. de hostia pacifica Leuit. cap. 3. & ob hoc ponitur hic vtrūque genus sacrificij, & quia boues erant maiora animalia cæteris immolaticijs, dabantur maiora libamēta in eis, scilicet, quod acciperētur tres decimę similę, & medietas hin de vino, medietas quoque de oleo, non habita differentia an offerretur bos in hostiam pacificam, vel in holocaustum. *Aut hostiam vt impleas votū vel pacificas victimas.* Idest si obtuleris de bobus holocaustum, vel hostiā votiuā aut pacificas victimas: quodlibet enim horum de boue fieri poterat.

Votiuum non accipitur pro hostia pro peccato proprie.

Quæst. XVIII.

ET videtur quod hic distinguātur tria, scilicet, holocaustum, & hostia votiua, & victima pacifica, sed non potest intelligi sic, quia solum erant tria genera sacrificiorum, s. holocaustū, hostia pacifica, & pro peccato. ergo si distinguat hostia votiua ab holocausto, & hostia pacifica necesse est solum accipi pro hostia pro peccato, sed ipsa non vocatur votiua, quin potius holocaustum, & hostia pacifica vocantur magis votiuę. Item quia in hostia pro peccato non offeruntur libamēta, cū solum dictum fuerit hoc fieri in holocausto, & in victima pacificorum. ergo non pōt accipi hic votiuū pro hostia pro pctō, sed poterit accipi vt accipiebat supra, s. q̄ hostia votiua esset cōis ad holocaustū, & ad victimā pacificam cum dictum est. in holocaustum aut victimam pacificorum vota soluentes, vel sponte offerentes munera, idest q̄ diuidatur holocaustum spontaneum & votiuum, & hostia pacifica diuidatur etiā per votiuam & spontaneam, & tunc erit sensus hic q̄ offerre ex voto non differat ab oblatione holocausti, & oblatione victimę pacificę, sed dicitur hic holocaustum, quando solum est spontaneum, & victima pacifica eodem mō. Dī aūt ad soluēdum vota, q̄si quis tenetur ex voto ad holocaustū, vel ad hostiā pacificā. Alio mō pōt intelligi q̄ holocaustum accipiatur hic pro holocausto tā votiuo q̄ spontaneo, soluere autē

Universidad de Deusto
Biblioteca

vota, & offerre pacificas victimas pertinet ad hostiã F
pacificam, sed distinguitur hostia pacifica in votiuã,
& spontaneam, soluere autem accipitur hic pro ho-
stia pacifica, quãdo est ex voto, & hostia pacificorum
accipitur pro ipsa hostia pacifica, quando est spontã-
nea. Leui, enim capit. 7. distinguitur aliter de ipsa, s. q̃
hostiarum pacificarũ quędam est pro gratiarũ actio-
ne, & quędam ad petitionem, vel obsecrationem, &
ista secunda diuiditur in votiuam, & spontaneã. quo-
modocunque accipiatur nihil differt ad sententiam,
quia siue sit holocaustum spontaneum, siue votiuũ,
& hostia pacifica spontanea, vel votiua semper habe-
bit eadem libamenta *Dabis per singulos boues similæ tres decimas*. Idest quilibet offerens bouem dabat in liba-
mentum eius tres decimas similæ, nisi offerret bouẽ G
pro peccato, ibi non erat aliquod libamentum, & si-
quis offerret tres boues tenebatur offerre nouem de-
cimas de simila, & sic de multitudine boum, confor-
miter autem libamentum vini, & olei augebatur.

Conspersæ oleo quod habeat medium mensuræ Hin. Idest il-
la simila habebit de oleo medietatẽ Hin, s. sextarios
tres, quia Hin habebat sex mensuras paruas quarum
quelibet erat sextarius. In his autem libamentis debe
bat teneri semp mensura, ita quòd non daretur de si-
mila vltra id, quod erat determinatum a lege, nec ali-
quid minus, sed equale, & licet aliquis ex deuotione
vellet plus offerre quam tres decimas similæ cum bo H
ue, non permittebatur, quia erat contra cęremonias
legis, poterat tamen alias offerre de simila quantum-
cunque vellet, cum non offerret eam cum sacrificio.

Fit dria in arietibus, & hircis, quo ad magnũ, & parũ respectu libamentorũ.

Considerandum autem, quòd hic fit differentia in
arietibus, & hircis quãtum ad magnum, & paruum,
s. quòd in ariete anniculo, qui dicitur agnus, & in hę-
dulo offerebatur vna decima, in arjete autem magno
vltra annum offerebantur duæ decimæ, in bobus ta-
men, siue essent infra annum cum vocantur vituli, si-
ue supra annum nihil differebat in quantitate libamẽ
torum, quia in quolibet eorum offerebantur tres de-
cimæ. nam cum hic dicatur per singulos boues offe-
rendas tres decimas infra 28. & 29.c. dicitur per vitu-
los singulos esse offerẽdas tres decimas, & sic de aliis
libamentis in eadem proportione. *Et vinum ad liba fun denda eiusdem mensuræ*. Istud est tertium libamentum,
quod consistebat in mẽsura, & dabatur medietas Hin
de eo, sicut de oleo, erat autem ad fundenda liba, ideſt
ad fundendum super similam, non quidem, quòd to-
tum funderetur super similã, sed pars eius super par-
tem similę quę cremabatur, reliquum autem manẽ-
bat pro sacerdotibus, vt supra dictum est. *In oblationem suauissimi odoris domino*. Idest ista libamenta erunt ad of
ferendum Domino odorem suauem, quia cremaba-
tur pars istorum libamentorum in altari, & ex illa ex-
halabat odor suauis domino, vt supra declaratum est.

Sic facietis per singulos boues, & arietes, agnos, & hædos.
Ista est epilogatio regularum supra positarum de li-
bamentis, & dicitur. sic facietis per singulos boues,
&c. ideſt sic offeretis libamenta, vt dictum est.

Sciendum, quòd istud sic non importat aliquam K
vnam similitudinem omnium istorum, quia tunc est
sensus, quòd sic, vt dictũ est immediate, s. offerre tres
decimas similę cum quolibet boue, fieret etiam per
arietes, & agnos, & hędos, sed falsum est, quia non est
eadem similitudo, vt patet supra. ideo dicendum est,
quòd istud sic nõ importat vnam similitudinem, sed
tres referendo singula istorum ad singulas regulas su
periores, quę tres sunt, & debet sic legi diuisim.

Sic facietis per singulos boues. Ideſt sic, vt dictum est im
mediate, s. offerẽdo per singulos eorum tres decimas
similæ, & medium hin de oleo, & tantũdem de vino,
& sic facietis per singulos arietes, s. sic, vt dictum est in
regula superiori secunda offerendo cum quolibet a-
riete duas decimas similæ, & tertiam partem hin de
oleo, tantundem autem de vino, sic etiam facietis per
singulos agnos, & hędos, ideſt sic, vt dictum fuit i pri-
ma regula offerendo cum quolibet agno, & hędulo
vnam decimam similę, & quartã partem hin de oleo,
& de vino in eadem mensura. Accipiũtur autem hic
agni & hędi pro paruis infra annum, vt distinguatur
ab arietibus & hircis, quamquam hędus bene signifi
cat hircum magnum, cum non sit nomen diminu-
tiuum, sed hic pro paruis accipitur, quia sortiuntur ean-
dem legem cum agnis anniculis.

Quomodo in hircis obseruarentur libamenta cum de eis non fe regula. Quæst. XIX.

ALIQVIS autem quæret, quomodo in hircis
obseruarentur libamenta, cum non fuerit posi
ta regula de eis? Respondendum est, quòd obseruaba
tur eadem regula quæ in arietibus si essent hirci ma-
gni, & obseruabatur eadem regula, quæ in agnis annı-
culis si essent hędusi infra annum. Hebrçi autem vbi
nos habemus hic hędos habent arietes generatiuos,
s. magnos qui excedant tres annos, & quando isti offe
rebantur, seruabatur eadem regula quæ in alijs arieti-
bus, & patet quia eadem dictio habetur hic apud He-
breos, vbi nos dicimus hędos, & Gene. 30. & 31. c. pro
arietibus ascendentibus super oues. vnde Hebræi po-
nunt tres gradus in arietibus quantum ad ętates, san-
te annum completum, & vocantur agni, & post an-
num completum, & vocantur arietes, & post tres an-
nos & vltra, & isti aliter vocantur in hebræo quam le
cundi, quos nos arietes dicimus: vocãt enim eos attu
din, & pro istis sępe Hierony. transtulit hędos, siue hir
cos, si autem de his arietib⁹ magnis intelligeretur, ea-
dem regula esset quę de arietibus vltra annũ, sed ma-
gis dicendum est, q̃ accipiatur pro hircis, cum ista di-
stinctio arietum nõ fuerit supra data, nec aliqua regu-
la assignetur pro illa, quamquam si volumus satis pot
set stare, quòd acciperetur ibi dictio illa Hebraica pro
arietibus, vltra tres annos, & ratio huius est, quia sicut
distinguũtur hic arietes ab agnis, ita crederet aliquis I
distinguẽ arietes illos magnos ab arietibus mediocri-
bus, & quòd exprimantur ne credatur esse alia regula
in eis, Sed rationabilior est sensus literę nostrę, ideo
quamquam aliquando Hierony. pro ista dictione He
braica transtulerit arietes, aliquando tamen transtulit
hircos, secundum quòd vidit literę cõuenire in diuer
sis locis. nam litera Hebraica non semper seruat idem
significatum earundem dictionum. sed adhuc dato,
quòd acciperentur hic pro arietibus, tamen de hircis
intelligendum erat, quòd fieret eodem modo, quo
de arietibus & agnis anniculis. *Tam indigenæ quam peregrini eodem ritu offerent sacrificium*. Tollitur hic dubium,
quia cum data esset regula de libamentis sacrificio-
rum, crederet aliquis solum extendi ad Iudęos, qui na
ti fuerant de genere Iudęorum, & non ad conuersos
in iudaismum, ideo dicitur quòd eadem lex erit isto-
rum.

Indigenæ qui vocabantur similiter aduenæ. Quæst. XX.

VOCANTVR enim indigenæ, ideſt natura-
les de aliqua terra, vel de aliqua religione,
aut secta, vel modo viuendi: vnde dicitur
indigenę quasi inde geniti, sicut indigenę
Romani sunt qui in vrbe Roma geniti sunt, qui vero
aliunde ad habitandũ illuc venerunt aduenę vocant̃,
vel peregrini: hic aũt nõ accipiunt aduenę, & indige-
næ

næ respectu alicuius terræ, sed respectu fidei, & obser- A
uantiæ, vnde illi qui nati sunt a parentibus Iudæis, &
in ritu Iudaico, vocantur indigenæ, qui vero venerũt
de Gentilitate ad Iudaismum, vocantur aduenæ, vel
peregrini.

Et accipiuntur hic aduenæ non pro illis, qui venie-
bant ad terram Iudæorum ad habitandum solum, &
peregrini non solum pro illis qui peregrinabantur in
terra Chanaan, sed pro illis qui de alio cultu veniebãt
ad ritum Iudaicum, nam qui primo modo erant pere-
grini, & aduenæ non poterant offerre sacrificiũ dño,
& dato, q̃ ipsi vellent dare animalia in sacrificium nõ
permitterent Iudæi, vt patet Leu. 22. c. cum dicitur, de
manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & B
quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & macu-
lata sunt omnia, non suscipietis ea. poterat tamen of-
ferre pecuniam, de qua emerentur sacrificia, vt ibi de-
claratum est, sed isti aduenæ, & peregrini de quibus
hic offerebant sacrificia: ergo non erant aduenæ quã-
tum ad terram solum, sed magis quantum ad fidem,
cum alias fuissent in Gentilitate. Sciendum ẽt, q̃ quã-
quam hic ponantur aduenæ & peregrini, pro eodem
assumuntur: nam conuersi a Gentilitate aduenæ sunt
inquantum ad Iudaismum venerunt, quia aduena di-
citur, quasi ad aliud veniens: peregrini autem dicũtur
inquantum manerẽt extra naturalia sua. s. extra terrã
suam, & extra cultum Deorum suorum sub quoru in
famulatu nati sunt, ideo aduena dicitur pp venire, & C
peregrinus propter manere, & propter hoc aliqñ con
iunguntur ista duo, ita vt dicatur, & aduenæ qui pere-
grinantur apud vos. i. venerunt aliunde nunc peregri-
nantur. i. manent inter vos extra terrã suam, vt patet ĩ.

Dicitur autem, q̃ tam indigenæ, q̃ peregrini eodẽ
ritu offerent sacrificium. i. non erit dria in libamentis
quæ vos apponitis, & quæ ipsi apponere debent. ritus
cęremoniam significat, est autem cæremonia in offe-
rendo cum talibus, vel talibus libamentis, & in tanta
quantitate, & iste ritus erat idẽ indigenis, & aduenis.
Vnum præceptum erit, atque iudicium, tam vobis, quã aduenis
terræ. Ista est replicatio eiusdẽ sniæ. s. q̃ eẽt idẽ pceptũ
& idẽ iudicium Iudęi ex gñe, & cõuersis ad Iudaismũ.

Iudicium & præceptum pro eodem accipiuntur. Qõ. XXI.

ACCIPITVR hic pręceptum, & iudicium
pro eodem, scilicet pro pręcepto de immo-
lando, sed potest habere ista duo nomina
propter duas proprietates legis: lex enim
habet virtutem coactiuam, quia per eam possunt cõ-
pelli subiecti ad obseruationem eorum, quę in ipsa
iubentur. Secundo habet virtutem doctrinatiuam in-
quantum per eam illuminantur homines ad sciendũ
quid agere oporteat, vel quid cauere, & quantum ad
hoc habet duo nomina. quantum ad primum vocat
pręceptum, quia potest cogere subditos, quantum ad
secundum potest vocari iudicium, inquantum indi-
cat nobis quid facere debeamus.

Non potest autem accipi hic iudicium pro pręce-
pto iudiciali, quia istud cęremoniale erat pure cum E
agatur de modo oblationis, nisi forte aliquis dicat, q̃
hic accipitur generaliter ista clausula, scilicet quòd
omnia pręcepta essent communia tam Iudęis, quam
aduenis, & quia omnia intelligi poterant per ista duo,
expressum est solum de his duobus, scilicet quòd esset
eadem lex cęremonialis omnibus Iudæis, & eadem
iudicialis: cęremonialia autem intelliguntur per pręce-
pta: iudicialia vero per iudicia. Aliud erat genus pręceptorum, quę vocantur moralia, sed de his non erat
dubium quin obligarentur omnes ad illa, etiam qui
nõ erat Iudęi, nec cõuersi ad Iudaismũ. Primus ĩ sen-

sus melior est, quia hic solũ intelligitur de pręcepto
circa oblationem, & dicitur, quod idem erit præce-
ptum vobis & aduenis terrę, quia Deus loquebatur
nunc ad Iudæos ex genere, qui vocantur indigenę:
aduenæ terræ dicuntur, qui veniebant ad terram Iu-
dæorum vt habitarent ibi, & manerent in cultu Iu-
daico.

Locutus est Dominus ad Moysen dicẽs. Primitię Deo de-
Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Cum beantur.
veneritis in terram, quam dabo vobis: &
comederitis de panibus regionis illius, se-
parabitis primitias Domino de cibis ve-
stris. Sicut de areis primitias separabitis;
ita & de pulmentis dabitis primitiua Do-
mino.

Locutus est Dominus. Hic ponitur secundum de da-
tione primitiarum, & non agitur hic de omnibus pri-
mitijs, sed solum de primitijs ciborum, vt patet infra.
Loquere filijs Israel. Hoc commune erat, vt quãdo da-
retur lex aliqua Moyses audiret eam, & postea refer-
ret Israelitis. de ista locutione an fuerit facta simul cũ
superiori vel in alio tempore, non potest cõstare, nec
tamen multum differt. nam cum hic sit similitudo
materiæ, colligata sunt ista præcepta. *Cum veneritis in terram quam dabo vobis*.

Tempus obligationis cæremoniarum. Quæst. XXII.

PONITVR hic tempus obseruationis & obli-
gationis legis huius, scilicet, quod nunquam
obligaret vsquequo Israelitæ irent in terram
Chanaan. Causa huius est, quia hic agitur
de ciborum primitijs, quæ dabantur sacerdotibus &
Leuitis ad subleuandam eorum necessitatem. nam
pauperes erant, cum non accepissent aliquam par-
tem possessionis inter filios Israel, nisi oblationes vt
patet infra 18. & ob hoc Deus admonebat, vt quan-
do Israelitæ facerent epulas solennes & sacrificia, Le-
uitas inuitarent, & nunquam dimitterent eos Deut.
cap. 12. cum dicitur. caue ne derelinquas Leuitã in
omni tempore quo versaris in terra. & agitur ibi de
conuiuijs, & sacrificijs: in deserto autem non erat
aliqua necessitas, quia manna erat eis ad sufficiẽtiam:
ideo non erat necesse vt obseruaretur cęremonia ista
de primitijs ciborum. Item in deserto non erant ali-
qui cibi, quos possent offerre Israelitæ sacerdotibus,
& Leuitis, quia solo manna vescebantur, quod æqua-
liter abundabat apud Israelitas & Leuitas, ideo etiam
si vellent obseruare, non haberent aliquid in quo ob-
seruarent.

Cum vero essent in terra Chanaã cessaturum erat
manna, & Israelitæ comesturi de cibis terræ. sic pa-
tet Iosue capitulo quinto, cum introierunt Israelitę E
in terram Chanaan trãsito Iordane decima die men-
sis primi anni quadragesimi primi, Iosue capitulo
quarto, & decimoquinto, die mensis eiusdem incœ-
perunt comedere de frugibus terræ, & amplius non
fuit visum manna Iosue capitulo quinto, ideo in hac
terra poterant complere Iudæi hoc pręceptum, quia
ibi Leuitæ poterant egere cibis, & Israelitę poterant
eis prębere.

Et comederitis de panibus illius regionis. i. de panibus
quos habueritis ex frugib⁹ terrę illius, nã tpe bellorũ
si Iudęi haberẽt cibos ex alijs gẽtibus non potẽtes ha
bere in terra Chanaan, q̃q̃ ibi essent, nõ obligarentur

ad istas primitias ciborum, quia non comedebant de frugibus terrę illius.

Quo tempore incœpit obligare præceptum de primitijs pulmentorum dandis. *Quæst.* XXIII.

QVAERET autem aliquis de tempore quo cępit obligare istud pręceptum. Et respondēdum est, ꝙ nunquam obligauit vsque ad tēpus quo Israelitę superatis Chananęis, & accepta terra in possessionem, atque diuisa incęperunt habitare per loca distincta: non enim potuit a principio obligare præceptum istud cum ingressi sunt Israelitæ in terram Chanaan. Primo quia præcepta cęremonialia non obligauerūt immediate ab ingressu terrę Chanaan, sed a tēpore datæ pacis, vt patet Deut. c.4. & supra declaratum est, sed nō fuit pax Iudęis immediate, vt introierunt in terram Chanaan, quia quotidianis vacabant bellis, quousque superatis Chananęis, & deletis incęperunt possidere terram, sorte diuidentes, tunc igitur primo incęperunt obligare cęremonię.

Item pręcepta quibus iubetur, quòd aliquid daretur Leuitis tenebant locum ab eo tempore, quo Leuitæ incipiebant esse in ordine, & ministratione Leuitica, sed hoc non fuit toto tempore bellorum, quia tunc non vacabant sacerdotes, & Leuitę cęremoniis sacrificiorum, & aliis ritibus Sāctuarii. ergo nihil erat per quod differrent a popularibus. nam & bellis vacabant, sicut populares, & prędam capiebant, atque de raptis viuebant, vt cęteri, sicut declaratum est Iosue c.11. ideo nihil erat, propter quod Leuitæ reciperent aliqua iura tunc ab Israelitis. Item totum fundamentum, propter quod Israelitæ dabant aliqua iura Leuitis, & sacerdotibus erat, quia acceperant Israelitæ totā terram Chanaan in possessionem, Leuitæ autem nihil possidebant, ideo debebant sustētari de aliquibus iuribus quæ reciperent ab aliis Israelitis, ista causa ponitur infra 18.c. & Deut. 18.c. s. quòd Leuitę nihil possideant inter fratres suos sola decimarum oblatione contenti, sed vsque ad tempus quo cessatum est a bellis, & diuisa est terra, atque singulę tribus incęperunt habere diuersas possessiones, & colere agros, non habebant Israelitę id, propter quod imponebantur eis iura soluenda Leuitis. ergo non debebant tūc illa soluere, tempore autem quo erant in bellis nihil magis possidebant Israelitę reliqui quam Leuitę, & durauit hoc plus quam per 7. annos, vt declaratum est Iosue c.5. ideo tunc non erant obligati ad hanc cęremoniā, tempus autem quo primo obligati fuerunt erat quando data pace ab hostibus, & terra diuisa inter 12. tribus incęperunt vacare agriculturæ, & sacerdotes atque Leuitę incęperunt ministrare in Sanctuario: tunc enim ipsi eguerunt nō potentes vacare agriculturæ, nec habentes aliquid in quo vacarent, quia non acceperant agros, & vineas ad colendum, sed solum vrbes ad habitandum, & suburbana ad alenda pecora, vt patet infra 35. & Israelitæ potuerunt iam eis dare iura aliqua, quia habebant possessiones de quarum fructibus prouiderent sibi, & Leuitis.

Separabitis primitias domino de cibis vestris. Idest dabitis Deo primitias de omnibus quę comederitis. accipitur hic cibus pro pulmentis confectis, vel pro panibus, vtpote quòd quando aliquis coqueret panes mitteret aliquem de eis ad sacerdotes, vel Leuitas, & quando haberet aliquos cibos confectos mitteret partem eorum Leuitis.

F *Primitiæ quæ dicantur & vnde. Et in ijs, & decimis præstandis deterioribus qui teneantur ad restitutionem, & peccent mortaliter.* *Quæst.* XXIIII.

ET sciendum, ꝙ accipiuntur hic primitiæ large. nam primitię dicūtur esse de fructibus agrorum, & vinearum quæ quolibet anno terrę soluebantur, vt infra dicetur. hic autem non accipitur pro his, sed pro cibis iam confectis, vt panibus coctis, vel similibus dispositis ad cibū, quæ vocantur pulmēta, vt infra patet. & litera ista declarat, quòd non proprie sint primitiæ quæ soluūtur de cibis, cum dicat, sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis, quasi dicat, quòd propriè primitię dicuntur, G quæ de areis sunt, tamen ad similitudinem illarū soluuntur primitiæ de cibis.

In quo sciendum est, quòd primitiæ dicūtur de primus prima primum, & sicut primus dupliciter accipitur, ita & primitiæ dupliciter dicuntur: primus enim significat secundum se antecessionem, sed ista est duplex, quædam est antecessio temporis, & quędam antecessio dignitatis, ita primitię dicuntur quantum ad ista duo. Primo modo dicuntur primitiæ ea quæ accipiuntur de re antequam quicquam aliud assumatur. & isto modo cōsuetum est vocare primitias fructus quosdam, qui dantur Deo antequam homines quicquam comedant de fructibus agrorum. & sic dicitur H Leui.c.23. quòd nemo comederet panem polentam aut pultes ex segete, quousque offerrentur manipuli primitiarum, & ad istam significationem etiam nos hodie vocamus primitias, quamquam non obseruetur ista stricte proprietas huius nominis apud nos, sicut apud Hebræos, quia ipsi nihil comedebant de fructibus ante primitias, nobis vero comedere licitū est. in eadem quoque significatione accipitur hic cum dicitur separandas esse primitias de cibis, quia primo separabantur istę particulæ pro Leuitis quam comederetur quicquam de cibis. Secundo modo accipiebatur primitię descendentes de primus, vt significat antecessionem dignitatis, & hoc modo omne illud, quod est perfectius altero dicitur esse prius illo, quamquam non pręcedat tempore, & sic cū in aliquo toto aliqua I pars est melior alijs, illa dicitur esse prior, & dando illam dicimur dare primitias, in hac autem significatione non solum de fructibus, sed etiam de auro, & de argento dantur primitiæ, cum quis partem meliorem separat ad dandum alicui, & sic Deus dixit in fabricatione tabernaculi, quòd Israelitæ offerrent sibi primitias de auro, & argento, & purpura, & bysso Exod. 25. & 35.c. & accipiuntur ibi primitiæ pro partibus melioribus, quę sunt separatę ab alijs, & patet hoc, quia in Hebręo dicitur ibi, ꝙ offerrent Israelitæ separationes de auro, & argento, vbi nos dicimus, ꝙ offerrent primitias, separatio autem electionem dicit, quando vna pars ab alia segregatur, tanquam melior. In hac significatione etiam potest accipi hic, s. quòd separarent Israelitæ primitias de cibis suis domino, idest, partes K meliores, & magis electas, nam ea quæ dabantur Domino semper debebāt esse meliora, quam ea quę homo reseruat sibi, alioquin quando ex obligatione homo aliquid dat Deo, vt in decimis, vel in primitiis, si peiora separauit ad dandum, peccat mortaliter, & fortassis non satisfaciet, sicut dicitur Leuitis infra decimo octauo capitu. quòd cum darent decimam sacerdoti magno de decimis suis, quòd darent de melioribus partibus fructuum. Si vero darent peiora peccarent cum dicitur. omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini, separabitis optima, & electa erunt, & postea sequitur, & non peccabitis super hoc egregia vobis, & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationem filiorum Israel, & moriamini, quasi dicat si reseruauerint sibi pinguia, & egregia morientur, ita autem hic debebant Israelitæ de melioribus dare, nec tamē est hic eadem obligatio, quia decimæ erant determinatæ, & erant iam debitæ, ideo si aliquis præuaricaretur reseruans sibi meliora, & dās de peioribus peccabat, quia iste non dabat decimam partem fructuum: cum enim debeat quilibet dare decimam partem valoris fructuum, si dederit decimam partem secundum quantitatem, & tamen illa sit de peioribus, forte non erit 20. pars precij rei, & sic defraudabitur decima, velut si aliquis non solueret decimam, sed 20. vel 30. vt si aliquis debens soluere decimam de animalibus, de peioribus soluit: de hoc.n. certissimum est, quòd mortaliter peccauerit, & non soluerit decimam, & quòd teneatur ad restitutionē valoris rei, scilicet quanto minoris valoris erat, quod dedit, quam decima rerum. De primitijs autem ciborum non est sic, quia istę magis dabantur in eleemosynam, quam ex debito: ideo siue de melioribus, siue non de melioribus soluerent non peccarent, qui tamen de melioribus merebantur, qui vero de peioribus nihil.

Primitiæ ciborum non dabantur domino in sacrificium. *Quæst.* XXV.

SCIENDVM autem cum hic dicitur primitias ciborum esse dandas domino, quòd non dabantur Deo, ita vt offerrentur sacerdotibus ad cremandum aliquid de eis super altare, quoniam nihil poterat offerri domino in sacrificium, nisi animal viuens, vel simila conspersa oleo cum aliis generibus panis, de quibus Leuitic. cap. secundo, & septimo, in cibis tamen non erat aliquod animal viuens, nec simila conspersa oleo, cum cibi communes essent de panibus fermentatis: ergo non poterat quicquam offerri de cibis in sacrificium. Patet hoc magis, quia si offerrentur domino super altare primitiæ ciborum, aut offerrentur, tanquam sacrificia, vel tanquam libamenta sacrificiorū. Si tanquam sacrificia, aut erant holocausta, aut victimę pacificę, aut pro peccato, in quolibet autem horū erat offerendum animal viuens, quod a sacerdotibus immolabatur, sed cibi non erant animalia viuētia, sed aut panes, aut carnes mortuorum animalium, nec etiam dici poterat libamentum sacrificiorum esse de primitiis ciborum, quia libamenta sunt simila conspersa oleo, cum vino, thure, & sale, vt patet hic, & Leuitic. c.2. sed simila conspersa oleo, nondum formata in panem non erat materia cibi. ergo non poterat offerri aliquid de cibis in sacrificio.

Sed aliquis dicet, ꝙ isti cibi erant panes cocti in clibano, aut sartagine, vel craticula. de quibus Leuitic. cap. secundo, & de his poterant offerri domino, vt ibi patet: erant etiam materia ciborum cum essent iam formati in panes.

Respondendum etiam est de his nō intelligi, quoniam omnes panes qui offerebantur domino erāt sine fermento Leui. c.2. & 6. cibi tamē communes fermentati erant, quoniam nullus vtebatur inter Iudęos panibus azymis, nisi ex necessitate. s. in tempore iusso a lege 7. diebus in festo azymorum, de quo Exo. c.12. & quamquam aliis diebus liceret Iudæis vesci panibus azymis, tamen non vescebantur, quia erant panes mali saporis, & durę digestionis, atque contrarii ad sanitatem, vnde afflictio erat Iudęis comedere de illis, vt patet Deute. c. 16. s. septem diebus comedes afflictionis panē, quia in pauore egressus es de Aegypto, & vocat panis afflictionis ipse panis azymus, qa affligebat comedentes: nō igitur vescebant eo cōiter, ita vt pri-

A mitias eius possent offerre Domino in sacrificium, sed dicebantur offerri primitię ciborum Domino idest dari sacerdotibus, & Leuitis, quia quęcunque illis dabantur, pro Domino dabantur, & sustentabātur ipsi de redditibus Domini, cum agerent ministrationem eius infra 18. & Deut. 18. cap. Nec minus dicuntur offerri Domino illa, quæ dabanī sacerdotibus, & Leuitis, & nihil proueniebat Domino, sicut hic in primitijs ciborum, & in decimis, & redemptione primogenitorum, atque quibusdam alijs de quibus infra 18. quam ea quæ offerebantur Domino, & totaliter cedebant in ius eius, sicut holocausta quę totaliter cremabantur. nam vtrunque ex Dei pręcepto offerebantur: hic autem in obediendo B consistebat meritum, & non in ipsa operatione legali, quę non poterat iustificare, ideo ita dicuntur offerri Domino ea, quę non cremabantur super altare, sicut ea quę cremabantur. sic patet de melle & fermēto, de quibus Deus vetuerat quicquam super altare cremari, & tamē iussit quod de illis offerrentur primitię Leuit. cap. 2. cum dicitur. nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini: primitias tamen & munera offeretis, super altare vero non ponetur in odorem suauitatis. ita autem de his primitijs ciborum erat, quoniam offerebantur Domino, & tamen non cremabantur super altare, sed dabantur sacerdotibus & Leuitis.

C *An tenerentur semper Iudæi dare primitias de pulmentis, & de quibus & quo tempore, & an peccarent non dando. Et de quibus cibis dandæ essent.* *Quest.* XXVI.

QVAERET aliquis circa istas primitias ciborum an tenerentur Iudæi semper dare illas ita vt peccarent quando non darent? Alicui autem videbitur esse grauissimum quod peccarent quandocunque sic darent, quia tunc quotidie possent peccare, cum videantur quotidie obligati ad dandum illas, quod patet, quia primitias ciborum dare debebant, sed quotidie ipsi habebant cibos. ergo quotidie daturi erant primitias illorum, & si non darent, peccarent.

In quo considerandum est, qui cibi erāt de quibus Iudæi daturi erant primitias: videtur enim quod de D omnibus, quoniam dicitur hic, quod dabunt de pulmentis primitias: pulmētum tamen signat omnem cibum. sic patet Ioan. 21. cap. cum dixit Christus pueri nunquid pulmentarium habetis? & tamen ibi accipitur pro quocunque comestibili. quod patet ex intentione Christi qui volebat cum eis comedere, & cum descendissent discipuli de naui dicentes, se non habere pulmentarium: inuenerunt piscem super prunas & panē, & hoc vocauerat Christus pulmentariū. Iterū aūt similiter quęsiuit Luc.24.c. s. habetis hic aliquid qđ māducetur. in quo tn̄ inquirebat sicut cū dixit. pueri habetis pulmentarium. signabit igitur pulmētum oēs cibos, siue carnium, siue panum, siue piscium: & de his omnibus tenebūtur dare primitias, E sed quotidie Iudęi aliquid horum assumebant, ergo tenebantur quotidie ad primitias dandas de cibis, sed hoc difficillimum est, & occasio ad quotidiana peccata, ergo non iuberet Deus de omnibus cibis quotidie dari primitias.

Pulmentū quid significat.

Aliqui dicunt quod accipitur hic pulmentum solum pro panibus, & ꝙ de his solum essent dandæ primitię, nec dabantur quotidie, sed cum panes erāt nouiter cocti mittebatur aliquis de eis sacerdotibus vel Leuitis, & hoc non erat difficile: est aūt istud rōnabilius dictum, qm̄ Iudæi solū soluerent primitias semel in hebdomada, aut bis, cum panes coquerent, & de multis panibus darēt vnū: nec grauarētur in hoc: si tn̄ quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

quotidie tenerentur dare primitias ciborũ de quolibet cibo, esset arctissima regula,& occasio ad peccatũ atque grauarentur Iudęi dantes partem aliquam cuiuslibet cibi. Item hoc erat supra modum abundare sacerdotibus & Leuitis, nam cum omnes de ciuitate quotidie mitterent partes aliquas ciborum Leuitis, etiam si minimũ quilibet daret, necesse erat eos abundare in immensum, quod patet cuicunq; consideranti, nec erat hoc conueniens, quia tanta abundantia eis non erat necessaria: Israelitis vero quotidie soluentibus esset durissimum, ideo non est intelligendum de omnibus cibis, sed solum de panibus,& de his nõ soluebatur quotidie, sed diebus quibus coquebantur panes, s. semel in hebdomada, vel bis. Item patet hoc ex litera, quia dicitur, cum veneritis in terram quam dabo vobis,& comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias. ad panes ergo solum referendum est, alioquin nõ diceretur,& comederitis de panibus.

Et cum obijcitur, q̃ hic dicatur esse dandas primitias de pulmentis, pulmentum tamen vt nos accipere consueuimus, ad cibos confectos pertinet,& non ad panem. ergo de cibis confectis, vt de carnibus,& piscibus dandum erat. Rñdendum est, q̃ quamquam nos accipiamus pulmentum solum pro cibis confectis, tñ non accipitur in scriptura solum pro his, sed etiam p̃ pane,& omnibus quę comedi possunt, vt hic declaratum est, ẽt quia hic agitur mentio de panibus: & dicit postea dandas esse primitias de pulmentis. ergo p̃ panibus etiam intelligetur. Nec solum hoc immo pulmentum ſm propriam significationem solum panẽ signat, quia pulmẽtum a pultibus dr. pultes autem sola farina sunt cum aqua,& inde polenta dicitur, quod ad sola grana defricata pertinet,& sic accipitur hic, q̃quam alibi etiam pro carnibus,& piscib⁹ assumatur. de solis, ergo panibus intelliguntur istę primitiæ.

Ad principale quæsitum prædictæ quæstionis.
Quæst. XXVII.

HOc autem dato adhuc stat dubitatio, s. an tenerẽtur Iudęi semper ad istas primitias. ita q̃ si aliqñ coquerent panes,& non darent inde aliquid in primitias, peccarent. Rñdendum est, q̃ si istę primitiæ essent impositæ sub eadem necessitate, sub qua decimæ,& alię primitię q̃ soluebantur ter in anno, mortaliter peccarent qui nõ soluerent,& tenerentur ad restitutionem, quoniam auferebãt ei, cui debitum erat. vt si aliquis retinuisset quicquã de decimis, vel de primitijs quę dandę erant in fine omnium fructuum, cogebatur eas postea dare quia cum esset aliquid debitum, nunquam remitteba tur peccatum, donec soluerẽt illud debitum,& p̃ter hoc ipse qui illicite sibi retinuerat incurrebat pœnã, quia tenębatur facere quasdam oblationes pro pecca to de quibus Leui.c.5.& 22. Si autem Iudęi retinerẽt decimas, nequaquam volentes soluere, maledicebat illos Deus, mittens super eos egestatem,& famem de quo Malach.ca.3.cum dicitur, in decimis,& in primitijs,& in penuria vos maledicti estis,& me configitis gens tota. Sed de his primitijs non est dicendum, q̃ essent in tanta necessitate, quia decimę,& primitiæ quę dabãtur semel ꝑ anno, quia determinatę erant,& solum semel fiebant, rationabile erat eas obligare sub mortali peccato, sed istę fiebant qualibet hebdomada,& forte multoties in hebdomada, si sępe Iudęi coquerent panes. ergo non dębant esse sub tanta obligatione posite. Vnde dicendum est non posse sub certitudine determinari, an quãdocunq; Iudęi omitterẽt soluere primitias ciborum peccarent, satis autem rõnabile est dici, q̃ non peccarẽt in qualibet omissione, sed siquis multoties soluere omitteret, aut nunquam solueret, peccabat.

Quomodo soluebantur istæ primitiæ pulmentorum dando eas sacerdotibus, vel Leuitis. *Quæst. XXVIII.*

NVNC quæret aliquis, quomodo poterant solui istę primitiæ ciborum Domino, dando eas sacerdotibus, vel Leuitis? nam videretur, q̃ ad hoc tenerentur venire in locũ Sanctuarii ad sacerdotes,& Leuitas, sed hoc penitus irrationabile est, q̃ in qualibet hebdomada tenerentur ire illuc omnes ad soluẽdum istas primitias, cum solum obligarentur ascendere in locum illum ter in anno Exo.23.& 34.c. potissime, quia labores,& sumptus essent maiores quàm fructus primitiarum.

Respondendum est, quòd Israelitæ non ascendebant in locum Sanctuarii ad dandum istas primitias, sed inter eos erant dispersi Leuitę,& sacerdotes. nam dabantur eis 48. vrbes in terra filiorum Israel quæ nõ erant simul, sed quęlibet tribus dabat aliquas, vt patet infra 35.c. & Iosue 21.c. in his autem cum morarentur Leuitæ,& sacerdotes, erant per totum Israel diffusi,& faciliter dari poterant eis ista iura. Potissime, quia adhuc in vrbibus ipsis, in quibus habitabant Israelitæ erant aliqui Leuitæ habitantes, vt patet Deut.c.12. l. atque Leuites qui manet in vrbibus tuis. his autem faciliter poterant dare Israelitæ primitias ciborum. præcipue, quia cum vrbes sacerdotum,& Leuitarum essent diffusę per totum Israel, poterant ponere ipsi de seipsis aliquos Leuitas, qui reciperent omnia iura primitiarum in omnibus vrbibus, & oppidis Israel.

Separabitis primitias domino de cibis vestris. Ideſt de solis panibus qui vocantur hic cibi stricte. nam de cęteris cibis non erat iussum dari primitias.

Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitias domino. Fit hic comparatio de primitiis dandis de panibus ad primitias quę dabantur de areis, dicuntur autem primitiæ de areis, ideſt aliquid, quod dabatur de frumento, & hordeo cęterisq; similibus Dño in primitias,& non solum dabantur de areis, sed etiam de torculari, quia de vino dabantur primitiæ, sed accipitur hic per areas etiam id, quod soluitur de torculari, & ponuntur primitiæ istę, quia erant determinatæ iam ex lege. Ideo sicut Iudęi non dubitabant esse soluturos primitias de area,& torculari, ita nec dubitare debẽt soluturos se de cibis primitias, sed istud, sicut non importat omnem similitudinem, quia tũc esset sensus, q̃ tantæ necessitatis esset solutio istarum primitiarum, sicut solutio primitiarum de area,& torculari,& ita peccarent mortaliter si nõ soluerent istas sicut si nõ soluerent illas. sed falsum est, solũ igitur importat hic, sicut aliquam similitudinẽ, s. q̃ soluere deberent primitias de areis,& primitias de cibis. Sciendum autẽ, q̃ præter istas primitias de cibis, erant tria genera primitiarũ de fructibus terræ. Primum genus erat cum in festo azymorum portabant manipuli spicarum ad Dominum in primitias,& non licebat alicui comedere de fructibus terræ panem, polentam, aut pultes quoulque essent allati manipuli coram domino Leui.23.c. Secundũ genus primitiarum erat cũ in festo Pentecostes offerebantur Dño panes noui in primitias de qualibet domo duo panes, habẽtes duas decimas similę Leui.c.28. Tertiũ genus primitiarum erat qñ collectis omnibus fructibus tam de area quã de torculari in mense 7. dabatur pars eorum in primitias dño,& istę erant proprię primitię quę accipiũtur hic,& vocantur de area, alia aũt duo genera non erant de area. nam primum genus erat de spicis vsque bus, quæ non fuerãt allatę de area, sed de agro, cum nondum incępisset messis. Secundum genus nõ erat de area, quia erat de panibus formatis, qui non adducuntur de area. Istud tertiũ genus est propriè de area, & erat in magna quantitate, quia aliqui dabãt partem quadragesimã fructuũ: alij vero sexagesimã, qui minus dabant: intermedij aũt erant omnes alij, vt cuicũque placuisset, vt ait Hiero. super Ezechielem,& habetur extra de deci.c.1. De his autem solis intelligitur hic,& quandocunque fit mentio de primitijs in scriptura, nisi specialiter exprimatur de alijs duobus generibus. *Ita de pulmentis dabitis primitias Domino.* Pulmentum secundum suam originem significat cibos factos de solis panibus: & inde dicuntur pultes pulmenta,& polenta, quia ad grana,& farinam pertinẽt: aliquando tamen accipitur pulmentum in scriptura generaliter pro omni cibo, vt patet Ioan.21.cap. puer, nunquid habetis pulmentarium, ideſt habetis aliquos cibos, vt ibi patet. hic autem non potest accipi pulmentum, nisi pro cibis factis ex farina, vt supra declaratum est.

Quod si per ignorantiã prętermeritis quicquam horum, quæ locutus est Dominus ad Moysen,& mandauit per eum ad vos a die, qua cæpit iubere,& vltra; oblitaque fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suauissimum Domino,& sacrificium eius ac liba, vt cęremonię postulant, hircumque pro peccato. Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel,& dimittetur eis; quoniam non sponte peccauerunt: nihilominus offerentes incensum Domino pro se,& pro peccato, atque errore suo,& dimittetur vniuersę plebi filiorum Israel,& aduenis, qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quod si anima vna nescies peccauerit; offeret capram anniculam pro peccato suo. Et deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram Domino, impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigenis, quàm aduenis vna lex erit: omnium, qui peccauerint ignorantes. Anima vero quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus (quoniam aduersus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo: verbum enim Domini contempsit,& præceptum illius fecit irritum, iccirco delebitur,& portabit iniquitatem suam.

Quod si per ignorantiam. Hic ponitur tertium principale de remissione peccatorum per ignorantiam: dixerat enim Dominus de his in Leuitico: postea tamen superaddidit,& quia quamquam ista materia pertineat ad Leuiticum, quia tamen scripserat Moyses Leuiticum, cum ista dicta sunt, nõ interfuit, sed posuit hic.

Potest autem continuari aliquo modo ad immediata, s. supra dictum est de primitijs, quæ dabantur de cibis,& circa illas contingeret sępe peccare Israelitas, cum multoties dandę essent,& aliquando eas omitterent: ideo si peccarent subiungitur remedium, s. q̃ offerant pro peccato, vt infra dicitur. magis tamen refertur hoc ad omnia prępcepta cęremonialia, in quib⁹ poterant homines peccare, cum dicatur in litera. si prætermeritis quicquã horum, quę locutus est Dominus. *Quod si per ignorantiam prætermeritis.*

An ignorantia ista, pro qua offerebatur sacrificium, posset intelligi de moralibus, vel de cæremonialibus.
Quæst. XXIX.

ISTA ignorantia præceptorum, quæ expianda est per sacrificia, non est intelligenda quantũ ad omnia prępcepta. nam non potest intelligi de moralibus,& iudicialibus, sed de solis cęremonialibus intelligi necesse est: quod patet, quia circa præcepta moralia non contingit aliquem ignorare, cũ illa sint de dictamine iuris naturalis; & ob hoc cuicunq; sunt manifestissima: hic tamen de peccato per ignorantiã agitur. ergo non intelligitur de illis. Item dicitur hic si totus populus peccauerit per ignorantiam, tamen manifestum est, q̃ non poterat totus populus ignorare aliquod prępceptum de moralibus. nam dato quòd interdum aliquis homo nimis bestialis, vel multum deficiens a pfectione naturę ignoraret circa aliquod præceptum morale, nesciens in illo rationem debiti, tamen totus populus non poterat ignorare. ergo alia præcepta sunt assignanda, in quibus peccaret populus per ignorantiam. Item dato, q̃ totus populus posset ignorare aliquid, tamen nõ contingeret, quòd totus populus faceret aliquod peccatum, quod esset contra præceptum morale. nam licet contingeret aliquos peccare: omnes tamen in idem coincidere non contingeret. quod patet cõsiderando quemlibet de actibus vetitis, vel iussis in prępceptis moralibus. Item adhuc stantibus omnibus his non poterat intelligi de prępceptis moralibus, quia si aliquis transgrederetur in illis, non erat pœna facere sacrificium, sed in plurimis eorum mors imponebatur, vt in cultu deorum alienorum, in violatione sabbati, in adulterio,& homicidio,& falso testimonio: si autem aliquod istorum per ignorantiam poterat excusari, s. per ignorãtiam facti, non erat aliqua pœna offerendi sacrificium: vnde aut imponebatur pœna corporalis, aut nulla: hic vero imponitur pœna sacrificandi. Item dicendum est non intelligi hoc de prępceptis iudicialibus, quasi ex superioribus causis, scilicet, quia non contingeret totum populum ignorare aliquod vnum præceptum de iudicialibus. Item dato quòd contingeret ignorare cũ præcepta iudicialia sint in communicatione, quæ est ad proximum, qui peccat in illis offendit proximum: non contingeret autem totum populum offendere vnum hominem, agendo aliquid contra illum: ideo ad alia præcepta referendum est. Item & magis solide patet hoc, quia cum essent prępcepta iudicialia directiua communicatores hominum inter se, q̃ peccat in illis offendit proximum: offensio autem proximi non tollitur per sacrificium, sed si aliquid ablatũ est debet restitui, aut si quouis modo damnum, vel iniuria illata sunt, debet satisfieri, alioquin sacrificia non proderant, sed Deus dicit hic peccatum esse tollendũ per sacrificium. ergo non sunt ista peccata contra prępcepta moralia, nec contra iudicialia, sed contra cęremonialia: sunt enim prępcepta cęremonialia de q̃busdam ritibus colendi Deum: cum vero homo in his peccat, solum Deum offendit: ideo debet fieri ei satisfactio

Universidad de Deusto
Biblioteca

factio in eo, in quo peccatū est: Deo autem nihil ablatum est, vt restitui possit, aut debeat: ideo non debet satisfieri in hoc, sed secundum q̄ ipsa cęremonialia præcepta sunt de quibusdam obseruationibus cultus diuini, & qui peccat transgreditur obseruationes illas, ita debet fieri satisfactio per alias obseruationes, sed inter cęremoniales obseruationes, nulla est maior, q̄ sacrificium: ideo qui errauerat in aliqua cęremonia cultus diuini omittendo eam, vel contrario modo faciendo, si per ignorantiam fecisset, iubebatur satisfacere in sacrificio, & est conuenientissimus modus, sicut si aliquis peccauit in nimis loquēdo, quòd imponatur ei pęnitētia, vt nimis taceat, & si in ebrietate, quòd iubeatur per aliquot dies a vino abstinere. Si autem pro transgressione præceptorum moralium, & iudicialium imponeretur pęna in oblatione sacrificiorū, non esset ita cōformis pęna, quia fieret per ęquinocū.

Præterieritis quicquam horū, quæ locutus est Dominus ad Moysen. Idest deliqueritis in aliquod præceptum eorum, quæ Deus iussit Moysi, non est intelligēdum de omnibus, sed de solis cęremonialibus, vt declaratum est: lex tamen loquitur vniuersaliter pro omnibus cęremonialibus. *Et mandauit per eum ad vos.* Ad idem pertinet, s. q̄ Deus iuberet Moysi, & q̄ ipse diceret filijs Israel: nam in omnibus præceptis sic erat, quòd Deus Moysi loqueretur, & ipse postea Israelitis. & dicitur q̄ Deus mandabat Israelitis per Moysen, quia nō loquebatur Israelitis immediatè, sed Moysi, & iubebat ei, quòd ipse loqueretur ad Israel. *A die qua cæpit iubere, & vltra.* Hic tollitur dubium de peccatis, pro quibus deberent Israelitę offerre sacrificia, quia crederet aliquis, quòd pro omnibus peccatis factis deberet fieri oblatio. & respondetur quod solum fiebat pro illis, quæ facta sunt post legem datam: nam lex non obligat, nisi postquam promulgata est, & non se extendit ad casus præteritos, nisi de eis expresse caueatur, vt patet extra de consti. cap. cognoscentes, & cap. vltim. hic autem non erat cautum, quòd extenderetur lex ad præterita: ideo de solis eis, quę acciderunt a die, qua lex data est intelligebatur; & hoc est, quod dicitur a die, qua iubere cępit, idest a die, qua cæpit dari lex.

Sed hoc non multum stat, nam non erat dubium, an Iudęi deberēt per sacrificia expiare omnes iniquitates, quas fecerant a principio, vel quas fecissent post legem datam: posset enim de hoc dubitari si immediate, vt data est lex, obligasset eos ad faciendum per illam, sed non obligabantur vsquequo introirent in terram Chanaan, vt patet hic. ergo non erat dubium de peccatis factis ante legem datam, quòd non deberent illa expiari per legem sacrificiorum, cum etiam peccata facta post legem datā in toto deserto non erāt expianda per sacrificia, sed solum peccata, quæ committerentur in terra Chanaan. Sed dubium erat hic de legibus, scilicet, contra quas leges homo faciens teneretur se expiare per sacrificia, & videbatur esse rationabilis dubitatio, quia cum lex obliget ab eo tempore quo datur, crederet aliquis, quòd peccata, quæ fierent contra leges, quę iam datę erant, non essent expianda per sacrificium, sed solum peccata, quę fierent contra leges, quę post hoc dandę erant. & respōdetur, quòd quicunque deliquerit contra aliquam legem de his, quas Dominus dedit per Moysen ab eo die, quo cępit dare leges, vsque nunc, & contra omnes leges, quę vltra dabuntur, debet expiari faciendo sacrificia, de quibus hic. *Et vltra.* Idest non solum peccantes contra leges, quę datę sunt vsque nunc, sed etiam contra leges, quæ dabuntur vltra, expiabuntur per sacrificia.

Quæ peccata essēt expiāda p sacrificia.

Oblitaque fuerit facere multitudo. Idest sacrificia ista fiēt pro peccato, quando aliquis fecit ex obliuionę, scilicet, quòd erat aliqua lex data, & iuxta illam debebant operari populares: non attendentes autem ad illam fecerunt contrarium, & sic dicuntur fecisse per obliuionem: & dicitur hoc, quia si fecissent per contemptum, vel per superbiam dicentes, se nolle obedire Deo, non expiabatur hoc peccatum per sacrificia, sed moriebatur peccās, cum dicatur infra anima, quæ per superbiam aliquid commiserit, quia aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.

Et non solum intelligebatur hoc cum peccabat populus non attendens, quod dicitur obliuisci, sed etiam cum de aliquo non cognoscebat, an esset peccatum, vel non, & faciebat contra legem: vtrobique enim erat per ignorātiam. sed primum est magis culpabile; contingebat hoc, vt si totus populus obliuisceretur obseruare aliquam festiuitatem, quam Dominus iussisset, vel aliquam aliam cęremoniam, erat peccatum totius populi.

Offeret vitulum de armento. Idest tota multitudo offeret vnum vitulum: nemo enim de tota multitudine cogebatur aliquid offerre, sed totus populus de bonis communitatis soluebat vnum vitulum, & hircū, qui tunc offerebantur, vt infra patet. & dicitur vitulus de armento, nō quòd aliquid in hoc addatur, quia vitulus semper pertinebat ad armentum: sed dicitur de armento, vel si diceretur, quòd aliquis vidit quendam hominem risibilem, nemo poterat esse de hominibus, nisi risibilis. vocatur vitulus de armento, quia armentum dicit animalium magnorum congregationes, sicut bouum, equorum, & camelorum. Greges autem congregationes minorum animalium, vt caprarum, ouium, & porcorum. Vituli autem, quia de magnis animalibus sunt, ad armentum necessario pertinent.

Holocaustum in odorem suauissimum Domino. Idest offeretur iste vitulus in holocaustum, & quando combustus fuerit exhalabit inde vapor suauissimus Domino, scilicet, quòd delectabitur in odore illo intelligendo, vt supra declaratum est. Cęremoniæ autem huius holocausti habentur Leuiti. capi. 1. quòd omnes carnes cremarentur, caput, pedes, & intestina lauarentur, atque vrerentur: sola vero pellis proueniebat Domino, Leui. c. 6.

Quomodo iubetur pro peccato offerri holocaustum, cum esset ad hoc aliud sacrificium determinatum.
Quæst. XXX.

QVAERET aliquis, quomodo iubeatur hic offerri holocaustum pro peccato: nam ad expiandum peccatum erat determinatum sacrificium pro peccato: holocaustum vero, & hostia pacifica ad alterum pertinebant.

Aliquis respondebit, quòd hic non iubetur offerri holocaustum, quamquam dicatur offeret vitulum holocaustum, sed vocatur holocaustum, quia iste vitulus offerebatur pro peccato, & cremabatur totus: holocaustum autem significat rem totam combustam, quia dicitur ab holon, quod totū, & cauma, quod est incendium, quasi totum incensum. In sacrificio autē pro peccato, sic fiebat interdum, quòd totum incenderetur, sicut in vitulo, qui cremabatur, p peccato populi, qui totus vrebatur cum pelle, carnibus, & fimo Leuiti. cap. 4. ideo quamquam non esset holocaustum, quod est primum genus sacrificij, erat holocaustum, quod est totum combustum. & sic conuenit si dicatur esse iste vitulus oblatus, p peccato populi, de quo Leuiti. capi. 4. Quod autem holocaustum aliquando accipiatur pro eo, quod totaliter vritur, etiam si non sit in primo genere sacrificij, patet Leuit. capit. 3. vbi dicitur

dicitur quòd adeps hostię pacificę adoletur in holocaustum in altari: manifestum tamen est, quòd ibi nō accipitur holocaustum pro primo genere sacrificiorum, quia hostia pacifica distinguitur contra holocaustum: etiam quia holocaustum numquam fit, nisi de animali integro, vt patet Leui. cap. 1. adeps autem nō est animal integrum; ideo sic potest accipi hic.

Respondēdum est, quòd iste vitulus necessario offerebatur in holocaustum, vt est sacrificium primi generis, & non erat hostia pro peccato: non enim stat, q̄ vocetur holocaustum, quia totus vitulus cremabatur: nam hic dicitur, quòd cremabatur in odorē suauissimum Domino, vitulus tamē, qui crematur pro peccato totus non crematur in odorem suauissimum Domino, qa extra castra crematur, vt patet ibidem: in odorem autem suauissimū cremabātur, quę super altare cremabantur, quia ibi dicebatur esse Deus: quę vero crema-
bantur extra castra, erant tanquam fętida, & detestabi
lia pertinētia ad improperium. ideo cū Apostolus ad Hebrę. 13. ca. comparat crucifixionem Christi ad sacrificium, quod cremabatur extra castra dicit: Exeamus igitur ad eum extra castra improperiū eius portantes. si tamen non fuisset illa hostia improperij, quę erat extra castra, non diceretur, quòd nos portaremus improperium Christi euntes extra castra.

Item patet, quia illi, qui cremabant sacrificia populi extra castra erant immundi, vt patet Leuit. cap. 16. de cremante carnes vituli, & hirci, qui lauabat carnē suam, & vestes, & manebat immundus extra castra, vsque ad vesperum. ergo ista sacrificia non erant aliquid honorabile, sed aliquid immundū. vnde non poterant dici in odorem suauissimum Domino: sed dicitur hic de isto vitulo, quòd erat in odorem suauissimum. ergo non pertinet ad sacrificium pro peccato, quod cremabatur extra castra, sed ad holocaustum.

Item hic distinguitur sacrificium holocausti contra sacrificium pro peccato, cum dicatur hic, q̄ erat vitulus in holocaustum, & hircus pro peccato. ergo necesse est accipi hic holocaustum proprie: nam si diceretur hic, quòd offerrentur vitulus, & hircus in holocaustum, vel vitulus in holocaustum, & nihil adiungeretur, satis staret, quòd acciperetur holocaustū largè pro sacrificio pro peccato, quod committitur. sed dicitur q̄ offeratur vitulus in holocaustum, & postea subditur de sacrificio p̄ peccato. ergo necesse est intelligi esse distincta sacrificia.

Item non potest accipi, quòd vitulus hic sit sacrificium pro peccato, quia dicitur hic, q̄ offeratur cum libamentis suis. Sacrificium autem pro peccato non habet aliquod libamentum. ergo non offertur p̄ peccato; patet hoc, quia supra dicebatur libamēta esse proferenda, quando offerretur holocaustum, vel victima pacifica. Item confirmatur hoc, quia de isto vitulo, dicitur, quòd offeratur cum libamētis suis, sed de hircō, qui offertur pro peccato, non dicitur immediate, quòd offeratur cum aliquibus libamentis. ergo non potest intelligi vitulum illum esse pro peccato, sed in holocaustum.

Et cum arguebatur, q̄ sacrificiū pro peccato erat determinatum ad expiationem peccati: sacrificiū vero pacificum, & holocaustum ad alios fines ptinebāt.

Respondendum est, quòd quamquam ista sacrificia essent principaliter ad alios fines, tamen secundario proficiebant ad expiationem peccati. de holocausto autem, quòd proficiat ad expiandum, patet Leuit. cap. 1. vbi agitur de holocausto, scilicet, ponet manus super caput hostię, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiet. ideo aliquādo quamquā agerētur de expiatione alicuius, tamen offerebatur holocaustum, sicut cum Nazaręus incurrisset immūditiam crinium suorum mortuo aliquo coram eo subitò: quamquam ibi principaliter deberet offerri pro peccato: tamen etiam offerebatur holocaustū supra cap. 6. similiter in muliere, quæ purificatur post partū fiebat expiatio principaliter: pro peccato tamē offerebatur holocaustum, Leuit. ca. 12. idem erat in expiatione leprosorum Leuit. c. 14. idem in expiatione viri fluentis semine, in quibus cum sacrificio pro peccato est etiam holocaustum ad expiandum, & ita hic.

Quomodo non repugnat, quod hic dicitur de oblatione holocausti, & quod habetur Leuit. 4. quòd hircus offerebatur pro peccato. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, quomodo stāt ea quę dicuntur hic cum eis, quæ habētur Leui. c. 4. quia ibi dicitur, q̄ pro peccato populi offerebatur vitulus, & ille non erat in holocaustum, sed pro peccato, & cremabatur extra castra, vt patet ibidem. hic autem dicitur, quòd erat vitulus offerendus in holocaustum, & hircus pro peccato.

Aliquis respondebit, q̄ ista intelliguntur in diuersis casibus, s. id quod habetur Leuit. cap. 4. quādo populus peccabat faciendo aliquid contra mandatum Dei: & hic intelligitur, quando non fecerunt aliquid, sed omiserunt facere aliquam cęremoniam.

Sed dicendum est istam differentiam nō multum tenere, quia non solum pro cōmissione, sed etiā pro omissione tenebat illa lex. Leuit. cap. 4. & ibi probatū est ad vtrunque pertinere. Id etiam quod hic dicitur, quamquam magis videatur ptinere ad omissionē, q̄ ad commissionem, vtrunque tamen satis colligi potest ex litera. Cum enim dicitur hic, oblitaque fuerit multitudo facere, videtur pertinere ad omissionem, cum autem dicitur supra si per ignorantiam prętereritis quicquam horum, & infra, quoniam non sponte pręuaricati sunt, videtur pertinere ad commissionē.

Ideo dicendum, q̄ ea quę dicuntur, Leuit. cap. 4. & ea quę hic, non intelliguntur in diuersis casibus, sed vtrunque pertinet ad commissionem, & omissionē.

Concordantur tamen ista cum illis, quia fit additio ad illa: nam ibi dictum fuerat pro peccato populi esse offerendum vitulum hostiam peccati, hic autem superadditur, quòd offeratur vitulus in holocaustum, & hircus pro peccato. Nec est intelligendum, q̄ hic tollatur vitulus, & pro peccato, de quo Leuit. capit. 4. sed super illum offerūtur ea, quę habentur hic, s. vnus vitulus pro peccato, & vnus in holocaustum, & vnus hircus pro peccato: nam quia peccatum totius populi magnum est, decuit magna sacrificia in illo offerri.

Et sacrificium eius ac liba, vt cæremoniæ postulant. Idest cum isto vitulo in holocaustum offeretur sacrificium, & liba. vocatur hic sacrificium simila cōsperſa oleo, quę largè dicitur sacrificium, cū proprie pertineat ad animalia. liba dicuntur oleum, vinum, sal, & thus, quę dabantur cum simila, & principaliter erant hic duo liba, scilicet, oleum, quod superfundebatur similę antequam offerretur, & vinū, quod infundebatur, postquam oblata erat.

Quomodo cum vitulo pro peccato offertur libatio, cū ea videtur contra morem. Quæst. XXXII.

ALIQVI quærunt, quomodo hic offertur libatio cum vitulo isto, quia non dantur libamina, nisi in holocausto, & victima pacifica, vt patet supra: hic autem erat pro peccato.

Et cum aliqui respondeant vitulum nō offerri hic pro peccaco, sed in holocaustum, & hircum pro peccato

cato dicunt non tenere, quia vitulus pro peccato offerebatur, vt patet Leuit.ca.4.ideo respondent,quòd in vitulo pro peccato datur simila, sed non in hirco pro peccato. Fundamentum tamen horum est falsum, quia probatum est istum vitulum pro holocausto, & non pro peccato offerri: errant tamen in hoc, quia non possunt concordare istam literam, cum ea quæ habetur Leuit.cap.4.

Item quod dicunt falsum est, scilicet, in vitulo pro peccato offerri libamenta, sed non in hirco pro peccato. Nam supra iussum fuit in solis duabus sacrificiorum speciebus offerri libamenta,scilicet,holocausto,& hostia pacifica.

Item non est conuenienter dictum in vitulo pro peccato offerri libamenta, & non in hirco,quia tunc non tollerentur libamẽta propter genus sacrificij, sed propter conditionem animalis oblati. falsum est tamen,quia cum in omni holocausto,& hostia pacifica offerenda sint libamẽta, vt patet supra,& in holocausto possit offerri hircus, Leuit.cap.1.& in hostia pacifica eodem modo,Leuit.cap.3.necessarium est,vt aliquando offerrentur libamenta cum hircis.identidem patet hoc supra cap. 7. vbi principes duodecim Israel obtulerunt hircos in hostias pacificas,& cum eis libamenta. *Ac liba.* Aliquando libum,vel libamentum,vel libamen accipitur pro simila,oleo,vino,thure,& sale, hic tamen non potest accipi pro simila, quia ipsa vocatur sacrificium, & hic ponuntur liba eius: proprie autem libum secũdum suam originem notat aliquid fluxibile,quia dicitur a libando: libare autem bibere, vel degustare est: ideo magis conuenit vino,& oleo, quàm alijs,& ipsa vocantur hic liba. *Vt cæremoniæ postulant.* Idest offerentur libamenta cum isto vitulo,sicut postulãt cæremoniæ, idest regulę datę de cęremonijs libamẽtorum. Sunt autem istæ tres regulę suprapositæ, s.de agnis anniculis, de arietibus, & bobus. *Hircumque pro peccato.* Idest,& insuper offeretur hircus pro peccato,quia vitulus, de quo supra,non offerebatur,pro peccato, sed in holocaustum.de hoc autem nihil dicebatur,Leuit.cap.4.sed solum,ꝙ offeretur vitulus pro peccato: additur autem iste hircus.

An hircus totus deberet cremari extra castra, vel solum adeps. Quæst. XXXIII.

QVAERET autem aliquis de isto hirco circa cęremonias suas, s. an deberet cremari extra castra cũ pelle, carnibus, & fimo,vel deberet solum adeps cremari, & carnes ꝓuenirent sacerdotibus. Ratio dubitandi est, quia duplex erat modus cęremoniarum hostiæ pro peccato: quædam enim de quarum sanguine introducebatur in Sanctuarium intra tabernaculum, cremabantur totaliter extra castra: illę vero de quarum sanguine nõ introducebatur illuc, cedebant in ius sacerdotum,vt patet Leuitic. capitulo quarto, & sexto, & ad Hebræ. capit.13.

Aliquis respondebit, quòd iste hircus cremabatur extra castra totus; & hoc quia erat pro peccato totius populi.sacrificium autem pro peccato populi, in hoc differebat a sacrificijs personarum priuatarum, quòd ipsum cremabatur extra castra, & de sanguine eius introducebatur intra tabernaculum. de sacrificijs autem factis pro personis priuatis, non introducebatur sanguis intra tabernaculum, nec cremabantur extra castra,vt colligitur Leuit.ca.4.& 6.sed iste hircus erat pro peccato populi: totus ergo extra castra cremandus erat.

Ad hoc respõdebit aliquis verum esse, quòd sacrificium pro peccato populi cremabatur extra castra,si esset vitulus,vt patet Leuit.cap.4.de hirco tamen non apparet,quoniam ibi nihil de hirco exprimitur.

Ad hoc adhuc respondebitur, quòd etiam hircus oblatus pro peccato populi debeat cremari extra castra: nam Leuit.cap.16. dicitur quòd offerebat populus pro peccato suo vnum hircum, & summus sacerdos pro peccato suo vnum vitulum: & postea subditur de ambobus, ꝙ cremari debebant extra castra.

Sed adhuc dicetur in contrarium,quòd hircus iste immolatus ꝓ populo non cremetur extra castra,quia cum isto immolabatur vitulus alius pro peccato, & ille extra castra cremabatur,vt patet Leuitic. capitulo quarto; ideo nõ oportebat, vt hircus quoque cremaretur extra castra, sed magis fiebant in eo cęremoniæ aliorum sacrificiorum communium pro peccato.

Respondendum est, quòd iste hircus immolatus pro peccato populi non cremabatur extra castra,quia solũ cremabant extra castra illæ victimę,de quarũ sanguine introducebatur intra tabernaculum,Leui.cap. 6.& ad Hebrę.cap.13.in sacrificio autem pro peccato populi introducebatur sanguis intra tabernaculum, & solum semel: ideo licèt fierent multæ oblationes pro peccato populi, simul de sanguine, tamen vnius solius introducebatur intra tabernacuium, sed hic ꝓ peccato populi offerebãtur vitulus, & hircus, vt supra declaratum est. & de sanguine vituli introducebatur intra tabernaculum, atque cremabatur extra castra, Leui.cap.4.ergo de sanguine hirci,nihil erat introducendum in tabernaculum, nec cremandum extra castra. Si autem solus hircus oblatus fuisset pro peccato populi,de sanguine eius introducendum erat in tabernaculum,& ipse cremaretur extra castra,quia sem per cum offerebatur pro peccato populi necesse erat fieri expiationem introducendo sanguinem intra tabernaculum,de quo Leui.cap.4.& in isto casu intelligitur id,quod dicitur Leui.ca.16.quòd hircus immolatus pro peccato totius populi fuit crematus extra castra, eo quòd solus hircus ibi pro populo oblatus est. Sed obijciet aliquis, quòd ibi vitulus, & hircus pro peccato immolati sunt, & vterque iubetur cremari extra castra.

Respondendum est, quòd solus hircus ibi ꝓ peccato populi oblatus est.vitulus autẽ pro peccato summi sacerdotis, vt patet ibidem in principio capitulii.& ob hoc vterque crematus est extra castra:nam de sanguine vtriusque intra tabernaculum illatum est, vt patet.eod. cap. victimas autem de quarum sanguine introducebatur in tabernaculum, necesse erat combusti extra castra, Leuit.ca.6.

Item patet hoc, quia pro peccato summi sacerdotis etiam si solus peccaret, fiebat expiatio introducẽdo sanguinem intra tabernaculum, & vitulus cremabatur extra castra pro eo oblatus,sicut pro tota multitudine,Leui.cap. 4. hic autem tam vitulus, quàm hircus immolabantur pro peccato multitudinis, & de sanguine vituli inferebatur in tabernaculum, & cremabatur extra castra: ideo de sanguine hirci nõ erat illuc introducendum, nec extra castra cremãdus,sed solus adeps cremabatur super altare, carnes vero proueniebant sacerdotibus iuxta cęremonias, quæ habẽtur Leuit.ca.16.

Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel. Idest sacerdos, qui faciebat cęremonias huius sacrificij pro peccato, rogabat pro multitudine,vt dimitteretur eis peccatum: est autem hoc generale, quòd quandocũque sacerdos faciebat sacrificium pro peccato oraret pro ipso offerente. sic patet Leui.c.4.5.& 12.& vbicunque agitur de sacrificio pro peccato.

Item non solum est hoc in sacrificijs pro peccato, sed etiam in holocaustis,& victimis pacificis,ꝙ quãdocunque reciperet sacerdos aliquam oblationem ad sacrificium de manu alicuius Israelitę tenebatur orare pro eo, & hoc quia cõsequebatur inde sacerdos emolumẽtum de oblationibus, cum ei pars quędam proueniret; & ob hoc ipse dicebatur portare super se omnes iniquitates populi, qa debebat orare pro omnibus illis: non quidem quia solum erat sacerdos, & tenebatur habere curam de plebe, sed magis,quia susceperat eorum oblationes, vt oraret pro eis Dominum, ex quibus obligabatur orare pro offerentibus. de hoc Exo.ca.28.scilicet:Portabit Aaron iniquitates eorum quę obtulerint,& sanctificauerint filij Israel in cunctis muneribus, & donarijs suis: & ob hoc dicebat Osee.cap.4. peccata populi mei comedent, idest, quòd sacerdotes comedebant victimas oblatas pro peccato,& ob hoc tenebantur orare. Si autem aliquis sacerdos suscepisset oblationem aliquam ad immolãdum pro peccato alicuius, & non orasset pro eo,peccabat mortaliter. Idem est de sacerdotibus nostris, qui suscipiunt eleemosynam, vt orent,& si non orãt mortaliter peccant,& quasi ablatum tenent,quod receperunt. de hoc magis declaratum est,Exod.capitulo vigesimonono.

An quilibet sacerdos posset offerre sacrificium. Quæst. XXXIIII.

DE isto sacerdote, qui offerebat sacrificium est dubiũ, an posset esse quilibet sacerdos. Respondendum est,quòd quilibet de filijs Aaron habebat potestatem faciendi sacrificia, vt patet Leuit.capit.7. & non solum in pacificis victimis, de quibus ibi dicitur: sed etiam in omnibus alijs.nam aliter non esset possibile immolari tot victimas pro peccato,si summus sacerdos deberet omnes illas immolare, & complere cęremonias earum:ideo quandocunque aliquis peccaret, & offerret pro se sacrificium, quilibet poterat de sacerdotibus illas victimas facere: in oblatione tamen pro peccato totius multitudinis, nullus sacerdos debebat facere cęremonias,nisi sacerdos magnus, vt declaratum fuit,Leuit. cap.4 & hoc quia sacrificium illud erat magnum,scilicet, pro tota multitudine; & patet hoc, quia in die propitiationis offerebatur sacrificium pro tota multitudine, & pro summo sacerdote,nulli tñ licitum erat exercere cęremonias diei illius, nisi summo sacerdoti, vt patet Leui.cap.16. *Et dimittetur eis.* Idest Deus remittet peccatum eorum,scilicet,quòd non inferet eis pœnam,quam illaturus erat,nisi sacrificarent.

An per ista sacrificia auferatur aliqua culpa. Et quæ pœna tollebatur per sacrificia vete. testa. & quomodo pro peccato duæ pœnæ correspondent,vna directè alia indirectè. Qæst. XXXV.

IN quo cõsiderandum est de istis sacrificijs,quòd ex hoc videtur de eis, quòd essent ad remissionẽ pœnarum, vel culparum,cum dicatur remitti hic toti multitudini facto sacrificio.

Respondendum est, quòd per ista sacrificia non auferebatur aliqua culpa originalis, mortalis, vel venialis, sicut de qualibet earum declaratum est, Leuit. cap.1. etiam non tollebatur aliqua pœna debita pro peccato, sed quicunque peccasset de Iudæis, etiam si offerret sacrificia iussa a lege tenebatur ad istas pœnas post hanc vitam, nisi hic satisfaceret pro eis in aliquibus actibus meritorijs, & pœnalibus: per sacrificia autem quantum erat de seipsis non tollebatur pœna debita pro peccato,si autem ex deuotione aliquid tolleretur, vt quia offerens deuotè offerebat, vel ex merito obedientię: quia ideo offerebat,vt legem seruaret, per accidens est hoc ad efficaciam sacrificiorum, quia ipsa deuotio in quocunque opere. & obediẽtia etiam sine sacrificijs proficeret, tam ad meritum, quàm ad remissionem aliquarum debitarum pœnarum: nihil igitur manebat, quod per sacrificium tolli posset.

Sed est sensus, quòd remitteretur eis,scilicet,pœna, quam Dominus inflicturus erat, nisi sacrificarent: nã duę pœnę erant debitę Iudęis pro peccatis. vna erat pro ipso peccato directè, vt si aliquis peccaret in proximum,vel in Deum,& de pœna huius nihil tollebatur per sacrificium,nisi per accidens, vt declaratũ est. alia pœna erat, quę infligeretur Iudæis peccantibus, nisi facerent sacrificia pro peccato: tenebantur enim Iudæi in certis generibus delictorũ offerre sacrificiũ, vt patet Leuit.cap.4. & 5. & si non offerrent pro hoc Deus infligeret eis pœnas. Cum vero offerebant nõ infligebat eis pœnas: & ideo dicebantur remitti. primę tamen pœnę,quę erant directè pro peccato, non remittebant per hoc, etiam si aliquis multiplicasset sacrificia, nisi per accidens ex merito deuotionis, vel obedientię, & sic lex Mosayca per obseruationem suam nõ inducebat directè aliquam vtilitatem,& per violationem suã inducebat mortem, potissime quia in nobis confortabat passiones,quæ ante legem vigorem non habuerant; & ex hoc occasionaliter mortificabat nos. vnde vocatur lex mortis;& aliquando lex carnalis, & lex peccati, vt patet ad Rom.cap.7. vbi de his omnibus satis patet.

Sed tunc aliquis dicet, quòd lex erat prorsus inutilis, & melius erat non esse legem, quàm esse. de hoc autem respondebitur ad Rom. cap.7. vbi satis late de hoc est materia.quicquid tamen sit Apostolus respõdet melius fuisse Iudęis habuisse circuncisionem, & legem cum fide, quamquam ista ex fide operarentur,quàm habere solam fidem,cum ait ad Rom.cap. 3.quid ergo amplius est iudæo, aut quę vtilitas circũcisionis,multum per omnem modum. Primum quidem,quia credita sunt illis eloquia Dei, &c.

Quoniam non sponte peccauerunt. Idest Deus dimittet eis peccatum, quia non peccauerunt sponte, sed per ignorãtiam. hoc videtur referri ad primum genus pœnarum,scilicet,quæ directè debentur pro peccato: nã aliter non fieret differentia de peccato spontaneo, & per ignorantiam:nam pro peccato spontaneo nõ fiebat sacrificium; sed moriebatur, qui peccasset, vt patet infra, ergo non poterat ibi deleri pœna aliqua,quia non sacrificabatur pro ipso peccato: vnde nec poterit fieri comparatio ad pœnam debitam pro peccato per ignorantiam, quia non sacrificabatur pro illo,sed ad pœnam debitam directè pro peccato.

Respondendum est, quòd non proficiebat sacrificium ad pœnas directè debitas pro peccato, vt tolleretur,nisi per accidens,scilicet,quia si Iudęi peccarent per ignorantiam,& postea recordarentur,si non facerẽt sacrificium, Deus mitteret super eos aduersitates multas,scilicet,famem,gladium,& pestem. Si autem offerrent pro peccatis suis, Deus non mittebat super eos aduersitates istas, tanquam pœnas debitas directè pro peccato, sed habebant vitam tranquillam in prosperitate temporalium rerum: pœnę autem quas meruerant pro peccato, manebant eis tolerandæ post mortẽ p ignem purgatoriũ, vel per aliquos actus meritorios in vita delebantur.& hoc est, quod proprie faciebat lex obseruata ex cõditione sua, etiam sine merito deuotionis, scilicet, quòd tollebat aduersitates pœnales,differens eas ad alterum tempus,& dabat homini magnitudinem vitę in tranquillitate.de hoc Leuit.capitulo decimooctauo, & ad Roma.capitulo decimo,scilicet: Custodite leges meas,atq; iudicia,quæ

faciens

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciens homo viuet in eis. Idem declaratur Exod. 23. de obseruatoribus legis, cum dicitur. Seruietis Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui, non erit infœcunda, nec sterilis terra tua, numerum dierum tuorum implebo.

An omnia peccata, quantacunque sint remitti possint, & an omnia peccata dæmonum, & hominum, quotquot fieri possunt, vsque ad diem iudicij sint infinita. Et misericordia quæ modo est in Deo, & quòd est maior omnibus peccatis mundi. Et quòd peccata non sunt infinita.
Quæst. XXXVI.

SCIENDVM autem quòd cũ hic dicitur: quoniam non sponte peccauerunt, non est intelligendum, quòd Deus non remitteret si peccauissent sponte: nam siue aliquis peccet ignorãter, siue per contẽptum, siue ex magna superbia, Deus remittere potest, & remittit.

Nec est aliquod genus peccati, quantũcunque grauissimum sit, quod remitti nequeat. Cuius causa est, quia remissio peccatorum fit per misericordiã, sicut eorum punitio fit per iustitiam, sed misericordia est maior omnibus peccatis, quæcunque sunt, & possibilia sunt. ergo non est aliquod peccatum, quod remitti nequeat. Valet consequentia, quia in agentibus naturalibus, quandocũque agens est maioris vigoris in agendo, quàm patiens in resistendo, necessario sequitur actio, sed ita est de misericordia Dei, ꝙ est maior omnibus peccatis simul sumptis, & non solũ maior, sed in infinitum maior: ergo nihil est, quod remitti nequeat. vnde stulte dixit Cain, ſ. maior est iniquitas mea, quàm vt merear veniam, Gen. ca. 4. maior enim erat misericordia Dei, per quã poterat mereri veniã, quàm iniquitas sua. Vnde dicit ibi Augusti. mentiris Cain, maior est misericordia Dei, quàm iniquitas tua. Antecedens patet, ſ. quòd misericordia Dei sit infinita, quia in Deo vere est misericordia, non accipiendo eam prout est passio, vel compassio, vt in nobis; quia hoc ad quoddam genus miserię pertinet: sed alio modo longe distanti, sicut decet diuinam perfectionem, & tunc necesse est istam misericordiam esse infinitã, quia in Deo nihil absolutum est, quod infinitum non sit, cum omnia sint idem Deo, qui infinitus est.

De peccatis autem patet, quòd non sint infinita: nã siue accipiatur vnum peccatum per se, quantumcunque graue, vel omnia peccata hominum, & dęmonũ quæ nũc facta sunt, & vsque ad diem iudicij fieri possunt, infinita nõn sunt secundum numerum, cũ certa sint, nec etiam sunt infinita secundum grauitatem: nã omnibus ipsis simul sumptis possent esse grauiora peccata, vtpote si adderentur duo, vel tria: infinito tamen nihil est maius, ergo peccata quorcunque sint, & quantũcunque grauia, nũquam possunt esse infinita secundum numerum, nec secundum grauitatem: misericordia tamen Dei vere infinita est. ergo maior est, quàm peccata nostra.

Hoc autem quod de peccatis dicitur verum est, nisi assumatur in eis infinitas obiectiuè, ſ. ꝙ peccatum quodlibet est infinitum; quia est contra obiectum infinitum, ſ. contra Deum; sed hoc non facit ad veram, & intrinsecam infinitatem peccati, quia tunc cum infinito nihil sit maius, & vnum infinitum non sit maius alio: pœnæ etiam correspondent peccatis secundum proportionẽ arithmeticã, necesse erat vt nihil magis de pœna hic, vel in inferno, aut igne purgatorio daretur pro vno peccato, quam pro reliquo. quòd falsum est: ideo non est vera infinitas cuiuslibet peccati, nec omnium peccatorũ. Item patet aliud, quod dicebatur, ſ. ꝙ non solum misericordia Dei est maior omnibus peccatis simul sumptis, sed etiã est maior illis in infinitum, quia misericordia Dei infinita est, vt probatum est: peccata autem nostra finita. Infinitum autem non potest excedere aliquod finitum, nisi per infinitum, quia si excederet per aliquod finitum, cũ illud finitum, in quo excederet, adderetur illi finito, in quo excedebat ad illud, ipsum infinitum esset illa duo finita simul ęqualia infinito, sed duo finita non possunt facere nisi finitum: ergo necesse est, ꝙ quantumcũque sit aliquod finitum, illud excedatur ab infinito per infinitum, nec magis excedit infinitum ad paruum finitum, quàm ad magnum finitum, sicut si esset corpus infinitũ aliquod illud excederet ad vnũ digitum per infinitum, & excederet totum mũdum per infinitum, sed vnum infinitum nõ est maius alio. ergo per nihil maius excederet infinitum ad vnũ digitum, quàm ad totum mundum.

Quod intelligẽdum est de aliqua magnitudine habente proportionem, sed de magnitudine non habẽte proportionem falsum est. Est autem sensus, ꝙ illud infinitum excederet vnum digitum pro tota quantitate, quam nõ habet, vsque ad infinitum. ergo necesse est, ꝙ in aliquo maiori infinitum excedet ad vnũ digitum, quàm ad totum mundum, alioquin dabit, quod illa quantitas, in qua totus mundus excedit vnum digitum non sit ens. quod falsum est. valet consequẽtia, scilicet, infinitum excedit ad vnum digitum, & excedit ad totum mundum, quod habet maiorem quantitatem, quàm vnus digitus, sed nihil magis excedit ipsum infinitum ad digitum, quàm ad mundũ. ergo excessus mundi ad digitum nõ est ens, sed est sensus, ꝙ licet magis excedat infinitum ad ipsum digitum, quàm ad mundum, tamen excessus mundi ad digitũ non est aliquid proportionabile in ipso mundo, quia proportio determinationem pręsupponit, cũ sit certitudo habitudinis. Infinitum autem non habet limitationem cum finibus careat: ideo nec habebit proportionem ad aliquid: patet igitur ex prędictis, quòd peccatũ quodlibet minus est misericordia Dei: ideo non est aliquod, quod non sit remissibile.

Quare peccata dæmonum sunt irremissibilia: & quomodo eatenus confirmatio Angelorum bonorum, & obstinatio dæmonum: & cur homines non sunt obstinati per quemlibet actum malum, sicut dæmones. Et quare Angeli non possunt conteri, nec iudicare, nisi quod semel iudicauerunt, nec possunt eligere contrarium eius, quod elegerunt. Et quòd possunt peccare, & se ipsos obstinari: sed non confirmari. Quæst. XXXVII.

SED tunc quæret aliquis, si nullum peccatũ irremissibile est, quare peccata dæmonum non remittuntur, & peccata damnatorum in inferno? nam cum aliqua causa habet dominium super passum, semper caulat in illo passionem: misericordia autem Dei ad peccata est huiusmodi. ergo omnia remittet.

Respondendum est misericordiam Dei esse efficacem ad remissionem omnium peccatorum, quęcunque sunt, & esse possunt, nec tamẽ Deus absolutè peccata dimittit, sed quia iustus est aliquam compẽsationem petit: vnde ad remissionem culpę petit aliquam compensationem quę cõtritio est. Ad pœnam autem debitam absoluẽdam petit pœnalitatem in nobis, quę vel hic exigitur, vel in purgatorio deletur. In his autẽ consistit misericordia: nã si nullo modo misereretur nũquam culpam, nec pœnam remitteret, sed quicunque peccans necessario ęternis supplicijs mancipandus foret: nunc autẽ non fit sic, sed nobis saltẽ leuiter gementibus remittit culpa, & tota pœna inferni: ideo misericordia est: in dęmonibus autem, & damnatis non potest interuenire hoc, qm̃ non possunt conteri de peccatis: misericordia tamen non impenditur, nisi contrito, quia diuinà iustitia exigit contritionem, tanquam quandam satisfactionem pro culpa: ideo non potest remitti peccatum dęmonum, nec animarum damnatorum. Quòd autem dæmones non possint conteri de peccatis suis, causa est conditio naturę eorum, quia Angelus cuicunque assentit, & ad quodcũque se conuertit, totaliter se conuertit, & se in eo infigit; ita ꝙ non possit ad contrarium diuertere, sed Angeli peccantes conuerterunt se ad seipsos, tãquam ad bonum suum, & fruitionem iudicantes se esse bonũ sui ipsorum per pręsumptionem: ideo nõ possunt diuertere ab illa existimatione. conteri tamẽ, vel dolere de peccato est iudicare malum fuisse factũ, quod ante iudicabatur esse bonum, & velle non fuisse factũ: Angeli autem mali non possunt hoc iudicare, sed potius intelligunt se bonum feciſſe in eo, qđ fecerunt: ideo impossibile est, ꝙ conterantur, & doleant de peccato, & consequenter impossibile est, ꝙ remittat eis. Vnde autem proueniat dęmonibus, & omnibus Angelis, ꝙ non possunt iudicare, nisi quod semel iudicauerunt, nec dolere de eo, quod fecerunt. Est dicendũ, ꝙ proueniat ex simplicitate potẽtiarum: nam Angeli solum habent vnicum principium iudicatiuũ, & vnicum electiuum: ideo cum semel aliquid iudicauerint non habent aliquid, per quod repugnent ei, quod iudicauerunt: nam secundum naturam vnum non est causa contrariorum, & quamquam posset esse ad cõtraria, sicut dicit Aristo. 9. Metaph. potentię naturales sunt ad vnum: rationales vero sunt ad opposita, tamẽ postquam ad vnam partem se determinauerint potẽtię rationales nõ poterunt deflectere in contrarium, nisi aliquid quod illas deducat ad oppositũ; ita est de Angelis, ꝙ cum habeant vnicum principium iudicatiuum, postquam semel iudicauerint aliquid, nõ possunt iudicare contrarium: ideo cum semel iudicauerunt bonum suum esse in seipsis, non possunt iudicare non esse in seipsis: sed ad contritionem necesse est, ꝙ aliquis doleat, & contrarium iudicet eius, quod antea iudicauit: similiter autẽ est in intellectu nostro: nã postquam semel iudicauerimus de aliquo speculabili perfectè assentientes ei, non poterimus diuelli ab illa sententiam in cõtrariam, nisi forte aliquis fortissimis rationibus nos inde retrahat, & tũc nõ deducimur ab eodẽ principio ad opposita, sed a diuersis principijs. In Angelis autem vnicum est principium iudicatiuũ, nec inueniunt in se alias rationes deducentes eos ad oppositam conclusionem: ideo necesse est, ꝙ semper intelligant se benefeciſſe in eo, quod fecerunt eligentes seipsos tanquam sua bona fruibilia. Identidẽ autẽ de voluntate Angelorum dicendum est, ꝙ nõ possint eligere contrarium eius, quod semel elegerunt: in cõtritione tamẽ requiritur contrarium velle eius, quod primo factum est. Et causa huius est, quia volũtas sequitur naturaliter intellectum, nec potest aliquid eligere, nisi quod intellectus iudicauerit, sed intellectus angelicus non potest iudicare contrarium, vt declaratum est. ergo nec potest contrarium eligere. Itẽ quia volũtas electionis est ab vnitate principij electiui, sed in Angelo est vnicum principium electiuum. ergo cũ semel per illud aliquid elegerit, non potest contrariũ eligere: & ista est totalis causa obstinationis Angelorum, & ista eadem in Angelis bonis est causa confirmationis, quamquam ad confirmationem requiritur specialiter gratia Dei: ad obstinationẽ autem Angelorum solum requiritur vnus actus eorum malus cũ conditione naturę, & tamen de Angelis confirmatis non est sic, quia dato ꝙ ipsi in primo actu bene agentes, & adhęrentes Deo non possent deflecti ab illa sententia per aliquem actũ cõtrarium, & sic in illa numquam possent peccare, tamẽ in quolibet alio actu, de quo nõdum iudicauerant adhuc poterant errare, determinantes se ad eam partem quę mala esset: ideo licet quantum ad primum actum essent fixi in bonum, tamen quantum ad omnes alios, quos nondum egerant poterant declinare in malum, & hoc sufficiebat ad ostinandum eos, quia sicut in primo bono immobiliter adhęserunt: ita in secundo actu, vel tertio immobiliter adhęrerẽt, & essent obstinati in malo, quod sufficiebat ad eorum damnationem. Nec hoc repugnat, nam qui semel bene iudicauit non est necesse, ꝙ semper bene iudicet, & sic poterant Angeli errare circa aliquos actus, & obstinari, quãquam circa alios bene egissent, & confirmati essent; hoc autẽ manebat in eis, vsque in ęternum, nisi aliquid superadderetur, quia cum semel operarẽtur in vno actu bono, in quo essent confirmati, poterant postea operari in actu alterius generis, in quo non essent cõfirmati, & sic possent errare, & quia semper occurreret eis diuersitas operationis, quamquam essent in multis confirmati poterant in aliquo obstinari. Ideo licet confirmatio, & obstinatio in Angelis sequatur ex eodẽ principio, ſ. ex vnitate potentię iudicatiuæ, & appetitiuę, tamen ad cõfirmationem simpliciter in Angelis erat necessarium aliquid vltra conditionem naturæ suę: ad obstinationem autẽ nihil erat necessarium. quod patet, quia ad hoc, ꝙ obstinentur sufficit, ꝙ aliquod malum iudicent, & eligant, quia postea nõ poterãt iudicare, & eligere contrarinm ex cõditione naturę suę, & tũc sunt obstinati, quia vnum malũ sufficit ad obstinationem. Ad confirmationem autem requiritur aliquid extrinsecum, ſ. gratia Dei confirmans eleuando intellectum, & applicando illum summę veritati, & volũtatẽ summæ bonitati inuariabiliter; ita vt intellectus non possit alterum iudicare esse eligibile, nisi quod vere bonum est, nec posset alterum eligere: ad hoc autem non sufficiebat conditio Angeli, quia quamquã plura bona ageret semp manebat sibi, ꝙ posset in aliquo alio bono dissimili errare, non repugnãdo prioribus electionibus, & sic quamquam vsque in infinitum Angelus maneret, numquam esset cõfirmatus: ideo ad confirmationem suam fuit necessaria gratia Dei; & hoc factum est post primum actum: nam cũ Angelus habuit primam electionem, secundũ quam adhęsit Deo immutabiliter ex illa parte Deus cõcurrit cum eo, confirmans eum, ita vt iam non posset in aliquo alio actu simili, vel dissimili errare.

Quare homo peccans non necessario obstinatur per quemlibet actum malum, sicut Angelus: & quomodo est in eis diuersitas potentiarum, & de actione partis sensitiuæ, & speculatiuæ. Quæst. XXXVIII.

CIRCA homines autem non est sic, quia quãquam plures actus malos eliciant non obstinantur, cũ obstinatio dicat firmam permansionem: homo autem quantumcunque peccauerit semper potest recedere a priori opinione, iudicando contrarium: ideo non obstinatur necessario. Causa huius est diuersitas potentiarum iudicatiuarũ, & appetitiuarum in homine: nam homo habet duo genera huiusmodi potentiarũ: ex eo enim quòd animal perfectum est habet iudicatiuam potentiam, quę est phantasia, vel æstimatiua, & habet potentiam appetitiuam, quę sunt vires affectiuę, scilicet irascibilis, & concupiscibilis, in quibus fundantur passiones: homo etiam inquantum est homo habet potentiam iudicatiuam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatiuam, quę est intellectus, & potentiam appetitiuam, quę est voluntas. His quatuor existentibus, non est idem modus iudicandi, & appetendi in vtrisque: nam intellectus, & voluntas feruntur in id, quod est verè bonum, & honestum, iuxta Aristo. 1. & 10. Ethi. scilicet intellectus, & ratio semper deprecantē ad optima: phātasia autem & partes affectiuę passionales feruntur per se in delectabile, quod est secundum sensum: cōtingit autem vt communiter ista delectabilia esse contraria bono honesto, quod desideratur secundum intellectum, & voluntatem, potissimè autē contingit hoc in magnis delectabilibus.

Hoc autem modo cōtingit, vt homo quamquam mala faciat nō obstinetur, quia nūquam potest homo facere malum secundum intellectum, & voluntatem si essent sola, nisi propter ignorantiam, & nunc etiam cum malum facimus ignorantes sumus, quia omnis malus est ignorans. 3. Ethi. ideo quādocunque malū facimus necesse est, vt illud oriaē ex phantasia, & partibus affectiuis, & quando istę partes sunt in actibus suis prealentes ex conditione obiecti, in quod feruntur, vel ex debilitate habitus intellectus, & volūtatis, succumbunt intellectus, & voluntas, & malum eligimus: postea vero, disiuncta passione, intellectus iudicat malum esse, id quod factum est, quia nō erat illud, in quod ipse directè inclinabaē; & sic sequitur dolor, & pœnitentia de malo facto ex cōditione naturę aliqualiter. Et hoc modo etiā, si homo viueret in ęternum male agens, numquam esset obstinatus, dum viueret propter diuersitatem potentiarum. De his dicit Apostolos ad Rom. c.7. ꝙ sunt duę leges ista duo genera potentiarum, & inclinationum, sinuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantē me in legem peccati, de quo multa ibi. de hoc etiam Arist. Ethi. 9. vbi agit de diuersitate electionum hominum incontinentium, dicens ꝙ alia volunt, & alia eligunt, & ibi multa de hoc.

Quare in speculatiuis non potest aliquis recedere a re iudicata, nisi ab aliquo cogatur recedere: in agibilibus potest.
Quæst. XXXIX.

SED nunc stat dubium, cum homo quātum ad partē, quæ est de agibilibus non permanet immobilis quamdiu viuit: quomodo permanet immobilis, quantum ad partem intellectus speculatiui: nam si homo semel iudicauerit aliquid speculatiuè esse verum, nūquam discedet ab illo, nisi aliquæ aliæ rationes appareant, quę eum ab illa opinione depellant.

Respondendū est hoc prouenire ex vnitate potentię speculatiuę: nam inquantum sumus actiui habemus duo genera potentiarum, vt supra declaratū est; & ob hoc est repugnātia, & discessio ab opinione: inquantum vero sumus speculatiui solum habemus intellectum speculatiuum: potētię autem sensitiuę interiores, & exteriores subordinanē intellectui ad speculari, & non habent aliquam repugnātiam ad intellectum speculatiuum. sicut phātasia, & partes affectiuę habent repugnantiam ad intellectum practicum, & voluntatem. Sic enim dicit Aristo. 6. Ethi. ꝙ tristabilia non corrumpūt omnem ęstimationem, nec delectabilia, vt consequenter triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, sed corrumpunt opiniones, quę sunt circa operabile. in quo demostrat non esse contrarietatem in potentijs speculatiuis, sed solū in actiuis: ideo circa speculatiua potest homo manere immobiliter, qui est modus obstinationis.

Patet ergo ex prędictis, quare dæmones, & quicunque Angeli obstinantur in quocūque actu malo; homines vero non obstinantur etiam multoties peccātes quamdiu vixerint: patet etiam quare cum misericordia Dei sit infinita non remittit peccata dęmonū.

Quare Deus non remittit peccata hominum damnatorum: & vnde causetur in hominibus obstinatio, & an peccans in Spiritumsanctum sit obstinatus sic, vt tale peccatum sit ei irremissibile.
Quæst. XL.

NVNC autem inquirendum est, quare nō remittit Deus peccata hominum damnatorum?

Respondendum est eandē esse causam quę in dæmonibus quātum ad aliquid, s. ꝙ obstinati sunt non potentes iudicare se feciſſe malum, iustitia tamen Dei exigit ad remissionem peccati dolere de peccato, vt supra declaratum est: obstinatos autē impossibile est de peccato dolere: ideo impossibile etiā erit illis remitti.

Quomodo autem damnati apud inferos obstinentur dubium est. Dicet aliquis sic obstinari illos, vt dęmones. Sed falsum est, quia dęmones obstinantur ex vnitate potentiarum iudicatiuarum, & electiuarum. In hominibus autem est diuersitas, & aliqualis cōtrarietas aliqualis potentiarum, nunc autem quando soli spiritus sunt, adhuc non possunt obstinari eodem modo, quo dæmones, quia dęmones malū fecerunt per intellectum, & voluntatem, in quibus fuit initiū, & consummatio mali, & istas potentias nunc habēt. homines autem facientes malum, licet vltimate elegerint per voluntatem, & iudicauerint per intellectū, tamen non fuit principium mali actus intellectus, & voluntas, sed phantasia, & partes affectiuę, quę ferebantur in delectabile, & stimulabant ad illud, nunc autem spiritus in inferno non habent id, per quod malum fecerunt initiatiuè, quia intellectus, & voluntas inclinauerunt ad bona ex conditione suа: ideo habent ibi homines principium, per quod doleant de malo, & sic non est, sicut in dęmonibus obstinatio hominū, & sic non est, sicut in dęmonibus obstinatio hominū.

Sed dicēdum est, quòd obstinatio hominum prouenit ex hoc, quòd Deus non concurrit cum eis ad iudicandum, & eligendum bonum. Et ex hoc est impossibile, quòd iudicent, & eligant illud, sic dicitur Ioan. 15. cap. sine me nihil potestis facere, scilicet, nullum bonum meritorium, nisi ego adiuuero per gratiam pulsatricem, vel pūenientē: est enim in vita semper ista gratia, quia quāquam homines peccant, Deus pulsat corda eorum per gratiam pręuenientem, vt doleant, & propter hoc quamdiu homo viuit semper habet locum conuersionis. cum vero homo moritur si in malo finiuit dies suos, Deus iudicat indignū esse, & iniustum, vt concurrat cum illo ad aliquem actū, & bonum dolorem, vt sic conuertatur, & habeat vitā ęternam: ideo non concurrit. Deo autem non cooperante nobis est impossibile, quòd beneficiamus: ideo impossibile est, vt homines damnati apud inferos doleant de peccatis, & consequenter quamquam misericordia Dei infinita sit, impossibile est remitti peccata damnatis. Restat nunc, quod dicebat, scilicet, quòd misericordia Dei, eo quòd est infinita secundū seipsam, sufficiens est ad remittendum peccata hominum, & dæmonum non solum, quæ facta sunt, sed etiam quæcunque fieri possunt, non tamen remittuntur in dæmonibus, & in damnatis hominibus ex causa supradicta.

Peccatum in Spiritum sanctum an sit remissibile. Et quid proprie est peccatum in Spiritumsanctum.
Quæst. XLI.

CONSIDERANDVM etiam, ꝙ aliquis obijciet de pctō in Spiritumsanctum, ꝙ non remittit hic, nec in futuro sęculo, vt dixit Christus Mat. 12. Respondendum est, ꝙ pctm in Spiritumsanctum proprie dictum non pt remitti, qa illud est solum obstinatio, siue finalis impœnitentia. Qui aūt sic moritur impossibile est, ꝙ liberetur, vt patet ex prędictis. Alia aūt sunt peccata in Spiritumsanctum largius dicta, vt blasphemia, & repugnantia ad veritatem manifeste cognitam, & inuidentia charitatis fraternę, & similia. ista aūt remissibilia sunt, quia si quis doluerit, ita remittentur ei ista, sicut minima peccata mortalia, & de istis intellexit Christus Mat. 12. ca. Quod patet, quia ibi de sola blasphemia, & repugnantia ad veritatem cognitam arguebat eos, & ista dixit eē peccata in Spiritumsanctum, & non finalem impœnitentiam, quod patet, quia dixit pctm in Spiritumsanctum non remitti hic, nec in futuro sęculo. ergo oportet, ꝙ illud sit hic, & maneat in futuro sęculo, sed finalis impœnitentia non est hmōi, quia quandiu hō viuit non est finaliter impœnitens, sed postq̄ mortuus fuerit, cum nondum finierit, finita aūt vita incipit finalis impœnitentia, ergo impossibile est Christum intelligere de finali impœnitentia. Mat. 12. c. sed de aliis peccatis in Spiritumsanctum, q̄ sunt hic, & in futuro sęculo manent, vt blasphemia, & inuidentia charitatis fraternę, & repugnantia ad veritatem cognitam: de his aūt non est verum, ꝙ sint simpliciter irremissibilia: nā quodlibet horum remitti pt, ideo modificant doctores sancti verba Christi dicentes, non esse irremissibilia, sed cum difficultate remissibilia. Non est tñ sensus, ꝙ sint difficulter remissibilia ex parte Dei, nam cū ingemuerim' necesse est, vt immediate remittat, nec in hoc est dria magni, & parui peccati, sed dria sumit ex parte nra. s. ꝙ facilius conterimur de pctō paruo, q̄ de peccatis in Spiritumsanctum. vñ aūt hoc proueniat satis late declaratum est Leu. c. 5. Ita aūt cum dr hic. ꝙ remittetur Israelitis, quia non sponte pręuaricati sunt. non est sensus, ꝙ si sponte pręuaricati essent nō remitteretur eis, quia ēt remitteretur si dolerent, sed est sensus, ꝙ difficilius remittetur, quod sponte factum est, q̄ id quod per ignorantiam, cum primum magis habeat de rōne peccati. Alio mō & conuenientius quantum ad ꝓpositū pt intelligi. s. ꝙ remittetur Israelitis, q non sponte peccauerunt. i. remittetur eis per sacrificiū, qa est pctm per ignorantiam. Si autem sponte peccauissent nullo modo remitteretur eis per sacrificium, qa in peccatis, quæ fiebant per superbiam non admittebatur sacrificium aliquod, sed qui peccabat occidebatur, vt patet infra, & iste est proprius sensus huius lræ.

Quoniam non sponte peccauerunt.

Quomodo dicitur hic quibusdam, quod peccauerunt non sponte cum omne peccatum sit uoluntarium, & quid faciat peccatum apparere non uoluntarium. Et quis uocatur mollis, & quis incontinens.
Quæst. XLII.

SED circa hoc dubitabit aliquis, qūo dicatur, ꝙ nō sponte peccauerunt, quia omne peccatum est voluntarium, alias enim peccatum non esset, cum mora tam ordinatę, quàm deordinatę ab intellectu, & voluntate principiantur, vt patet Ethi. 6. Respondetur ꝙ oē pctm voluntarium est directe, vel per ęquipollentiā, vt in peccatis, q̄ fiūt ex ignorantia iuris, vel ignorātia affectata, q̄ si nō sint directe voluntaria, tñ imputantur, vt voluntaria per omissionē, quia sicut voluntarium est in cōmissione ei', qđ malū esse scimus: ita voluntarium est in omissione eius, qđ scire tenebamur, sed hoc quidem immediate, illud vero multum reductiuè. Sunt aūt rursus aliqua peccata, quæ licet a voluntate sint: tñ inductiuum quoddam habent, vt timor mortis, vt patuit in pctō Aaron fabricando vitulum, vel timor perditionis oīum bonorū, aut lęsionis famę, & similium, & ista vocantur nō spōtanea. alia sunt, q̄ fiūt sine aliquo tali inductiuo, & spōtanea dr, vtraque tñ pcta sunt. Dicet ergo aliquis, ꝙ fornicatio, quę ex magna passione fit, dicetur nō spontanea, quia aliqui magis vellent perdere multa bona, q̄ sustinere anxietates quas patiūtur in toleratione passionum, vt dicebat Aps ad Ro. c. 7. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondetur ꝙ magis peccat, qui fornicatur, vt delectationē habeat, quam qui fornicatur, vt labores, qui sunt in sustinendis stimulis carnis, euitet, & vnus vocatur mollis qui sequitur fornicari, vt non laboret, alius vocatur incontinens, qui sequitur fornicari, quia delectabile est, sed esse incontinentem peius est, quam esse mollem, quia magis voluntariū est: de his philosophus. 7. Ethi. magis tñ culpabilis est, q ꝓp habitū sequit delectationes, & est intemperatus, vt patet ibidē: nullū tñ istorū tantā dr̄iam facit, vt dicat non spontaneū, sicut ea quę fiunt ꝓp timorem mortis, vel perditionē substantiæ, aut læsionem famæ, licet passio fortius impellat. Et rō diuersitatis est, quia vita, & temporalis substantia sunt aliqua a ratione ordinabilia, passio autem est contra rationem, ideo magis tenemur resistere passioni, quam vitam perdere, vel substantiam, aut ista maximo periculo exponere, & ratio est, quia substantia, & vita data sunt, tanquam adiuuamenta, & non tenemur illa perdere, nisi in casu speciali: passio autem data est in hostem propter culpam prothoplasti, & ad victoriæ maiorem coronam, ergo resistere tenemur magis, q̄ vitam, & substantiam perdere, ideo passio non facit peccatum esse non spontaneum etiam secūdum modum loquendi legis antiquæ, quę laxior erat quātum ad hoc. Et sic patet, ꝙ quamquam aliquis peccet per ignorantiam, tamen peccatum est, sed vocatur nō spōtaneum, quia ignorantia, & quidam timores faciunt peccatum esse inuoluntarium. s. quòd diminuūt aliquid de voluntario, licet non tollant simpliciter rōnē voluntarii, & sic dr, ꝙ aliquis sponte peccat, & aliquis non sponte. *Nihilominus offerentes incensum domino*, i. q̄q̄ isti peccauerunt per ignorantiam, tñ offerant incensum, & remittetur eis. De isto incenso dicunt aliqui, ꝙ erat thus, quod offerebant peccātes, & offerebatur super altare thymiamatum ad cremandum. Sed non stat, quia peccantes non offerebant incensum, non solum pro altari thymiamatum, sed etiam non offerebant in altari holocaustorum, quia in sacrificio holocausti, & hostiæ pacificæ recipiebantur libamina in qbus erat thus. In sacrificio autem pro peccato non dabantur libamina, vt patet supra in litera, ergo non reciperetur thus in sacrificio pro peccato. sed accipitur hic incensum pro quolibet combusto ab incendio, & sic animalia, quæ cremabantur in altari vocabant incensum, quia ibi incendebantur, & sic dicitur sępe in Leuitico, ꝙ offerebatur adeps in incensum domini, vbi non potest accipi pro thure, & sic dicitur hic, ꝙ sacrificia illa, quę oblaturi erant Israelitę pro peccato, vocentur incensum,

Pro se, & pro peccato, atque errore suo. i. isti offerebant sacrificia pro se, & pro pctō suo, pro se quidem, vt Deus liberaret eos ab aliis peccatis, ne inciderent in priora, pro quibus offerebant, vel pro se. i. vt liberentur ipsi ab aduersitatibus sęculi, sed primum melius dr. etiam

Incensum, quod offerebant peccantes an esset thus

Universidad de Deusto
Biblioteca

offerebant pro peccato suo.i. vt remitteretur eis peccatum:non quidem vt remitteretur culpa,nec pœna, quia nihil horum tollebatur, sed remittebatur pœna eo modo quo supradictum est,inquantum differebatur,ne incurrerent gladium hostilem, famem, aut pestē. Dicitur hic pro pcō, & pro errore, quamquam idem sit,sed vocatur pcm̄, inquantum est aliquid factum ꝺ Deum,& offensiuum illius. vocatur error, qa per ignorantiam factum est,vt supra patet. *Et dimittetur uniuersæ plebi filiorum Israel.* i. cum fecerint sacrificia ista remittetur eis pœna,quam habituri erant, si non facerent sacrificium,quamquam non remittatur pœna,quam habituri erant directè pro pcō, vel remittit pœna debita pro pcō, inquantum non immittitur immediatè super eos,sicut alias immittenda erat, & per sacrificium placatur Deus reseruans pœnam ad alia tēpora, & dicitur, ꝙ remittetur filiis Israel.i.natis ex semine Iacob, & per hos non intelliguntur alienigenæ conuersi ad Iudaismum. *Et aduenis qui peregrinantur inter uos.* Idest etiam remittetur aduenis, sicut Iudæis, dicuntur aduenæ,qui de alia terra,& de alio ritu venerunt ad terram Iudæorum,& cultum Dei. isti autem erant conuersi, & dr̄ peregrinari apud Iudęos,i.manere peregrini,quia non manent in terra sua, nec in cultu Deorum suorum,vnde aduenę dr̄, quia venerunt aliunde,peregrini autem, quia manent extra terram suam,& extra cultum Deorum suorum: dr̄ ꝙ ēt his remittetur, quia populus Iudęorum ꝑstabat ex Iudęis ex genere,& ex conuersis ad Iudaismum. Continḡebat autem interdum.ꝙ oēs peccarentin eodem,omittentes aliquam cęremoniam, vel facientes eo mō quo non deberent,& tunc remittebatur oībus oblato sacrificio pro peccato eorum. *Quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.* i. vnum sacrificium fiet pro omnibus,quia culpa est totius populi,etiam oblato sacrificio omnibus remittetur,quia ista culpa est per ignorātiam. *Quod anima una nescíens peccauerit.* Hic ponitur remedium pro pcō per ignorantiam,quando erat vni⁹ persōnæ,quia supra dicebatur de peccato per ignorātiam totius populi. cōtingebat enim, ꝙ interdum vna persona peccaret per ignorantiam, omittens cęremoniam aliquam,& tunc offerebat,quod infra dr̄. *Offeret capram anniculam pro peccato suo.* i. offeret capram vnius anni,dicitur capra annicula,non quæ ꝑpleuerit vnum annum,sed illa quæ est a septem diebus, vsque ad vnū annum, non enim poterat offerri capra, aut aliquod animal ante octo dies, sed erat diebus septem cum matre sua, die vero octaua offerri poterat Exod. 22. & Leui.c.22.toto autem illo tempore medio vocabatur capra annicula,completo autem anno non vocabatur annicula.

Intelligendum autem est, quod dicitur de vna persona,ꝙ illa sit priuata,nam non est verum,ꝙ quandocunque aliquis peccaret per ignorantiam deberet offerre capram,quia summus sacerdos, quando peccabat offerebat vitulum pro peccato Leui.c.4. ēt quādo princeps terræ.s.rex vel aliquis alius peccaret ꝑ ignorantiam, non offerebat capram, sed hircum masculū Leui.c.4.Istud tamen intelligitur quando peccās erat persona priuata:in aliis autem casibus recurrendū est ad ea,quæ dr̄ ꝑ Leu.c.4. *Et deprecabitur pro ea sacerdos.* Idest quando oblulerit sacrificium sacerdos orabit, vt dimittatur peccatum illius,& hoc generale erat in oībus sacrificiis,ꝙ teneretur sacerdos orare pro offerente. *Quod insćia peccauerit coram domino.* i. orabit sacerdos pro ea propter hoc,ꝙ peccauit ignoranter: si aūt peccauisset sponte non oraretur pro ea, nec offerretur sacrificium. alio modo intelr̄,ꝙ insćia peccauerit cotā dño,ideſt sacerdos orabit pro illa,& dicet in oratione sua. Domine remitte huic,quia insćia peccauit coram te,& sic Deus magis placabitur,quam alias.

Impetrabitque ei veniam. Ideſt sacerdos impetrabit ei veniam de peccato commisso a persona priuata, cum obtulerit sacrificium. non est autem sensus, ꝙ impetraretur venia quantum ad culpam,quia ista sola contritione deletur:etiam non quantum ad pœnam, quia in cęremoniis veteris testamenti non erat virtus ad tollendam pœnam debitā pro peccato, sed hoc inest cæremoniis noui testamenti. Impetrabatur tamen venia de pœna,quam Deus illaturus esset, si non fieret sacrificium illud, & illa pœna est distincta a pœna debita directè pro peccato:vel remittebatur pœna, scilicet, ꝙ pœna debita directe pro peccato non immediate infligebatur in fame, peste, & gladio, cęteris perturbatiuis vitæ humanæ, vt supra declaratum est, sed differebatur ad alia tempora, vt supra declaratum est. *Et dimittetur illi.* Ista est replicatio eiusdem sententiæ, quia idem est remitti,quod impetrari veniam.

Tam indigenis,quam aduenis. Indigenæ dicuntur naturales alicuius terræ,quasi inde geniti, vel naturales alicuius sectæ,aut opinionis,scilicet,quia in ea ipsi, & parentes sui nati sunt.& non dicuntur indigenæ ab indigendo,sed indigena, quasi inde genitus.i.de fide, vel de prouincia a qua denominatur,& isto modo distinguuntur Iudęi contra conuersos ad Iudaismum.aduenæ vocantur hic conuersi de Gentilitate ab aduenido,& isti sunt peregrini.

Nec accipiuntur aduenę pro omnibus alienigenis qui morabantur in terra Iudæorum,sed solum pro illis,qui erant conuersi: nam qui non erant ꝙuersi non obligabantur ad sacrificia: immo quamquam illa dare vellent,non reciperentur,vt patet Leui.c.22. & supra declaratum est, & iste est modus accipiendi aduenas,& peregrinos in tota lege. *Lex vna erit omnium qui peccauerint ignorantes.* i.licet sint Iudæi,vel aduenę hāc legem habebunt quantum ad expiationem peccati: erat enim generale Iudæis, & conuersis ad Iudaismū omne quod erat pœnale, siue in cęremonialibus, siue in iudicialibus,& in omnibus obligatoriis, solum autem differebant quantum ad leges,q̄ dabant aliquem honorē,vel principatum,quia non participabāt his legibus conuersi ad Iudaismum. *Animus vero qui per superbiam aliquid commiserit.* Supra dicebatur de expiatione in pcō per ignorantiā. aliquis crederet eē eodem mō in peccatis,q̄ sunt per superbiā, iō dr̄ ꝙ in his non reciperetur sacrificium,sed qui peccaret moreretē.

Quomodo diuersimode puniebantur peccata, & quæ sunt pro quibus recipiebatur sacrificium, & pro quibus non.
Quæst. XLIII.

CIRCA hoc considerandum est, ꝙ peccata, q̄ homines faciebant,aut erant directe ꝺ Deū, aut ꝺ proximum.Si ꝺ Deum vtpote, quia ignorant ꝺ primam tabulam,qui peccabat nō offerebat sacrificium,sed remittebatur ei per contritionem,si esset pcm̄ occultum,si aūt esset pcm̄ publicū inferebatur alia pœna,vtpote si coluit Deos alienos occidebatur,vel si blasphemauit nomen domini, de primo Deut.13.& 17.c.in blasphemia,quę erat contra ꝺ cundum præceptum lapidabatur blasphemans Leui. c.24.violatio autem sabbati erat contra tertium præceptum,& pro hac similiter infligebatur lapidatio, vt patet immediate in litera.

Si aūt erant ꝺ Deum pcā, non ꝺ præcepta primę tabulę,sed ꝺ aliqua determinatiua illorū, vt cęremonialia, aut erat pcm̄ per ignorantiam, aut per superbiam.s.ꝙ aliquis contemneret legē,dicens se nolle obseruare,& iste occideretur, quia iste destruebat totū statum legis,& in hac non recipiebat sacrificiū, & sic quamquam huiusmodi peccans doleret de peccato suo, & vellet offerre sacrificium, non admittebatur, sed occidebatur, & iste est casus in quo intelligit hic, ꝙ anima,quæ peccauerit.s. ꝑ superbiā negligendo cę remonias morierur. Si autem peccatum istud esset ꝑ ignorantiam recipiebantur sacrificia sicut dr̄ hic.

Si vero esset peccatum contra proximum, aut erat tale,quod merebatur mortem, vel vulnerationem,& in isto infligebatur pœna iudicialis, & non offerebatur aliquod sacrificium.si vero essent peccata,quæ indigebant restitutione, sicut in ablatione rerum,vel damnificatione,aut ista iudicialiter petebantur, & conuincebantur, vel non. si enim iudicialiter aliquid fierer, nunquam fiebat condemnatio ad aliquod sacrificiū, sed ad res ablatas,vel ad maiorem summ am,secundū determinationem legum iudicialiū, de quibus Exo. 21.& 22.c.

Si autem non ageretur iudicialiter in istis, sed aliqs damnificasset proximum auferendo res eius,vel quomodocunque inferret damnificationem,& proximo non petente.s.quia nesciebat,vel probare non poterat iste qui peccauerat dolebat,& satisfacere volebat, restituebat ablata cum quinta parte, insuper proximo, & offerebat arietem pro peccato, & in hoc casu intelligitur,quod habetur Leuit.c.5.s.anima quæ peccauerit,& contempto Deo suo negauerit depositum proximo, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit,& inficians insuper periurauerit,&c. dicitur ꝙ debet dare arietē pro peccato,& in isto casu intelligitur etiam quod habetur supra c.5.

An peccans per superbiam offerre posset sacrificium.
Quæst. XLIIII.

SED tuncalius arguet,quia dicitur hic, ꝙ anima, q̄ ꝑ superbiam peccauerit morietur,& non offeret aliquod sacrificium.Leui.tamen c.6.dicitur, ꝙ anima quæ peccauerit contempto Deo, &c. offeret sacrificium pro peccato. Respondendum est,ꝙ accipiendo contemptum Dei large in omnibus peccatis est contemptus Dei, cum homo agat contra præceptum, & hoc est contemnere legislatorem: hic tm̄ non dr̄ peccare per superbiam, sed cum aliquis dicit se nolle aliquid obseruare, & hoc pertinet ad præcepta cęremonialia in casu in quo supra dicebatur, quia ibi directe contemnitur legislator.Si tm̄ aliquis ex cupiditate, vel ira damnificet proximum, Deum cōtemnere dicitur in quantum agit contra legem eius,tamen iste contēptus non est superbia,quia nō dicit iste se nolle observare legem Dei, sed magis a passione impellit, ideo recipitur hic sacrificium, nec est contemptus iste superbia,de qua hic dr̄.Sed adhuc aliquis arguet, ꝙ non licet offerri sacrificia in talibus peccatis, quia hic dicuntur peccata per ignorātiam, & per superbiā. In peccatis aūt per ignorantiam dicit sacrificia esse admittenda: in aliis autem non admittit,ergo illa pcā, q̄ sunt contra proximum non possunt expiari per sacrificia. Respondendum est, ꝙ quamquam ponantur hic sacrificia in peccatis per ignorantiam, & non in aliis, excluditur quin in aliquo alio peccato possit esse sacrificium ad expiandum cum exprimatur Leui.c.6. sed solum tollitur sacrificium in peccatis, quę sunt ꝑ superbiam, & ista nō sunt cum aliquis damnificat res ꝓximi,quod patet,quia hic dr̄, ꝙ aīa q̄ ꝑ superbiam peccaret moreretur, sed ꝑ damno illato proximo nō morietur aliquis.ergo non intelligitur de illis peccatis,sed solum de his,q̄ erant directè ꝺ Deum, & maxime in cęremonialibus, cū aliquis diceret se nolle obseruare præceptum.Vnde dicendum est,ꝙ non ponit

hic sufficiens diuisio peccatorum, cū solum ponātur ea quę sunt per ignorantiam, & ea q̄ pure per supbiā. Sunt aūt alii gradus medii.s.peccata quę fiunt ꝑ passionem.de his magis dictum est Leuiti. cap.5. circa finē. *Siue ciuis ille sit siue peregrinus.* i. quicunque fuerit peccans per superbiam recipiet eandem pœnam. vocatur ciuis ille qui est genitus de gente Iudęorum: peregrinus vero qui conuersus est. ciuis enim proprie a ciuitate dicitur.hic autem accipitur per metaphoram, qa sicut ciues illi sunt qui in aliqua ciuitate nati sunt, vel ibi habent sedes suas,vt distinguuntur cōtra aduenas, qui aliunde ad habitandum veniunt: ita ille qui natus est in ritu Iudaico,& descendit a parentibus, qui semp fuerunt Iudęi vocatur ciuis,qui vero conuersus est,vocatur alienigena,vel peregrinus respectu fidei illius.

Peccatum per superbiam qd dicatur.

Quoniam aduersus dominum rebellis fuit peribit de populo suo. In hoc significatur quid sit hic proprie peccatum per superbiam. s. quando aliquis rebellat Deo dicens se nolle obedire præceptis eius, sicut dicebat Pharao, quis est dominus,vt audiam vocem eius,& dimittam Israel? dominum nescio, & Israel non dimittam Exo. cap.5. sic etiam dixerunt quidam Iob c.21. s.qui dixerunt Deo recede a nobis, scientiam viarum tuarū nolumus,quid est omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum? hic autem proprie est rebellare cum homo non vult subiici Deo, sed viuere iure proprio, in aliis autem quæ per passionem fiunt,non rebellat homo,sic contra Deum, quia non repugnat legi,tanquam volens esse subditus, sed vt psequatur delectabile, vel fugiat triste ad quod passio inclinat.Dicitur peribit de populo suo.i.morietur, & hoc a iudicibus,siue repugnantia esset manifesta, vt si aliquis publice diceret nolo obedire legi: iste enim tanquam blasphemus puniretur,blasphemi autem lapidabantur Leui.c.24. Si autem esset contemptus iste non manifestus,vel si esset manifestus,sed tamen non contra aliqua verba demonstrantia publicam rebellionem,non occidebatur a iudicibus,sed Deus occidebat huiusmodi homines.

Verbum enim domini contempsit. Ideſt neglexit receptum illius,dicens se nolle obedire. *Et præceptum illius irritum fecit.* i.euacuauit præceptum, vel fecit illud inane,nam præceptum ad hoc solum est, vt per illud homines viuant, cum vero non obseruauerint illud,iam ad nihil prodest,& efficitur irritum: ita est de habente manifestam rebellionem. *Idcirco delebitur.* i.occidetur, in hoc significatur, ꝙ peccans hmōi debebat puniri a iudicibus,quia dicit delebitur: cū vero punitio a Deo solo infligenda est,non dr̄ delebitur,sed peribit. *Et portabit iniquitatem suam.* i. ipse recipiet super se pœnā peccati sui,& non totus populus, si aūt contemneret populus punire hmōi hoīem, Deus puniret ipsum populum,quia erat consentiens delicto, & principaliter totam cognationem illius viri Leui.c.20.

Factum est autem, cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati:obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & vniuersæ multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem nescientes quid super eo facere deberent. Dixitque dns ad Moysen.Morte moriatur hō iste. Obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumque eduxissent eum foras,obruerunt eū lapidibus, & mortuus est, sicut preceperat dominus. Dixitque dominus ad Moysen.

Colligens ligna i sabbato lapidatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciãt F
sibi fimbrias per angulos quatuor palliorũ:
ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cũ
viderint recordentur omnium mandatorũ
domini: nec sequantur cogitationes suas, &
oculos per res varias fornicantes, sed magis
memores præceptorum Domini faciant ea,
sintque sancti Deo suo. Ego dominus Deus
vester, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt es-
sem Deus vester.

Factum est autem. Hic ponit casus incidentalis eorũ, quę in deserto fiebant. s. de homine, qui colligebat ligna in sabbato, & lapidatus est, nec ponitur hoc ad designandum, quod immediate, vt data est lex ista, accidit hoc de violatione sabbati, sed quia dicebatur supra quòd qui peccaret per superbiam nõ habebat remissionem per sacrificia, sed moriebatur, ita autem fuit de isto qui colligebat ligna in sabbato, quia non curãs de lege data pro obseruatione sabbati colligebat ligna in sabbato, & vt Iudęi dicunt monitus, vt desisteret noluit, sed hoc non multum differt. Ad inferendum igitur, quomodo lex ista executioni tradita est subiungitur exemplum de illo qui colligebat ligna, & lapidatus est.

Cum essent filij Israel in solitudine. Idest istud accidit, quando erant Israelitæ in deserto, totum autem spatium, quod perambulauerunt Israelitæ post transitum maris rubri, vsquequo introierunt in terram duorum regum Amorrhęorum, anno 40. ab exitu de Aegypto, erat desertum, cum non inuenirent ibi habitationes aliquas in qua parte autem huius deserti acciderit hoc de colligente ligna patere non potest. Aliqui dicunt, q̃ fuit in deserto Sinai, sed non habet aliquam radicem probabilitatis, nec differt vbi fuerit.

Et inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati. Quia forte iste publice colligebat, & viderũt eum reliqui de populo.

Quis fuit ille qui collegit in sabbato ligna, & mortuus est.
Quæst. XLV. I

DE isto homine dicunt Iudęi, quòd erat Salphaad, quia filiæ eius dixerunt Moysi, infra 27.c. pater noster in deserto mortuus est in pctõ suo, & sic videbat esse istud peccatũ, q̃ colligeret ligna in sabbato. Sed non videtur ex hoc manifeste, quia litera illa dicit Salphaad mortuũ esse, si autem filię eius intelligerent, q̃ mortuus fuisset ligna colligens, & hoc exprimere vellent, non dicerẽt mortuus est, sed occisus est. Item quia filię Salphaad volebant excusare patrem suum de peccato, ita vt ipsę reciperent hæreditatem paternam: nam si fuisset pater earum nimis sceleratus, non habuisset aliquam hæreditatem inter Israelitas, & si haberet, priuaretur ea: consequenter, & filiæ eius non possent habere illam, vt ergo tolleretur istud impedimentum, dixerunt. pater noster mortuus est, & non fuit in seditione Chore õ dñm, sed in peccato suo mortuus est, q. d. si fuisset in seditione Chore mereretur priuari possessione sua, p̃ filiis, & filiabus. & q̃ non succederent ei filiæ, & hoc excusant ipsæ: si tñ mortuus fuisset ligna colligẽs, illud erat valde graue peccatum, ideo forte priuaretur hęreditate, sicut si fuisset in seditione Chore. Itẽ dato, q̃ Salphaad peccasset, & filię eius peterent hæreditatẽ cum vellent eum excusare non proponerent vitium ipsius, sed magis subticerent, expresserunt tamen ad excusandum. ergo non erat istud peccatum de colligendo ligna, in quo fuerit mortuus Salphaad. Sed diuerunt filiæ eius, in peccato suo mortuus est. i. in peccato cõi, qñ totus populus murmurauit, & data est sententia, q̃ oẽs morerentur in deserto, ipse autem mortuus fuit, sicut vnus ex his, de hoc præced. c. Ideo dicendũ, q̃ fuerit aliquis alius. De isto colligente ligna dicunt Iudæi, q̃ monitus fuit ne colligeret, sed noluit desistere, tamen non multum requiritur hęc monitio, quia monitio est ad tollendam ignorantiam, præceptũ autem de sabbato erat, ita vulgatum per opera, quia quilibet hebdomada seruabatur, ideo non requirebatur monitio. Item quia monitio, sicut tollit errorem, vel ignorantiam negationis, ita tollit ignorantiam secundum actum, quæ est in quolibet malo, quia oĩs malus est ignorans, vt habetur 3. Ethico. nam & si aliquis secundum habitum cognoscat, quia tamen passio ligat rationem, & errare facit in particulari, vt patet 7. Ethi. ideo oportet tales errantes secundum actum admoneri, vt desistat passio, & reducãtur ad verum iudicium. hoc autem fieri debet in peccatis, q̃ fiunt ex vehemẽti passione, sicut fornicatio, & appetitus vindictę: fractio aũt sabbati non est hmõi, quia non est inducta ex passione, iõ monitionem non requirit, & sic de illo qui colligebat ligna, non requirit, q̃ monitus fuisset, sed q̃ videretur ligna colligens. G

Quare colligens ligna in sabbato in deserto lapidatus est, cum præcepta cæremonialia non obligarent in deserto.
Quæst. XLVI. H

QVAERET aliquis, quare iste qui colligebat ligna in sabbato in deserto lapidatus est? quia præceptum de sabbato est cęremoniale, cũ sit determinatio certę diei, cęremonialia tñ non obligarunt vsque ad introitum in terram Chanaan, & nõ fuerunt vsque ad introitum, sed vsquequo hẽrent Israelitæ terram in pace, vt supra declaratum est, ergo non dẽbat occidi sic colligens ligna, patet hoc in aliis festiuitatibus, quæ non obseruabantur in solitudine.

Rñdendum est, q̃ cæremonialia non obligauerunt in deserto, & consequenter nemo pro eis punitus est. p̃ceptum aũt de sabbato non erat cęremoniale pure, qm̃ continebat aliquid morale, debuit ergo obseruari, sicut moralia, sed pro transgressione moralis fuit debebatur mors: pro sabbato ergo violato eo ipso. Contra hoc obiiciet aliquis de festiuitate azymorum & pentecostes, & cæteris, qm̃ istę continebant aliquid morale, & aliquid cęremoniale, sicut sabbatum, nec magis morale potest reperiri in sabbato, quã in istis, sed istæ non obligabant in deserto, ergo nec sabbatum. Forte aliquis respondebit, q̃ sabbatum erat maioris festiuitas omnibus aliis, ideo debuit esse sub maiori obligatione. de maioritate autem eius ad alias dictum est Leuit. cap. 23. & Exo. 20. Sed adhuc non sufficit istud ad hoc, q̃ obligaret sabbatum in deserto, & non alias festiuitates. K

Dicendum igitur causam obligationis esse, quia præceptum de sabbato fuit datum toti populo immediate a Deo in voce tubę in monte Sinai, & fuit datum tanquam morale, cum inter cætera moralia ponitur, fuerit: præcepta autem de aliis festiuitatibus non ligarunt data a Deo immediate, sed per Moysen, & ideo fuerunt illa posita inter decem præcepta moralia, sicut sabbatum, sed in pure cæremonialibus: debuit ergo sabbatum semper obligare ad modum aliorum moralium, siue in deserto, siue extra desertum, alię autem festiuitates, quia cęremoniales erant, solum debuerunt obligare in terra Chanaan. fuit etiam hoc, vt pateat aliqualis

aliqualis differẽtia inter illa præcepta, quæ Deus dedit per seipsum. s. per angelos suos, & illa quæ data sunt p Moysen. Considerandum tñ, q̃ licet sabbatum obligaret in deserto, tñ non obligabat sm oẽs suas cęremonias, erant. n. duo in sabbato. s. abstinere ab operibus, & facere quasdam cęremonias sacrificiorum, nam in quolibet sabbato offerebantur in aurora duo agni anniculi in holocaustum, & totidem in vespere, vt patet infra 28. c. quantum ad primum obligauit obseruatio sabbati in deserto, quia vbicunque essent Iudęi poterant vacare a laboribus in die illa. quantum ad secundum non obligauit, quia nõ poterant Iudæi facere sacrificia, vbicunque essent, cum non haberent materiã sacrificiorum, nec determinatum locum, ideo sacrificia, & omnes cęremoniæ oblationum, nunquam obligauerunt, vsque ad terram Chanaan. *Obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & vniuersæ multitudini.* Aliqui de populo viderunt istum colligentem ligna, & zelo legis cõmoti tenuerunt eum ducentes ad Moysen, vt iudicaret de eo. A

Quare iste colligendo ligna fuit ductus ad Moysen. Et an solus Moyses posset cognoscere causas pertinentes ad Deum. *Quæst. XLVII.*

ALIQVI enim dicunt, quòd fuit ductus ad Moysen, quia alii iudices non poterant cognoscere in similibus causis, vel punire si notorium esset delictum Exod. c. 18. vbi hr̃ constitutio iudicum, & habitudo eorum inter se, ponitur Moyses excellens alios iudices in duobus. Primũ, q̃ ipse solus cognoscat in his, quæ ad Deum ptinent, & erudiat circa cęremonialia. Secundum est, q̃ ipse solus cognoscat de causis magnis: ista aũt causa de colligente ligna hẽbat vtrunque, quia iste peccauerat in cęremonialibus, quæ ad Deum pertinent, ẽt quia ista causa erat ardua, cum esset in ea imponenda pnia sanguinis, licet dubiũ esset de genere mortis, ideo ad solũ Moysen pertinere debebat. Respondẽdum est, q̃ alii iudices erãt qui possent cognoscere de causis, quę ad Deum pertinebant, & de arduis ẽt in quib imponeretur pnia capitalis præter Moysen. Et cum arguit de iudicibus illis, de quibus hr̃ Exo. c. 18. respondendum est, q̃ illi erant iudices constituti consilio Iethro, & nõ habebãt potestatem in causis magnis, nec in his, q̃ ad Deum pertinebant: ita vt nemo eorum posset imponere pniam capitalem, vel aliam magnam pœnam, aut saltem cognoscere in tali causa, sed cum grauaretur Moyses, quia solus sustinebat totum pondus populi prouidit ei Deus dando 70. iudices, qui haberent potestatem eandem in causis magnis, & in his, q̃ ad Deum pertinent, atque haberent spiritum prophetiæ p̃ quẽ possent de causis occultissimis iudicare, de hoc hr̃ supra 11. c. & ibi late dictum est. Si ergo concedat fuisse hoc post recessum de monte Sinai dicendum erit, q̃ alii iudices præter Moysen, poterant iudicare in causa ista, ad maiorem tñ reuerentiam isti qui inuenerũt hominem colligentem ligna, duxerũt eum ad Moysen: immo vt magis proprie respondeatur, non solum fuit ductus ad Moysen, sed ad totam multitudinem, vt hic pater. fit tñ mentio de Moyse, quia erat dux populi, & ex eadem causa fit mentio de Aaron, qui erat summus sacerdos: dr̃ aũt ductus iste homo coram tota multitudine, quia in deserto erant omnes simul morantes per tentoria sua, & poterant faciliter congregari sallem principaliores ipsorum, & quia istud erat aliquid magnum, conuocatus est totus populus, vt videret de illo homine quid faciendum esset. *Qui recluserunt eum in carcere.* B C D E

An communitas, seu ecclesia possit habere exercitium iurisdictionis. Et an Christus dederit claues soli Petro specialiter, vel toti ecclesiæ, & quomodo transfertur auctoritas clauium de vno prælato in alium.
Quæst. XLVIII.

ADVERTENDVM q̃ non refertur hoc de reclusione ad totam multitudinem, quia ipsa non habebat iurisdictionem, cum iurisdictio sm actum non possit cadere in cõitatem, sed in personam determinatam, quia iurisdictio requirit actus, vt iudicare, & imperare: cõitas autem cum non sit aliquid vnum proprie, sed per accidens, sicut aceruus lapidum, non p̃t exercere actus aliquos, iõ impossibile est in cõitate esse iurisdictionem sm actũ. Est tñ iurisdictio sm originem in cõitate, & sm virtutem, quia oẽs personæ accipientes iurisdictionem ex virtute cõitatis accipiunt, quia ipse p̃t per se iudicare: cõitas aũt non, ita aũt vr̃ de clauib⁹ ecclesiæ, quia illæ datæ sunt a Christo toti ecclesiæ. qa tñ non poterat tota ecclesia dispensare illas: cum non esset aliqua persona, tradidit eas Petro nõe ecclesiæ. Si tñ intelligeretur claues traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretur inconueniens cõe, qđ inducitur. s. q̃ alii Apostoli non habuisset aliquam auctoritatem clauium, quod falsum est (quia illis data est potestas remittendi peccata, vt patet Io. 20. cap. s. accipite Spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt. Ista tñ est sola ptãs clauis: ergo alii Apli susceperũt claues) Sed adhuc aliud inconueniẽs maius erat, s. q̃ defuncto Petro non manssissent claues, qđ necesse erat si soli Petro datæ fuissent. Et non solum si ipsi soli, sed ẽt si oĩb⁹ Apostolis datæ fuissent claues specialiter, tanquã determinatis personis, defunctis illis non manssissent claues in ecclesia, quia isti non habebant ptãtem dandi aliis claues faciendo eos successores suos, cum nemo posset prælatum successorem sibi facere, & tñ oẽs successores beati Petri, & aliorum eorum habent claues, sicut habuit Petrus, & alii Apostoli, ergo non fuerunt datæ claues illis, tanquam determinatis personis, sed tanq̃ ministris eccłę, & tunc magis dabãtur claues ecclesiæ, q̃ ipsis, & hoc mõ, nunquam p̃t cessare claues in eccła, cum ecclesia, q̃ hẽt ipsas radicaliter, nunquam moriatur. Tunc leuiter apparet qũo mortuo Petro succederent alii summi pontifices in equali potestate, quia illa ptãs clauium erat in ecclesia, & qa nõ poterat ecclesia eam dispensare, cum non esset vna p̃sona: tradita est iurisdictio clauium Petro, tanq̃ p̃sonę electę ad vtum illius iurisdictionis, & qa mortuo beato Petro adhuc semper eccła hẽt claues p̃t ei eligere successorẽ, & eligendo p̃fert eandẽ ptãtem, q̃ habuit Petrus, nec oportet, q̃ in morte B. Petri, Christus iterũ conferret claues successori eius, quod tñ necesse erat si Petro datæ fuissent claues singulariter, vel aliis Aplis singlr, & non ecclesię. Hoc idẽ patet in cõitatibus, si. n. aliqua cõitas, vel collegium est ibi erit iurisdõ quantũ ad eos q̃ sunt in cõitate, & illa iurisdõ, qa non p̃t administrari per totam cõitatem administratur p vnũ de cõitate, non est tñ iurisdõ in illo, ita q̃ non sit in cõitate, sed magis est in cõitate, quia ille [illegible] cõstituatur in iudicem, vel rectorẽ nulla hẽt iurisdictionem. Cum vero cõitas eum elegerit, vel præfecerit, habet iurisdictionem, illo aũt mortuo, vel cedente iurisdictionem non penitus expirat iurisdictio, quia potest alius præfici in rectorẽ, vel iudicem, non tñ posset hoc fieri si non maneret iurisdictio in cõitate, ergo ipsa cõmunitas habet magis iurisdictionem.

De hoc ẽt in defensorio, & in li. de reformatione ecclesiæ.

Iurisdictio est in cõitate virtua liter.

Adhuc patet hoc, quia sede vacante capl̃m hẽt oĩa quæ pertinent ad iurisdictionẽ plati, licet nõ ea q̃ sunt ordinis: si tñ ptãs illa eẽt determinata ī p̃sona, mortuo

Universidad de Deusto
Biblio

plato expiraret iurisdictio simpliciter, donec eēt alius prelatus, sed non expirat: ergo vī, ꝙ iurisdictio illa radicalius erat in ecclesia, quam in prelato. Non tñ haberet eam ecclesia, nisi a principio ei tradita fuisset, quia iurisdictio clauiū non est talis, quales sunt iurisdictiones, quas constituunt sibi cōitates per leges, quia cum ista iurisdictio sit in remittendo peccata, & ligando, non possunt eam hoīes sibi fingere, sed a Deo solum est, cum ipse solus remittat peccata, in ecclesia aūt est nunc ista iurisdictio: ergo oportet, ꝙ eam aliqñ accepit, & hoc non fuit, nisi cum primo traditę sunt claues a Christo. Et hoc modo cum aliquis eligitur in prælatum conferī sibi ꝑ electionem iurisdictio, quia eccla habebat iurisdictionem illā, & non poterat exercere eam, quia non erat vna persona, ideo tribuit vni viro, & tunc cū summus pontifex eligitur a cardinalibus, a tota ecclesia eligitur, cum illi noīe totius ecclesiæ eligant, quia non ꝑt ecclesia tota conuenire ad quālibet electionem, & sicut electio totius ecclesię tribueret iurisdictionem, ita electio Cardinalium, si fiat secūdū voluntatem ecclesię expressam per decreta sua, & cōstitutiones, si autem aliter, nihil confert iurisdictionis, nec erit pontifex qui est assumptus.

An ecclesia aliquando habeat potestatem ligandi, & soluendi. Quæst. XLIX.

SED tunc dicet aliquis, ꝙ si potestas clauium, quæ est in summo pontifice est in ecclesia aliqñ hēbit ecclesia potestatem ligandi, & soluendi, quod non est conueniens. Respondendum est, ꝙ ecclesia susćepit claues a Christo, & Apostoli, tanq̄ ministri ecclesię, & nūc ecclesia illas habet, & prelati ēt, sed aliter eccla, q̄ prelati: nam ecclesia habet fm originem, & virtutem: prælati autem habent fm vsum earum. Dī ecclesia habere fm virtutem claues, quia ꝑr conferre illas prelato per electionem: dī ēt hre per originem, quia potestas prelati non originatur a seipso, sed originatur a ptāte ecclesiæ per electionem. Ecclesia. n. q̄ ipsum elegit tribuit ei iurisdictionem illam, eccla aūt a nullo susćipit, postq̄ semel a Christo susćepit, ideo illas ꝑ originē, & virtutem habet, & qñ confert eas prelato, non cōfert eo mō, quo habet. s. quantum ad originem, & virtutē, sed quantum ad vsum. In vtroque tñ integre sunt claues. Exemplum huius patet in dño rei, & vsufructuario, atque vsuario: nam dñs rei habet vsum rei, & confert illum vsum alteri, sed non eo mō, quo hēt, qa sibi reseruat vsum, vt proprietario: alteri ꝓcedit, vt vsuario vel vsufructuario, & in hoc ꝓfert dñs aliquid, qđ non hēt, quia dñs rei non est vsufructuarius, nec vsuarius, nec esse ꝑt: ꝓfert tñ alteri, ꝙ sit vsufructuarius, vel vsuarius: conformiter in ecclesia: ipsa. n. non hēt claues, quantum ad vsum: oīa aūt ista descendunt ex hoc, ꝙ ecclesia non est aliquid vnum per se, potens hre administrationem clauiū, ideo illas alteri commēdat. Si aūt posset per se administrare, non committeret alicui ꝑlato. Ita aūt fuit hic, ꝙ iurisdictio erat in populo: tñ nō administrabat iurisdictionem totus populus, sed solū iudices constituti, & isti iusserunt poni hoīem illum in carcere. *Nescientes quid super eo facere deberent.* i. nesciebant, quam pœnam inflicturi essent hoī illi, quia si pœna determinata esset, immediate illam inflixissent. Sed dicet aliquis qūo dubitabāt de pœna, quia iussum erat Exo. 31. & 35. c. ꝙ faciens aliquid in sabbato occideret. Respondendum est, ꝙ non dubitabatur de isto colligente ligna, ꝙ mori deberet: dubitabatur tamen de genere mortis, quia non fuerat quidquam expressum in prælegatis capitulis: sic. n. fuit de viro blasphemante, de quo Leuit. c. 24. dicitur, ꝙ miserunt eum in carcerem, quousq; scirent quid Deus iuberet, & iussit, ꝙ lapidaretur. *Dixitque dominus ad Moysen.* Hic subintelligitur, ꝙ incarcerato homine illo Moyses iuit ad inquirendum dñm super hoc, & respondit, ꝙ lapidaretur: modus autem inquirendi Moysi erat, vt quādocunque haberet aliquod dubium introiret in Sācta sanctorum, & tunc loquebatur ei dñs inter duo Cherubin, respondens ad inquisita, vt patet supra capitu. 7. *Morte moriatur, homo iste.* q. d. non est dignus venia, qui deliquit contemnendo legem, sed moriatur, & quantum ad hoc nondum satisfaciebat intentioni Moysi, quia de hoc non dubitabat ipse, sed de genere mortis, ideo immediate subiungitur genus mortis.

Obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. i. totus populus conueniat ad lapidandum eum: in omnibus. n. peccatis, quę fiebant directē contra Deum, pro qbus infligenda erat mors, lapidatio infligebatur, patet de primo, quod est colere Deos alienos habetur Deute. 13. & 17. c. de blasphemia, quę est ꝺ̄ secundum præceptum, & est directe contra Deum ponitur lapidatio Leuit. c. 24. de tertio precepto, quod erat colere sabbatum, ponitur lapidatio hic.

Causa autem quare lapidatio ista infligebatur a toto populo erat, vt prouocarentur hoīes ad zelum Dei sui: nam in his peccatis infligebatur Deo offensa, & q̄ diligit aliū vult vlcisci iniurias illi inflictas, iō totus populus iubebatur occidere huiusmodi peccantes, vt sic videretur vindicare iniuriam Dei sui, & inclinarentur ad Dei zelum prosequendum in omnibus.

Dicitur, ꝙ ista lapidatio fieret extra castra, quia nemo lapidari debebat, nec occidi intra castra ne pollue-
rentur castra sanguine, & ex hoc prouenit, ꝙ quando Stephanus lapidatus est eiecerunt eum extra vrbem, vt patet Act. c. 7. & quādo Christus crucifixus est extra vrbem Ierusalem fuit crucifixus, vt patet ad Hebr. c. vlti. *Cumque eduxissent eum foras.* Ista est executio mandati dñi, quantum ad vtranque partem. ideo primo eū eduxerunt de castris, quod est educi foras. *Obruerunt eum lapidibus.* i. occiderunt eum lapidando: obruere ꝑ. prię signat cooperire, velut si oēs Israelitę tot lapides super eum iecissent, ꝙ eum cooperirent. *Et mortuus est.* Hoc ponit ex superabundanti. quia obrui lapidibus est mori lapidando. *Dixitque dominus.* Posito incidenter hic subiungitur quoddam cęremoniale. s. signū distinctiuum Israelitarum ab aliis populis.

Quomodo Iudæi erant distincti ab alijs populis in rebus, & in signo, & in moribus. Quæst. L.

IN quo est sciendum, ꝙ Deus voluit Israelitas esse distinctos ab omnibus aliis populis in signo, & in rebus, res autem erat conuersatio, vel mores Iudęorum, & propter hoc dedit legem Iudęis directuam omnium actuum humanorum, tam respectu Dei, quam ipsorum Iudęorum inter se, & non data est lex ista alicui alteri gēti, nec aliquam aliam Deus dedit gentibus, sic patet Psal. 147. s. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Distinguebantur etiam Iudæi ab aliis gentibus in signo, & hoc erat dupliciter, quoddam erat signum in carne, aliud in veste, in carne datum est signum circuncisionis, quod non poterat tolli ab aliquo Iudæo, istud tamen nō sufficiebat, quia erat occultum, & nemo est qui respiciat partem illam, quia est pudenda, ideo non cognoscerentur Iudęi per illam, vnde debuit dari aliud signum exterius, quod manifestaret euidenter esse Iudęos. istud fuit signum in habitu, & de hoc dicitur hic, vnde posito signo isto cognoscebatur manifeste quis esset Iudęus, sicut nunc inter nos cognoscuntur positis quibusdam aliis signis.

Dixit

1 *Dixit dominus ad Moysen.* Qñ ista dicta fuerint nō potest patere, quia non ponitur tempus eorum, nec est aliquid ex quo colligatur, nec ēt dicēdum est, ꝙ istud de ponendis fimbriis fuerit dictum post incidētalem casum de colligente ligna, quia nihil tale apparet, sed ꝓiungunt multa cęremonialia in isto cap. *Loquere filijs Israel.* Hoc erat generale in oībus legibus, ꝙ Deus daret illas Moysi, & postea Moyses pronūciaret illas populo, cum Deus per se non loqueretur, nec per angelum immediate populo, nisi semel in monte Sinai. *Vt faciant sibi fimbrias.* Istud erat signum distinctiuū in vestimento. Et diciendum, ꝙ istę fimbriæ non fiebant in oībus vestimentis Iudęorum, sed solum in superioribus, quia per interiora non cognoscerentur, cum nō viderentur, & erant istę fimbrię quatuor partes vestimenti in anteriori, & posteriori parte diuisi. vnde necesse est, ꝙ in duabus diuisionibus, vel apertionib⁹ essent quatuor fimbrię, & iussit hoc dñs fieri, quia forte alię gentes non vtebantur vestibus fimbriatis, sed rotundis, vel solum in parte anteriori apertis, vel forte dicit ꝑt, ꝙ vestimenta fimbriata erant in vsu apud illos, & alias gentes, & principaliter istud præceptum non intēdit fimbrias constituere, sed ꝙ ponantur vittę hyacinthinę, per quatuor fimbrias, & iste est proprior sensus. *Per angulos palliorum suorum.* Pallium significat vestem superiorem, & in ista erant quatuor fimbrię. i. quatuor partes panni causatæ ex diuisione, vel apertione ipsius vestis in anteriori, & posteriori parte, & non erāt istæ fimbrię aliquid appositum vestibus, sed partes ipsarūmet vestium. differt tñ, quia si non haberent vestimēta fimbrias essent rotūda, sicut vestes fęminarum, angulī autem palliorum non sunt aliquid distinctum a fimbriis, quælibet. n. fimbriarū erat vnus angulus, vel continens in se angulum, cum per diuisionem panni sint iam ibi duę lineę tangētes se ortogonaliter, & sic in qualibet fimbria. dixit tñ ꝙ fimbrię fierent in angulis palliorum. i. ꝙ faciendo fimbrias fierent anguli, si non præexistebant: proprius tñ diceretur, ꝙ ponerent vittę hyacinthinę in angulis. *Ponentes in eis vittas hyacinthinas.* i. in angulis istis palliorum, vel in fimbriis, quod idem est, ponebantur vittę hyacinthinæ.

De figura fimbriarum, & colore earum. Quæst. LI.

SVNT autem istę vittæ hyacinthinæ, vt dicunt Iudæi, quidam parui funiculi ex multis nodis cōplexi, qui consuebantur extremitatibus fimbriarum: vel magis dicendum est, vittas hyacinthinas esse quędam pictatia quadrata de pāno hyacinthino, posita in quatuor fimbriis, ita quōd in qualibet fimbriarum esset vnum pictatium hyacinthinum de illis, & de istis dicitur Matth. 23. cap. dilatant enim philateria sua, & magnificant fimbrias, vocatur ibi philaterium, vt aliqui dicunt, vitta hyacinthina, & fimbria ipse angulus vestis, sed philaterium alterum est. s. quędam cartula in qua scribebantur præcepta Decalogi, & portabant Iudæi illam in brachio dextro, vel in fronte pendentem, vt patet Deuteronom. c. 6. Sed fimbria accipitur ibi solum pro vitta hyacinthina. Et ex hoc patet, ꝙ vitta illā sit aliquis pannus quadratus, & non funiculus paruus, vt dicunt Iudæi, quia dicitur, & magnificāt fimbrias. Si tamen esset funiculus illa vitta hyacinthina mō dicum posset magnificari: pannus aūt hyacinthinus quadratus poterat magnificari, quia illi q erāt religiosiores, vel fingebant maiorem zelum legis, posnebant maiores vittas hyacinthinas, & ita dī de pharisæis, ꝙ magnificabant fimbrias.

Erant istæ vittę hyacinthinę. i. de colore hyacintho, est. n. color hyacinthinus cęlestis, & ponebatur de hoc

colore, vt memorarent mandatorū legis de cęlo datæ, ideo in vestimentis sacerdotalibus multum erat de hyacinthino colore, Exo. c. 28. Item cortinæ tabernaculi, & tentoria magis habebant de hyacintho, quam de aliis filiis Exo. 26. & 27. c. Item omnia velamina vasorum Sanctuarii præter velamen altaris holocaustorum erant hyacinthina in superiori parte supra cap. 4. Iudæi autem non habent nunc istas vittas hyacinthinas in fimbriis, sed sacerdotes eorum cum legunt in synagogis precipue vtūtur quibusdam vestibus lineis, quæ habent multos nodos in pectore, & illas vocant vittas hyacinthinas. *Quas cum viderint recordentur omnium mandatorum Dei.* i. cum Iudæi viderint istas vittas hyacinthinas recordabuntur, ꝙ positæ sunt ad mandatū Dei, & desistent a malis suis, si aliqua facere proposuissent.

Et ad quid proficiebant fimbriæ hebræorum. Quæst. LII.

SCIENDVM autem, ꝙ ad hoc ponebantur istę vittæ hyacinthinæ, vt homines recordarentur precęptorum Dei, velut cum aliquis ponit sibi in digito filū ligatum ad memoriam alicuius rei, & quāquā actualiter non cogiter de illa re, cum viderit illud filū recordabitur, & sic dicebatur de præcepto redemptionis primogenitorum, Exo. c. 13. s. erit igitur, quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem inter oculos tuos.

Sed adhuc considerandum, ꝙ effectus vittarū hyacinthinarum erat duplex. Primus vt recordarentur Iudæi præceptorum Dei. Secundus, vt cognoscerentur esse Iudæi. s. vt cū aliquis Iudæus videret alium, sciret eum esse Iudæum, & per hoc cognosceret cui cōmunicandum esset, vel qui recipiendi essent in Sanctuario: nam aliqñ veniebant Gentiles in terrā Chanaan; & per hoc cognoscebant Iudæi ipsos. & q̄q̄ ponāt hic, ꝙ istæ fimbriæ erant ad recordationē Dei: principaliter tamen erant ad distinctionem Iudæorum ab aliis. In hoc aūt, quod dī esse fimbrias istas ad recordationem. sciendum est, ꝙ proficiebant pro hominibus, qñ erant passionati, quia faciebant eos scire actualiter. nā secundum Arist. 7. Ethic. incontinens peccat, & ignorat tunc cum peccat, non tamen ignorat simplr, sed scit in vniuersali, & ignorat in particulari, scit fm habitum, & ignorat secundum actum, quod facit in ipso passio peruertēs rationem circa particularia agibilia, vt patet 7. Ethic. Cum vero aliquis habet aliquem qui in passione reducit ei ad memoriā ipsum, quod ignorat in particulari, & fm actum, efficitur sciens actualiter, & in particulari, & tunc passio non prævalebit, nisi forte passio fuerit ita vehemens, quōd non permittat intelligere. Hoc modo proficiebant vittæ hyacinthinæ, quia cum aliquis intendebat facere malum, nō habebat memoriam Dei in particulari, nec secūdum actum, cum autem videret vittas hyacinthinas recordabatur secundum actum, sed quantum ad hoc iam non erat magna efficacia vittarum hyacinthinarum, quia cum quotidie eas Iudæi ferrent in vestibus suis, nihil magis mouebantur videntes illas, quam si viderent vestes. est enim conditio naturæ, vt assuetis nō fiat passio, nec motus.

Nec sequantur cogitationes suas. Ideſt non eant post cogitationes suas. dicitur aliquis sequi cogitationes, qñ quidquid sibi in mentem venit operatur, & sequit impetum oīum passionum. *Et oculos per res varias fornicantes.* Ideſt non sequantur oculos suos, qui fornicantur per res varias. i. qui feruntur in multa visibilia mō fornicatio. sicut. n. fornicator cōcupiscit videns eam, cui coniungi non licet, ita oculus cum varia viderit, q̄ nō

licet desiderari, fornicatur si desiderauerit, & hoc modo omnia membra habent suam fornicationem. dicitur autem aliquis fornicari per res varias, quando qdquid viderit concupiscit, & Iudei videntes vittas hyacinthinas non sequerentur oculos suos.

Sed magis memores præceptorum Dei, vt faciant ea. i. cum viderint istas vittas hyacinthinas recordentur præceptorum Dei, & faciãt illa propter Deum q iussit hæc.

Sintque sancti Deo suo. i. sint sanctificati, vel mundi: potest hic intelligi sanctus pro mundo, vel separato. Primo modo est sensus, ꝙ Iudei erunt sancti dño. i. mundi, quia cum viderint vittas hyacinthinas recordabuntur præceptorum Dei, & cauebunt a desideriis suis, quod est esse mundum.

Alio modo est sensus, ꝙ Iudei ferrent fimbrias, & vittas hyacinthinas, & hoc modo essent sanctificati Deo. i. segregati ad cultum eius, dr̃. n. aliquis segregatus ab aliis, quando obseruat aliquas cęremonias in vita, vel in habitu distinctas ab aliis, & sic illi Iudei, qui obseruabant cęremonias, quæ hñr supra c. 6. vocabantur Nazaræi. i. segregati, quia in comparatione omniũ aliorum isti erant segregati: ita autem Iudei respectu aliarum gentium dicebantur segregati, quia non vtebantur eodem habitu, nec legibus, qbus alię gẽtes, & iste modus est cõis loquendi in sacra Scriptura. s. sanctifica mihi oẽ primogenitum. i. separa pro me Exod. c. 13. & sanctifica diem sabbati. i. separa illum pro dño Exo. c. 20. vterque sensus est conueniens.

Ego dominus Deus vester. i. facere debetis oĩa ista, quia ego qui iubeo sum Deus hñs auctoritatem iubendi.

Qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem Deus vester. In hoc persuadentur Iudei facere ista, quæ dicuntur. Primo per beneficium, quia Deus eduxit eos de Aegypto, & cum istud sit maximum beneficiũ, quia libertas est de maximis bonis, seruitus autem de maximis malis, tenebantur Iudei Deo ad quamcunque obediẽtiam, sicut seruus domino. potissime cum ista seruitus Aegypti esset durissima, quia vocatur fornax ferrea seruitus Aegypti Deut. c. 5. & vocatur ergastulũ Exo. c. 6. Secundo persuadentur Iudei, quia dicitur, ꝙ ideo eduxit Deus eos de Aegypto, vt esset eorum Deus. nihil autem aliud est Deum esse eorum Deum, nisi ꝙ Iudæi colerent illum specialius cultu diuino, quã omnes aliæ gentes. cultus autem consistit in obedientia præceptorum, ideo debebant Iudei obseruare præcepta illius, ꝙ autem Deus eduxerit Israelitas de Aegypto, vt esset Deus illorum satis notum est: nam cum eduxit eos dedit eis legem per quam colerent eũ specialius, quam alię gentes.

An Iudæi essent obligati portare fimbrias, & vittas hyacinthinas. Quæst. LIII.

QVAERET nunc aliquis an Iudei fuerint obligati portare fimbrias istas, & vittas hyacinthinas, ꝙ autem aliquando portauerint manifestum est, cum dicatur Mat. 23. c. ꝙ pharisæi dilatabant philateria, & magnificabant fimbrias sed non patet hinc eos fuisse obligatos, quia multa faciebant Iudei ad quæ non erant obligati.

Respondendum est, ꝙ Iudæi erant obligati ad faciendas fimbrias & vestimẽtis, & ponendas vittas hyacinthinas, quia Deus hoc iussit, & quamquam cæremoniale esset, tñ tpe illo quo lex durauit obligabãtur omnes Iudæi obseruare istud, vnde & ipse Christus legitur obseruasse habens fimbrias in pallio, & vittas hyacinthinas, sicut patet de muliere illa, quę patiebat fluxum sanguinis, & tetigit fimbriam vestimẽti Christi, & dixit in corde suo. si tetigero fimbriam vestimẽti eius salua ero. Luc. c. 8. & vocatur ibi fimbria angulus pallii, vbi erat vna de vittis hyacinthinis. Fuerunt autem similia dicta de aliis præceptis Exod. cap. 13. & Deut. c. 6. nam de primogenitorum redemptione dr̃ Exo. 13. c. ꝙ erit istud præceptum, quasi signũ in manu tua, & quasi quid appẽsum ob recordationem inter oculos tuos: tamen manifestum est, ꝙ Iudei non erant obligati ad portandum præceptum illud scriptũ in manu, vel ante oculos, nec etiam portabant. Simile erat de præceptis Decalogi. i. de duobus, quæ ibi ponũtur, de quibus dr̃ Deute. c. 6. & ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur ante oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostiis domus tuæ, sed etiam ad hoc non erant obligati. nullus. n. de Iudæis portabat præcepta pendentia ante oculos in frõte, sed aliqui eorum qui religiosiores esse videbantur, portabant illa in brachio, si tamen fuisset obligatio in præcepto illo, non solum obligarentur in brachio portare, sed etiam inter oculos, cum vtrunque exprimatur. portabant autem ista præcepta ligata in brachiis pharisei, qui videbantur reliquo populo sanctiores, vt viderentur diligere legem, sed hoc aliqui tenent, verius tamen, & communius est, ꝙ vere portarẽt pharisei philateria pendentia in fronte, & non soli ipsi, sed multi de populo, licet non omnes, de quo dicetur magis Mat. 23. c. q. 44. faciebant autem istas cartulas magnas, & pulchras, de quibus Christus arguebat eos Mat. 23. cap. dicens dilatant philateria sua, & magnificant fimbrias, philaterium dr̃ cartula illa, in qua conseruabant præcepta, & dr̃ a philaxe, quod est seruare, & thorat, quod est lex, quasi seruatio legis, s. ꝙ in cartulis illis erat lex recondita. i. principalia præcepta legis.

Philacteria unde dicta.

Dicet ergo aliquis de vestibus fimbriatis, & de vittis hyacinthinis similiter esse. s. quòd non obligarentur Iudei ad istud præceptum, sed esset quasi quędam metaphora.

Respondendum est, ꝙ ad istud præceptum de fimbriis vestimentorum obligabantur omnes Iudei, quia istud erat datum, tanquam signum distinctiuum Iudęorum a cęteris hoĩbus, & sicut tenebantur obseruare circuncisionem, quia erat data in signũ distinctiuũ: ita tenebantur obseruare præceptum de fimbriis.

Item no. sunt similia verba huius præcepti ad ea, q̃ dicuntur de præcepto redemptionis primogenitorũ, & de præceptis Decalogi scribendis in cartula. nã hic datur præceptum de solis fimbriis, & nihil aliud tangitur. si autem non tenerentur ad istud esset superfluũ totum, quod hic dr̃. Cum vero dr̃ de præcepto redemptionis primogenitorum, & de præceptis 10. seruandis, aliter habetur, quia ponuntur præcepta ista, tanquã principaliter, deinde vt memoria eorum permaneat ponitur quędam comparatio signorum sensibilium. s. ꝙ sint in recordatione vestra semper tanq̃ aliquid appensum ante oculos vestros, vel tanquã aliquid ligatum in brachio: non tamen est intentio Dei iubentis, ꝙ ista ligarentur in brachio, vel in fronte: in hoc autem præcepto aliter est, quia sine aliqua alia cõparatione, vel causa ad quam referatur, iubetur, ꝙ Iudæi faciant sibi fimbrias cum vittis hyacinthinis: ergo erat obligatio simpliciter ad istud præceptum.

An præceptum de fimbrijs obligaret in deserto. Quæst. LIIII.

QVAERET nunc aliquis an istud præceptum obligauerit Iudęos in deserto? Aliquis respõdebit, ꝙ non obligabat, quia erat cæremoniale, & nunquam habuerunt cæremonialia vim obligandi, vsque ad introitum in terrã Chanaan: ergo nec istud. Posset forte dici in contrarium, ꝙ ratio quare non obligabant cęremonialia in deserto erat, quia non habebatur materia illorũ, nec dispositio ad vacandum illis, sicut erat de circuncisione propter motum incertum nubis, vt declaratum est Deuteron. duodecimo, & Iosue capitulo quinto, idem de sacrificiis, quia materia eorum non poterat haberi in deserto, ideo non obligabantur iugiter ad offerendum illa. de vestimentis tamen fimbriatis aliud erat, quia cum Iudæi vterẽtur vestibus in deserto, poterãt illas facere fimbriatas, & apponere vittas hyacinthinas.

Respondẽdum est, ꝙ nullum præceptum cęremoniale obligauit in deserto, nisi de eo expresse fieret mentio, ꝙ obseruaretur in deserto, sicut erat de leprosis eijciendis extra castra, & de fluentibus semine, & immundis super mortuo, vt patet supra c. 5. de alijs non exprimebatur, ꝙ in deserto obseruarentur, ideo non obseruabantur, sed de præceptis cęremonialibus quę seruarentur in deserto, & quę nõ. latius, & verius dictum est supra 5. c. q. 10. Item non poterant obseruare Iudęi in deserto præceptum istud: non enim habebant vestes alias, nisi quas de Aegypto eduxerant, & illę durauerunt eis per 40. annos in eadem nouitate qua eduxerant de Aegypto, vt patet Deutero. capi. 8. & 29. istæ autem forte non erant tales, quæ possent fimbriari, vt ponerentur in eis vittę hyacinthinę. Item concesso, ꝙ vestes illæ possent diuidi in fimbrias, satis dubium est si haberent in deserto pannum hyacinthinum ad ponendum in quolibet vestimento per quatuor fimbrias eius. ideo nõ obligabat in deserto istud præceptum, sed obligauit post introitum in terram Chanaan habita pace, sicut cętera cęremonialia obligabant, quod fuit quando Israelitę cessauerunt a plijs, & duxerunt tabernaculum Domini in Sylo, vt patet Iosue cap. 18. de quo declaratum est Iosue capitu. 12. & ibi vide.

dotium. otigo autem huius seditionis fuit, ꝙ Chore videbat Moysen, & Aaron habere excellentiam super totum populum, cęteri autem erant tanq̃ subiecti: ambiuit igitur excellentiam illam, quam habebat Aarõ: erat tamen Chore satis coniunctus consanguinitate Moysi, & Aaron, vt infra patebit.

An ista sint immediate dicta post superiora. Quæst. I.

CIRCA ea, quę dicuntur in hoc capitulo dubitabit aliquis, an fuerint immediate dicta post superiora.

Respondendum est non posse cognosci ordinem in his, quia illa superiora sunt præcepta. ista autem sunt historicè dicta. historię autem ad præcepta non apparet aliqua continuatio, nisi exprimatur. Dicunt autem aliqui fuisse hoc in monte Sinai, pauco tempore post constitutionem Aaron in sacerdotem summum, & satis rationabile est, quia ibi fuit constitutus Aaron in sacerdotem summum. immediate autem inuideret Chore excellentię Aaron, & insurgeret conuocando secum alios. si autem alio tempore facta fuisse ista dixerimus, non multum differt.

Quomodo & quare Chore, & Dathan, & Abiron insurrexerunt contra Moysen. Et an pro summo sacerdotio, vel pro principatu populi. Quæst. II.

MODVS autem huius fuit. Dominus elegerat sibi Leuiticam tribum, vt ministraret reprobatis alijs primogenitis, ideo sic Moyses ex mandato diuino fecit, & constituit Aaron fratrem suum summum sacerdotem, & filios eius sacerdotes minores, Leuitas vero fecit custodes, & portatores vasorum, vt patet supra 3. & 4. capi. populus autem concepit de hoc indignationem, quia contempta cętera multitudine, & omnibus tribubus soli tribui sue, & cognatis suis dedit ministeria, & pręposituras Moyses.

Vnde orta est murmuratio Chores, & ambitio eius.

Et aliqui dicunt, quòd ista indignatio fuit, qa Moyses fecerat hoc, & non indicauerat populo, ꝙ Deus mandasset. Sed falsum est hoc, quia Leu. capi. 8. dicit, quòd prima die consecrationis conuocauit Moyses totum populum, & coram eis lauit Aaron, & vestiuit eum dicẽs, iste est sermo quem Dominus fieri iussit.

Sed dicendum, quòd forte nòn credidit populus Moysi, sed magis putauit, ꝙ ex affectione cognatorũ hoc fecerat. Chore autem Leuita de genere Caath doluit, ꝙ Elisaphã filius Ozielis pręponeret Caathitis, vt patet supra cap. 3. quia Elisaphan erat filius filij minoris Caath, scilicet Ozielis. Chore autem erat filius secundi filij, scilicet Issuar, quare videbatur rationabilius debere pręponi. concepto aũt odio in Moysen, qui ista Deo mandante disposuerat, non solum volebat sibi debitam Caathitarum pręposituram, sed summum sacerdotium ambiebat. Dathan, & Abirõ, qui erant de tribu Ruben moti sunt, quia primogenitura ius sibi debitum ex Moysi dispositione transierat ad Iudam, qui figebat tentoria in parte Orientali, vel magis ad Ephraim. de Iuda enim non tantũ cõquerebantur, quia Iacob moriens prępposuerat Iudam in donis, & imperio ipsi Ruben primogenito, vt habet Gen. 49. c. sed magis conquerebãtur de Ephraim, quia Iosue, q erat de principalissimis totius tribus Ephraim erat familiarissimus Moysi, & fecit eum ducem primi belli, scilicet contra Amalechitas, vt habetur Exo. 17. cap. Item in his, quę ad Deum pertinebãt excellebat Iosue, quia antequam fieret tabernaculum magnum habebat Moyses quoddam paruum tabernaculum,

Familiaritas Iosue ad Moysẽ.

in

CAP. XVI.

ECCE autem Core filius Isaar filij Caath, filij Leui, & Dathan atque Abyron filii Eliab: Hon quoque filius Pheleth de filijs Ruben: surrexerunt contra Moysen: alijque filiorum Israel ducẽti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore consilij per nomina vocabantur. Cumque stetissent aduersum Moysen, & Aaron dixerunt. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini?

Ecce autem. Supra ponebatur impedimentum itineris propter populum murmurãtem, hic rursus describitur impedimentum itineris, ꝙ & diuiditur in tria, quia primo ponitur seditio pro sacerdotio. secundo sacerdotij determinatio infra 17. tertio oneris sacerdotalis impositio infra 18. Circa primum describitur seditio Chore cum sibi adiũctis. secundo murmuratio totius multitudinis ibi. *Murmurauit autem omnis multitudo.* Prima in tres, quia primo ponitur transgressio culpæ. secundo reprehensio iudicantis. tertio inflictio pęnę. secũda ibi. *Quod cum audisset Moyses.* Tertia ibi. *Locutusque est Dominus.* Circa primũ. *Ecce autem Chore.* Hic ponitur murmuratio Chore cõtra Moysen, & Aaron, qui voluit sibi vsurpare sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ostió, cuius apparebat Dominus descendens in nube. in hoc autem nullus introibat, nisi Moyses, & Iosue, vt habetur Exo.c.33.in multis quoque alijs erat Iosue familiarissimus Moysi, cum dicatur supra 11.c. quòd erat minister Moysi electus ex mille.

Et forte isti Dathan, & Abiron, & Hon, qui erant potentissimi in tribu Rubē commoti sunt per Chore ad ambiendum ius primogenituræ, vt Chore mediātibus eis populū facilius commoueret, & poterat hoc esse, quia Rubenitæ erant propinqui Caathitis, quia vtrique erant ad meridianam plagam, vt patet supra 2.capi.de Rubenitis, de Caathitis supra capi.3.Item, quia Dathan, & Abiron, quia erant de nobilioribus tribus Ruben habitarēt propinquiores tabernaculo. G

Rabbi Abraham, Aben Ezra dicit, ꝙ ista insurrectio fuit facta in mōte Sinai, vbi officia distincta sunt, vt patet supra primis tribus capitulis huius libri, & ꝙ isti immediate repugnauerunt, vt sensserunt se grauatos, & satis rationabile est, quia si magno tempore distulissent, non habuissent colorem ad hoc, nec fauorem a multitudine. tunc autem sic, quia nondum animi multitudinis pacati fuerant, ideo tunc erat tēpus accommodatum seditioni contra Moysen, sed non narrantur res semper eo ordine quo aguntur.

Ecce autem Chore filius Issuar. Hic ponitur genealogia Chore, quomodo erat de Leuitis. ponitur etiam genus aliorum, qui cum eo insurrexerunt. erat.n. Chore de Leuitis pronepos Leui, & erat cognatus Moysi, & H Aaron, & pater Chore erant fratres ex eodem patre, scilicet ex Caath, vt patet Exo.c.6. *Filij Caath.* Ideſt Issuar pater Chore erat filius Caath. Iste Caath habuit quatuor filios, scilicet Amram, Issuar, Hebron, Oziel, vt patet Exo.cap.6. Chore autem erat nepos Caath ex secundo horum filiorum. *Filij Leui.* Ideſt Caath erat filius Leui. hab iit.n. Leui tres filios, scilicet Caath, Gerson, Merari, Gen.46. & Exo.capi.6. vnde Chore erat pronepos Leui, & eodem modo Moyses, & Aaron erant pronepotes Leui, & erant ambo patrueles Chore, scilicet filij duorum fratrum.

Et Dathan, atque Abiron filij Eliab. Isti duo erāt magni principes in tribu Ruben, & erant fratres ex eodem patre, scilicet Eliab, vt patet h. ideo magis potuerūt I isti duci in aliquam coniurationem simul, quam alij nihil sibi attinentes. *Hon quoque filius Pheleph.* Iste erat alius princeps de tribu Ruben, & conuenit cum istis in coniurationem contra Moysen, & Aaron.

De filijs Ruben. Ideſt isti tres principes erant de tribu Ruben, de aliis enim tribubus nulli insurrexerūt causa autem apparet ex suprapositis. *Surrexerunt contra Moysen.*

Quare surrexerunt contra Moysen. Et quòd Dathan & Abiron expresse mouebantur pro summo sacerdotio, sed tacite pro principatu. Quæst. III.

VOLENTES ipsi principari super populum, K sicut Moyses, vt aliqui dicunt, sed vt patet ex respōsione Moysi nullus appetebat, vel appetere audebat principatū Moysi super totum populum, sed magis appetebant sacerdotium, quod primogenitis debebatur, & apud quos ab antiquo fuerat, vt p. et Exo.24.c.ex dictis ibi. Isti autem, quia primogeniti erant sacerdotium principaliter petebant, tanquam sibi manifeste debitum, & non solū erant primogeniti in tribu sua, sed etiam in toto populo. Isti tamen intrinsece intendebant principatū pertinentem ad primogenitutam accipere, non tamen audebant palam petere, quia Iacob abstulerat principatum a Ruben tradendo illum Iudæ de sacerdotio autem non patebat, ita manifeste, ideo clarius petebant, & ob hoc Moyses respondit, ꝙ assumerent thuribula, & thurificarent, quod sacerdotibus congruebat: si autem ipsi manifeste populi principatum ambirent nō respondisset eis Moyses, ꝙ sumerent thuribula, quæ impertinens erat, sed dedisset aliquem alium modum ad inquirendum, quem Deus elegisset in principem totius populi, sicut dedit modum ad inquirendū, quē elegisset in sacerdotem summum, vt patet. j.

An ista seditio cum esset propter sacerdotium magis debuit esse contra Aaron, quam contra Moysen.
Quæst. IIII.

SED tunc dicet aliquis cum isti appeterent sacerdotium, quare dicitur, ꝙ contra Moysen mouebātur? magis enim deberet dici, ꝙ mouebantur ꝓ Aarō, qui erat summus sacerdos.

Respondendum est, ꝙ non solum fuit seditio ista contra Moysen, sed etiam contra Aaron, vt patet immediate cum dicitur, cū stetissent aduersus Moysen & Aaron dixerūt. cur eleuamini sꝑ populum Domini? hic tamen dī, ꝙ insurrexerunt contra Moysen fit enim mentio de ipso, quia erat principalior.

Vel aliter dicendum, ꝙ contra Moysen fuit principaliter seditio istorum virorum, quia licet Aaron esset sacerdos: Moyses tamen eum instituerat, & distribuerat omnes alias præposituras, & ministeria, vnde si aliqua de ordinatio erat, ipse eam fecerat, & contra eum rationabilior erat querela, ideo isti insurrexerunt contra eum principaliter.

Alijque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri. Isti cōgregati sunt cum Chore, Dathan, & Abiron, de qua autem tribu isti fuerint nō exprimitur, quia forte erāt de multis tribubus, & isti non mouebantur principaliter, tanquam vendicare volentes, aliquod ius tribubus suis, sicut infendebant Dathan, & Abiron pro tribu Ruben vendicare ius sacerdotii, & primogenituræ, sed moti sunt isti, quia incitauerunt eos Dathan, & Abiron, vt non soli viderentur insurgere in Moysen.

De istis ducētis quinquaginta viris, quamquam nō cōstet de qua tribu fuerint: constat tamen, quòd non fuerunt ex tribu Leui, nec Ruben, quia cum positus fuisset Chore de tribu Leui, & Dathan, & Abiron de tribu Ruben, subiunctum est, quòd etiam tuerunt alij murmuratores filiorum Israel, ideſt de alijs tribubus Israelitarum.

Proceres synagogæ. Ideſt nobiles viri in tota synagoga, scilicet in toto populo; synagoga enim congregationem dicit. dicuntur viri proceres quasi præcedentes, quia præcedunt alios in virtutibus, & honore, & satis paret ex eo, quod sequitur, scilicet quod illi tempore concilij per nomina vocabantur, vnde facilius poterant mouere multitudinem contra Moysen. in Hebræo dicitur.

Viri famosi. Et ad idem redit, scilicet quòd isti erant magni honoris, & status, eo quo sequebatur illos esse famosos in toto popnlo.

Qui tempore concilij per nomina vocabantur. In hoc denotatur eorum excellentia, quia non vocabantur sub generali nomine plebis, sed distincte vocabatur quilibet horum nominatim, & iste erat magnus honor.

Quomodo diuersimode vocantur ad concilium principes, & tota multitudo. Quæst. V.

CIRCA hoc sciendum est, quòd ad concilium aliquando vocabatur totus populus, & aliquando soli principes. Interdum vero vocabantur multi alij, qui nō erāt de principibus, & tamen non veniebat tota plebs. Pro vocatione autem

tem populi, & principum sunt diuersi modi supra c. 10. nam erant factę tubę argenteę quibus conuocat A multitudo ad ostium tabernaculi, & tunc clangebat multoties. Cum vero semel clangebatur veniebant principes, vt patet supra cap.10. interdum vero, quādo congregandi erant plures viri ad concilium, quā principes, vocabantur per nomina, & de istis intelligitur id quod habetur hic, scilicet quòd isti 250. viri per nomina vocabantur ad concilium.

Aliter dici potest, ꝙ isti viri veniebant semper ad concilium, quando principes congregabantur, & tūc vocabantur dupliciter, scilicet per nomina, & in tuba, principes enim per nomina vocabantur, quòd tali die conuenirent ad concilium. deinde vt omnes ad eandem horam conuenirent clangebatur tuba, & venie- B bant simul, & iste est conueniens modus. Identidem potest intelligi, quòd etiam, quando congregabatur multitudo ad concilium, vocarentur isti per nomina, quia reliqua turba vocabatur solum per tubam. isti vero nominatim, & postea ad clangorem tubarum. & hoc etiam rationabile est, quia hic videtur signari, ꝙ ad omne concilium vocarentur isti per nomina.

Cum stetissent aduersum Moysen, & Aaron. Isti primo inter se conuenerunt de modo insurgendi contra Aaron, & Moysen, & de modo conuocandi plebem. deinde venerunt aduersum Aaron, & Moysen, & incęperunt durè loqui ista, quę sequuntur contra eos.

Sufficiat vobis, quòd omnis multitudo sanctorum est. Increpant hic Moysen, & Aaron, ideſt satis vobis esse debebat Moyses, & Aaron, quòd sitis ęquales alijs, quare C eleuamini super ceteros assumendo pręposituras? si. n. dicatis, quòd sancti estis, ideſt appliciti Deo, etiā omnis multitudo sanctorum est, ideſt totus iste populus est sanctus.

Et potest intelligi dupliciter. vno modo, quòd omnes de populo sancti erant, ideſt Deo appliciti, quia omnibus locutus fuerat dando legem, vel aliter omnis multitudo sanctorum est, ideſt omnes nos sumus sanctificati Deo, quia sumus primogeniti, sicut Aarō, sed prima sententia magis consonat textui, quia subditur. *Et in ipsis est Dominus.* Ideſt omnibus eis loquit Deus, sicut vobis, & omnibus familiaris est. dando eis manna, & alia beneficia specialia. non ergo potestis dicere, quòd vos sitis specialiter sancti, & ob hoc debeatis prędesse. D

Cur eleuamini super populum Domini. Ideſt quare accipitis vobis pręposituras subijciendo vobis reliquum populum: eleuari videbantur, quia Moyses prędrat tota multitudini, vt princeps, tam in his, quę pertinebāt ad Deum, quam in alijs causis popularibus magnis, vt patet Exo.capi.18. Aaron autem sacerdos summus erat, & ab omni populo oblationes, & primogenitorum redemptiones accepturus erat. credebant autem isti, quòd non mandauerat Deus, sed Moyses ex affectione, & dominandi ambitione ista dixerat, ideo dixerunt cur eleuamini super populum Domini? & nō dixerunt quare eleuauit vos Deus super populum?

Quod cum audisset Moyses; cecidit pronus in faciem: locutusque est ad Chore, & ad omnem multitudinem. Mane inquit notū faciet Dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. hoc igitur facite. Tollat vnusquisque thuribula sua: tu Chore, & omne concilium tuum, & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino. Et quē- E cūque elegerit, ipse erit sanctus. Multum erigimini filij Leui. Dixitque rursum ad Chore. Audite filij Leui. Num parū vobis est, quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiā sacerdotium vēdicetis, & omnis globus tuus stet contra Dominum? Quid est enim Aarō, vt murmuretis cōtra eum? Misit ergo Moyses, vt vocaret Dathan, & Abirō filios Eliab. Dathan, & Abiron cō tumacia. Qui responderunt. Non venimus: nunquid parum est tibi, quòd eduxisti nos de terra Aegypti, quę lacte, & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi, & dominatus fueris nostri? Re vera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis, & melle, & dedisti nobis possessiones agrorum, & vinearum. an & oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusque Moyses valde: ait ad Dominum. Ne respicias sacrificia eorū. Tu scis quòd ne asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitque ad Chore. Tu & omnis congregatio tua, state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducentaquinquaginta thuribula: Aarō quoque teneat thuribulum suū. Quod cum fecissent, stantibus Moyse, & Aaron, & coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

Quod cum audisset Moyses. Scilicet quòd isti mouebātur contra eum murmurando.

Cecidit pronus in faciem. Ideſt prostrauit se in terram super faciem suam, & hoc fuit ex admiratione, quia forte non intelligebat, quòd talia aliquis contra eum dicere posset, aut præsumere, cum ista faceret ex mandato Dei, & publice. Vel potest dici, quòd cecidit in terram, vt oraret Deum, quòd norificaret populo certitudinem huius rei, & ibi in oratione responsum habuit, quod infra sequitur, scilicet mane notum faciet Dominus, &c. de Aaron non dicitur an in terram se prostrauerit, sed satis credendum est, quòd sic. Quaſ Moyses cecidit in terram.

Locutusque est ad Chore, & ad omnem multitudinem. Postquam Moyses orauit, & accepit responsum locutus fuit insurgentibus ex parte Dei, & dicitur, quòd fuit locutus ad Chore, qa iste principalior erat inter cęteros insurgentes, cum ipse eos commouerit. Dicitur etiam, quòd ad multitudinem locutus est, non quidē ad multitudinem totius populi, sed ad multitudinem, quę conuenerat cum Chore, scilicet ad Dathan, & Abiron, & 250. viros synagogę, & ista vocatur multitudo Chore siue concilium eius, & sic dicitur infra ad Chore.

Universidad de Deusto Biblioteca

Chore. tu & omne concilium tuum. nam multitudo populi non inſurrexit tunc, ſed poſtea cũ vidit periſſe Dathan,& Abiron,& alios viros incendio, vt patet infra, & tunc ipſa etiam punita eſt.

Mane inquit notum facit Dominus, qui ad ſe pertineant. i. nunc non inſurgatis volentes vobis vſurpare principatum, quia mane notum fiet, qui pertinent ad Deũ, & quos elegerit ad principatum iſtum.

Dicuntur aliqui pertinere ad Deum, nõ quòd magis quidam homines, quam alij ad Deum pertineant, quia quidquid ſumus Dei ſumus. cum in Deo ſimus, viuamus,& moueamur,& genus Dei ſumus Actuum 17.cap.& non poteſt magis aliquis ad Deum pertinere,quam quòd totum,quod habet Dei ſit,& ipſe nihil ſibi reſeruet, ſed ita eſt de omnibus: ergo omnes ad Deum ęqualiter pertinent. dicuntur tamen aliqui pertinere ad Deum quaſi alij non pertineant, quia Deus elegit illos ad aliquod miniſterium, ad quod alij electi non ſunt, & ita accipitur hic, quòd Deus demonſtraret, qui pertinebant ad ipſum, ideſt quos elegiſſet in miniſterium ſuum.

Et ſanctos applicabit ſibi. Ideſt in ſigno ſenſibili applicabit ad ſe eos, quos ſanctificauerit. Non accipiuntur hic ſancti, ideſt immaculati, ita quòd ſit ſenſus, quòd Deus applicaret ad ſe ſanctos, ideſt eos, qui eſſent mũdiores, ſed accipitur ſanctus, ideſt ſegregatus: Deus.n. ſegregauerat aliquos ad miniſterium ſuum, ſcilicet Moyſen, & Aaron, & iſti erant iam ſancti, ideſt ſegregati ad hoc, ſicut dicimus ſanctifica mihi omne maſculinum, ideſt ſegrega pro me, & quia dubium erat, qui eſſent iſti ſancti, ideſt ſegregati a Deo, dicit Moyſes, quòd Deus applicabit ſanctos ad ſe, ideſt faciet aliquod ſignum ſenſibile, in quo appareat, qui ſunt ſanctificati, & appliciti Deo. hoc autem erat, quòd Chore cum ſocijs ſuis cremaretur, & Aarõ cum filijs ſuis ſaluaretur, vt patet infra.

Et quos elegerit appropinquabunt ei. Eadẽ ſententia eſt, ſcilicet quòd Deus elegit aliquos iam pro miniſterio ſuo quamuis lateat vos: tamen ipſe demonſtrabit hoc faciendo illos appropinquare ſibi: erat autem iſta appropinquatio per liberationem a periculo, quod incurſuri erant Chore, & ſocij ſui.

Hoc igitur facite. Offert hic Moyſes Chore, & ſocijs ſuis quoddam experimentum, quo cognoſceretur quem eligeret Deus ad ſacerdotium iſtud, de quo cõtendebatur: Chore autem cum ſocijs ſuis libenter acceptauit experimentum, quia Deus excęcauerat corda eorum, vel forte non fecerunt hoc libenter, ſed verecundia ducti. erubuerunt enim non ſuſcipere oblatum experimentum, quia viderentur fouere iniquam cauſam, ſicut in litigijs manifeſtę turpitudinis eſt nolle iurare, nec iuramentum alteri parti deferre: ſubierunt ergo hanc probationem. *Tollat vnuſquiſque thuribula ſua.* Iſte eſt modus quo inquireretur veritas. ſ. ꝙ quilibet horum offerret thymiama, & cum eis Aarõ. Dictum eſt aũt de oblatione thymiamatis, quia ꝯtendebat hic de ſacerdotio: ideo fuit conueniens dari experimẽtum in aliquo opere ſacerdotali, & iſtud erat offerri thymiama.

Quare non iuſſit Moyſes, vt facerent Chore, & ſocij ſui aliquod ſacrificium, ſeu actum ſacerdotalem, ſicut iuſſit de thymiamate. Quæſt. VI.

SED tunc dicet aliquis quare non offerebãt holocauſtum, vel aliquod ſacrificium, quia eodẽ mõ erat iſtud opus ſacerdotale? Reſpondendũ eſt, ꝙ Moyſes voluit tradere experimentum leuius, quod haberi poſſet: in ſacerdotalibus aũt non erat aliquod miniſterium ita leue: nã offerre ſacrificia F erat magnę occupationis, & ſumptus. ſi autẽ omnes iſti deberent offerre ſacrificiũ feciſſent magnos ſumptus, quia erant plures, q̃ 250. viri, vt patet in litera, & ſuperfluum erat tot fieri ſumptus, cum experimentũ poſſet haberi ſine ſumptibus. oblatio aũt thymiamatis non requirebat occupationem aliquam, & nullos ſumptus, ideo melius fuit offerri thymiama, quam ſacrificium. Item voluit Moyſes facere experimentum, quod factum eſt in Nadab, & Abiu: ipſi enim cũ obtuliſſent ignem alienum a Domino combuſti ſunt Leui.c.10. quia egreſſus fuit ignis de altari: ita cum illi offerrent thymiama accipiẽtes ignem de altari egrederetur ignis contra eos, & ſic factum eſt. vnde erat G valde conueniens modus iſte.

Quare non incenderunt lucernas. Quæſt. VII.

SED adhuc dicet aliquis, quare non incenderũt lucernas candelabri, quę erat miniſtratio ſacerdotalis, quam ſolum faciebant Aaron, & filij eius, & ſimul fiebat cum incẽſione thymiamatis? Exo.30.c. & ibi poterant incendi ab igne candelabri, ſicut combuſti ſunt ab igne altaris.

Reſpondendum eſt, ꝙ non conueniebat hoc, ſicut oblatio thymiamatis, quia Moyſes volebat, ꝙ omnes iſti viri, qui inſurrexerant contra eum, & Aaron, ſubirent iſtud experimentum, ſed non poterant oẽs incẽ- H dere lucernas candelabri, quia illę erant paucę. ſ. ſolũ ſeptem Exo.25.c. ideo aliqui eorũ ſoli miniſtrauiſſent & combuſti fuiſſent: alij aũt nequaq̃. in oblatione vero thymiamatis oẽs poterant miniſtrare ſimul, ita ꝙ quilibet portaret ſuum thuribulum, ſicut dixit eis Moyſes, & oẽs ſimul incenderẽtur. Item non conueniebat, ꝙ oẽs introirent, vel aliquis eorum ad miniſtrandum in candelabro, quia Moyſes voluit dare tale experimentum in quo pauciores cęremonię infringerentur, quam infringi poterant. ſi aũt diceretur, ꝙ iſti miniſtrarent in candelabro infringerent duas cęremonias. prima erat, ꝙ vſurparent ſacerdotalem miniſtrationem. ſecunda ꝙ ingrederentur intra tabernaculum: nulli enim, niſi ſacerdoti licebat ingredi in I illud: offerendo autem thymiama ſolum infringebat vna cęremonia. ſ. ꝙ offerebant thymiama, vel vt melius dicatur, ꝙ attentabant offerre illud, nam antequã ipſi ingrederẽtur in tabernaculum comburendi erãt, ſcilicet qñ acciperent ignem de altari holocauſtorum ad imponendum thuribulis, magis ergo conuenit miniſtratio thymiamatis, quam incenſio lucernarum.

Quare non obtulerunt panes propoſitionis. Quæſt. VIII.

SED adhuc dicetur quare non obtulerunt iſti viri panes propoſitionis, quia iſta etiam erat ſacerdotalis oblatio: ſoli quippe ſacerdotes conficiebant panes K iſtos ex maſſa, & coquebant, atque diſponebant in menſa propoſitionis de quo Leui.c.24. ita ergo poterant experiri in hoc, ſicut in cęteris miniſtrationibus. Reſpondendum eſt non fuiſſe conueniens. primo quia iſti panes non ponebantur quotidie coram Domino, ſed in diebus ſabbatorum, ita ꝙ in quolibet ſabbato ponerentur 12. recentes panes, & tollerentur 12. veteres. Leui.24.c. ideo non poſſet fieri iſtud experimẽtum, niſi in diebus ſabbatorum, & forte nõ erat dies ſabbati illa in qua fecit iſtud experimẽtum Moyſes: ideo non poſſent experiri in oblatione panum propoſitionis. Item Moyſes volebat omnes iſtos inſurgentes perire in miniſtrando, & ad hoc omnes ſimul miniſtrare debebant. in oblatione tamen panum non poterant omnes ſimul miniſtrare, quia ſolum erant

erant 12. panes ponendi ſuper menſam Leui.cap.24. ergo non fuit conueniens miniſtratio ad experimentum. Item Moyſes volebat iſtud experimentum, vt quando illi viri accederent ad altare holocauſtorum aſſumpturi prunas, ignis egrediens de altari combureret eos, vt in eo punirentur in quo miniſtrabant. ſi autem offerrent panes ſuper menſam propoſitionis. non erat ibi aliquis ignis, quo cremarentur: ideo magis conueniebat, ꝙ offerrent thymiama, & cremarẽtur ab igne, quem aſſumerent, quamq̃ ſatis potuiſſet fieri, quòd cum iſti viri ingrederentur in tabernaculũ ad miniſtrandum ſuper menſam propoſitionis egrederetur ignis de altari holocauſtorum, & combureret eos tranſeuntes. ſic factum eſt de Nadab, & Abiu. nam ipſi non perierunt ab igne quem aſſumpſerunt, quia ille erat ignis alienus, ſed cum aſſumpſiſſent illũ, & tranſirent apud altare holocauſtorum, egreſſus fuit ignis de altari, & combuſſit illos Leui.c.10. Ex prędictis tamen magis conueniens apparet experimentum iſtud debuiſſe fieri in oblatione thymiamatis, quam in aliquo alio.

Tollat vnuſquiſque thuribula ſua. Moyſes intendebat, vt omnes iſti inſurgentes perirent, quod non fieret ſi non miniſtrarent ſimul. nam ſi quidam primo miniſtrarent, & comburerentur, reſidui miniſtrare nollẽt, & quia omnes iſti inſurrexerunt atque erãt digni pœna, voluit Moyſes omnes ſimul offerre, & comburi, ideo dixit, quòd omnes acciperent thuribula.

Poterat autẽ apparere alia cauſa ad hoc, quia Moyſes dicebat, quòd Deus monſtraret, qui pertinerẽt ad eum, & ſegregaret electos ſuos, & quia ſi quidam eorum ſolum offerrent non poſſet apparere, qui erant electi a Deo, quia forte relinquerentur alij non offerentes, quos Deus elegiſſet. fuit ergo conueniens, vt omnes ſimul offerrẽt thymiama. obtulit autem illud Chore cum 250. viris. nam Dathan, & Abiron non obtulerunt, nec venire dignati ſunt ad pręceptũ Moyſi, ſed magis Moyſes iuit ad eos, vt patet infra.

Vnde habuerunt Chore, & ſocij ſui 250. thuribula ad thymiama offerendum, & an eſſent de thuribulis Sanctuarij. Quæſt. IX.

DICET autem aliquis quomodo habuerunt iſti thuribula ad offerendum ſimul, quia erant multi viri?

Reſpõdebit aliquis, ꝙ in Sanctuario erãt thuribula multa, de quibus acceperunt iſti viri ſinguli pro ſe, & patet, quia pręter vaſa, quę fabricauit Moyſes a principio in tabernaculo, multa alia oblata ſunt, ſicut in dedicatione altaris cũ obtulerunt duodecim Principes de quibus ſupra c.7. ita etiam alij populares offerrent vaſa, ita vt eſſent multa de thuribulis, & alijs generibus vaſorum. Reſpondendum eſt non ſtare, quia iſta vaſa Sanctuarij non daret Moyſes viris iſtis ad offerendũ thymiama, quia dicitur hic, ꝙ vnuſq; aſſumeret thuribulum ſuum. ſi tamẽ darentur de Sanctuario non eſſent thuribula virorum illorum.

Aliquis aũt aliter arguet. ſ. ꝙ thuribula Sanctuarij erant argentea: thuribula aũt iſtorum virorum erant ęnea, vt patet infra in litera, & ob hoc affixa ſunt inter laminas altaris holocauſtorum, quod erat ęneum. nõ erant ergo de thuribulis Sanctuarij.

Reſpondendum eſt falſum pręſupponi. nã ſi aliqñ eſſent aliqua thuribula ex auro, vel argẽto ad magnã ſolennitatem: tamen thuribula Sanctuarij erant ęnea, quia iſta ſunt, quę vocantur ignium receptacula, & ponuntur in altari holocauſtorum, vt declaratum eſt Exo.27.c. omnia tamen vaſa altaris ipſius ęnea ſunt, vt patet eo.c. in hoc igitur non eſt credendum, quòd A thuribulum Aaron fuerit excellẽtius thuribulis aliorum virorum in materia. Illud tamen erat pertinens ad Sanctuarium. thuribula vero illorum virorum nõ pertinebant ad Sanctuarium. Hoc autem ſolidius pbatur ex litera, quia thuribula iſtorum virorum non erant ſanctificata antequam ipſi offerrent in eis. thuribula autem Sanctuarij erant ſanctificata a principio, ergo non erant illa de thuribuls Sanctuarij. Primum patet, quia infra dicitur, ꝙ thuribula iſtorum ſanctificata ſunt in mortibus peccatorum, cum obtulerunt incenſum in illis, & ob hoc affigenda erant altari, in quo innuitur, quòd ante oblationem illam non erant ſanctificata, alioquin non dicerentur ſanctificata in mortibus peccatorum. Secundum patet, quia omnia vaſa, q̃ erant in Sanctuario immediate, vt conſummatum eſt, fuerunt ſanctificata, & vncta oleo ſancto, vt patet Exo.31. & 40.ca. ergo ſi fuiſſent iſta thuribula Sanctuarij iam eſſent ſanctificata.

Dicendum igitur, ꝙ non erant, ſed pertinebant ad viros illos: quilibet enim illorum adduxit ſuum thuribulum: leuiter enim illa fieri poterant ex ęre. & credẽdum eſt, quòd ipſi fecerint forte ante hoc cum incęperunt conſpirare propter ſacerdotium, vel poſtquam dixit hoc Moyſes. nam leuiter iſta fieri poterant.

Tu Chore, & omne concilium tuum. Dicit eis, ꝙ offerant thymiama ad prædictum experimentum. vocauit aũt concilium Chore 250. viros: non ꝙ Chore eſſet ex- C cellentior omnibus, ſed quia ipſe ad hoc omnes concitauerat, & erat in hoc principalior.

Et hauſto cras igne ponite deſuper thymiama. Ideſt accipiatis cras ignem in thuribulis veſtris, & ponatis deſuper thymiama ad cremandum coram Domino. Accipitur hic haurire, ideſt aſſumere, vel imponere: magis autem pertinet hoc ad liquida, quam ad arida, qualis erat ignis in prunis, & dicebantur iſti haurire ignẽ, quia aſſumpturi erant prunas de altari holocauſtorũ in thuribulis ſuis, & ſuper illa impoſituri thymiama ad emiſſionem odoris coram Domino. Erat autẽ ordo in hoc, ꝙ non aſſumebantur prunę, & ponebatur incenſum in eodem loco, ſed extra tabernaculum in altari holocauſtorum erat ignis continuus Leui.c.6. D Intra tabernaculum autem non erat ignis in prunis, ſed in lucernis, qui non proficiebat ad cremandum thymiama: aſſumebatur ergo exterius ignis. altare ãt thymiamatis erat intra tabernaculum, & ibi cremabatur incẽſum, ideo cum accepiſſent ſacerdotes prunas exterius in thuribulis portabant interius ad altare thymiamatis, ibi ſuperponentes thymiama prunis, & hoc erat incendere thymiama coram Domino.

Et quemcunque elegerit ipſe erit ſanctus. i. in iſta oblatione apparebit quem Deus eligat ad iſtud miniſterium, quia dabit ſignum ſenſibile cremando impios, & cõſeruando rectos corde. Ille autem quem Deus hic elegerit erit ſanctus, ideſt apparebit manifeſte ſegregatus a Deo ad iſtud miniſterium, & tunc non erit ratio querelę in aliquo, quare non eligatur, quia Deus E hoc facit. *Multum erigimini filij Leui.* Hic ponit increpationem Moyſes contra Chore ſpecialius, quã cõtra alios, quia ipſe incitauerat illos ad hoc, ideo dictũ eſt ſupra tu Chore, & omne concilium tuum. Item maior ratio erat increpationis contra Chore, quam contra cęteros: erat enim Chore de miniſtris vaſorũ. Alij autem nullam miniſtrationem, vel prępoſiturã habebant, & eſt ſenſus, multum erigimini filij Leui, ideſt ſatis vobis eſſe debebat, ꝙ facti fuiſtis miniſtri ſacrorum vaſorum, quia adhuc ſummum ſacerdotiũ vultis, vel multum erigimini. i. non ſolum erigimini ꝯ me, & Aaron, ſed ẽt ꝯ Deum, q iſta inſtituit, & hoc ſignificat. ſ. cum dixit, quid eſt Aaron, vt murmuretis ꝯ eum. q.d. murmuratio veſtra non eſt ꝯ Aaron, ſed ꝯ

Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conditio hominum ſuperborum.

Deum. Eſt autem iſte modus loquendi ſubſannato- F
rius, & grauis: pertinet aũt ad homines multum ira-
tos.ſ.ꝙ cum reſponderint alicui rationabiliter, ad ex-
tremum non potentes continere iram ſuam effun-
dunt aliqua verba iracũdię, & ita erat hic, quia primo
rationabiliter reſpondit, deinde ſubſannauit, & loqui-
tur ad omnes filios Leui, quia peccante vno arguebat
omnes, non quidem peccauit nunc alius de Leuitis
præter Chore, nec apparebat quiſquam ei fauens. eo
tñ inſurgente ꝓ omnes filios Leui locutus eſt Moyſes.
ſic factum eſt in peccato Achan. nam ipſo furante de
anathemate Iericho, dixit Deus, ꝙ Iſrael furatus fue-
rat, & peccauerant, & abſconderant in tabernaculis
ſuis: erat tñ vnicus vir faciens hæc, vt patet Ioſue ca.7. G
Dixitque rurſum ad Chore. Hic conuincit rationabiliter
Moyſes ipſum Chore, ꝙ male ambiuiſſet ſummum
ſacerdotium: ſatis enim ei eſſe debuiſſet, ꝙ fuerat ſe-
gregatus in miniſterium Sanctuarij cum alijs Leuitis:
iõ non debebat ambire ſacerdotiũ. dicitur hic, ꝙ dixit
rurſum. i. Moyſes ceſſauit a prima locutione, & iterũ
locutus eſt ad Chore. Cauſa eſt quare fuerit bis locu-
tus, quia in fine primę locutionis Moyſes commotus
zelo Dei excandeſcebat in iram, iam loquens verba
dura contra Chore, & ne progrederetur ad duriora
continuit ſe atque ceſſauit loqui, quia res iſta non erat
agenda tumultu verborum, & increpatione, ſed ratio-
nabili, & conuincente redargutione. Ceſſauit ergo, vt
pacata iracundia inciperet iterum arguere rationa- H
biliter. *Audite filij Leui.* Loquitur hic Moyſes ad om-
nes Leuitas, quia ꝙꝙ nullus eorum faueret Chore in
incepto crimine: tamen aderant Moyſi audiẽtes, quę
dicebantur, & ad hos omnes fuit locutus Moyſes.

*Num parum vobis eſt, quòd ſeparauit vos Deus Iſrael ab
omni populo.* i. ſufficere vobis debuiſſet, immo magis, q̃
ſufficere, ꝙ Deus ſeparauerit vos a reliquo populo,
eligendo vos in miniſtros, & nullum de toto populo,
ideo etiam ſi nihil vlterius honoris, aut prępoſiturę
tribuiſſet, contentari debuiſſetis. dicuntur Leuitę ſe-
parati a reliquo populo, quia non accipiebatur ſum-
ma Leuitarum cũ ſumma popularium, ſed ſeorſum:
etiam, qñ computabantur Leuitę, non accipiebatur
ſumma ab eiſdem annis a quibus in popularibus, ſed I
populares a 20. anno computabantur, Leuitę autem
ab vno menſe, & ſupra, & rurſus in alijs computatio-
nibus a 30. anno ſupputabantur. Item computatio eo-
rum non erat ad eadem officia, ad quę computatio
popularium, vt quia populares computabãtur pp bel-
la, & loca caſtrametationum, & ſimilia opera, Leuitę
autem ad cultum Sanctuarij computabantur. de his
omnibus patet ſupra c.1. & 3. *Et vnxit ſibi, vt ſeruiretis
ei in cultu taberñaculi.* Dicitur Deus vnxiſſe Leuitas. i.
dedicaſſe pro cultu ſuo, non quidem, ꝙ eſſet in eis
facta aliqua vnctio in oleo ſancto, ſicut erat in ſacer-
dotibus. nam ſacerdotes vngebantur in ſanguine, &
oleo ſancto, vt patet Exo.29. & Leui.8.c. in Leuitis au-
tem ſimplicibus non fiebat aliqua vnctio in oleo ſan- K
cto, vel in ſanguine, ſed ſolum fiebat leuis expiatio la-
uando eos aqua luſtrationis, & radendo omnes pilos
corporis ipſorũ, atque offerendo coram Domino, vt
patet. ſ. ca.8. dicuntur tñ vncti Dño. i. dedicati ei. *Vt
ſeruiretis in cultu tabernaculi.* i. ſeruiretis ad miniſtrandũ
in tabernaculo, vel ſuberuiretis miniſtrationi taber-
naculi: non eſt. n. intelligendum, ꝙ Leuitæ facerent
aliquam miniſtrationem in ſanctuario, quia ipſi non
offerebant ſacrificia, nec thymiama, nec panes propo-
ſitionis, nec diſponebant lucernas in candelabro. Iſta
tñ erant ſolum miniſtrationes ſacerdotales in Sãctua-
rio, & ſiquis Leuitarum accederet ad eas moreretur.
ſ.c.3. & ſ.18. Dicendum ergo, ꝙ Leuitę ſolum habe-
bant miniſtrationem in cuſtodiendo omnia vaſa San-

Officiũ Leuitarũ, qđ eſſet.

ctuarij, & portando illa in itinere, cum portanda eẽnt
caſtra, & caſtrametãdo in circuitu tabernaculi, vt pa-
tet ſupra c.1. omnes aũt aliq̃ miniſtrationes erant ſa-
cerdotales. ideo non dr̃ hic, vt ſeruiretis in tabernacu-
lo, ſed vt ſeruiretis in cultu tabernaculi. i. ſeruire in ſer-
uitio tabernaculi. ſeruire enim in tabernaculo eſt fa-
cere aliquam miniſtrationem in eo, & hoc ad ſolos
ſacerdotes pertinebat. ſeruire aũt in cultu tabernaculi
eſt ſeruire ad ſeruitium tabernaculi. ſ. ſubminiſtrãdo:
in quo innuuntur duę miniſtrationes, vnaquę erat in
Sanctuario, & erat principalis. alia quę erat prędcedens
ad illam, & vocatur ſubminiſtratio: iſtam ſecundam
habebant Leuitę, primam vero ſacerdotes. nam ſacer-
dotes offerebant ſacrificia in altari, & miniſtrabant in
reliquis vaſis ſanctuarij, Leuitę aũt ſubminiſtrabant. i.
ſeruiebant ad hanc miniſtrationem cuſtodientes va-
ſa in quibus miniſtrabant ſacerdotes, & portando illa
in via atque excubando in circuitu tabernaculi, ne ali-
quis extraneorum accederet. *Et ſtaretis coram frequen-
tia populi.* i. ſtaretis coram tota multitudine Iſrael tanti
in miniſtratione in his, quę ſupra poſita ſunt, vel vt
magis fuit tempore Dauid in officijs ianitorum, &
cantorum miniſtrarent. de quo primo Parali. capi. 23.
vſque ad 26. & dicuntur ſtare coram multitudine po-
puli, quia ipſi erant tanquam miniſtrantes, & omnes
populares tanquam attendentes, vel ſtabant coram
multitudine, quia Leuitę magis accedebant ad Deũ
caſtrametantes in circuitu tabernaculi. populares aũt
non accedebant illuc, & ſiquis accederet moreretur
ſupra c.1. *Et miniſtrarctis ei.* Non in aliqua miniſtra-
tione, quę eſſet intra Sanctuarium, ſed in portando
Sanctuarium cum vaſis ſuis, & cuſtodiendo, atque ca-
ſtrametando in circuitu illius. *Iccirco ad ſe fecit accedere
te, & omnes fratres tuos.* Loquitur principaliter ad Cho-
re, quia ipſe erat, qui inſurgebat, & nullus alius nunc
apparebat inſurgens. vocantur aũt fratres Chore om-
nes de alijs familijs Leuitarum. erant enim tres fami-
lię. ſ. Caathitarum, Meraritarum, & Gerſonitarum ſu-
pra 3. & 4.c. & principaliter vocantur hic fratres Cho-
re Caathitę, quia de ſtirpe Caathitarum fuit Chore,
cum Caath fuiſſet auus eius. *Vt vobis etiam ſacerdotium
vendicetis?* Quaſi dicat non elegit vos ad hoc, vt pę- I
ter ea, quę vobis dedit vos adhuc vendicaretis. i. ap-
priaretis vobis ſacerdotium. q.d. non fecit omnes Le-
uitas ſacerdotes, vos autem vendicantes hoc facitis ꝓ
eius ordinationẽ. *Et omnis globus tuus ſtet coram Domino.*
Ideſt nunquid ad hoc elegit Leuitas, vt omnis multi-
tudo, quę nunc tecum eſt, ſtet coram domino? i. mini-
ſtret coram eo. q.d. non, quia multitudo tua eſt homi-
num popularium: Deus autem non elegit ad mini-
ſtrandum ſibi populares, ſed ſolã tribum Leui, ſtare
enim coram Domino eſt miniſtrare in Sanctuario, qa
ſiue in altari holocauſtorum aliquis miniſtraret, ſiue
in altari thymiamatum, vel in candelabro, aut mensa
propoſitionis ſemper dicebatur eſſe miniſtratio coram
Dño, quia in omnibus his locis erat Deus ſpecialiter.
Quid eſt autem Aaron, vt murmuretis contra eum? q.d. mur-
muratio iſta non eſt ꝓ Aaron, ſed ꝓ Deum, qa non eſt
Aaron aliquis ꝓ quẽ poſſetis murmurare, cũ ſit patrę
excellentię, ſed murmuratio vra magis eſt ꝓ Deum, q
ordinauit hęc, iõ cauete a murmuratione. ita dixerunt
iterũ Moyſes, & Aaron Iſraelitis audiui murmur vſtrũ
ꝓ Dñm. nos vero quid ſumus? quia muſitaſtis ꝓ nob. &
iterum nõ eſt ꝓ nos murmur veſtrũ, ſed ꝓ Dñm Exo.
16.c. in quo innuit Moyſes, ꝙ murmuratio iſta erat
magis ꝓ Aaron, q̃ ꝓ ipſum, quia iſti murmuratores
mouebantur pro ſummo ſacerdotio, quo fungebatur
Aaron. dicebatur tamen ſupra, quòd mouebantur
contra Moyſen, quia ipſe diſpoſuerat omnia hęc, ideo
videbat magis in culpa ſi aliqua inordinatio hic erat.

Miſit

Miſit ergo Moyſes, vt vocaret Dathan, & Abiron filios Eliab.
Hoc dicitur, quia Chore venit contra Moyſen cum
250. viris proceribus ſynagogę, & ad iſtos dixit Moy-
ſes, tu Chore, & omne concilium tuum. Dathan aũt,
& Abiron non venerunt cũ eis, ſed retulit Chore quo
etiam illi peterent eadẽ, quę ipſe petebat, ideo Moy-
ſes miſit ad vocandum illos, & hoc propter duo. pri-
mo, vt videret an ipſi inſurgerent contra Aaron, ſicut
Chore, & alij viri. ſecundo vt ipſi ſubirent eandẽ cõ-
ditionem, quam ſubierant alij. ſ. ꝙ acciperent thuri-
bula, & offerrent thymiama. Illi autem venire nolue-
runt, vt infra patet, nec etiam venerunt ſequenti die
ad offerendum thymiama cum alijs, ideo non fuerũt
combuſti in offerendo, ſicut Chore, & 250. viri, ſed
terra abſorbuit eos, vt infra patet. dicitur hic, ꝙ voca- B
uit Moyſes Dathan, & Abiron: etiam intelligendum
eſt de Hon filio Pheleph, qui erat de tribu Ruben, ſi-
cut iſti duo, vt patet ſupra, & iſte etiam venire contẽ-
pſit. miſit autem Moyſes ad vocandum iſtos, quia cõ-
petebat ei hoc ex auctoritate. ipſe enim erat princeps
totius populi, & poterat vocare omnes alios princi-
pes cum vellet, vt patet Exo.18. & Deuter.c.1. vbi cõ-
ſtituitur ipſe ſuper omnes alios, & ſupra 10.c. dicitur
de modo quo Moyſes vocare debebat principes mul-
titudinis ad concilium clangendo tuba. *Qui reſponde-
runt, non venimus.* i. nolumus venire ad mãdatum tuũ,
Iſte erat primus actus directus ad vendicandum prin- C
cipatum multitudinis. ſ. repugnare mandato princi-
pis, & quia iſti conſpiraueranr ad hoc, primo fuerunt
inobedientes principi. *Nunquid parum eſt tibi.* Hic po-
nitur cauſa quare non debeant obedire Moyſi, & ga
Moyſes ſit iniuſte principans. q.d. nunquid, apparet
tibi, ꝙ parum malum feceris nobis educendo nos de
Aegypto? qa adhuc vis dominari ſuper nos? q.d. iniu-
ſte facis, ideo nolumus tibi obedire. *Quod eduxiſti nos
de terra, quæ lacte, & melle manabat.* Iſti ponebant ex op-
poſito proprietates terrarum: Deus enim dixerat, ꝙ
duceret illos in terram fluentem lacte, & melle, quę
melior erat, quam terra Aegypti: ipſi autem retorque-
bant dicentes, ꝙ fuerant educti de terra fluente lacte,
& melle in terram ſolitudinis, & hoc prouenerat ex
malo regimine Moyſi, ideo valde nocuerat eis, & q̃ D
tum ad hoc habebant quendam colorem dicendi, qa
verum eſt meliorem eſſe Aegyptum, quam terram
deſerti, & tamen melior erat terra promiſſionis. ipſi
autem, quia nondum viderant terram promiſſionis
dicebant meliorem eſſe terram Aegypti, & conque-
rebantur. *Vt occideres nos in deſerto.* Ideſt feciſti hoc, vt
nos occideres. Non autẽ eſt ſenſus, ꝙ Moyſes ad iſtã
intentionem faceret, vt morerentur Iſraelitę in deſer-
to. nam ſi hoc crederent lapidaſſent eum, vel ſaltem
attentaſſent lapidare, ſicut attentauerunt lapidare Io-
ſue & Caleb ſupra 14.c. & lapidauiſſent, niſi Deus de-
fenderet: etiam non erat veriſimile, ꝙ ad iſtum finem E
eduxiſſet Moyſes populum de Aegypto, quia hoc mõ
non ſolum populus moreretur, ſed etiam ipſe, ſed ac-
ciperet, ꝙ eduxit eos in ſolitudinem, vt occideret, ideſt
eduxit eos, & ex hoc ſequebatur eorum occiſio per
ſe, ꝙ eduxit eos Moyſes in ſolitudinem, vt occi-
rer ſic omnem multitudinem, & iumenta Exo.16. &
18. & infra 20. & 21.c. non ſolum autem Moyſes erat
improperabilis ſi aliquod malum egiſſet ex intentione,
ſed etiam ſi egiſſet ex imprudentia, quia incipiens tã
arduum factum, ſcilicet educens tantum populum
de Aegypto non debebat ignorare inconuenientia,
maxime ea, quę apparebant. ſecus autem ſi ipſe adhi-
bita diligentia euitaſſet omnia, quę poterant euitari,
& poſtea ſequeretur aliquid multum per accidens. il-
lud. n. nõ erat ſibi imputabile. Iſti. n. bene arguebãt ſi

incurriſſent aliqua mala ineuitabilia regimine Moyſi. A
nam quamquam tunc paterentur, ad vltimum habi-
turi erant terram promiſſam. Item ſi aliqua damna
tunc patiebantur, non proueniebat ex indiſcretione
Moyſi, ſed ex voluntate Dei punientis populum pro
delictis ſuis. *Niſi, & dominatus fueris noſtri.* i. nõ ſufficit
tibi, ꝙ feciſti nobis malum educendo nos de terra bo-
na in terram miſerrimã, niſi etiam impoſueris nobis
aliud malum premendo nos ſeruitute? q.d. ſufficere
tibi debuiſſet. *Re vera induxiſti nos in terram, quæ fluit ri-
uis lactis, & mellis.* Iſta litera per contrarium eſt legẽ-
da, & eſt ſermo conuiciantis quaſi dicat, certe tu in-
duxiſti nos in terram optimam habẽtem riuos lactis,
& mellis, ideo potes nobis dominari. q.d. ita vis do-
minari ac ſi induxiſſes nos in terram lactis, & mellis, B
tũc enim poteras dominari noſtri, quia feciſſes nobis
gratiam magnam, ducendo nos in talem terram, pro-
pter quod obligaremur ſeruire tibi: nunc autem nihil
tale feciſti, quid ergo vis dominari. *Et dediſti nobis
poſſeſſionem agrorum, & vinearum* Ideſt vel nunquid de-
diſti nobis agros, & vineas, vt pro his teneamur ſerui-
re tibi? q.d. nihil horum. ergo impie agis volendo do-
minari. *An & oculos noſtros vis eruere.* Ideſt nunquid
prętęr hęc omnia mala, quę feciſti nobis vis eradicare
oculos noſtros ſubijciẽdo in ſeruitutẽ tuã? quod eſt
graue malum, ſicut eradicatio oculorum, ideo cõſtat
vnicum eſſe dominium tuum, vel aliter an oculos vis
eruere. i. nũquid vis excęcare nos faciendo intellige- C
re, ꝙ bene in omnibus his feceris. q.d. non conſentie-
mus. nam male in his feciſti. in Hebræo habetur. *Si
oculos virorum ipſorum erueres non iremus.* Quod duplici-
ter intelligitur. vno modo, ꝙ ſit iuramentum Dathã,
& Abiron, & eſt ſenſus etiam ſi oculos nobis erueres
non iremus ad mandatum tuum: dixerunt tamen in
perſona ſua iurare imprecando malum, quia timent eis
immediate euenturum, ideo dixerunt ſi erueres ocu-
los virorum ipſorum. ſ. qui tecum ſunt non iremus. i.
etiam ſi erueres oculos noſtros: ſtultitia autem iſta in
non imprecando ſibi mala manifeſta eſt. nam etiam
ſancti viri ſępe imprecati ſunt mala ſibi conditionali-
ter iurando, vt patet Pſal.7. ſ. ſi feci iſtud, & ſi eſt iniq-
tas in manibus meis, decidã merito ab inimicis meis
inanis. perſequatur inimicus animam meam, &c. alij
etiam ſancti iic imprecabantur. iſtum ſenſum tenet
Ra.Sa. ſed non multum conuenit. Alio modo eſt ſen-
ſus, ꝙ dicant iſti pro ſenioribus Iſrael, qui ſequebãtur
Moyſen, & eſt ſenſus etiam ſi erueres oculos virorum
ipſorum. i. etiam ſi omnes ſeniores verbis tuis excę-
cares, vt faceres eos intelligere, ꝙ bene feceris in his
omnibus, non ibimus ad mãdatum tuum. ſed melior
ſenſus eſt literę noſtrę: litera enim hebraica interdũ
multum impropriè loquitur, niſi interpretemur eam
in conuenientem formam. *Non venimus.* Iſta eſt cõ-
cluſio ipſorum, ideſt nullo modo volumus ire ad mã-
datum tuum. *Iratuſque eſt Moyſes valde.* Quia iſti repu-
gnabant ordinationi Dei, & de bono malum dicebãt.
ipſi enim improperabant Moyſi tanquam appeteret
dominium ſuper totum populum, ſed magis erat de
contrario, quia ipſe petiuit tolli a ſe onus illud, vel ꝙ
Deus occideret eum ſupra c.11. Item improperabant
Moyſi, ꝙ premeret eos ſeruitute cum dicerent, an &
oculos noſtros vis eruere. Moyſes tamen nullum
preſſerat, quia imperium eius erat valde manſuetum,
cum ipſe eſſet mitiſſimus ſuper omnes, qui morabã-
tur in terra. ſ. 12.c. & ex hoc habuit cauſam valde ira-
ſcendi Moyſes petens aliquo modo vltionem de eis.

Ait ad Dominum. ne reſpicias ſacrificia eorum. Hoc po-
teſt intelligi dupliciter. vno modo quantum ad expe-
rimentum, quod facturi erant ſequenti die in thymia-

mate

mate offerendo, & istud vocatur sacrificium large. dr autem, ꝙ Deus non respiciat sacrificia eorum, idest non acceptet ea ad hoc, ꝙ non inferat eis aliquam pœnam, sed magis crementur cum obtulerint, & sic factum est. Alio modo est sensus, ꝙ non referatur ad sacrificia, quę isti facerent, quia isti facerent cũ essent diuites, ne propter illa dimitteret pœnas debitas. s. si ad sacrificia uotum respexeris remittes eis pœnas, vel dilatabis tempus puniendi, sed non est rationabile. nã si isti peccassent ex passione, vel ignorãtia rationabile erat, vt remitteres eis per sacrificia: peccant tamen ex malitia, quia cum nihil malum eis fecerim, & ipsi hoc cognoscant, iactant improperia super me, & hoc signat litera sequens. s. tu scis, ꝙ nec asellum quidem acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Ra. Abra. Aben Ezra dicit, ꝙ sacrificia veteris legis secundum se nõ faciebãt perfectam remissionem peccatorum, sed dilatabãt punitionem ad futura tẽpora. de Chore autem Dathan, & Abiron dicit, ꝙ fecerant magna sacrificia, quia diuites erant antequam committerent hoc, & si Deus ista sacrificia acceptasset, non puniret peccata eorum immediate, sed reseruaret ad futura tempora. Moyses autem volens, ꝙ appareret vindicta Dei super istos, vt videretur, ꝙ contra Deum egerant, & institutio, quam ipse fecerat non erat a se, sed a Deo, ideo orat, vt non acceptentur sacrificia eorum ne pœna dilatetur. Sed non stat conuenienter dictum, ꝙ ipsi fecissent sacrificia magna ante hoc peccatum, & peteret Moyses ista non acceptari, ne dilataretur pœna, quia dato, ꝙ Deus acceptasset sacrificia eorum, si postea peccarent non proficiebant quidquam sacrificia illa ad remissionem peccatorum futurorum, sed ad prẽterita, ideo necesse est dici, ꝙ fecissent isti sacrificia, vel facere intenderent, postquam peccauerunt ꝺ Moysen, quę si acceptarentur Deus remitteret pœnam, siue dilataret ad alia tempora, & hoc erat contra intentionem Moysi. *Tu scis quoniam, nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis.* Hic probat Moyses, ꝙ Deus non debeat remittere, vel dilatare pœnam ipsorum, quia peccauerunt per malitiam, nam nihil horum, quę dicebant erat verum, & conquerebantur valde, & quia ipsi principaliter conquerebantur de duro dominio dicentes, ꝙ volebat eruere oculos ipsorum. respondet dicens, ꝙ Deus sciebat hoc esse falsum, quia nunquam acceperat ab eis quidquam, nec etiam asellum, qui est parui valoris. Et tanguntur hic duo. s. de asello, & de afflictione ipsorum, quia duri domini premũt subditos dupliciter. s. accipiendo bona ipsorum, vel iubendo eis opera difficilia, & imponendo pœnas grauissimas. primum excludebat Moyses, dicens ꝙ nunquam accepisset ab eis, nec asellũ. i. etiam asellum, qui erat parui valoris nunq̃ acceperat ab his, qui conquerebantur de grauitate dominij. secũdum excludit cum dicitur. *Nec afflixerim quempiam eorum.* Imponendo eis onera grauia, vel infligẽdo pœnas duras. Cum autem dixit supra, ꝙ non accepit ab istis asellum. non solum est intelligendum, ꝙ ab istis non acceperit, sed nec etiam ab alijs, & non solum nõ accipiebat ab eis quasi exactor, vel violenter premẽs, sed etiã non acceperat sponte oblatum in munera, quia ipse nimis increpuit acceptionem munerum in iudicibus, quia excęcant oculos, & mutant verba iustorum Exo. 23. & Deutero. 16. c. Non ergo acciperet ipse vllo modo.

Sacrificia veteris legis quid cõferebant secundũ Abẽ Ezra.

Duri dñi dupliciter præmunt subditos.

Dixit quoque ad Chore. Cum non venerunt Dathan, & Abiron ad mandatum Moysi manebant soli Chore, & socij sui 250. viri, & ad istos locutus est, vt subirent experimentum, quod supra dixerat de accipiẽdo thuribula, & offerendo thymiama.

Tu, & omnis congregatio tua. Loquitur ad Chore, & 250. viros, qui erant in congregatione Chore, quorũ ipse erat caput in coniuratione hac, quia Dathan, & Abiron non venerant. *State seorsum coram Domino.* Hic ponitur experimentum ad sciendum quem Deus eligeret in summum sacerdotem, & quia tunc Aaron fungebatur summo sacerdotio, ipse debebat certare cum his offerens thymiama, & vt cognosceretur quę Deus acceptaret segregandi erant, scilicet Aaron in partem vnam, & Chore cum socijs in partem alteram.

State seorsum coram Domino. Idest, state diuisi ante altare. dicebantur stare coram Domino cum ministrarent coram eo, & quia ministratio thymiamatis exigebat primo afferri prunas de altari holocaustorũ necesse erat, vt isti starent coram Domino. s. coram illo altari. & non accipitur hic coram Domino pro altari thymiamatum, quia pœna non erat infligenda, nec appariturum signum coram altari thymiamatis, sed in assumptione ignis de altari holocaustorum.

Et Aaron die crastino separatim. Idest etiam Aaron stabit coram Domino, vt videatur an eligat vos, vel illi. non erit tamen separatus a vobis, & hoc die crastino, non solum refertur dies crastinus ad Aaron, sed etiam ad Chore, nam nõ est sensus, ꝙ vna die ministraret Chore cum socijs suis, & alia die Aarõ, quia adhuc posset dici aliquam fraudem intercidere, & non appareret experimentum. Si autem omnes simul ministrarent, & cremarentur Chore cum socijs suis, Aaron vero esset illęsus, appareret manifestum diuinum iudicium, & electio Aaron, ideo sequẽti die vtrique simul oblituri erant thymiama: & patet adhuc magis, quia dicit Chore cum socijs suis in partem vnam, & Aaron seorsum. *Tollite singuli thuribula vestra.* Idest non solum erat oblaturus Chore pro se, & socijs suis, & Aaron pro se, & filijs, sed quilibet illorum erat oblaturus, vt sic videretur an eligeret aliquem illorum: nã contingeret fortassis, ꝙ non eligeret Chore, & eligeret aliquem de socijs eius, ideo cõueniens erat, vt omnes offerent. Aliqui existimant, ꝙ mãdabat Moyses, vt ipsa die Chore, & socij sui thurificarent, & die crastino thurificaret Aaron, sed non debet sic punctuari litera, sed ꝙ die crastino staret Chore cum socijs, & Aaron per se, vt thurificarent: dilatabat autem istam examinationem in crastinum, vt si forte interim isti viri de incepto opere pœniterent, & non morerentur, & dixit, ꝙ essent separatim ne forte inuoluerentur Aaron cum eis in incendio, sicut mandauit populo, ꝙ recederet a tabernaculis Dathan, & Abiron, ne inuoluerentur in peccatis eorum, vel vt manifeste appareret quem Deus acceptaret, sicut fecit Helias cum sacerdotibus Baal, ꝙ ipsi per se inuocarent Deum suum, & Helias per se, vt videretur quem exaudiret Deus, vt habetur 3. Reg. 18. c. Isti autem viri acceperunt singuli thuribula sua ad ponendum thymiama, & non erant ista thuribula similia in figura his quibus nos vtimur. s. vt aliquis tenens in manu thurificet, sed erant quędam vasa ænea in quibus ponebatur thus, & ignis, & inposita super altare manebant quousque cremarentur thymiama, & patet hoc, quia dr in litera, ꝙ offerebant ista thuribula corã Domino. Item altare thymiamatis erat ad cremandum super illud thymiama, quod non esset si talia essent thuribula, qualia nos habemus. Ista. n. non ponuntur in altari, sed manibus tenent, & mouentur. *Et ponite super ea incensum.* i. ꝙ primo acciperent prunas de altari holocaustorũ in thuribulis, & desup imponerẽt incẽsum. istud incensum nõ est thus simplex, sicut nos offerimus, sed quã cõpositio facta ex multis aromaticis, q̃ prẽterea comdebantur,

debantur, & redacta in puluerem minutissimum cremabantur: de huiusmodi compositione & quãtitate eorum ex quibus fit cõpositio habetur Exo. c. 30. *Offerentes Domino 250. thuribula.* Idest postquam imposueritis prunas, & incensum offeretis Dño thuribula vestra, s. ponentes illa super altare, vt maneãt ibi quousque cremetur thymiama: & erãt ista 250. quia viri proceres qui insurrexerũt cum Chore erant 250. & quanquam dicatur hic ꝙ erant thuribula 250. tamen intelligẽdum est vnum esse amplius, quia Chore obtulit thuribulum suum. Illud tamẽ non erat de 250. quia præter ipsum erãt viri proceres 250. sed scriptura nõ curauit de vno in tanto numero, & sic infra dicũtur iterum esse 250. thuribula. *Aaron quoque teneat thuribulum suum.* Idest etiam ipse accipiat thuribulum, & imponat prunas ad thymiama, vt videatur cuius oblatio acceptetur a Deo. Istud thuribulum Aarõ erat de thuribulis Sanctuarij, quia ipse erat summus sacerdos, & vtebatur vasis Sanctuarij ad ministrationem sacram, non fuit tamen necesse ꝙ Aaron poneret thymiama consumptis alijs incendio. in combustione enim ipsorum euidenter apparuit ꝙ Deus elegisset Aaron. fuit autem modus ꝙ Aaron iret simul die crastino cum Chore, & socijs eius ad offerendum thymiama, & assumptis thuribulis steterunt circa altare holocaustorum: Chore autem & socij, quia plures erãt primo conati sunt offerre, & cum obtulissent accipientes prunas combusti sunt, anteq̃ quidquam perficerent de oblatione thymiamatis, quo facto nõ fuit necesse, vt Aaron offerret thymiama, quia iã nõ erat aliquis cũ quo experiretur per huiusmodi oblationem. *Quod cum fecissent.* Idest sequenti die Chore cum socijs suis adduxerunt thuribula, & thymiama ante ostium tabernaculi, vt subirent experimentum Moysi. *Stantibus Moyse & Aaron.* Idest, & in die illa Moyses & Aaron erant apud ostium tabernaculi cũ venerunt isti viri. *Et congregauisset aduersum eos omnem multitudinem.* Idest Chore, & socij sui persuaserunt multitudini populi contra Moysen & Aaron ducẽtes illos ad ostium tabernaculi, vt viderent istud experimẽtũ. populus enim quia mobilis est ex conditione sua, poterat faciliter persuaderi ab istis, pceribus contra Moysen & Aaron: potissime cum essent isti viri ꝺ Moysi in populo. *Ad ostium tabernaculi.* Idest conuenit multitudo ad ostium tabernaculi: die enim præcedẽti Chore & socij sui, qui erant viri proceres, et magnę auctoritatis in populo discurrerunt per castra, et informauerunt multitudinẽ, quod non erat cõis vtilitas Aarõ esse summum sacerdotem, et tunc fere omnis multitudo venit cum eis, et dicitur conuenisse ad ostium tabernaculi, quia istud experimentum ibi fieri debebat, s. vt acciperent prunas de altari holocaustorum, quod est ad ostium tabernaculi, et introducerent eas cum incenso ad altare thymiamatis. *Apparuit gloria Domini cunctis.* Idest conueniente tota multitudine in atrium tabernaculi apparuit gloria Domini toti populo. ista gloria Domini erat in nube super tabernaculum, ſ. ꝙ fuit demõstratus ibi aliquis fulgor specialis in nube, qualem ante non videbant, per quem cognoscebãt maiestatem Dei, et specialem eius præsentiam. sic enim factum est in mõte Sinai vbi dicunt vidisse Israelitæ Dominũ, et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyrini, et quasi cœlum cum serenũ est, vt patet Exo. cap. 24. significat autem proprie gloria Domini ostensionem maiestatis eius. demonstrãt autem maiestas Dei in aliquo signo superexcellenti. vnde quanquam existente nube super Sanctuarium esset ibi quædam præsentia Dei, tamen non declarabatur ibi maiestas eius, cum non demonstraretur in aliquo signo superexcellenti. fulgor autem admirabilis qui postea apparuit, aut varij colores ostenderũt

maiestatem Dei et gloriam. fuit autem ostensa gloria Domini, quia alias forte tota multitudo lapidasset Moysen et Aaron, cum esset persuasa à Chore, et socijs suis, sed gloria Domini compescuit multitudinẽ, sic fuit quando totus populus voluit lapidare Iosue et Caleb, et apparens gloria Domini attonitam reddidit multitudinem, et non lapidauerunt eos supra cap. 14. Item fuit ostensio ista gloriæ, vt multitudo crederet Moysi in his, quæ dicturus erat eis, cum ad eius approbationem appareret gloria Domini.

Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait. Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt. Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua desæuiet? Et ait Dominus ad Moysen. Præcipe vniuerso populo, vt separetur a tabernaculis Chore, & Dathan, & Abiron. Surrexitque Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron, & sequentibus eũ senioribus Israel, dixit ad turbam. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum. Cumque recessissent a tentorijs eorũ per circuitũ, Dathan & Abirõ egressi stabãt in introitu papylionum suorũ cũ vxoribus, & liberis, omnique frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis ꝙ Dñs miserit me, vt facerẽ vniuersa quæ cernitis, & nõ ex proprio ea corde protulerim. Si cõsueta hoium morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cęteri visitari solent, nõ misit me Dñs: Sin aũt nouã rem fecerit Dominus, & aperiens terra os suũ deglutiat eos, & oĩa quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernũ, scietis quòd blasphemauerũt Dominũ. Cõfestim igit vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorũ, & aperiẽs os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum. Descẽderuntq; viui in infernũ opti humo, & perierũt de medio multitudinis. At vero oĩs Israel qui stabat ꝑ gyrũ fugit à clamore pereuntiũ dicẽs. Ne forte & nos terra deglutiat. Sed & ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Locutusque est Dñs ad Moysen dicẽs. Præcipe Eleazaro filio Aarõ sacerdoti, vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignẽ huc illucque dispergat: quoniã sanctificata sunt in mortibus peccatorũ: producatq; ea in laminas & affigat altari, eo ꝙ oblatũ sit in eis incẽsum

Deut. 4.

Terra deglutiuit Dathan & Abiron.

Chore cũ oĩbus suis igne consumptus fuit.

Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas affigens altari, ut haberent postea filij Israel quibus commouerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino: ne patiatur sicut passus est Chore, & omnis congregatio eius, loquente Domino ad Moysen.

Locutusque est Dominus ad Moysen. Hic ponitur pœnę inflictio quantum ad istos peccatores: & Deus volebat infligere maiorem pœnam quàm inflixit delendo totam multitudinem, nisi Moyses exorasset pro ea vt patet infra. *Ad Moysen & Aaron dicens.* Ista locutio fuit ad vtrunque. nã sæpe loquebatur Deus ad Moysen & Aaron simul. aliquando autẽ ad solum Aarõ, licet rarò. de quo Leui. cap. 10. & in hoc erat prophetа. nam omnes ad quos factus est sermo Dei prophetæ appellantur: potissime, quia non erat reuelatio Dei hic in somnis, sed in voce per vigiliam quod ad maiorem gradum pertinet prophetiæ de quibus dictum est supra cap. 12. fuit autem locutio ista de nube, quæ erat super tabernaculum: sæpe enim loquebatur Deus in columna illa, & cum loqueretur inclinabatur nubes ad ostium tabernaculi, sic factum est loquente Deo ad Mariam & Aaron supra cap. 12. & sic factum est hic, quia inclinata est nubes, & de illa locutus est Deus ad Moysen & Aaron. in ipsa enim tunc apparebat gloria Domini. *Separamini de medio congregationis huius pessimæ.* Volebat Deus delere totam illam multitudinẽ subito, & dixit vt separentur Moyses & Aaron ab eis, ne cum illis periret. vocatur autẽ multitudo ista pessima, quia erat infidelis Deo, & cũ per manum Moysi Deus illis quotidiana beneficia largiretur, conuersi erant contra Moysen ad tollendum ei principatum.

Aliqui volunt quòd accipiatur hic cõgregatio pessima pro 250. viris qui venerant ad thurificandum, sed non videtur esse consonum literæ, quia infra dicit Moyses orando ne omnis populus moriatur. num vno peccante contra omnes desæuiet ira tua? si tamen essent soli 250. viri non vocarentur omnes, quia erat minima pars populi. Item non diceretur vno peccante desæuire Deum in omnes, quia ibi omnes illi peccauerant, sed Deus irascebatur toti multitudini, quæ aliquo modo peccauerat, quia cõgregata fuit contra Moysen & Aaron. & ob hoc vocatur pessima.

Vt eos repente disperdam. Idest, vt subito destruam illos. non intendebat Deus destruere Israelitas, quia si intendisset destruxisset. voluntati enim Dei nemo resistere potest, sed ista erat voluntas signi, idest significabat se velle, quanquam non determinate vellet, sed magis oppositum, Moyses tamen, quia vidit Deũ iratum, orauit ne deleret populum, sicut fecit in adoratione vituli, volens conterere totam multitudinem, & iacuit Moyses coram Domino quadraginta diebus orans ne disperderet populum, vt patet Deut. capitulo nono.

Quare non dixit Deus Moysi, quòd faceret ipsum in gentem magnam, cum dixit se velle destruere populum sicut alias. Quæst. X.

QVAERET aliquis quare cũ Deus diceret hic velle destruere omnem multitudinem: non dixit Moysi quòd faceret eũ in gentem magnam, sicut dixit quando orauit ne deleret multitudinem in fabricatione vituli, & sicut dixit quando orauit ne deleretur in murmuratione cõtra Dominum venientibus exploratoribus? de primo patet Exodi trigesimosecundo cap. de secundo habetur supra cap. 14.

Respondendum est, quòd nulla vice harum Deus disposuerat delere totam multitudinem, nam si disposuisset non mansisset ex eis quisquam, quia Deus non mutatur a proposito, vt patet ex verbis Samuelis 1. Reg. 15. cap. I. porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine nõ flectetur: nec enim homo est, vt agat pœnitentiam. quia tamen in istis duabus vicibus non æqualiter peccauerunt Israelitæ: Deus non monstrauit æqualia signa iracundiæ nec volũtatis ad puniendum: peccatum enim in fabricatione vituli fuit grauissimum. nullum enim peccatum contra Deum directius est, quam idolatria, vt declaratũ est Exo. cap. 32. ideo monstrauit pro hoc magna signa furoris, & quòd penitus vellet delere totam multitudinem. vnde dixit Moysi, quòd faceret eum ducem super aliam gentem maiorem & fortiorem, & quòd non oraret pro gente illa. similiter autem in secunda murmuratione venientibus exploratoribus de terra Chanaan fuit peccatum grauissimum, quia dixerunt se velle reuerti in Aegyptũ, in quo erant ingrati omnibus beneficijs Dei, & hoc erat durissimum. ideo Deus monstrauit magna signa iracundiæ, & voluntatis ad disperdendum illos: vnde dixit, quòd faceret eum in gentem maiorem si non oraret pro hac multitudine. hic autem nõ fuit peccatum ita graue, ideo nõ demonstrauit Dominus tãta signa iracundiæ, nec dixit quòd cõstitueret Moysen ducem populi alterius maioris.

Item patet hoc, quia in peccato primo secuta est punitio multitudinis, & præter hoc Moyses primo orauit Deum quadraginta diebus & noctibus, ne deleret multitudinem, & tunc concessit Deus. hic autem non fuit diuturna oratio, sed immediate, vt Moyses orauit ne deleret multitudinem Deus cessauit. ideo non fuit conueniens exprimi, quòd Deus constituisset Moysen in gentem aliam fortiorem, quia illud conueniebat si demonstrasset Deus magna signa furoris.

Qui ceciderunt proni in faciem. Ideſt cum Moyses & Aaron audiuerunt, quòd Deus vellet repente delere multitudinem, ceciderunt super terram orauerunt ne hoc faceret. nam mouebatur ad populum pietate quadam, quanquam esset iniquus, & persequerentur eos. erant tamen isti prælati habentes viscera charitatis ad omnes de populo tanquam ad filios, quam aliquando affligerent eos propter peccata sua: & ipsa cura popularium erat eis grauissima.

Atque dixerunt. fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis.

Quomodo intelligitur quòd Deus sit spiritus fortissimus. Quæst. XI.

ISTA fuit oratio amborum, nam orabant forte in voce eleuata, & coincidebant in precando, vel dato, quòd orarent intra cor suum Deus mouebat eorum mentem ad orandum idem, idem, & dixerunt fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis. quod dupliciter intelligitur. Vno modo q̃ Deus sit spiritus fortissimus inter spiritus vniuersæ carnis, s. q̃ Deus non sit substantia corporalis, sed spiritus, & in animalibus sunt spiritus, in vniuersa carne tamen non est aliquis spiritus, ita fortis vt Deus, cui subest posse quidquid vult. Alio modo est sensus, q̃ Deus sit fortissimus, & sit spirituum vniuersæ carnis, ideſt solus ipse considerat ea, quæ sunt in spiritu vniuersę carnis, s. omnium hominum, quia homo vocatur omnis caro. sic patet Psal. 64. scilicet, omnis caro ad te veniet, ideſt omnis homo. & iste sensus est conuenientior. Primo, quia non comparatur Deus ad spiritus vniuersę carnis in fortitudine, ita q̃ ipse sit fortior illis, quia ista non est aliqua magna laus Dei, potissime, quia ista operatio innuit Deum esse spiritum in carne, cum comparat eum in fortitudine ad spiritus carnis. Alioquin deberet dicere, quòd Deus erat fortissimus omnium spirituũ, Deus tamen non est spiritus carnis, nam secundum q̃ probat Aristo. 8. Phis. primus motor non est corpus, nec virtus in corpore, & iste est Deus. si tamẽ esset spiritus carnis esset virtus in corpore, ideo non est conueniens comparatio. Item data ista comparatione non sequitur aliquis sensus conueniens, ideo intelligendum est in secundo sensu, s. q̃ Deus consideret ea, quę sunt in spiritu vniuersę carnis. & tamen scis q̃ vnus peccauit, scilicet Chore, vel pauci cum eo, nunquid ergo propter peccatum vnius destrues totam multitudinem? quasi dicat si tu non cognosceres ea, quę sunt in spiritu vniuersę carnis, & arbitrareris totam multitudinem peccauisse quanquam non peccauisset, non erat tantum culpabile q̃ punires omnes, & tamẽ tu cognoscis ea, quæ sunt in spiritu vniuersę carnis, ideo irrationabile videtur q̃ hoc facias. Similem propositionem ponit scriptura infra 27. cap. & in eodem sensu, cum dixit Moyses prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hãc. erat autem sensus q̃ Moyses moriturus erat, & alius successurus in regimine totius populi, in quo exigebatur magna prouidentia, & sanctitas pro tanta multitudine disponenda: ideo dixit Moyses, quę Deus qui erat spirituum vniuersę carnis, ideſt qui cognoscebat corda omnium hominum eligeret talem virum, qui esset conueniens ad istud regimen. vocatur Deus fortissimus quod cõuenit in præsenti, quia agebatur de pœna infligenda, & in delendo subito totum populum apparebat fortis. *Num vno peccante contra omnes ira tua desæuiet?* Quasi dicat cum tu scias q̃ vnus peccauit, quia cognoscis spiritũ vniuersę carnis: quomodo vis punire totam multitudinem? quasi dicat non pertinet ad te: pertineret autem si non cognoscerес corda, & existimauisses eos peccasse, cum non peccauerint.

Quomodo dixit Moyses quòd vnus peccauerit cum fuerint 250. Quæst. XII.

SED dicet aliquis quomodo Moyses dixit vno peccante. multi enim peccauerant, s. 250. viri? Respondendum est, q̃ Moyses orabat hic ne tota multitudo delereтur, quia nõ peccauerat tota, & quanquam peccauisset Chore cum 250. viris dicebatur vnus peccasse, quia isti erant quasi vnus vir in comparatione totius populi, vel dicitur vno peccante, ideſt Chore. ipse enim fuit origo totius, cum concitauerit Dathan & Abiron & 250. viros ad seditionem, peccauerunt tamen alij consentientes ei, licet non ita principaliter: multitudo autem peccauit magis remotè, qa ipsa persuasa a Chore, & sequacibus suis venit cum eis cõtra Moysen & Aarõ. postea tamen adhuc ista multitudo punita est: quia omnes hi vel plurimi ipsorum murmurauerũt contra Moysen & Aaron mortuis Dathan & Abiron & Chore & tunc ignis succensus a Domino combussit 14. millia ipsorũ, vt ẽ patet. *Et ait Dominus ad Moysen.* Iam placatus precibus eius noluit destruere totũ populum: ideo iussit, vt separaretur tota multitudo a tabernaculis impiorum, vt soli mali perirent. *Præcipe vniuerso populo, vt separetur a tabernaculis Dathan & Abiron & Chore.* Isti peccauerant & volebat eos delere, & quia isti non iuerant ad præceptum Moysi, nec voluerũt subire examen in offerendo thymiama, dedit eis Deus aliud genus mortis. s. vt tabernacula eorum cum ipsis absorberentur a terra. Et non fit hic mentio de Hon, qui etiam absorptus fuit a terra, cũ repugnasset Moysi, sicut Dathan & Abiron, & hoc quia forte nõ erat ita magnus princeps, sed intelligitur nominato Dathan & Abiron.

Quare Deus iussit multitudinem separari à tabernaculis Dathan & Abiron. Quæst. XIII.

IVSSIT autem Deus hic separari multitudinem a tabernaculis Dathan & Abiron, & Chore, & nõ a tabernaculis 250. virorum. Causa huius est duplex. Prima quia non solũ Dathan & Abiron perierunt, sed etiam filij, & vxores, & quidquid cum eis mansit in tabernaculis. de pertinẽtibus autem ad 250. viros nihil perijt, sed ipsi soli, ideo non iussit, q̃ recederent a tabernaculis ipsorum. Secunda causa, & adhuc solidior est, quia 250. viri non erãt in tabernaculis suis, sed in Sanctuario offerentes incensum vt patet infra, & ibi mortui sunt. ideo non oportuit dici q̃ aliquis recederet a tabernaculis eorum. de Dathã & Chore & Abiron aliud erat, quia isti manebant in tabernaculis suis, ideo ad hoc quòd perirent oportebat, vt recederent alij de tabernaculis ipsorum, & isti 250 viri nõ absorpti sunt a terra, sicut Dathan & Abiron, sed solum combusti sunt.

Quare iussit Moyses quòd recederet populus a tabernaculo Chore, cum esset de 250. viris. Et an Chore mortuus fuerit offerendo thymiama cum 250. viris, vel absorptus est a terra. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis quare dicatur, q̃ recederẽt a tabernaculo Chore cum ipse fuerit cũ 250. viris vt patet supra: vnde videbat̃ satis sibi esse, quod cremaretur cum ipsis, & non recederet aliquis a tabernaculo eius.

Aliquis respondebit, q̃ quanquam Chore perierit cum 250. viris, tamen dictum est vt recederent alij a tabernaculis eius, quia volebat Dominus aliquos, qui erant, in tabernaculo eius, & pertinebant ad eũ, perire, scilicet, quòd perirent filij sui, & alia quę erant in tabernaculo. Sed falsum est, quia filij Chore non perierunt. vnde dicit litera infra 26. cap. quòd grande miraculum in Israel factum est, vt Chore pereunte filij illius non morerentur. Dicendum est igitur aliter q̃ positũ est hic de tabernaculo Chore, quia ipse non fuit mortuus inter 250. viros qui combusti sunt offerẽtes thymiama, sed recessit in tabernaculum suum, & terra absorbuit eum, & tunc factum est miraculũ, vt Chore pereũte nõ perirent filij eius, quia q̃q̃ in tabernaculo essent, & aperta fuisset terra, non fuerunt ipsi absorpti, sed pater eorum cum toto tabernaculo vt innuitur infra vigesimosexto cap. & hoc modo verum est, q̃ solum 250. thuribula reperta sunt in igne altaris, & illa affixa sunt altari in laminas, vt patet ẽ. si

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem Chore obtulisset essent 251. Fuit autem modus q̄ Chore iuit cum 250. viris q̄ Moysen & Aaron, & iussit eis q̄ assumerēt thuribula sua, vt patet supra, scilicet, dixitque ad Chore. tu & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, fuit autē hoc die vna antequam fieret, vt patet ibidem. cum dicitur, state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. In illo autem die non venit Chore, sed soli 250. viri: & hoc forte, quia contempsit præceptū Moysi, sicut Dathan & Abiron, vel magis quia forte timuit offerre thymiama, & noluit ire ne ei aliquod malum eueniret. voluit tamen alio modo vsurpare sibi dominium, & tunc soli 250. viri iuerunt sequenti die in Sanctuarium ad offerendum, & ipsi soli combusti sunt. Chore autem nequaquam, sed absorptus fuit a terra cum tabernaculo suo. Et ob hoc cū Moyses iuit ad tabernacula Dathan & Abiron, etiam iuit ad tabernaculum Chore dicens, quòd omnes recederent ab eo, vel si Moyses non iuit illuc, saltem dixit toti multitudini q̄ recederent a tabernaculo Chore, sicut aliorum duorum.

An Chore combustus fuerit ab igne, vel a terra absorptus. Quæst. XV.

ALIQVI autem dicunt, q̄ Chore combustus fuit, & a terra deuoratus. q̄ autem fuerit deuoratus patet infra 26. cap. vbi dicitur q̄ moriente Chore, fuit grāde miraculum filios eius non perijsse: quòd vero fuerit combustus sic probant, quia dicitur infra quòd thuribula affixa sunt in altari, vt quilibet de extraneis recordetur, & non audeat præsumere officium sacerdotum, ne accidat ei vt Chore, & congregationi eius, sed congregatio Chore passa est incendium. ergo Chore incensus est. Dicendum tamē q̄ Chore solum fuit deuoratus a terra in tabernaculo suo: & ob hoc mandauit Deus q̄ recederet populus a tabernaculo Chore, sicut a tabernaculo Dathan & Abirō, qui solum absorpti sunt. Item quia si Chore fuisset incēsus cum alijs viris thurificando inuentum fuisset thuribulum eius cum thuribulis aliorum, sed non est inuētū cum solum fuerint 250. thuribula. ergo nō obtulit Chore. Item solum fuerunt combusti 250. viri, vt patet infra cum dicitur. sed & ignis egressus a Domino interfecit 250. viros qui offerebant incensum. ergo non fuit combustus Chore. Item nō stat, q̄ fuerit combustus, quia qui existimāt eum fuisse combustum arbitrant, q̄ cum 250. viris fuerit combustus offerendo thymiama. sed constat q̄ ipse absorptus est a terra in domo sua, vt colligitur infra 26. c. ergo Chore non fuit combustus. Si autem aliquis dicat q̄ Chore in domo sua primo combustus est, deinde absorptus a terra, nō est aliquo modo rationabile: ad quid enim proderat absorberi postquam combustus erat? maxime quia cōbustio 250. virorum fuit ab igne egresso de altari cum infra dicatur, quòd ignis egressus a Domino combussit illos cum offerebant incensum. Iste tamen ignis non posset comburere Chore, qui erat in tabernaculo suo. Item non stat, quia ista combustio erat, vt in eo punirentur, in quo peccabant: qui autem offerebant thymiama peccabant volentes assumere prunas de altari holocaustorum, quod eis non licebat. ideo ignis de eodem altari egressus combussit illos. Chore autem erat in tabernaculo suo nō offerens: quomodo ergo combureretur non est rationabile. Item probatio quæ infra ponitur nihil agit ad hoc, quia ibi dicitur q̄ posita fuerūt thuribula in altari, in quibus obtulerant hi quos deuorauit ignis, vt caueant omnes extranei accedere ad altare, ne patiātur sicut Chore, & congregatio eius: tamen Chore non fuit de offerentibus, quia tunc in tabernaculo fuisset combustus apud altare, & non in domo sua. ergo nihil attinet ista litera ad hoc q̄ fuerit combustus Chore. Item infra 26. dicitur. grande miraculum factum est q̄ Chore pereunte filij eius mortui nō sunt. Si tamen Chore combustus fuisset cum alijs ante ostium tabernaculi thurificando, nullum miraculum fuisset filios eius permanere, quia erant multum elongati ab eo, & extra Sanctuarium. sic dicunt Iudæi super Psal. 45. q̄ existente Chore in tabernaculo suo aperta est terra, & deuorauit eum. filij autem sui manserunt in aere pendentes, donec terra clauderetur. Sed arguet aliquis contra, quia supra dicit, q̄ dixit Moyses ad Chore tu & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & sequitur. tollite singuli thuribula vestra. ergo Chore sumpsit thuribulum, & consequenter mortuus est in incendio. Respondendum est quòd quamquam iusserit Moyses noluit facere Chore. nā dixit eis q̄ die crastino facerent hoc, & die crastino noluit venire Chore, sed soli 250. viri. Et cum arguit, q̄ infra dicitur ne patiatur sicut passus est Chore, & omnis congregatio eius. Respondendum est q̄ Chore & socij sui mortui sunt, sed non eodē genere mortis. hoc autem sufficit ad exemplum, s. ne offerentes alienigenæ patiantur sicut Chore & socij sui, idest ne moriantur. *Surrexitque Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron.* Erat Moyses prostratus in terra cum Aaron orantes Dominum ne deleret totam multitudinem, & tunc dixit Deus Moysi q̄ iuberet recedere turbam a tabernaculis impiorum: illico autem surrexit Moyses, & iuit ad tabernacula istorum, vt omni multitudini circumfusæ iuberet recedere a tabernaculis illorum. & dicitur hic de Dathan & Abiron: in quo intelligitur Hon filius Pheleph de stirpe Ruben, qui cum insurrexit, vt patet supra: intelligitur etiā Chore, qui ad tabernaculum huius iuit, iubens quod in alijs deberet. nam Deus iusserat, vt separarentur a tabernaculo Chore Dathan & Abiron. ergo etiam Moyses hoc retulit. sed scriptura non curat interdum enarrare omnia, cum possunt colligi ex præcedentibus & subsequentibus.

Sequentibus eum senioribus Israel. Idest cum Moyse iuerunt comitantes eum seniores Israel, scilicet, homines prudentiores & maioris honoris in toto populo. Isti autem sunt septuaginta seniores de quibus supra 11. cap. vel alij iudices, & maiores plebis, qui nō murmurabant.

Dixit ad turbam. Scilicet ad multitudinem populi quæ erat in circuitu tabernaculorum Dathā & Abiron & reliquorum.

Recedite a tabernaculis hominum impiorum. Idest non maneatis apud eos. nam si māsissent ibi absorberentur, quanquam non peccauissent, quia iam peccabant non obedientes admonitioni Moysi. & dicitur q̄ recederent de tabernaculis istorum propter duo. Primo, quia cum isti essent potentes multi famulabantur eis. hos autem iussit Moyses recedere. Secundo quia in deserto erat ordo castrametandi, & ponebantur tētoria cōiuncta, sicut sunt domus in vrbibus sub vexillis patrū suorū, vt patet supra c. 2. vñ apud nō toria Dathan & Abiron erant multa tentoria reliquæ plebis, & ista amota sunt de loco suo. nā magna pars terræ aperta est ad deuorādū impios, & si non fuissent amota tentoria coniuncta absorberentur.

Et nolite tangere quæ ad eos pertinent. Quia forte aliqui videntes eos absorberi vellent accipere aliqua de rebus eorum ne perirent. ideo monentur ne volentes talibus succurrere inuoluerentur in terræ voragine, vel magis est sensus, quòd cum scirent Israelitæ esse consū-

cōsumēda omnia quę possidebāt Dathā & Abyron antequam absorberentur, conarentur accipere aliqua de illis, & hoc vetat Moyses, quia forte dum ipsi acciperent ea, terra diuideretur & perirent. Nec est conueniens sensus prior, quia nemo conaretur accedere ad Dathan & Abiron postquam terra aperta esset, quia iam impossibile esset eripi quicquam de voragine, potissime quia omnes timerent, & fugerent visa tam horrenda voragine, & ita dicitur infra, q̄ omnis populus, qui stabat per circuitum fugit a clamore pereuntium dicens ne forte & nos terra deglutiat. *Ne inuoluamini in peccatis eorum.* Idest in pēnis peccatorum suorum si submergamini: non poterat enim aliquis inuolui peccatis Datan & Abiron nisi forte repugnaret contra Moysen, sicut ipsi repugnauerant, sed inuoluebantur in peccatis, idest in pēnis peccatorum. simile habetur Apoc. 18. cap. exite de ea populę meus ne participes sitis delictorū eius, & de plagis eius non accipietis. *Cumque recessissent a tentorio eorum per circuitum.* Cum Moyses ista protulit credidit populus, & timuit faciens quod iusserat, & dicitur q̄ recessit a tentorio eorum: non q̄ haberent vnum tentorium omnes cum dicatur supra, præcipe populo vt separetur a tabernaculis Chore Dathan & Abiron. & etiam Dathan & Abiron non habebant vnum tabernaculum cum infra dicatur. Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papylionum suorum. sed ponitur hic singulare pro plurali, sicut aliquando econtrario fit.

Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papylionum suorum. Idest cum dixit ista Moyses illi viri exierūt de interiori parte tabernaculorum suorum ad ostia, & manebant ibi, vt viderentur a toto populo, & innuerent se nihil timere eorum, quæ dicebat Moyses, q̄ facerent si absconderentur in parte interiori tētoriorum, & isti nesciebāt quam pœnam susceperuri essent, nec populus cognoscebat quamquam recederet de mandato Moysi vsque ad vltimum, cum dixit terram esse aperiendam, sed tunc vix verba fuerant finita, & ecce terra dirupta sub pedibus eorū absorbuit illos. Illi autem licet forte aliquid timerent, tamen quia repugnauerant Moysi contemnentes præceptū eius cubebant ad verba Moysi recedere de tabernaculis suis. manserūt ergo & superuenit eis interitus. Sed adhuc dato q̄ recessissent de tētorijs suis miscentes se in mediam multitudinem, adhuc ibi inueniret eos manus Domini & contereret de populo alio genere mortis. Sed conuenientior modus fuit iste, vt totus populus videret, atque timeret. *Cum uxoribus & liberis omnique frequentia.* Idest stabant in ostio tentoriorum suorū siue papylionum, quod idem est, cum vxoribus suis & filijs & tota turba. frequentia enim multitudinem signat. sic patet infra 27. cap. s. q̄ Moyses imposuit manum super Iosue coram frequentia populi, idest corā tota multitudine. hoc autem erat quia isti erāt diuites, & habebant familiam magnam, quæ cum eis mansit in ostijs tentoriorum suorum. nam aliqui de famulis contemnebant verba Moysi, sicut Domini eorum. alij vero verecundia dominorum vel timore non deseruerunt eos, & sic omnes perierunt. *Et ait Moyses in hoc scietis quòd Dominus miserit me.*

An signum quod demonstrabat Moyses de missione sua a Deo mirum esset sufficiens. Et quòd miracula Christi probabant eum esse Deum. Quæst. XVI.

DVBITABANT quidā de populo an Moyses fecisset ex corde suo omnia hęc distribuendo prępotentias, & honores consanguineis suis, vel an Deus

iussisset hoc. Dat autem hic sufficiēs signum q̄ Deus ista omnia iusserit, quia prę misit ista verba, & dixit signum secuturum esse ad confirmationem omnium istorum. sed sic euenit, vt ipse prędixerat. ergo verum est quod prę mittebat. Istam probationē de cognoscenda veritate prophetarum dat Deus Deut. 18. c. s. q̄ si tacita cogitatione respōderis quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus Dominus? hoc habebis signum q̄ in nomine Domini propheta ille prędixerit, & non euenerit hoc, Dominus non est locutus. ergo a contrario sensu si propheta aliquid diceret in nomine Domini, & daret aliquod signum postea futurum, verum est a Deo fuisse illa dicta. sic fuit de Moyse hic. & cū dicitur q̄ Deus miserit me, est sensus q̄ misit me ad dicendum vobis, vt recedatis de circuitu hominum impiorū, vel magis est sensus q̄ Dominus miserit me, idest miserit ad faciendum omnia quæ feci & nihil ex corde meo egi. Est autem sufficiens argumentum, quia dicebat Moyses. ego feci omnia quæ videtis ex mandato Dei: & adhuc do vobis signum q̄ nūc terra aperietur, & deuorabit istos impios. tunc stat argumentum. Deus nunquam est testis falsitatis. si ergo faciat aliqua signa ad probationem alicuius rei illa vera est. sed ista signa erant talia qualia nemo facere posset nisi Deus vel ex diuina iussione, s. aperire terram & deglutire impios. ergo Deus approbabat hic verba Moysi, & p̄sequēter vera sunt. Sic enim fuit probata diuinitas Saluatoris nostri per miracula, q̄ nemo facere posset nisi Deus, sed illa maiora miracula fuerūt qualia nulla potentia finita facere potuisset. s. mortuos suscitare, & sanare cęcos a natiuitate & similia. mouere autē terram bene subiacet potentiæ dæmonum & bonorum angelorum, cum etiam naturaliter fieri possit tamen, nequaquam fecissent angeli, vel dęmones nisi Deus permitteret, aut iuberet, quia hoc erat in pœnam illorum qui perierunt, sed non est in potestate dæmonū facere perire quem voluerit.

An ista signa facta per Moysen contra 250. & Dathan & Abiron &c. fuerint a dæmonibus vel à Deo. Qō. XVII.

SED tunc dicet aliquis q̄ nō dabat Moyses sufficiens signum. nam id quod ponebat pro signo poterat fieri a dęmonibus, & sic forte fecissent ipsi Moyse inuocante illos per artem nicromanticam. Respondendū est, q̄ hoc non stat propter duo. Primo, quia licet subijciatur iste effectus potestati dęmonis absolute, tamen simpliciter faciens non potest in damnum aliorum facere: quia Deus non permitteret, vt noceret quantum posset. Si ergo aliquis dicat Deꝰ misit me, & do vobis in signū q̄ immediate morientur isti mille viri, sufficiens probatio est si mortui fuerint immediate, quia q̄q̄ occidere illos dęmoni subsit absolute: tamen ipse non pōt occidere illos quandocunque vult, quia prohibet semper ab alia potestate maiori. Si ergo moriantur Deus voluit q̄ morerentur, & sic confirmatio verborum prouenit aliquo modo a Deo in signo. Secundo non stat, quia iste dixit: Deus misit me, & in signū huius terra aperietur, & deuorabit impios. q̄q̄ ergo potuisset fieri illud per dęmones, si tñ Deus permitteret fieri p̄firmaret dictū, cū pmissio illa erat cōferre aliqd ad actionē, & tūc cōfirmaret id quod erat falsum: nec erat hoc p accidens, sed directe fuerat inductum signum illud ad probationem dicti falsi. Si igitur fuisset falsum id quod Moyses dicebat, s. q̄ Deus miserat eum, non fuisset securum signum. *Vt facerem vniuersa quæ cernitis.* Idest per hoc cognoscetis, q̄ Deus misit me ad faciendū oīa, quæ inter vos disposui, idest

quantum ad principatum & ministeria sacerdotum & Leuitarum, & totius multitudinis, de quibus putatis q̃ fecerim ex corde meo, & sic confirmat Moyses ea quæ facta sunt per ea quæ fient, modus autem prophetarum demonstrantium veritatem dictorum suorum est communiter, vt aliquid de futuro dicant, & illud probent per aliquod signum secuturum immediatè, quod sit ante res quæ prædicantur. hic autẽ Moyses confirmauit præterita: non quidem quantũ ad hoc quòd fuerint, quia veritas præteritorum necessaria est, sed quantum ad hoc quod à Deo fuerint, & hoc erat dubium, ideo demonstratum est signum à Deo probatiuum huius.

Et non ex corde meo illa protulerim. Ideſt, & non feci ista ex corde meo, ſ. ſecundum quòd ego deſiderabã affectione cognatorũ, vel cupidine proprij honoris, ſed ita protuli vt Deus iuſſit.

Si conſueta hominum morte interierint. Signum est datum à Moyse, quòd ſi iſti homines mortui fuerint, ſ. Dathan & Abiron & Chore, ſicut cæteri homines mori ſolent, quòd Deus non miſit eum ad faciẽdum hæc. & dicitur mors conſueta quãdocunque aliquis moritur morbo, ſiue defectu naturæ, & non erant iſti morituri hac plaga, quia immediate mortui ſunt per ſignum datum, & hoc quia mors illa eſt hominum non peccãtium, ita vt debeat eis infligi mors tanquã pœna, & illis hominibus venit mors tanquã à natura, & non tanquam data in pœnam alicuius peccati ſpecialiter: etiam volebat Moyſes ſignare alterum ſpeciale in iſtis viris, ſ. q̃ etiam non infligeretur eis talis pœna qualis infligi ſolet alijs hominibus pro peccato. nam iſti abſorpti ſunt a terra: ante hoc autem nemo fuerat abſorptus, vt patet inquirẽdo omnes hiſtorias, ſed quibuſdam infligebatur mors p̃ peccato in igne, vt patet ſupra cap. 11. alij autem ab hoſtibus, vel fame, aut ſiti, vel a beſtijs occidebãtur Leuit. 26. & Deu. 32. cap. & ſic de quibuſdam alijs modis viſitatis apud alios peccatores. Iſti autem nouum genus pœnæ habuerunt, quia abſorpti ſunt.

Et ſi viſitauerit eos plaga qua cæteri viſitari ſolent. Ideſt non ſolum non morientur iſti morte conſueta quæ eſt mors naturalis, & non pœnalis, ſed etiam non morientur plaga aliorum hominum: ſignat enim plaga pœnam inflictam, & iſtis non erat infligenda pœna ſicut alijs peccatoribus. hoc autem erat ad ſignandum iſta magis à Deo fieri. accipitur hic viſitari, ideſt puniri, vt patet Pſal. 88. ſ. viſitabo in virga iniquitates eorum, ideſt percutiam eos virga propter peccata.

An alij quàm iſti vt puta ſodomitæ puniti fuerint pœna conſimili. Et an acciderit inter alias gentes apertio terræ ſicut in Dathan & Abiron. *Quæſt. XVIII.*

OBICIET aliquis contra prædicta, ſ. q̃ alij viſitati fuerint hac plaga qua iſti viſitati fuerũt, nam viri Sodomorum puniti ſunt in ſubuerſione terræ, vt patet Gen. 19. cap. Reſpondent quidam q̃ loquitur Moyſes hic de pœnis inflictis Iudæis, & nulla vnquam talis inflicta fuerat alicui Iudæo. Sed hoc nihil differt. nam Moyſes dicit hic q̃ non viſitabuntur iſti pœna, qua alij homines v[illegible]ari ſolent. Si ergo inter gentes accidiſſet iſte modus pœn[illegible] dato q̃ inter Iudæos nunquam fuiſſet, non erat aliquid inconſuetum: potiſſime quia infra dicitur. ſinautem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos, ſi tamen in alijs gentibus accidiſſet hoc, non eſſet aliquid nouũ, ideo neceſſe eſt dici q̃ etiam non acciderit inter alias gentes. Et cum arguitur de ſodomitis, reſpondendũ eſt q̃ non fuit ſimilis pœna, & hoc dupliciter. Primò dici poteſt q̃ ipſi non fuerunt abſorpti a terra: nihil n[illegible] tale narrat ſcriptura Gen. 19. cap. ſed ſolum deſcendit ignis, & ſulphur de cælo comburẽs eos cum vrbibus ſuis, ita vt nulla priorum ciuitatum relinqueretur veſtigia. hic autẽ fuit abſorptio, quia terra diuiſa eſt, vt abſorberentur iſti: deinde rediit in ſe. Aliter dici poteſt, q̃ etiam ſi concederetur ſodomitas fuiſſe abſorptos a terra, vel vrbes eorũ: tamen non fuit ſimilis pœna huic, quia ignis de cælo & ſulphur cecidit ſuper ſodomam, & combuſti ſunt homines, & iumenta cũ vrbibus ſuis: poſtea vero diuiſa eſt terra, & erupuit aquæ, atque factum eſt ſtagnum magnum in loco, ita vt non manerent ſigna habitationis prioris in valle. ibi tamen non fuit apertio illa pœna ſodomorũ, quia iam combuſti erant ipſi cum omnibus rebus ſuis. hic vero aliter fuit, ſ. q̃ iſti abſorpti ſunt viuentes a terra, & nulla alia pœna præceſſit, vel ſecuta eſt, ideo nunq̃ fuit in prioribus ſæculis talis pœna ſicut iſtorum.

Non miſit me Dominus. Ideſt ſi verum eſt, q̃ iſti moriuntur morte naturali ex ægritudine, aut defectu naturæ, vel illata plaga, ſicut infligi ſolet alijs pro peccato, nõ miſit me Dominus: ſed Dñs miſit me: ergo neceſſe eſt, q̃ iſti moriantur morte non conſueta, nec plaga, qua alij viſitari ſolent. *Si autem nouam rem fecerit Dominus.* Ideſt ſi fecerit Deus aliquid nouũ, quod non fuit in alijs, Dñs miſit me. & hoc eſt quod ſequitur, ſ. *Vt aperiens terra os ſuum.* Iſta eſt res noua, & dr terra Tu aperire os, i. pati quandam voraginem, nam terra nõ habet os niſi multum æquiuoce: os. n. eſt aliquid in animali factum ad ſuſcipiendum cibos, terra autẽ nõ vegetatur, cum non ſit animatum aliquid, ergo non eſt habens os, ſed ſicut in animali, os eſt quædã apertio ad deuorandum, ita & hiatus terræ, factus ad abſorbendum viros iniquos, dicitur os eius.

Quidam Hebræi dicunt q̃ terra habeat os, ſed iſtud ridiculum eſt, & dicunt q̃ Deus creauerit os terræ in die ſabbati ad ſolis occaſum, cum iam ceſſauiſſet ab omnibus operibus, nam creatio fuit in ſex diebus. ſeptimo autem die qui eſt ſabbatum requieuit ab omni opere quod patrarat Gen. 1. & in vel pere illius dicunt q̃ Deus creauerit os terræ, & ponunt nouem alia ſimul creata, quæ ſatis ridicula ſunt, vt declarabit infra 26. cap. de quibus nihil ad nos, & mouentur ad hoc, quia vbi litera noſtra dicit. *Sin autem nouam rem fecerit Dominus.* In Hebræo dicitur. *Si autem creauerit Dñs, minus nouam creaturam.* Sed hoc nihil eſt, quia creare accipitur interdum pro facere, vt patet ſæpiſſime in ſcriptura, & ſic eſt hic. *Deglutiat eos.* Ideſt abſorbeat viuentes. *Et omnia quæ ad illos pertinent.* Ideſt omnia quæ ipſorum ſunt, ſ. vxores, & filios, & familiã, & cætera q̃ poſſidebant. hoc verum eſt de illis quæ pertinebant ad eos, & permanſerunt in conſortio eorum, ſi tamen aliqua receſſerunt ab eis non perierunt, vt ſi aliqui de filijs iſtorum receſſiſſent de tabernaculis patrum, timẽtes malũ, quod dixerat Moyſes, non abſorpti ſunt. Idem de famulis, & de vxoribus. *Deſcenderintque viuentes in infernum.* Ideſt ſi videritis q̃ iſti deſcẽdunt ad inferos viuentes, ſcietis q̃ Dñs miſerit me. deſcendere iſtos viuentes ad inferos eſt, q̃ aperiretur terra, & deglutiret eos, ſiue deſcenderẽt ad profunditatem infernj, ſiue non, de quo infra dicetur.

Scietis quòd blaſphemauerint Dominum. Ideſt ſi videritis hoc manifeſte intelligetis quòd blaſphemauerunt Dominum: etiam erat iſta ſufficiens probatio. Intendebat enim Moyſes ſic dicere. iſti blaſphemauerunt Deum, & in ſignum huius aperietur terra deuorans eos. Si ergo terra aperta eſt, apparet eos blaſphemaſſe: alioquin non confirmaſſet Deus in ſigno, quia tunc approbaret falſitatem.

Et dicit Moyſes, q̃ iſti blaſphemauerunt Deum, quia

quia ea quę manifeſte facta erant a Deo attribuebant affectioni Moyſi, in quo tollebatur honor Dei, & repugnabatur illi, quod vocatur blaſphemia. ſimili modo loquendi vtitur Chriſtus Matth. 12. cap. dicens q̃ phariſęi blaſphemabant, quia dixerant quod eijciebat dęmonia in belzebub principem dęmoniorum, & tamen dęmonia non poſſunt eijci niſi in poteſtate Dei, & ſic attribuebant poteſtatem Dei dęmonibus, & hoc eſt blaſphemia, & vocatur ibi peccatum in Spiritum ſanctum. *Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui.* Ideſt immediate, vt Moyſes protulit verba hęc coram tota multitudine, ſecutum eſt ſignum, quia aperta eſt terra, & deuorauit iniquos. fuit autẽ factum immediate, vt magis ſciretur q̃ ex hac cauſa veniebat. nam ſi fuiſſet iſta pęna dilatata per aliquod tempus, qui viderẽt eam, poſtea crederent forte q̃ veniſſet propter aliam cauſam. cum autem immediate veniſſet, apparebat ſolum venire ob hoc. *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum.* Scilicet in tabernaculis Dathan & Abiron & Chore fuit terra dirupta, ita q̃ ipſi concluſi ſunt ab ea, & deinde terra clauſa eſt. Iſta diruptio facta eſt miraculoſe. nam licet aliquando proueniat naturaliter terrębotus propter ſpiritum latentem in terra, & fortiter impellentem, tamen hic fuit ſola virtute diuina. Si enim naturaliter accidiſſet non ſolum in tabernaculis iſtorum virorum fuiſſet, ſed etiam in circuitu aliquantulum: potiſſime quia terrębotus eſt per impulſionem ſpiritus interioris: hic tamen non fuit aliqua impulſio, ſed ſola apertio terrę. In terrębotibus autem naturalibus primò fiunt cõcuſſiones quam apertio. *Et aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis.* Ideſt non ſolum ipſi perierunt, ſed etiã quidquid cum eis erat, ſiue de familia, ſiue de facultate, & tabernacula ipſa in quibus morabãtur abſorpta ſunt. *Et vniuerſa ſubſtantia.* Ideſt vniuerſa poſſeſſio, non ſolum intelligitur ſubſtantia pro poſſeſſione, qđ cõiter ſignat, ſed etiam pro omnibus quæ pertinebãt ad iſtos viros, ſiue filij, ſiue vxores, & familię. omnia enim deuorata ſunt.

Quare res inanimatæ Dathan & Abiron, & vxores, & familia, & maxime filij paruuli qui nihil peccauerunt, perierunt cum eis. *Quæſt. XIX.*

DUBITABIT aliquis quare perierint res inanimatę pertinentes ad iſtos: nam de animatis rationabilibus aliqualiter dici poterat, q̃ communicarent in peccato: de inanimatis autem nequaquam conuenit. Aliquis forte dicet factum fuiſſe hoc vt magis dolerẽt ipſi qui peribant: interdum enim res aliquorum pereunt, vt ipſi dolcant, & puniantur in illis. ſic percuſſit Deus Iob, & omnia quę poſſidebat, vt ſic haberet locum exercitationis in patientia damni, & doloris Iob cap. 2. Sed non ſtat, quia iſti non poterant dolere de rebus ſuis poſſeſſis. nam ſimul cum tabernaculis ſuis, & omni poſſeſſione ſubmerſi ſunt, ita vt nõ poſſent reſpicere ad ea quę peribant cum ipſis, ſed ad ſeipſos ſolum, dolor autem de rebus quę perduntur eſt, cum aliquo non pereunte res eius pereunt, ideo non erat hic cauſa doloris perditio ſubſtantiæ iſtorum virorum ipſis. Sed aliter dicẽdum eſt, q̃ bona iſtorum perierunt cũ ipſis ad deteſtationem criminis ipſorum: ſicut argentum, & aurum ex quo fabricantur idola, licet peccatum nullum habeat, quia tamẽ fuit ad vſum idolatriæ non debet cedere in vſus humanos, ſed cõburi Deu. cap. 7. ita etiam eſt ſecundum leges humanas. Interdum enim cum aliquis occiditur propter crimen lęſę maieſtatis ędificia eius deſtruũtur, ita vt nulli proſint, nec tranſeant in proprietatem alicuius, ſed illud non eſt niſi propter deteſtationem criminis lęſę maieſtatis, ita hic incurrerant iſti in blaſphemiam Dei, quæ eſt plus q̃ crimen lęſę maieſtatis, ideo res eorũ perierunt cum ipſis in deteſtationem criminis ſui. Sed adhuc quæret aliquis de filijs, & familia iſtorum, & de vxoribus, quare perierint? Reſpondendum eſt nõ eſſe idem iudicium de omnibus, nã vxores & familia poterãt perire dupliciter, quia cõſenſerat eis, vel quia non recedebat ab illis, vtrunque ſatis patet. veriſimile eſt enim vxores viris conſentire ſuis: potiſſime cũ ad honores tenderent, volentes principari, ſicut Moyſes. De familia etiam ſatis credendum eſt q̃ dñis ſuis conſenſerit, & tũc in pœnam huius abſorpti ſunt ipſi, ſicut dñi, qui ita repugnabant Deo, & blaſphemabant quantum ad hoc, ſicut dñi ſui, & dato q̃ non conſenſiſſent, merebantur iſtã ſubmerſionẽ prænẽtes admonitionẽ Moyſi. dixerat. n. q̃ oẽs recederẽt de tabernaculis hominũ impiorũ & iſti noluerunt, ideo abſorpti ſunt. De filijs paruulis alia ratio eſt. nam non poteſt dici q̃ perierint, quia conſenſerint patribus. nam nõ habebant conſenſum, vel diſſenſum, quia non peruenerant ad talem ętatem: etiam non peribant, quia nõ receſſerant a viris impijs, non enim erat poteſtatis eorum recedere a parentibus, quia non intelligebãt qd Moyſes admoniſſet, nec etiam exequi poſſent recedentes, quia paruuli erant. Sed dicendum q̃ perierint propter patres. dicet enim aliquis q̃ non perierũt iſti propter peccatum patrum, nec vt patres dolerent, ſed quia erãt cum eis, & terra aperta eſt, neceſſe erat, vt ſimul deuorarentur. Reſpondendum eſt non ſtare, quia ſi non fuiſſet aliqua cauſa quare iſti deuorarent, non fuiſſent abſorpti, quanquam eſſent cum patribus ſuis in tabernaculo. ſic fuit de filijs Chore qui erant in tabernaculo patris ſui, & terra aperta deuorauit Chore, manẽtibus filijs eius in aere pẽdentibus, quouſque concluſa eſt: quod ſignificatur infra 26. cap. ſ. grande miraculum in Iſrael factum eſt, vt Chore pereunte filij eius non perierint. Ita poterat eſſe hic, q̃ q̃q̃ eſſent paruuli iſti cum parentibus in tabernaculo q̃ non perirent, ſ. q̃ manerent pendentes in aere, ſicut filij Chore, quouſque terra concluderetur. Reſpondendum eſt q̃ neceſſe eſt fuiſſe aliquam cauſam quare abſorberentur, & dicet aliquis fuiſſe iſtam ad afflictionem parentum ſuorum: filij enim interdum puniuntur pro patribus, vſque in tertiam & quartam generationem, & hoc eſt vt patres videntes eorum pœnas torqueantur in ipſis.

Sed dicendum hoc non multum ſtare, quia viri iſti iniqui non crediderunt euenturum eſſe id, quod prędixerat Moyſes, quouſque euenit, ideo priuſquã eueniret, nec pro ſe, nec pro filijs dolebant. Cum autem abſorberentur, factum eſt quaſi in inſtanti, & non poterant conſiderare parentes de filijs, & dolere de eorum perditione, cum vix de ſeipſis conſiderarent, attoniti repentino malo. erat autem eis pœna mors filiorum, ſi forte ipſis manentibus, filij morerentur: nihil magis dolerent ſoli morientes, quàm cum filijs, ideo ſatis videtur, quòd nõ fuerint abſorpti filij paruuli ad dolorem parentum.

Sed dicendum q̃ perierint propter peccatum patrum, quanquam non vt punirentur patres in eis. fuerat enim peccatum iſtorũ virorum tam graue, vt non ſolum ipſi mortem mererentur, ſed etiam omnia quæ pertinebant ad eos, filij autem paruuli ſunt quaſi poſſeſſio patris, cum modicum diſtent a re inanimata, quia nondũ habebãt in ſe facultatem principij operatiui ad bonũ vel ad malum, ideo ſicut iſtis perentibus perierunt omnes res poſſeſſæ eorum irrationabiles, ita & filij paruuli qui pertinẽt ad parẽtes, ſicut poſſeſſio. nam iuxta Ariſt. in 5. Ethi. filius eſt pars

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris, donec sit pelicon, ideſt magnus, vel emancipatus. Filij autem magni non ſequuntur hanc legē quia cum ipſi peruenirint ad annos diſcretionis operantes per libertatem, merentur, aut demerentur, & tunc poſſunt puniri cum patribus ſuis, ſi peccauerūt, vt illi. Si vero bene egerunt non eſt rationabile eos puniri, & ſic factū eſt de filijs Chore: ipſi enim erāt boni, nec conſenſerant pctō patris. ideo quanquam accidiſſet ꝙ manerent in tabernaculo patris eo tpe, quo abſorptus eſt Chore, ipſi tamen abſorpti non fuerunt, manentes in aere per miraculum, vt dictum eſt. Filij autem Dathan & Abiron paruuli nihil meruerant cum non peruenisſent ad ętatem diſcretionis: nec habebant diſſenſum ad opera patrum, ideo computari debebant tanquam res poſſeſſę, quę non habent in ſe principium operandi. filij autem magni non poterant computari, vt res poſſeſſæ, quia ipſi habebant actum p̄rium patribus. De iſtis filijs paruulis pereuntibus, dicendum eſt ꝙ q̄q̄ temporaliter perierint ex cauſa dicta: tamen non perierunt ęternaliter pro peccatis patrum, ſed cōſecuti ſunt vitam ęternā, quia in innocentia ſua perierūt. & iſta etiam eſt cauſa quare Deus magis punit filios paruulos pro peccato patrum q̄ magnos, quia magni ſi moriantur poſſunt ęternaliter perire, paruuli autem cū moriuntur temporaliter ſolū patiuntur, & iſta pęna habebat cauſam ex peccato patrum, & tamen fiebat ad terrorem populi, vt viſa tanta duricie pœnarum fugerent ſimilia peccata. de alijs autem adultis, qui mortui ſunt cum Dathan & Abiron manifeſtum eſt, ꝙ ęternaliter perierint, quia peccauerunt in hoc ꝙ conſenſerunt peccato illorū virorum, aut ſaltem admonitionē Moyſi ſuſcipere noluerunt, & dicimus ꝙ ęternaliter perierint, ſ. ꝙ anteq̄ morerentur tale peccatum habebant, in quo ſi finirent, ęternaliter perituri erant: an tamen in eo finirent non multum conſtat. *Deſcenderunt viui in infernum.* Ideſt iſti viri impij cū familia ſua deuorati ſunt a terra, & deſcenderunt viuentes ad infernum q.d. alij illuc vadunt poſt mortem: ipſi autem in vita.

An Dathan & Abiron deſcenderint ad locum damnatorum viuentes: & an nunc ſint ibi corporaliter viuentes, & an ipſi & omnes morientes cum eis perierint æternaliter? Qō. XX.

NON eſt autem intelligendum, quod deſcenderunt ad infernum viuentes, ideſt ad locum dānatorum, ſed accipitur infernus pro ſepulchro vel parte interiori terrę. nam alij homines mortui ſepeliuntur: iſti autem viuentes, quod patet ga cū deſcenderēt audiebantur voces eorum, & fugit populus a clamore pereuntiū, vt patet infra: hoc autem accidit ex ęquiuocatione. nā dictio quę ponitur hic in Hebręo ęqualiter ſignificat ſepulchrum, vel infernum. litera autem noſtra tranſtulit infernum, & ſatis conueniens eſt, quia quilibet locus inferior in terra vocatur infernus, etiam ſi non ſit locus damnatorum.

Nec poteſt aliquo modo eſſe, ꝙ iſti deſcēderēt vſque ad locum damnatorum viuentes, quia ante tempus generalis reſurrectionis apud inferos ſolum ſunt animę damnatorum: poſtea vero reſumptis corporibus erit totus homo in pęna. ergo Dathā & Abirō non poterant nunc eſſe apud inferos viuentes, ſed ſolum iſti deſcēderunt viuentes, vſque ad aliquam magnam profunditatem terrę, & ibi terra concluſit eos, & mortui ſunt: poſtea animę eorū ad inferos deſcenderunt, vt probabile eſt, corporibus manētibus in alijs viſceribus terrę.

Et ſi forte aliquis diceret ꝙ iſti deſcēderunt vſque ad locum damnatorum viuentes, adhuc nō eſt dicendum ꝙ nunc ſint ibi viuentes, ſicut erūt omnes damnati poſt generalem reſurrectionem, ſed immediate vt accederent ad ignem inferni morerentur, cum ille ignis ſit grauior iſto improportionabiliter, & tunc ſolę animę manerent ibi in punitione. Cauſa huius eſt, quia ad hoc quod manerent apud inferos viuentes neceſſe erat, quod daretur eis immortalitas, ſed nemini data eſt, nec dabitur, vſque poſt generalem reſurrectionem. ergo non manent viuentes apud inferos: alioquin diceremus quod iſti nunquam reſurgerent, quia qui nunquam mortuus eſt, nunquam reſurgit. hoc tamen eſt contra Symbolum fidei, in quo dicitur quod homines omnes reſurgere habent in corporibus ſuis, rediturī de factis proprijs rationem. ideo mortui ſunt Dathan & Abiron. Item ſi manſiſſent ſemper viuentes Dathan & Abiron apud inferos, videretur eis maius grauamen inſtigi quam ceteris. Alij enim grauius peccauerunt quam Dathan & Abiron, & tamen nullus eſt apud inferos viuens. Si ergo ponantur iſti viuentes, grauabantur: maior enim pęna viuentis eſt apud inferos quam ſolius animę. viuens enim ſecundum vtrunque patit. anima autem in ſola apprehenſione intellectiua. non eſt ergo concedendū iſtos eſſe viuētes apud inferos.

An Dathan & alij abſorpti à terra ſint damnati. Quæſt. XXI.

QVAERET aliquis de Dathan & Abirō & alijs abſorptis a terra, an ęternaliter perierint. Ad quod aliquis reſpōdebit hoc manifeſtū eſſe, quia qui ad inferos deſcēdit ęternaliter perit. Dathan autem & Abiron cum omnibus qui erant in tabernaculis ipſorum dicūtur ꝙ ad inferos deſcenderunt viuentes, ergo perierunt. niſi forte dicatur ꝙ poſtea exierint inde. ſed non ſtat, quia apud inferos eſt redemptio. Alio modo arguetur ꝙ iſti perierint ęternaliter, quia in peccato mortui ſunt, quod ſufficit ad ęternam damnationem. nam pęna illa pro peccato in quo erant inflicta eſt, pęna tamen illa fuit in ipſa morte: ergo in peccato conſumpti ſunt. Reſpondendum eſt malam eſſe p̄ſumptionem de his qui ſic perierunt: quoniam pęna peccati, & ipſum peccatū morti coniuncta fuerunt, nec tamen ex hoc neceſſario ſequitur ꝙ ipſi æternaliter perierint, quia poterant de malo ſuo dolere, & in ipſo deſcenſu ad locū vbi ſuffocati ſunt, poterant conteri de peccatis, & hoc ſufficiebat ad eorum ſaluationem, & tunc eſſet eis pęna illa temporalis in morte ſufficiens pro peccato, vel reſtaret eis aliquid in purgatorio finiendum. Sic enim de quibuſdam alijs accidit, qui fere in ipſo actu peccati ſunt mortui, & tamen non perierunt ęternaliter, quia in ipſa occiſione diluerunt. hoc autem fieri poteſt, quia contritio nō requirit temporis ſucceſſionem, ſed in inſtāti quaſi fit, quæ ad delenda omnia peccata ſufficiat. de hoc magis dictum eſt Leui. c. 10. de his qui morte ſubitanea rapiuntur, & illa mors eſt eis peccati pęna. *Operti humo.* Ideſt terra operuit eos: quia cum dirupta fuit terra ſub pedibus eorum, ipſi tranſierunt vſque ad quandam profunditatem terrę ſatis magnam, & tunc concluſa eſt terra operiēs eos, & mortui ſunt. *Et perierunt de medio multitudinis.* Ideſt non manſerunt vlterius in multitudine Iſrael. vel dicuntur magis perijſſe, quia nemo de ſemine eorum manſit apud Iſraelitas. Hoc verum eſt apud Dathan & Abirō & Hon, ſed de Chore aliud eſt, quia ipſe reliquit filios, vt patet infra 26. cap. & poſtea manſerūt illi in Iſrael, & fuerunt de officialibus Sanctuarij inter cantores, vt patet primo Paralip. 23. & 24. vſque ad 26. Iſti tñ cōputabantur prēter patres, ga erant viri magni. de alijs autem non legitur, ꝙ reliquerint filios magnos, aut paruulos ſuccedentes, & ob hoc dicuntur perijſſe. nam pater perit ſi nullus ſibi ſuccedat. Si autem aliquis ſuccedat, viuere dicitur. ſic patet Eccleſiaſt. 30. ca. mortuus eſt, & quaſi non eſt mortuus pater eius, reliquit enim filium ſimilem ſibi. & veraciter dicitur pater manere aliqualiter manente filio ſecundum nomen & numerum, & aliqualiter ſecundum rem, quia cum filius ſit quædam particula p̄ris, vt patet 8. Ethic. manet in illa pater, & ſic conſeruantur ſeminis primordia per deriuationem. Iſti autem non relinquebant filios, ideo perierunt de populo.

At vero omnis Iſrael, qui ſtabat per circuitum fugit a clamore pereuntium. Ideſt quando Iſraelitæ, qui erant in circuitu tabernaculorum Dathan & Abiron, & Chore audierunt vlulatum magnum eorum, quando deuorabantur a terra, fugerunt timentes ne abſorberētur a terra.

Quomodo Iſraelitæ ſtabant in circuitu tabernaculorum Dathan. Quæſt. XXII.

SED dicet aliquis quomodo ſtabant Iſraelitæ in circuitu tabernaculorum iſtorum virorum, ga Moyſes dixerat ꝙ recederent inde, & ſi ſtabant in circuitu eorum, quomodo nō fuerunt ſtrati? Reſpondendum eſt, ꝙ iſti receſſerunt a tabernaculis iuxta mandatum Moyſi, & tamen quādo abſorpti ſunt a terra viri impij, iſti exiſtentes procul adhuc magis procul fugerunt, quia timuerunt, ſi tamē nō receſſiſſent de circuitu tabernaculorum illorum virorum, ſicut erant a principio, fuiſſent abſorpti.

Dicens ne forte & nos terra deglutiat. Quia fuit aperta terra in tentorijs Dathan & Abiron, & Chore: timuerunt Iſraelitæ, qui erant in circuitu, ꝙ etiam alia terra continuo aperiretur, & deuoraret eos: Moyſes tamē dixerat, ꝙ ſolum deuoraret illos viros peccatores, ga tamen iuſſerat, vt recederent de circuitu tabernaculorum ipſorum, ipſi neſcientes, an ſufficienter receſſerant, timuerunt deuorari.

Sed & ignis egreſſus a Domino interfecit. 250. viros. Hic ponitur pœna aliorum peccatorum. Inſi exerant enim cōtra Moyſen Chore Dathan & Abiron, & alij 250. cum eis: omnes iſtos Deus deleuit, ſed Dathan & Abiron & Chore, quia non venerunt ad ſanctuarium ad offerendum incenſum, ſicut Moyſes poſuerat pro experimento, deleti ſunt alio genere mortis. ſ. abſorpti ſunt a terra. viri autem 250. venerunt ad offerendum thymiama, ideo iſti occiſi ſunt egreſſo igne de altari.

An ignis comburens 250. viros egit naturaliter. Et quòd Nadab & Abiu combuſti ſunt non combuſtis veſtibus. Quæſtio. XXIII.

ET dicitur egreſſus ignis a Domino, ga Deus illum fecit egredi miraculoſe. non enim habebat ignis aliquid quo inclinaretur ad cremandum illos viros mouendo ſe lateraliter. Fuit autem modus combuſtionis, ꝙ iſti acceſſerūt ad altare holocauſtorum, in quo ſumpturi erant pruinas ad ponendum in thuribulis, vt deſuper ponerent thymiama, quod erat cremandum intra tabernaculū ad altari thymiamatis, & tunc fecit Deus egredi ignē de ipſo altari holocauſtorum, atque combuſſit omnes 250. viros, qui in circuitu erant, nec permiſit eos Deus intrare intra Sanctuarium, vt imponerent thymiama ſuper altare, quia fuit conuenientius eos occidi apud altare holocauſtorum. Si enim intra tabernaculum occiderentur non erat ibi ignis, qui eos occideret, ſed cōſumerentur quodam alio genere mortis. Et dato ꝙ Deus ſuſcitaret ignem de thuribulis eorum: conuenientius erat, vt occiderentur apud altare holocauſtorum, quàm intra tabernaculum, vt appareret manifeſte vindicta in eo, in quo peccabant. ipſi enim peccauerunt aſſumentes, vel conantes aſſumere prunas de altari holocauſtorum, ideo ignis altaris debuit eos deuorare.

Item conuenientius erat, ꝙ morerentur in atrio tabernaculi apud altare holocauſtorum, quàm intra tabernaculum: per mortem enim iſtorum videretur aliquo modo coinquinata ſanctitas tabernaculi, & quia pars interior tabernaculi erat ſanctior atrio, qđ erat exterius, magis debuerunt occidi in atrio. Item fuit conuenientius, vt vindicta iſtorum eſſet manifeſta omnibus, multi enim conuenerant, cum eis ad videndum oblationem eorum, & fauendum eis, & iſti erant in atrio tabernaculi. Si autem viri. 250. mortui fuiſſent intra tabernaculum non vidiſſent eos mori alij de populo, in atrio autem omnes viderent eos, quia populus erat in atrio, ideo decuit ibi illos comburi, & non intra tabernaculum.

Aliquis autem dicet, ꝙ non fuerunt combuſti intra tabernaculum, ne ignis magnus ſurgens ex combuſtione eorum cremaret cortinas, & alia operimenta tabernaculi, erat enim altitudo tabernaculi. 10. cubitorum, vt patet Exo. 26. cum quælibet tabula in circuitu eſſet cubitorum. 10. altitudinis, & ſuper has immediatè ponebantur cortinæ, & alia operimenta. Cū ergo fuiſſent combuſti ſimul. 250. viri inſurgeret ex eis ignis magnus, qui cremaret ſanctuarium.

Reſpondendum eſt non ſtare, quia poterant comburi iſti non ſurgente igne ad aliquam altitudinem, ita vt combureret operimenta Sanctuarij, immo poterant iſti comburi, non combuſtis veſtibus eorum. ſic factum eſt de Nadab & Abiu, qui combuſti ſunt coram Domino, & tamen veſtimenta eorum nō fuerunt combuſta, Leui. cap. 10. nihil hoc obſtabat, ſed cauſæ ſuperiores ſunt conuenientes.

Qui offerebant incenſum. Ideſt iſti 250. viri volebant offerre incenſum coram Domino. nondum. n. quiſquā eorum obtulerat incenſum, ſed accipiebant ignem de altari holocauſtorum ad cremandum thymiama, nam incenſum non offerebatur ſuper altare holocauſtorum, ſed ſuper altare thymiamatum. Iſti autē erāt nunc apud altare holocauſtorum ſumentes prunas, dicebantur tamen eſſe offerentes thymiama, quia iſta aſſumptio ignis erat quoddam præcedens ad oblationem thymiamatis, ideo ita peccauerant iam accipientes prunas de altari, ſicut ſi cōſummaſſent oblationē ſuam, & ob hoc ibi poterant rationabiliter comburi.

Locutus eſt Dominus. Hic ponitur rememoratiuum prædictæ punitionis, ne alij in futurum ſimilia attentarent, & fuit hoc ponēdo thuribula iſtorum in altari holocauſtorum extenſa in laminas, vt cognoſceretur ab omnibus, ꝙ erant thuribula impiorum, qui voluerant offerre thymiama, & combuſti ſunt.

Locutuſque eſt Dominus. Iſta locutio fuit poſt mortē illorum virorum 250. & poſt mortē Dathan & Abiron in tabernaculis ſuis, & alij offerentes in tabernaculo Domini. nam ſi fuiſſent primo abſorpti Dathan & Abiron, & cognouiſſent 250. viri non obtuliſſent incenſum inſurgentes contra Moyſen & Aaron, vel ſi Dathan & Abiron cognouiſſent mortem 250. virorum, reſipuiſſent de malo ſuo, & conuerſi fuiſſent ad Moyſen: omnes tamen perierunt ſimul, ita ꝙ neutri aliorum cognouerunt interitum.

De morte iſtorum 250. virorum, idem ſuſpicari poſſumus, quod de morte Dathan & Abiron: ſatis. n. veriſimile eſt eos perijſſe, quia pœna peccati eorum, & mors

An iſti 250. viri perierint æternaliter.

Universidad de Deusto Biblioteca

mors idem fuerunt, peccatum etiam morti coniunctum fuit, quia ipse actus offerendi erat iniquitas eorum, & in hac decesserunt, nec tamen ex hoc necessario concluditur, ꝙ æternaliter perierint, quia dũ cremarentur, poterant quasi in indiuisibili de commissis dolere, sed difficile est. *Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdotis.* Iubetur, hic vt Eleazarus tolleret thuribula illorum virorum impiorum, & affigeret illa altari, in memoriã præteritorum, & iubetur hic Eleazaro, quia ipse erat sacerdos minor, Aaron autẽ erat sacerdos magnus, ideo ei nihil iubebatur, quod pertineret ad executionem, sicut erat affigere thuribula altari, non tamen fuit iussum hoc alicui nisi sacerdoti, quia non licebat popularibus, nec Leuitis tangere altare holocaustorum, vel alia vasa, quãdo nuda essent alioquin morerentur, vt supra cap.4. Eleazaro autem, licebat, quia sacerdos erat. *Filio Aaron sacerdotis.* Vocatur hic Aaron sacerdos per excellentiam, idest sacerdos magnus. nam aliter sumendo etiam ipse Eleazarus erat sacerdos. *Vt tollat thuribula, quæ iacent in incẽdio.* Isti viri. 250. acceperant ignem in thuribulis de altari holocaustorum, & cum ipsi vellent intrare in tabernaculum, egressus est ignis de altari, & combussit illos, manseruntq; thuribula eorũ plena prunis. Cũ autem esset consummatum incendium, introiuit Eleazarus accipiens thuribula, quæ iacebant in terra, & dicitur, ꝙ iacebant in incendio, idest in loco vbi prius fuerat incendium, nam cum introiuit Eleazarus nõ erat ibi incendium, alioquin non introisset, fuit autẽ istud incendium in atrio tabernaculi in circuitu altaris, & ibi iacebant thuribula. *Et ignem huc illucque dispergat.* idest ista thuribula erant plena prunis, quia iã sumpserant de altari prunas isti viri, quando combusti sunt, hunc ignẽ iubet Deus dispergi huc, & illuc, & non reduci ad altare, quia iam erat aliquo modo coinquinatus, cum fuisset sumptus a viris impijs, fuit autem sparsus intra atrium tabernaculi, & non extra ne conculcaretur a populo, sacer. enim erat.

An corpora 250. virorum sepulta sunt, vel totaliter incinerata fuerunt in atrio tabernaculi. Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis de corporibus istorum 250. virorum an sepulta fuerint, vel totaliter incinerata. Respondendum est, quòd hic non potest respõderi manifeste, nam ignis egressus a Domino poterat comburere istos viros, ita vt non incineraret corpora eorum, nec vestes saltem tangeret, sicut factum est in morte Nadab & Abiu, quorum corpora integra manserunt, cum vestibus suis sacerdotalibus nullo modo combustis, eductiq; sunt de Sanctuario, atque tumulati. Leui. cap.10. poterat etiam esse, quòd ignis iste incineraret illos viros, nõ relinquens ex eis saltem particulam, sicut dicitur de Assyrijs, quos cõbussit angelus Dei, & incinerauit corpora eorum, de hoc 4. Reg.19. si tamen corpora istorum non fuerũt incinerata, necesse erat, vt educerentur de Sanctuario ne inquinarent illud, hic tamen nihil tale dicitur, sed solum de thuribulis manentibus in incendio. Itẽ si fuissent incinerata, adhuc cineres eorum oportebat educi de atrio tabernaculi, quia immundi erant, cum etiam cineres sacri de igne altaris non permitterentur intra Sanctuarium. Leui. cap. 1. 4. & 6. sed etiam de hoc nihil dicitur, ideo satis posset dici ꝙ isti viri totaliter consumpti sunt ab igne, ita vt non manserit de eis nec particula cineris, sed sola thuribula ad memoriam. Si tamen aliquis contrariũ dicere velit. s. ꝙ corpora istorũ manserunt integra, vel ex parte incinerata, & postea educta sunt de Sanctuario, atque tumulata, nõ recusamus, quia multa facta sunt, quæ scriptura subticet. *Quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum.* idest santificata sunt, quãdo peccatores mortui sunt, vocantur viri peccatores illi 250. qui contra Dei statuta offerre voluerunt thymiama. Non est autem intelligendum, quòd thuribula ista fuerunt sanctificata in mortibus peccatorum, idest, quia offerentes mortui sunt, nam offerentes propter peccatum suum mortui sunt, peccatum autem non facit ad sanctificationem, sed fuit sanctificatio thuribulorum, quia Domino oblata sunt, idest, quia in eis posuerunt prunas ignis sacri isti viri impij, & per contactũ illius ignis sanctificata sunt, vnde dicitur in mortibus peccatorum, idest, quando peccatores mortui sunt, quia idem fuit tempus mortis eorum, & sanctificationis thuribulorum. Ponitur autem ista clausula tanquam redditiua causæ superioris dicti, s. quòd acciperet Eleazarus thuribula, & hoc, quia sanctificata sunt, non licebat autem res sanctificatas conuertere in prophanos vsus, rursus autem non erant ista thuribula ad hoc, ꝙ in eis offerrẽt sacerdotes thymiama, quia in ipsis obtulerant viri impij, ideo nullus vsus fuit cõueniens, nisi vt affigerentur in altari in memoriã. Ex hoc patet, quòd ista thuribula non erant de thuribulis Sanctuarij, quia tunc sanctificata fuissent a principio, cum Moyses sanctificauit omnia vasa Sanctuarij. Exo.31. cap. sed dicebantur sanctificata in mortibus peccatorum, idest, quando illi mortui sunt. ergo non erant de thuribulis Sanctuarij. *Producatq; ea in laminas.* idest extendat thuribula in formam laminarum destruendo formam thuribulorum, erant enim thuribula vasa curua ad cõtinendum in se ignem, & thymiama facta, nunc dixit Moyses, quòd extẽderentur in laminas, scilicet opere malleatorio fierent laminæ tenues, & rectæ ad affigendum in altari holocaustorum. Et hoc fecit ipsemet Eleazarus, nulli enim artifici hoc permissum est, quia iam erant illa thuribula sacra, & non licebat tractari ea ab aliquo nisi a sacerdote. Et si arguatur de vasis tabernaculi, quę omnia facta sunt ab artificibus, qui erant populares, scilicet de Tribu Iuda, & de Tribu Dan, vt patet Exo.31. & 35. Respondendum est, ꝙ illa vasa, quando fiebant nondum erant sacra, sed sanctificata sunt postquam fuerunt facta, vt patet Exo. 31. Ista autem thuribula ante sanctificata fuerant in mortibus peccatorum, antequam extenderentur in laminas, ideo iam nulli licebat ea tractare nisi sacerdoti. *Et affigat altari.* idest istas laminas factas ex thuribulis affigat altari, sed holocaustorum.

Quare fuerunt affixę laminæ thuribulorum altari holocaustorum & non alteri. Quæst. XXV.

NON fuerunt enim istæ laminæ affixę altari thymiamatũ, quia illud erat opertũ auro purissimo, & istæ laminæ erant æneæ, tollerentque pulchritudinem altaris. Item poni debuerunt in altari holocaustorum, quia illud erat æneum, & conueniebant ei: de altari thymiamatum, quòd esset aureum, patet Exo. 30. cap. de altari autẽ holocaustorum, quòd esset æneum, patet Exo. 27. Item debuerunt poni in altari holocaustorum, quia peccatum istorum cępit initium ab altari illo, inde enim tulerunt prunas, quas posuerunt in thuribulis, & nondum peruenerant ad altare thymiamatũ oblaturi incensum, sed combusti sunt in atrio tabernaculi apud altare holocaustorum, ideo ibi debuerunt affigi laminæ. Item, quia ponebãtur istę laminæ in memoria, s. vt videntes Israelitę laminas illas altaris, nõ auderent offerre thymiama, vel accedere ad officia sacerdotalia, si non essent de stirpe Aaron: sed altare thymiamatũ non poterat videri ab Israelitis, quia illud erat intra tabernaculum, vt patet Exo. c. 30. illuc enim non introibant nisi soli sacerdotes, ideo debuit poni tota multitudo laminarum istarũ in altari holocaustorũ, qđ poterat videri ab oĩbus Israelitis, q erat extra tabernaculum in atrio ei⁹, & illuc licebat ingredi oĩbus Israelitis ad offerendũ. Itẽ poterat videri ab exteriori parte per cortinas reticulatas, quæ erant in circuitu atrij. *Eo ꝙ oblatũ sit in eis incensum Domino.* i. q in istis thuribulis fuit oblatũ incẽsum. hic redditur causa huius mandati. s. ꝙ non deberẽt applicari ad alium vsum quam ad fixionẽ in altari, eo ꝙ oblatũ erat incensum in eis, & per illã oblationẽ sanctificabantur, sanctificata aũt ad solum cultũ Dei cedebãt. Dicitur aũt oblatum incensum non quidẽ, ꝙ iã fuisset oblatũ, quia ista oblatio fit, qñ ponitur incensum super altare thymiamatũ, sed isti viri nondũ illuc introierũt, cum cõbusti fuerint in atrio tabernaculi, ideo nondũ fuerat facta oblatio incensi: sed dr̃ facta oblatio, quia iã imposuerant thymiama super prunas, & parabant ingredi in tabernaculũ ad offerendũ illud, nisi morte præuenti fuissent, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ essent thuribula consecrata, nihil. n. magis consecrarẽtur si thymiama offerretur in eis, quam si solũ imponerentur prunæ de altari, & desuper thymiama, etiã si nondũ oblatum esset in altari thymiamatum, quia sanctificatio istorum vasorum non fiebat hic, quia portabantur corã altari thymiamatum, sed quia contingebant res sacras, aliogn diceremus, ꝙ vestes cões, quas habebant sacerdotes infra vestes sacerdotales, sanctificarentur, q ingrediebãtur in eis in tabernaculum, sed falsum est, ideo sanctificabantur thuribula ista solũ per cõtactum rerũ sacrarũ. s. quia in eis fuerat positus iã ignis sacer & thymiama, nihil ergo magis poterãt sanctificari. *Et sanctificata sint.* i. quia positũ est in eis thymiama & ignis de altari holocaustorum, sanctificata sunt, & nõ conueniunt ad aliũ vsum nisi, vt affigantur in altari holocaustorum. *Vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel.* i. in hoc proficient, ꝙ cũ Israelitæ intrauerint in atrium tabernaculi, & viderint thuribula affixa altari recordabuntur iniquitatis 250. virorum, qui offerre voluerunt thymiama, & pęnæ eis inflictæ, & sic non mouebũtur ad attentandũ quicquã de officio sacerdotali. Dicuntur aũt esse istæ laminæ pro signo. i. tanquam repręsentatiuum rerum prętęritarum. s. ꝙ perierint in incendio viri, quorũ fuerunt illa thuribula. & dicuntur pro monimento, idest pro admonitione, vt filij Israel admonerentur non facere talia. dicitur monimentum quasi monens mentem, & sic erat de laminis istis, quia Israelitæ considerantes pęnam, quam isti susceperant, persuadebantur nunquam talia attentare.

Quomodo istæ laminæ fuerunt affixæ altari holocaustorum. Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis quomodo fuerunt istæ laminæ affixę altari holocaustorum? Respondendũ est, ꝙ fuerunt affixæ in superficie parietũ altaris. Pro quo considerãdum est, ꝙ altare holocaustorum erat de tabulis, & quadratum habens altitudinem cubitorum trium, erant aũt tabulæ coopertæ laminis æneis in circuitu, ne ignis, qui erat in altari combureret tabulas eius, perueniebant aũt istæ laminę a summitate parietum altaris vsque ad medietatem eius. s. vsque ad cubitum, & dimidium, & vsq; ad illum locum, nihil de tabulis apparebat. In parte aũt inferiori. s. per aliũ cubitum, & dimidium manebãt tabulæ altaris nudę, & sup illas ponebatur craticula ænea. s. laminæ æneæ reticulatæ, ita vt posset videri, quædam pars tabularũ altaris. De hac autem figura & de causa eius latius declaratum est Exo. 27. c. Laminæ autem istæ 250. thuribulorum affixæ sunt super partem illam altaris quę erat tota cooperta laminis. s. super cubitum, & dimidium a summitate parietum altaris, vsq; ad dimidietatem, & hoc ne operiretur craticula ænea, nam illa erat posita ad pulchritudinem, & si superponerentur laminæ thuribulorũ, iam nihil appareret de eis, ideo super partem aliam, quæ erat tota operta laminis nõ reticulatis, affixę fuerunt laminæ thuribulorum, fuerunt autem taliter affixæ, vt distinguerẽtur a laminis, quæ primo positæ fuerant ad operiendum tabulas altaris, vt sic videntes haberent causam inquirendi quare fuerant positæ illæ laminæ, & non viderentur pertinere ad primam fabricatiõnẽ altaris. *Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea.* s. accępit illa de loco incendij, & duxit in locum, vbi extẽderet in laminas. *In quibus obtulerant hi quos ignis deuorauit.* idest illi 250. viri qui ab igne consumpti fuerant, & dicitur in quibus obtulerant. i. in quibus posuerant prunas & thymiama, nõ tamen adhuc obtulerant, quia oblatio illa fiebat super altare thymiamatum, ipsi autem nondum illuc introierant. *Et produxit ea in laminas.* s. ipsemet Eleazarus, quia nullus alius artifex ad hoc operari debuit, vt supra probatũ est, nec ẽt requirebatur ad hoc peritia artificis, quia non debebãt affigi artificioso modo ad pulchritudinem, ita vt priori operi conuenirent, sed magis grosso modo, sic vt viderentur apposita ex aliqua causa de nouo. *Vt haberent postea filij Israel, quibus cõmonerentur.* idest, vt per istas laminas possent commoneri ad hoc ne accederẽt ad ministeria sacerdotalia, si non essent de progenie Aaron, si autem non fuissent positæ istæ laminæ in altari venisset in obliuionẽ istud factum, & sic possent Israelitæ incitari ad ministeria sacerdotalia, cum autẽ quotidie viderent illas laminas, perseuerabat iugis memoria facti præteriti, & sic non attentabant aliquid in contrarium, *Ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron.*

Alienigenę respectu sacerdotum, qui dicantur, & quomodo cognoscuntur, qui sunt. Quæst. XXVII.

ALienigenæ dicuntur esse omnes respectu sacerdotum, qui non sunt de genere Aaron siue sint de Leuitis, siue de quibuscunque, sicut in comparatione Iudæorum vocabantur gentiles alienigenę, vt patet Leu. 22. c. scilicet de manu alienigenę non offeretis panes Domino Deo vestro, idest de manu hominis gentilis non accipietis sacrificia ad offerẽdum. Alio modo dicuntur alienigenę, vel extranei omnes Israelitæ respectu Leuitarum supra ca. 1. scilicet quisquis externorum accesserit morietur. Aliquando accipiuntur extranei pro omnibus qui non sunt de genere Aaron, ẽt si sint de Leuitis, sic patet supra ca. 3. s. Aaron aũt, & filios eius cõstitues super cultum sacerdotij, externus, qui ad ministrãdum accesserit morietur, sic patet infra 18. alienigena non miscebitur vobis, & vocantur alienigenæ ibi omnes, qui sunt extra genus Aaron, siue sint Leuitæ, siue nõ, & hoc modo accipitur hic, ꝙ nullus de alienigenis auderet offerre in altari præter filios Aaron. Possunt autẽ accipi ista duo pro eodem. s. alienigena, & qui non est de semine Aarõ, & est expositio vnius per alterum. Alio modo potest intelligi, ꝙ sint diuersa, & tunc alienigena accipitur pro illo, qui erat de popularibus, & istis magis erat prohibita omnis ministratio sacerdotalis, cũ etiã non liceret ministratio leuitica illis, vocatur non de semine Aaron, quicunque est leuita, & tamen nõ est de semine Aaron, & istis etiam erat prohibitum ministrare in sacerdotio, vt patet supra cap. 3. Sed pri-

mus

mus modus melior est. *Ad offerendum incensum Domino.* ideſt ad offerendū thymiama ſuper altare, quod erat officiū ſacerdotale,& nō ſolū de hoc intelligitur, ſed ēt de oībus alijs,quodcunq;.n.ſacerdotale officiū aliquis vſurparet,moreretur, vt ſi ſacrificaret, vel offerret incenſum,aut panes propoſitionis,vel diſponeret lucernas in cādelabro,oīa hæc ſacerdotalia ſunt,& nihil magis erat prohibitū vnum quā reliquum,ſed dictum eſt hic de oblatione incēſi ſpecialiter,quia iſtud fuit in quo deliquerant viri impij de quibus hic.

Alienigena quomodo accipitur.
Quæſtio. XXVIII.

QOnſiderandum ēt cū hic dicatur alienigena ille, qui non eſt de ſemine Aaron, & aliqñ accipitur pro eo,qui nō eſt de Leuitis,qūo accipiendum ſit,qñ dr alienigena? Ideo dicendū, ꝙ qñcūque alienigena prohibet ab aliquo actu in lege Moſayca,oportet reſpici vtrū ille actus pertineat ad totū populū, vel Leuitas,vel ſacerdotes.Si ad totū populum vocabuntur alienigenæ gentiles,vt patet Leu.c.22.ſ.de manu alienigenę non offeretis panc Domino Deo veſtro: aliquando tñ vocatur alienigena reſpectu omniū, qui ſunt de ſemine Iacob,& tunc non ſolū gentiles ſunt alienigenæ,ſed ēt gentiles cōuerſi ad Iudaiſmum, & filij cōuerſorum,ſic accipitur Leu.c.25.vbi agitur de priuilegio iubilæi,& anni remiſſionis,quod non conueniebat alienigenis.i.cōuerſis. Si vero actus ſolū cōueniat Leuitis vocabuntur alienigenæ, vel extranei oēs de 12.Tribubus,ſic patet ſupra c.1.Si aūt ſit actus ſacerdotalis, dicunt alienigenæ oēs, qui non ſunt de ſemine Aarō,licet ſint de Leuitis,ſic patet ſupra. c.3. & hic & infra 18.*Ne patiatur ſicut paſſus eſt Chore, & oīs congregatio eius.* ideſt mouebuntur ad nō vſurpandum miniſterium ſacerdotale alienigenæ ne incidāt in pęnam Chore,& ſociorū ſuorū.ſ. ne moriatur ſicut illi mortui ſunt:non eſt intelligendū, ꝙ fuerit idē genus mortis,nā Chore fuit abſorptus a terra in tabernaculo ſuo, vt patet ſupra:congregatio aūt eius fuit cōbuſta igne,vt patet ſupra,ſed cōicant in hoc,ꝙ oēs mortui ſunt. *Loquente Domino ad Moyſen.* i.iſta mors facta eſt ſicut Dominus locutus eſt ad Moyſen, vel aliter, ꝙ Deus denūciauit Moyſi iſtos morituros,& qua morte perirent,quia inſurgebant in eum.

Murmurat populus contra Moyſen & Aaron, & Dominus mittit ignē in eum.

Supra eo.

Sap.18.

Aaron cū thymiama te extinxit incēdium.

quattuordecim milia ſeptingenti igne perierunt.

Murmurauit autem oīs multitudo filiorū Iſrael ſequenti die cōtra Moyſen, & Aarō dicens. Vos interfeciſtis populum Domini. Cumque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculū fęderis. Quod, poſtquā ingreſſi ſunt, operuit nubes tabernaculū, & apparuit gloria Domini. Dixitq; Dominus ad Moyſen. Recedite de medio huius multitudinis, etiā nunc delabo eos. Cumq; iacerēt in terra, dixit Moyſes ad Aaron. Tolle thuribulum, & hauſto igne dē altari, mitte incenſum deſuper, per gens citò ad populum, ut roges pro eis: Iā enim egreſſa eſt ira a Domino, & plaga deſæuit. Quod cum feciſſet Aaron, & curriſſet ad mediā multitudinē, quā iā vaſtabat incēdiū, obtulit thymiama. Et ſtās inter F mortuos,ac viuentes, pro populo deprecatus eſt,& plaga ceſſauit. Fuerūt aūt qui percuſſi ſunt, quattuordecim milia hoīum, & ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſeditione Chore. Reuerſuſque eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis, poſtquam quieuit interitus.

Murmurauit autem. Hic deſcribitur ſeditio totius multitudinis contra Moyſen,& Aaron. viderat enim totus populus quomodo perierant Dathan, & Abyron,& Chore cum ſocijs ſuis,quia ſurrexerūt in Moyſen,ideo zelauerunt pro mortuis,dicentes,ꝙ Moyſes, & Aaron occiderant illos. & ex hoc conſtituebant eos reos, atque puniuiſſent illos, niſi apparuiſſet gloria Domini: ob hoc Deus puniuit multitudinem occidens,quattuordecim milia de ipſis. *Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael.* Fuit iſta murmuratio,quia dixerunt vos interfeciſtis populum Domini, ſed hoc erat falſum,quia Moyſes,& Aaron non occiderant,& propter hoc eſt murmuratio,ad hoc tamen omnes filij Iſrael conuenerant, quia dolebant de morte multorum virorum,ideo omnis multitudo murmurauit, non eſt tamen ſimpliciter intelligendum,ꝙ murmurarēt omnes de multitudine,quia aliqui erant viri boni conſentientes Moyſi,& Aaron,qui nequaquā murmurauerunt, ſed quia maxima pars multitudinis cōuenerat,dicitur totus populus murmuraſſe. *Sequenti die contra Moyſen, & Aaron.* Die enim qua iſta facta ſunt nō murmurauit Iſrael,& hoc quia erant attoniti magnitudine rei quam viderant,& timebant, cum ſupra fugerint a clamore pereuntium dicentes, ne forte nos terra deglutiat. ſequenti autem die incipientes cogitare de mortibus propinquorū ſuorum,& deſtructione cuiuſdā partis populi deſinente pauliſper timore præteritæ rei incęperunt dolere, atque concitati ſunt cōtra eos qui fuerāt aliquo modo occaſio mortis huius inductæ,ſ.contra Aaron,& Moyſen. *Dicens vos interfeciſtis populum Domini.* Bene ſciebat populus, ꝙ Moyſes & Aaron non interfecerant eos qui perierant, ſed dicebant, ꝙ ipſi fuerant cauſa occiſionis, & ex hoc retorquebant in eos culpam volentes ab eis exigere pęnam. Sed etiam falſum eſt, ꝙ Moyſes, & Aaron fuiſſent cauſa huius mortis, ſed ſola iniquitas pereuntiū tanquam cauſa demeritoria, & Deus tanquam cauſa efficiens. Moyſes autem, & Aaron magis orauerunt pro populo ne periret, quam ꝙ exigeretur ab eo pęna. ergo non fuerunt iſti cauſa. Niſi aliquis dicat, ꝙ viri pereuntes repugnauerunt Moyſi, & Aaron, & ſi non repugnaſſent eis,non morerentur, ergo fuerunt cauſa.ſed hoc nihil eſt, quia Moyſes, & Aaron nihil ad hoc fecerunt,ſed magis patiebantur inſultum multitudinis. Deus autem puniuit illos,ergo nihil culpę erat Moyſi,& Aaron. Dicitur quòd occiderant Moyſes,& Aaron populum Domini,ideſt partem populi, cum perijſſent forte plures quam trecentum viri, illi autem dicuntur populus Dei, quia populus Iudaicus ſpecialiter pertinebat ad Deum, cum Deus vocet eum populum peculiarem ſibi de cunctis gentibus terræ Exod.19.& Deut. capit.7. ſic autem locuti ſunt ſupra Chore,& ſocij ſui. ſufficiat vobis, quòd omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, id eſt totus populus eſt ſanctificatus Domino. *Cumque oriretur ſeditio*, ideſt iam incipiebat oriri bellum, vel contentio populi contra Moyſen. ſeditio proprie eſt litigium ciuium inter ſe, vel hominum eiuſdem progeniei,aut affinitatis. Sic Greg.dicit in Homelia,bella quippe ad hoſtes pertinent, ſeditiones ad ciues, ſicut ſupra cap.2.ideo vt tota multitudo ſubuerteretur,

bat autem iſta ſeditio,quia tota multitudo accuſabat Moyſen & Aaron tanquam reos mortis, ipſi autem defendebāt ſe rationabiliter, qa tamen populus erat concitatus dolore,mouebatur ad verba aſpera cōtra Moyſen & Aaron,& ſic fiebat ſeditio. *Et tumultus increſceret.* ideſt fiebat continuo maius murmur, ita vt populus vellet lapidare Moyſen & Aaron. *Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis.* ideſt viderunt,ꝙ nō poterant reſiſtere toti multitudini, ipſa autem volebat eos lapidare, ideo confugerunt ad tabernaculum fœderis ad protectionē Dei, & hoc propter duo. Primo, quia intellexerunt, ꝙ nullus de populo auderet introire illuc,quia erat prohibitum, & ſic effugerent manus populi. Secundo,quia dato, ꝙ aliquis introire præſumeret Deus conſeruaret eos ibi ſpecialiter, quia gloria Domini apparebat ibi ſuper tabernaculū, & non permitteret aliquem introire,occideret enim omnes introire volentes. *Quod poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes.* ideſt poſtquam fugerunt ad tabernaculum, nubes,quæ ſolebat eſſe ſuper tabernaculum, operuit illud.ſ.deſcendens ſuper illud, nam prius conſueuerat eſſe eleuata a tabernaculo, cum vero alicui Deus loqui volebat in columna illa nubis,faciebat eam deſcendere ad oſtium tabernaculi, vt patet ſupra ca. 12. & ſic factum eſt hic, & in hoc operuit columna tabernaculum. Cum autem eleuata eſſet non dicebatur operire. Aliter intelligi poteſt, ꝙ nubes operuit tabernaculum, ideſt, ꝙ diffuſa fuerit aliqua nubes in modum nebulæ ſuper magnitudinem Sanctuarij, & operuerit illud,ſic factū eſt,quando conſummato Sāctuario, & diſpoſitis omnibus vaſis eius Moyſes benedixit eis, quoniam tunc nubes operuit tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud:nec poterat Moyſes ingredi illuc,nube operiente omnia, & maieſtate Dei coruſcante Exo. c.vlt.ſic etiam conſummato templo Salomonis impleuit illud Deus nebula, & non poterant ſacerdotes ſtare, & miniſtrare propter nebulā,quia gloria Domini operuerat illud. 3.Reg.cap.8. vterque modus conueniens eſt. In Hebræo habetur hic. *Moyſes & Aaron reſpexerunt ad tabernaculum.* Sed eadem ſentētia eſt, quæ in littera noſtra. ſcilicet, ꝙ reſpexerunt illud ad fugiendum in ipſum, maxime,quia littera declarat hoc, cum dicat, ꝙ poſtquam ingreſſi ſunt, & ſic patet, ꝙ ante non erant in eo,ſed illuc iuerunt fugientes multitudinem, *Et apparuit gloria Domini.* ideſt nubes illa,quæ protexit tabernaculum apparuit fulgidior ſolito,& terribilior toti populo,in quo ſignificabatur ſpecialis preſētia Dei ibi, & ſic populus timuit introire ad Moyſen & Aaron, vt occideret eos. *Dixitque Dominus ad Moyſen.* Hoc fuit poſtquam erant intra tabernaculum. Ibi enim Deus ei loqui ſolebat, ſcilicet de medio duorum cherubin ſuper propitiatorium, vt patet ſupra cap. 7. *Recedite de medio huius multitudinis, & nunc delebo eos.* Indignatus eſt Deus populo, quia iniuſtè perſequebatur Moyſen & Aaron,& voluit delere omnes, ideo iuſſit, vt recederet Moyſes & Aaron de medio multitudinis.

Quomodo dixit Deus Moyſi & Aaron, quòd recederent de multitudine. Quæſt. XXIX.

SEd dicetur, quomodo Moyſes & Aaron poterant recedere de multitudine, quia iam receſſerant cum eſſent intra Sanctuarium. Reſpondendum eſt,quòd Deus volebat, vt totaliter recederent de loco caſtrorum, & ſic ſubuerteret omnia caſtra Iſrael,vt nemo maneret de multitudine. Cum autem eſſent intra Sanctuarium erant in medio caſtrorū, quia tabernaculū eſt in medio caſtrorum, vt patet ſupra cap.2.ideo vt tota multitudo ſubuerteretur, oportebat,vt etiam de tabernaculo recederēt. *Et nunc delebo eos.* ideſt, etiam nunc delebo. q. d. prius deleui quandam partem eorum comburendo & ſubmergēdo,nunc delebo aliam partem ſi recedetis. Vel eſt ſenſus,prius volui delere totam multitudinem,& vobis orātibus nō deleui,quando murmurauit Chore, ſed etiam nunc volo delere eos,ideo recedatis,& delebo. *Cumq; iacerent in terra dixit Moyſes ad Aaron tolle thuribulum.* Hic ſubintelligenda eſt ſententia,ſ.ꝙ Moyſes & Aaron dixerunt Deo, ne deleret,& ad hoc iacuerunt in terra orantes, ſed dum ipſi orarent, Deus puniebat populum comburēs eos,ideo Moyſes cognoſcens hoc,dixit ad Aaron, vt tolleret thuribulum ad liberationem populi,ſciebat enim Moyſes tanquam propheta ex reuelatione Dei, ꝙ populus percuteretur plaga magna, ideo miſit illuc Aaron, in quo Dei monſtratur clementia,qui quanquam puniret populum,tamen reuelauit Moyſi, vt ipſe oraret pro eis, & flecteretur Deus ab indignatione ſua atque parceret. dixit autem Moyſes, ꝙ tolleret Aarō thuribulum, vt poneret ibi thymiama, & ſtaret inter mortuos, & viuentes,atque oraret Deum pro eis,& ſic ceſſauit plaga. *Et hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper.* ideſt accipe ignem de altari in thuribulo, & pone deſuper thymiama.

Quomodo thymiama fuit oblatum extra Sanctuarium præter ſolitum propter liberationem populi. Quæſt. XXX.

HIc eſt caſus ſpecialis,nunquam enim legitur, quòd thymiama fuerit oblatum extra Sanctuarium,ſed ſemper intra ſuper altare thymiamatum præterquam hic, ratio fuit ad liberationem populi. Etiā non licuiſſet hoc facere cuilibet ſacerdoti,licuit tñ Aaron ex mandato Moyſi,quia Moyſes erat propheta, & faciebat hæc ex Dei iuſſione,& ita de quibuſdā alijs factum eſt,quæ videbātur eſſe contra legem, vt facerēt ſacrificium extra Sanctuarium,quia tamen fecerunt illud viri prophetę de quib⁹ nō dubitabat, ꝙ inſpirati a Deo hoc facerent,approbātur facta eorum, de quibus declaratum eſt Exo. cap. 20. circa finem. Dicitur hic,ꝙ acciperet Aarō ignem de altari, quia quanquā thymiama iſtud erat offerendum extra Sanctuarium inter mortuos, & viuentes, tamen debuit ibi obſeruari regula, quæ ſeruabatur in Sanctuario.ſ. ꝙ poneretur ignis de altari.In hoc enim errauerant duo filij Aaron, obtulerūt enim ignem alienum Leui. ca. 10. & combuſti ſunt, ideo Moyſes iuſſit Aaron ne de igne alieno acciperet.Et fuit ratio exprimendi hoc,quia nunquam conſueuerat offerri thymiama extra Sanctuariū, hic autem offerebatur,ideo credi poſſet, quòd liceret poni ignem alienum,ſed non licebat,quia ſacrum thymiama non erat cremandum igne prophano. *Pergens cito ad populum, vt roges pro eis.* ideſt non moreris eundo,qa ſi moreris, totus populus peribit prius, quam vadas, erat autem oraturus pro populo offerēdo thymiama inter mortuos,& viuentes. Si autem maneret cremaretur totus populus. Modus orandi erat,vt Aaron poneret thymiama inter partem populi combuſtam,& inclinans ſe contra illam partem,quæ combuſta erat oraret Dominum, quia in igne illo comburente videbatur eſſe ſpecialiter Deus, ſic enim ipſe dixerat Deut.c.5.ſ.Deus tuus ignis cōſumens. *Iam enim egreſſa eſt ira a Domino.* ideſt iam egreſſa eſt ſententia punięs. & iſta vocatur ira Dei, puniens enim videtur iratus punito,quia ira eſt quidam motus ad proſequēdum aliquam rem in malum, ſed puniens infert malū punito,ergo videtur iratus. Deus autem nulli iraſcitur, quia tamē ab eo egreditur ſententia pęnalis, dicitur

egreſſa

Universidad de Deusto Biblioteca

egressa ira a Domino. *Et plaga desæuit.* Idest iam plaga est dura in populo, s. quia multi de populo perierant, s. 14. millia, vt infra patet. *Quod cum fecisset Aaron.* s. ꝙ accepit thuribulum. & imposuit ignem atq; thymiama. *Et cucurrisset ad mediam multitudinē.* Cucurrit ex causa dicta. s. quia plaga erat nimis dura, & non cessaret quousque ipse offerret thymiama. Si autem moraretur eundo, videbatur, ꝙ illi, qui perirēt interim, ex causa Aarō peribant, cucurrit ergo ne esset reus mortis, & iuit ad mediam multitudinem. s. quia ignis erat in medio populi, & vnā partem combusserat, aliam vero nondum. *Quam iam vastabat incendium.* Idest ignis ille suscitatus a Domino magnam partē populi vastauerat, & stetit in medio cōbustorum, & viuorum. *Obtulit thymiama.* Idest posuit in medio illorum thuribulū suum plenum thymiamate, orans pro populo, vt cessaret plaga. & non pōt accipi hic offerre thymiama sicut in Sanctuario, quia in Sanctuario offerebatur thymiama, quando ponebatur super altare, hic autē non erat altare, vbi poneretur, sed posuit illud in terra, vel tenens manibus suis, & flexis genibus deprecatus est Dominum. *Et stans inter mortuos & viuentes.* Ignis iste suscitatus a Domino comburebat eos quos Deus cōburi volebat, nec quisquam euadere poterat, comburebat tamen continuè, & sic erat vna pars populi tota cōbusta, alia vero nullo modo cōbusta, Aaron autem stetit inter mortuos, & viuentes. i. inter partem combustam, & aliam non combustam, vt ignis consumens non transiret ad viuētes. *Pro populo deprecatus est.* s. ne ira Dei vastaret vlterius. *Et plaga cessauit.* i. stetit ille ignis, scilicet defecit, vel non comparuit.

Iste ignis an esset missus de cælo. Et modus combustionis quis fuit. Quæstio. XXXI.

DE isto igne dubium est an sit de cęlo missus, sicut ille ignis, qui venit super quinquagenarios duos orante Helia 4. Reg. c. 1. vel an fuerit aliqs ignis nouiter creatus ad vindictam peccatorum, vel de terra eruperit, quicūque modus satis erat possibilis, & conueniens. Modus aūt cessationis ignis huius fuit, ꝙ absorberetur a terra, sicut patet de alio igne qui combussit quandam partē populi in sepulchris concupiscentiæ: & postea absorptus est, supra c. 11. vel si dicere velimus, ꝙ Deus eum adnihilauerit, aut fecerit in alteram materiam cōuerti nihil differt, vterque enim modus satis conuenit. De ista plaga cessante dicit Rab. Sa. ꝙ causabatur ab angelo mortis. Iste enim percutiebat populum incēdio, & Aaron tenuit eum dicens, Deus mandauit, ꝙ cessares a percussione populi, respōdit angelus dicēs, ꝙ mādato Dei ipse percutiebat plebē, tunc dixit Aaron, ecce Deus in Sanctuario est cum Moyse, eamus videre, quid iubet, tunc iuerunt vidente tota multitudine captum esse angelum percussorem ab Aaron, comparentibus autem illis corā Deo, precibus Moysi, dixit Deus angelo percussori, ꝙ cessaret a plaga, sed ista magis iocose, quam vere dicta sunt, vt patet cuilibet respicienti litteram. *Fuerunt autem, qui percussi sunt, 14. millia hominum.* Hic significatur magnitudo plagæ in numero occisorum. s. ꝙ perierūt. 14. millia, & hoc est, quia peccatum populi magnum fuit, faciēdo tumultum contra Moysen, & Aaron ad mortē, qui nihil eis mali fecerant, sed potius orabāt pro remissione peccatorum populi. *Absque his, qui perierant in seditione Chore.* idest isti 14. millia, & septingenti non cōputantur cum illis, qui perierūt in seditione Chore, sed in sola hac cōbustione, quæ facta est sequēti die post seditionem Chore, & pęnam. perierunt autem in seditione Chore multi. s. 250. viri offerētes thymiama,

F & Dathā, & Abyron, & Hon cū familijs suis, & Chore, vt patet supra in littera, qui erant multi viri, & in duobus diebus cōiunctis factæ sunt istæ plagæ, quod patet, quia supra dicitur, ꝙ sequēti die. s. post punitionem Chore, Dathan & Abyron murmurauit populus. *Reuersusque Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi.* Cū enim Aaron accepisset thuribulum, & venisset ad populum, qui cōburebatur, tādiu ibi stetit orādo, quousque cessauit plaga, postea autē conuersus est ad Moysen, & ille adhuc manebat in tabernaculo orans Deū pro cessatione plagæ. In hoc autem apparet magna charitas, Moysi & Aaron, nam pro ipsis persecutoribus orauerunt, ne vastarentur incendio, sed non est æqualis charitas ista charitati beati Stephani, qui pro suis persecutoribus exorauit, de hoc declaratę sunt G causæ, supra 12. c. *Postquam quieuit interitus.* Idest nō redijt Aaron ad Moysen intra ostiū tabernaculi, quousque cessauit plaga plebis. Et ex hoc patet dictū Rab. Sal. esse ridiculum, scilicet, ꝙ ipse duxerit captum angelum mortis ad Dominum in tabernaculo, & ibi precibus Moysi iussit Deus, quòd cessaret plaga, nā tunc prius redijsset Arō in tabernaculum, quam cessaret plaga, quod falsum est.

CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Loquere ad filios H Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cunctis principibus Tribuum, virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron erit in Tribu Leui. Et vna virga cunctas familias continebit. Ponesque eas in tabernaculo fęderis coram testimonio, vbi loquar ad te. Quem ex his elegero germinabit virga eius, & cohibebo a me querimonias filiorum Israel, quibus con- I tra vos murmurant. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & dederunt ei omnes principes virgas per singulas Tribus. Fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.

ET *locutus est.* Posita fuit in superioribus contra sacerdotes facta murmuratio, hic describitur eius per miraculum facta quietatio, & diuiditur in tres partes. Primo ponitur virgarū acceptio ad facti discussionem. Secūdo vnius germinatio ad sacerdotij probationem. Tertio florentis reseruatio ad futurorum cognitionē. Secunda ibi. *Quę cum posuisset.* Tertia ibi. (*Dixitque Dominus.*) Circa primū K *Et locutus est Dominus ad Moysen.*

Quietatio murmurationis populi per miraculum, quis deberet esse sacerdos. Quæst. I.

VOlvit Deus tollere occasionē murmurandi, & perditionem populi, declarādo ad quem vellet pertinere sacerdotium, erat. n. sacerdotiū magna dignitas, & reditus abundantissimi, ideo quilibet desiderabat habere illud, populares, autem existimabant, ꝙ Moyses fecisset ex affectione tribuens cognatis suis, & sibi præpositurās magnas,

magnas, & honores, & quia non erant certificati totaliter a Deo hēbāt occasionē murmurādi, iō vt Deꝰ tolleret eis occasionē istā, voluit dare experimētū de virga florēte, ꝙ aūt ista sit intētio patet infra cū dr̄, & cohibebo a me, querimonias filiorū Israel, quibus cōtra me murmurāt. Erat ēt hoc ad vtilitatē Israelitarū ne ipsi morerent̄, si iterū murmurarēt, ex prædicta cā hoc patet infra cū dr̄, refer virgā Aaron ī tabernaculū testimonij, vt seruet̄ ibi in signū rebelliū filiorū Israel, & qescāt q̄relæ eorū a me, ne moriant̄, dato aūt isto signo nunquā āplius sup hac re mouerēt litigiū.

Quomodo indigebant signo, cum viderint punitionem murmurantium, Quæst. II.

SEd dicet aliqs qūo Israelitæ īdigebāt aliquo signo ad sciendū, ꝙ sacerdotiū ex volūtate Dei ptinebat ad Aarō, nā supra fuerat data punitio eis a Deo, qa murmurauerāt cōtra Aarō pro sacerdotio. Respondendū est, ꝙ quāquā istud signū sufficiēter demōstrasset, ꝙ Israelitę peccauerant, & ꝙ illa punitio erat a Deo, tñ nō patebat euidēter an pp hoc punirent̄, qa murmurabāt cōtra Aarō, vel pp aliqd alterū. Cū aūt datū est hic signū de virga florēte, datū est solū ad hoc, iō sufficiēter cōstabat ex eo, ꝙ Deus eligebat eū, cuius virga floreret, quāquā tñ puniret sępius murmurātes contra Aaron super hac re, non pfecte constaret an ei adiudicaret Deus sacerdotiū, & hoc exprimit̄ infra. s. & qescāt querelæ eorū a me ne moriātur. In quo innuit, ꝙ quāquā puniti essent ante hoc pro murmuratione contra Aaron, tamen nondū cessaret murmuratio, & morerētur murmurantes si non fieret istud signnm de virga florente.

An ista dicta sint immediate post ea, quæ habentur cap. præcedenti. Quæstio. III.

QVaeret aliquis an ea, q̄ dn̄r hic fuerint dicta post ea, q̄ hn̄r pręce. c. & an īmediate. Aliquis dicet fortassis nō cōstare an sit ordo rectus, vel permutatus, sicut in eis, q̄ hn̄r p̄ce. c. & supra 12. ī qbus nulla certitudo est ordinis. Rn̄dēdū est, ꝙ ī istis est ordo rectus. s. ꝙ fuerint facta ista post ea q̄ hn̄t p̄ce. c. quia ibi dicebat de murmuratione facta cōtra Moysē & Aaron pro summo sacerdotio, hic aūt agit̄ de mō qetādi hāc murmurationē, vnū aūt cōsequens est ad alterū, nā dr̄ infra, & cohibebo a me q̄rimonias filiorum Israel, qbus cōtra me murmurāt. ergo vr̄, ꝙ aliquæ p̄cesserāt. De scđo est dubiū. s. an īmediate post superiora fuerit facta pbatio de qua dr̄ hic, satis vr̄, ꝙ īmediate cū dicat̄ infra cohibebo q̄rimonias, qbus cōtra me murmurāt. ergo vr̄, ꝙ paulò āte hoc murmurauerāt. *Loquere ad filios Israel.* Quid locutus eēt Moyses Israelitis nō dr̄, sed satis apparet, ꝙ eēnt ista quę infra dicuntur. s. ꝙ Deus volebat dare quoddā signū p quod oēs viderēt quē Deus eligeret ī sacerdotē, & hoc ꝙ singulæ Tribus darēt virgas suas, & quę floreret vēdicaret sacerdotiū, & tūc singulæ Tribus dederunt ei virgas singulas. *Et accipe ab eis virgas singulas p cognationes suas.* Idest postquā proposueris verba signi huius, accipias a qualibet Tribu vnā virgulā siccā. Nā experimentū erat ī hoc, ꝙ floreret vna earū, & ad hoc debebāt inquiri multū siccę, vt magis manifestaret̄ miraculum.

Quomodo esset eligendus sacerdos. Quæst. IIII.

ET dicitur, ꝙ quęlibet cognatio dabat vnā virgā, accipitur cognatio pro Tribu, & nō pro familia, vel domo, quia solū dabāt Tribus virgulas, quod patet, quia fuerūt 12. virgulæ. Aliqñ tñ accipitur cognatio pro familia, vel domo, vt cū diuidimus aliquā Tribū in cognationes, vt patet Iosue. c. 7, & 13. Cum aūt virga alicuiꝰ Tribus floreret proueniebat sacerdotiū Tribui illi. Sed postea dubitāt aliq, qūo dandū erat sacerdotiū alicui Tribui, qa illud dādū erat psonę, & nō Tribui. Rn̄dent quidā, ꝙ primogenitus in illa Tribu esset sacerdos. s. ꝙ cōsideraret, qui veniebat per lineā pīo genitorū, & de prīmogenitis illorū assumendus erat sūmus sacerdos. Alij dn̄t ꝙ forte postq̄ determinatū esset, q̄ Tribus habitura esset sacerdotiū, per sortes inqreret̄ cui familię proueniret, & deinde cui domui, sicut positæ fuerunt sortes ad sciendū, qs furatus fuisset de anathemate Ierico Iosue. ca. 7. & similiter ad inquirendū fractorē ieiunij. 1. Reg. 14. c. Sed dicendū est, ꝙ alius erat modꝰ. s. ꝙ qñ dabant̄ istę virgæ pro singulis Tribubus exprimebant̄ in virgulis noīa principū Tribuū. s. in qualibet nomē vnius principis, & si floreret virga alicuius Tribus, princeps, cuius nomē erat ī ea acciperet sūmū sacerdotiū, sic patet de Aarō, nam in virga Tribus Leui scriptū est nomē Aarō, quia ipse veniebat de linea primogenitorū illius Tribus, & cū floruit virga Leuitarū māsit ipse tanquā sūmꝰ sacerdos, ꝙ aūt noīa principū essent scripta in virgulis patet immediate. s. a cūctis principibus Tribuū virgas 12. & vniuscuiusq; nomen superscribes virgæ suę, nomen aūt Aaron erit in Tribu Leui, sed florēte virga Leuitarū, Aarō, q erat inscriptus illi, fuit factus summus sacerdos. ergo si accidisset, ꝙ floruisset virgula alicuius alterius Tribus, princeps inscriptus illi fuisset summus sacerdos, quia ille erat de primogenitis quibus proueniebant ista iura. *A cunctis principibus Tribuum uirgas 12.* Idest ab oībus principibus Tribuū acciperent̄ 12. virgæ nō quidē a quolibet 12. sed a quolibet vna, & quia erant 12. principes erant 12. virgę. accipit̄ aūt hic cunctus, vel oīs collectiuè, & nō distributiuè. Sciendū, ꝙ istæ 12. virgæ principū erāt 12. virgę Tribuū: sed dabāt principes istas virgulas, quia ipsi futuri erāt sacerdotes, si in Tribubus eorum florerēt virgæ, ēt ipsi dabāt virgas, quia noīa eorū scribebant̄ in eis. *Et uniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ.* Idest nomē cuiuscunq; principis scribet̄ super virgā datā ab eo, scribebant̄ aūt nomina, vt cognoscerentur virgæ ne cum floreret aliqua diceret quęlibet Tribus illam ad se pertinere.

Quare scribebantur nomina in virga. Quæstio. V.

SCribebantur autem nomina principum, & non Tribuum, vt aliqui volunt, quia princeps eminēter cōtinet totā Tribū, sed nihil est. Causa aūt est, quia Tribus nō erāt habiturę summū sacerdotiū tāquā Tribus aliqua indeterminate reciperet sacerdotium, & postea inquireretur quæ familia, vel quæ domus habitura esset sacerdotiū, sed proueniebat sacerdotium principi Tribus, iō nomen eius scribēdū erat, patet hoc de Aaron, nā postquā floruit virga Leuitarum, non inquisitū est, quis esset sacerdos in Tribu illa, sed fuit sacerdos Aaron, cuius nomen erat inscriptū virgæ. Si tamen sacerdotium prouenisset directe Tribui indeterminate, & non personæ, cognito de Tribu, adhuc inquireretur de persona.

An nomen Tribus scriberetur in cortice virgæ, vel in membrana ligata virgæ. Quæst. VI.

DE superscriptione autem facta in virga, dubium est an scriberētur litterę in cortice virgæ, vel in aliqua membrana circunligata ipsi virgæ, vterque modus satis conuenit, sed secundum proprietatem huius verbi superscribes, magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis signatur, ꝙ poneretur nomen in membrana, F quam in cortice virgę, quia aliàs diceretur inscribes, i.in ipsamet virga scribes. Itē patet, quia vna illarū virgarū florere dēbat, si nō esset nomen inscriptū virgæ cum floreret virga, & immutaretur cortex eius in teneritudinē, & virorē, delerētur litterę, & nō si essent in membrana, rationabilius ergo est, ꝙ fuerit mēbrana circunligata culibet virgæ, & in illa esset nomen principis. *Nomen autem Aaron erit in Tribu Leui.* Idest nomen Aaron scribetur super virgam, quæ accipitur pro Tribu Leui.

In Tribu Leui fuit scriptum nomen Aaron, quia erat princeps eius. Quæstio. VII.

RATIO huius est, quia Aaron erat princeps G in Tribu Leuitarū, iō ipse scribendus erat, ꝙaūt esset princeps patet, quia ipse erat primogenitus per lineam primogenitorū, nā Caath erat primogenitus Leui, vt dicitur. Caath autē genuit filios 4. quorum primogenitus est Amram Exo.c.6. Amram aūt genuit Mariā, Moysen, & Aarō inter quos Maria erat primogenitā, sed quia erat fęmina non erat successura in iuribus primogenituræ. Aaron autē erat maior Moyse annis tribus, vt patet Exo.c.7. nam tribus annis erat maior: ideo ipsi proueniebat ius sacerdotij, si Tribus Leuitica habitura esset sacerdotium.

Opinio de nomine scripto, in virga, quòd esset non nomen Tribus. Quæstio. VIII. H

ALIQVI dicunt, ꝙ in alijs Tribubus non scribebatur nomē alicuius principis in virga, sed nomen Tribus, in virga aūt Leuitarum scriptum est nomen Aaron. Sed falsum est, quia dicitur supra, ꝙ 12. principes darent 12. virgas, & nomen vniuscuiusque esset in virga sua. Item dicunt, ꝙ in virga Tribus Leuiticę ponebatur nomen Aaron, vt nō dubitaretur cui prouenire dēret sacerdotium, si virga Leuitarum floreret. Nā si non scriberetur nomen Aaron, dato ꝙ illa floreret, non constaret cui prouenturum erat sacerdotium, scripto aūt nomine Aaron si floreret virga prouenire ei sacerdotiū. Et si arguatur quare in alijs Tribubus non scribebatur nomen cuiuslibet princi- I pis in virga, respondent ꝙ in alijs Tribubus erant cōpetitores, iō nō determinabitur, quis habiturus esset sacerdotium quāquam Tribui illi proueniret, In Tribu aūt Leui dicunt, ꝙ nullus erat competitor, quia Chore, qui erat cōpetitor, iam mortuus fuerat præc, ę. Sed isti multum errant. Primo, quia supponunt falsum, scilicet, ꝙ nomina principū non essent scripta in virgis aliarū Tribuum, sed falsum est, vt patet supra. Secundo errant, quia dato, ꝙ nō essent nomina principum scripta in virgis aliarum Tribuum, nō est sufficiens causa, quæ assignata est, nā in qualibet Tribu erat aliquis princeps, qui veniebat per primogenitos Tribus illius, & huic dębebātur iura primogenituræ quantum ad sacerdotium, & cætera, ideo nō erat aliquis competitor in Tribubus, quia impossibile est esse in qualibet Tribu, plusquam vnum primogenitū descendentem per lineam primogenitorum. Cum autem dicitur, ꝙ in Tribu Leui fuit positum nomen Aaron, quia mortuus fuerat competitor suus Chore, non stat, quia Chore non erat competitor Aaron, alioquin omnes de Tribu Leuitica essent competitores, nam Aaron erat primogenitus descendens per lineam primogenitorum Tribus Leui, vt supra declaratum est, Chore autem nō erat de primogenitis, ideo non competebat ei ius sacerdotij, quod si ei cōpeteret non magis comperet ipsi, quam omnibus, qui erant in Tribu illa. solum ergo stat, quod primo dictum est, scilicet, ꝙ fuit scriptum nomen Aaron, quia ipse erat princeps in familia Leuitarum, & cōpetebat ei ius sacerdotij, si prouenireț Tribui Leuiticæ. *Et vna virga cunctas eorum familias continebit.* Idest, ꝙ licet in qualibet Tribu multæ sint familię, tamen vna virga ponebatur pro eis omnibus, scilicet, ꝙ cum esset positum nomen principis vnius familiæ in virga, non oportebat poni nomina aliarum familiarum, vel principum suorum. Istud autem erat, quia princeps cuius nomē scribebatur in virga, erat de familia principali veniens per lineam primogenitorum, ideo illi soli competebat ius, & familiæ suæ, cæteris autē nequaquam. Sed dicitur, ꝙ vna virga cōtinebat omnes familias, ideſt, ꝙ ita erat sufficiens poni nomen vnius principis familiæ in virga, sicut poni singulas virgas pro singulis familijs, quia vna familia erat, quæ determinate habitura esset istud ius, scilicet familia veniēs a primogenito illius Tribus, & princeps illius familiæ erat cui deberet competere ius sacerdotij.

Opinio, quòd vna virga ponebatur pro omnibus familijs. Quæstio. IX.

ALIQVI autem dixerunt, ꝙ una virga ponebatur pro omnibus familijs. i. ꝙ in virga illa scribebatur nomen Tribus, & non alicuius familię. Illa tñ dicebatur cōtinere oēs familias, quia postquā determinata esset Tribus sorte diuinā deretur, quæ Tribus habitura esset sacerdotium. Sed hoc iā improbatū est supra, cum nō scriberetur noīa Tribuū in virgulis, sed noīa principum. Alij autem dicunt, ꝙ intelligitur hoc in sola Tribu Leui. i. ꝙ vna virga pro oībus familijs ponitur, & est ratio specialis, quia in alijs Tribubus non ponebatur vnum nomen alicuius specialiter, iō videbatur esse pro oībus de illa Tribu, sed in Tribu Leui ponebatur nomen Aaron in virga. Aaron aūt erat de Caathitis, & sic adhuc erat dubiū vtrum pro Gersonitis, & Merariris aliæ ponerent virgæ, iō respondetur, ꝙ vna virga cōtinebit oēs familias, i. virga Aarō stabit pro alijs familijs duabus, quia iam fuerat determinatū, ꝙ nō pertinebat ad eas sacerdotiū, sed ad Aaron, iō non oportebat alias duas poni pro duabus familijs, & illa quæ ponebat ad eas ron nō ponebatur aliquo modo, nec generaliter, nec specialiter pro aliquo de Leuitis, cum certū esset ad nullum eorū aliquid pertinere præterq; ad Aaron. In alijs Tribubus erat dubiū, quia sacerdotiū illis æqualiter pertinebat, iō virga cuiuslibet alterius Tribus pro quolibet de illa Tribu æqualiter indifferenter stabat. Sed etiam ista non stant, quia non magis erat determinatum, quis futurus esset sacerdos in Tribu Leui, quam in alijs Tribubus. In qualibet. n. princeps ipsius Tribus esset sacerdos, si illi Tribui sacerdotiū proueniret, & propter hoc in virga cuiuslibet Tribus scribebat nomen principis illius Tribus. Isti aūt procedunt ex falso existimātes, ꝙ solū nomē Aaro fuerit scriptū in virga Leuitarū, in alijs aūt scribebant noīa Tribuū sed falsū est, cū littera dicat supra, ꝙ 12. principes darent 12. virgas, & vniuscuiusq; nomē erat scriptū in virga sua, iō non erat alia rō in Tribu Leui, ꝙ in cęteris. Sed sensus est, ꝙ positus est a principio. i. ꝙ vna virga continebat oēs familias. i. ꝙ nomē erat scriptū in virga, & ꝙꝙ ille princeps ptineret ad vnā familiā solū, tñ sufficiebat scribi illū quasi si scriberē tur nomina aliarum familiarum in singulis virgis. *Ponesque eas in tabernaculo fœderis.* Idest istæ 12. virgæ suscipiebantur a 12. principibus, & ponebantur intra Sanctuarium in tabernaculo.

istæ virgæ ponebantur in tabernaculo fœderis, & quare. Et quòd arca testimonij diuersimode nominabatur. Quæst. X.

CAVSA est, quia videbatur esse spāliter Deus in tabernaculo, virgę autem istę ponebātur ad demonstrandum voluntatem Dei in aliquo signo manifesto, ideo conueniebat eas poni in Sāctuario, quia ibi Deus specialiter erat, & positæ fuerunt in tabernaculo. Sed non constat, an fuerint in parte interiori tabernaculi, ſ. intra Sancta Sanctorum, vel in parte anteriori, quæ vocatur sanctum, vel Sanctuarium. magis tamen videtur, ꝙ fuerint intra Sancta sanctorum, quia ille erat locus sanctior. Et apparet ex hoc, quia sicut hic dicitur, quòd ponerentur virgę istę in tabernaculo, ita dicitur infra, ꝙ reducere tur virga Aarō ad tabernaculum: sed ibi manifestum est accipi pro parte interiori, ſ. Sancta sanctorum, quia virga Aaron fuit conseruata in arca fœderis, vt patet ad Hebr. cap. 9. Item videtur ex hoc, quia dicitur corā testimonio, quod accipitur hic pro arca, in qua erat testimonium, ideſt tabulæ, vt patet Exod. cap. 25. si tamen essent virgę istę extra Sancta sanctorum, non ꝓprie diceretur, quòd erant coram testimonio, quamquam in hoc non multum differt.

Coram testimonio. Ideſt coram arca testimonij. Ista est arca Sanctuarij in qua fuerunt positæ tabulę legis. & vocatur arca testimonij, vel arca fœderis. vocatur primo modo arca testimonij, quia ibi erat testimoniū ideſt tabulę quę seruabantur in testimonium contra Iudęos, si negarēt se suscepisse legem. Vel dicebatur esse arca fœderis, quia ibi erat fœdus Dei, ideſt pactū, quod pepigerat cum Israelitis, ſ. decem præcepta scripta in tabulis, pepigerat enim Deus, quòd ipsi observarent illa, & Deus benefaceret eis, vnde illę tabulę ꝓprie vocantur testimonium, vel fœdus: arca autem, quia continebat, vocatur arca fęderis, vel testimonij: hic tamen vocatur large testimonium. de tabulis istis quomodo poterant esse testimonium contra Israelitas, & an sufficiens, & si poterant falsari, vel furto surripi, declaratum est Exo. c. 20. *Vbi loquar ad te.* Ideſt in loco vbi posueris virgas ego loquar ad te. ſ. quid fieri debeat de istis virgis. Alio modo est sensus, quod ponerentur istæ virgę coram testimonio, vbi loquar ad te, ideſt, vbi ego consueui loqui ad te.

Et ex hoc patet, quòd erant virgę positę intra Sancta sanctorum, quia Deus loquebatur Moysi in Sanctuario in duobus locis, scilicet intra Sancta sanctorū super propitiatorium inter duo Cherubim, vt patet Exodi 25. & supra cap. 7. Alius locus erat extra tabernaculum ad ostium eius circa altare holocaustorum, ad quem locum descendebat nubes, vt patet supra ca pitu. 12.

Sed constat, quòd non intelligitur hic de ostio tabernaculi, vbi Deus loquebatur, ergo intelligitur de Sancta Sanctorum, vbi erat alia locutio.

Quem ex his elegero germinabit virga eius. Ideſt in istis virgis duodecim, & in virga Aaron sunt scripta nomina principum, & ego sum electurus vnum ex his in sacerdotem. & signum huius est, quia virga eius germinabit. sufficiens enim videbatur hoc esse, nam virgæ aridę non poterant germinare, & flores, & fructus producere naturaliter, potissime vna die, sed illę virgę positæ fuerunt intra Sanctuarium, & in sequenti die reperta est vna earum florēs. ergo miraculum erat. hoc autem dixit Moyses toti multitudini, antequam fieret, vt postquam factum esset crederent. nam licet miraculum esset, quòd virga Aaron floreret ex quacunque causa floreret, & manifestum erat, quòd Deus faceret, si tamen non fuisset prænunciatum multitudini, quòd ille, cuius virga floreret, futurus esset sacerdos magnus, cum factum esset, non crederent, quòd Deus propter hoc elegisset Aaron, nec erat sufficiens probatio, quia poterat Deus hoc fecisse ad aliam intētionem.

Cum autem diceretur, quòd virgę ad hoc ponebantur, vt Deus manifestaret in eis quem vellet sacerdotem, & quòd floreret virga illius, euidens erat, quòd cum Deus fecisset florere virgam alicuius, illū in sacerdotem eligebat.

Et cohibebo a me querimonias filiorum Israel. Ideſt tollam a me querimonias Israelitarum, & faciam ne cōquerantur de vobis, quia dum de vobis conquerūtur contra me murmurant, cum ea quę vos facitis ego iubeam.

Non est tamen sensus, quòd Israelitæ conquererētur de Deo, quòd sic disposuisset de sacerdotio, & ꝙ nunc cessarent istę querimonię. nam de Deo non cōquerebantur, sed de Moyse quem putabant fecisse ordinem hunc ex affectione cognatorum, & non ex iussu Dei. Si enim ipsis constitisset, quòd Deus ordinasset talem modum, & conquererentur, non cessarent querimonię etiam si multa signa mirabilia fierent, quia signa solum sunt ad certificandum: ideo solum proderant contra querimonias, quę dabātur de Moyse, quia ignorabatur vtrum ex se, vel ex Deo fecisset, & sic istę querimonię erant contra Moysen, & Aarō, sed fiebant Deo, ideſt non de Deo, tanquam de iniuriatore, vel offensatore, sed fiebant ei tanquam iudici, vel de remedio prouidenti. Et dī tollere a se querimonias, sicut iudex quando per aliquam sententiam, vel remedium tollit quotidiana iurgia, quę ad ipsum deferuntur, tāquam ad determinatorem. vel dicitur tollere a se querimonias, quia istę querimonię quæ erāt contra Moysen, & Aaron, etiam erant cōtra Deum, cum nihil fecisset Moyses, nisi quod Deus iusserat.

Quibus contra me murmurant. Ideſt quotidie Israelitæ murmurant ꝙ me dicentes, non esse bene dispositum de sacerdotio, & ꝙ ipsi volunt sacerdotium, cum tñ bene dispositum sit, & ab his querimonijs non cessabunt, etiam si puniātur, nisi eis ostendero signum, iō ostendam, vt cesset murmuratio. *Locutusque est Moyses ad filios Israel.* ſ. omnia quę Deꝰ ei dixerat de signo isto futuro ad manifestationem sacerdotij, & de virgis dādis. *Et dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus.* Ideſt omnes principes tribuum dederunt virgas noīe suo scriptas, & hoc erat per singulas tribus, i. ꝙ de qualibet tribu solum erat vnus princeps dās virgam. Alij enim principes familiarum non dabant virgas, quia ad eos non erat prouenturum sacerdotium, cum nō essent de primogenitis tribuum: & ex hoc patet, qđ dictum est, ſ. ꝙ non dabatur virga scripta nomine alicuius tribus, sed nomine principis illius tribus. *Fuerūtque virgæ duodecim absque virga Aaron.* Ideſt omnes virgę datę fuerunt 12. prēter virgam Aaron, & hoc quia princeps cuiuslibet tribus dabat virgam vnam: erant autem principes duodecim tribuum prēter tribū Leuiticam, quia Iacob habuit duodecim filios, & a quolibet istorum deriuata est vna tribus: ipse tamē postea adoptauit duos nepotes suos, ſ. Ephraim & Manasse, filios Ioseph, vt patet Genes. 48. ſ. duo filij tui qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt Ephraim, & Manasses, & sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, & sic fecit eos esse duas tribus, & dedit duas sortes, sicut aliæ tribus habebant, tribus autem Ioseph non fuit aliquid distinctū a tribubus Ephraim, & Manasse, quia non habuit alios filios per quos denominaretur tribꝰ paterna, vnde addita est vna tribus, ita vt 12. filij faciant 12. tribus, & ob hoc fuerūt positę duodecim virgę, vt videretur

Tredecim virgæ posi tæ fuerunt in tabernaculo sęderis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de qua tribu Deus vellet sacerdotem, communiter ta F
men vocantur duodecim tribus Israel, quia non com
putatur ibi Leui, & hoc quia Deus iussit, vt separaret
Leui a toto Israel, nec poneretur summa eius, cum Is
raelitis supra ca. 1. vnde nomine duodecim tribuum,
non includitur Leui: ponebatur tamen hic virga Aa
ron, tanquam vnius tribus, quia in hoc computabatur
Leui, vt tribus, & erant tribus tresdecim.

Quas cum posuisset Moyses coram Do
mino in tabernaculo testimonij, sequenti
Virga Aa- die regressus inuenit germinasse virgam Aa
ron floruit & fructifi- ron in domo Leui, & turgentibus gemmis G
cauit. eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amig
dalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses
omnes virgas de conspectu Domini ad cun
ctos filios Israel, videruntque & receperunt
singuli virgas suas. Dixitque Dominus ad
Moysen. Refer virgam Aaron in tabernacu
lum testimonij, vt seruetur ibi in signum re
bellium filiorum Israel, & quiescant querelę
eorum a me, ne moriantur. Fecitque Moy
ses, sicut præceperat Dominus. Dixerunt au
tem filij Israel ad Moysen. Ecce consumpti
sumus, omnes peribimus: quicunque acce
1.Reg.2. dit ad tabernaculũ Domini, moritur. Num
vsque ad internetionem cuncti delendi su
mus?

Virgę ger minatio. *Quas cum posuisset Moyses coram Domino.* Hic ponitur se
cundum, scilicet vnius virgę germinatio ad sacerdo
tij probationem, & dicitur quòd Moyses posuit istas
virgas coram Domino in tabernaculo testimonij, sci
licet intra sancta Sanctorum videntibus omnibus Is
raelitis, quòd introduceret eas illuc, & videntibus, qñ I
eduxit eas, ne fieret aliqua fraus.

In tabernaculo testimonij. Idest intra Sãcta sanctorum,
vbi est vna pars tabernaculi, s. pars interior. *Sequenti die
regressus.* Idest reuersus est in die sequenti ad videndũ
virgas, an Deus monstrasset signum, & etiam creden
dum est, quòd astaret ei tota multitudo Israelitarum,
quando ingrediebatur, vt viderent virgas, ne fieret ali
qua fraus, etiam satis est verisimile, quòd obseruatũ
est, ne aliquis introiret in sancta Sanctorum, quous
que Moyses ingrederetur ad educẽdum virgas. Cum
autem ingressus est ipse, omnes viderunt, vt sic tolle
retur suspitio. *Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Le
ui.* Idest inuenit, ꝙ virga Aaron germinauerat, & illa
pertinebat ad domum Leui, s. quòd demonstrabat sa
cerdotium pertinere ad Leuitas. accipitur hic domus K
large pro tribu, aliàs autem solet accipi pro aliqua co
gnatione speciali in tribu, & sic diuidimus tribum in
familias & familiam quamlibet in domos Iosue cap.
7. accipitur hic germinasse quę est proprietas arboris,
& signat omnia tria quę inf. ponuntur, vel dicitur ger
minare, ramos emittere, quia germen ramus est.

Et turgentibus gemmis eruperãt flores. Hic ponitur mo
dus specialis germinandi, s. quòd primo natę fuerant
quędam gemmę grossę, secũdum quòd in omnibus
arboribus fiunt, & post in flores effluunt, & illę gem
mæ sunt primo turgentes, ideſt inflatę, quasi conce
ptum florem intra retinentes. Nec dicitur hoc tãquã
fuerit iste modus successiuus, s. formatio gemmarũ,
& florum, & productio fructuum, quia magis creden
dum est, ꝙ fuerit factum simul, cum ea quę miraculo
se fiunt in instanti fiant. Etiam dato, ꝙ Moyses inue
nisset virgam illam florentem, & fructus habentem
non vidisset modum germinationis huius, quia iam
germinauerat virga cum ipse introiuit. cum dicatur,
ꝙ inuenit eam germinasse, ponitur tamen modus ar
borum germinantium, quia in eis primo sunt gẽmæ,
deinde flores, & folia, postea fructus, ita videbant om
nia esse hic. an tamen fuerit iste ordo litera non asse
rit. *Qui folijs dilatatis in amigdalas deformati sunt.* Istud re
latiuum, qui refertur ad flores. sed non est intelligen
dum, ꝙ de floribus fuerũt facta folia, deinde fructus,
quia de floribus nihil fit, & de folijs eodẽ modo. sed
est sensus, quòd de gemmis deformata sunt amigda
la, s. quòd de gemmis primo facti sunt flores. deinde
folia prodierunt de gemmis, vltimo gemmæ defor
matę sunt in amigdalas, i. totum, quod in gemmis cõ
tinebatur conuersum est in amigdalas, vnde proprie
deformari est vnius rei materiam alterius rei materiã
effici, in qua mutatione res prima deformatur, ideſt p
dit formam quam habebat, s. formam substantialem,
vel saltem figuram, vnde deformari formam perde
re est.

Trotulit ergo Moyses omnes virgas. Ideſt introiuit Moy
ses in Sanctuarium ad educendum virgas, quæ ibi po
sitæ erant, eduxit autem omnes, quia si forte solũ vir
gam Aaron quæ florebat ostendisset, & non alias ef
fet locus præsumptioni: putarent enim viri de alijs tri
bubus, ꝙ etiam suę virgæ, vel aliquę earum florebant,
eductis autem omnibus patuit differẽtia earum, nec
erat locus suspitioni. *De conspectu Domini.* Ideſt de San
cta sanctorum vbi positæ erant, & ibi dicebantur esse
in cõspectu Domini, quia Deus specialiter erat super
propitiatorium inter alas Cherubin, vbi respondebat
ad inquisita. *Ad cunctos filios Israel.* Ideſt, p duxit Moy
ses virgas istas ad multitudinem, vt omnibus notum
esset quem Deus elegisset in sacerdotem. *Viderunt ſing.*
Ideſt omnes respexerunt vnam virgã esse florentẽ, &
12. esse aridas. *Et receperunt singuli virgas suas.* i. singuli
principes acceperunt virgas quas dederãt. hoc fuit ad
cognoscendum, an illę erant virgæ quas ibi dederant,
nam quamquam viderint vnam florentem, & 12. ari
das, tamen poterat quilibet dicere, ꝙ illa virens perti
nebat ad eum, nisi particularius acciperent ad cogno
scendum signa omnium virgarum, vt sic quilibet vi
deret suam fuisse immutatã. *Dixitque Dominus ad Moy
sen.* Hic ponitur tertium, s. virgę florẽtis reseruatio ad
futurorum cognitionem. nam quamquam tũc Israe
litæ cognoscerent Deum elegisse Aaron in sacerdo
tem, quia viderant signum: posteri tamen poterant
dubitare, an Deus elegisset, quando non esset memo
ria huius facti, ideo posuit aliquid recordatiuum, scili
cet virgam Aaron, quę floruerat, conseruandam in ta
bernaculo testimonij ad futurorum probationem.
Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij. Ideſt re
duc virgam Aarõ ad tabernaculum testimonij, ideſt,
ad partem interiorem, scilicet in Sancta sanctorum,
nam in arca testimonij posita fuit ista virga, vt sic no
tificaretur posteris, quòd Deus elegisset Aaron. Et
hoc modo omnia quę erant in arca, erant in testimo
nium aliquarum rerum gestarum, scilicet, tabulæ le
gis erant in testimonium legis datæ, manna cum ur
na erat in testimonium, quòd Deus aluisset Israelitas
in deserto illo cibo, virga Aaron erat in testimonium,
quòd Deus elegisset tribum Leuiticam ad sacerdo
tale officium.

An

An virga Aaron manserit postea semper virens in arca fœde A
ris, vel fuerit deficcata. Quæst. XI.

QVAERET aliquis de ista virga Aaron, quo
modo postea manserit in arca, s. an manse
rit florens, vel emarcuerit?

Respondendum est, quòd illam virgam
potuisse manere florẽtem satis manifestum est, quia
Deo leuiter erat possibile hoc, quòd autem manserit
dubium est: sed satis rationabile est, quòd dicamus
eam mansisse florentem, s. quòd sicut miraculose flo
res, & frondes, & fructum produxerat, ita supernatu
raliter in ea ista semper conseruata sunt, vt esset perfe B
cta probatio: si enim post emarcuisset cadentibus fo
lijs, & fructibus ab alijs virgis nihil differre videretur,
& sic non plene probaret, quia dicerent posteri, quòd
fuit virga illa falsè posita in tabernaculo. si autẽ sem
per frondens esset, etiam in hyeme, nullus in proba
tione dubitare valeret. quòd etiam sic fuerit satis ap
paret, quia illa virga relinquebatur, vt probatio rerũ
gestarum: si tamen esset marcida nihil probaret, ideo
fuit frondens. Item apparet hoc per alia quæ relinque
bantur in arca, quia illa erant in testimonio, & tamen
talia erant qualia nullus homo facere posset. sic est de
tabulis legis, quia illę erant factę operę Dei, vt patet
Exodi trigesimo secundo capitu. ita quòd aliqua ibi
apparebant, quę nullus homo talia facere posset, ideo C
cum demonstrarentur sufficienter probabant. idem
patet de manna, quia erat quidam cibus qualis nõ po
terat naturaliter confici, ideo cum monstraretur suf
ficienter probabat fuisse a Deo, si tamen virga esset
marcens non probaret se a Deo fuisse: immo si dice
retur, quòd illa floruerat ad probandum Aaron esse
sacerdotem, & electum a Deo, argueretur, quòd ipsa
debuisset manere semper florens: & tamen non erat
nunc florens. ergo non erat a Deo data. debuit igitur
manere ista virga florens ad probationem, sicut cete
ra manebant in modo in quo possent probare.

Vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel. Ideſt
virga ista erat, vt Israelitę haberent per eam signum, D
quòd Deus elegerat Aarõ in sacerdotem summum,
& dicitur in signum rebellium, quia ipsi Israelitę mur
murauerant contra ordinationem diuinam, volentes
vsurpare sacerdotium, & in hoc rebellabant, vnde de
buit dare signum ne essent rebelles.

Et quiescant querelæ eorum a me. Ideſt cum fuerit datũ
istud signum, Israelitæ non murmurabunt amplius,
quia manifestè cognoscent Deum hęc fecisse.

Ne moriantur. Ideſt etiam hoc est ne ipsi moriantur.
si enim Deus non daret aliquod signum, quamquam
Israelitę nunc puniti fuissent pro murmuratione con
tra Aaron, tamen nondum cessarent, quia iterum pos
sent moueri, cum obliuiscerentur istius signi prẽteri
gum, quòd semper maneret, scilicet virga conserua
ta in arca, non repugnarent Israelitæ, nec morerẽtur. E
Fecitque Moyses, sicut præceperat Dominus. Scilicet re
duxit virgam in Sanctuarium, vt poneret eam in ar
ca. De ista virga aliqui dicunt, quòd fuerit amigda
lina, & probant quia amigdala protulit. Sed non va
let probatio: hoc enim esset si naturali virtute p vni
uocam generationem protulisset, sed nihil ibi virtus
naturalis fecit, quia virga arida erat, & aliàs plene mi
raculum non fuisset, sed potius videtur è contrario,
quia illa virga erat de alia arbore, & vt totaliter super
naturaliter fieri appareret, fructus alterius generis, p
duxit.

Et dicunt aliqui Hebręi, quòd ideo virga illa amig
dala protulit, quia sicut amigdalus primo inter arbo
res flores, & fructus emittit, ita ibi ius primogenituræ,
scilicet sacerdotium per illud signum ad Aaron pro
ueniebat.

Dixerunt autem filij Israel ad Moysen. Hic ponitur fi
liorum Israel quędam quasi conquestio, & potest ista
litera legi per modum murmurationis, scilicet, quòd dicebant non esse conuenienter ordina
tum, quia omnes isti peribant, & contemptibiles erãt,
quod videbatur eo, quòd Deus elegerat Aarõ, & nul
lum alium de populo.

Ecce consumpti sumus, omnes peribimus. Ista litera per
modum desperationis legi potest, vel per modũ mur
murationis, vt sit sensus. ecce iam ad nihilum redacti
sumus, quia multi ex nobis consumpti sunt, vt patet
in seditione Chore, vbi plures quam quindecim mil
lia perierunt, quia contra Aaron locuti sunt. nunc au
tem omnes nos spreuit Deus, vt non simus sacerdo
tes, nunquid vult nos deducere vsque ad internetio
nem, ideſt vsque ad mortem, si sic est, vtinam omnes
simul moriamur: & istũ sensum videtur litera innue
re, & ipsum tenent Hebręi. Alio modo potest litera
legi per modum cuiusdam cõsultationis, vt populus
a Moyse consilium petat, scilicet iam vidimus fratres
nostros mortuos, quia appetiuerunt sacerdotium, ẽt
quicunque de nobis accedit ad tabernaculum mori
tur, & nũc Dominus repulit nos ne essemus sacerdo
tes. nunquid ergo vultis, vt totaliter deleamur? date
igitur nobis aliquam viam quomodo non pereamus.
& iste sensus multum conuenit literę sequen. capitu.
scilicet, quòd ibi Deus iura sacerdotalia ponit, & offi
cia, dans modum ministrandi, scilicet, vt nullus de Le
uitis, vel popularibus accedat ad ministerium sacer
dotum, & nullus de popularibus accedat ad minis
terium Leuitarum, & sic non peribunt, aliter autem fa
cientes morientur. Si autem legeretur per modum
conquestionis, vel murmurationis, non concordaret
litera sequens tantum literæ huic, vterque modus ta
men conuenire potest, sed litera magis videtur expri
mere primum modum.

Ecce consumpti sumus. Ideſt omnes iam consumpti su
mus, s. quia multi de nobis perierunt, vt in seditione
Chore, & sequenti die, vt patet præcedenti capitu.

Omnes peribimus. Ideſt sicut illi perierunt, ita omnes
possumus perire, si aliquando murmuramus, vel quic
quam facimus.

Quicunque accedit ad tabernaculum Domini moritur. Ideſt,
& omnes qui volunt accedere ad tabernaculum ac
cipiendo sibi aliqua ministeria moriuntur, sicut fuit
de 250. viris, qui voluerunt offerre thymiama, & com
busti sunt, vt patet præced. cap. potest etiam accipi de
accedentibus ad Sanctuarium, scilicet de intrantibus
illuc, vel de volentibus manere apud Sanctuarium,
nam non licebat alicui castrametari apud Sanctua
rium, nisi Leuitis, si alius quisquam accederet, morie
batur, vt patet supra c. 1. s. porro Leuitę per gyrum ta
bernaculi figent tẽtoria, ne fiat indignatio super mul
titudine filiorum Israel, quisquis externorum accesse
rit, morietur. sed primus sensus conuenientior est.

Num vsque ad internetionem omnes delendi sumus. Ideſt
nũquid Deus, qui nobis tanta mala infert, vult nos to
taliter delere. si enim hoc vult iam nos dele[illegible], & ista
est desperatio: vel alio modo. nunquid Deus vult nos
totaliter delere, quasi dicat, nunquid bene ordinatum
est, ꝙ Deus nos totaliter deleat? quasi dicat, nõ. & iste
est modus murmurationis. Si autem legatur alio mo
do per modum consultationis est sensus, Deus nos
deleuit ex parte, & timemus deleri, nũquid debemus
deleri? ideſt, nunquid est bonum, quòd deleamur vsq;
ad internetionem, ideſt vsque ad mortem. dicite er
go nobis qualiter faciendum sit, vt non deleamur.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. XVIII.

Sacerdotes portãt iniquitatẽ Sãctuarii.

DIXITQVE Dominus ad Aarõ. Tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sãctuarij, & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. Sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptro patris tui sume tecum; præstoque sint & ministrent tibi: tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita duntaxat, vt ad vasa Sanctuarij, & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus cęremonijs eius. Alienigena non miscebitur vobis.

Supr.c.17. Exod.4. Leuit.8. Officiũ Leuitarum.

Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt per sacerdotes administrabuntur. Siquis externus accesserit, occidetur.

De officijs & iuribus sacerdotũ.

DIxitque Dominus. In prioribus dictum est ad quem debebat pertinere sacerdotium, hic agitur de officijs, & iuribus sacerdotum, & diuiditur in duo. Primo ponitur officium sacerdotis quantum ad ea quę pertinẽt ad Deum. Secundo quantum ad quædam quæ pertinent ad populum seq.c. prima in duas. primò labor imponitur. secũdo merces laboris adiungitur ibi. *Locutusq; est Dominus.* Secunda potest diuidi in tres. primo ponitur retributio pro omnibus sacerdotibus. secundo pro omnibus Leuitis minoribus. tertio pro solis summis pontificibus. Secunda ibi. *Filijs autem Leui.* Tertia ibi. *Locutusque est Dominus.* Circa primum. *Dixit Dominus ad Aaron.* Ista locutio fuit facta ad Aaron solum, non præsente Moyse, cum dicatur solum, quòd locutus est Dominus ad Aaron: & in hoc apparet, quòd Aaron erat ꝓpheta, quia omnes illi vocantur prophetę ad quos sermo Dei factus est. sic factus fuit hic Aaron, & sic dicitur 1. Regum cap.2. quòd Deus reuelatus fuit domui Leui in Aegypto, & loquitur ibi solum litera de sacerdotibus, cum dicatur ad Hely sacerdotem magnum. nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto, & elegi eum ex omnibus tribubus filiorum Israel mihi in sacerdotẽ? &c. vbi non potest proprie intelligi, nisi de Aaron, huic autem aliquando fiebant reuelationes adiuncto Moyse. aliquãdo autem ipsi soli, quòd autem soli Aaron fieret reuelatio, contingebat, cum dicebat ei Deus aliqua, quę pertinebant ad solam sacerdotalem ministrationẽ, & sic factum est hic, & Leuitici ca. decimo. raro autem sic reperitur. Aliquando autem loquebatur Deus Moysi, & Aaron simul, sic patet pręcedenti capitu. &

F Leu.c.11. & hoc est valde vsitatum. quicunq; modus istorum sufficit ad faciendum eum prophetam. continuatur autem hoc ad literam immediatam, quia ibi dixerat Israel, ꝙ omnes moriebantur qui accedebant ad Sanctuarium, & nunquid erant delendi vsq; ad internitionem? datur hic modus per quẽ Israelitę non perirent, s. ꝙ Aaron, & filij sui solũ accederent ad opera sacerdotij, Leuitę autem custodirent minora ministeria, s. vasa Sanctuarij conseruando, & excubando in circuitu Sanctuarij, populus autem non accederet ad quicquam istorum, & tunc nõ morerentur, & sic ordinantur hic ministeria sacerdotum, & Leuitarũ in generali, iura aũt eorum ordinantur magis in spãli.

G *An ista sint immediate dicta post ea quæ sunt in præced. capi. Et portare iniquitatem Sanctuarij quomodo intelligitur. Et quomodo Leuitæ debebant puniri accedentibus popularibus ad res sacras, & quomodo sacerdotes.* Quæst. I.

QVAERET aliquis, an ea quę habenť hic fuerint dicta post ea quę habẽtur præced.c. vel pertineant ad alterum tempus? quia interdum non est ordo ꝯñs literę, sed per anticipationem & recapitulationem. Rñdendum est fuisse dicta quæ hñr hic immediate post ea quę hñr præced. c. quia ista sunt, tanquam remedium eorũ quę ibi proponebanť, nam ꝯquerebantur Israelitę, ꝙ oẽs pibant:
H iõ ꝙ dareť eis modus, vt nõ perirent, & hic subijcitur de ordinatione ministeriorũ, ita vt nõ se admisceat aliquis ministerio alieno & non peribit. *Tu & filij tui, & domus patris tui.* Loquiť Deus hic ad Aaron, & dicit ꝙ ipse, & filij sui, & oẽs de cognatione sua obseruabunt Sanctuarium, dř domus patris Aaron, i. domus Leui, de qua erat Aaron, isti portabant iniquitatẽ Sãctuarij, i. puniebantur ꝓ oĩ iniquitate quę accideret in Sãctuario. *Portabitis iniquitatem Sanctuarij.* Non est aliqua iniquitas Sanctuarii, sed dř iniquitas Sanctuarij, q̃ fiebat in accedẽdo Sanctuario tangendo illud, vel alias illicite accedendo vel vsurpando officia illius: si.n. aliquis de popularibus accederet ad Sanctuarium, cõmittebat iniquitatẽ, & hanc portabat Aaron, & filij sui, & tota cognatio Leuitarum, s. ꝙ puniebantur pro peccato illo. nam vulgares puniebantur de trãsgressione, & audacia si hoc
I committerent. Aarõ aũt & oẽs Leuitę de omissione & negligentia, & hoc erat distinctum, qa si aliquis de Leuitis accederet ad ministrãdum in officio sacerdotali, tunc Aaron culpabať de negligẽtia, & alij sacerdotes: Leuitę tñ nihil, quia ipsi non tenebanť custodire officia sacerdotij, cum essent extranea respũ sacerdotij, sol⁹ ergo Leuita qui conabatur vsurpare peccabat, & sacerdotes si non vigilanter insistebant, ne aliquis ꝑ eorum negligẽtiam ministraret in officio sacerdotali. Alij autem Leuitę non peccabant si ex eorũ negligentia quisq̃ de ipsis attẽtaret vsurpare ministeriũ sacerdotale, quia non incumbebat eis onus custodiendi, nisi darent fauorem attentanti prędicta, vel publi-
K ce viderent aliquem de seipsis vsurpare sacerdotalia ministeria, & nullo modo repugnarent, si aũt aliquis de popularibus accederet ad officium Leuitarũ minorũ, qui non erant sacerdotes, Leuitę ꝓ negligẽtia puniebanť: Aarõ aũt & filij sui nullo modo, quia officia distincta erant, vt patet s̃.c.3.& 4.& 8. nisi sacerdotes fauerent vsurpantibus officia Leuitarũ, aut videntes publice vsurpari, cum possent resistere non resisterent. Alio modo põt intelligi, ꝙ Aaron, & oẽs Leuitę portant iniquitatem Sanctuarij, i. debent suscipere labores ꝓ iniqtatibus, q̃ remittebanť in oblationibus factis in Sanctuario, quia populus dabat decimas Leuitis, vt patet ĩ. in lřa. sacerdotib⁹ aũt oĩa alia iura, & ista erant ad remissionẽ pcõrũ, iõ obligabanť sacerdotes &

& Leuitæ laboribus satisfacere, ministrando coram Deo, & orãdo pro tota multitudine, sic habetur Exo. 28.cap. s. portabit Aaron iniquitates eorum quę obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel in cunctis muneribus, & donarijs suis, & hoc quia ipsi suscipiebant illa quæ dabant Israelitæ pro peccatis suis, & sustentabantur ex eis Oseę 4.cap. s. peccata populi mei comedent. & hoc satis concordat inferiori literę, quia propter istam portationem iniquitatum dantur eis iura quæ sequuntur.

Et domus patris tui tecum. Idest etiam omnes Leuitæ qui erant de domo patris Aaron, idest de domo Leui tenebantur ad portandum iniquitates, orando ꝓ eis, vt dictum est, quia sicut sacerdotes sacrificando, orando, & docendo satisfaciebant pro iniquitate, secũdũ illa quæ recipiebant a populo, ita Leuitæ in custodiendo, & deportando ea quæ ad tabernaculum pertinebant satisfaciebant pro decimis, quas recipiebant, & non tenebantur vlterius orare, nec aliud facere, quia seruitium suum solum corporale erat, sicut si alicui laico darentur fructus vnius prębendæ, vt pulsaret cãpanas, & seruaret ecclesiam, & non daretur sibi institutio, nec titulus in prębenda, talis nullo modo tenebatur horas canonicas recitare, nec aliquid orare, sic de Leuitis quibus illi fructus dabantur.

Quare Leuitæ cum essent laici haberent ius percipiendi decimas. Quæst. II.

SED dicet aliquis nõ est simile, quia Leuitæ nõ solum recipiebant decimas, sed etiam ius recipiẽdi eas erat in eis in ęternum, vt patet infra, ita ꝙ nullo modo pertinebãt decimæ ad sacerdotes. In illis autem qui recipiunt fructus alicuius prębendę, & non habent ius, in prębenda secus est, ideo videtur quòd Leuitæ obligarentur orare in veteri testamento, sicut obligabantur nunc recitare habentes beneficia in titulum.

Respõdetur, quòd in hoc solum inspicitur institutio, vel ordinatio a principio, in Ecclesia enim iura recipiendi fructus fuerunt assignata pro laudantibus Deum in recitando principaliter, ideo nullus qui non debeat recitare potest iura talia quasi possidere. Si autem aliquando fructus alicuius prębendę dantur pulsanti campanas, vel alteri seruienti hoc per accidens est, quia sicut Ecclesia illos fructus venditura erat ad conuertendum in pecuniam pro seruitio vel fabrica, ita pro ęquipollenti precio, seu medio commutatiuo fructus accipiuntur qui vendi possunt, iura autem possidendi, vel quasi possidendi, seu recipiendi fructus illos cum vendi non possint, nullatenus laicis seruientibus conceduntur. In lege autem veteri fuit alia ordinatio, quia fuerunt a principio officia distincta. quędã spiritualia, quędam autem pure corporalia, & cuilibet fuerunt assignati fructus cum iure percipiendi illos, ideo ibi solum ad officium suum tenẽtur Leuitę pro quo stipendia suscipiunt, & cum omnia ista sint positiua, nec determinata sint in iure diuino, nec eliciant ab eo, vt conclusiones, potuerat Ecclesia diuidere, ꝙ esset certa pars fructuum, quę laicis daretur pro officijs illis corporalibus, vel incerta, vt in alijs prębendis, & isti hęrent ius percipiendi, vel titulum, sicut clerici habent in suis prębendis, & laici sic instituti in prębẽdis suis ad sola corporalia officia tenerentur, & nõ ad recitandum. simile autem erat de Leuitis, sed hoc durauit vsq; ad tpa Dauid, quia Sanctuarium mouebať, & in mouendo habebãt Leuitę laborem suum, postquam autem Dauid statuit facere templum Dño, vt amplius non moueretur tabernaculum cessabãt priora officia Leuitarũ, ideo data sunt sibi alia, s. ꝙ essent

A cantores, & ianitores, & similia, de quibus 1.Paral.23. & 25.c. iste sensus conueniens est de portatione iniqtatis, sed magis conuenit primo modo, s. ꝙ ipsi diligẽter obseruarent Sanctuarium, ne aliqs accederet ad illud, & moreret̃, si aũt accederet portarent iniquitatẽ Sanctuarij super se Aaron, & filij sui, & Leuitę, & hoc erat, quia custodire Sanctuarium erat officium cõe sacerdotibus & Leuitis, cum oẽs castrametarenť in circuitu Sanctuarij. s̃.c.3. In alijs aũt officijs Leuitarum, s. in portando vasa Sanctuarij, & erigendo illud, atque deponendo portabant spãliter Leuitę iniquitatẽ Sanctuarij, & non sacerdotes. *Tu & filij tui simul sustinebitis*
B *peccata sacerdotij vestri.* i. tu solum cum filijs tuis tenebe ris ad custodiendum diligenter, ne quis audeat accedere ad officia sacerdotalia, & hoc quia solum Aarõ, & filij sui erant sacerdotes, vnde si per eorũ negligentiam aliquis accederet, siue de Leuitis, siue de popularibus ad ministrandũ in officio sacerdotali, ipse Aaron cum filijs suis sustinebat iniquitatem Sanctuarij, i. pęnam pro iniqtate illius, qui accessit ĩdebite ad ministeriũ sacerdotij, vel Sanctuarij. Si tñ aliquis potens, vellet se intromittere in sacerdotalibus officijs, & sacerdotes eum monerent ne id attentaret, a pœna excusabantur, quia solus cõmittens peccati sui pœnam sustinebat, vt patet de rege Ozia, siue Azaria q voluit thurificare, & restiterunt ei sacerdotes admonentes, ne id efficeret, qđ cum noluisset percussus est a Dño.

Aaron, & filii sui tenebanť custodire, ne qs accederet ad officia sacerdotalia.

C 4.Reg.15.c. & 2.Paral.26. de hoc ẽt Amos.c.1. & Zac. 14.c. *Sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sumes tecum.* i. tu solus, & filij tui sustinebitis iniquitatẽ sacerdotij, & ministrabitis in eo, tñ accipias tecum fratres tuos, i. omnes Leuitas, qui dicebantur esse fratres Aaron, cum essent de eadẽ tribu, & hoc vt ministrẽt tibi, & filijs tuis. sceptrum autẽ signum dignitatis est, quia regibus conuenit, iõ sceptrum domus Leui erat preciosissimum, s. summum sacerdotiũ, quod ad Aarõ pertinebat, & ob hoc virga totius domus Leui nomine Aaron scripta est, vt patet p̃ced.c. sed hoc nõ facit aliquem sensum, s. ꝙ sumeret secũ Aaron sceptrũ domus patris sui, quia hoc dicit ad satiationem: non
D enim poterat Aaron assumere secum summũ sacerdotiũ, quod est sceptrum, qa ipse sacerdos erat, immo oportet distingui hic sceptrum a summo sacerdotio, quia dř, ꝙ Aaron, & filij sui sustinerent peccata sacerdotij sui, soli ministrantes in sacerdotio, & ꝙ assumeret secum sceptrum domus patris sui, ergo aliud est q̃ ipsa dignitas sacerdotalis. Ideo dicendum, ꝙ accipitur hic sceptrum pro tota congregatione Leuitarum, & tunc intelligitur, ꝙ Aarõ sumeret secum Leuitas fratres suos, i. oẽs de tribu Leui, & sceptrum domus pr̃is sui, i. & isti Leuitę sunt sceptrum, i. congregatio tota domus Leuiticę. Alio modo põt intelligi, ꝙ sumeret Aaron secum fratres suos, i. Leuitas, Caathitas, & sceptrum domus patris sui, i. totam multitudinẽ aliorũ Leuitarum. nã Aaron erat de Caathitis, ideo vocaban

Sceptrũ, & sacerdotiũ differunt.

E tur fratres sui, alię aũt duę familię Leuitarum, s. Meraritę, & Gersonitę ꝑtinebant ad sceptrũ Leui. i. ad totã ꝯgregationẽ Leuiticã, sed non ad fratres Aaron, cum non essent de familia sua. hos aũt oẽs assumere dẽbat secum ad ministrandũ, qa tam Gersonitę q̃ Meraritę, q̃ Caathitę habebant officia in rebus Sanctuarij, vt patet s̃.c.4. & isti oẽs fuerunt traditi Aaron, & filijs suis, vt essent in ministerio eorũ. s̃.c.8. *Presto sint tibi, & ministrent.* Idest, assumes istos ad hoc, ꝙ sint parati ad ministrandum tibi. non est sensus, ꝙ Leuitę ministrarẽt Aaron in aliquo, quia Aaron ministrabat in sacerdotio, & ad hoc non subministrabat aliquis Leuita, sed solum sacerdotes alij, vt si vnus sacerdos faceret sacrificium, alij sacerdotes subministrabant ei, offerendo sanguinem, vt patet Leuitici capitulo 1. & 7. Leuitis

Universidad de Deusto Biblioteca

autem non licebat accedere ad hãc ministrationem, & si accederent morerẽtur, nec erat aliquod alterum ministerium sacerdotale, in quo possent subministrare Leuitæ sacerdotibus, sed dicebantur esse presto ad ministrandum eis, quia custodiebant Sãctuarium ad præceptum Aaron, excubãtes in circuitu illius, & deponebant illud, quando mouenda erant castra, atque erigebant, quando castrametandũ esset, & portabant in via onera sua. hęc autem omnia fiebant ad præceptum Aaron supra cap. 3. & 4.

Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Idest solum tu & filij tui ministrabitis in tabernaculo. nullus autem de Leuitis, vel de popularibus ministrabit in tabernaculo, nec introibit illuc. nam Leuitis nõ licebat videre vasa Sãctuarij, nisi cum inuoluta essent, & si viderent morerentur supra ca. 4. dixit autem hic Deus de ministrationibus, quæ erant in tabernaculo testimonij, quòd solum pertinerent ad sacerdotes.

De quinque ministrationibus sacerdotum in Sanctuario, & quomodo quatuor erant communes omnibus, & quinta erat solius summi sacerdotis. Quæst. III.

PRo intellectu eorum quæ dicuntur hic, sciẽdum quòd ministrationes sacerdotales, quæ fiebant intra Sanctuarium solum erant quinque. Prima erat immolatio sacrificiorum, & ista fiebat extra tabernaculum in altari holocaustorũ, quia istud altare non ponebatur intra tabernaculum, sed ad ostium eius exterius, vt patet Exo. 27. & ibi causa late declarata est, & sic ista prima ministratio fiebat in atrio tabernaculi, quod erat magnus ambitus circũdans tabernaculum, de cuius figura patet Exo. c. 27. & ibi declaratum est, ista ministratio erat quotidiana, nã ordinaria sacrificia vocabantur iugia, quia fiebant iugiter, & ista erant holocausta, s. quòd offerretur vnus agnus anniculus in mane, & alius in vespere, pręterq̃ in Sabbato cum offerebãtur duo agni anniculi in mane, & duo ĩ vespere propter honorem sabbati. de hoc infra 28. c. de modo autem quo celebrabatur iuge sacrificium, tam in aurora quàm in vespere declaratum fuit Leuit. c. 6. erant autem alia sacrificia non iugia, & tamen erant ordinaria, quia erant determinata ꝓ certis festiuitatibus. Ista autem sunt in festo azymorum, & pentecostes, & clangoris, expiationis, atque tabernaculorum, de quorum singulis specialiter patet inf. 28. & 29. c. Alia sacrificia erant non iugia, nec regularia, quæ offerebantur sponte ab ipsis popularibus, & ista eodem modo in altari holocaustorũ extra tabernaculum ad ostium eius immolabantur, & cremabãtur, & soli sacerdotes ea faciebant.

Secunda ministratio sacerdotalis erat offerẽdo panes propositionis super mensam, ista autem erat intra tabernaculum ad latus Septentrionale, vt patet Exo. 26. ponebantur autem ibi panes duodecim, qui semꝑ erant in memoriam 12. tribuum Israel, & mutabãtur per singula sabbata, vt ponerentur alij recentes Leuit. 24. cap. de istis non licebat comedere cuiquam, nisi sacerdotibus, vt patet Matt. 12. cap. tamen tempore necessitatis Achimelech sacerdos dedit eos Dauid, & pueris su[is], qui non erant sacerdotes, primo Regum cap. 21.

Tertia ministratio erat sacerdotalis disponendo lucernas in candelabro: erat enim candelabrum aureũ habẽs lucernas septem positum in latere Meridiano tabernaculi, Exod. 26. cap. & in illo quotidie disponebantur candelæ, non quidem de cera, vel de sepo, sed de oleo, infundendo oleum vasis, & disponendo lucernarum lychna, & hoc fiebat bis in die, scilicet, in aurora, & in vespere, de hoc Exodi 27. capi. & 30. nul-

F lus autem poterat ministrare in hac ministratione, nisi Aaron & filij sui, cum de eis solis dicatur pręallegat. cap.

Quarta ministratio sacerdotalis erat oblatio thymiamatis super altare aureum in tabernaculo. Erat enim quoddam altare coopertum totum laminis aureis positum ante velum Sancti Sanctorum intra tabernaculum, de hoc Exod. 27. cap. & 30. in hoc quotidie offerebatur thymiama in mane, & in vespere, & cremabatur ibi, vt patet pręall. c. fiebat autem solum per Aaron & filios suos.

Quinta ministratio sacerdotalis, & vltima earum quę erant in Sanctuario erat introire in sancta Sãctorum ad aspergendum sanguinem in die propitiationis, G de qua Leuit. 16. & ad Hebr. c. 9. istarum ministrationum tres erant quotidianę, s. immolatio sacrificiorum, incensio lucernarum, & oblatio thymiamatis, vt patet ex dictis. vna earum fiebat hebdomadatim, i. semel in hebdomada, s. in quolibet sabbato. hoc autẽ erat, vt panes offerrentur super mensam propositionis, nam per singula sabbata iubentur mutari Leui. c. 24. vltima ministratio erat annalis, s. quòd fiebat semel tantum in anno in die expiationis: nullo enim alio tẽpore licebat fieri aspersionem sanguinis coram propitiatorio Leuit. c. 16. & ad Hebr. 9.

Item sciẽdum, quòd istarum ministrationum quatuor erant communes sacerdoti magno, & minori- H bus, vltima autem soli sacerdoti magno cõueniebat. hanc differentiam assignat Apostolus ad Hebræ. cap. 9. dicens, quòd in primam partem tabernaculi quotidie introibant sacerdotes ministeria consummantes. In secundam autem, s. in sancta Sanctorum solus põtifex semel in anno, & nõ sine sanguine, quem offert pro sua ignorantia. Item patet hoc, quia quòd vltima ministratio harum pertineat ad summum sacerdotẽ, non est dubium Leui. cap. 16. sed de alijs quatuor primis, an sint communes summo sacerdoti & minoribus, videtur aliquibus dubium, sed satis constat, quòd omnes possent per minores sacerdotes expleri, vt satis declaratum est Leui. cap. 21.

Alię autem erãt ministrationes sacerdotales extra I Sanctuarium, & istę erant duplices, quędã erant quasi sacrificia, sicut immolare vitulã rufam extra castra, ad faciendum cineres lustrationis populi, & hoc ad sacerdotem solum pertinebat, quamquam non esset ꝓprie sacrificium. de hoc sequent. cap. Aliæ erant ministrationes ad quasdam expiationes, velut si aliquis esset leprosus, vel suspectus de lepra adducebatur ad aliquem de sacerdotibus, & respiciebat, an esset vere leprosus Leui. c. 13. & si aliquis extra castra eiectus, tanquam leprosus postea esset mundatus, sacerdos exibat illuc facturus quasdam cæremonias, de quibus Leui. capit. 14. Item si aliqua domus videretur esse leprosa, sacerdos ibat ad considerandum eam, faciens iuxta ea, quæ habentur Leuit. cap. 14. istę autem duę ministrationes pertinebant solum ad sacerdotes: de K vitula rufa, patet sequenti cap. vbi iubetur, quòd Eleazarus filius Aaron immolaret eam: de purificationibus leprosorum, patet Leuit. cap. 13. istę ministrationes duæ erant communes summo sacerdoti, & minoribus, de summo sacerdote manifestum est, quia omne quod conuenit sacerdotibus minoribus, cõuenit maximo sacerdoti, & non econtrario, ꝙ autẽ minoribus sacerdotibus conueniat patet, quia vitula rufa ab Eleazaro fuit immolata, ipse tamẽ erat de sacerdotibus minoribus, quia Aaron viuebat, quando vitula rufa immolata est, de qua sequenti capitulo, sed eo viuente nullus erat summus sacerdos, nisi ipse, & eo mortuo fuit constitutus in summum sacerdotem Eleazarus, infra 20. cap.

De expiationibus leprosorum, quòd ad sacerdotes minores pertineant patet Leuitici cap. 13. vbi dicitur, quòd si aliquis habuerit plagam leprę adducatur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Istę solum sunt ministrationes sacerdotales, ad quas non licebat accedere Leuitis, nec popularibus, alioquin morerentur. potest autem addi his alia ministratio sacerdotalis, quæ licet non esset ad omne tempus, solis tamen sacerdotibus conueniebat, & ista est disponere vasa Sanctuarij tegendo illa, quando mouenda essent castra, vt patet supra ca. 4. vbi dicitur, ꝙ Aaron, & filij sui introibant in Sanctuarium, & ipsi tegebant vasa ne Leuitę introirent ad tegendũ illa, & morerentur. postquam autem vasa erant operta pallijs suis, de quibus ibi Leuitę ducebant illa in itinere, ad omnes autem alias ministrationes pręter has Leuitis licebat accedere. Et cum dicitur hic, ꝙ solus Aarõ & filij sui ministrarent in tabernaculo testimonii, nõ est intelligendum, quòd omnes aliæ ministrationes, quæ erant extra tabernaculum competerent Leuitis. nam prima ministratio sacerdotalis, s. immolatio sacrificiorum erat extra tabernaculum, & tamen non licebat Leuitis. magis autem dicendum est, quòd hic accipiatur tabernaculum large pro toto Sanctuario, & sic est verum, ꝙ nõ licebat Leuitis facere aliquam ministrationem in Sanctuario, sed solum erat ministratio sua in custodiendo illud, & portando.

Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua. Istud potest intelligi dupliciter. vno modo, quòd Leuitæ excubabũt idest, vigilabunt, vel erunt diligenter attendentes ad præcepta tua, & tunc est mandatum istud generale, s. ꝙ facerent Leuitæ omnia quę iuberet Aaron. Alio modo est sensus, quòd excubare accipiatur pro vigilare, vel castrametari in circuitu Sanctuarij, & istud est vnum de officijs Leuitarum, nam s̃. c. 1. dr̃, quòd Leuitę excubabunt in circuitu Sanctuarij, & erigẽt illud cum erigendum fuerit, atque deponent cũ fuerit deponendum, & portabunt in via. & sic excubare est primum officium. Iste sensus est melior pręceden. quia ponuntur ista duo, tanquam distincta, s. excubare ad mandatum Aaron, & ad cuncta opera tabernaculi, & tamen primo modo non poterant ista duo distingui, cum generaliter iubeatur, ꝙ ad omnia pręcepta Aaron Leuitę vigilanter se haberent, intentio ergo literę est, quòd assignentur hic officia Leuitarum quorum vnum est excubare.

Leuitæ, an essent sub præcepto Aaron. Et quòd laborabant in omnibus operibus Sanctuarij. Quæst. IIII.

ALIQVIS arguet, ꝙ non excubarent Leuitæ ad pręceptum Aaron, quia ipsi habebãt principes, qui sibi iuberẽt, vt patet s̃. 3. ergo Aaron nihil poterat iubere. respondẽdum est, ꝙ trium familiarum Leuiticarum ponebant̃ principes tres, & illi erant sub manu filiorum Aaron, vt s̃. c. 3. isti autem erant sub mandato patris sui Aaron, ergo omnes Leuitę debebant subijci Aaron, licet non immediate, & ad pręceptum suum excubabant. Et cũ dicitur hic, quòd faciebant ad pręceptum Aarõ, dicet aliquis adhuc non stare, quia Leuitę habebant officia determinata a Deo, vt patet s̃. cap. 3. & 4. ideo non poterat eis Aaron mutare officia. Si autem iuberet id quod a Deo iussum erat, nihil hoc erat iubere cum ex lege tenerentur ad hoc. Rñdetur, ꝙ licet Aarõ nõ posset mutare Leuitis officia eis a Dño imposita, tñ ĩ quolibet generali officio, seu parte ministrationis s̃. signatę 3. & 4. c. poterant multa aliter, & aliter fieri, quę ille mandare poterat, cui volebat, & qualiter volebat: dum tamen esset in familia illius ministrationis, & in

A hoc erat magnum præceptum Aaron. Aliter dici põt ꝙ Aaron pręcipiebat Leuitis, s. nihil iubendo, sed cõpellendo ad exequendum ea quę ad eorum officium pertinebant, vel si non complerent puniendo illos, & huius sunt executores dati aliquarum legũ, vel constitutionum, quia non habent potestatem vltra iubendi q̃ lex dicat, tamen compellebant subditos legis ad legis obseruantiam, & in hoc modo etiam est aliquid ꝓcipere, & vtroq; modo verum est de Aaron, ꝙ ad ꝓceptum suum excubabãt Leuitę, sed primus modus magis conuenit. *Et ad cuncta opera tabernaculi.* i. non solum ad pręceptum Aaron Leuitę in operibus Sãctua- B rij custodiendi laborabunt, quod est excubare, sed ẽt in omnibus operibus tabernaculi. Sed ꝯ hoc dicet, q̃a s̃. dictum est, ꝙ solus Aaron, & filij sui ministrarent in tabernaculo. Rñdendum est s̃m quosdam, ꝙ accipit hic tabernaculum large pro toto Sãctuario, & sic erit sensus, ꝙ ad oĩa opera tabernaculi, i. ad opera atrij, qđ est Sanctuarium Leuitę erũt parati sub pręcepto Aaron. Sed dicendum est, ꝙ hoc non stat, quia sicut Leuitę non habebant aliquam ministrationẽ intra tabernaculum, ita non habebant aliquam intra atriũ tabernaculi, quia in atrio solũ fiebant sacrificia, quę ẽt non poterant facere Leuitę cum ꝑtineant ad ꝓpriam ministrationem sacerdotũ. Iõ dicendum est aliter, ꝙ Leuitę seruiebant ad oĩa opera tabernaculi, i. ad oĩa opera Sanctuarij, siue accipiatur Sanctuariũ ꝓ tabernacu- C lo, siue ꝓ atrio eius, non quidem ꝙ ipsi hẽrent aliquã ministrationem in tabernaculo, vel in atrio, quia oẽs hmõi erant sacerdotales, sed quia operatio q̃ erat portare oĩa q̃ sunt in Sãctuario pertinebat ad illos, & operatio in erigendo, & in deponẽdo tabernaculũ, & atriũ eius. *Ita duntaxat, vt ad vasa Sanctuarij, & altare non accedant.* i. oĩa quę sunt in Sanctuario ipsi faciant ꝑter hoc ꝙ non accedant ad altare, nec ad Sanctuarij vasa.

An omnis ministratio sacerdotalis prohibetur Leuitis. Quæst. V.

D IN hoc prohibetur Leuitis oĩs ministratio sacerdotalis quę s̃. enarrata est, & permittitur quęlibet alia pręter illas ministrationes, sed non est in toto Sãctuario demptis illis aliqua ministratio, nisi portare Sãctuarium erigere, & deponere illud, quę sunt operationes Leuitarum, vt patet s̃. c. 1. 3. & 4. per istas aũt ministrationes quę tangunt̃ hic, s. accedere ad altare, & ad vasa Sanctuarij intelliguntur oẽs ministrationes sacerdotales, quę sunt in toto Sãctuario, nam per accedere ad altare intelligitur ministratio prima, quę est offerre sacrificia q̃ in altari holocaustorum fiunt. Cum autem dr̃, ꝙ ẽt non accedant ad vasa Sanctuarij intelligũtur oẽs alię ministrationes, q̃a oblatio panũ, q̃ erat secũda ministratio, fiebat suꝑ mensam propositionis, quę est vas Sanctuarij, i. tabernaculi. Ministratio tertia, s. incendere, vel disponere lucernas est in vase Sãctuarij, s. cã- E delabro aureo: offerre thymiama est quarta ministratio suꝑ altare aureum, & istud est vas Sanctuarij. Quinta ministratio fiebat intra sancta Sanctorũ aspergẽdo sanguinem ꝯ propitiatorium, & ista fiebat in vasis Sanctuarij, quia portabant̃ prunę, & thymiama ad introeundum illuc in thuribulo Leui. 16. c. [th]uribulũ aũt est vas sacrum. Item ferebat̃ sang[ui]s ad aspergẽdũ intra tabernaculũ, & illud etiam erat in vase sacro. Itẽ quia aspergebatur sanguis iste cõtra propitiatorium, & illud erat de sacratissimis vasis, ideo non licebat Leuitis facere ministeria ista, ne tangerent vasa sacra.

Alię duę ministrationes sacerdotales, quæ fiebant extra Sanctuarium, scilicet, immolatio vitulę rufę, & expiatio leprosorum non prohibentur hic, nõ quidem quòd per hoc videantur permissę Leuitis, quia nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulla ministratio sacerdotalis eis licet, sed quia hic dicebatur de Sanctuario, & per ea quæ sunt in Sanctuario non possent intelligi istæ duæ ministrationes quæ sunt totaliter extra.

Sed dicet aliquis sufficiebat hoc modo exponēdo dici, quòd omnes ministrationes licerent Leuitis, præterquam accedere ad vasa Sanctuarij, & in hoc intelligerentur omnia ministeria sacerdotalia. nam accedere ad altare est aliquod ministeriū de sacerdotalibus, & istud altare est vas Sanctuarij.

Respondendum est, quòd conuenienter exprimit hic altare, nam non est de vasis Sanctuarij: accipitur enim Sanctuarium solum pro tabernaculo, & tūc intra illud sunt omnia vasa, in qbus sacerdotes ministrare debent: altare autem holocaustoram non est intra tabernaculum, sed ad ostium eius, ideo nec est de vasis Sanctuarij. *Ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.* Ideſt si Leuitę accesserint ad altare, vel ad vasa Sāctuarij morientur, & vos peribitis simul, ſ. sacerdotes, qa tunc Leuitæ pro trāsgressione, sacerdotes autem pro negligentia, & omissione punirentur, & istud consonat expositioni primæ literæ superioris, ſ. quomodo sacerdotes portarent iniquitates Sanctuarij.

Qualiter Leuitis licebat accedere ad altare, & tangere vasa sanctuarij, & qualiter non. Quæst. VI.

CONSIDERANDVM autē circa hoc, qꝑ Leuitę non morerentur accedendo ad vasa Sāctuarij, vel ad altare quomodocūque, sed solum accedendo ad illa vt ministrarēt, vel accedendo ad ea cum nuda essent. Si autem ad ministrandum irent manifestum est, qꝑ morerentur, quia ministratio in vasis sacris ad solos sacerdotes pertinebat, etiam morentur si tangerēt ista vasa nuda, etiam non animo ministrandi, vt patet supra cap. 4. si tamen tangerent ea Leuitæ operta, non morerentur, vt cum portabant humeris suis, quia tunc necesse erat illa tāgi. Circa altare dicendum est, quòd nō accipiatur hic pro altari thymiamatum, sed solum pro altari holocaustorum, quamquam duo essent altaria, & ad quod cunque eorum accedere peccatum erat Leuitis. Dicunt tamen quidam solum exprimi hic de altari holocaustorum, quia illa, quæ in maiori occasione erant & periculo, magis prohibētur. altare autem holocaustorum, & vasa eius erant extra tabernaculū in atrio, vbi Leuitæ faciliter tangere possent. altare autem thymiamatis, & mensa, & arca, & candelabrum non nominantur hic, licet maius peccatum esset tangere arcam quam altare. Sed nō erat Leuitis, ita promptum tangere ista, sicut alia, quia ista erant intra tabernaculum. sed hoc non stat, quia hic nō solum fuit tactum de altari holocaustorum, sed etiā de altari thymiamatum. cum dicatur, quòd Leuitæ non tangerent vasa Sanctuarij, nec altare. nomine autē vasorum Sanctuarij intelliguntur omnia vasa quæ erant in tabernaculo, in quibus erat vnum altare holocaustorum, ideo non fuit positum distincte. altare autem holocaustorum non erat de vasis Sāctuarij, ſ. tabernaculi, cum essent extra in atrio, ideo nominatim positum est.

Sint ad te, & tecum, & excubent in custodijs tabernaculi. Ideſt Leuitæ erunt tecum, ſ. in parte tua, quia pertinebāt ad iussa sacerdotum, sicut dictum fuit ſ. quòd Aaron sumeret secum fratres suos de tribu Leui, & sceptrū patris sui, & hoc vt excubarēt in custodijs tabernaculi, ideſt, vt vigilent custodiendo tabernaculum, quia istud erat vnum officium Leuitarū obseruare, ne quis de alienigenis introirent in Sanctuarium, vel accederet ad castrametandum circa illud, quia sic oriretur indignatio super totam multitudinem supra c. 1. & ꝛ. in litera. *Et in omnibus cæremonijs eius.* Ideſt vigilabunt Leuitę ad hoc, quòd faciant omnia quæ pertinent ad cæremonias Sanctuarij. non est hoc verum vniuersaliter, quia tunc Leuitæ possent facere omnes cæremoniales ministrationes sacerdotum: sed falsum est, qa omnes erāt prohibitę, sed intelligitur de omnibus cęremonijs, quę erant præter ministrationes sacerdotales, quia istę pertinebant ad Leuitas, & vocantur cęremoniæ Sanctuarij, ideſt in portando Sāctuarium, vel erigendo, aut deponendo illud, & istę sunt partes officij Leuitarum, supra c. 3. & 4.

Alienigena non miscebitur vobis. Hic loquitur Deus de sacerdotibus, & Leuitis, quòd non admisceretur eis aliquis alienigena, ideſt, si non esset de tribu Leui, qa non liceret ei ministrare, & si ministraret moreretur. hic non accipitur alienigena pro Leuitis, sicut aliquā do consueuit accipi, sed solum pro popularibus, causa est, quia officium istud respectu cuius dicuntur hic aliqui alienigenæ, est commune sacerdotibus & Leuitis: & dicitur quòd non miscebitur illis, ſ. ministrando in officio sacerdotali, vel cultu Leuitico. etiam verum est, quòd Leuitæ non deberent miscere sacerdotibus, quantum ad officium suum, quia erant alienigenæ respectu illorum. sed de hoc non dicitur hic.

Excubate in custodia Sanctuarij. Istud potest referri ad solos sacerdotes, vel ad Leuitas, & sacerdotes. Si autē ad vtrosque, est sensus, quòd excubarent, ideſt castrametarentur in custodia Sanctuarij, ſ. custodiendo, ne aliquis de extraneis accederet ad Sanctuarium, vel ne castrametaretur iuxta illud, & hoc erat commune sacerdotibus & Leuitis, quia erant distincti Leuitæ in tres familias, ſ. Caathitas, Gersonitas, & Merarites, & præter istos erant sacerdotes, qui quamquam essent de familia Caathitarum, tamen non computabantur cum ipsa familia, sed erant tanquam quatuor familię, & istę excubabant per quatuor latera Sanctuarij, ſ. ad occidentalem plagam castrametabantur Gersonitæ, ad Meridianam Caathitæ, ad Septētrionalem autem Merarite, ad Orientalem vero sacerdotes supra cap. 3. ideo si aliquis accederet ad Sanctuarium, tam Leuitarum quam sacerdotum communis culpa erat. Alio modo & sensus literæ, quòd referatur ad solos sacerdotes, & tunc dicitur, quòd sunt in custodia Sanctuarij, ideſt, quòd ipsi debent obseruare specialiter, ne quis accedat ad Sāctuarium, ideſt ad tabernaculum, & ista est ministratio sacerdotum, vt cauerent ne etiam Leuitæ accederent ad tabernaculum ad ministrandum, vel videndum aliquid curiose, & iste sensus conuenit tior est, quia dicitur immediate, quòd sacerdotes sint in ministerio altaris, sed istud solum cōuenit ad sacerdotes, non ergo potest sub eadem clausula accipi aliquid quod pertineat ad solos sacerdotes, & aliquid ad sacerdotes & Leuitas commune sit, ideo de sacerdotibus intelligitur, ſ. quòd Sanctuarium accipiatur pro tabernaculo solum. sacerdotes autem debent custodire tabernaculum, ſ. ne aliquis de Leuitis accedat ad ministrandum in aliquo vase eius, vel qualitercunque ingrediatur in illud.

Et in ministerio altaris. Ideſt, quòd sacerdotes excubent circa ministerium altaris, ipsi soli ministrantes in altari, & cauentes ne quisquam alius ministret in illo. nam si per eorum negligentiam aliquis de Leuitis accederet ad ministrandum, rei essent mortis.

Ne oriatur indignatio super filios Israel. Ideſt obseruate diligenter ea quæ pertinent ad ministerium vestrum, quia si non obseruatis, poterit nasci plaga magna super totum populum, & ista vocatur indignatio, ideſt ira Dei. nam huiusmodi plagæ, quia a Deo infliguntur, vt dentur ab eo irato prouenire. Intelligitur autem ista litera dupliciter. vno modo quòd si sacerdotes nō custoditent

stoditent diligenter ministerium suum, oriretur indignatio super multitudinem, ſ. quia negligentia eorū daret occasionem cęteris Israelitis accedendi ad ministrandum, & tunc oriretur indignatio super sacerdotes, quia omiserant obseruare quæ ad ministerium eorum pertinebant, & super cęteros Israelitas oriretur, quia ipsi ex negligentia sacerdotum attentauerāt ministrare.

Alio modo intelligit, qꝑ oriret indignatio super filios Israel, ideſt super totā multitudinē, qa si sacerdotes negligerent obseruare ministerium suum, accederent multi de populo ad ministrandum, & tunc ipsi qui accederent occiderentur pro transgressione, sacerdotes autem pro omissione, reliqua autem multitudo puniretur, quia omittebat punire trāsgressores, vel quia non resistebat eis, & sic per negligentiam sacerdotum omnes Israelitę efficerētur rei, & oriretur super eos indignatio, iste sensus habetur supra cap. 1. ſ. quòd Leuitæ castrametarentur per gyrum tabernaculi ne fieret indignatio super totam multitudinem.

Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas. Hic ponitur quomodo sacerdotes non solum debent cauere ne ad ministeria eorum accedat quisquam de popularibus, sed etiam, nec quisquam de Leuitis. & dicitur ego dedi vobis Leuitas fratres vestros, ſ. Leuitæ fratres vestri sunt, quia sacerdotes, & Leuitæ sunt de eadem tribu, ſ. Leui, & accipiuntur Leuitę hic, vt signāt officium, & non, vt Leuita nomen progeniei, quia secundo modo tam sacerdotes quam Leuitę sunt Leuitæ, id est de tribu Leui, sicut vocantur omnes Rubenitę de tribu Ruben, & est sensus, quamquam dederim vobis fratres vestros Leuitas ad subministrandum, non debetis permittere, vt ministrent ipsi in eo, in quo vos ministratis.

De medio filiorum Israel. Ideſt accepi Leuitas de medio Israelitarum ad dādum vobis in ministros. in quo significatur quędam segregatio, ſ. quòd Leuitę erant cū cęteris populis antequā assumeret eos Deus ad aliquam ministrationem. Cum vero assumpsit dicitur eos segregasse de medio multitudinis, quia nullum de reliqua multitudine accepit.

Et tradidi donum domino. Ideſt ego tradidi Leuitas domino in donum, ſ. dedi eos domino tanquam quoddam donum, vt ministrarent ei. nam reliqui Israelitæ non ministrabant, Leuitæ autem cum dati sunt ad ministrandum domino dicūtur dati in donum, & Deus loquitur hic de seipso, tanquam de alio, quòd ipse dederit Leuitas donum domino. proprie tamen non poterat ipse dare in donū, quia ipse erat qui accipiebat. vnde magis deberet dicere accepi Leuitas in donum, sed intelligitur litera, quòd ipse dedit in donum domino, ideſt fecit, quod Israelitę darent sibi Leuitas in donum, quod erat dare domino. sic patet supra ca. 8. ſ. quòd Leuitæ dono donati sunt mihi a filiis Israel. de hoc autem, an vere fuerit donum, vel solutio obligationis declaratum est supra cap. 3. Nam Leuitę erāt obligati pro omnibus primogenitis Israelitarum, cū Deus voluerit accipere illos pro omnibus primogenitis, & si non accepissēt Leuitas primogenitos accepisset. ergo non fuerūt donati Leuitę, sed in commutationem, fuit tamen donatio respectu sacerdotum, quia Deus elegerat Aaron, & filios suos ad sacerdotium, & si non adiunxisset eis aliquos subministratores, ipsi deberent ministrare in omnibus, quę pertinebant ad Sanctuarium. Cum autem dati fuerint eis Leuitæ in adiutorium, fuit gratia magna ipsi, & donatio, quia non erant obligati eis, nisi Deus illis daret in coadiutores.

Vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Ideſt ad hoc Leuitæ donati fuerunt, vt seruiant in ministerio tabernaculi, non intelligitur hoc de aliquo ministerio, quod fieret intra tabernaculum, vel in toto Sanctuario, quia omnia hęc pertinebant ad sacerdotes, vt supra declaratum est, sed intelligitur de ministerio tabernaculi, ideſt de ministerio, quod est in portando tabernaculum, & erigendo illud, atque deponēdo, & excubando in circuitu illius. ista enim sunt officia Leuitarum supra cap. 1. 3. & 4. accipitur autem hic tabernaculum large, tam pro tabernaculo quam pro atrio eius, quia non solum Leuitæ ministrabant portantes tabernaculum, sed etiam portantes omnia quæ pertinebant ad atrium, & illud erigebant, atque deponebant, cum tabernaculum erigeretur, & deponeretur supra ca. 3. & 4. dicitur autem hic tabernaculum eius, ideſt Dei, quia Deus loquitur hic de seipso, tanquam de alio, ſ. ego donaui Leuitas Domino, vt seruiant in ministerio tabernaculi eius. *Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum.* Aaron solus, & filij eius erant ordinati in sacerdotes, ideo ad hos solos pertinebat ministratio in officio sacerdotali, sicut ī ecclesia diuersi ordines habent diuersa ministeria, & quicunque est in minori non potest ministrare in ordine maiori, huius modi differentia erat de Leuitis, & sacerdotibus. vnde dicitur tu & filij tui custodite sacerdotium vestrū, ſ. explentes omnia quæ ad sacerdotium pertinent, & nullum alium ae ministrandum accedere permittentes. *Omnia quæ ad cultum altaris pertinent, et intra velum sunt per sacerdotes ministrabuntur.* Hic datur regula generalis de omnibus quæ ad officium sacerdotale pertinent, & sunt in communi, ſ. ministratio in altari holocaustorum, & ministratio intra velum, ſ. in rra tabernaculum, in quo tanguntur ministrationes quinque, quas supra determinate posuimus, qa omnes istę sunt partim in altari, & partim intra velum, ſ. in tabernaculo. Prima ministratio erat offerre sacrificia, & ista erat in altari holocaustorum, ideo per sacerdotes administrāda erat. Secunda erat in mensa propositionis offerendo panes, & quia mēsa erat intra tabernaculum, Exo. 26. pertinebat ministratio ad sacerdotes.

Ministrationes quinque, quæ ī Sāctuario fiebant.

Tertia ministratio erat ī dispositione lucernarum in candelabro, & ista necessario erat sacerdotalis, quia candelabrum erat intra tabernaculum Exod. 26. cap.

Quarta ministratio erat oblatio thymiamatis, & ista est etiam sacerdotalis, quia in altari thymiamatū fiebat, quod erat intra tabernaculum ante sancta Sanctorum Exod. 30. cap.

Quinta ministratio pertinens ad diem expiationis erat maxime sacerdotalis, quia fiebat ī parte secretiori totius tabernaculi, ſ. intra sancta Sāctorum, ideo ad maximum sacerdotem pertinebat, vt patet Leuit. 16. cap. de ministrationibus duabus sacerdotalibus, quæ erant extra Sanctuarium, ſ. de expiatione leprosorum & de immolatione vitulę rufę nihil hic tangitur, quia solum agitur de his quæ erant in Sanctuario.

Et sciendum, quòd non solum istę ministrationes enarratę, sed etiam omnia accessoria eorum ad sacerdotes pertinebant, sicut est de sacrificijs, quòd nemo posset facere ea, nisi sacerdos, ita accessorium, quod est ponere ligna in altari, & fouere illum ignem perpetuum ad solum sacerdotem pertinebat Leuit. ca. 6. cum dicitur, ignis semper ardebit in altari, quem nutriet sacerdos subijciēs ligna mane per singulos dies. Item disponere altare ad hoc, quòd fierent ibi sacrificia erat accessorium ad sacrificia, ideo ad solos sacerdotes pertinebat disponere, & hoc erat quotidie cineres auferendo de altari Leuit. capitu. 6. ſ. vestietur sacerdos tunica, & feminalibus, tollens cineres quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque alijs efferet eos extra castra.

Item

Nõ ſolum miniſtrationes, ſ. ſacerdotales pertinebãt ad ſacerdotes, ſed etiam omnia acceſſoria eorũ.

Item experimentum, quod fiebat in ſacrificio zelotypiæ, ſ. ponere aquas in vaſe, & maledicere illas, atque dare in potum mulieri, de qua ſuſpitio habebatur ad ſolum ſacerdotem pertinebat, quia iſta fiebant ſimul cum ſacrificiis, vt patet ſupra cap. 5. ſed non poterat aliquis facere ſacrificia, niſi ſacerdos. ergo nec poterat facere experimentum illud. Item fiebant cęremoniæ quędam in Nazaręis, quando polluebantur, vel quando ceſſabat votum eorum, ſ. radendo crines capitis eorum, & iſta nõ poterat facere, niſi ſacerdos, quia erant acceſſoria ſacrificiis. nam cum iſta fierent pariter ſacrificia fiebant: etiam quia ille qui radebat crines Nazaręi debebat comburere eos ſuper altare, nemo tamen ponebat quicquam ſuper altare, niſi ſacerdos de hoc ſupra 6.c. & generaliter dicendum eſt, quòd omnia quę ſunt acceſſoria immediate miniſtrationibus ſacerdotalibus ſupra poſitis fiebant per ſacerdotes ſolum, dico immediate, quia apparatus remoti rerum, quæ veniunt in miniſtrationem ſacerdotalẽ, non fiunt per ſacerdotes, ſicut ſacerdotum erat offerre thymiama in altari, tamen non pertinebat ad eos, quòd ipſi irent ad locum vbi naſcebantur partes materiales, ex quibus conficiebatur thymiama, vt per ſe inde acciperent, & ducerent in Sanctuarium. Item quamquam ſacerdotes diſponerent lucernas, & oleũ in candelabro, tamen non oportebat, vt ipſi colligerent oliuas ad exprimendum oleum, & calcarent in torculari. idem eſt circa animalia quæ in ſacrificiis cremabantur, quia non erat neceſſe, vt ſacerdotes illa paſcerent extra vrbes, & ita applicabitur de cęteris. miniſtrationes autem quæ erant immediate acceſſoriæ ad ſacerdotales miniſtrationes etiam erant ſacerdotales. ſic patet de illis quas ſupra poſuimus circa ignem, & cineres altaris, & circa Nazaręos, & mulierem zelotypiam.

Quomodo omnis miniſtratio tabernaculi, & atrij fiebat per ſacerdotes & quod in labio æneo non fiebat aliqua miniſtratio. Et quis modus miniſtrationis Leuitarum. Quæſt. VII.

CONSIDERANDVM autem, quòd generaliter omnis miniſtratio quæ erat intra tabernaculum pertinebat ad ſacerdotes, ita vt nihil omnino Leuitæ deberent miniſtrare intra Sanctuarium, quod patet. nam Sanctuarium habebat duas partes, ſ. tabernaculum, & atriũ eius, quod erat in circuitu. De tabernaculo apparet, quòd nõ poſſent in eo quicquam miniſtrare Leuitæ, cum dicatur hic, quòd omnis miniſtratio quæ erat in altari, & intra velum per ſacerdotes fieret, ſed intra velum accipitur ibi pro tabernaculo. ergo nihil intra tabernaculum miniſtrabant, immo non licebat eis introire illuc, q̃a ſi introirent, & viderent vaſa nuda morerentur ſupra cap. 4. Reſtat ergo an poſſent miniſtrare Leuitæ in atrio tabernaculi, & dicendum, quòd non, quia miniſtrationes totius Sanctuarii fiebant in aliquibus vaſis, ſed in atrio tabernaculi ſolum erant duo vaſa, ſ. altare holocauſtorum, & labium ęneum, & in his non licebat miniſtrare Leuitis. ergo nequaquam licebat miniſtrare in atrio tabernaculi. De altari holocauſtorũ, quòd eſſet in atrio tabernaculi, patet Exodi cap. 27. & ibi fiebat miniſtratio ſacrificiorum, quæ non erat licita Leuitis, cum dicatur hic. omnia quę ad altaris cultum pertinent per ſacerdotes adminiſtrabuntur. De labio ęneo dicendum eſt, quòd non fieret in eo aliqua miniſtratio, ſed ſolum erat aqua ibi, vt ſacerdotes lauarent pedes, & manus cum miniſtraturi eſſent Exodi 30. Qui autem non erat miniſtraturus in altari, vel tabernaculo non debebat ibi lauare pedes, & manus. iſtud labium ęneũ erat in atrio tabernaculi apud

F altare Exodi cap. 30. & 40. Conſtat ergo, quòd Leuitæ non poterant miniſtrare in his duobus vaſis, & cõſequenter, nec in toto atrio, quia nulla alia vaſa erant in eo, & miniſtrationes fiebant ſemper in aliquibus vaſis, cum eſſent corporales operationes, & non debebant fieri ſuper pauimentum. Item patet hoc, quia in toto Pentateucho Moyſi in quo eſt tota lex, & cęremoniæ Hebræorum, non ponuntur aliqua alia miniſteria pręter hęc, & iſta ſunt ſacerdotalia. ergo non ſunt aliquę miniſtrationes Leuitarum in tabernaculo teſtimonii, vel in atrio eius. Modus autem miniſtrationis Leuitarum erat iſte, quòd cum manerent Iſraelitæ in caſtris, Leuitæ caſtrametabantur in circuitu Sanctuarii per quatuor latera eius, vt patet ſupra c. G 3. & hoc ne permitterent aliquem de Iſraelitis accedere ad caſtrametandum circa Sanctuarium, vel tangendum illud, vt colligitur ſupra cap. 1. & nihil alterũ toto hoc tempore faciebant, immo nec licebat eis intrare ſaltem in atrium tabernaculi, ſicut non licebat popularibus, niſi forte vellent ingredi ad offerendum ſacrificium, quia tunc generaliter omni offerenti, ſiue laicus, ſiue ſacerdos eſſet, licebat introire vſque ad oſtium tabernaculi, immo neceſſitabatur intrare vſque illuc, quia ibi ſuſcipiebat ſacerdos animal immolabile de manu offerentis Leuitici ca. 1. & 3. & per totum Leuiticum. Si autem non offerrent, illicitus erat eis ingreſſus, & propter hoc quamquam Leuitæ caſtrametarentur in circuitu Sanctuarii, tamen in latere oriẽtali, vbi erat oſtium atrii, ſoli ſacerdotes caſtrametabantur H cum Moyſe ſupra capi. 3. vt non pateret eis aditus ad Sanctuarium, quando vellent. ſacerdotes autem, & Moyſes caſtrametabantur in parte orientali apud oſtium atrii, quia eis non erat illicitum introire in Sanctuarium, quando vellent. nihil ergo Leuitæ faciebant cũ manebant caſtra, niſi excubare in circuitu Sanctuarii. Cum autem mouerentur caſtra habebant Leuitę tres miniſtrationes. Prima erat, quòd deponerent Sanctuarium poſtquam ſacerdotes velaſſent palliis ſuis vaſa Sanctuarii. Secunda miniſtratio erat, quòd portarent totum Sanctuarium ſinguli Leuitę per officia ſua ſecundum partes eis aſſignatas ſupra cap. 3. & 4. I Tertia autem miniſtratio erat, quòd cũ caſtra figerent Leuitę erigerent Sanctuarium in loco vbi ſteuiſſet nubes, & conſediſſet arca, vt declaratum eſt ſupra cap. 9. nulla autem alia miniſtratio Leuitarũ erat, & durauit modus iſte vſque ad tempora Dauid, qui inſtituit Leuitas eſſe cãtores, & ianitores, atq; habere alia officia in Sanctuario de quo 1. Paralip. 23. & 25. ca. & ſic patet quæ erant miniſtrationes Leuitarũ, & quæ ſacerdotum.

Omnia quæ ad altaris cultum pertinent. Hic accipitur altare ſolum pro altari holocauſtorum, quamquam eſſet aliud altare thymiamatis, in quo etiam ſoli ſacerdotes miniſtrabant. ſed non dicitur de illo, quia erat intra tabernaculum, & omnia illa comprehendũtur K ſub clauſula generali infra poſita. dicuntur aliqua pertinere ad cultum altaris, ideſt ad miniſterium, vel ſeruitium, quia colere ſignificat interdum ſeruire, ſicut dicimus cultum Dei, ideſt Dei ſeruitium. dicuntur autem ad altaris cultum pertinere omnia quæ fiebant in altari, vel ad ipſum altare pertinebant, ſicut ponere ligna ad fouendum ignem, & educere cineres quotidie, de quibus Leui. cap. 6. occidere animalia cremanda in altari, decoriare illa, diuidere in fruſta, lauare pedes, & caput, & inteſtina, & ſuper ignem altaris partes Deo debitas de ſacrificiis cremare, ſimilam cum libamentis ſuis offerre, & partem cõburere. de his omnibus tangitur Leui. c. 1. 2. & 6. & ſupra 15. hęc enim omnia ſoli ſacerdotes faciunt.

Et intra velum ſunt. Ideſt etiam omnia quę ſunt intra velum adminiſtrabantur per ſacerdotes, dicuntur intra velum eſſe ea quę ſunt in toto tabernaculo, erant enim iſta duo diſtincta, ſ. tabernaculum, & atrium. In atrio nihil erat in quo proprie poſſet miniſtrari, niſi in altari, ideo de hoc ſolum expreſſum eſt. Intra tabernaculum autem erat menſa propoſitionis, & candelabrum, & altare thymiamatis, & propitiatorium in Sãcta ſanctorum quæ omnia proficiebant ad miniſtrationes, ideo nõ eſt expreſſum de quolibet eorum ſpecialiter, ſed dictum eſt, ꝙ omnia quę erant intra tabernaculum pertinerent ad miniſtrationem ſacerdotũ. & dicitur intra velum, quia tabernaculum habebat tentorium quoddam pendens ante introitum, quo claudebatur ipſum tabernaculum, omnia autem quę erant poſt illud velum pertinebant ad ſacerdotes, nec accipitur hic velum, quia illud dicitur eſſe, quod pendet intra tabernaculum ante quatuor columnas, diſtinguens Sancta ſanctorum a priori parte tabernaculi. de hoc Exodi 26. c. & 30. & iſtud vocatur vniuerſaliter velum in omnibus libris Moyſi, ita etiam Matt. 27. cap. dicitur velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; deorſum, & Apoſtolus hoc modo accipit ad Hebrę. cap. 9. vocans iſtud velamentum diſtinguens primum tabernaculũ a ſecundo. hic tamen large vocatum eſt iſtud velum.

Siquis externus acceſſerit occidetur. Ideſt ſi aliquis de extraneis accedere voluerit ad aliquam harũ miniſtrationum occidetur, ſ. per iudices ſi contenderit miniſtrare tãquam ſibi debitum, vel occidetur a Deo ſi iudices illum occidere noluerint, vel non potuerint, ſicut fuit in ſeditione Chore, vbi Moyſes, & Aaron nõ poterant reſiſtere tantę multitudini, ideo Deus occidit peccatores illos ſupra cap. 16. & vocatur hic extraneus omnis qui non eſt de genere ſacerdotum, quia ſicut miniſteria Leuitarum erant illicita popularibus, & reſpectu eorum vocabantur populares alienigenę, ita miniſteria ſacerdotum erant illicita Leuitis, & vocabantur ipſi alienigenæ reſpectu ſacerdotum.

Locutuſque eſt dominus ad Aaron. Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia quæ ſanctificantur a filiis Iſrael tibi tradidi, & filiis tuis pro officio ſacerdotali legitima ſempiterna. Hæc ergo accipies de his quę ſanctificantur, & oblata ſunt domino. Omnis oblatio, & ſacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi; & cedit in Sancta ſanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. In Sanctuario comedes illud, mares tantum edent ex eo, quia conſecratum eſt domino. Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filii Iſrael, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo, qui mũdus eſt in domo tua veſcetur eis. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti quicquid offerunt primitiarum domino, tibi dedi. Vniuerſa frugum initia, quas gignit humus, & domino deportantur, cedent in vſus tuos, qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filii Iſrael, tuum erit. Quicquid primum e vulua cunctæ carnis, quam offerũt domino,

A ſiue ex hominibus, ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias, & omne animal, quod immundum eſt redimi facias, cuius redemptio erit poſt vnum menſem, ſiclis argenti quinque pondere Sanctuarii. Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis, & ouis, & capræ non facies redimi, quia ſanctificata ſunt domino. Sanguinem tantum eorum fundes ſuper altare, & B adipes adolebis in ſuauiſsimum odorem domino, carnes vero in vſum tuum cedent, ſicut pectuſculum cõſecratum, & armus dexter, tua erunt. Omnes primitias Sanctuarii, quas offerunt filii Iſrael domino, tibi dedi, & filiis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. Dixitque dominus ad Aaron. In terra eorum nihil poſsidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars, & hęreditas tua in medio filiorum Iſrael.

Deut. 18.

C *Locutuſque eſt dominus ad Aaron*. Hic ponitur ſecundũ principale de ſacerdotum iuribus, dictum enim fuerat de eorum laboribus, ideo conueniens erat, vt aſſignarentur eis aliqua iura in remunerationem, & iſta ſunt quę ſequuntur.

De ſacerdotum iuribus.

An Deus teneatur aliquid homini pro miniſterio. & an Deus daret ſacerdotibus, & Leuitis aliqua iura pro miniſterio quod faciebant. Quæſt. VIII.

ET ſi aliquis dicat, quòd omnes ſunt obligati D Deo obedire in omnibus quę iuſſerat, & quãquam iubeat homini aliquid, non tenentur ei quicquam pro miniſterio illo.

Reſpondendum erit, ꝙ Deus non aſſignabat ſacerdotibus, & Leuitis iſta iura tanquam teneretur illa dare pro ſeruitio ſacerdotum, & Leuitarũ, ſed quia erant occupati ſacerdotes, & Leuitæ in miniſtrationibus eius, & non poterant vacare agriculturę, ſicut cęteri homines, nec decebat, vt ergo haberent vnde ſuſtentarentur, dedit eis Deus iſta iura. dicitur ꝙ locutus eſt Deus ad Aaron, ſ. ad eum ſolum, quia ea quæ ponuntur hic ad eum ſolum, & ad filios ſuos pertinebant, & propter hoc ter dicitur in hoc cap. ꝙ fuerit Deus locutus ad Aaron, quia omnia quæ exprimuntur in his tribus locis, ad ſolum Aaron pertinebant cum filiis E ſuis: infra autem circa finem ca. dicitur, ꝙ locutus eſt Deus ad Moyſen, & hoc, quia ibi agitur de iure Leuitarum, qui non ſunt de Aaron, & filiis eius, nec illa iura communicantur ſacerdotibus, ſimile patet Leui. c. 10. vbi ponuntur quædam pręcepta quę ad ſolos ſacerdotes pertinent, & dr̃, ꝙ Deus locutus fuerit ad Aaron. *Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum*. Hic ponuntur iura ſacerdotum, & hoc dupliciter, ſ. generaliter, & ſpecialiter. ſecunda ibi. *Hæc ergo accipias*. Circa primum dr̃, ꝙ Deus dedit Aaron cuſtodiam primitiarum, ideſt, ꝙ cuſtodiret eas pro ſe. nec eſt ſenſus, ꝙ cuſtodiret eas, ideſt teneret ad vſum Sanctuarii, ſed ꝙ cuſtodiret pro ſe, nam iura ſacerdotum, & iura Sãctuarij

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctuarij distincta sunt, vt declaratum est supra cap. 5. & partim Leui. 27. & non est intelligendum hoc de solo Aaron, sed etiã de omnibus aliis sacerdotibus, quia iura omnia quæ sequuntur communia sunt summo sacerdoti, & minoribus præterquam decima pars decimarum Leuitarum, quæ soli sacerdoti magno prouenit, vt patet infra.

Sciendum, q̃ non accipitur hic custodia primitiarum pro primitiis, quę sunt de area, & torculari, quod patet ex dictione Hebraica posita hic, quia alia dictio ponitur in Hebræo pro primitiis de fructibus, s. pro area, & torculari, & alia hic. nam hic ponitur dictio significans separationem, ac si dicatur custodiam omnium separationũ dedi tibi, & isto modo omnia quæ Deo offeruntur, siue ex voto, siue sponte, siue fit animal, siue panis, aurum, vel argentum, aut quęcunque suppellex vocatur separatio, quia homines separãt de rebus suis ea quæ offeruntur ad dandum illa Deo. litera autẽ nostra vocauit primitias separationes istas, quia primitiæ secundum proprietatem latinã signant id, quod est primum tempore in re, vel melius omnibus partibus suis, quia primus signat antecessionem temporis, vel dignitatis, & quia ea quæ segregantur domino ad offerendum eliguntur de melioribus vocantur primitiæ. Hoc modo accipitur Exo. c. 25. & 35. vbi iussit Deus, q̃ offerrent sibi Israelitæ primitias auri, & argenti purpurę, & byssi, &c. & accipiuntur ibi primitiæ pro separationibus, quia sic habetur in Hebræo, s. q̃ separarent partes quasdam de auro suo, argento, & cęteris ad dandum Domino pro fabricatione tabernaculi, & hoc modo nomine primitiarum, & separationum intelliguntur omnia iura sacerdotũ. Nec tamen est intelligẽdum, q̃ omnes separationes, vel primitiæ pertinerent ad sacerdotes. nam quædam pertinebant ad Leuitas, s. decimę quę vocantur hoc modo primitiæ cum sint quædam partes, quas homines separant de fructibus suis ad dandum Deo. Item quædam de primitiis pertinent ad Deum, vt patet in sacrificiis quæ vocantur primitiæ modo assignato, tamen in nullo sacrificio proueniunt omnes partes sacerdotibus, sed in quibusdã omnia Deo proueniunt, vt in holocausto. In aliis vero quędã particulę Deo, & quædam sacerdotibus, vt magis infra declarabitur. ideo non est intelligẽda vniuersaliter ista propositio, sed est restringenda ad declarationem quam infra facit Deus in litera.

Separatio q̃d vocat.

Omnia quæ sanctificantur a filijs Israel tibi tradidi, & filijs tuis. Idest omnia quæ offerunt Israelitæ pertinebunt ad te, & filios tuos, s. sacerdotes. nam de Leuitis nihil agitur hic ad quos solum ius decimarum pertinebat de quibus infra. Accipitur autem hic sanctificare, idest offerre, vel ad dominum applicare. nam sanctificare est sanctum facere, dicuntur autem sancta ea quæ ad Deum pertinẽt. Cum ergo aliquis facit res suas ad Deum pertinere, sanctificat illas. ista sanctificatio fit p oẽm modum, per quem potest transire res in proprietatem Dei, & hoc erat dupliciter, s. per actualem traditionem, quæ erat donatio, vel per stipulationem. primus modus erat cum Israelitæ offerebant res suas sacerdotibus in Sanctuario, quia ibi erat realis traditio, & donatiõ. secundus modus erat per votum, quia licet ibi non fieret realis traditio, tamẽ per votum obligabat se vouẽs dare rem illam quam vouebat, & iste est modus stipulationis, quocunq; aũt istorum modorum sanctificarẽtur res pertinebant ad sacerdotes, quia aliquæ erant prouenientes per oblationem, & dabantur eis, sicut in iuribus sacrificiorum, & libamentorum, omniumq; aliarum oblationum. Item aliqua erant per votum tradita quæ competebant sacerdotibus, vt dicitur infra, s. omne q̃d ex voto reddiderint filii Israel tuum erit. Poterat addi tertius modus sanctificandi aliquid Deo, & iste est cum tribuunt Israelitæ aliquid Deo ex necessitate legis, sicut obligabantur dare decimas, & primitias, & istę antequam traderentur realiter erant sanctificatę, nec tñ intercidebat aliquod votum, quia votum est de spontaneis, ista autẽ sunt necessaria. Sciendum tñ, q̃ non omnia quæ sanctificantur dño pertinebant ad sacerdotes, quia multa de sacrificiis ad Deum pertinebant, & quędam ad populares, sicut in hostia pacifica de qua Leui. c. 7. & quædam sanctificata pertinebant ad Sanctuarium, sicut dimidii sicli, qui dabantur a transeuntibus ad numerũ Exo. c. 30. siue pecunia data pro anima 4. Reg. c. 12. sed intelligenda sit ista propositio s̃m limitationes iurium sacerdotaliũ in speciali quas infra facit Deus in litera. & ista idem signat, q̃d superior, quia sanctificant dicitur, hęc accipies de his quæ sanctificantur, quasi dicat, nõ accipias omnia, sed partem eorum. Accipiũtur hic sanctificata, & oblata pro eodem, quamquam sanctificatio in plus se habet quam oblatio, quia id, q̃d per votum domino promissum est, iam sanctificatũ est, ideſt Deo obligatum, quamquam non sit realiter traditum, & ea quæ secundum legem necessario dari debebant, sicut primitiæ, & decimę etiam antequam darentur erant sanctificata, ponuntur tamen hic pro eodem oblata, & sanctificata, quia omnia quæ aliquo modo sanctificata sunt, aliquando offeruntur.

Omnis oblatio, & sacrificium. Hic ponitur regula quid proueniat sacerdotibus de sacrificiis, quia sacrificia erant magna pars iurium Sanctuarii, & dicitur, q̃ omnis oblatio, & omne sacrificium, & quicquid pro peccato redditur, pertinebit ad Aaron, & filios suos, in quo significantur multa. primo ponitur oblatio, & quamquam oblatio, & sacrificium aliquando accipiantur pro eodem, tamen vt communiter ponuntur diuersa.

In quo sciendum, q̃ oblatio dupliciter accipitur. Vno modo pro omnibus quæ offeruntur, & tunc nõ differt oblatio a sacrificio, quia oblatio habet se, vt in plus signans omne, quod offertur, siue animal, siue aurum, siue argentum, agrum, vel domum, sacrificiũ autem solum est ad oblationem animalis immolatii, & non accipitur hic isto modo oblatio. Alio modo accipitur specialiter, & dicitur oblatio quãdocũque offertur aliquid, cuius pars crematur super altare, & tamen illud non est aliquid viuens. sacrificium autem est oblatio rei viuentis immolabilis, & cõbustibilis super altare. primo modo dicitur oblatio pro panibus oblatis, vel pro libamentis sacrificiorum, de qua oblatione sacerdotes habebant partem. Pro quo sciendum est, q̃ legislator voluit assuefacere homines ad cultum Dei per sacrificia, quia in istis magnus honor exhibetur ei. In sacrificio autem offeruntur animalia viuentia, quæ postea iugulantur, & cremantur totaliter, vel quantum ad aliquid, & quia facere sacrificium inducit sumptus, ad quos non sufficiunt omnes homines, potissime si volunt frequentare actum sacrificiorum, ideo vt daretur omnibus modus exhibendi Deo honorem, dedit legislator quasdam oblationes, quæ sunt similes sacrificiis, cum pars earum cõburatur in altari, & istæ sunt paruorum sumptuũ, s. de pane, vel de farina commixta, ita vt pauperes sufficerent facere eas, sicut diuites faciebant sacrificia, & istę non vocantur sacrificia, sed oblationes, quam quam interdum, & large vocantur sacrificia Leui. ca. 2. & supra 15.

In quo adhuc sciendum est, q̃ de istis oblationibus quæ erant in pane, & farina quędam per se dabantur, vt cum offerebantur panes soli, vel farina, & istę vocã tur oblatio proprie, vel sacrificium large Leui. c. 2. aliquando offerebantur ista cum sacrificiis animalium, & tunc non sunt per se sacrificia, vel oblationes, sed

durauerunt quandiu fuerunt aliqui sacerdotes, & officia sacerdotalia.

Hæc ergo accipies de his quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino.

Iura sacerdotum in speciali quæ erant. Sanctificatio in plus se habet quam oblatio. Et quod oblatio, & sacrificium dupliciter accipitur. Quæst. IX.

Hic ponuntur iura sacerdotum in speciali, & declarantur regulæ superiores, s. q̃ Deus dederat sacerdotibus custodiam primitiarum suarum, & q̃ eis tradita erant omnia quæ sanctificabantur. hic limitatur illa generalitas, cũ dicitur, hęc accipies de his quæ sanctificantur, quasi dicat, nõ accipias omnia, sed partem eorum. Accipiũtur hic sanctificata, & oblata pro eodem, quamquam sanctificatio in plus se habet quam oblatio, quia id, q̃d per votum domino promissum est, iam sanctificatũ est, ideſt Deo obligatum, quamquam non sit realiter traditum, & ea quæ secundum legem necessario dari debebant, sicut primitiæ, & decimę etiam antequam darentur erant sanctificata, ponuntur tamen hic pro eodem oblata, & sanctificata, quia omnia quæ aliquo modo sanctificata sunt, aliquando offeruntur.

Omnis oblatio, & sacrificium. Hic ponitur regula quid proueniat sacerdotibus de sacrificiis, quia sacrificia erant magna pars iurium Sanctuarii, & dicitur, q̃ omnis oblatio, & omne sacrificium, & quicquid pro peccato redditur, pertinebit ad Aaron, & filios suos, in quo significantur multa. primo ponitur oblatio, & quamquam oblatio, & sacrificium aliquando accipiantur pro eodem, tamen vt communiter ponuntur diuersa.

In quo sciendum, q̃ oblatio dupliciter accipitur. Vno modo pro omnibus quæ offeruntur, & tunc nõ differt oblatio a sacrificio, quia oblatio habet se, vt in plus signans omne, quod offertur, siue animal, siue aurum, siue argentum, agrum, vel domum, sacrificiũ autem solum est ad oblationem animalis immolatii, & non accipitur hic isto modo oblatio. Alio modo accipitur specialiter, & dicitur oblatio quãdocũque offertur aliquid, cuius pars crematur super altare, & tamen illud non est aliquid viuens. sacrificium autem est oblatio rei viuentis immolabilis, & cõburibilis super altare. primo modo dicitur oblatio pro panibus oblatis, vel pro libamentis sacrificiorum, de qua oblatione sacerdotes habebant partem. Pro quo sciendum est, q̃ legislator voluit assuefacere hominẽs ad cultum Dei per sacrificia, quia in istis magnus honor exhibetur ei. In sacrificio autem offeruntur animalia viuentia, quæ postea iugulantur, & cremantur totaliter, vel quantum ad aliquid, & quia facere sacrificium inducit sumptus, ad quos non sufficiunt omnes homines, potissime si volunt frequentare actum sacrificiorum, ideo vt daretur omnibus modus exhibendi Deo honorem, dedit legislator quasdam oblationes, quæ sunt similes sacrificiis, cum pars earum cõburatur in altari, & istæ sunt paruorum sumptuũ, s. de pane, vel de farina commixta, ita vt pauperes sufficerent facere eas, sicut diuites faciebant sacrificia, & istę non vocantur sacrificia, sed oblationes, quamquam interdum, & large vocantur sacrificia Leui. ca. 2. & supra 15.

In quo adhuc sciendum est, q̃ de istis oblationibus quæ erant in pane, & farina quędam per se dabantur, vt cum offerebantur panes soli, vel farina, & istę vocã tur oblatio proprie, vel sacrificium large Leui. c. 2. aliquando offerebantur ista cum sacrificiis animalium, & tunc non sunt per se sacrificia, vel oblationes, sed libamenta sacrificiorum, vt patet supra cap. 15. De primis oblationibus dicendum est, q̃ ille, aut erant de farina solum non commixta, vel de panibus factis, si primo modo fiebat sic, vt quicunq; offerre vellet farinam accipiebat quantumcunq; vellet in aliquo vase, & superfundebat de oleo quantum vellet ad commiscendum farinam illam, sicut cum commiscetur farina aqua ad redigendum in pastam, & portabat in Sanctuarium apponens modicum de sale, quia absq; sale nunquam fiebat oblatio Leui. c. 2. ponebat etiam modicum de thure, tunc sacerdos suscipiẽs oblationem illam de manu offerentis, ponebat totum thus super altare, & accipiebat vnum pugillum de farina illa cõmixta oleo ponens super altare ad cremandum cum thure. reliqua autem farina pertinebat ad sacerdotẽ suscipientem oblationem, vt patet Leui. c. 2. & 6. & siue farina multa esset, siue pauca, solum erat accipiendus vnus pugillus de ea ad cremandum. Si autem esset oblatio de panibus commixtis erat multiplex, quędam erat de panibus coctis in clibano azymis, postea oleo superfuso. Alia de panibus frixis in sartagine, alia de panibus coctis in craticula, de quolibet autem genere horum panum assumebant sacerdotes vnum pugillum, vel modicum ad cremandum in altari, reliquum autem proueniebat eis in ius, vt patet Leui. c. 2. & 6. Aliquando autem istę oblationes panis erant tanquam aliqua coniuncta sacrificiis, & vocantur libamenta sacrificiorum, & tunc offerebatur similia in certa quantitate, vinum, & oleum, sal, & thus. nam secundum diuersa genera animalium offerebantur diuersimode partes similę, vini, & olei secundum mensuram quæ habetur supra cap. 15. & de ista oblatione libamentorum proueniebat pars sacerdotibus, quia præter pugillum assumptum de simila ad cremã dum cum carnibus reliquum proueniebat sacerdotibus supra ca. 15. patet igitur quid de oblationibus susciperent sacerdotes, intelligendo nomine oblationũ ea quæ dicta sunt.

Sacrificium, & quicquid pro peccato redditur mihi. Istud ponitur ad signandum alia iura sacerdotum, s. in sacrificiis in quibus magna erat sacerdotum portio.

Quomodo de quolibet sacrificio sacerdotes habebant aliquam portionem. Et quid Deo, & quid popularibus. Et quod nomine sacrificij intelliguntur tria genera sacrificiorum. Quæst. X.

Pro quo sciendũ est, q̃ tria erant genera sacrificiorum, s. holocaustum, hostia pacifica, & victima pro peccato. de quolibet istorum habebant sacerdotes aliquam portionem, sed quia dr̃ hic sacrificium, & quicquid pro peccato redditur potest intelligi, q̃ sacrificium sit solum pro holocausto, & hostia pacifica, quicquid pro peccato redditur dicat pro sacrificio pro peccato. nam multę irregularitates, & peccata erant in quibus iubebatur offerri sacrificiũ Leui. c. 4 & 5. & supra c. 5. Sed melius intelligitur aliter, q̃ nomine sacrificii accipiantur oĩa genera sacrificiorum, s. holocaustum, hostia pacifica, & pro peccato, quicquid pro peccato redditur dicatur esse aliquod ius pertinens ad Deum, p peccato facto, & non est sacrificiũ, sicut cum quis aliquid surripuerat a proximo suo, vel lęserat, ita vt teneretur ad restitutionẽ, postea aũt pœnitẽtia ductus vult restituere, tenetur offerre arietem pro peccato, & totum q̃d abstulit, & quintam partem insuper ipsi cui damnum illatum est. Si aũt non sit aliquis qui susciperе possit, s. quia mortuus est ille cui res ablata est, & non reliqt hæredes, debẽtur hęc omnia domino, vt patet s̃. ca. 5. & pertinent ad sacerdotem, cum dr̃. Si autem nõ fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit qui recipiat dabunt dño, & erit sacerdotis. exce- F
pro ariete qui offert pro expiatione, & istud erat ius
pro peccato præter sacrificium. Item si aliquis igno-
rans comedit de sanctificatis, vel quocunque vsurpa
uerit aliquid sanctificatum, cum cognouerit, offeret
sacrificium pro peccato, & restituet tantum insuper,
quantum damni intulerit, & quintam partem vltra
Leui.c.5. & 22. & sic debet necessario intelligi ista li-
tera, alioquin manebunt aliqua iura sacerdotalia, quæ
non exprimuntur hic, & sic erat duplex ius sacerdotũ
hic pro peccato. vnum quod proueniebat ex ipso ani
mali, quod immolabatur, alterum vero ex illa re quæ
dabatur in restitutionem, siue vt damnum illatum,
siue vt quinta pars super damnum. & cũ dicitur hic,
q̃ omne sacrificium, & quod pro peccato redditur G
pertinet ad sacerdotes, non est intelligendum vniuer
saliter.

Pro quo considerandum est primo circa sacrificia,
q̃ erant triplicia, & de quolibet eorum proueniebãt
aliqua iura sacerdotibus. primum erat holocaustum,
de quo non proueniebant aliquæ carnes sacerdoti-
bus, quia cremabantur carnes, & adipes, pedes, & ca-
put, cum intestinis Leui.c.1. sola pellis proueniebat sa
cerdoti immolanti Leui.c.6. si ñ esset holocaustum
de auibus, vt turturibus, & colũbis nihil proueniebat
sacerdotibus, quia omnes carnes cremabantur, & ibi
pellis nulla erat. pluma ẽt non proueniebat eis, quia
iubebat proiici cum vessicula gutturis in loco vbi so-
lent effundi cineres Leui.c.1. si autem esset hostia pa
cifica, aut erat de ouibus, aut de capris, & bobus, si de H
ouibus proueniebat Deo totus adeps cum renunculis, & renibus, id est quadam parte extrema lumborũ
versus caudam. Si vero de capris, & bobus fieret paci-
fica hostia solum proueniebat Deo adeps totus cum
renunculis. de his Leui.cap.3. sacerdotibus autem de
omnibus hostiis pacificis prouenit pectusculum, &
armus dexter Leui.c.7. & 10. cęterę autem carnes in
ius offerentium cedebant, si vero esset hostia pro pec
cato, erat dupliciter, quia aut pro delicto, aut pro pec-
cato, si pro delicto totum animal cedebat in ius sacer
dotum præter adipem cum renunculis, & renes, id-
est lumbos Leui.c.6. Si autem esset sacrificiũ pro pec I
cato, aut de sanguine illius introducebatur in taber-
naculum, aut nõ, si introducebatur totum ipsum ani-
mal cremabatur cum pelle, carnibus, & fimo Leui.
c.6. Si autem non introducebatur de sanguine in ta-
bernaculum, omnes carnes proueniebant in ius sa-
cerdotum, adipes soli, & sanguis offerebantur Deo
Leui.c.6. q̃si autem introduceretur sanguis hostię p
peccato intra Sanctuarium, & q̃si non patet Leui.ca.
4. In solis enim duobus sacrificiis introducebatur illuc, s. in sacrificio pro peccato summi sacerdotis, &
pro peccato totius populi. nulla alia iura proueniebãt
Delictum, & peccatũ quomodo differunt. sacerdotibus de sacrificiis. *Et quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi.* Ideſt etiam omnia quæ pertinent K
ad me, vel redduntur pro peccato, & pro delicto. Ista
sunt quædam alia iura præter sacrificia. nam licet pro
peccato fiant sacrificia, tñ quædam alia sunt pro pec-
cato, quæ non sunt sacrificia, sicut cum aliquis dabat
sacerdoti estimationem damni, & quintam partem,
si non reperiret ille, vel hęredes sui, cui damnum illa-
tum fuerat, vel si aliquis daret damnum, & quintam
partem insuper cum vsurpasset res sanctificatas, vt su-
pra declaratum est, ista reddebantur pro peccato. Et
dicuntur esse aliqua pro peccato, & aliqua pro deli-
cto, quia peccatum est cum aliquis offendit Deum,
vel proximum committẽdo aliquid: delictum est cũ
aliquis istorum offenditur, omittendo aliquid, ad q̃d
facere obligamur, & in vtroque casu competet resti-
tutio, quia ita potest interdum damnificari proximus,

me cessante a solutione, quam facere tenebar in cer-
to termino, sicut si aliquid raperem, & tamen cessare
a solutione delictum est, rapere autem peccatum, &
pro vtroque Deo iura competebant, quæ prouenie-
bant sacerdotibus, & de his non est dicendum, q̃ ali-
quid proueniat Deo, sed totũ sacerdotibus, vt paret
supra cap.5. Nec valet si aliquis obiiciat de ariete qui
offerebatur in expiationem, qui non pertinebat ad sa-
cerdotem, vt patet supra capitu. quinto. quia ille im-
molabatur in sacrificium, ideo necesse erat, quòd ali-
quid proueniret Deo, saltem sanguis, & adipes, cętera
autem sacerdotibus secundum regulam commu-
nem sacrificiorum pro peccato.

Et cedit in Sancta sanctorum. Ponitur ista conditio, q̃
non omnia quæ offerebantur in sacrificium cedebãt
in Sancta sanctorum, ideſt sanctificabantur. Non acci
pitur hic Sancta sanctorum pro parte quadam taber-
naculi, quia isto modo nihil cedebat in Sancta sancto-
rum, ideſt non habebat pars illa Sanctuarii aliqua iu-
ra specialia, sed dicitur cedere aliquid in Sancta San-
ctorum, ideſt effici sanctificatum, & sic dicitur de ho
stia pro peccato, quod est Sancta sanctorum Leui.ca.
6. & sic de multis aliis, & tunc est sensus, quòd eorum
quæ offeruntur quædam totaliter sanctificantur, &
dicuntur cedere in Sancta sanctorum, ideſt effici mul
tum sancta, alia autem non totaliter sanctificantur, &
ista non cedunt in Sancta Sanctorum, quia quamqua
sancta sint, tamen non sunt Sancta sanctorum, ideſt
excellẽter sancta, quod significat iste genitiuus addi-
tus: hoc autem patet in holocausto, hostia pacifica, &
& hostia pro peccato, nam holocaustum totaliter ce-
debat in Sancta sanctorum, quia nihil proueniebat po
pularibus, hostia etiam pro peccato erat Sancta San-
ctorum, quia nihil de ea comedebant offerentes, ho-
stia autem pacifica non erat Sancta sanctorum, sed io
dum sancta, quia aliquid de ea proueniebat popula-
bus, & quia aliquid proueniebat Deo, ex ea parte vo-
cabatur Sancta.

Nunc est sensus, quòd de sacrificiis quæ cedunt in
Sancta sanctorum, ideſt totaliter efficiuntur sancta, &
ueniebat aliquid sacerdotibus, de eis autem quæ non
cedebant in Sancta sanctorum, ideſt de partibus quæ
non sanctificabantur, nihil proueniebat sacerdotibus,
& hoc verum est, quia de holocausto, quod totaliter
sanctificabat, aliquid proueniebat sacerdoti, scilicet
pellis: & de hostia pro peccato, quæ totaliter sanctifica
batur, prouenie bant aliqua iura sacerdotibus, de qui-
bus supra dictum est: de partibus, tamen hostię pacifi
cę quę non sanctificabantur, nihil proueniebat sacer-
doti, sed de partibus sanctificatis, s. pectusculum, & ar
mus dexter.

Sciendum, quòd ista clausula non refertur ad obla
tiones, & sacrificia, & quicquid pro peccato redditur,
sed solum ad sacrificia, nam de oblationibus genera-
le est, quòd nihil pertineat ad offerẽtes, siue sint obla-
tiones libamentorum, siue quæcunque aliæ: etiam de
his quæ pro peccato redduntur, nihil pertinet ad red-
dentes, sed totaliter ad sacerdotes, supra capitu. quin-
to. ideo illa totaliter sunt Sancta sanctorum, de sacri-
ficiis tamen non est sic, quia in hostia pacifica aliqd
pertinebat ad ipsum offerentẽ, ideo ad hanc particu-
lam refertur ista clausula.

Tuum erit, & filiorum tuorum. Fiebat ista locutio ad
Aaron tanquam ad summum sacerdotem, scilicet, &
quòd ista iura prędicta pertinebant ad Aaron, & filios
suos ex concessione Dei. nam ista communia sunt ad
summum sacerdotem, & minores, alia autem sunt ad
erant specialia summo sacerdoti, s. recipere decimam &
partem decimarum, vt patet infra in fine, de minist
tionibus autem sic erat, quia quædam erant commu-
nes

nes summo sacerdoti, & minoribus, aliæ autem pro- A
priæ summi sacerdotis, primæ autem erant sex, scili-
cet offerre sacrificia, disponere lucernas in candela-
bro, incendere thymiama super altare aureum, ponere panes in mensa propositionis, immolare vitulam
rufam, expiare leprosos. de quibus omnibus supra di-
ctum est.

Alia erat ministratio propria summo sacerdoti, sci-
licet introire in Sancta sanctorum, & facere sacrificia
diei propitiationis, de his omnib⁹ supra patet, ita opor
tuit, quòd iura istorum non essent ęqualia.

Sciendum etiam cũ dicitur hic, quòd iura ista per- B
tinebant ad Aaron, & filios suos, quòd non solum in-
telligitur hoc pro illis, qui sunt sacerdotes, & minis-
trant, sed etiam pro illis qui paruuli erant, nondum
potentes ministrare, & non solum pro eis qui ad mi-
nistrandum apti sunt, sed etiam pro eis, qui sunt ine-
pti, sicut maculati, de quibus Leui.c.21. qui prohiben-
tur accedere ad ministrandum, tamen permittuntur
comedere de sanctificatis, & non solum intelligitur
de filiis, sed etiam de filiabus. eis enim competebat co
medere de quibusdam sanctificatis, vt patet infra in li-
tera, & Leuitici cap.10. quamquam non erat genera-
le in eis, sicut in filiis.

In Sanctuario comedes illud. Hic determinatur locus
comedendi ea quæ oblata sunt, scilicet in Sanctuario,
non intelligitur hoc, quòd comederetur intra taber-
naculum, quia ibi nulli licebat comedere, aut bibere,
sed sacerdotes solum introibant ad ministrandum. ac
capitur autem Sanctuarium pro parte exteriori, scili- C
cet pro atrio, & ibi comedebant sacerdotes sanctifica
ta, atque in eadem parte manebant diebus septem cũ
consecrabantur Leuitici capit.8. & istud generale est
quantum ad omnes partes prouenientes sacerdotibus
de sacrificiis, quòd comederent eas intra atrium taber
naculi, & ibi poterant comedere filii sui, & filiæ, &
uxores, & serui, & ancillæ. nam cum aliqui populares
offerebant hostias pacificas, comedebant partes sibi
proueni entes intra Sanctuarium, sic patet Deuteron.
cap.12. & 16. vbi dicitur, quòd offerentes epulabãtur
coram Domino, & nihil aliud est epulari coram Do-
mino, nisi comedere intra atrium tabernaculi coram
altari holocaustorum, in quo erat specialiter Deus.

Mares tantum comedent ex eo. Ideſt soli masculi come- D
dere debebant de sanctificato.

De quo tenebantur comedere masculi, & de quo fœminæ. Et quæ non poterant comedi extra Sanctuarium, & quæ sic.

Quæst. XI.

SCIENDVM est, quòd hoc non intelligitur vni
uersaliter quantum ad omnia supra dicta, scili-
cet quantum ad omnes oblationes, & sacrifi-
cia, & quicquid pro peccato redditur, sed solũ
quantum ad sacrificium pro peccato, in quo conside
randum est, quòd istorum trium prędictorum quędã
erant, cuius aliqua pars Domino consecrabatur, &
alia erant de quibus nulla pars domino cedebat. pri-
mo modo sunt sacrificia, quia nullum sacrificium est E
de quo non proueniat aliquid Deo, vt patet ex dictis,
idem est de libamentis quæ offeruntur cum sacrifi-
ciis, scilicet de simila, oleo, & vino, quia de istis pro-
ueniebat vnus pugillus Deo Leuitici capit. secundo.
idem est de oblationibus quæ erant de panibus de
quibus Leuitici capitul. secundo. quæ solæ dabantur
Deo, nam etiam de his pars proueniebat Deo, vt pa-
tet ibidem.

De omnibus his dicendum est, quòd quandocun-
que prouenie bant sacerdotibus aliqua iura de sacrifi-
ciis, vel de oblationibus, de quibus aliqua pars Deo

prouenerat, non poterant comedi extra Sãctuarium.
patet quia de sacrificiis non suscipiebant aliquas par-
tes sacerdotes, nisi de hostia pacifica, & pro peccato,
vtriusque tamen partes comedebant in Sanctuario,
de hostia pro peccato patet Leuitici sexto capitu. de
partibus hostię pacificę Leuitici capitu. decimo. de si-
mila autem quam accipiebant sacerdotes in partem
suam patet Leuitici cap.6. omnia autem alia iura pro-
uenientia sacerdotibus, si essent comestibilia poterãt
comedi extra Sãctuarium. sicut de aliis oblationibus,
quarum partes non proueniebant Deo, vtpote cum
aliquis offerebat primitias, siue munera de melle, &
panibus fermentatis. nam non poterat aliquid illorũ
cremari in altari Leuitici cap.2. sed cedebant sacerdo
tibus, idem de fructibus si aliquis offerret de eis, quo-
niam non adolebantur in altari, idem si aliquis of-
ferret animal mundum sacerdori, non tamen ad im-
molandum: illud enim totaliter pertinebat ad sacer-
dotem, vt patet supra cap.5. scilicet quicquid in San-
ctuarium offertur a singulis, & traditur manibus sa-
cerdotis ipsius erit. de alia particula, s. de eo, quod red-
ditur pro peccato, eodem modo est, quòd non tenẽ-
tur sacerdotes comedere illud intra Sanctuarium, q̃a
non proueniebat aliquid de illo Deo, sed totum sacer
doti, vtpote si aliquis furatus fuisset arietes 10. & po-
stea non inueniens cui restitueret, vellet reddere, te-
nebat dare illos arietes 10. sacerdoti, & illud erat ęsti-
matio damni illati, deinde addebat quintam partem,
scilicet duos arietes, postea dabat vnum arietem pro
peccato, de his omnibus 13. arietibus solus vltimus,
immolabatur, & de illo proueniebant iura sacerdoti,
vt supra dictum est, alios autem duodecim arietes in-
tegros, & viuẽtes recipiebat, & de illis poterat come-
dere, vel poterat omnes vẽdere, nec tenebatur aliquẽ
eorum immolare. Si autem aliquem de his comede-
ret, non tenebatur comedere carnes eius intra San-
ctuarium, sed vbicunque vellet, carnes tamen arie-
tis vltimi solum poterat comedere in Sanctuario.

Nunc dicunt aliqui', quòd in omnibus illis iuribus
quæ tenebantur sacerdotes comedere intra Sanctua-
rium, soli masculi poterant comedere, in aliis autem
iuribus quæ poterant comedere extra Sanctuarium,
tam fęminæ quam masculi comedere poterant, & di
cunt causam esse, quia fœminæ nunquam introibant
in Sanctuarium, nisi ipsę offerrent victimas, hic autẽ
fęminæ de genere sacerdotum non comederent de
victimis, quas offerrent, sed de iuribus quæ prouenі-
rent viris suis.

Sed hoc falsum est, quia filiæ sacerdotum poterãt
comedere de partibus sacrificiorum, quæ prouenie-
bant patribus suis, vt patet Leuitici cap.10. & etiam
ipsę comedebant intra Sanctuarium, cum dicitur ibi-
dem, pectusculum quoque, quod oblatum est, & ar-
mum qui separatus est edetis in loco mundissimo tu,
& filii tui, ac filiæ tuæ tecum. Item patet hoc infra, cũ
dicitur. omnes primitiæ Sanctuarii, quas offerunt filii
Israel Domino, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis iure
perpetuo. primitiæ tamen Sanctuarii vocantur partes E
sacrificiorum quæ prouenie bant de Sanctuario. Item
patet hoc Leuitici 22.ca. vbi ponitur, quòd filia sacer-
dotis, & familia sua, scilicet serui, & ancillæ poterant
comedere de sanctificatis.

Item falsum est, quod dicunt, s. quòd fęminæ non
poterant comedere de sanctificatis, quia non poterãt
intrare in atrium tabernaculi, nisi quando offerebãt.
nã si aliquis offerret hostias pacificas omnes filii sui,
& filiæ serui, & ancillæ poterant comedere de sancti-
ficatis, & dicitur, quòd epulabuntur coram domino
Deuteronom. 12. & 16. capitu. & tamen filiæ, & ancil-
læ hominis offerentis sacrificia nihil offerebant, ideo

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est referendum hoc ad omnia sacrificia, sicut vo- F
lebāt isti, sed solum ad sacrificia pro peccato. nam de istis soli masculi comedebant Leuitici capitu. sexto. de carnibus tamen hostiæ pacificæ, scilicet de pectusculo, & armo quæ proueniebant in ius sacerdotum, licebat comedere etiam mulieribus Leuiti. capit. decimo. hic autem referendum est ad solum sacrificiū pro peccato, quamquam litera nihil innuat. quare autem de sacrificio pro peccato soli masculi comedebant, & de sacrificio pacifico tam masculi quam fœminæ declaratum est Leuitici sexto capitulo. & decimo.

Quia consecratum est tibi. Ista est causa huius determinationis immediate, scilicet quare comederetur sacrificium pro peccato solum a masculis, & dicitur, G
quia erat consecratum, idest, quia habebat specialem sanctitatem istud sacrificium pro peccato quàm aliæ oblationes, quæ non erant pro peccato, & etiam hoc conuenit quantum ad illam particulam, quòd deberent comedi intra Sanctuarium, quod de omnibus sacrificiis intelligitur, in aliis autem oblationibus licebat sacerdotibus comedere de illis extra Sanctuariū, in oblatione, aut sacrificiorum nequaquam, & hoc, quia ista oblatio erat magis consecrata quam cęteræ. vnde de aliis non recte dicitur, quòd consecratæ sint. acquiritur autem ista consecratio pro hoc, quòd ponebantur res, vel aliqua pars earum super altare, & hoc in omnibus sacrificiis erat, quia in quolibet cremabatur aliquid, & tunc non solum illa pars quę cremabatur super altare dicebatur sanctificata, sed etiam H
omnes aliæ. sic patet de simila. nam quando offerebatur aliqua simila Deo, erat non fermentata, cum nihil fermentatum possit offerri Leuitici capitu. secundo. deinde posita quadā parte super altare, reliquum cedebat in cibos sacerdotum, sed illa residua simila non poterat fermētari cùm comederetur a sacerdotibus, quia fuerat pars eius quæ super altare combusta est, vt patet Leuitici capit. 6. scilicet reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque fermento, ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum.

Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Israel. Hic datur regula generalis, scilicet, quòd primitiæ quas Israelitæ vouerent, & offerrēt, pertinebant ad sacerdotes, & ad filios suos, & filias. non accipiuntur autem hic primitiæ proprie prout sunt primi fructus de area, vel torculari, quod patet, quia dicitur quas vouerint, sed primitiæ de terrę nascentibus non vouebantur, votum enim est de spontaneis, primitię autem ex necessitate debentur, scilicet de iure communi, ideo non cadunt sub voto, sicut actus prępcepti non cadit sub voto, quia obligat ex lege, sed actus consilii: quod autem ex lege debitum est, non potest iterum fieri debitum per votum, sic patet de primogenitis, quæ debebantur ex lege, & vetuit Deus illa voueri Leuitici cap. 27. s. primogenita quæ ad Deum pertinent nemo sanctificare poterit, & vouere, s. si bos, siue ouis fuerit Domini sunt. ideo necesse est accipi hic primitias large pro omni separatione, quam faciunt homines de rebus suis ad offerendum Deo, quia illa separatio vocatur primitiæ, eo quòd fit de partibus melioribus, vt supra declaratum est. & hic nihil magis ponitur quā supra cum dicebatur. ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearū, nisi quòd exprimitur, quòd pertineāt ad filios, & filias. Dicitur quas vouerint, quia aliquādo Israelitæ vouebant aliquid offerre, ad quod non tenebantur aliàs, siue esset de animalibus immolaticiis, & ad immolandum, siue non ad immolandum, sed ad solam vtilitatem sacerdotum, siue de frugibus vino, aut alijs rebus, quia omnia hęc sunt primitię, idest

Primitiæ quas vouerent pertinebant ad sacerdotes.

Actus prępcepti non cadit sub voto.

separationes pro domino. *Et obtulerint.* Ista particula potest referri ad precedentem tanquam distincta, vel tanquam consequens.

Si primo modo est sensus, quòd etiam de primitijs quas obtulerint Israelitæ, & non vouerint, erunt ista sacerdotum. Aliqua enim ex voto debebantur, alia autem dabantur quę nunquam fuerant promissa, sed sponte offerebantur: de primis dicebantur vouerint, de secundis obtulerint, & vtroque modo pertinebāt istæ primitię ad sacerdotes. Alio modo potest intelligi ista particula, vt consequens ad superiorem, s. quòd primitiæ, quas vouerint Israelitę, & postea obtulerint eas, pertinebunt ad sacerdotes, sed primus sensus melior est.

Tibi dedi, & filijs ac filiabus tuis. Idest pertinebunt ad te, & filios, & filias, hoc non intelligitur quantum ad ius percipiendi, sed quantum ad esse licitum comedere de illis, s. quòd soli sacerdotes habebant ius percipiendi istas primitias, filię autem eorum, vel vxores nō habebant ius percipiendi, sed ius comedendi. nam ius percipiendi ista erat propter officium, vt patet supra cum dicatur, quòd Deus dabat omnia ista Aaron, & filijs suis pro officio sacerdotali. Mulieribus tamen non licebat aliqua ministratio sacerdotalis. ergo non habebant ipsę ius percipiendi, sed soli masculi. dicebantur tamen primitię datę filijs, & filiabus, quia ita licebat comedere filiabus de istis iuribus, sicut filijs.

Primitiæ non accipiuntur hic pro omnibus iuribus quæ poterant prouenire sacerdotibus quomodocunque ex voto, vel ex spontanea oblatione, sed ex sacrificijs tantum. Et quod aliqua offerebantur sacerdotibus quæ poterant ipsi vendere, vel dare: alia quæ cogebantur ipsi comedere.

Quæst. XII.

SCIENDVM autem, quòd quamquam hic possint accipi primitiæ generaliter pro omnibus iuribus, quę poterant sacerdotibus prouenire ex voto, vel ex spontanea oblatione, tamen ibi accipiūtur pro iuribus, quę prouenient ex sacrificiis, vel ex libamentis sacrificiorum, & hoc patet ex duobus, primo quia dicitur immediate, qui mundus est in domo tua vescetur eis, idest, quòd requirebatur munditia in comedentibus ad ista iura. si tamen intelligeretur vniuersaliter de omnibus, quę vouentur, vel sponte offeruntur, falsum esset. nam si aliquis offerret decem arietes sacerdoti non ad immolandū, sed vt cederent in ius eius, non tenebatur dare soli mundis ad comedendum, sed tam mundi quam immundi poterant comedere. nam licebat sacerdotibus vendere illos, cum non essent aliquid sacrum, nec acquisiuissent aliquam sanctificationē, quia pulla pars eorum fuerat combusta in altari, sicut licebat Leuitis vendere fructus, qui prouenichant eis ex iure decimarum. ideo tamen, quod venditur licet comedi, ab immundis, quia nullam habent sanctificationem, nam si aliquam haberet, non venderetur. quòd autē Leuitis liceret vēdere fructus decimarum patet, quia alijs non haberent vnde viuerēt: nihil enim erat quo vti possent in commutationem cum aliis Israelitis, ni si venderent fructus decimarum ad necessitates suas, quia nihil aliud possidebant, vt patet infra, nihil aliud possidebunt Leuitę decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui.

Item patet, quia quòd in aliis quę offerebantur prę ter quam in sacrificiis, non requireretur munditia in comedētibus, quia cum dicitur infra de vino, & oleo, & frumento oblato, non subditur, quòd qui mundus fuerit comedet, sed simpliciter dicitur, quòd quicunque

nient sacerdoti; & hic dicitur de munditia. ergo solū A
intelligitur de iuribus prouenientibus de sacrificijs. Item secundo patet, quia si accipiantur hic primitiæ generaliter pro omnibus iuribus, quę prouenient ex voto, vel alias offerendo, coincident omnia quæ habentur hic, vsque ad illam partem. *Omne quod ex voto.* Et tamen inconueniens est, quia hic ponuntur tria, tanquam distincta, & omnia vocantur decimę. Si tamē intelligamus hoc de solis sacrificijs, erunt ista tria distincta, & non coincidet litera. Quod patet, quia intelligetur istud primum de iuribus, quæ prouenient de sacrificio, & vocantur primitię: secundum intelligetur de iuribus, quę prouenient ex terrę nascētibus, quorum pars non ponitur super altare, sed prouenit simpliciter sacerdoti, & hoc nō ex obligatione legis, B
sed ex voto, vel spontanea oblatione; & de hoc intelligitur ille. §. *Omnem medullam.* Tertium intelligitur de iuribus, quæ prouenient sacerdoti de terræ nascentibus ex obligatione legis, siue voto, & ista vocātur proprie primitiæ, & de his intelligitur ille. §.

Vniuersa frugum initia. Et iste est conueniens sensus, & tunc verum est de istis primitijs, de quibus hic non licebat comedere alicui, nisi mundo.

De quibus primitijs verum est, quòd pertinent ad filios, & filias. Et quando filia sacerdotis poterat comedere de sanctificatis, & quando non.

Quæst. XIII.

CONSIDERANDVM etiam, quia dicitur, C
quòd istæ primitię pertinēt ad filios, & filias. sed non est intelligendum vniuersaliter de omnibus iuribus sacrificiorum, quia aliqua erant, de quibus non licebat comedere fœminis, scilicet, partes sacrificiorum pro peccato: soli enim masculi comedebāt de his, vt patet Leui. capitulo sexto, sed intelligitur solum iste. §. de iuribus, quę proueniūt de hostia pacifica, scilicet, de pectusculo, & armo, quo decimo, etiam licebat comedere de quibusdam libamentis sacrificiorum, & nō solum filijs, & filiabus licebat comedere, sed etiam vxori sacerdotis, & seruo, & ancillæ: mercenario tamen, & inquilino non licebat, vt patet Leuit. vigesimosecundo capit. scilicet, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescetur ex eis: quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit hi comedent ex eis. De filia sacerdotis etiam considerandum est, quòd non licebat ei semper comedere de sanctificatis: nam si esset tradita in vxorem alicui viro, qui non esset de genere sacerdotali, non licebat comedere de sanctificatis: si tamen repudiaretur ab illo viro, & rediret in domum patris sui, vel si mortuo viro, rediret sine liberis ad domum patris, licebat ei comedere de his, sicut ante licuerat: si rediret habens filios, non licebat ei comedere de sanctificatis, quia iam videbatur pertinere ad aliam tribum: de his Leuiti. vigesimosecundo capitulo.

Iure perpetuo. Idest ista proueniēt ad te semper, quia non sunt iura temporalia, sed quandiu manserit status iudæorum, tādiu manebunt ista iura, & erat hoc per successiones, scilicet, quòd sicut patres suscepebant ista iura, ita filij suscipierent, & sic in æternum. vnde summo sacerdoti succedebat filius suus primogenitus in summum sacerdotium, & in omnibus iuribus sacerdotij; minoribus autem sacerdotibus succedebant filij in illo gradu sacerdotij, & iuribus. de successione summi sacerdotis, patet Exod. vigesimo. nono, & Leuiti. sexto, & octauo capitulo, & infra vi-

gesimo capitulo, de minoribus sacerdotibus manifestum est, scilicet, quòd omnes filij sacerdotum essent sacerdotes, nisi essent deformes, vel carentes aliquo membro, de quo Leuiti. capitulo vigesimoprimo, & hoc modo extendebantur ista iura in æternum per eandem progeniem, & numquam deuoluebantur ad alios, sicut nunc fit in beneficijs ecclesiasticis, quæ iure hæreditario possideri non debent; ratio diuersitatis est, quia nunc non licet sacerdotibus habere filios: tunc autem licebat; si autem nunc haberent, essent illegitimi: isti tamen etiam secundum leges humanas nō succedunt patribus suis in honoribus, propter defectum natalium: ideo non debent nunc haberi iure hęreditario, immo quod difficilius est, filij sacerdotum non possunt ad sacros ordines promoueri, nisi cum eis dispensatum fuerit, & dato quòd cum aliquo istorum dispensetur, vt possit habere beneficium, & suscipere sacros ordines, non poterit habere beneficium, in quo pater eius proximo administrauit extra de filijs presbyt. per totum.

Qui mundus est in domo tua vescetur eis. Ad sacerdotes dirigitur verbum, scilicet, quòd illi, qui sunt in domo sua, si sint mundi, poterunt comedere de his primitijs, quæ sunt partes sacrificiorum. non tamen est intelligendum, quòd omnes qui essent in domo sacerdotis possent comedere de his, etiam si essent mundi. nam si aliquis alienigena veniret, & hospitaretur in domo sacerdotis, non posset comedere de his. sic patet Leuiti. vigesimosecundo capitulo. omnis alienigena comedendi de sanctificatis non habeat potestatem. sed dicuntur esse aliqui in domo sacerdotis, idest in familia eius proprie dicta, & tunc licet eis comedere, sicut sunt filij, & filiæ, & vxor, serui, & ancillę. si tamen accipiatur familia largè adhuc non licet omnibus, qui sunt in familia sacerdotis, etiam si mundi sint. sic est de mercenarijs, & inquilinis: mercenarij enim licet in domo eius, a quo conducuntur, per magnum tempus manebant, tamen de familia eius non sunt; ideo non licebat sacerdoti dare alicui mercenario de cibis sanctificatis, Leuiti. capitulo vigesimosecundo, sed intelligitur hoc de illis, qui sunt proprie in familia sacerdotis, quia etiam illis non licet comedere de sanctificatis, nisi mundi sint: munditia autem opponitur immunditię, & non maculæ: ideo licet aliquis esset maculatus, si non erat immundus licebat ei comedere de sanctificatis, scilicet, de partibus sacrificiorum, & a fortiori de omnibus alijs non consecratis, vtpote si aliquis filius sacerdotis haberet maculā æqualiter licebat ei comedere de sanctificatis, sicut cæteris non maculatis, solum autem vetabatur accedere ad ministeria sacerdotalia, Leuitic. capitulo vigesimoprimo, omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo; vescetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario, ita duntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum: immunditia autem erat aliquid maius, & repellabat a cōmestione sacratorum, & a ministratione sacerdotali. Differentia autem est inter ista, quia macula dicitur aliqua naturalis deformitas, vt si homo sit cęcus, si claudus, si paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in capite, si hernio-

Quid sit macula, & quid immunditia.

sus, Leui. capit. 21.

Immunditia autem dicitur sordes, vel irregularitas accidētaliter causata tactu alicuius rei immundę, vel quia patitur homo in se aliquid, quod est immundum. Primo modo, vt si aliquis tetigerit mortuū, vel ossa

Sacerdotes maculati, aut immundi, a quibus arcebantur.

Universidad de Deusto Biblioteca

reperta in agro, vel ſepulchrum, vel tentorium, in quo eſt aliquis mortuus, vel ſi tetigerit animal captum a beſtia, vel morticinum, vel comederit animal immundum, vel tetigerit hominem leproſum, vel fluentem ſemine, vel mulierem mẽſtruatam, aut introierit, & manſerit in domo, quę ſit leproſa, vel combuſſerit vitulam rufam, aut immolauerit eam, vel cineres eius collegerit, aut portauerit in deſertum caprum emiſſarium, vel ſi tetigerit reptilia mortua, vel viuentia, vel ſtercus humanum, & ſimilia.

De ſecundo modo cũ aliquis in ſe patitur immundum ſine contactu, vt ſi aliquis ſit leproſus, vel fluens ſemine, vel mulier menſtruata, aut influxu ſanguinis multi temporis; vel ſi patiatur homo pollutionem nocturnam. de his Leuit. capitulo quinto, & vndecimo, & continuè, vſque ad decimũſeptimũ, & in capitulo vigeſimoſecundo. de his etiam ſupra capitulo quinto, & infra ſequen. cap. macula autem eſt è contrario, quia ſiue a natura proueniat, ſiue accidẽtaliter infligatur, perpetua eſt; immunditia autem poterat tolli per aquas luſtrationis, vt patet ſequen. capit. vel alijs modis diuerſis, vt patet præallegatis capitulis. & ſic macula pœna quædam eſt, vel quaſi pœna: immũditia autem culpa quædam, vel irregularitas conſequens culpam, quę licet aliquo modo pęnalis ſit, magis tamen pertinet ad culpã; & quia maculę erãt quędam afflictiones, quas aliquis inuoluntarius incurrebat, ſiue ſuſtinebat, cum afflictis nõ ſit danda afflictio, vt extra de cleri. ęgro. cap. ex parte. & de cenſi. cap. licet, permittebatur comedere, ſed non miniſtrare ad ſcandalum, & horrorem populi vitandum, ſicut nũc fit in eccleſia extra de cleri. ęgro. per totum. & de cor. vitia. per totum. Sed differentia eſt, quantum inter nouum, & vetus teſtamentum, quia in lege veteri, ſi aliquis naſceretur monſtruoſus de filijs Aaron, permittebatur comedere; licet non miniſtraret, nũc autem ſi aliquis monſtruoſus, vel debilitatus, aut corpore vitiatus ſit a principio, vel poſt, non permittetur promoueri ad ſacros ordines, nec concedetur ei beneficium, requirens miniſtrationem in ſacris. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia in veteri teſtamento ſacerdotium veniebat per ſucceſſionem, nunc autem nõ; & ibi ſacerdotes non habebant alia iura, quibus ſuſtentarentur, niſi iura Sanctuarij; ideo ſi filij eorum maculati non poſſent comedere de ſanctificatis, non haberent aliquid, vnde ſuſtentarẽtur: ideo prouiſum eſt eis, vt alerentur de cibis ſanctificatis: nunc autem cum non proueniat ſacerdotium per ſucceſſionem, nullus priuabitur aliquo iure, datoquòd non permittatur promoueri ad ſacros ordines, ſi monſtruoſus eſt; quia ex hoc non priuatur ſucceſſione paterna: in veteri tamen teſtamento priuaretur ſucceſſione paterna filius ſacerdotis monſtruoſus, ſi non liceret ei comedere de ſanctificatis, quia nihil aliud habebat, in quo ſuccederet patri, niſi in iuribus Sanctuarij, vt patet infra, cum dicatur, quòd nihil poſſidebunt ſacerdotes, & Leuitæ in terra Iſraelitarum, quia Deus eſt poſſeſſio, & pars eorum, ideſt ea quę dabantur eis de iuribus Dei, erant eis tanquam poſſeſſio, & pars. & clarius dicitur Ioſue. capitulo decimotertio, ſcilicet, quòd nihil poſſidebunt Leuitæ in terra Iſraelitarum, quia ſacrificia Dei, & victima ipſa eſt poſſeſſio eorum. ideo iſti monſtruoſi, vel maculati æqualiter percipiebant iura cum cæteris, licet non miniſtrarent Leuit. capitulo vigeſimoprimo, qui autem immundus erat, non comedebat de ſanctificatis: & hoc quia immunditię, vt communiter voluntarie contrahuntur, & voluntariorum eſt pœna, vel pręmium, inuoluntariorum autem nequaquam iuxta Ariſto. 3. Ethi. etiam non ſequebatur aliquod inconueniens, dato

F quòd immundi non comederent de ſanctificatis, ſicut ſequeretur, ſi non comederent maculati, quia macula eſt aliquid in perpetuum durans; immunditia autem faciliter tollitur, quia plurimę earum tolluntur in primo ſolis occaſu, poſtquam contractæ ſunt; rarę autem ſunt quę durant per ſeptem dies, ſicut contactus mortui, de quo ſequen. cap. & accedere carnaliter ad mulierem mẽſtruatam, Leuit. capitulo decimoquinto. De alijs immũditijs, quòd tollãtur ad ſolis occaſum, patet Leuit. capitulo vndecimo; & hoc verum eſt in illis, quæ ſunt per contactum: quæ autem ſunt ſine contactu durant, quamdiu qualitas illa manſerit, quia illę ſunt immunditię naturales, ſicut eſſe leproſum, eſſe fluentem ſemine, & mulierem
G pati menſtrua, vel ſanguinem fluentem vltra tempora menſtruorum. de modo purificationis horum, patet Leui. duodecimo, quartodecimo, et quintodecimo capit. iſtę autem immunditię vltimę, ſi ſemper durarent, faciebant hominem ineptum pro ſemper ad comedẽdum de ſanctificatis; & hoc quia magnus horror erat huiuſmodi hominem comedere de ſanctificatis; cum etiam quibuſdam iſtorum non licebat communicare alijs hominibus, ſed eijciebantur de caſtris, ſcilicet, fluentes ſemine, & leproſi: de iſtis autem immundis, quando poſt munditiam liceret eis comedere de ſanctificatis, patet Leuit. capitulo vigeſimoſecundo.

H *Omnem medullam vini, ac frumenti, & olei.* Hic ponuntur alia iura ſacerdotum, & etiam vocantur primitię, & dicitur quòd omnis medulla vini, olei, & frumenti pertinebit ad ſacerdotem. eſt hoc intelligẽdum de iuribus ſacerdotũ, quę non proueniunt de ſacrificijs, ſed de terræ naſcentibus, quæ non viuunt, vt de vino, oleo, & frumento, vt patet hic. etiam intelligendum eſt hoc, quòd iſta iura non ſunt debita ex obligatione legis, ſicut primitiæ, quę proprie dicuntur initia fructuum, ſed ſpontanee offeruntur, vel ex voto reddũtur. nam de primitijs, quę proprię vocantur primitię, & immediatè. dicitur, cum vocantur initia fructuum; & dicitur omnis medulla vini, olei, & frumenti. Vocatur medulla optimum, quod eſt in re, & dicitur medulla quaſi medium, quia in medio conſeruatur id,
I quod melius eſt de ipſa re, & ſic in animalibus medulla eſt quędam ſubſtantia rara, conſeruata intra concauitatem oſſium. in arboribus medulla eſt id quod eſt in medio arboris, & in vtriſque medulla eſt id quo vegetatur ipſa res: ita in frumento accipitur medulla pro ſubſtantia frumenti, quæ continetur intra corticem: in vino autem, & oleo non accipitur propriè medulla, ſed ſecundum metaphoram pro eo, quod melius eſt de vino, & oleo. Et ſic etiam interdum accipitur pro medulla adeps ſecundum metaphoram in frumento, vt patet Pſalm. 147. ſcilicet: Qui ponit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te. adeps tamen proprie ſignat pinguedinem, quę eſt ſuper renunculos. & ſic eſt ſenſus hic, quòd omne optimum de oleo, vino, & frumento, quod vocatur medulla, pro-
K ueniat ſacerdotibus, non ſimpliciter, quia non tenebantur Iſraelitę dare omne optimum in vino, oleo, & frumento ſacerdotibus, ſed eſt ſenſus, quòd quando Iſraelitę offerrent de vino, oleo, & frumento offerrent de melioribus partibus, quas haberent, quia illud offerebatur Deo, & ſi de partibus peioribus offerrent, non acceptaretur oblatio, ſicut non acceptauit Dominus oblationem Cain, ſed Abel, Geneſ. capitulo quarto; & hoc, quia dicitur, quòd Cain obtulit de peioribus, Abel vero de melioribus, quæ habebat in grege ſuo. Et tamen vinum, & oleum, & frumentum, quæ offerebantur, totaliter proueniebant ſacerdotibus, niſi eſſent tanquam libamenta, quæ

quæ ſunt partes ſacrificiorum, quia tunc proueniebat maior pars eorum ſacerdotibus, ſed non totum, cum quædam particula cremaretur ſuper altare, vt patet Leuit. capitulo ſecundo. Aliqui exponunt hoc de primitijs, quæ ſunt proprie primitiæ dicentes, quòd ſacerdotes haberent medullam vini, olei, & frumẽti, quia de his ſoluebãtur primitiæ, & ipſę de melioribus partibus fructus dandæ erant: de decimis autem nõ erat ſic, quia non eligebantur potiſſime in animalibus, ſed compellebãt paſtores exire pecora de caulis, & quicquid decimo loco perueniſſet dabatur Deo in decimam, ſiue bonum, ſiue malum eſſet, Leui. vigeſimoſeptimo capit. ſed iſta expoſitio non tenet, quia tunc. §. ſequens, ſcilicet, vniuerſa frugum initia coincideret cum iſto, cum ille intelligatur de primitijs propriè dictis: ideo non eſt intelligendum de primitijs illo modo, ſed de alijs, quæ offeruntur. motiuum erroris huius expoſitionis eſt, quia dicitur hic, quicquid offerunt primitiarum; ſed non accipiuntur primitiæ ſemper pro primitijs illis, vt patet ſupra in litera, cum omnia iura vocentur primitiæ, ideſt ſeparationes factę pro Deo. ſed intelligendum eſt, vt dictum fuit.

Quicquid offerunt primitiarum Domino tibi dedi. Ideſt omnes primitias, ſcilicet, ſeparationes, quas Iſraelitæ offerunt prouenient ſacerdotibus. nam Deus loquebatur hic ad Aaron, & filios ſuos: & quamquam primitię ſignificent omnia iura ſacerdotalia, tamen reſtringendum eſt hic ad ea, de quibus dicitur in litera, ſcilicet, ad vinum, oleum, & frumentum, quando offeruntur ſacerdotibus, non tanquam libamenta. & dicitur quòd iſta offeruntur Domino, quia quamquã in ius ſacerdotis prouentura ſint, & offerentes ſciant, quòd de his nihil Deo cremandum eſt, ſed omnia cędent ſacerdotibus, tamen Deo fit iſta oblatio: nam non daretur ſacerdotibus, niſi quia Dei miniſtri ſunt, & tunc nihil differt, an id quod offertur, totaliter proueniat ſacerdotibus, vel totum coram Deo cremetur, cum offerentes non propter ſacerdotes, ſed propter Deum offerant, potiſſimè quia omnes iſtæ oblationes in ius Dei proueniebant, quia tamen ipſe habet miniſtros, vult eis dari iura iſta, quibus ſuſtententur.

Vniuerſa frugum initia, quæ gignit humus. Hic ponitur aliud ius ſacerdotale, ſcilicet, primitiæ proprie dictæ, de quibus nihil habebant Leuitę, ſed ſoli ſacerdotes: & patet quia dicĩt hic vniuerſa initia frugum. dicuntur autem initia, ideſt primordia, & illę propriè ſunt primitiæ, quæ de primis fructibus offeruntur; & iſtę erant ſub neceſſitate legis, ſicut decimæ, nec proueniebant ex voto, vel ſpontanea oblatione.

Tria genera primitiarum proprie dictarum, quæ ſoluebantur tribus temporibus, & quantum ſoluebatur de eis, & de quibus rebus apud Iudæos dicebantur decimæ, & primitiæ.
Quæſt. XIIII.

HARVM autem proprie dictarum primitiarum erant tria genera, ſecundum quòd ſoluebantur tribus temporibus. Priores primitiæ erant in feſto azymorum, quando colligebantur manipuli in ſecũdo die azymorum de ſpicis adhuc virentibus, antequam quicquam collegiſſent Iſraelitę de frugibus, & offerebantur illi manipuli, atque vnus de eis conſecrabatur Domino, iuxta formam, quæ habetur Leui. capitulo ſecundo, & vigeſimotertio: cedebant autem iſti manipuli primitiarum in ius ſacerdotis; præter modicum, quod cremabatur de vno eorum, vt declaratum eſt, Leuiti. 23. cap. iſtę autem vocabãtur proprie primitię, quia ante

A iſtas nõ ſumebatur quicquam de fructibus agrorum, quia non licebat comedi panes, pultes, vel polentam ante oblationem illorum manipulorum Leuit. vigeſimotertio cap.

Secundę primitię erant, quæ ſoluebantur in feſto Pentecoſtes, quando incipiebant eſſe panes noui de frumento, & tunc de qualibet domo offerebãtur duo panes in primitias, de quibus Leuiti. vigeſimotertio capit. & illi etiam cedebant in ius ſacerdotum, pręter modicum de vno, quod cremabatur ſuper altare.

Tertium genus primitiarum erat, quę ſoluebantur collectis omnibus fructibus, ſcilicet, in Autumno, & tunc dabantur partes de omnibus fructibus terrę, tam de frugibus, quàm de leguminibus, quàm de arbori-
B bus: principaliter tamen de frugibus vino, & oleo, quia iſtę erant, quę magis abundabant, & magis exigebantur ad ſuſtentationem humanam: de his autem dabatur maior quantitas, quia aliqui dabant quadrageſimam partem fructuum, qui plus dabant, vel qui minus dabant ſexageſimam, medio modo dabãt omnes alij: & iſtę ſunt, quę communi nomine vocantur primitię, quia erant iura magna in modum decimarum. de his Exod. capitulo vigeſimotertio. & extra. de deci. capitulo primo. dicitur hic quòd dãda erant vniuerſa initia frugum, ideſt primitiæ de omnibus frugibus. non eſt ſenſus, quòd de frugibus ſolis propriè ſumptis darentur primitię, quia tunc non darentur de oleo, nec de vino. ſed falſum eſt, quia de his principaliter dabantur; ſed accipiuntur hic nomine frugum
C omnes fructus terrę, ſiue de frugibus, ſiue leguminibus, ſiue arboribus.

Primitiæ an dabantur de omnibus opinio Iudæorum. Et quòd primitiæ, & decimæ non erant æquales ſimpliciter, & quare non dabantr primitiæ de animalibus, ſicut decimæ.
Quæſt. XV.

IVDAEI autem dicunt, quòd primitiæ ſolum dabantur de frumento, & hordeo, vino, & ficubus, malogranatis, oleo, & melle, quia iſta ſolum exprimuntur eſſe in terra promiſſionis Deuter. capitulo octauo.

D Sed iſta ratio eſt inſufficiens, quia ſi eſſet ſenſus, quòd iſta ſola eſſent in terra Chanaan, verum eſſet, quòd non darentur primitię de aliquibus alijs, quia non poterant dare Iſraelitæ, quæ non habebant, falſum tamen eſt, quia multa alia legumina, & fructus erant in terra Chanaan; vt etiam patet in multis locis in ſcriptura. Si autẽ dicatur, quòd de his ſolis erant ſoluendę primitiæ, quia ad hoc exprimebantur, vt de eis primitię ſoluerentur, verum eſſet, tamen non exprimuntur ad hoc, ſed ſolum ad ſignificandum abundantiam terræ illius, vt patet ibidem. fuerunt autem iſta expreſſa, quia iſta erant, in quibus terra magis abũdabat, vel forte, quia erant magis neceſſaria ad vitam, & communiora in vſu.

E Sed dicendum eſt, quòd erant primitiæ ſoluendæ de omnibus terrę naſcentibus, quę alicuius valoris æſtimabantur ad conuertendum in precium, & ad aliqualem neceſſitatem humanam proficiunt: quòd dicitur propter quaſdam herbas, quæ ad ſolum odorẽ, vel aſpectum habentur, & non ſunt ad conuertendũ in precium, nec ad proficiendum neceſſitatibus humanis. ꝙ autem de pluribus fructibus terrę ſoluerentur primitię, quàm de illis, quos expreſſerunt Iudæi manifeſtum eſt, quia primitię, & decimę ęqualiter ſe habent, quantum ad ea, de quibus ſolui debent; licet non quãtum ad æqualitatem ſummæ, ſ. quòd de om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus fructibus, de quibus soluuntur decimę debent F
solui primitiæ, sed de menta, anetho, & cymino debent solui decimæ, ergo debent solui primitiæ; & ista non sunt de fructibus illis, quos expresserũt Iudęi: antecedens patet Matth.23. capi. cum dixit Christus, vęh vobis Scribę, & Pharisęi Hipocritę, qui decimatis mentam, & anethũ, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, fidem. Ex quo forte aliquis diceret, quòd Pharisæi, & Scribę ad ostentandum se esse iustos decimabãt anethum, mentam, & cyminum, tamen non erant obligati ad hoc, sed falsum est, quia immediatè patet, quòd erant obligati ad ista, cum dixit Christus. Hęc oportuit facere, & illa non omittere: sed oporret necessitatem inducit; obligabantur ergo dare primitias de G
his, sicut dare decimas, & sic de alijs fructibus.

Quæ gignit humus. Non ponitur hoc ad signandum aliquid specialiter, quia nullę fruges sunt, quę nõ gignantur ab humo; sed ponitur ex superabundãti, sicut cum dicitur accipies bouem de armento, vel arietem de grege, quia nullus bos est, qui ad armentum non pertineat, nec aries, qui non ad gregem.

Considerandum circa hoc, quòd licet primitiæ, & decimę essent ęquales, quantum ad omnia terrę nascentia, tamen non erãt ęquales simpliciter, quia decimę soluebantur de omnibus animalibus, tam mundis, quàm immundis, quæ pertinebant ad vsum humanum, scilicet, de pecoribus, vt arietibus, bobus, & H
hircis, & de iumentis, vt de equis, asinis, & camelis: primitię tamen non soluebantur de his, nec reperiętur vnquam in veteri testamento, quòd dicantur primitiæ, nisi de terrę nascentibus: decimę tamen reperiuntur de pecoribus Leuit. 27. cap. Causa huius est, quia erat aliquod alterum ius de animalibus, quę ęquiualebat primitijs, scilicet, quòd dabantur primogenita de illis, si erant munda, vel redimebantur, quãdo animalia erant immunda, vt patet Exo.cap.13. & infra in litera. Dare tamen primogenita adhuc magis erat, quàm dare primitias, & magis, quàm decimas; vnde forte de maximis iuribus, quæ habebant sacerdotes erat ipsa oblatio primogenitorum, & redẽptio; ideo non decuit, vt statuerentur alię primitiæ in animalibus. nã & si primitię soluerentur de animalibus, hoc esset de primogenitis, quia illa sunt prima, & de primis primitiæ dicuntur. *Et Domino deportantur*. Idest proueniunt ad te primitię, siue initia frugum, quę portantur ad Dominum: etiã non addit hoc aliquid specialiter ad priorem clausulam, quia non erant aliqua initia fructuum, quę Domino non portarentur, cum essent omnia obligata a lege Deo. *Cedent in vsus tuos*. Idest omnes istę primitię erunt ad cibum tuum, vel ad vsus tuos, idest ad omnes necessitates tuas.

Primitiæ aliquæ nõ poterant transferri ad alios vsus, nisi ad cibos.

Pro quo sciendũ est, quòd de primitijs aliquę erãt, quę ad cibos sacerdotum pertinebant, & non poterant transferri ad alium vsum. Alię erant quæ ad omnes vsus transferri poterant, scilicet, quòd poterant vendi, & commutari, & aliquid alterum inde emi.

In quo sciendum, quòd illarum primitiarum, quarum partes quędam prouenientes Deo, solum erat vsus sacerdotum in comedendo de illis, & non poterant transferri ad alium vsum, scilicet, non poterant vendi, nec commutari, vel alijs extraneis donari. Aliæ erant primitię, de quibus Deus non recipiebat partem ad cremãdum coram ipso, sed totaliter sacerdotibus prouenientes. istę poterant vendi, & donari, atque transferri ad quemlibet vsum.

Ad primum modum pertinebant duo genera primitiarum, scilicet, illę, quę offerebantur in festo azymorum, & quę offerebantur in festo Pẽtecostes, de istis enim prouenientes quædam pars Deo, scilicet, quia cremabatur super altare pars manipuli spicarũ, & pars panis oblati in primitias Pentecostes, de quo Leui. capitulo vigesimotertio: vnde propter partes illas crematas coram Domino omnes alię partes acquirebant quandam consecrationem, & non poterant comedere, nisi in vsus ministrorum Sanctuarij, & familiæ suę: ideo de his primitijs non poterat comedere quisquam nisi mundus, quia erãt consecratæ propter particulas, quę combustę fuerant in altari, sicut erat de simila oblata, cuius pars cremabatur in altari, quia reliqua cedens in ius sacerdotum non poterat fermentari propter illam. Ex quo innuitur, quòd si tota fuisset data sacerdotibus, & nihil de ea prouenisset Deo potuisset fermentari. De tertio genere primitiarum, de quibus pars non dabatur Deo, sed totaliter cedebant in ius sacerdotum, dicendum est, quòd accipiebantur ad vsus eorum, qualitercunque, scilicet, quòd I
possent comedere, & vendere, & donare: & de his poterat comedere mundus, siue immundus, quia nihil ponebatur in altari de illis. simile erat de decimis, quæ proueniebant Leuitis: quoniam poterant conuerte re illas ad omnem vsum, & expendere in necessitates suas: sicut dicitur infra nihil aliud possidebunt Leuitę decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorũ & necessaria separaui. vsus dicit quãtum ad summinem in cibos, necessaria dicit quantum ad commutationes, venditiones, & donationes, & alios cõtractus, quos facere poterant de fructibus decimarum, cum inde solum haberent sustentamentum. simile ergo erit de primitijs, quòd poterunt accipi ad cibos, & ad omnes alios vsus, cum nulla pars earum consecretur super altare.

Qui mundus est in domo vescetur ex eis. Hoc non potest referri ad omnia immediata, scilicet ad primitias quas vouerunt, & obtulerunt Israelitę, & ad medullam. vini, & frumẽti, & ad vniuersa frugum initia, quę gignit humus, quia non requiritur pro omnibus his munditia in comedentibus, sicut declaratum est de medulla vini, & olei, & de initijs frugum: poterit ergo dici, quòd solum referuntur ad primam particulam de primitijs, quas vouent, & offerunt Israelitę, quod intelligitur de partibus sacrificiorum, quia de illis solis mundi comedere poterant, & in loco sancto, vt supra declaratum est.

Si autem obijciatur, quòd videatur referri ad omnia supra dicta, quia post illa ponitur.

Respondendum est, quòd non sequitur ex hoc, quia sic dicebatur supra de sacrificijs, & de eo quod redabatur pro peccato, & delicto, & de oblatione, quod cedebant in ius sacerdotum, & postea inferebantur in Sanctuario, scilicet, in Sanctuario comedes illud: manres tantum edent ex eo. quod videbatur referri ad omnia superiora, tamẽ solum referebatur ad sacrificium pro peccato, vt supra declaratum est; ita est hic, quod quamquam posita fuerint supra tria, tamen ad primum solum refertur ista clausula, vt declaratum est; & c. solum ad referretur ista clausula, qui mundus est, & c. solum ad primam particulam superiorem, scilicet, ad iura, quæ habentur de sacrificijs.

Alio modo potest exponi, & melius, q̃ ista clausula referatur ad omnia superiora, licet non vniuersaliter, quia de quolibet genere horum erat aliqd, quod non licebat comedi, nisi a mundis: nam de sacrificijs manifestum est; etiam de medulla frumenti, olei, & vini, quia quando ista offerebantur, & ponebantur super altare aliquæ partes eorum; non licebat reliqua comedi, quæ prouenientes in ius sacerdotum, nisi a mundis: si autem offerrentur simpliciter, vt

vt nulla pars eorum poneretur super altare, poterant comedi, & vendi, & dari mũdis, vel immundis. Item potest intelligi de tertio horum, s. de primitijs frugũ, quia in primitijs sunt aliqua genera, quę non possunt comedi, nisi a mundis, quia pars quædam harum primitiarum crematur super altare, s. primum, & secundum genus primitiarum, quia de his cremabant quædam partes, vt dictũ est. De tertio autem genere primitiarum nihil cremabatur super altare, sed pueniebant simpliciter sacerdotibus, sicut proueniebant decimę Leuitis, vt patet infra: ideo poterant vendi, vel fieri de his quęlibet mutationes; ita vt nõ esset necesse dari illas mundis, sed quibuscunque liceret comedere. *Omne quod ex voto reddiderint filij Israel tuum erit*. Hic ponitur aliud ius sacerdotale, s. illa, quę proueniebant ex voto; & ista erant iura specialia. A B

An quicquid dabatur ex voto pertineret ad sacerdotes. Et quòd nullus poterat se vouere Deo. Quæst. XVI.

Circa hoc tamen considerandum est, q̃ nõ pertinebat ad sacerdotes, quicquid dabat ex voto: sed sciendum, q̃ quandocunque laici aliquid vouebant, aut erat animal, aut non, si erat animal, & erat mundum, aut exprimebant in voto, q̃ offerebant ad immolandum, aut non: si non exprimebant cedebat animal in ius sacerdotum, & non debebat immolari, sed viuum eis proueniebat, & poterant facere de illo quicquid vellent. Si autẽ animal vouerẽtur ad immolandum, tunc proueniebant iura sacerdotibus de illo animali secundum genus sacrificij, & tamen immolabatur animal. Si autem aliquis vouerat animal, & non immolaticiũ, sed seipsum, aut vouebat se simpliciter, aut vouebat ad faciendum aliquid; si vouebat secũdo modo faciebat illum actum, quem vouerat, vtpote ieiunare, vel ire in Sanctuariũ. si autem vouerat seipsum simpliciter dicens. ego vouẽo me Deo, non transibat in ius Dei, quia non poterant laici applicari ad aliquam ministrationem Sanctuarij, sicut nunc applicantur assumẽdo ordinem sacerdum, vel intrando religionem: ideo vouentes dabãt pro seipsis pecunias secũdum diuersitates ętatum, & sexuum, quia pro quibusdã dabãtur tres sicli, pro alijs quinque, pro alijs decem, & sic vario modo, de quo habetur Leuit. cap.27. & ista pecunia proueniebat sacerdotibus, quia isti, qui vouerant se, debebant applicari Deo ad aliquam ministrationem, sed nõ poterãt, quia erant laici; ideo dabatur pecunia illis, qui minis trabant loco illorum, s. sacerdotibus, sicut erat de pecunia data pro redemptione primogenitorum, q̃a ista proueniebat sacerdotibus totaliter, supra cap.3. & infra in litera. eo q̃ ipsi ministrabant loco primogenitorum: nã primogeniti debebant ministrare, nisi Deus repulisset eos. Si autem aliquis vouisset rem suam, aut illa erat animal, aut non. si primo modo, aut erat tale, quòd posset immolari, vel non. si poterat immolari debebat, vt supra dictum est. Si autem esset animal immundum, quod immolari non poterat, siue esset immunditia ista secundum speciem, vel erat aliqua macula casualis, æstimabatur in pecunia, & si dominus, qui vouerat redimeret, super addebat quintam partẽ ad æstimationem, & dabatur tota illa pecunia sacerdoti. Si autem alius emisset proueniebat sola æstimatio, vt patet Leui.cap.17. sed qualitercunque esset pecunia, semper proueniebat tota sacerdoti, & nihil Sãctuario. Si autem quod vouerẽtur non esset animal, sed erat ager, redimi debebat ante vnum annum; & si dominus redimeret, dabat quintam partem super æstimatam pecuniam: modus autem æstimandi erat, vt videretur quot modios sementis capiebat ager, & sic augebatur, & diminuebatur precium iuxta regulã datam, Leuit.27.cap. Si autem non redimeret vouens agrum suum, vendebatur alteri secundum æstimationem pecuniæ non addita quinta parte, & dabatur pecunia sacerdotibus: ager autem manebat in potestate mentis, vsque ad iubilęum: postea vero redibat ad sacerdotes, & in æternum pertinebat ad eos, Leuitic. 27.cap. In hoc tamen distingui debet, an ille qui vouebat agrum, habebat eũ ex hæreditate patrum suorum, vel emebat. si habuisset iure hęreditario, fiebant quæ dicta sunt, si autem emisset, non poterat transire ager in proprietatem sacerdotum in ęternum, quia vouens non possidebat eum in ęternum, sed vsque ad iubileum: ideo cogebat redimere de manu sacerdotum, & proueniebat pecunia illis Leui.27.ca. idem quod dictum est de agris, intelligendum est de domibus, & quibuscunque possessionibus immobilibus, vt patet eodem cap. C D

Si autem aliquis vouisset res alias mobiles inanimatas, sicut pecuniam, aut vestes, & similia cedebant in ius sacerdotum, etiã si diceret. vouco res istas Deo, nisi expresse voueret res illas pro thesauris Sanctuarij, vt si voueret aurum, vel argentum, aut aliquid simile pro thesauris Domini, quia tunc cedebat thesauris Sanctuarij. nec obstat, si aliquis dicat, quòd omne, quod reddebant filij Israel ex voto proueniebat sacerdotibus, vt patet hic, quia hoc verum est cum generaliter vouebatur aliquid Domino, non exprimendo pro thesauris Sanctuarij, vel siquis voueret aliquid Domino pro sacerdotibus, quod patet, quia id quod poterat aliquis facere simpliciter donans, & sine voto potest facere donando votiuè: sed simpliciter potest aliquis donare pecuniam pro Sanctuario Domini ad thesauros eius, vt patet infra 31. capit. de Israelitis, qui intulerunt in tabernaculum testimonij omne aurum, quod acceperant in prędа Madian; & de hoc nihil habuerunt sacerdotes, sed de reliqua pręda hominum, & iumentorum, vt patet ibidem. poterunt ergo facere hoc ex voto: & sic patet de his, quæ dabantur ex voto, quomodo proueniebant sacerdotibus.

Quicquid primo eruperit è vulua omnis carnis. Hic ponitur aliud ius sacerdotum, scilicet, accipere primogenita, vel redemptionem primogenitorum: in animalibus autem in quibusdam accipiebantur ipsa primogenita, in alijs vero redimebantur.

Quędã primogenita redimebãtur, alia immolabant, alia cõmutabantur.

Causa autẽ, quare Deus volebat primogenita sibi dari, vel redimi erat, quia pertinebant ad eum: ipse enim liberauerat omnia primogenita Israelitarum in Aegypto a morte; ideo volebat quòd darentur ei secundum substantiam, vel aliquod precium pro eis: de hoc autem declaratum est supra capitulo tertio, scilicet, quæ primogenita debent dari, vel redimi, & quare; & an fuit conueniens, quòd poneretur redemptio eorum: in hominibus autem erat redemptio, quia homo non est animal immolaticium, sed magis debebat applicari Deo ad colendum eum, exhibendo aliquod obsequium, & quia primogenita multitudinis Israel non acceptabantur a Deo, quia omnes Tribus fuerant aliquo modo maculatę idolatria præter Tribum Leui, statuit, vt quilibet de primogenitis, qui dare debebat se ipsum ad obsequendum Domino, daret pro se aliquod precium, quod transiret in ius illorum, qui ministrabant Domino, & isti erãt sacerdotes de genere Leui. precium autem istud fuit quinque sicli, vt patet supra capitulo tertio, & hic: in alijs animalibus quędam erant immolaticia, & quędam non, in eis quæ erant immolaticia accipiebantur primogenita, & immolabãtur, & adipes eorum cremabantur super altare: carnes aũt eorum totaliter proueniebant E

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotibus, vt patet infra in litera: in animalibus autem immundis quędam erant, quæ redimebantur, & pro his dabatur precium, sicut infra declarabitur ex eadem causa, qua in superioribus: & ista non dabātur Deo in seipsis, quia erant immunda, & inepta ad immolationem: precium autem illud proueniebat sacerdotibus.

Quicquid primum eruperit è vulua cunctæ carnis. Idest quicquid primo nascitur in animalibus pertinebit ad sacerdotes. Dicuntur autem primo erumpere è vulua primogenita; & ista cedebant in ius sacerdotum: dicitur autem cunctæ carnis, nō quòd omnia animalia primogenita offerrentur, vel daretur precium pro eis, sed pro quibusdam, scilicet, pro omnibus animalibus mundis ad immolandum, & pro quibusdam immundis: ideo determinatur ista particula per sequentem, scilicet.

Quam offerunt Domino. Idest de omni carne quę offertur Domino, sed non omnia animalia offeruntur Domino, ergo non pertinebant primogenita omniū ad sacerdotes: accipitur autem hic offerre nō pro immolare, quia solum erant tres species animalium immolaticiorum, scilicet, bos, capra, ouis. Homines autē non erant immolaticia animalia, & tamen de hominibus dabantur primogenita, vt patet hic. etiā de quibusdam animalibus immundis accipiebatur redemptio; illa tamen non sunt immolaticia, sed accipitur offerre Domino, idest quomodocunque tribuere ei in se, vel in aliquo equiualenti; & hoc modo homo offerebatur Deo, quia dabatur precium pro illo, & quædam animalia immunda, quia recipiebatur commutatio pro eis; & de his dicitur, quòd primogenita omnium animalium offeruntur Deo, ideſt q̄ aliquo modo dantur Deo prouenient in ius sacerdotum.

Siue ex hominibus, siue ex pecoribus fuerit tui iuris erit. Idē primogenita, siue sint humana, siue de alijs animalibus pertinebant ad sacerdotes; & hoc quia pro primogenito humano dabatur precium, & illud pertinebat ad sacerdotem, vt patet supra capitulo tertio, vbi omnes Leuitæ dati sunt in commutationem pro primogenitis Israelitarum: & quia excedebant primogeniti Israelitarum datum est precium pro omnibus illis, scilicet, pro quolibet quinque sicli: & istud fuit datum Aaron, & filijs suis. Si autem erant primogenita animalium, etiam ad ius sacerdotum pertinebant, quia aut illa erant munda, aut immunda. si erant munda, ideſt immolaticia immolabantur, & sanguis eorum fundebatur per circuitum altaris; adipes autem cremabantur coram Domino in altari; carnes vero, & pellis totaliter proueniebant sacerdotibus. Si autem essent animalia immunda, sicut asinus, qui non erat immolaticius, fiebat commutatio, scilicet, vt daretur ouis pro primogenito, vel precium, & tam ouis, quàm precium proueniebat in ius sacerdotis. Sciendum autem quòd accipiuntur hic pecora generaliter tam pro pecoribns, quàm iumentis: nam solum consueuerunt vocari pecora animalia comestibilia; iumenta autem vocantur animalia ad laborem, quæ non sunt comestibilia, de quibus est asinus, pro quo dabatur precium. Aliquando autem vocantur omnia iumenta è contrario, siue comestibilia, siue non comestibilia, Exo. capitulo decimotertio, scilicet: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel tam de hominibus, quā de iumentis.

Modus q̄ accipiebat̄ i accipiendo iura de primogenitis.

Ita duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias. Hic ponitur modus, qui habendus erat in accipiendo iura de primogenitis, scilicet, quòd cum ista cōditione acciperentur, vt pro homine daretur precium, sed non pro animalibus mundis ponitur ista conditio, qa sacerdotes magis vellent accipere precium pro omnibus primogenitis, tam animalium mundorum, quàm immundorum, quā immolare animalia munda, & accipere carnes eorum: nam maioris precij erat animal viuens, quā carnes animalis mortui, eo quòd animal viuens poterat vēdi, vel accipi in cibum; postquam autem mortuum erat, & pars eius fuerat combusta in altari solum poterat comedi: etiam non licebat comedere de illo quibuscunque, sed solum familiæ sacerdotis, & solis mundis, vt supra declaratum est. de primitijs quæ vouentur, & offeruntur, scilicet de partibus sacrificiorum, de quibus subditur, qui mundus est in domo tua vescetur eis; ideo Deus posuit istam conditionem, vt non possent redimi omnia primogenita, sed quædam eorum.

Et omne animal, quod immundum est redimi facias. Idest etiam pro animalibus immundis facias, vt detur redemptio, scilicet, tantum precium, quantum animalia valent, pro istis duobus accipiatur precium, scilicet pro homine, & pro animalibus immundis, sed nō eodem modo: nam de hoc homine dicitur quòd accipiet precium pro illo, de animalibus dicitur, quòd redimuntur, & est proprie dictum, quamquam aliquando scriptura non obseruet istam differentiam: nā pro homine dabatur precium, & non redemptio, quia redimi aliquid est, quando tantum datur pro ipso, quantum valet, vel quantum ęstimatur valere. pro primogenito autem hominis non fiebat sic, quia solum dabantur quinque sicli, vt patet supra capitulo tertio, sed homo non æstimatur quinque siclis, nam siclus apud Iudęos non erat magni valoris, cum vnus aries mediocris valeret duobus, vel tribus siclis, Leuit. capitulo quinto, nullus autem hominem æstimat in precio duorum arietum; ideo non est redemptio in primogenito humano, sed datur precium: in primogenitis autem pecorum immundorum fiebat redęptio, quia dabatur tantum quantum valebant, vel dabatur animal mundum pro eis, scilicet, ouis, vt patet Exod. capitulo decimotertio. cum autem dicitur hic omne animal immundum redimi facias, est difficultas, quia inter animalia immunda solum asinum redimi legimus, scilicet, commutari oue, Exod. capitulo decimotertio.

An animal immundum, quod redimendum erat in primogenitis intelligatur de immundis secundum speciem, vel per accidens. Et quòd de cane non licuit dari precium in Sanctuario.

Quæst. XVII.

AD quod sciendum est istam literam posse intelligi dupliciter. vno modo de animalibus immundis secundum speciem, vel naturam. alio modo de immundis ab aliquo casu, vel defectu, & non secundum speciem. Pro quo sciendum, quòd animalia munda ad offerendum inter pecora, vel iumenta solum erant tria. bos, ouis, capra, & de his tribus iubetur solum fieri sacrificium per totum Leuiticum: ad comedendum autem erat decem pecora munda, scilicet, tria supra dicta, & alia septem, de quibus Deuterono. decimoquarto capitulo, quàm ad offerendum. Aliqui autem exponunt hic literam istam de animalibus immundis secundum speciem ad immolandum, vel ad comedēdum, dum tamen domestica sint; ideo dicunt, quòd de equo, mulo, asino, camelo, ceruo, dama, & similibus danda erat redemptio, præterquam de cane, cuius prohibebat dari precium in Sanctuario, Deute. 23. c. (non offeres mercedē prostibuli, neq̄ preciū canis in domum Dei tui, quicquid est illud, quod vouetur, quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum.

Sed non videtur stare, quia non exprimit scriptura in aliquo loco de redemptione primogenitorum immundorum animalium, nisi de asino, vbi primo data est ista lex, Exo. 13. cap. ibi tamen poni debuisset perfecta: nam cęremonialia cum non dependeant ex ratione, non possunt sciri, nisi quantum legislator expresserit: ideo si alia primogenita redimenda fuissent de animalibus immundis expressum fuisset, sed solū de asino dictum est. Item si redimerentur omnia primogenita animalium immundorum, poneretur precium, sed non statuitur aliquod. Nec valet siquis dicat q̄ quinque sicli infra positi dantur in redemptionem pro quolibet animali immundo, quia quędam sunt quorum valor non est ad duos siclos; quanto magis cum redimantur, quando nouiter nata sunt? & tunc est minor valor ipsorum. ideo dicendum, quòd non posset intelligi de omnibus animalibus immundis secundum speciem, sed si referatur ad immunda secundum speciem intelligetur de solo asino, nam de ipso solum iubetur, quòd redimatur Exo. c. 14.

Sed aliquis arguet non stare, quia dicitur hic omne animal immundum redimi facias. quomodo ergo ista dicit omne animal pro vnica specie animalis?

Respondendum est non tenere argumētum: nam non solum nō tenetur hic proprie vniuersaliter istud signum, omnis, sed etiam non potest teneri vniuersaliter, quia tunc necesse erat, vt intelligeretur de omnibus speciebus animalium immundorum, & sic omnes pisces redimerentur; sic etiam de serpentibus, & de speciebus auium, de quibus impossibile erat, q̄ aliquid redimeretur, quia ista non veniebant in potestatem humanā; ideo necesse est, q̄ restringatur ista vniuersalitas ad aliquem modum specialem, s. q̄ intelligatur de animalibus, quę veniūt in potestatem hominis, & in quibus distinguuntur primogenita, & illa pertinent ad aliquem valorem. Prima conditio exit apparet, quia de eo, quod non est in potestate humana, nihil dari potest. Secunda etiam necessaria est, quia primogenitum dicit habitudinem aliquā ad alios genitos; ideo in animalibus illis, in quibus nō distinguitur esse primogenitum, & secundogenitum, sed omnes filij simul nati sunt, non possunt offerri primogenita. sic est de auibus, quę simul incubant super multa ouа, & simul in eis formantur pulli; ideo ibi nullus est primogenitus. Alia autē animalia sunt, in quibus primogeniti sunt, tamen non cognoscuntur a nobis, quia contingit interdū, q̄ vnico partu effundant multos fetus, sicut est in porcis, & ibi non iudicamus, quis primogenitus sit: vnde in talibus non poterat offerri primogenitus. Tertia conditio erat, q̄ essent animalia alicuius valoris: nam primogenita dabantur sacerdotibus tanquam quoddam ius, vt haberent inde partem sustentationis: quòd autem darentur primogeniti nullius valoris inutile erat, velut si darētur primogenita canum, & murilegorum; ideo de talibus non fuerunt danda. pauca ergo restant animalia, de quibus darentur primogenita, s. equus, camelus, & quædam alia, quæ in potestate hominum sunt, sed de his nō dabantur primogenita, nec redimebantur, quia lex solū iussit de asinis Exo. 13. cap.

Causa autem quare de solis asinis iussit; fuit quia Israelitæ nō habuerunt alia animalia in exitu de Aegypto, nisi oues, boues, & hircos, q̄ sunt animalia munda, & asinos, qui sunt animalia immunda: Deus autē solum iussit dari sibi primogenita, quia ipse liberauerat primogenita Israelitarum ab Angelo percussore in Aegypto: istam enim causam ipse exprimit vbicūque iubet dari sibi primogenita, vt patet Exod. 13. &

supra capitulo tertio, & octauo, sed Israelitæ non habebant in exitu de Aegypto, nisi quinque species animalium, in quibus essent primogenita, scilicet, filios suos, & primogenita boum, ouium, caprarum, & asinorum: ideo de his quinque iussum est dari primogenita, Exod. 13. cap. in equis autem, & camelis, & similibus animalibus, quamquam essent in potestate humana, non dabantur primogenita, quia Deus noluit obligare illa primogenita, quæ non eripuerat de Aegypto; & hoc modo necessario intelligetur p hāc literam solus asinus, s. omne animal immundum redimetur, ideſt omnia primogenita asinorum.

Alio modo potest intelligi ista litera vniuersaliter, cum quadam modificatione, scilicet, omne animal immundum redimi facias, ideſt omne animal immūdum, quod est redempribile facias redimi, & tamen nullum est redemptibile de immundis, nisi asinus, ergo de ipso solo intelligetur. similis modificatio habetur supra in litera, scilicet, quicquid primo erumpit de vulua omnis carnis tui iuris erit; & quia hoc intelligebatur simpliciter de omnibus primogenitis, litera subdidit, quam offerunt Domino, ideſt, hoc verū est de cūcta carne, quæ offertur Domino, ideſt aliquo modo prouenit in ius Dei. Si autem exponatur litera ista de animalibus immundis, non potest intelligi, nisi de asino.

Sed aliqui dicunt non posse stare, quia asinus non redimitur, sed mutatur oue, vt patet Exo. cap. 13. vbi iubetur, quòd occidatur, vel detur ouis pro eo: hic autem iubetur animal immundum redimi. Item si Dominus voluisset asini redemptionem fieri pro sacerdote, non commutasset in ouem, sed in precium, sicut fit de animalibus, quę vouentur Deo, quæ si immunda sint secundum sacerdotis arbitrium redimuntur, Leuit. 27. cap. Item vtilior, & magis valens esset asinus sacerdoti, vel ad vsus suos, vel vt venderetur, quàm quòd daretur ouis pro eo. si ergo mandatū est, quòd commutaretur oue, hoc factum fuit, vt ouis loco eius immolaretur.

Item quandocunque animal aliquod mundum Deo prouenit immolari debebat, vt patet hic, sed ouis illa, quæ dabatur pro primogenito asini erat munda, ergo immolari debebat, & sic non pertinebat totaliter ad ius sacerdotum: ideo non esset liberum sacerdotibus accipere precium redemptionis, vel accipere ouem pro asino, quia si acciperent precium, defraudaretur ius Dei, quia non offerebatur ei ouis, sicut aliàs offerenda erat: ideo dicunt quòd non est intelligenda litera ista de animali immundo secundum speciem, sed ex accidenti, vel ex aliquo defectu, quem habuit a principio suæ generationis, vt si aliqua ouis erat cęca, vel clauda, vel cruribus fractis, vel clauda, seu auribus amputatis, non acceptabatur in sacrificium soluendo vota, vel debita, vt patet Leuit. vigesimosecundo capitu. ideo sicut non recipiebantur talia animalia ad soluendum de eis votum, vt patet ibidem; quamquam reciperentur spontanee ad hostiam pacificam; ita non recipientur ad soluendum primogenita; quia ideo repellebantur a solutione voti, quia illud iam debitum erat, & a sacrificio pacifico spontaneo non repellebantur, quia strictius agitur in debitis, quā in spontaneis. ita circa dationem primogenitorum erit, quia primogenita debita sunt a lege; ideo nō poterunt dari si sint immunda, sed recipietur commutatio pro eis in precium.

Nunc dicendum est vtranque istarum expositionum duarum esse conuenientem. & si primo modo accipiatur conuenit litera ista, quę vī facere tres differētias, s. de primogenito hominis, pro quo dat̄ preciū, & de aīali immundo, q̄d redimit, & de primogenito

Universidad de Deusto
Biblioteca

bouis,ouis, & caprę, quod immolatur.nam ille.§.primogenita autem bouis, & ouis, &c. videtur innuere, ꝙ animalia immunda, de quibus dicitur hic, non sint de ſpecie boum, ouium, & caprarum,& tamen ſi intelligatur animal immundum ſecũdum accidens, poneturin eadem ſpecie cum bobus, capris, & ouibus. Item conuenit iſta litera, quia in animalibus ſit differentia; quędam enim vocantur immunda, & quædã maculata,& quædam munda. vocantur autẽ hic mũda,quæ ſunt licita pro ſacrificio; vocantur autem immunda,quæ ſecundum ſpeciem ſunt illicita,ſicut omnia animalia præter boues,oues, & capras; & ſunt iſta ſecundum ſpeciem illicita: vocantur autẽ maculata ea quę ſecundum ſpeciẽ ad immolandum licita ſunt, & tamẽ ex aliquo caſu fiunt illicita,vt ſi ſint moſtruoſa, vel aliquod membrum eis amputatum fuerit: iſta differentia obſeruatur, & innuitur, Deute.12.cap. hic tamen nõ dicitur de animalibus maculatis,ſed de immundis, ergo intelligitur de illis, quę ſunt immunda ſecundum ſpeciem.

Ad argumentum in contrarium cum dicebatur,ꝙ aſinus non redimitur, ſed commutatur oue, reſpondendum eſt, ꝙ redimi non accipitur hic proprie,ſicilicet dari tantum de precio, quantum res valet, ſed redimi, ideſt dari aliquid pro re ad tollendum obligationem, quæ erat in re, & ſatis poteſt vocari iſta redẽptio, nam primogenitum aſini eſt obligatum Deo, cum teneatur dominus ſuus dare pro eo ouem, vel occidere illum, Exo. 13.cap. iſta autem obligatio tollitur data oue, ergo redimitur aſinus; & cum arguebatur vlterius, quòd non poſſet dari precium pro aſino,ſed dabatur ouis,& illa immolabatur conſequendũ eſt,& tamẽ iſta immolatio vocatur redemptio, vt declaratum eſt.

Item conuenit iſta expoſitio;quia hoc modo dabitur regula de omnibus primogenitis, tã hominibus, quàm pecoribus, quàm iumentis. Si autem exponat litera iſta de animalibus immundis,ſecundũ accidens ſolum dabitur regula de primogenitis hominum, & pecorum. Si autem teneamus expoſitionem ſecũdã, quòd intelligatur iſta clauſula de animalibus immũdis a caſu, etiam litera iſta conuenit,primo quia ſupra dicitur de primogenitis hominum,& pecorum ſolũ; aſinus tamen non includitur nomine pecorum.

Item conuenit iſta litera,quia dicitur hic,ꝙ animal immundum redimitur, & accipietur proprie redemptio, ſ.vt detur tantum pro re,quantum valet, & hoc verum eſt de animalibus primogenitis immundis ab accidenti:quoniam ſacerdos eſtimabat illa, & tãtum dabatur pro eis, quantum ipſe iudicaſſet, ſicut dicitur de animalibus,quę dabantur per votum Leui.c.27.

Item cõuenit litera ſecundum iſtam expoſitionẽ, qa tenebitur hic vniuerſalitas ꝓprie, ſ.oẽ animal immundum redimi facias, ideſt omne primogenitum bouis,ouis, & caprę,ꝙ fuerit immundum redimetur: in alia autem expoſitione non tenebatur iſta clauſula vniuerſaliter: Dicendum eſt vtranque harum expoſitionum conuenientem eſſe, ſed prima eſt, quã litera vult,& ipſa magis conuenit. Confirmationes autem adductę pro ſecunda expoſitione ſatis poſſunt applicari ad contrarium pro prima expoſitione, vt patet conſiderando ſupra dicta,ſemper tamen verum eſt id quod dicebatur in expoſitione ſecunda,ſcilicet,quòd animalia immunda a caſu redimerentur, dato pro eis precio iuſtę eſtimationis, nec hoc repugnat expoſitioni primæ, ſed eſt aliquid ſuperadditum illi,quod litera non tangit.

Quinque primogenita tantũ debebãtur.

Pro quo breuiter dicendum,quòd ſola erant quinque primogenita,quæ applicabantur Deo aliquo modo,ſcilicet,hominis,bouis,ouis,capræ, & aſini,de primogenito humano, dicendum quòd aut erat de ſacerdotibus, & Leuitis, aut de popularibus. Si primo modo nihil ſoluebatur pro illo: quod patet, quia ſacerdotes erant,qui ſuſcipiebant iſta iura. Quomodo ergo de primogenitis eorum aliquid ſolueretur? nam ſibijpſis ſoluere deberent: Leuitę etiam nihil ſoluebant, quia quamquam ipſi non ſuſciperent iura, quæ proueniebant ex redemptione primogenitorum,ſed ſoli ſacerdotes, tamen ipſi erant dati Deo pro primogenitis etiam,ſicut ſacerdotes, vt patet ſupra cap.3.cũ omnes Leuitę ab vno menſe, & ſupra dati fuerint in commutationem pro omnibus primogenitis laicorum Iſraelitarum. cum ergo ipſi actualiter ſeruirent Deo in miniſterio ſuo, ſicut ſacerdotes in opere ſacerdotali,non erat aliqua cauſa, quare de primogenitis eorum ſolueretur aliquid,quia ſic dupliciter applicarentur ad Deum. Primo modo,quia omnes Leuitę actualiter ſeruiebant Domino. Secundo modo, quia pro quolibet eorum daretur precium, quod nõ eſt rationabile.cum ergo naſcebantur primogeniti ſacerdotum, & Leuitarum nihil dabatur Deo cedens in ius ſacerdotum. Si autem eſſent primogeniti laicorum,aut erant maſculi, aut fœminę. ſi maſculi dabantur quinque ſicli,& hoc ſiue eſſent pauperes,ſiue diuites: nulla enim in hoc fiebat differẽtia, & hoc intelligerẽt omnes homines, ſiue pauperes, ſiue diuites ſe equaliter pertinere ad Deum. ſic erat de dimidio ſiclo,quem dabat quilibet Iſraelitarum, quando transibat ad numerum, quia dies non poterat addere,& pauper non poterat diminuere,Exo.cap.30.nec erat valde magnum precium quinque ſiclorum, ſ.precium duorum arietum in terra Chanaan,vt patet Leuit.ca.pit.5.vbi dicitur de ariete mediocri,quòd emi poterat duobus ſiclis, ſed ibi non erant arietes in magno precio cum eſſet terra valde fertilis: ideo precium quinque ſiclorum non erat magnum.

Si autem eſſet fœmina primogenita, nihil dabatur pro ea, nam Deus ſolum iuſſerat redimi primogenita maſculina,Exo.trigeſimotertio, & trigeſimoquarto capit. Cauſa huius erat, quia Deus ſolum volebat illa primogenita redimi, & applicari ſibi quæ ipſe liberauerat in Aegypto, cum ſemper ponat illam liberationem pro cauſa redemptionis primogenitorum ſupra capitulo tertio, & octauo, ſed in Aegypto ſola maſculina primogenita liberata ſunt. ergo maſculina redimi debuerunt: hoc ideo non tanquam aliqua primogenita fœminina mortua fuerint de Iſraelitis, quia nihil perijt de eis,ſed quia Angelus percutiẽs ſolum occidebat primogenita maſculina, ſiue in hominibus, ſiue in pecoribus: & quamquam omnia fœminina manſerint, nullum de eis liberatum dicitur, de hoc late declaratũ eſt, Exo.trigeſimoquarto,& ſupra capitulo tertio. Si autem aliqui maſculi naſcerẽtur poſt illam fœminam primogenitam non dabantur aliqui ſicli pro omnibus illis, vel pro aliquo illorum, quia nullus eorum erat primogenitus: iſta iura tamen ſoluenda ſunt pro primogenito. Si autem eſſet primogenitum bouis, ouis, & capræ, aut erat animal immaculatum, aut habebat aliquam maculam; ſi autem eſſet immaculatum, ſcilicet, non moſtruoſum,nec habens aliquam fœditatem, vel carentiam membri,vt quia erat amputatum, vel a natiuitate carebat illo, immolabatur,& ſanguis fundebatur in circuitu altaris: adeps autem cremabatur; carnes vero, & pelles proueniebant ſacerdotibus, vt patet infra.

Si autem animal illud eſſet maculatum,ſcilicet habens aliquam maculam de ſupra dictis, & de quibus habetur Leuit.c.22. non poterat immolari,ſed dabatur precium conueniens pro illo, ſic erat de animalibus, quæ

quæ vouebantur,& erant immunda, nam eſtimabat illa ſacerdos, & tãtum tenebatur ſoluere qui vouebat animal Leuitici 27.ca. Si autem eſſet primogenitum aſini commutabatur oue,vt patet Leui.13.c.& iſta eſt redemptio quæ dicitur hic, illa autem ouis immolabatur, & proueniebant inde ſacerdotibus omnes carnes,& pellis, ſicut cũ offerebantur primogenita boũ, ouium,& caprarum. *Cuius redemptio erit poſt vnum menſem.* Iſtud non refertur ad animal immũdum de quo immediate dicebatur,nec ad animalia munda, de quibus infra dicitur, ſed ad redemptionẽ hominis, quod patet, quia determinatur precium illius infra quinq; ſicli, & tamen non competebat hoc pro animalibus mundis,nec immundis,ergo de homine intelligitur.

Item redemptio animalium mundorum non fiebat poſt menſem,ſed poſt 7.diem,nam bos,ouis,& capra 7.diebus eſſe debebant ſub vberibus matrum, & in die 8.offerri poterant Exodi 22.& Leuiti.22.& iſta fuit cauſa quare filii Leuitarum qui fuerunt commutati pro Iſraelitis primogenitis accepti ſunt ab vno menſe, & ſupra.vt patet ſupra cap.3. ſ. quia primogeniti ante menſem redimi non debebant, & quamuis eſſent multi filii Leuitarum, qui nondum attigerant menſem, nõ potuerunt dari loco primogenitorum, ideo illi qui defecerunt de Leuitis a menſe, & ſupra redempti ſunt precio a filiis Iſrael datis pro quolibet quinque ſiclis patet ſupra c.3.

Et ex hoc erat in filiis Iſraelitarum, ꝙ nunquam ante menſem redimerentur, & tamen poterant redimi poſt menſem, etiam ſi non in die quo finiretur menſis,& ex hoc conſuetum erat, vt die 40. poſt partum pueri primogeniti redimerẽtur apud Iudæos, & hoc, quia in die illo matres eorum ibant in templum iam purificatæ,& offerebant ſacrificia,vt patet Leuit.12.c. & in die illo beata Virgo iuit in templum, & portauit Saluatorem quem accepit in vlnis Simeon ſacerdos,& tamen dicitur, ꝙ parẽtes eius portauerunt eũ, vt facerent pro eo iuxta legem Moyſi Luc.ca.2. & illud erat,ꝙ redimeretur ibi,quod patet, quia Luc.2.c. allegatur auctoritas quę erat de redemptione primogenitorum cum dicitur. poſtquam autẽ impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, quia omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum domino vocabitur,ſed iſta auctoritas habetur Exodi cap.13.ſ. ſanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam, ſed ibi nihil eſt, niſi redemptio primogenitorũ, ideo videtur,ꝙ in die 40.tulerunt parentes Saluatoris eum in templum ad ſoluendum quinque ſiclos, quæ debebantur pro redemptione primogenitorum, in quibus dicebantur ſanctificari primogeniti,ſic autem videtur, quòd faciebant omnes alii Iſraelitæ. nam non ageret Mater Saluatoris noſtri contra conſuetudinẽ legis,ergo die 40.conſuetũ erat, vt redimerentur omnes primogeniti hominum.

Siclis argenti quinque. Ideſt dabitur in redemptionem pro quolibet valor quinque ſiclorum, & iſtos ſiclos habebant ſacerdotes,vt patet hic. Et ex iſto precio apparet, quòd non intelligatur iſta litera de animalibus immundis redimẽdis, quia ſolus aſinus redimebatur inter immunda, & dabatur pro eo ouis Leui.capi.13. ſed illa non valebat quinque ſiclos, immo forte non valebat vnum. quia vnus bonus aries ad immolandũ emebatur duobus ſiclis Leui.cap.5.etiam dato,quòd aſinus redimeretur in pecunia non darẽtur quinque ſicli, quia nullum animal equaretur cum homine in precio, vt tantum daretur pro eo in redemptione, ſicut pro homine. Niſi forte aliquis diceret, quòd homo non redimebatur quantum ad totum valorem, ſed dabatur aliquid pro illo, & hoc propter nobilitatem humanam, vt non videretur impoſitus equalis valor in pecunia homini, nam homo liber non recipit eſtimationem,animalia autem eſtimabantur tantum quantum valere poterant,ideo non eſt inconueniens, quòd daretur maior ſumma pro aliquo animali,quam pro homine, & hoc ſatis concedendum eſt. nam Leui.c.27. quando imponuntur precia pro hominibus,qui ſe vouent, pro quibuſdam imponitur pcium trium ſiclorum, pro aliis quinque, pro aliis 10. & ſic vario modo, ſed nullus homo poterat eſſe tam pauci valoris, vt ſolum valeret tantum quãtum aries, & dimidius,

Item patet,quia pro omnibus hominibus qui erãt a 20.annis vſque ad ſexaginta dabantur quinquaginta ſicli, & non conſiderabatur in hoc conditio alicuius hominis,nec addebatur,aut diminuebatur in aliquo; ſed manifeſtum eſt,quòd ſi homines venderentur ſecundum ſuum totum valorem,aliquis homo eſſet, q valeret plus quam decem homines,& tamen non fit aliqua differentia in hoc, ergo nõ venditur homo ſecundum ſuum totum valorem:animalia autem æſtimabantur tantum quantum valere poterãt, & quodlibet eorum per ſe,ergo in animalibus non erat incõueniens dari maius precium quam in homine, nec ẽt hoc negandum eſt, ſed quicquid ſit,litera iſta non poteſt intelligi, niſi de redemptione hominis, vt patet ex dictis.

Pondere Sanctuarij. Ideſt, iſti ſicli erant de pondere Sanctuarij,quod dicitur,quia duplices erant ſicli, quidam erant vſuales,& alij erant pertinentes ad Sãctuarium, qui autem pertinebant ad Sanctuarium erãt duplices ad primos, & propter hoc expreſſum eſt de ſiclis Sanctuarij, quia alioquin intelligeretur de minoribus,ſ.vſualibus ſecundum regulam communem legis humanę, & tamen quamquam nõ fuiſſet hic additum intelligeretur de ſiclis Sanctuarii, quia quãdocunque ſacra Scriptura facit mentionem de ſiclis,debent intelligi ſicli Sanctuarij,vt dicitur Leuit.27. cap. ſ.omnis eſtimatio ſiclo Sanctuarij põderabitur,ideſt, quęcunque eſtimatio fuerit facienda per ſiclos in rebus quæ iubentur a lege eſtimabitur per ſiclos Sanctuarij. *Siclus viginti obolos habet.* Sic patet Leuit.ca.vlt. Exodi 30.& ſupra cap.3.

Hoc autem ponitur ad ſciendum quantitatem ſicli Sanctuarij,nam ſiclus vſualis nõ habebat tot obolos,ſed 10.vt quidam dicunt. *Primogenitum autem bouis, & ouis,& capræ non facies redimi.* Hic ponitur de primogenitis animalium mundorum ſecũdum ſpeciem,& ſunt ſolum iſta tria.in quo innuitur, quòd non erant aliqua alia,quæ immolari poſſent,cum dicatur de eis, ꝙ non redimantur, quia ſanctificata ſunt.Si tamen eſſent aliqua alia munda nõ ſolum de his, ſed etiam de alijs diceretur,quòd non redimerentur, & dicitur de his,ꝙ non redimantur,ideſt,quòd non detur aliquod aliud animal pro his,quia ĩ aſino fiebat commutatio, ſiue redemptio,quia non erat animal mundum, bos autem,ouis,& capra erant munda, ideo non debebat dari aliquod aliud animal pro eis,quia nullũ erat mũdius eis,immo nullum erat mundum preter ipſa.

Quia ſanctificata ſunt Domino. Ideſt iſta pertinent ad Deum,& applicantur ei,vt immolentur, & crement partes eorũ ſup altare.hic accipit ſanctificatio ſtricte, nam ſanctificatio large eſt applicatio ad Deum, & ſic quodcunq; applicatur aliquo modo ad Deum dr̃ ſanctificatum,& ſic dr̃ ſanctifica diem ſabbati,ideſt applica ad Deum cuſtodiendo illum propter Deum, hoc modo omnia primogenita,ſiue humana,ſiue aſinina ſiue bouis,ouis,& caprę ſanctificata ſunt Deo,quia dr̃ Exo.13.ca. ſanctifica mihi omne primogenitum.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quatuor generibus rerum sanctificatarum, & de subdiuisione istarum in alios modos, & in quo differant res istæ sanctificatæ. Et quomodo intelligitur, quòd primogenita bouis, ouis, & capræ essent sanctificata.
Quæst. XVIII.

SED sciendum, ꝙ cum sanctificatio sit applicatio ad Deum res quæ magis ad Deum applicãtur magis sanctificatę sunt, & quæ maxime applicantur maxime sunt sanctificatę, iuxta regũlã Aristo. 2. Topic. si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, sed quædam res magis applicabantur ad Deum, quam alię: ergo quædam erant magis sanctificata, & propter hoc eorum, quę Deo proueniunt quedam vocãtur sancta, & quędam sancta sanctorum, sicut oblatio pro peccato vocatur sancta sanctorum, oblatio autem pacifica vocatur sancta.

Sanctificatio habet quatuor gradus.

In quo considerandum est, quòd sanctificatio habet quatuor gradus secundum magis, & minus, respectu rerum, quæ applicabantur Deo in veteri testamento. Quædam. n. erant sanctę, quia applicabantur Deo, non tamen in seipsis, sed aliquis pro ipsis applicabatur, & hoc modo de omnibus primogenitis dici poterat, ꝙ erãt sanctificata, quia quodlibet eorum in se, vel in alio Deo applicabatur, & sic primogenitum asini est aliquo modo sanctificatum. i. Deo applicitum, quia loco eius applicabatur aliquid. s. ouis, quæ commutabatur Exod. capit. 13. & iste est minimus gradus sanctificationis. Alio modo applicabantur res Deo, ita quòd applicarẽtur in seipsis, & hoc erat tripliciter, quia quædam applicabantur Deo totaliter, alię partim Deo, & partim hominibus, & istarum secundarum quędam applicabantur Deo, & sacerdotibus solum, alię autem applicabantur Deo, sacerdotibus, & popularibus. Et istę vltimę sunt in secundo gradu sanctificationis, & hoc solum est in hostia pacifica, quia illa partim dabatur Deo, scilicet sanguis, & adeps Leui. c. 3. & partim sacerdotibus, scilicet pectusculum, & armus dexter, & cętera popularibus offerentibus Leuit. ca. 7. & 10. ista sanctificata sunt maiora eis, quę erant in primo gradu, nam istorum quędam partes per se applicantur Deo, eorum autem, quę erant in primo gradu nihil per se applicabatur, sed aliquid loco eorum: erant tamẽ ista minora eis, quę totaliter applicabantur Deo, & eis, quę partim Deo, & partim sacerdotibus solum.

Tertius gradus sanctificationis est quantum ad ea, quę proueniebant partim Deo, & partim sacerdotibus, & istud erat in multis iuribus, scilicet in hostia pro peccato, de qua nihil proueniebat offerentibus, sed pars quædam Deo, scilicet adipes, & sanguis Leuitic. capitulo quarto, & carnes sacerdotibus Leuitic. capitulo 6. Istæ autem sunt magis sanctificatę res eis, quæ erant in duobus prioribus gradibus, quia nihil de eis cedit popularibus. Sic etiam est de libamentis omnium sacrificiorum, quia quædã pars cremaꝫ sup altare, & reliquum prouenit sacerdotibus, vt supra fuit declaratum, & sic de multis alijs iuribus.

Quartus gradus maxime sanctificationis est in eis, quæ totaliter Deo proueniebãt, sicut in holocaustis, in quibus adeps, sanguis, & omnes carnes cremabant coram deo Leui. c. 1. Sed adhuc isti gradus possent distingui magis, quia primus gradus eotum quorũ pars non dabatur Domino pọterat subdistingui, quia quædam horum sunt, quæ per se non dantur Deo, nec ministris eius, alia sunt, quæ quamꝫ non dẽtur Deo per se, tamen dantur ministris eius. Prima sunt, vt si redimatur primogenitum asini, quia illud, nec p se datur Deo, nec sacerdotibus, puenit, aliquid ꝓ illo datur sacerdotibus. s. ouis. Secũdũ est in primitijs de fructibus terrę, & decimis, & multis alijs iuribus sacerdotum & Leuitarũ, quę oĩa dicunt sanctificata hic, & Leuit. 27. c. & proueniunt ministris Dei, tamen nihil de eis per se Deo prouenit, & in isto gradu secunda sunt magis sanctificata quam prima. Item tertius gradus sanctificationis eorum, quę partim Deo, & partim sacerdotibus proueniunt subdiuiditur, quia quædam erant quę proueniebant sacerdotibus, & toti familiæ suę tam masculis quam fęminis tam mundis quam immundis. Alia erant quę proueniebant sacerdotibus, & toti familię suę, solum quantum ad eos qui mundi erant. Alia erant quę proueniebant solis sacerdotibus: masculis, & non familię eorũ. primũ erat in primitijs de fructibus terræ, & cęteris quę non ponebantur quantum ad aliquam partem super altare, quia de illis poterat comedere tam mũdus ꝙ immundus, & poterant vendi, vel cõmutari, vel dari in quoscunque vsus, vt supra declaratum est, sed ista particula ad subdiuisionem primi gradus pertinet: alia duo membra pertinebant ad hunc tertium gradum, & erat vnum illorum, quãdo pertinebat ad sacerdotes, & familiam suam in solis mundis, & hoc est in partibus quæ proueniebant de sacrificio pacifico, s. pectusculo, & armo dextro. nam tam filij ꝙ filiæ sacerdotũ poterãt comedere de partibus illis Leuit. c. 10. etiam tota familia sacerdotum, dum tn mundi essent Leui, cap. 22. & hic. Secundum erat quantũ ad ea quæ pertinebant ad solos sacerdotes masculos: & istud erat in partibus quę proueniebant de sacrificio pro pctõ: soli enim masculi comedebant de illis Leui. 6. cap. & supra in litera. ideo istud secundum magis sanctificatum est ꝙ primum. Item quartus gradus sanctificatorum, s. quæ ad Deum pertinebãt subdiuiditur, quia quædam totaliter ad Deum pertinebant, & cremabant in Sanctuario super altare, sicut holocausta Leuit. cap. 1. Alia ad Deum pertinebant, & totaliter cremabãtur extra castra, sicut sacrificium pro pctõ summi sacerdotis, & pro pctõ totius populi Leui. c. 4. Prima autem magis sanctificata sunt hic ꝙ secũda, & sic possunt accipi 7. vel 8. gradus sanctificationis maioris, & minoris in eis quæ pertinebant ad Deum in veteri testõ. Cũ aũt dicebatur supra ꝙ oĩa primo genita erãt sãctificata, & hic in litera dr. ꝙ bos, ouis, & capra erãt sanctificata Dño, quasi essent specialiter sanctificata dicendum est ꝙ differunt secundum diuersos gradus sanctificationis, quoniam omnia primogenita quæ redimebantur, etiam si essent primogenita asinorum erant sanctificata, saltem in primo gradu, quia applicabantur Deo non per se, sed per alterum: bos autem, & ouis, & capra erant sanctificata Domino in tribus alijs gradibus. s. in secundo, si fieret de eis hostia pacifica, quoniam proueniebat pars sacerdotibus, & pars popularibus, & pars Deo, etiam erant sanctificata in tertio gradu, si fieret de eis sacrificium pro peccato, cuius pars pueniebat Deo, & pars sacerdotibus: etiam erant sanctificata in vltimo gradu si fieret de eis holocaustũ, quod totaliter proueniebat Deo, ideo specialem sanctificationem habebant ista tria super omnia alia primogenita.

Inuentio autem in præsenti est, ꝙ primogenita bouis, ouis, & capręnon redimentur, quia sunt sanctificata, ideſt sunt talia de quibus potest fieri sacrificium: alia autem primogenita, licet sanctificata sint, tamen non sunt talia, vt de eis sacrificium fieri possit.

Sciendum est, quòd ista litera intelligitur de boue, & capra quando non erant habentia maculam, nam dato quòd essent sanctificata, si tamen haberent maculam non immolabantur Domino, sed redimebantur. nam animalia maculata non possunt offerri ad hoc ꝙ soluatur eis votũ, vel aliqd debitũ Leui. 22. sed

sed solum poterat dari spontaneum sacrificium pacificum, & tunc estimabantur ista animalia, & dabatur preciũ sacerdotibus, sicut erat de animalibus immundis, quæ vouebantur Leui. 27. *Sanguinem tantum eorum fundes super altare.* Ponuntur iura quæ proueniebant Deo ex istis primogenitis, & quæ proueniebant sacerdotibus, duo autem dabãtur Deo, s. sanguis, & adeps, reliqua vero, s. carnes, & pellis proueniebant in ius sacerdotum, & dicitur, ꝙ sanguis erat fundendus super altare, quia hoc pertinet ad modum aliorum sacrificiorum, s. hostiæ pacificæ, & holocausti de ritu sanguinis fundendi, vnde erat hoc generale circa omnia sacrificia, ꝙ adipes, & sanguis pertinerent ad Deũ Leui. c. 3. & 7. fundebatur autem sanguis sacrificiorum in altari, vel circa basim eius.

Modus fundendi sanguinem in omnibus generibus sacrificiorum.

Pro quo sciendum est, quòd modus fundendi sanguinem in sacrificijs non erat vnicus, sed in holocausto, & hostia pacifica erat vnus modus, s. quòd fundebatur sanguis super altare per circuitum illius, & hoc est, quòd funderetur super parietes altaris, non quidẽ intra altare super ignem eius, sed super crepidinẽ parietum qui erant de tabulis, & hoc per circuitum altaris, ideſt super crepidinen omnium quatuor tabularum, quæ erant latera altaris. iste modus erat holocausti, & hostiæ pacificæ Leuitici c. 1. & 3. & hoc verum erat, nisi cum offerretur volucris in holocaustum, qa tunc modicum de sanguine eius debebat distillare super crepidinem altaris, reliquum vero ad basim Leuitici ca. 1. in sacrificio pro peccato aliter fundebatur sanguis, s. quòd tingerentur quatuor cornua altaris sanguine, faciendo in eis quasdam lituras, reliquus vero sanguis ad basim funderetur Leui. cap. 4. de modis autẽ huius effusionis sanguinis, & de causis eorũ magis declaratum est Leui. ca. 1. 3. & 4. hic autem fiebat effusio sanguinis modo holocaustorum, & sacrificiorum pacificorum. *Et adipes adolebit in fauillmum odor domino.* Ideſt combures totam pinguedinem interiorem, vocantur autem adipes partes pinguedinosę, quę non sunt partes carnium, sed sunt adherentes carnibus, & sic est pinguedo quæ operit renunculos, & pinguedo operiens cętera vitalia, s. omasos, & precordia, ideſt partes coniunctas cordi, ista autem semper crematabantur coram Domino in quocunque sacrificio Leui. c. 3. s. omnis adeps Domini erit iure perpetuo, sanguis quoque erat aliquid coniunctum adipibus, quia de quocunque animali dabatur sanguis, dabantur adipes, & è contrario Leui. c. 7. & propter hoc iussum est ne de aliquo animali comederetur sanguis, aut adeps Leu. c. 3. & 7. & dicitur in odorem suauissimum domino. ad significandum magnam acceptationem Dei, s. ꝙ ita acceptabat Deus ista sacrificia tanquam si odor eorum esset valde suauis Deo, nihil tamen erat sibi suaue, quia ipse nõ percipit aliquid odorabile, cum non habeat potentiam odoratiuam, & dato, ꝙ habuisset eam non esset iste odor suauis, sed gratuis, & detestabilis, s. odor adipis, & carnium cõbustarum. *Carnes vero in vsum tuum cedent.* Ideſt omnes carnes habebis, & non dabitur aliqua pars Deo ad cremãdum in altari, nec aliqua pars proueniet laico danti tale animal, quia ipse dabat illud ex necessitate, ideo nihil de eo habere debebat, secus autem de hostijs pacificis, quas dabant populares spontanee, & vt ipsi summerent quasdam partes illarum.

Ad quod genus sacrificij pertinerent primogenita oblata.
Quæst. XIX.

QVAERET aliquis circa hoc, ad quod genus sacrificij pertinerent primogenita oblata, sicut supra dictum est?

Aliquis forte respondebit nõ fieri sacrificia ex illis. Sed falsum est, quia cum sanguis eorum fundatur in altari, & adipes eorũ crementur coram Dño ad sacrificium pertinent: quędam. n. sacrificia erant de quibus nihil amplius proueniebat Deo, s. sacrificia pro peccato, siue carnes eorum cremarentur extra castra, siue non. de hoc Leui. c. 4. & 6. Rñdendum est, ꝙ istud sacrificium non potest esse directe sub aliquo trium generum sacrificiorũ: non. n. est sub holocausto, quia in eo oẽs carnes proueniebant Deo Leui. c. 1. hic autem proueniebant oẽs carnes sacerdotibus. ẽt non erat sacrificium pacificũ, quia ibi aliquid proueniebat Deo, & aliquid sacerdotibus, & aliquid popularibus Leuit. c. 3. & 7. in hoc tñ sacrificio primogenitorum populabus nihil proueniebat, etiam quia in sacrificio pacifico sacerdotibus solum cedebat pectusculum, & armꝰ dexter, hic aũt oẽs carnes proueniebant. de hoc Leui. c. 7. & 10. Item non potest stare sub sacrificio pro peccato, quia illud offerebatur pro aliquo peccato determinato, primogenita aũt nequaquam, sed ex obligatione legis propter liberationem de Aegypto. s. c. 3. & 8. de sacrificio pro peccato, ꝙ offeratur pro aliquibus peccatis, patet Leui. ca. 4. & 5. aliqñ aũt offertur ad expiationem quarundã immunditiarum Leui. c. 12. 14. & 15. & s. c. 5. & 6. iõ nõ proprie stat sacrificium istud sub aliqua specie sacrificiorũ, hẽt tñ aliquam similitudinem ad ista sacrificia, nã sicut in sacrificio pro peccato solus adeps, & sanguis proueniebat Deo, carnes aũt sacerdotibus Leui. c. 6. nisi esset sacrificiũ, de cuius sanguine inferretur intra tabernaculum, ita hic sanguine, & adipibus datis Deo oẽs carnes cedebãt sacerdotibus. sed adhuc differt dupliciter istud sacrificium a sacrificio pro peccato. primo in cã pro qua offerebatur. nam sacrificium pro pcõ erat pro aliquo peccato, vel irregularitate, oblatio primogenitorũ erat ex necessitate legis, vt dictum est. Item differebãt in modo sumẽdi carnes eorum, quia solis sacerdotibus masculis licebat comedere de carnibus sacrificij pro peccato Leui. c. 6. de carnibus aũt primogenitorum oblatorum licebat comedere toti familię sacerdotum, sicut licebat de partibus prouenientibus de hostia pacifica, vt patet hic. cum dicat, sicut pectusculũ ꝓsecrationis, & armus dexter tua erunt, & tñ ista ptinebant de hostijs pacificis, & licebat comedere de illis filijs, & filiabus sacerdotum Leu. ca. 10. ergo liceret ẽt comedere de carnibus primogenitorum oblatorum, vnde dicẽdum est, ꝙ hẽt se sacrificium primogenitorum ad sacrificia proprie dicta, sicut sacrificium agni paschalis, & vitula rufa. nam quodlibet horũ vocat sacrificium de agno paschali patet s. ca. 20. de vitula rufa patet seq. c. & tñ nullum istorum erat totaliter simile alicui sacrificiorum proprie dictorum, vt declaratum est Exo. c. 29. sed aliquo modo agnus paschalis similabatur holocausto, & vitula rufa similabat sacrificio pro peccato, ita põt dici hic, ꝙ sacrificium primogenitorũ oblatorum similabatur aliquo modo sacrificio pro peccato, non quantum ad causam, sed quãtũ ad partes quæ proueniunt sacerdotibus, quia in vtroq; proueniebãt oẽs carnes. *Sicut pectusculum consecrationis, & armus dexter tua erunt.* Ideſt sic pertinebunt ad te oẽs carnes in oblatione hostię primogenitorum, sicut hostia pacifica pertinebant armus dexter, & pectusculum, ista duo perueniebant de hostia pacifica Leuit. ca. 7. & 10. & non dr hic, quòd habebat sacerdos omnes carnes de hostia primogenitorum oblatorum, sicut habebat de hostia pro peccato, quamquam sic haberet, & hoc ad significandum, ꝙ sacerdos libere habebat istas partes in primogenitis oblatis. nam in carnibus hostiarũ pro peccato, non erat tam liberum ius sacerdotibus, sicut in partibus quæ proueniebant de hostia pacifica

fica, quia de carnibus pro peccato solum masculi sa- F
cerdotes comedere poterant Leuitic. capitulo sexto,
& decimo, de partibus autem hostię pacificę sacerdo
tes, & tota familia sua, tam masculorum, quam fę
minarum comedere poterant cum dicatur de filiis, & fi
liabus eorum Leui. cap. 7. & 10. dicitur hic pectuscu
lum cōsecrationis, i. quia videbatur esse specialiter cō
secratum, hoc autem erat, quia in omnibus sacrificiis
pacificis fiebat q̄dā ceremonia specialis in pectuscu
lo, quę non fiebat in alijs partibus hostię, quia sacerdos
tollebat adipem, & pectusculum hostię huius, & po
nebat super manus laici offerentis circa altare, atque
eleuabat, & deprimebat manus illius versus omnem
differentiam positionis, & in hoc ipse laicus offerebat
specialiter istas duas partes Deo, & pertinebant ad eū,
& tunc sacerdos tollebat de manu laici offerentis illa G
duo, & cremabat adipem super altare, pectusculum
verò in partem suam recipiebat, Leui. c. 7. & quia pe
ctusculum illum fuerat specialiter consecratum, vo
catur pectusculum consecrationis. Cętera autē erant
consecrata per consecrationem istius pectusculi de
hoc Leui. c. 7. declaratum est. etiam armus dexter per
tinebat ad sacerdotem de hostia pacifica, vt patet Le
ui. c. 10. & iste vocatur armus separationis, quia sepa
rabatur in ius sacerdotum. sic vocatur Leuit. 7. & 10.
Cętera autem carnes proueniebant popularibus, ideo
istę duę partes poterant vocari separatę, vel separatio
nis, quia tamen pectusculum habebat aliud nomē, scili
cet, quia vocabatur pectusculum consecrationis, so-
lus armus vocatur separationis. H

Sciendum autem, q̄ istud, sicut dicit hic similitu
dinem, vel equalitatem quantum ad comedentes, qa
sicut liberū erat sacerdotibus dare toti familię suę pe
ctusculum, & armum dextrum de hostia pacifica o
cibum, ita liberum erat dare istas carnes de hostia pri
mogenitorum, solum autem requirebatur, quòd co
medentes essent mundi, nā partes, quæ proueniebant
de iuribus altaris, a solis mundis comedi debebant Le
uit. c. 22. quia ista vocantur ibi sanctificata.

Omnes primitias Sanctuarij quas offerunt filij Israel domino. Primitiæ enim significant omne ius sacerdotum, hic tamen solum accipiuntur pro partibus, quæ veniebāt de oblationibus, quia de his comedebant filii, & filiæ sacerdotum, & istæ vocantur primitię Sāctuarii, quia I
aliquæ partes earum ponebantur super altare in San
ctuario. & dicitur quas offerunt, quia aliqua iura erant
sacerdotalia, quæ non offerebantur, sed ducebantur
ad ipsos sacerdotes per modum debiti, sicut pretium
redemptionis primogenitorū, etiam primitię de fru
gibus terrę, quarum non ponebatur pars in altari, &
vtræque erant ex necessitate legis. Alia etiam erant
quæ non offerebantur in Sanctuario, scilicet primitiæ
pulmentorum, sed dabantur sacerdotibus, de his su
pra capitulo decimoquinto. Item munera de melle,
& fermentato non poterant poni super altare ad cre
mandum coram domino. Leuitic. cap. 2. sed dabantur
sacerdotibus, ideo non oportebat, q̄ offerrentur in San
ctuario, hęc autem omnia pertinebant ad ius sacerdo
tum pro se, & familia sua. K

Tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus. Ideſt ista iura ad me
pertinebāt, quia mihi offerunt, tamen ego do tibi, &
filiis, & filiabus, vt inde sustenteris. Est enim tota ista
locutio ad Aaron, fuit autem conueniens, quod
quamquam ista iura sacerdotalia essent sanctificata
permitteretur filiis, & filiabus sacerdotum, quòd co
mederent de eis, qnia non habebant sacerdotes quic
quam vnde sustentarentur ipsi, & familię suę, nisi
iura Sanctuarii, & si de illis, nihil liceret mulieri
bus comedere, aut reliquę familię sacerdotū, non ha
berent sacerdotes, vnde alerent familiam suā, ideo in
quibusdam permissum est, q̄ liceret comedere sacer
dotibus, & filijs, & filiabus. in alijs autem nequa
quam. Ista autem sunt quę prouenium de sacrificio
pro peccato, & pars similę, quę non fermentaba
tur de quo Leuit. c. 6. *Iure perpetuo.* Ideſt pertinebunt
ad te & filios tuos & filias ista iura in ęternum, s. quā
diu durauerit status Iudęorum, & sacrificia, & sacer
dotes, & sic factum est, quia vsque ad destructionē
Ierusalem per Romanos sacerdotes receperunt ista
iura ab Israelitis. *Pactum salis erit sempiternum coram Do
mino tibi ac filijs tuis.* Ista litera potest intelligi duplici
ter. Vno modo de sale ponēdo super altare, iusserat n.
Deus, q̄ in oī sacrificio offerretur sal, siue cū carnibus
siue cū pane, aut quibuscūque libamentis Leui. c. 2. s.
quidqd obtuleris sacrificij sale cōdies, nec auferes sal
fœderis Dei tui de sacrificio tuo, in omni oblatione
offeres sal: Deus autem repetit incidētaliter istam
cęremoniam hic dicens, q̄ pactum salis erit sempi
ternum Aaron & filijs suis coram Domino, ideſt pa
ctum vel cęremonia de ponendo sal erit perpetua in
omnibus sacerdotibus, & ista est coram Domino
quia sal erat ponendum coram Domino. s. in altari
cum omnibus sacrificijs. Alio modo est sensus, q̄
istud erit pactum salis, ideſt pactum quod Deus facit
cum Aaron & filijs suis de dando sibi ista iura est pa
ctum salis, ideſt est durās sicut sal, s. in æternum, hoc
autem inducit Deus ad certificandum Aaron, q̄ ista
iura, quæ nunc ei & filijs suis assignabat, nunquā abla
turus esset, & simile est de sale, quia siue in bonum
siue in malum sumatur facit perpetuitatem, vel ma
gnam durationem, ita est de carnibus, quę sale con
diuntur, quoniam sine putredine conseruantur: ad
malum etiam perpetuum aut valde magni temporis
causandum sal est, nā si in aliquibus locis spargatur,
efficiuntur loca illa sterilia, ita vt nunquam vel vsque
ad magnū tēpus fructificare queant, & propter hoc
quando ciuitates totaliter delētur ab hostibus, & vo
lunt rehedificare eas in omnimodam solitudinem, spar
gunt sal in eis, sicut fecerunt Iudęi pugnantes in vrbe
Sichem, vt dic. cap. 9. vterque horum sensuum conue
niens est, & tunc dicitur q̄ pactum salis erit Aaron &
filijs suis coram Domino, ideſt Deus obseruabit istud
pactum de dandis iuribus Aaron & filijs suis in ęter
num: sicut sal facit res magnæ durationis. Alia litera
habet pactum salutis, sed non est vera litera. Alia au
tem habet pactum pacis, & ista consonat secundę ex
positioni, s. q̄ durabit istud pactum in pace in æter
num inter sacerdotes & Deum, sed pactum salis est
vera litera: potest tamen referri magis ad primū sen
sum de ponendo sal super altare, quia dicitur tibi &
filijs tuis: ipsi enim soli ponebant sal, & faciebant cę
teras cęremonias in altari; filię autem nihil ministra
bant. Si autem intelligeretur de duratione iurium
sacerdotalium, non solum diceretur tibi, & filijs tuis,
sed etiam filiabus, quia iura sacerdotalia omnibus his
communicabantur: literę tamen superiori magis
consonat secundus sensus, s. de perpetuitate iurium:
quicunque tamen satis est sustentabilis. *Dixitque Do- Iura sacer-
minus ad Aaron.* Descriptis iuribus sacerdotalibus ad- dotalia.
signantur hic iura Leuitarum: omnes enim erāt mi-
nistri Dei, & recipiebant aliquid pro ministerio suo:
quāquam enim sacerdotes, & Leuitę minores essent
de eadem tribu: tamen erant distincti secundum of-
ficia, vt supra declaratū est. sacerdotibus autem mini
strabantur multa iura, quæ consistebant in eorum mini
stratione: hic autem dantur alia iura Leuitis; & ista
sunt decimæ, quæ totaliter prouenient Leuitis, vt
patet infra, & omnia ista loquebatur Dominus ad
Aaron, quia ipse erat princeps sacerdotum & Leui-
tarum, ideo omnia quæ pertinebant ad eos dicta
sunt

sunt hic soli Aaron. *In terra eorum nihil possidebitis.* Deus A
assignauerat sacerdotibus vnde sustentarentur, ideo
iubebat, vt non peterent aliquam partem possessio-
nis, sicut cęteræ tribus.

Quare Leuitæ non acceperunt possessionem inter Israelitas, & de tribus causis ad hoc. Quæst. XX.

PRo intellectu huius, quod dicitur in litera de
Leuitis sciendum est, quòd terra Chanaan
quæ erat promissa filiis Israel erat diuidenda
per omnes tribus, & quia Leuitæ faciebant
vnam tribum, eis quoque danda erat sors, sicut cęte-
ris, & ipsi petiuissent eam cum diuideretur terra Cha-
naan, nisi Deus hic vetaret: erat enim irrationabile, q̄ B
sacerdotes, & Leuitę haberent possessionem in terra
Chanaan, sicut cęteræ tribus, & hoc propter tria. pri-
mo quia non indigebant, secundo quia non proficeret eis, tertio quia grauarentur alię tribus. Primum pa
tet, quia possessiones dabantur Israelitis in terra Cha-
naan, vt quilibet habens distinctam partem terræ va-
caret agriculturæ, & de fructibus inde prouenientibus
sustentaretur, quia iste est modus vniuersę gentis, Le-
uitæ autem non indigebant tali possessione, quia siue
sacerdotes, siue Leuitæ minores percipiebant iura de
terminata eis a Deo, quæ sufficiebant ad eorum su-
stentationem, quòd ergo daret eis possessio vlterior
erat ad superabundantiam, ideo irrationabile.

Secundo autem non conueniebat eis possessio, qa C
non proficeret sibi, possessio enim data, solum ad hoc
erat, vt coleretur, & inde perciperentur fructus, sacer-
dotes tamen, & Leuitæ non possent colere possessio-
nem sibi datam, quoniam sacerdotes vacabant minis-
terio suo sacerdotali, & Leuitæ operationibus Leui-
ticis, ideo non possent occupari circa culturam ter-
vel non sufficienter, ideo irrationabile erat eis d
Tertio non conueniebat eis possessio, quia
rentur alię tribus, nam Leuitæ, & sacerdotes recipie-
bant quasi duplum, quod haberi poterat
te terræ Israelitarū: tota enim terra Chana
sa in 12. sortes, Leuitę aūt percipiebant in
fructū terræ, & pecorū, & iumentorum. ergo perci- D
piebant plusquam vnā sortem. Item sacerdotes perci-
piebant multa alia iura quæ supra enarrata sunt, &
ista æquiualerent plus quam fructibus vnius sortis,
nam primitiæ de frugibus terræ, & redemptio om-
nium primogenitorum, vel solutio, tam in hominib⁹
quam in animalibus erant maxima iura, & sine cęte-
ris sacerdotalibus prouentibus equiualerent plusquā
fructibus vnius sortis, & sic redditus Leuitarum, & sa
cerdotum erant plures quolibet anno quam fructus
duarum sortium terrę Chanaan, & tamen prouenie-
bant omnia ista iura soli tribui Leuiticę, ideo dato q̄
non haberet quicquam aliud, excellebat quamlibet
tribum, & nulla erat tribus, quæ libenter non careret
sorte sua, vt darentur ei iura Leuitarum, & sacerdo-
tum, & propter hoc quidam de alijs tribubus insurre-
xerunt contra Aaron, vt vsurparent sibi iura summi E
sacerdotij supra cap. 16. quia eligebant magis illa quā
sortem suam. Si ergo Deus dedisset Leuitis ista iura q̄
supra habita sunt, & insuper daret sortem, sicut cæte-
ris tribubus, valde grauaret alias, quia faceret Leuitas,
& sacerdotes duplo, vel triplo ditiores alijs, quod mo
leste ferrent alię tribus: ideo quod habituri erant Le-
uitę in sorte fecit Deus, quòd haberēt omnes alię tri-
bus, & sic aliquo modo successerūt omnes tribus Le-
uitis in iure sortis, quia sors Leuitarum accreuit alijs,
scilicet, quòd inter eas diuisa est. de his dicendum est,
Deuter. cap. 18.

Sciendum autem, quòd nunc, quando Deus locu-
tus fuit ad Aaron verba hęc, priuauit tribum Leui iu- Deus pri-
re sortis, nam ante hoc quamquam assignata essent uauit tri-
iura aliqua sacerdotibus, vt patet ex legibus Leuitici, bū Leui iu
tamen retinebant ius sortis, quia si Deus nihil dixisset re sortis,
habituri erant Leuitæ partem hæreditatis cum reliqs qū ista lo-
tribubus, alioquin si assignatis eis iuribus sacerdotali- cutus fuit
bus, & Leuiticis ipso facto cessasset ius sortis in Leui ad Aaron.
tis, non dixisset Deus ista verba, sed falsum est. Nec va
let si dicas, quòd Leuitę perdiderunt ius sortis, quan-
do Iacob pater eorū adoptauit Manassen, & Ephraim
duos filios Ioseph, faciens eos esse duo capita tribuū,
& dans eis iura duarum sortium Gen. cap. 48. scilicet
duo filij tui Manasses, & Ephraim, sicut Ruben, & Si-
meon reputabuntur mihi, nam per istam adoptionē
nihil perdidit tribus Leuitarum, sicut late declaratū
est Iosue 14. cap. sed nunc perdidit iura sua, quādo ver
ba ista dicta sunt, & hoc quia terra Chanaan prouenie
bat Iudęis ex dispositione Dei, ideo prouentura erat
quibuscunque Deus vellet: sed voluit, quòd Leuitis
non proueniret pars. ergo non erat prouentura, nec
in hoc grauabat eos Deus, sicut de illo qui habet libe
ram administrationem rerum suarum, quoniam po-
test donare cui voluerit, & non grauat vnum donan-
do alteri: immo & ipsę tribus, quæ suscipiebant sortē
in terra Chanaan, non habebant possessiones illas in
titulum tanquam domini, sed magis erant tanquam
coloni qui terram colunt, sed de corpore hereditatis
nihil ad eos pertinet. Et ob hoc Deus iubebat ne ali-
quis in terra Chanaan venderet possessionem suam
simpliciter, quia non erat tanquam dominus potens
transferre in alterum ius suum, sed tāquam colonus.
Leui. 25. s. terra quoque non vendetur in perpetuū,
mea est, & vos coloni mei estis, vnde & cuncta
regio possessionis vestræ sub redemptionis conditio-
ne vendetur.

An Leuitæ dicantur accepisse hæreditatem, quia acceperunt quadraginta octo vrbes, & in quo differant possessiones aliarum tribuum a possessione Leui. Quæst. XXI.

SED arguet aliquis, quia dicitur hic, quòd Leui
tæ nihil possiderent, nam ipsis datæ sunt qua-
draginta octo ciuitates cum suburbanis suis in
fra 35. c. & Iosue 14. Aliquę autem tribus erant
quæ paulo plures ciuitates suscipiebant, & aliæ pau-
ciores, sicut tribus Simeon de qua Iosue 19. c.

Respondendum est, q̄ Leuitę non receperunt pos
sessionem inter reliquos Israelitas, sed solum suscepe
runt ciuitates ad habitandum.

Pro quo sciendum, quòd possessio, vel sors debita
cuilibet tribui in terra Chanaan dicebat quandā ma-
gnam partem terræ cum omnibus ciuitatibus, & op-
pidis, & toto territorio intra contento, quęlibet autē
tribus huiusmodi sortē accipiebat, scilicet ciuitates,
& oppida ad habitandum in eis, & regionem totam
ad colendum, vt inde sustentarentur, precipua autem
pars sortis erat in habendo territorium pro agris, &
vineis, oliuetis, cæterisque arboribus ad sustentatio-
nem vitæ humanæ, quàm in habendo ciuitates, &
loca ad habitandum, quia fructus ad sustentationem
vitæ de agris proueniunt, & non de locis habitatio-
num. vnde habitis agris, & vineis ad fructus perci-
piendos facile est vbicunque, & qualitercunque habi-
tationis locum fabricare, nam paruæ mansiunculę ad
vitam sufficiunt: de Leuitis autem sic erat, quòd reci-
piebant solas ciuitates cum suburbanis suis, agros au
tem, & vineas, & cætera territoria non recipiebant,
ideo potissimum, quod erat in possessione, non ha-
bebant.

In

In quo ſciendum eſt,quòd quia Deus aſſignauerat Leuitis iura quibus ſufficienter poterant ſuſtentari, non erant recepturi aliquam poſſeſſionē inter Iſraelitas,quia tamen non poterant manere in terra Chanaan ad miniſtrandum domino, niſi haberent aliqua loca,in quibus habitarent,iuſſit Deus dari eis 48. vrbes,quę poterant ſufficere eis ad habitationem, infra 34.c.& quia non indigebant terra ad colendum, vt inde haberent fructus, cum ſufficienter alerentur de iuribus Sanctuarii, non fuerunt eis data territoria vrbiū ſed proueniebāt aliis vrbibus Iſraelitarum, & villulis, quæ erant in circuitu vrbium Leuiticarum, & ſacerdotalium, nam non acceperunt Leuitæ vrbes 48. ſimul velut in vna ſorte,ſed diſperſas per totam terram Chanaan, cum quælibet tribus daret aliquas ciuitates ſacerdotibus,& Leuitis:& tribus,quæ plures habebat dabat plures, quæ vero paucas dabat pauciores, infra 35.c.Quæ autem fuerint ciuitates,quas ſingulę tribus dederunt Leuitis, & ſacerdotibus, & in quibus locis, patet Ioſue.c.21.

Item Leuitæ habebant pecora,& iumenta, quæ recipiebant de decimis,& primitiis,quas dabant Iſraelitę, pro his autem indigebant locis paſcualibus, ideo dedit Deus cuilibet vrbi Leuitarum, & ſacerdotum, ſpatia duorum millium cubitorum in circuitu, quæ vocantur ſuburbana, & in iſtis paſcebant Leuitæ, & ſacerdotes pecora,infra trigeſimoquinto capitulo, & Ioſue 14.

Sed in his locis non faciebant agros, aut vineas ad aliquid colendum. Ciuitates autem ſ[ed] non faciebāt poſſeſſionem,vel ſortem:vnde cęteri Iſra[elitæ] dicebātur habere poſſeſſionem, vel ſortem: Leuitę autem nequaquam, quia erat differentia in duobus.

Primum quòd quęlibet tribus Iſraelitarum recipiebat ciuitates ad habitādnm, & agros,& omnia territoria ad colendum, vt dictum eſt, Leuitę autem ſolas vrbes cum ſuburbanis ſuis.

Secunda differentia erat, quia dato,ꝙ ciuitates iſtas vellemus vocare poſſeſſionem Leuitarum:tamen nō habebant eas eo modo quo Iſraelitæ cęteri ciuitates ſuas:nam alij habebant eas per ſortem: Leuitę autem habuerunt eas per eleemoſynam : fuit enim terra primo diuiſa in 12.partes pro 12.tribubus, & nihil māſit, quod diuidi poſſet:Leuitę ergo ſi per ſe habituri eēnt ſortem,nihil manebat,quod eis daretur,ſed de ſingulis ſortibus tribuum datæ ſunt eis aliquę ciuitates.tribus enim,quę plures habebat,dabat multas,quę vero pauciores, dabat paucas, & patet hoc, quia poſtquam poſitę ſunt omnes ſortes tribuum Iſrael in libro Ioſue a cap.15.vſque ad 21.ſubditur in 21.de ciuitatibus quas ſingulę tribus dederunt Leuitis, & ſacerdotibus, ideo iſta litera intelligitur, quòd nihil poſſidebitis.i. non habebitis aliquam ſortem inter cæteros Iſraelitas, ſicut quęlibet tribus habebat, vel nihil poſſidebitis, ideſt non habebitis aliquos agros, & vineas, ſicut cęterę tribus, ſed ſolas ciuitates ad habitandum.

Nec habebitis partem inter eos. Eadem ſententia eſt, quæ ſuperior, & ponitur ad magis ſignificandum, ſcilicet, quòd quamquam Leuitæ non poſſent habere poſſeſſionem per modum partis, tamen poterant habere ciuitates, & ſic per iſta non excluditur, quòd Leuitę haberent ciuitates, ſed ſolum quod non haberent ſortem integram,ſicut alię tribus,quia habere partem erat, ꝙ terra Iſraelitarū diuideretur in aliquas portiones,& vna earum proueniret Leuitis, & ſic nō habuerunt partem, habuerunt tamen ciuitates in quibus habitabant.vel vt vult Rab.Sa.Leuitæ prohibentur hic habere partem in lucris, quę proueniebant reliquę multitudini, ſicut eſt in diuiſione prędę, de qua nihil habebant Leuitę. quod intelligendum eſt

F directe.ſ. ꝙ nihil capiebant tanquam principales diuiſores, ſiue inter quos fiebat diuiſio, ſed bene pro primitijs, vel gratis oblatum.ſ.ꝙ Leuitæ & ſacerdotes percipiebant interdum aliqua iura de his,quę proueniebant de bello.ſ.ꝙ de toto lucro dabatur eis aliquid tanquam primitię, vt patet infra 31.c.de pugna contra Madianitas,vbi aliquid acceperunt Leuitę,& aliquid ſacerdotes. *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael*. Iſta eſt cauſa quare nō debebant Leuitæ recipere aliquam partem inter reliquos Iſraelitas.ſ. quia Deus erat pars eorum & hæreditas. Aliqui intelligunt hoc multum allegorice, ſiue tropologice, ꝙ Deus erat hæreditas Leuitarū, quia debebant in Domino contemplari. Deus erat bonum eorum in quo manebant. ſed nihil hoc ad intentionem literæ, quia
G propter hoc non haberent Leuitę aliquid vnde ſuſtentarentur, ideo eſt ſenſus. ego pars & hæreditas tua ſum, ideſt ego ſum tibi loco hæreditatis, quam accepturus eras inter Iſraelitas. ſ. quia ſicut ſi reciperes ſortem agrorum, & vinearum inter Iſraelitas, illa eſſent ad ſuſtentationem tuam, ita ea quę dabuntur tibi propter me.ſ.iura ſanctuarij erunt hæreditas tua, quia ſufficient tibi ad ſuſtentationem. & iſte ſenſus declaratur Ioſue.13.c.ſ. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionē, ſed ſacrificia, & victimæ Domini Dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas. Et dicitur hic pars & hæreditas quod idem eſt, ſed vocatur pars inquantū terra tota Chanaan diuidenda erat in 12. partes, & vnam illarum ſuſceptura erat quęlibet de tri-
H bubus Iſrael. vocatur autem hæreditas, quia portio quę proueniebat cuilibet tribui erat ſibi data in titulum, tanquam id quod prouenit iure hæreditario. *In medio filiorum Iſrael*. Hoc poteſt referri ad duo. Vno modo ad id ꝙ Leuitę ab alijs ſuſcepturi erant. Alio modo ad id quod non ſuſcipiebant. Primo modo [eſt] ſenſus ꝙ Leuitę erāt ſuſcepturi aliquam de partibus [in]ter Iſraelitas. nunc autem Deus erat eis loco hæred[it]atis, & erant in medio Iſraelitarum.

Alio [m]odo eſt ſenſus,quòd Deus eſt ſors Leuitarum in m[e]dio Iſraelitarum, ideſt, quòd non habebant Leu[it]ę aliam ſortem inter Iſraelitas,niſi Deum, ideſt id quod dabatur eis pro Deo, ſcilicet iura Sanctuarij, & iſta dabantur eis inter filios Iſrael, quia in
I nulla alia gente habebant Leuitæ iſta iura, niſi inter Iſraelitas.propter iſta verba,quæ Deus dixit hic ſacerdotibus,& Leuitis, quos fecerat miniſtros ſuos, omnes qui nunc ordinantur ad miniſterium Dei in principio ordinationis ſuæ dicunt, Dominus pars hæreditatis meę,ideſt,quod iam ipſi incipiunt habere partem ſuam in Deo,& recedere a popularibus, qui partem ſuam magis habent in hoc ſęculo.

Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fęderis, vt non accedant vltra filij Iſrael ad tabernaculum,
K nec committant peccatum mortiferum, ſolis filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus peccata populi. Legitimum ſempiternum erit in generationibus ueſtris. Nihil aliud poſsidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.

Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem. Iſta ſunt iura Leuitarum,qui erant minores ſacerdotibus,

A tibus,& hoc erat, quòd ſuſciperent omnes decimas, ſacerdotes autem nihil de decimis percipiebant,nunc vero è contrario fit,quia decimæ ſunt iura ſacerdotū, & eccleſiarum,tunc autem ad Sanctuarium nihil pertinebat de decimis,vel ad ſacerdotes,ſed totum Leuitis dabatur,& ratio eſt,quia Leuitę erant valde multi. ſacerdotes autem pauciores, & ſi non darentur eis omnes decimæ,non habuiſſent vnde ſuſtentarentur. Et vocat hic filios Leui non omnes qui nati ſunt de Leui,ſed filios Leui, ideſt Leuitas minores, qui non erant de ſacerdotibus. his enim datæ ſunt omnes decimæ Iſrael. Et dicitur, omnes decimæ, ne ſacerdotes intelligerent aliquam partem earum ad ipſos pertinere, nec ſolum iſtę decimæ quę erant communes,& fiebant quolibet anno proueniebant Leui-
B tis,ſed etiam erant alia genera decimarū, ſcilicet duo, quia de tertio in tertium annum dabantur tria genera decimarum,aliis autem annis dabantur duo,maxima pars harum proueniebat Leuitis. Quomodo autem iſtę decimæ ſoluendæ eſſent declaratum eſt Deuter. decimoquarto. & decimoſexto capitu. & dicitur hic, quòd datæ ſunt decimæ in poſſeſſionem, quia ſicut ſacerdotes habebant ſacrificia, & alia iura Sanctuarii in poſſeſſionem, ita Leuitę habebant decimas loco ſortis,& poſſeſſionis ſuæ.

Pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Ideſt ideo dabantur Leuitis iſtę decimę, quia habebant aliquod miniſterium, cęteræ autem tribus non miniſtrabant aliquatenus coram Domino:ideo nihil ipſi ſuſcipiebant, ſed magis de reditibus quos ipſi da-
C bant ſuſtentabātur miniſtri Sanctuarii. & dicitur pro miniſterio quo ſeruiunt in tabernaculo fęderis, non quòd Leuitæ minores haberent aliquod miniſteriū in tabernaculo,nec in atrio tabernaculi, quia omnes huiuſmodi miniſtrationes ad ſacerdotes pertinebāt, vt ſupra declaratum eſt, ſed dicitur miniſterium in tabernaculo fęderis, ideſt in portando illud de loco ad locum,& in cuſtodiendo, figendo in circuitu eius tentoria,ne aliquis de Iſraelitis accederet ad illud, & erigendo,atque deponendo illud ſupra capit. 1.3. & 4. nulla enim alia miniſteria habebāt Leuitæ vſque ad tempus Dauid,poſtea autem ipſe ordinauit alia, quia prima iam non erant neceſſaria,vt patet 1.Paralip.23.
D capit.ſ.dixit Dauid. requiem dedit dominus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem in Ieruſalem vſque in ęternum,nec erit officium Leuitarum,vt vltra portent tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum. ergo videtur, quòd ante hoc ſemper erat officium ſuum portare Sanctuarium,& vaſa. Dauid autē ſtatuit eis alia officia de quibus 1.Paralip.23.25.& 26. & pro his recipiebant iura decimarum, ſicut ante cōſueti erant, ſed etiam poſt tempus Dauid non fuit officium Leuitarum, vt miniſtrarēt in tabernaculo,ſed miniſtrabant,canendo,& cuſtodiendo theſauros Sanctuarii,& obſeruando ianuas templi, & faciendo ſimilam frixam ad offerendum, de hoc preallegatis capitulis. miniſterium autem in tabernaculo teſtimonii ſemper fuit pro ſacerdotibus.

E *Vt non accedant vltra filij Iſrael ad tabernaculum*. Ideſt iſta iura ideo do ſacerdotibus,& Leuitis, vt miniſtrēt in rebus Sanctuarii, ne filii Iſrael de aliis tribubus habeant occaſionem accedendi ad tabernaculum,quaſi dicat,ſi non darentur iura Leuitis pro officio Sāctuarii non haberent curam ſpecialem de obſeruatione Sanctuarii, & tunc in defectum eorum contingeret alios Iſraelitas accedere, & hoc eſſet peccatum graue, vt patet in litera.nolebat enim Deus, quòd alii Iſraelitę prę[ter] Leuitas accederent ad Sanctuariū,quia omnes illos iudicauerat ineptos ad miniſtrādum pro idolatria quam incurrerant, Leuitæ autem tanquam habentes zelum Dei vlti ſunt iſtud nefas, occidendo peccatores, & in ſanguine eorum conſecrati ſunt, vt miniſtrarent Domino, vt patet Exodi 32.cap. & propter hoc Deus ſępe admonuit ne Iſraelitæ accederēt ad officia Leuitarum, vel ſacerdotum, quia oriretur indignatio in populo ſupra cap.1.& 3. & hic. Vocantur autem hic filii Iſrael ſoli viri de duodecim tribubus, Leuitæ autem quamquam eſſent filii Iſrael, tamen non vocantur, & hoc, quia alii erant plures, & pertinentes ad eundem ſtatum, Leuitę autem erant ſeparati ab eis propter miniſterium, ideo alii accipiebant ſibi iſtud nomen per excellentiam. Dicitur etiā ne accedant vltra, non quidem quaſi aliquando acceſſiſſent, quia a principio, vt factum eſt tabernaculum fuerunt ſacerdotes conſecrati,& Leuitæ, & officia eorum fuerūt diſtincta. nam in die primo quo erectum eſt tabernaculum incępta eſt conſecratio ſacerdotū, vt declaratum eſt Leuitici capit.1. & 8.Leuitę autem poſt pauca conſecrati ſunt, vt declaratum eſt ſupra c. 8. Et immediate determinata ſunt eis miniſteria ſua, ideo non fuit aliquod tempus in quo Iſraelitæ accederent ad Sanctuarium, ſcilicet miniſtrando non accedentibus Leuitis,ſed dicitur non accedant vltra,ideſt nunquam accedant. niſi forte aliquis velit dicere, quòd aliquando acceſſerunt,ſcilicet,quando Dathā, & Abiron, & Chore cum ſociis ſuis voluerunt vſurpare ſibi ſummum ſacerdotium, quia tunc ducenti, & quinquaginta viri,acceſſerunt ad offerendum thymiama,& mortui ſunt ſupra capitu.decimoſexto. ſed de hoc non poteſt intelligi, quia illud nō fuit factum per negligentiam Leuitarum,ſed per ſeditionem populi, quoniam inſurgebat magna pars populi contra Moyſen,& Aaron,qui non potuerūt eis reſiſtere, ſed magis fugerunt in tabernaculum fœderis ſupra capi. decimoſexto.

Nec committant peccatum mortiferum. Ideſt, quia ſi acceſſerint ad miniſtrandum in Sanctuario, vel ſaltem ad manendum circa illud,committent peccatū mortiferum, ideſt peccatum, propter quod veniet mors ſuper eos. ſic enim dixerat Deus,quicunque externus acceſſerit morietur ſupra capitul. tertio. & ſupra in litera. Idem eſt peccatum mortiferum, & mortale, ſed hic vocatur mortiferum, ideſt, quod facit hominem promereri mortem temporalem, & ęternam, nos autem vocamus peccata mortalia quæ faciūt homines dignos morte ęterna. Iſtud autem addebat, quia homines temporaliter occidebantur pro illo.

Peccatum mortiferū, & mortale idem ſunt.

Solis filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus. Ideſt volo, quòd filii Leui ſolum mihi miniſtrent. Iſtud poteſt intelligi de omnibus tam ſacerdotibus, quam Leuitis, qui vocantur filii Leui, quia omnes ſunt de progenie eius, & eſt ſenſus, quòd iſti ſoli miniſtrabunt in Sanctuario,quia Leuitæ miniſtrabant in Sanctuario portando illud, ſacerdotes autem miniſtrabant facientes in eo officia ſua, & Deus nolebat, quòd aliquis accederet ad officia ſacerdotum, niſi ſacerdos,nec ad officia Leuitarum, niſi Leuita.

Alio modo poteſt intelligi de ſolis Leuitis, qui vocantur filii Leui, vt patet ſupra, quamquam non ſolum ipſi eſſent filii Leui,ſed etiam ſacerdotes, iſti ſoli miniſtrabant in tabernaculo,ideſt in port[an]do tabernaculum.

Et portantibus peccata populi. Ideſt, quòd iſti ſoli tolerabunt iniquitates popularium. non eſt ſenſus, quòd Leuitæ portarent peccata populi,ideſt paterentur aliquid pro peccatis populi,quia vnus non portat iniquitatem alterius, ſed anima quę peccat ipſa morituř Ezechiel.decimo octauo capitu.ſed dicitur, quòd portant peccata populi,ideſt,quòd puniuntur pro peccatis populi, ſcilicet ſi ex negligentia ſua populus peccaret:

caret: erat enim Leuitis commissa custodia Sanctuarij, & si ipsi permitterent aliquem de popularibus accedere ad ministrandum, vel ad manendum circa Sãctuarium, pro peccato illius popularis puniebantur Leuitę, & hoc est, quod supra dixit Deus ad Aaron. tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitates Sanctuarij, & tu, & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri, ideſt patiemini si permiseris aliquem ministrare prẽter vos, & est sensus huius literę, nullus de filijs Israel accedat ad tabernaculum, quia soli filij Leui debent ministrare in eo, & portare peccata populi.

Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. i. ista lex semper durabit dum generationes vestrę durauerint, & refertur hoc ad vtranque legem supra positam, scilicet ad legem de administrationibus Leuitarum, quòd in ęternum durarent illę, & nulli alij prẽter Leuitas ministrarent: refertur etiam ad legem de iuribus decimarum, scilicet quòd hoc erit ei legitimũ sempiternum, ideſt ista iura proenient eis semper ex lege. *Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti.* Ideſt Leuitę minores non habebunt aliquã possessionem, vel aliquid loco possessionis, nisi decimas, & his contenti erunt, ita vt non peterent aliquid aliud. Ista clausula refertur ad populares, & ad sacerdotes. de popularibus est sensus, ꝙ Leuitę solas decimas possidebunt, & nihil aliud petent. ſ.a popularibus exigentes aliam sortem inter eos, quia sicut sacerdotes sola iura sua recipiebant, & non dabatur eis sors, ita & de Leuitis erat, qui viuebant de iuribus Dei. vel refertur hoc ad sacerdotes. ſ.ꝙ Leuitę erunt contenti iuribus decimarum, & nihil aliud possidebunt, ideſt & eo petẽt aliqua iura in possessionem de iuribus sacerdotũ eius: habebant enim sacerdotes plurima iura, vt supra patet. Leuitæ vero vnum tantum, scilicet decimas, & ipi erant valde plures sacerdotibus, vnde poterant petere aliqua de iuribus sacerdotalibus, ideo iubetur, quòd sint contenti decimis, & in hoc verum est, quòd proportionaliter dabantur plura iura sacerdotibus, quam Leuitis, quia Leuitę erant valde multi, sacerdotes aũt pauci, & ipsi habebant multa iura, quæ erant valde magna, vt patet ex prædictis. Leuitæ autem vnicum. ſ. decimas, & has non integre percipiebant, cum tenerentur dare decimam partem earum summo sacerdoti, vt patet infra in litera, ideo Leuitę erant pauperes, & iubebat Deus alios modos decimarum fieri ad sustentationem eorum, de quibus patet Deut. c. 14. & 16. Itẽ iubebat, ꝙ quando Israelitæ facerent sacrificia, & conuiuia vocarent secum Leuitas, qui pauperes erant, vt comederẽt cum illis, de sacerdotibus autem nihil dr̃, quia sufficientia erãt iura eorum ipsis. *Quas in vsus eorum, & necessaria separaui.* i. ego dedi decimas, separãdo eas a cæteris iuribus pro Leuitis, & ista pertinent ad vsus, & necessitates. Ad vsus quidem. i. ad cibos suos, & familiarum suarum: nam decimæ percipiebantur de oĩbus fructibus terræ, & de pecoribus, atq; iumentis, de his autem sumebant Leuitę in cibos suos.

Quomodo de iuribus Leuitarum poterant comedere omnes, tam mundi, quàm immundi masculi, & fœminæ, & quòd poterant vendere, & non erat hoc de sacerdotibus.
Quæst. XXII.

SCIENDVM aũt circa hoc, ꝙ non est distinguẽdũ de iuribus Leuitarum, quantũ ad comedẽtes, sicut de iuribus sacerdotalibus, nã inter sacerdotalia q̃dam erant, quæ solis masculis sacerdotibus comedere licebat, sicut partes prouenientes de sacrificio pro peccato Leuitic. 6. & panes qui ponebantur in mensa propositionis. 1. Regum capitu. 21. & Matthæ. 12. & similia non fermẽtata cuius pars quędam cremata fuerat super altare Leuit. cap. 6. Alia iura proueniebant tam masculis quam fœminis de genere sacerdotali, & toti familiæ sacerdotum, sicut partes sacrificij pacifici, scilicet pectusculum, & armus dexter, de quibus dicitur quod comedebant filij & filię Leuit. c. 10. & supra in litera. & istorum de quibus comedebat tota familia, quędam erant quę requirebant munditiam in comedentibus: alia autem nequaquam. prima sunt, quę vocantur sanctificata, de quibus ponebatur pars aliqua super altare, sicut erat de omnibus sacrificijs; & de quibusdam oblationibus. de his intelligitur, quod habetur Leuitici. cap. 22. & supra in litera. ſ. qui mundus est in domo tua vescetur ex eis. Alia erant iura sacerdotalia, de quibus non ponebatur pars aliqua super altare ad cremandum. ſ. primitię de frugibus terrę; & oblationes de melle, & fructibus agrorum, & fermentato. de his enim vetuerat Deus poni quidquam super altare. Leui. cap. 2. sed cedebant simpliciter in ius sacerdotũ; & poterant ea vendere, vel commutare, aut donare; & poterant de eis mundi vel immũdi comedere vt supra declaratũ est. In iuribus autem Leuitarum nõ erat talis distinctio; quia ipsi solum habebant decimas in partem suam, vt patet hic, & de istis nulla pars ponebatur super altare, sed totum proueniebat ipsis Leuitis, & dicitur infra, quod tam ipsi quam familię suę comederent. de his iuribus etiam non requirebatur aliqua munditia, quia nulla pars decimarum consecrabatur super altare ad hoc, quod comedentes de reliquis partibus deberent esse mundi. Dicitur etiam quod separatę sunt decimæ ad necessaria, ideſt ad omnes necessitates Leuitarum, & familiarum suarum. Ipsi enim non habebant aliqua iura prẽter decimas; nec colebãt terram, aut habebant aliam ministrationem, qua possent acquirere, cum Deus non dedisset Leuitis & sacerdotibus territoria ad colẽdum agros, vel vineas, sed sola suburbana ad pascendum pecora, infra cap. 35. & Iosue 14. Indigebant tamen Leuitæ multis aliis ad vitam prẽter fructus, quos suscipiebãt de decimis; ideo necesse fuit, quòd permitterentur vendere de fructibus illis, & commutare, vel facere alios contractus, vt possent habere reliqua necessaria ad vitam, & hoc expressit hic cum dixit. in vsus & necessaria: de sacerdotibus autem similiter dicendum est, quòd necesse sit aliqua iura eorum esse, quæ Deus permitteret vendi, & cõmutari, & quibuscunque donari, quia ista iura solum habebant sacerdotes ad vitam, quę proueniebant eis de Sanctuario, & non colebant terram, nec vacabant aliis operibus, vt patet ex supra dictis. sed multa erant eis necessaria prẽter fructus illos. ergo necesse erat dari aliqua iura, quę possent vendi, & commutari, vt inde percipe-rentur fructus, vel necessaria, quæ non habebant sacerdotes ex iuribus suis: huiusmodi erant primitiæ, & oblationes quædam, scilicet, medulla olei, & vini; & generaliter omnia, quæ proueniebant sacerdotibus, de quibus non ponebatur pars aliqua super altare. de hoc supra patet.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens. Præcipe Leuitis atque denuncia. Cum acceperitis a filijs Israel decimas, quas dedi vobis; primitias earũ offerte Domino, ideſt, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblatione primitiuorum, tam de areis quam de torcularibus, & vniuersis quorum

accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti. Omnia quę offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima, & electa erunt cũcta. Diceſque ad eos. Si prẽclara, & meliora quęque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias, & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos, quam familię vestrę, quia precium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij, & non peccabitis super hoc, egregia uobis; & pinguia reseruantes ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

Locutusque est dominus ad Moysen. Hic agitur in speciali de iuribus summi sacerdotis. Dicet aliquis, quare nõ locutus fuit Deus hęc ad Aaron, sicut in omnibus superioribus loquebatur ad eum?

Respondendũ est, quòd hic agitur de iuribus summi sacerdotis, & Aaron erat summus sacerdos, si autem ipsi locutus fuisset Deus denũciaret ipse iura sua, & tunc non crederetur ei, quia loquebatur pro se, vel si crederetur, scrupulosius esset, quam si alius loqueretur propter fauorem causæ suæ, ideo conueniẽtius fuit, vt loqueretur Deus cum Moyse, & ipse denunciaret Leuitis iura Aaron. Sciendum est, ꝙ summus sacerdos habebat duplicia iura, quędam erant ei communia cum aliis sacerdotibus. ſ. omnia quę supra posita sunt, alia erant ei propria. Ista erant de quibus dicitur hic, scilicet, quòd perciperet a Leuitis decimã partem decimarum.

Præcipe Leuitis, atque denuncia. Iube eis, ꝙ soluant, & denuncia eos esse obligatos ad soluendum iura decimarum sacerdoti magno de decimis suis.

Cum acceperitis a filijs Israel decimas. Loquit̃ hic Moyses ad Leuitas, qui erant minores: nam sacerdotes nõ exhibebant sacerdoti magno aliqua iura decimarum, vel aliarum rerum. Leuitæ aut, qui erant quasi extranei, & populares in comparatione sacerdotum, exhibebant iura, non omnibus sacerdotibus, sed soli sacerdoti magno, & limitatur eis tempus hic ad soluendũ iura hęc. ſ. quando ipsi perciperent decimas ab Israel. in deserto enim nulla iura soluerunt Leuitę sacerdoti magno, quia non percipiebant ipsi quidquam a populatibus, sed postquam steterunt in terra Chanaã cessantes a bellis, & vacantes agriculturę inceperunt Israelitæ soluere decimas Leuitis, & Leuitæ summo sacerdoti iura prębuerunt, ante enim non fuit aliqua obligatio propter duo. Primo, quia nihil erat de quo Leuitæ summis sacerdotibus, & populares Leuitis iura soluere possent. Secundo, quia in deserto nullo indigebãt Israelitę, cum Deus daret eis cibum de cęlo, vestes vero, & calciamenta fecit miraculose durare, nunquam enim attrita, nec vetustate consumpta sunt Deut. c. 8. & 29.

Aaron nunquam accepit aliqua iura sacerdotalia tempore suo. *Quæst. XXIII.*

EX hoc sequitur, quòd Aaron summus sacerdos, nunquam percepit aliqua iura sacerdotalia a Leuitis, de quibus hic dicitur, quia ista nunquam soluta sunt, nisi post ingressum in terram Chanaan: Aaron autem in deserto mortuus est anno quadragesimo, mẽse quinto ab exitu de Aegypto, infra 32. capitulo. Eleazarus autem filius eius, qui successit ei in summo sacerdotio, infra 20. ca. fuit primus, qui suscepit iura a Leuitis, quoniã ipse ingressus est in terram Chanaan, & vixit in ea longo tempore, atque post mortem Iosue ipse defũctus est. Iosue 24. cap. & tamen in tempote Iosue cessauit terra a bellis Iosue. cap. 11. & 14. & tunc inceperunt Israelitæ vacare agriculturę, & soluere iura sacerdotibus, & Leuitis, & Leuitę summo sacerdoti.

Quas dedi vobis. Ideſt ego assignaui vobis decimas in iura vestra, vt accipiatis eas in ęternum, & accipitur hic dare. i. dare in titulũ, quoniam Leuitę habebãt decimas in titulum, & vocabantur possessio, & hæreditas eorum supra, cum dicitur, filiis Leui dedi oẽs decimas Israel in possessionem.

Primitias earum offerte domino. Ideſt dabitis Deo de illis decimis primitias: sunt autem istę primitię decima pars fructuum, quos suscipiebant Leuitæ, vnde possunt vocari decimę, vel primitiæ, decimæ quidẽ quantum ad summam, quia decimam partẽ fructuũ suorũ dabant, vocanť aũt primitiæ, quantũ ad duo. ſ. quia primo dabant ista iura summo sacerdoti, q̃ de eis, quidquã assumerent in cibum, vel ad alios vsus: aut vocantur primitiæ, quia de partibus melioribus dabantur. Primitię enim dicuntur de primus, a, um, quod signat anteceſſionem, vel ordinem, & ista est duplex. ſ. in tẽpore, vel in nobilitate, ita primitię respectu aliarum partium fructuũ habebant istas duas anteceſſiones. ſ. quia primo dabantur, quam assumeretur quicquam in cibum, & ista est ratio communis quare vocantur primitię iura quędam, quę Israelitę dabant sacerdotibus. ſ. quia de primis fructibus illa dabant, & non licebat eis comedere panem, pultes, aut polentam de seget. priusquam soluerent vnum genus harum primitiarum Leui. 23. c. & hoc obseruabant Leuitę, quia cũ recepissent decimas a toto Israel priusquam cõuerterent aliquid earum in vsus suos, separabant decimam partem sacerdoti magno. Alio modo dicuntur primitię, vt signant anteceſſionem nobilitatis. ſ. ꝙ illa, quę dabantur in primitias erant meliora, & electa de cęteris: nam non acceptarentur primitiæ si darentur de peioribus, & hoc impositum erat sub prẽcepto Leuitis, vt de melioribus partibus decimarum suarum darent sacerdoti magno istas primitias, vt patet infra. ſ. omnia, quæ offertis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima, & electa erunt, hic tamen vocanť ista iura primitię secundum primam significationem. ſ. quia de primis, quæ percipiebant Leuitæ soluebanť hæc, quamquam verum est, ꝙ de melioribus esse deberent. *Ideſt decimam partem decimæ.* Assignatur hic quantitas istarum primitiarum, quas dabant Leuitæ summo sacerdoti. i. ꝙ esset decima pars decimę suę: nam Leuitę percipiebãt decimam omnium fructuũ Israel, & de hac decima rursus dabant decimam sacerdoti magno, & sic percipiebat summus sacerdos centesimam partem omnium fructum totius Israel, & in hoc erat ditissimus, atque familia eius nimis magna, quia de toto regno Israel, quod erat valde magnum, percipiebat annuatim centesimam partem fructuum terrę, & pecorum, & iumentorum, vnde non erat aliqs ita vir potẽs in toto Israel, pter regẽ, sicut sacerdos magnus, & accipiebãt isti sacerdotes filias Regum in vxores, sicut patet de Ioiada sacerdote magno, q̃ accepit filiam Regis Ioram in vxorẽ. 4. Reg. c. 11. *Vt reputetur vobis in oblationem primitiarum.* i. ita Deꝰ vobis reputabit oblationẽ istã, sicut si offerrent primitias, dixerat. n. ꝙ Leuitę offerrent Deo istas primitias, non q̃dem portãtes eas ad Sanctuarium ad offerendũ ibi, quia tũc prouenirẽt in ius oĩum sacerdotũ minorũ, sicut cętera, q̃ s. posita sunt, sed dabãt eas sacerdoti magno, dicebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

tñ offerre Deo, quia id quod Leuitæ dabant sacerdoti magno non dabant pp eum, sed pp Deum, & sic nihil differebat an illa cremarentur super altare, vel darentur summo sacerdoti, quantum ad acceptationē; vtrunque.n. equaliter acceprabatur, licet id quod in altari crematur totum cederet in cultum Dei, q̄ aūt dabant summo sacerdoti cedebant in solum ius illius, dr̄ tñ hic, q̄ Deus reputabit Leuitis, velut si offerrent primitiua. s. si darent primitias, quæ cremantur in altari, omnia.n. quę hoīes separant ad dandum Deo vocā tur primitiæ, sicut supra dicebat. *Ecce dedi tibi custodiam omnium primitiarum earum.* i. eorum, quæ Israelitæ separant ad dandum mihi. Alio modo p̄t intelligi. s. q̄ sicut si Leuitæ haberent agros, & vineas darent de illis decimas, & primitias, & reputarentur eis a Deo in bonum, ita cum nunc darent summo sacerdoti decimā decimæ suæ reputabatur eis, velut si obtulissent primitias. primitiæ.n. & primitiua idem sunt, quamquā primitiua magis denotant antecessionem tēporis. s. q̄ offeruntur de primo nascentibus, vel de eis, q̄ primo accipiuntur. *Tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis quorum accipitis primitias.* Ista decima. quam offeretis erit de area, & de torcularibus. i. de omnibus, quæ in area colliguntur, & triturantur. s. de frugibus, & leguminibus, & de omnibus, quæ in torculari exprimuntur. s. de vino, & oleo, & similibus liquoribus, dicit hoc quia existimarent Leuitę fortassis, q̄ solum debebant dare decimam decimæ, de quibusdam rebus, & nō de omnibus, quę ipsi suscipiebant ab Israelitis, ideo determinatur eis, q̄ de omnibus, de quibus ipsi percipiunt decimas, dabunt decimam decimę sacerdoti magno: ad hoc autem subditur ista clausula, de v[illegible]ersis quorum accipitis primitias, quia prēter fructu[illegible]æ, & torcularis accipiebant de aliis decimas. s. de men[illegible] & fructibus arborū, & quibusdam herbis. s. cimino, a[illegible]tho, & menta, quas pharisęi, & scribę decimabant, & Christus dixit eas esse decimandas Mat. 23. cap. etiam recipiebant decimam de iumentis, & de pecoribus, & de omnibus aliis, quæ aliqualiter pertinent ad fructus terrę, & nos vocamus eas decimas prędiales. de omnibus his tenebantur Leuitę dare decimam decimę summo sacerdoti.

Sciendum q̄ iste accusatiuus, primitias potest referi ad verbum accipitis, vel ad verbum offeretis. primo modo est sensus, q̄ Leuitę offerant dño. i. dent decimas summo sacerdoti, de omnibus, de quibus accipiunt primitias, & tunc vocantur ibi primitiæ decimæ quas recipiunt Leuitę ab Israelitis. secūdo mō est sensus, q̄ Leuitę offerrent primitias dño. i. decimā decimæ de oībus, quæ accipiunt ab Israelitis, & vterq; sensus ad idem redit, quia in primo vocant primitiæ oēs decimę Israelitarum, in secundo dr̄ primitię decima decimę Leuitarū, & tñ lr̄a nr̄a nō tolerat f̄m sensum, quia esset incongrua vocum ordinatio ad faciendum illum. *Offeretis Domino.* Ista snīa continuat ab illo loco, tam de areis, q̄ de torculari. s. q̄ offerrent dño Leuitæ decimam decimæ de torculari, & de area, & de oībus quarum recipiunt primitias. i. de quibus Israelitę dant eis primitias. *Et date Aaron sacerdoti.* s. ista, q̄ offerebant dño erant danda Aaron. i. cuilibet summo sacerdoti, quia hic non loquitur scriptura de Aaron, tanquā de persona, sed tā quam de dignitate, vel ordine, & additur ista determinatio, quia si solum dixisset lr̄a, q̄ offerrent dño, intelligerent Leuitę ista esse ad cremādum super altare, vel vt cederent in ius Sanctuarii, p̄ thesauris dñi, aut saltem, vt diuiderentur inter oēs sacerdotes minores, sicut alia iura de quibus s. dictū est. dr̄ ergo q̄ dentur soli Aaron. i. sacerdoti magno. Aarō aūt nihil vnq̄ recepit de his, quia ista incęperunt solui in terra Chanaan, Aaron aūt mortuus est in deserto, vt s. declaratum est, & pp hoc expressum est hic, q̄ darētur Aaron sacerdoti. q.d. non dabant ei, qa erat Aarō sed quia erat sacerdos magnus. *Omnia quæ offertis ex decimis.* Hic ponit quoddā documentū extra Leuitas in soluendo decimam decimę: nam cum ipsi obligarent ad soluendū istā decimā, poterant eā dare de partibus peioribus, q̄ eis prouenirēt, & sic defraudarēt summū sacerdos, iō dr̄ q̄ dent de optimis partibus, & electis.

An Leuitæ tenerentur dare sacerdoti magno decimas de melioribus, quæ habebant, & quare in nouo testamento non fuit, factus aliquis modus decimandi, sicut in veteri, & quis sit conueniens modus decimandi. Et quando decimans peccat, & tenetur restituere. *Quæst. XXIIII.*

IN hoc considerandū est, q̄ Leuitæ dēbāt dare de partibus optimis, & electis: non q̄ tenerent eligere totaliter ea, q̄ meliora erant, sed q̄ darēt de eis quę videbantur esse bona, vel saltem q̄ non darent de eis, quę videbantur esse mala: erat aūt decima ista in duobus. s. in fructibus terræ, & in pecoribus, & iumentis: de pecoribus aūt, & iumentis, non vī q̄ tenerentur eligere Leuitæ ea, quę meliora erāt, necnon fraus debebant dare quęcunque ipsi vellent: nam sic magna fraus sequeretur alteri partium. Si.n. Leuitę intenderent eligere ea, quę meliora erant, & de oībus optimis dare decimam decimæ, forte non darent solum decimam, sed ēt quintam partem decimę, vel quartam, quia q̄ pecora, quæ ipsi darent essent decima pars decimę sm numerum, tñ contingeret, q̄ essent quinta pars sm valorem, vel quarta, vtpote, quia quodlibet de illis animalibus valebat tantum, sicut duo de illis, q̄ relinquebant Leuitę penes se, & in hoc valde grauarentur Leuitæ, ideo nō debuit sic solui. Nec tursus Leuitę deberēt dare quæcunque pecora ipsi vellent in decimā decimę, quia tunc si eligerent de pessimis, fraudaretur nimis dominus sacerdos, quia soluendo ei decimam partem pecorum, & iumentorum sm numerum, non soluebatur decima pars f̄m valorē, nec forte vicesima, aut tricesima, quia vnum de aīalibus, qđ penes se relinquebant Leuitæ valeret tñ, sicut duo de illis, quæ darent in decimā, & sic fieret fraus legi. iō Deus dedit medū modū popularibus in soluendo decimas de pecoribus, q̄ ponerent pecora in caulis, & permitterentur libere egredi singillatim, & successiue, q̄ aūt decimo loco veniret dabatur Deo in decimas Leu. c. 27. & isto mō non fiebat fraus, quia aliqñ contingebat magna pecora, aliqñ parua decimo loco venire, hunc modū tenere dēbant Leuitę soluendo decimam decimę de pecoribus, & iumentis. In fructibus terræ erat aliis modis decimandi, quia non accipiebatur aliqua electio, nec poterat fieri ibi aliqua fraus, ita notabilis, sicut in pecoribus, & iumentis, sed considerabatur mēsura in fructibus, de his aūt non est datus certus modus soluēdi, q̄ non videbāt eē tanta ꝓtentio, nec fraus, & in his satisciebat, q̄ Leuitæ darēt de fructibus, quolcunq; velint, dum tñ non darent de illis, quos intelligerent eē peiores, nec tñ obligabantur eligere attentè de optimis ad dandum de illis, nec ista verba sonant hoc. Sciendum tñ q̄ cum hic dicatur de optimis, & electis soluēdam esse decimam decimæ: poterat cōsiderari hoc ad duo, scilicet vel vt Leuitæ satisfacerent legi, & non peccarent, vel vt oblatio eorum esset multū accepta. Quantum ad primum sufficiebat, q̄ Leuitæ dārent Deo de fructibus æque bonis, vt erant cæteri remanentes eis, vel quos ipsi intelligerent esse æque bonos, dato, quòd non esset sic in re, vel saltem, quod darent de eis, qui aliquo modo videbātur esse meliores aliis, & si parum. Si aūt dedissent de equaliter bonis, & nihil eligendo, satisfaciebant legi, & non peccabant, quia solum ponitur infra peccatum, si Leuitæ reseruarent sibi pinguia, & egregia, eligendo ea quæ boni, aut nullius valoris erant ad dādum in decimas, cum dr̄, & nō peccabitis super hoc egregia vobis, & pinguia reseruātes. Cum autem dabant de equaliter bonis non reseruabant sibi pinguia, & egregia, ergo non peccabāt. Si aūt respicerent Leuitæ ad hoc, q̄ oblatio eorū multū acceptaretur, nō solum deberent dare de equaliter bonis, sed deberent eligere optima, & egregia, qa ad hoc q̄ aliquid nobis regratietur oportet, vt supererogem[illegible] ad ea, in quibus obligati sumus. Si.n. dederimus solū ea ad quæ tenemur, recte facimus, sed nemo nobis tenebitur regratiari. Isto mō locutus est Chr̄s Matt. 5. c. q̄ volebat nos eleuare ad perfectionem meritorum, suadens q̄ diligeremus inimicos nostros dicens. si.n. diligitis eos qui vos diligunt, q̄ mercedem habebitis, nonne & publicani hoc faciunt, & si salutaueritis fratres vestros tñ, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? estote ergo vos perfecti, sicut pater vester celestis perfectus est. q.d. facere ista supra dicta nō est opus alicuius perfectionis, q̄q̄ sit opus iustitiæ, ideo facias aliquod opus perfectionis, sicut pater vester perfectus est, hoc autem erat si Leuitæ eligerent optima in fructibus suis ad offerendum summo sacerdoti, quia tūc nimis reputarēt eis ad meritum, vt patet. j. si q̄ preclara quæq;, & meliora obtuleritis ex decimis re putabit vobis, quasi de area, & torculari dederitis primitias. Non est ergo intelligenda ista clausula prima sub pcepto, sed ad meritum, vel si velimus eam intelligere sub pcepto, non manebunt verba in toto rigore suo, sed erit sensus, q̄ dabunt optima, & electa. i. dabunt de eis, quæ sunt equaliter bona, vel aliqua f̄r meliora, & non eligent ea, quę peiora sunt ad soluendū, de decimis autem quantum ad populares idem dicendum est, de pecoribus. n. & iumentis erat datus certus modus decimandi. Leuit. 27. c. vt s. declaratum est. De fructibus autem terræ debebant dare id quod [illegible]elius. Si aūt eligerent id quod peius erat, vel quod [illegible]on erat ita bonum, vt consequerentur inde aliquod l[illegible]crū, peccabant, & dato, q̄ aliquis eligens de fructibus, vt daret pessimā partem, contingeret q̄ daret optimā, vel meliorem, peccabat, quia malum facere intendebat, non tñ tenebatur ad aliquam restitutionem, quia nihil abstulit, e contrario autem si aliquis intendens dare de equę bonis, vel melioribus, per errorem daret de peioribus, non peccabat, sed merebatur.

Nunc autem de modo decimandi f̄m statum noui testamenti dicendum est, quia decimæ nr̄ę successerunt decimis quas percipiebāt Leuitę in veteri testō. Et ciendum, q̄ non est aliquis modus assignatus decimandi in nouo testō, siue de pecoribus, siue de frugibus. Christus. n. nihil de iure personarum egit in lege euangelica, sed de directionibus actuum nr̄orum, lex autem vetus egit de iuribus personarum, & officiis earum, & de fotalibus legibus, tam ad actiones criminales, q̄ ciuiles. Rō dr̄ię est, quia lex noua est vniuersis toto orbi, ideo nihil debuit tangere de particularibus pertinētibus ad personas, sed solum de directionibus actuum, qui sunt communes oībus gētibus, & nationibus, & de hoc latius, quam in veteri testō dictū est, de dria autem harum legum in lib. nr̄o, de 5. legib' fatis toto dixi[illegible]us, & hr̄ aliquid Deute. 24. c. non solum aūt in nouo, sed ēt in iuribus ecclesiasticis non hr̄ ita determinate modus decimandi, sicut in veteri testō.

Quantum ergo ad decimas prouenientes de pecoribus, & iumentis dicendum est, q̄ consuetudini standum est. Quantum ad modum decimandi de maioribus, vel mediocribus, licet in quibusdam terris p̄ auaritiā hoīum introductę sint quædam ꝓsuetudines, q̄ potius sunt corruptelæ, & abusiones, in quibus nimis defraudatur ecclesia, circa quas attendat vir sapiēs, qm̄ non possunt oīa lege, aut sermone comprehēdi, & si videatur talis consuetudo per quam defraudetur ecclesia, ēt si illa nimis antiqua sit, non est tenenda, sed obligabimur alio modo decimas soluere. Et siquis sit qui non possit perfecte diiudicare an sit irrationalis cō suetudo, dictat sibi tamen ꝓscientia illam esse irrationalem, tenetur alio modo soluere.

Circa solutionem autem decimarum de fructibus terræ est regula, q̄ aliquis soluat de fructibus mediocribus, quos non intelligit esse deteriores aliis, quos ip se recipit: nam in hoc continget defraudari ecclesiā, & teneri ad restitutionem soluentem, vt siquis soluat decimam partem de fructibus vinearum, & sint tales fructus, qui non estimentur equaliter cum aliis, quos soluens sibi retinet, non dat decimam, quia quamquā det decimam f̄m numerum, & f̄m equalitatem valoris, vtpote si dederit aliquis decimas vini de illa vinea, quam sciebat gignere vinum malum, vel non maturum, tenebitur ad restitutionem proportionaliter secundum valorem decimæ, si solueret de aliis vineis, ideo ad tollendam fraudem melius esset de qualibet vinea decimam suam soluere, vt de deteriori, & meliori proportionaliter veniat in decimam. Siquis autem studeat, vt eligat sibi meliorem partem fructuū, data decima de peioribus, peccat, & si manifeste non sit illa decima pars fructuum decima in valore omnium fructuum, non censetur soluisse decimā huiusmodi solue[illegible]nec est securus, nisi restituerit tantum, quantu[illegible] minoris precii erat decima pars fructuum da[illegible] decimam partem valoris omnium fructuum, [illegible]per hunc modum fiunt multæ fraudes. Idem si qs soluens decimam de frumento admiscuerit aliquid de ordeo, vel aliis frugibus, vt minus det de frumēto, peccat, & tenetur ad restitutionem, sic autem de cęteris. Ad tollenda autem hęc dixit Deus Leuitis, q̄ soluerent decimam decimę de optimis, & electis, tamen non obligantur, nisi eo modo quo dictum est.

Omnia quæ offertis ex decimis. Dicebantur Leuitæ offerre ex decimis, & de fructibus decimarum suarum, tenebantur separare decimam partem, & illam ex decimis soluebant summo sacerdoti.

Et in donaria domini separabitis. Idem est offerre ex decimis, vel separare in donaria: nam offerre dicit ipsam solutionem actualem, quæ est de fructibus decimarū, separare in donaria est, antequam fiat solutio segregare aliquam partem, quæ soluatur, & vtrunque erat de optimis, dr̄ autem ista separatio in donaria dñi. i. separatio facta ad dandum Deo dona: reputabatur enim Leuitis ista solutio, tanquam si donarent.

Optima, & electa erunt. Ideſt erunt de melioribus, & magis electis partibus fructuum, quod verum est, ad hoc, q̄ ista solutio multum acceptaretur a Deo, & reputaretur Leuitis ad bonum. Ad hoc tamen, q̄ Leuitæ satisfacerent legi, & non peccarent, non requirebatur, quòd darent de optimis, & electis, sed darent de mediocribus, & æqualibus secundum valorem. tunc autem est exponenda litera ista negatiuè. s. q̄ dabunt de electis, & optimis. i. non dabunt de peio[illegible]bus, vel de his quos elegerunt de cæteris fructibus, tanquam peiores.

Diceſque ad eos, si præclara quoque, & meliora obtuleritis ex decimis. Hic ponitur acceptatio solutionis Leuitarum si darent de optimis fructibus suis, & idem est dare de præclaris, & melioribus, & de electis, & optimis, vtrobique enim datur, plus quam decima, ideo imputandum est homini ad supererogationē, velut siquis daret decimā partē fructuū suorū, deinde addere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret aliquid, illud sibi reputaretur in gratiam, ita siquis F
soluat decimam de omnibus fructibus, soluit plusquã
decimam, quia secundum valorem ista decima pars
fructuum est maioris valoris, quam decima pars om-
nium fructuum simul appreciatorum.

Reputabitur vobis quasi de area, & torculari deberitis primitias. Idest sicut si soluereris iura Dei de area, & tor-
culari habendo agros, & vineas, reputaretur vobis ad
bonum, ita soluendo decimam partem fructuum de-
cimarum vestrarum de electis, & melioribus, reputa-
bitur vobis ad bonum, sed adhuc magis potest ista li-
tera referri ad illa, quę dabantur sponte a popularibus,
quia non erat aliquid magnum, quod Leuitis soluen-
tibus decimam de optimis, & electis fructibus suis, re-
putaretur, sicut reputabatur popularibus, quando so-
luebant decimas, vel primitias suas de area, & torcula-
ri. sed accipiuntur primitię large pro omnibus iuribus
sacerdotalibus, & hic maxime dicitur pro oblationi-
bus spontaneis de area, & torcularis factis, scilicet sicut
reputaretur alicui ad magnum bonum, si spõte offer-
ret Deo de area, & torcularis, quod est facere primi-
tias, vel separationes, ita reputaretur Leuitis soluenti-
bus decimam decimę de melioribus fructibus suis, G
quam sit ista solutio ex necessitate, & tunc stat ratio-
nabiliter dictum: nam erat dubium an estimaretur so-
lutio ista Leuitarum in decimis, sicut oblatio spontā-
nea, quia oblatio illa gratis fit, decimę autem istę ex
necessitate soluebantur. & dicitur, quòd reputabitur,
sicut oblatio spontanea, quia licet fiat ex necessitate,
quia est ibi aliquid non ex necessitate, illud reputatur
spontaneum: nam soluens de melioribus fructibus,
decimas soluit, ad quod tenetur, supererogat quã vsq;
ad decimam partem valoris est solutio, quod autem
superabundat, quia fructus sunt de optimis, est supe-
rerogatio. & hoc reputatur spontaneum.

Et comedetis eas in omnibus locis vestris. Hic datur do-
cumentum qualiter liceat vti Leuitis fructibus deci-
marum suarum, & dicitur, quòd possunt comedere
fructus illos vbicunque voluerint, & comedent om-
nes familię sue de illis: dicuntur ista, quia cum fructus
decimarum essent fructus dati Leuitis de iuribus Dei,
crederent, quòd non liceret eis vbicunque, & quali-
tercunque comedere de eis, sicut erat de iuribus sa-
cerdotum: nam quędam proueniebant illis, quę co- I
medi non licebat, nisi in loco Sancto. sic patet de par-
tibus sacrificij pro peccato, & de simila proueniente
sacerdotibus, quę non erat fermentata: nam in loco
mundissimo, scilicet in Sanctuario comedebatur Le-
ui.c.6.& 10. Item partes sacrificij pacifici, scilicet pe-
ctusculum, & armus dexter, quę sacerdotibus proue-
niebant, in loco Sancto solum comedebantur, scilicet
in atrio tabernaculi Leui.c.10. ita existimarent Leui-
tę, quòd fructus decimarum prouenientes eis, solum
deberent comedi in Sanctuario, & respondetur, quòd
possunt comedere de eis in omnibus locis suis, scilicet
vbicunque habitauerint in ciuitatibus sibi datis ab Is-
raelitis, vel in loco Sanctuarij: aliquando enim erant
Leuitę ministrantes in loco Sanctuarij, & tunc reci- K
piebant portionem de Sanctuario, & poterant come-
dere in ea. aliquando erant in ciuitatibus suis, quia per
diuersa tempora veniebant ad seruiendum in Sãctua-
rio, & quandocunque vellet aliquis de Leuitis venire
de vrbe sua ad ministrandum, semper in loco Sãctua-
rij, prærer iura decimarum, quæ habebat in vrbe sua,
dabatur ei portio cum alijs Leuitis, qui tunc ministra-
bant, vt patet Deute. 18. capi. Alijs autem temporibus
Leuitæ erant in vrbibus suis, & ibi comedebant de
fructibus decimarum suarum.

*Quare Leuitis licuit comedere de omnibus fructibus iurium suorum extra Sanctuarium, aut vendere illos: sacerdotibus autem non. Et quòd non licuit omnia iura sacerdo-
tum esse consecrata. Quæst. XXV.*

QVAERET aliquis quare licuit Leuitis co-
medere de omnibus fructibus iurium suo-
rum extra Sanctuarium, sacerdotibus autẽ
non licuit in omnibus, sed quosdam pore-
rant comedere extra Sanctuarium: alios vero nequa-
quam? Respondendum est, q̃ Deus instituit quędam
esse iura, quę solum liceret comedi in Sanctuario, vt
demonstraretur sanctificatio eorum, & differentia ab
alijs cibis, vt crederentur maioris reuerentię esse ea,
quę semel applicabantur ad Deum, quam ea, quę nũ- G
quam applicata fuissent: non decuit tamen de omni-
bus iuribus sacerdotum, & Leuitarum institui, quòd
comederentur in Sanctuario: & in hoc considerandũ,
q̃ Leuitę minores vnicum ius habebant, scilicet decimarũ, vt patet supra. s. nihil aliud possidebunt Leuitę
decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum,
& necessaria separaui, sacerdotes autem habebant
multa iura, scilicet primitias, & iura sacrificiorum, &
vota, & spontaneas oblationes, & redemptiones pri-
mogenitorum, & alia de quibus supra. Item conside-
randum est, quòd non decuit institui aliquod ius soli
comedi in Sanctuario, nisi esset tale, quod perciperẽt
ministri, quando erant in loco Sanctuarij, quod patet,
quia si Leuitę, vel sacerdotes reciperent aliqua iura in H
vrbibus suis, quę non possent comedere, nisi in loco
Sanctuarij, oporteret, vt venirent de ciuitatibus suis
ad locum Sanctuarij pro illis iuribus, vt vescerentur
eis, sed ista inconueniens ordinatio erat, quia tunc re-
queretur, q̃ haberent Leuitę in vrbibus suis, & sacer-
dotes quid comederent, & tamen non liceret eis co-
medere, nisi venirent in locum Sanctuarij, & hoc non
ad ministrandum, aut ad aliquam necessitatem, sed
solum, vt liceret eis comedere de fructibus iurium
suorum. Item considerandum, q̃ Leuitæ, & sacerdo-
tes nõ erant omnes, & semper in loco Sanctuarij, sed
per vices seruiebant: erant enim datę 48. vrbes sacer-
dotibus, & Leuitis, in quibus manerent infra 35.c.&
in vna earum, vt in plurimum erat Sanctuarium: om-
ni autem tempore erant aliqui de sacerdotibus in Sã-
ctuario ministrantes, & quidam de Leuitis subserui-
tes ad quasdam alias ministrationes: seruiebant autem
isti tpe determinato, & postea redibant in vrbes suas,
venientibus alijs ad ministrãdũ, & sic variabant q̃ sa-
cerdotes ministrãtes: tpe aũt quo nõ ministrabãt in
vrbibus suis erãt, sic patet de Zacharia pr̃e B. loã. q̃ ha-
bitabat in quadã vrbe montana Iudææ, & venit in le-
rusalẽ tpe ministerij sui, & postq̃ ministrauit reuersus
est in domũ suã, vt patet Luc. c. 1. de Leuiticis idem
modus erat, q̃a aliq erant in vrbibus suis, alij aũt in lo-
co Sãctuarij ministrabãt, & mutabant p̃ vices, vt col-
ligit Deu. 18. c. His visis patet rñsio ad qõnem. q̃ nõ
decuit Leuitarũ iura fieri sanctificata, ita q̃ solũ liceret
eis comedere de illis in Sãctuario: nã hẽbãt Leuitæ
vnicũ ius. s. decimas, & si illud sãctificatũ eẽt, nunq̃ li-
cerẽt Leuitis comedere, nisi intra Sanctuariũ, q̃a nul-
la hẽbãt præter decimas, aliq̃n tñ Leuitæ erãt in ciui-
tatibus suis, ergo nõ hẽrent, tũc q̃d comederent, & si
forte vellent comedere de alijs iuribus nulla hẽbant
p̃ter decimas, nõ debuit ergo statui, q̃ ius Leuitarũ es-
set p̃secratũ. De iuribus sacerdotũ aliter dicendũ est. I.
q̃ decuit aliqua iura eorũ eẽ p̃secrata, ita q̃ nõ liceret
comedi de eis, nisi in Sanctuario, nec sequuntur aliqua
de inconuenientibus, quæ sequuntur ad iura Leuita-
rum, si sunt consecrata, & hoc quia ista iura sacerdotũ
quæ non licebat comedi, nisi in Sanctuario, erant illa,
de

de quibus ponebantur partes super altare, scilicet in A
sacrificijs, & in libamentis eorum. partes enim sacrifi-
cij pro peccato, & hostię pacificę, & libamentorum
suorum solum comedebantur intra Sanctuariũ Le-
ui. c. 6. & 10. & supra in litera colligitur. omnia autem
alia iura sacerdotum poterant comedi extra Sanctua-
rium. s. oblationes, & vota, & primitię de frugibus, &
generaliter omnia de quibus non cremabatur pars
in altari, vt supra declaratum est. ista autem iura con-
secrata non proueniebant, nisi sacerdotibus actualiter
ministrãtibus, nam sacerdos, qui faciebat holocaustũ
habebat pellem eius Leui. c. 6. sacerdos autem faciens
hostiam pacificam accipiebat de ea pectusculũ, & ar-
mum dextrum Leui. c. 7. sacerdos vero faciens sacri-
ficium pro peccato, vel pro delicto accipiebat omnia
iura illius Leui. c. 6. Sic erat in libamentis. s. in simila
non commixta, vel in panibus coctis in clibano, vel
craticula, aut sartagine. nam sacerdos, qui offerebat
ista recipiens de manibus offerentis, & ponens super
altare particulam illius, habebat reliqua in ius suũ Le-
ui. c. 6. & sic sacerdotes, qui erant in vrbibus suis, quã-
do non ministrabant, nihil percipiebant de iuribus p̃-
secratis. q̃ autem obligarentur sacerdotes ministran-
tes comedere iura ista in Sanctuario, nullum incon-
ueniens erat, quia non sequitur ex hoc, q̃ deficeret eis
cibus, cum de illis sanctificatis comedere possent. etiã
non sequitur, q̃ irent de ciuitatibus suis ad locum Sã-
ctuarij solum, vt possent comedere de his iuribus, q̃a C
tempore quo ipsi sacerdotes comedebant hæc iura,
necessario erãt ministrantes, & in eo loco in quo mi-
nistrabant comedebant, & ibidem ista iura acquire-
bant, & tunc sacerdotes cum veniret tempus mini-
strationis suę ducebant interdum vxores, filios, & fa-
miliam suam in locum Sanctuarij, & de illis iuribus
consecratis, quæ acquirebant dabant filijs suis, & toti
familię, faciẽtes eos venire in Sanctuarium ad come-
dendum de illis, si essent talia iura, de quibus comed
re possent tam masculi, quam fęminę, quod dic
quia de partibus sacrificiorum pro peccato n po-
terant comedere, nisi soli masculi de genere s erdo-
tali Leui. c. 6. de partibus vero hostię pacificę masculi
quam fęminę Leui. c. 10. & sic non erat inconue- D
niens esse aliqua iura cõsecrata in sacerdotalibus, sed
erat inconueniens esse aliquid consecratum in Leui-
ticis, quia cum illud vnicum esset consecrato vno om-
nia consecrata essent, & sic nunquam liceret eis co-
medere, nisi in Sanctuario, & in vrbibus suis nihil ha-
berent: sacerdotibus autem non accidebat sic, quia
quamquam essent quædam iura eorum consecrata,
alia tamen non erant consecrata, sicut primitię, & re-
demptiones primogenitorum, & vota, & similia, de
quibus supra dictum est, & de his licebat sacerdotibus
comedere extra Sanctuarium in vrbibus suis, vel vbi-
cunque essent, & sic non deficeret eis cibus, siue eẽnt
in Sanctuario, siue non. Dicendum etiam est, q̃ non
decuit omnia iura sacerdotum esse consecrata, quia E
tunc non possent sacerdotes comedere, nisi in San-
ctuario: tamen ipsi non obligabantur semper esse in
Sanctuario, sed per vices ministrationum suarũ erant
aliquãdo in Sanctuario, & aliquando in vrbibus suis,
ergo nihil haberent in cibos, cũ essent in vrbibus, sed
cogerentur venire in Sanctuariũ sine aliqua necessi-
tate ministrationis, solum, vt liceret eis comedere
de iuribus suis. Item adhuc erat aliud inconueniens,
quia dato, quòd sacerdotes venirent in locum San-
ctuarij non caperentur omnes ibi, vt simul in San-
ctuario comederent. debuerunt ergo esse aliqua iura
sacerdotalia consecrata, & aliqua non consecrata. de
Leuiticis autem nullum. *Tam vos, quam familiæ vestræ.*
Alia est alia determinatio, scilicet quòd non solum

comederent vbicunque vellent, sed etiam quicunque
poterant comedere de illis. dicitur hoc ad differen-
tiam quorumdam iurium sacerdotalium, in quibus
reperiebatur contradictio personarum specialis, sicut
partes sacrificij pro peccato non poterant comedi ab
aliquo, nisi a masculis de genere sacerdotali Leui. c. 6.
& supra in litera. decimę autem, quę dabantur Leuitis
non solum masculis, sed etiam fęminis conueniebãt,
quia dicitur, q̃ Leuitæ, & tota familia sua de his licitè
comedebant, in familia tamẽ masculi, & fęminę sunt.

Item tollitur per hoc aliud dubium, quia, quędam
erant iura sacerdotalia, quæ non licebant comedi, nisi
a mundis. s. omnia, quæ erant consecrata, & si aliquis
immundus comederet de illis, peccabat. Leui. ca. 22.
ita crederet aliquis esse in iuribus Leuitarum, & dicit, B
q̃ tota familia comedere poterat de iuribus Leuita-
rum. ergo non requirebatur munditia, alioquin inter-
dum nõ posset comedere tota familia de iuribus Le-
uitarum. Ratio differentię est, quia quædam erant de
iuribus sacerdotalibus, quæ ponebantur super altare,
& illa consecrabantur, ad quæ requirebatur magna
munditia in comedentibus, & in loco vbi come-
derentur: alia autem erant, quæ non ponebantur in
altari, nec requirebant munditiam comedentium. si-
cut primitiæ de fructibus terrę, & oblationes sponta-
neę, & generaliter omnia quorum nõ ponebatur pars
super altare, quia ista consecratio causata in iuribus il-
lis, propter quam requirebatur munditia in comedẽ-
tibus, solum erat causata eo, q̃ ponebãtur partes quę-
dam coram Domino in altari de his rebus: de deci-
mis tamen, quæ prouenieb̃at Leuitis nullę partes po-
nebantur super altare, nec saltem offerebantur in Sã-
ctuario. ergo non requirebant munditiam in come-
dentibus, & non solum hoc quantum ad familiam
Leuitarum, sed etiam poterant Leuitæ dare de fructi-
bus istis cuicunque laico, siue mundo, siue immũdo:
nam poterant vẽdere. ergo poterant donare, vel qua-
litercunque dare, vt supra probatum est, cum litera
dicat, q̃ Leuitæ erunt contenti oblatione decimarũ,
quas Deus separauit in vsus eorum, & necessaria: sepa-
rare autem in necessaria est, q̃ possint vendere, & cõ-
mutare illos fructus ad habendum omnia alia quibus
indigent.

An licuit aliqua iura esse sacerdotalia, vel Leuitica, quæ solis masculis licita essent ad cibum, & etiam solis mundis.
Quæst. XXVI.

QVAERET aliquis an decuit esse aliqua iura
sacerdotalia, vel Leuitica, quæ solis mascu-
lis licita essent ad cibum?

Et respondetur, quòd decuit. hoc enim
est ad maiorem honorem eorum, quæ applicantur
Deo: nam cibi communes licent tam masculis, quã
fęminis. Quod autem aliquis cibus sit solis masculis
licitus, notat maiorem excellentiam in ipso, quod sa-
tis fuit conueniens in quibusdam cibis de iuribus sa-
cerdotalibus, vel Leuiticis, & hoc propter duo. Pri-
mo quia masculus dicit sexum perfectiorem, fęmina
autem dicit virum imperfectum, vel occasionatum
secundum Aristo. quòd ergo solis masculis detur ali-
quis cibus, magnam eius notat perfectionem. Secũdo
est hoc, quia iura ista prouenieb̃ant propter minis-
trationem, quæ fiebat in Sanctuario, soli autem masculi
erant, qui ministrabant. quòd ergo eis tantum quædã
iura darentur excellentiam signabat in ipsis iuribus,
ideo decens fuit, vt in quibusdam signaretur excellẽ-
tia eorum, quæ applicantur ad Deum, ad ea quæ sunt
prophana.

Universidad de Deusto Biblioteca

An licitum fuit esse aliqua iura sacerdotalia, vel Leuitica, quæ soli mundi possent comedere. Quæst. XXVII.

QVAERETVR adhuc an decuit esse aliqua iura sacerdotalia, vel Leuitica, quę solis mundis licerent in cibum. Et respondetur, ꝙ sic, quia munditia est perfectio rei, & res dum immunda est, ẽt si alias perfectiones habeat nõ fulget, nihil.n. magis facit fulgere rei perfectionem, quam munditia, sed Deus volebat, vt ea quę applicabãtur ad ipsum viderentur habere excellentiam super omnia alia, quæ non erant applicita, ideo decuit poni mũditiam in omnibus illis, apparet autem munditia ista maxime si res ipsa nõ liceat, nisi mundis, nam magna excellentia eius notatur, ꝙ etiam illi qui sumere debent eam mundi sint, quia hoc non solum pertinet ad mũditiam, sed etiam ad excellentem gradum munditię, rem.n. esse in se mundam dicit munditiam solũ, exigere autem ꝙ res illa, in qua sumitur, sit etiam munda, dicit altiorem gradum puritatis, & ob hoc in omnibus, quæ applicabantur ad Deũ, & postea transibant in cibum, Deus iubebat obseruari munditiam in comedentibus. Accipitur autem hic applicatio ad Deũ strictè. s. pro illis, quę offerebantur Deo, & pars ipsorũ cremabatur super altare, sic erant sola sacrificia, & libamenta. Alia autem offerebantur Deo, quorum partes non cremabantur in altari, sed totaliter proueniebant sacerdotibus, & ista nõ dicebantur applicita Deo specialiter, ideo in his non requirebatur munditia in comedentibus, sed in prioribus, quę [illegible]ueniebant de sacrificiis requirebatur munditia, & ista [illegible] conditio per quam Deus magis significabat perfecti[illegible] rerum applicitarum ad ipsum: nam cum dicitur in [illegible]uibusdam aliis, ꝙ soli masculi comederent de sanct[illegible]tis, minor perfectio significaretur ibi, nisi adiungeretur, ꝙ illi etiam essent mundi, & comederent in loco mundo, sicut patet Leuitic. cap. 6. iuncto 26. si tamen esset aliquod ius sacerdotale, de quo licebat comedere omnibus masculis, tam mundis, quàm immundis, & in quocunque loco, siue mundo, siue immundo, minoris perfectionis esset, quam ꝙ liceret comedere, tam masculis, quàm fęminis, dum tñ oẽs essent mundi, & comederent in loco mundo: conueniẽs ergo fuit aliqua esse iura sacerdotalia, vel Leuitica de q̃bus soli mundi comederent.

An in iuribus Leuiticis fuit conueniens, quod soli masculi comederent. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR amplius an decuit aliqua iura esse Leuitica, de quibus soli masculi comederẽt, & an conueniens fuit hoc in iuribus sacerdotalibus. Ad primam particulam respondetur præsuppositis oĩbus, quæ in prima qõne, quòd non fuit cõueniens in iuribus Leuiticis, ꝙ soli masculi comederent de aliquo eorum: nam Leuitę vnicum ius habẽt. s. decimas: si ergo aliquid esset, quod solis masculis liceret in iuribus Leuiticis, nihil manebat, quòd liceret fœminis, & sic non haberent Leuitæ, vnde sustentarent familiam [illegible]am, qui nulla iura præter decimas habebãt, sed debuerunt [illegible]ura eorum pertinere, tam masculis, quàm fœminis.

Ad secundam particulam respondetur. s. ꝙ in sacerdotalibus iuribus decuit aliquod esse, de quo solis masculis comedere liceret, ad signãdam magnam excellentiam in sanctificatis, vt supra dictũ est, nec sequuntur inconuenientia, quæ in iuribus Leuiticis, quia sacerdotes multa iura habebant, & quamquam vnum eorum solis masculis eẽt cõueniens, alia esse poterant F conuenientia fœminis, & masculis, & sic est, quia solum reperitur de triplici iure, quod solis masculis licebat. s. partes sacrificii pro peccato, & pro delicto, quas soli masculi de genere sacerdotali in loco Sanctuarii comedebant Leuit. c. 6. Secundum ius erat de simila oblata sine fermento, cuius pars quędam cremabatur super altare, & reliquum cedebat sacerdotibus: nam illa comedebatur postea sine fermento a solis sacerdotibus, Leui. c. 6. Tertium ius erat in panibus propositionis, quos ponebãt sacerdotes coram domino intra tabernaculum super mensam auream, & mutabãt eos per singula sabbata, ponentes alios recentes. Leuit. 24. cap. & hos tamen soli sacerdotes comedebant. 1. Reg. 21. & Matt. 12. c. quamquam in casu necessitatis G poterant dari laicis in cibum, sicut fecit sacerdos magnus Achimelech, cũ dedit de illis Dauid, & pueris suis, qui erant laici. s. non de genere sacerdotali, vt patet prælleg. c. omnia autem alia iura sacerdotalia licebant, tam masculis, quàm fœminis, quamquã erat differentia, quia quædam solis mundis erant licita, alia vero, tam mundis, quàm immundis. Sed dicendũ est, ꝙ non fuit cõueniens in oĩbus iuribus sacerdotalib⁹, ꝙ solis masculis licerent, quia tunc sequerentur eadẽ inconuenientia, q̃ in iuribus Leuiticis. s. ꝙ non hẽrent sacerdotes vnde alerent familiam suam, tñ ipsi nõ vacabant agriculturę, nec habebant aliam negociationẽ, vñ possent alere familiam suam, ergo non esset conuenienter ordinatum de oĩbus iuribus sacerdotalibus, ꝙ solis masculis conuenirent. Item dicendum non esse cõ H ueniens, ꝙ plurima & maxima iura sacerdotalia solis masculis licerent, tunc. n. sequeretur duplex inconueniens. Primum ꝙ non haberent sacerdotes, vñ sufficienter alerent familiam, quia tanta est multitudo fœminarum, sicut virorum, datis aũt paucis iuribus cõibus masculis, & fęminis, ẽt fœminę non possent inde sufficienter sustentari, & hoc erat inconueniens, quia [illegible]hil aliud habebant sacerdotes, vñ prouiderent famili[illegible]æ, nisi iura illa. Secundo erat inconueniens, quia dato ꝙ possent fęminę familiæ sacerdotalis sustentari de [illegible]ibus, quę erant communia masculis, & fęminis, tñ [illegible]ia oĩa ista proueniebant in domos sacerdotũ præter [illegible]artes sacrificiorũ, quæ comedebantur in Sanctuario, venirent in potestatem fęminarũ, cũ ipsæ sint I custodes eorum, quæ in domo sunt, & daret hoc mõ eis occasio frequenter peccandi, comedendo de iuribus, quę ad solos viros pertinebant. iõ pauca debuerunt esse talia iura. Sed dicet aliquis ex hoc sequi nulla iura talia esse debuisse, quibuscunq;. n. talibus datis sequitur inconueniens. s. ꝙ fęminę sacerdotũ possent comedere de illis, & peccarent.

Respondetur non stare, quia ista iura, quæ solis masculis conueniunt, sunt de partibus sacrificiorũ, vel de aliquibus, quę in Sanctuario accipiuntur, quorũ partes ponuntur super altare. s. in partibus sacrificii pro peccato, & partibus similæ, & in panibus propositionis. Ista autem acquirebantur in Sanctuario, & nõ ducebantur in domos sacerdotum, sed ibi immediate co K medebant, & sic nõ poterant fęminę accipere de his, qa fęminę non erant in Sanctuario cum ministrabant viri, sed si esset aliquid, quod liceret sumi in cibum a masculis, & fęminis, mittebant viri pro tota familia sua, & comedebant in atrio tabernaculi. sic patet de pectusculo, & armo dextro prouenientibus de sacrificio pacifico, nam licebat comedere masculis, & fœminis de illis, & tamen in loco Sanctuarii comedebãtur, vtrunque patet Leui. c. 10.

Etiam non stat incõueniens, quia ista iura, quę solis viris comedere licebat, non custodiebantur vsq; ad aliquot dies, sed immediate comedebantur, iõ fœminę nõ haberent facultatẽ ad accedendũ, vt comederent de

de illis, secus autem si custodienda forent, quoniã ad fęminas pertineret custodia, & haberent occasionem comedendi. Quod autem immediate ista comederẽtur patet, quia proueniebant ex sacrificiis, quæ non poterant reseruari ad alios dies, vt colligitur Leuit. c. 6. & 7. pręterquam in quodam genere hostiæ pacificę, quę poterat conseruari ad diem secundum, sed ad tertium nunquam Leu. c. 7. & 19.

In iuribus Leuiticis non decuit esse aliqua, quæ conuenirent solis mundis, bene tamen in sacerdotalibus. Quæst. XXIX.

QVAERETVR amplius, an fuit conueniens aliqua iura. Leuitica, vel sacerdotalia licere solis mundis? Ad primam partem respõdetur, ꝙ in iuribus Leuiticis non decuit, qa illud vnicum erat. s. decimæ, & vno dato, quod solis mundis liceret, omnia ad solos mundos pertinerent, & tunc sequebatur inconueniens. s. ꝙ interdum Leuitæ non possent se alere, vel familiam suam. quia cũ multoties contingat aliquos esse immundos, potissimè propter multos modos immunditiæ, qui sunt valde communes, de quibus Leuiti. c. 11. 12. & 15. multi de Leuitis, & familiæ suæ non haberent, vnde alerentur, quia nullam occupationem, vel modum acquirẽdi habebant, sed hoc erat inconueniens. ergo non fuit rationabile statui de iuribus Leuiticis, ꝙ solis mundis licerent.

Ad secundam partem respondendum, ꝙ decuit in iuribus sacerdotalibus esse aliqua, quæ solis muudis licerent. rõ est ad significandum excellentiam, vt s̃. fuit declaratum, & in omnibus, tam Leuiticis, quàm sacerdotalibus hoc fuisset constitutum, nisi inde sequeret inconueniens. In Leuiticis autẽ declaratum est inconueniens. In sacerdotalibus non sequitur aliquod, quia multa sunt iura sacerdotalia, & quamquam quædam liceant solis mundis, alia multa sunt, de quibus sus[illegible]tentur immundi, nam solum requirunt mundi[illegible] illa iura sacerdotalia, quæ ponuntur in Sanctuario, [illegible] pars eorum crematur super altare, vel quę in Sa[illegible]ctuario diu manent. de primo patet, vt de sacrificiis p[illegible]o pctõ, & hostia pacifica, quorum partes proueniunt sacerdotibus, sed soli mundi comedunt de illis intra Sanctuarium. Idem est de partibus similę oblatæ prouenientibus sacerdotibus, quę comeduntur in Sanctuario, & a mundis Leui. 6. c. Alia sunt quorum partes nõ cremãtur in altari, & tñ ipsa diu manent oblata coram dño. s. panes propositionis, & hi a solis mundis comedebantur, & ista erat maior necessitas in eis, quam ꝙ darent solis sacerdotiqus, nam panes isti ad solos sacerdotes pertinebant. Matt. 12. & in necessitate famis sacerdos Achimelech dedit eos Dauid, & pueris suis, & tamen quęsiuit ab eis, an essent mundi. q. d. ꝙ non dedisset eis etiam in necessitate positis, nisi essent mundi. omnia autem alia iura sacerdotalia, quæ erant maxima, licebant tam mundis, quàm immundis. s. vota, & primitię de frugibus terrę, & oblationes spontaneę, & generaliter omnia quorum partes non ponebantur super altare. Item dicendum, ꝙ non decuit plurima, & maxima iura esse communia mundis, & immundis, nã interdum contingeret magnam partem, aut fere totã familiam sacerdotalem esse immundam, & non hẽrent vnde sustentarentur: potissime, quia immunditię erãt multum cões, vt si aliquis vir pollueretur somnio nocturno esset immundus, & non posset comedere de sanctificatis vsque ad sequentem solis occasum. Item si aliquis cognosceret vxorem suam, vel quamcunq; aliam, sequebatur hoc inconueniens. s. ꝙ esset immũdus, tam ipse, quàm fęmina, sed hoc communissimũ

A erat, etiam fęminę habebant quasdam alias immũditias multum cões. s. ꝙ si aliqua pareret masculum eẽt immunda 40. diebus, non potens tangere sanctificata, & si fęminam peperisset erat immunda 80. diebus.

Item toto tempore quo pateretur mulier menstrua erat immunda, sed menstrua sunt quolibet mense: & si flueret sanguis extra tempus menstruorum, ẽt erat immunditia, multæ quoque alię communes immunditię, de his Leuit. 12. & 15. c. ex quibus sequebatur, ꝙ toto tempore esset maior pars familię sacerdotalis immunda, vel interdum tota. Si autem iura, quæ erãt cõmunia mundis, & immundis essent pauca, aliqñ non haberent sacerdotes, vnde sustentarentur, nec familiæ suæ, ideo debuerunt pauca iura esse, quæ solis mundis B licerent.

Quæ iura inter sacerdotalia debuerunt esse plura, an quæ solis mundis, aut quæ solis masculis conueniebant. Quæst. XXX.

QVAERET aliquis cum aliqua de iuribus sacerdotalibus solis mundis licerent, & alia q̃ solis masculis, quę istorum potuerunt, & debuerunt esse plura?

Respondetur, ꝙ plura esse debuerunt, quę solis mũdis licebant. quia licere solis mundis, vel solis masculis ponuntur ad perfectionem sacrarum rerum signãdã, C & in oĩbus rebus qualitercunque Deo applicitis, ista fieri debuerunt, nisi aliqua inconuenientia inde sequerentur. Illa ergo plura esse debuerunt ad quorũ positionem paucio[illegible] inconuenientia sequuntur. illa autẽ quibus posi[illegible]equuntur multa inconueniẽtia, debuerunt esse [illegible]uca, sed plura inconuenientia sequerẽtur, si e[illegible] multa iura, quæ solis masculis licerent, quam s[illegible]ent multa iura, quę licerent solis mũdis. ergo plu[illegible] esse decuit, quę solis mundis licerent. patet hoc, qa ea, quę licent solis masculis, habent perpetuam prohibitionem respectu fęminarum, ideo si multa essent, facerent magnum inconueniens. Ea autem, quę solis mundis licent, non hñt perpetuã prohibitionẽ respe D ctu alicuius, quia dato, ꝙ aliquis nunc sit immundus, immediatè, vel post paucũ p̃t fieri mundus, nisi sit immunditia naturalis, quę est maioris permanẽtię, vt eẽ leprosum, esse fluentem semine, & mulierem fluentẽ sanguine extra tp̃a menstruorum, quę aũt semel fœmina est, semper est fęmina: iõ maius inconueniens esset si multa iura essent, q̃ licerent solis masculis, q̃ si essent multa, quæ licerent solis mundis. sic aũt fuit de immũdis, & maculatis, nã vtriq; prohibentᷣ a ministratione, q̃q̃ sint de gñe sacerdotum. Immundi tñ arcentᷣ ab administratione in Sanctuario, & a comestione de sanctificatis, maculati aũt solum arcentᷣ a ministratione, comedere aũt licite pñt Leui. c. 22. Rõ diuersitatis est, quia quantum ad maculatos rõ prohibitionis est perpetua, cum macula semper maneat, postquam se E mel fuerit. Quantum ad immundos aũt ꝓhibitio non est perpetua, quia contaminatio faciliter aboletur: de dr̃ia aũt maculę, & contaminationis, vel immunditiæ s̃. dictum est, & patet Leu. c. 22. eadẽ rõ prohibitionis est hic, quia illa, q̃ solis masculis licent, hñt prohibitionem perpetuam, q̃ vero solis mundis temporal͛r prohibent. *Quia precium est pro ministerio quo ser[illegible] mihi.* Ista est cã superiorum. s. ꝙ liceret Leuitis comedere de iuribus his vbicunq; vellent, & qñcunq; vellent, & dare familiis suis, vel cuicunque vendendo, cõmutãdo, aut donando, & hoc quia precium est pro ministerio, qđ faciunt Leuitę in Sãctuario. q. d. Leuitę sunt purè mercenarii, & dantur sibi illi fructus, nõ tanq̃ aliqd sacrũ, sed tanquam merces laboris, ideo poterunt facere de illis, quidquid voluerint, sicut in re prophana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An sit licitum sacerdotibus de iuribus suis facere, quidquid voluerint, scilicet donare, & vendere, sicut Leuitis cum vtrique essent ministri Dei.
Quæst. XXXI.

SED ex hoc arguet aliquis idem esse in sacerdotibus, quia ipsi accipiebant iura sua pro ministerio, quod faciunt in Sanctuario, vt patet supra cum dicit: omnia quæ sanctificantur a filiis Israel tibi tradidi, & filiis tuis pro officio sacerdotali. simile patet Deut. 18. ergo poterant ipsi vendere iura sua, sed falsum est, qa non poterant vendere partes sacrificiorum, cum ipsi soli obligarentur comedere in Sanctuario, & quędam erant, quæ soli masculi de genere sacerdotali comedere poterant in Sanctuario, scilicet partes sacrificii ꝓ peccato, residuum de simila non fermentata, panes propositionis, vt supra declaratum est, alia erant quę soli masculi cum familiis suis comedere poterant, & non licebat eis dare extraneis. s. mercenario. & inquilino, nec etiam filiæ sacerdotis, si esset nupta viro alterius tribus. de his Leuitic. capitulo vigesimosecundo.

Respondendum est, quòd sacerdotes, & Leuitæ æqualiter erant mercenarii, & vtrisque pro ministerio suo dabantur iura, sed sacerdotibus non licebat vendere iura sua totaliter, vel dare cuicunque, aut disponere libere de eis: licebat autem Leuitis, quantum ad omnia, nec tamen est ęstimandum de sacerdotibus, ꝙ nulla iura ipsi vendere possent, quia generaliter poterant omnia vendere, vel cuicunque tribuere: de quibus nõ ponebatur pars super altare, vel non [dabant] aliquo tẽpore coram domino, & sic poterant [vendere] omnes fructus primitiarum, & omnes oblationes [quæ] fierẽt de melle, & fermentato, & omnia quæ dabant [ex] votis, & similia, quia nihil horũ ponebatur super alta[re].

Causa autem diuersitatis in his est, quia ea quę co[n]secrata sunt, non possunt transire in vsus prophanos, nec tradi hominibus immundis, quędam autem de iuribus sacerdotum erant huiusmodi, ideo ipsi non poterant illa vendere, non quidem, quia erant sacerdotes ipsi, sed quia ipsa, quæ recipiebant non erant venalia, cum essent sacra: in iuribus autem Leuitarum, nihil tale erat, quia omnia erant nõ sacra. cum nihil eorum poneretur super altare, ideo poterant vendere, & donare, & qualitercunque commutare: scriptura autem tangit hic principium rationis huius, sed non accedit ad id, in quo est totale fundamentum: duo enim erant, quæ faciebant posse Leuitas iura sua commutare, aut vendere, vel qualitercunque distribuerę. Primum erat, quia recipiebant ea, tanquam mercenarii. Secundum, quia illa, quæ recipiebant non erant sacra, secundum autem subticet.

In tabernaculo testimonij. i. ꝙ Leuitæ seruiunt in tabernaculo, non est intelligendum, ꝙ esset aliqua ministratio in tabernaculo testimonii, vel etiam in toto Sanctuario competens Leuitis, quia vt supra declaratum est omnes huiusmodi erant sacerdotales, sed vocãtur ministrantes in tabernaculo. i. in portando tabernaculum de loco ad locum, cum portandum erat, & erigẽdo, atque deponendo, & in circuitu illius excubando, quæ sunt officia Leuitica, supra c. 1.

Et non [ser]uabitis super hoc egregia vobis, & pinguia reseruantes. Illa litera potest legi dupliciter. Vno modo ꝑ modum imperii, & aliter modo consecutiuo. Primo modo est sensus, ꝙ Deus diceret Leuitis. ego iubeo ne peccetis reseruando vobis pinguia, & egregia, scilicet quando dederitis decimam decimarum vestrarũ, non reseruetis vobis pinguia, & meliora, quia peccabitis, & hoc quia ille, qui sibi reseruat pinguia, & egregia, dat Deo de macilentis, & quasi nullius valoris, &

F iste peccat, quia defraudat iura Dei: nam licet det partem decimam secundum numerum, & mensuram de fructibus suis, tamen non dat decimam partem valoris, ideo peccat, & tenebitur ad restitutionem in q̃busdam casibus, vt supra dictum est.

Aliter potest legi modo consecutiuo. s. offeratis de decimis vestris in decimã egregia, & meliora, & tunc non peccabitis, in hoc reseruando vobis pinguia. q. d. in solutione decimarum poteratis peccare dando de eis, quæ sunt neglecta, & nullius valoris: date autẽ de electis, & melioribus, & tunc non poteritis peccare, reseruando vobis pinguia. In hoc apparet, ꝙ in decimis non teneatur aliquis sub pęna peccati, vel restitutionis dare de egregiis, & pinguioribus, sed peccat si reti-
G net sibi egregia, & pinguiora, dr̃. n. aliqs reseruare pinguia, & egregia, quando datis oĩbus neglectis, retinet sibi ea, quæ electa sunt; neutrum aũt faciendo, non erit pctm̃. s. ꝙ non det de egregiis, & pinguibus, nec etiam reseruet sibi egregia, & pinguia, sed dentur decimæ de mediocribus. s. aliquid de pinguibus, & aliquid de macilentis, & sic non manebit aliqua obl̃o, nec pctm̃. *Ne polluatis oblationem filiorum Israel.* i. cauete ne faciatis oblationem Israelitarum esse immundam, est sensus, ꝙ Israelitæ offerebãt Leuitis decimas, & istud est oblatio filiorum Israel, polluerent autem Leuitæ istam oblationem, si cum ipsi de istis decimis daturi essent partem decimam summo sacerdoti, darent de viliori-bus, & despectis, sed sicut Israelitæ dabant eis decimas de fructibus bonis, ita ipsi darent summo sacer-
H doti, non reseruantes sibi pinguia, & egregia, & in hoc erat polluta oblatio, quia si reseruarent sibi meliora, Deus non acceptaret illam oblationem, tanq̃ immundam. Potest ẽt legi litera ista consecutiue. s. si obtuleritis de pręclaris, & electis, non reseruantes vobis pinguia, non polluetis oblationem filiorum Israel. i. laicorum, sed erit accepta dño. *Et moriamini.* i. si pollueritis oblationem dando decimam de peioribus morie[mini]. i. Deus. n. comminabatur mortem, & aliqñ inferebat [tra]nsgressoribus legis, quia non erant assueti ad bonu[m], nec diligebant illud, ideo non mouerentur ad ipsum, [ni]si per timorẽ: maximus aũt erat timor mortis, ideo [i]n multis præceptis ponitur de morte infligẽda transgressoribus, siue per Deum, siue per iudicem.
I

CAP. XIX.

LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen, & Aaron dicens. Ista est religio victimæ, quam constituit dominus. Præcipe filijs Israel, vt adducãt ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, tradesq; eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra
K castra, immolabit in conspectu oĩum, & tingens digitum in sanguine eius, asperget cõtra fores tabernaculi septem vicibus, comburetq; eã cunctis videntibus, tam pelle, & carnibus eius, q̃ sanguine, & fimo flammę tradentis. Lignũ quoq; cedrinũ, & hyssopum, coccumq; bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat. Et tũc demũ, lotis vestibus, & corpore suo ingredietur in castra, commaculatusq; erit, vsq; ad vesperũ. Sed,

Sacrificium vaccæ rufæ. Heb. 13

Sed, & ille, qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua, & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est. Cumque lauerit, qui vaccę portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum.

De aqua lustrationis & sanctificatur immundi.

L*ocutusque est.* In superioribus dictũ est quomodo sacerdos se hẽat ad Deũ ei ministrando, & ab eo iura recipiendo. hic agitur quomodo sacerdos se habeat ad populum eum purificando. Vel aliter, dicto de his, quæ sacerdotes a populo recipiebant, hic agitur de purificatione, quam in populo efficiebant.

An ista fuerint immediate dicta post præcedentia. Et an ista lex de munditia fuerit data ante consecrationem Aaron. Et quare Deus introduxit varias purificationes in veteri testamento. Et quot erant immunditiæ quæ tamen non erant peccata. Et a quibus rebus repellebant.
Quæst. I.

CIRCA hoc considerandum est de isto, quod habetur in hoc. c. de purificatione, an fuerit dictum post ea, quę supra posita sunt.

Respondetur quòd satis rationabiliter secundum ordinem doctrinę ponuntur ea, quę habentur in pręcedenti c. quia illud est de eo, quod sacerdotes recipiebant, istud est de eo, quod faciebant, sed an fuerit ordo secundum tempus talis, non est manifestũ [ali]qui enim dixerũt, ꝙ ista cęremonia de vitula [ruf]a data fuit Iudęis antequam venirent in mont[em] Sinai, cum essent in mansione, quæ dicitur Mara[h]. de quo Exod. 15. c. & inducunt hoc per verba, qu[æ] habentur ibidem, scilicet ibi constituit ei pręcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum. dicunt autem fuisse illa pręcepta de vitula rufa, & de custodia sabbati, sed ibi improbatum est. nõ ergo fuit data cęremonia ista ante mõte Sinai post legem datam. nam non erat conueniens aliquod pręceptum potissime de cęremonialibus dare ante legislationem, quę fuit in mõte Sinai, sed post illam credendum est, ꝙ fuit datum non multo tempore pręceptum de vitula rufa. necesse est tamen, ꝙ daretur postquam Aaron factus fuit sacerdos cum filijs suis. nam dicitur infra, ꝙ ista vacca traderetur Eleazaro sacerdoti, vt immolaret eam. fuit autem factus sacerdos Eleazarus prima die anni secundi ab exitu de Aegypto. tunc enim consecratio eius, & patris, ac fratrum, & durauit per dies 7. continuos de quo declaratum est Leui. c. 1. & 8.

Sed aliquis arguet, quòd fuerit data ista lex de mũditia antequam Aaron, & filij sui consecrarentur, quia in Leuitico sępe fit mentio de purificatione Leui. 11. & 15. c. & tamen videntur illę leges datę ante perfectam consecrationem Aaron, & filiorum suorum.

Respondendum est, ꝙ non est inconueniẽs fuisse datas illas leges ante consecrationem finitam Aaron, & ante præceptum istud, de modo purificationis, nec est inconueniens si arguatur, ꝙ in legibus illis iubebatur purificatio, & non dabatur modus purificãdi. nam idem inconueniens sequi videbitur, si prius agatur de modo purificationis, quam detur lex, an purificatio agenda sit.

A Aliter responderi potest, ꝙ ista lex fuerit data ante leges illas de purificatione, quę habentur Leui. c. 11. & 15. nam licet aliquę leges Leuitici datę sint ante finitam consecrationem Aaron, & filiorum suorum, tamen non omnes, quę habentur in Leuitico, vt declaratum est Leui. c. 1. & vltimo, & sic potuit esse de ista lege purificationis, ꝙ daretur ante illas leges, quidquid autem fuerit, necesse est dici, ꝙ ista lex fuerit data in secundo anno ab exitu de Aegypto, postquam tabernaculum erectum est, & post sacerdotum consecrationem, vt colligitur ex litera.

Considerandum amplius, ꝙ hic agitur de modo purificationis quarũdam irregularitatum, vel immũditiarum, & hoc, quia Deus volebat populum Iudai-
B cum esse valde mundum, ne pollueretur contaminationibus gentium, quia Messias de hoc populo venturus erat. Si autem essent immundi iuxta contaminationem gentium, redundaret in quandam ignominiã Messię, sicut igitur datæ sunt cæremoniæ munditiæ obseruandæ circa cibos Leui. 11. & Deutero. 14. c. ita circa alios contactus datę sunt cęremonię, & quia cõtingeret aliquando pollui Iudæos in his, quæ vetita erant, dati sunt etiam quidam modi cęremoniales purificationum, de quibus hic, qui partim erant ad significationem futurorum, partim vero secundum ꝯditionem illius populi Iudaici pro tunc. fuerunt etiã istę cęremonię purificationis, vt Iudęi haberent aliqd
C in quo se occuparẽt, & ob hoc tota lex vetus erat plena cęremonijs. In lege autem noua fere nullę sunt, nisi quas post[e]a ministri ecclesię statuerunt. fuerunt etiam istę [puri]ficationes ad dandam magnam auctoritate[m c]ultui diuino, nam nullus admitteretur im[mun]dus ad Sanctuarium, sed prius oportebat ipsum [tr]ansire per multa genera purificationum, & ꝓ qua[li]bet immunditia etiam parua arcebantur homines a Sanctuario: credebant. n. esse magnę reuerentię cultũ illum diuinum, qui fiebat in Sanctuario. Si autem indifferenter, & sine aliquibus cęremonijs huiusmodi permitteretur cuilibet accedere ad Sanctuariũ, cito vilipendissent omnia, quę ibi fiebant, nihil differre putantes a prophanis actibus, ideo decuit dari cære-
D monias purificationis ab immunditijs.

Considerandum vlterius, ꝙ erant triplices immũditię in lege, quibus correspondebant tria genera purificationum.

Prima immunditia erat mortifera, & maxima, quã homo incurrebat in contemptu præceptorum legis diuinæ, & ab ista per solam cordis contritionem fiebat purificatio, vt patet Psal. 50. s. quoniam si sacrificium voluisses dedissem, vtique holocaustis non delectaberis: sacrificium Deo spiritus contribulatus, & cor contritum. pro istis enim iniquitatibus non recipiebatur aliquod sacrificium, nec fiebat aliqua expiatio in aqua lustrationis, de qua hic. sicut enim declaratum fuit supra 15. c. sacrificium pro peccato non dabatur in peccato, quod erat contra Deum si esset con-
E tra præceptum decalogi. Item non recipiebatur sacrificium si aliquis peccaret contra proximum, agẽs contra præcepta decalogi, vel contra præcepta iudicialia, sed imponebatur pœna, vel satisfactio, vt ibi dictum est. In solis autem præceptis cæ[re]monialibus, quando omittebãtur ex ignorant[ia] recipiebatur sacrificium, de quo ibi late dictum est.

Secunda est immunditia per peccatum, quod non est totaliter spontaneum, per ignorantiam, vel timorem seu obliuionem, & similia, & tales culpæ sacrificijs in corde contrito expiabantur, vt patet Leui. c. 4. & 5. vbi in his iubetur fieri sacrificium. Quid tamẽ ista sacrificia prodessent, an ad remedium, vel deletionẽ culpæ, aut pœnę declaratum est Leui. c. 1. & supra 15.

Tertia

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertia erat Immunditia corporalis, quę ex tactu, vel accessu, aut similibꝰ cãbatur. Et quia ista erat parua & communis paruo puificatiuo indigebat, & de tali agitur hic. Est autē immunditia ista de qua Leui. 11. & 15. c. & in similibus. hic enim non fiebat sacrificium, sed per solam aspersionem aquę tollebatur immunditia, etiam non erat necessarius in quibusdam dolor cordis, quia non erant peccata omnes istę immunditię. immo quędam immunditię erant, quas si homines incurrere nollent, peccabant mortaliter. istę aũt sunt, vt si quis nollet ire ad exequias sepulchri patris, vel matris, aut aliorum propinquorum, & tamē eundo incurrebat immunditiam, a qua non poterant expiari, nisi factis quibusdam purificationibus. Si ergo aliquis doleret hic, ꝙ incurrisset immunditiam, doleret de bono opere, quod egerat, & hoc nephas est. si tamen aliquis ex contemptu legis non curaret incurrere immunditiam, peccatum erat, non quidem, ꝗa immunditiam incurrerat, sed quia contempserat legē Dei, & istud erat peccatum mortale, indigens dolore cordis ad remissionem.

Considerandum etiam de istis immunditijs, quòd quędam erant naturales, idest proueniebant a natura, & non ex aliquo contactu, nec opere voluntario, sicut erat esse leprosum, vel fluentem semine, aut esse mulierem menstruatam, vel fluentem sanguine extra tempus menstruorum, & in istis immunditijs non fiebat purificatio per aquas lustrationis, etiã si aspergerentur, nisi prius fieret purificatio naturalis ab ęgritudine. Cum autem facta esset fiebant purificationes cęremoniales in aquis lustrationis. sic patet de leprosis, qui erant immundi, & tamē nõ expiabantur immissis super eos aquis lustrationis, sed erant extra castra quousque sanarentur, vel naturaliter, vel a Deo, & tũc sacerdos ibat extra castra, & si reperisset factam mundationem, faciebat quasdam cęremonias ablutionis ad recipiendum in castris eum, qui immundus erat ante hoc, & tamen si aliquis esset leprosus, & nunquã sanaretur a lepra, nunquam super eum fundebantur aquę lustrationis ad expiandũ: ita erat de viro fluente semine, ita etiã de muliere menstruata, quia istę erãt naturales immũditię de quibus patet Leui. c. 14. & 15. Alię autem erant immunditię non naturales, sed ex contactu, & istæ purificabantur per aquas lustrationis non spectando aliquid alterum, sicut si aliquis contigisset rem immundam, lauabatur istis aquis, & efficiebatur mundus. semper tamen erat necessarium ad omnem purificationem, tam in contaminationibus secundum contactum, quam in contaminationibus naturalibus, vel immũditijs, quòd fieret aspersio istarum aquarum.

Vlterius considerandum est circa istas immunditias, quòd quędam earum repellebant hominem a Sanctuario. Aliæ vero repellebant a communicatione hominum, & a Sanctuario. In quo sciendum, ꝙ illę, quæ erant immunditiæ naturales, scilicet lepra, & esse hominem fluentem semine, & mulierem menstruatam, vel fluentem sanguine extra tempus menstruorum faciebant segregationem a populo, scilicet quòd qui patiebatur hæc non permittebatur stare in populo, sed extra castra, & hoc erat ne cæteri contaminarentur, cum ista esset immunditia naturalis. de hoc supra c. 5. vbi præcipit Deus, quòd eijciant de castris omnem fluentem semine, & leprosum, & qui super mortuo pollutus est, de muliere autem menstruata non dicitur, quòd eijciatur de castris, quamq̃ ipsa immunda sit, sicut omnes isti, propter inconuenientia, quæ assignata sunt supra c. 5. Aliæ autem immunditiæ, quæ non erant naturales non faciebãt hominem exire de castris, sed solum arcebant eum a

F Sanctuario, & a rebus sanctificatis, scilicet quòd si eẽt de genere sacerdotum non liceret sibi illo tempore comedere de sanctificatis. Erat autem generale, quòd omnis immunditia, quæ arcebat hominem a communicatione hominum, arceret eum a Sanctuario, sed non e contrario.

Locutus est Dominus ad Moysen, & Aaron. Hic agitur de purificatione, & diuiditur in duo, quoniam primo ponitur modus immolationis, secundo ritus purificationis ibi.

Habebunt filij Israel. Prima in duas, quia primo ponit de huius vitulę immolatione. Secunda de causata ex hoc in quibusdam pollutione ibi. *Et tunc demum.* Circa
G primum.

Locutus est Dominus ad Moysen, & Aaron. De locutione ista, quando fuerit iam declaratum est. fuit autem facta ad vtrunque, ad Moysen quidem, quia ipse debebat præcipere populo, vt obseruaret istum ritum, quia ipse erat interpres inter Deum, & populum. Ad Aarõ autem dictum est, quia facere hoc pertinebat ad officium sacerdotale, & sic fit locutio sæpe ad Moysen, & Aaron simul.

Ista est religio victimæ. Idest id quod iubeo vobis facere est religio, vel cæremonia victimæ, quam Deus fieri ordinauit. accipitur enim religio proprie pro cæremonia, secundum quòd significat nomen hebraicum hic positum, & hoc est conueniens, quoniam
H omnia, quæ fiunt hic cæremonialia sunt. Et dicũt Hebræi, quòd in omnibus in quibus ponitur tale nomē, non potest dari ratio mandati, sed sola volũtas legislatoris est causa, & verum est, quòd non possunt dari in his causæ necessitatis, & a priori: dantur tamen causę aliquæ conuenientiæ, quæ sufficientes sunt ad legem.

Præcipe filijs Israel, vt adducant ad te vaccam. Quamquã Deus loqueretur ad Moysen, & Aaron, vt patet supra tamen istud verbum solum dirigitur ad Moysen, quia ipse solus præcipiebat populo, Aaron autem nihil p̃cipiebat, sed erat princeps in officijs suis sacerdotalibus, & ista fuerunt ei ista, quia sacerdos erat. iussit autem Deus, vt populus offerret istam vaccam, quoniam immolabatur ad faciendum ex ea cineres qui-
I bus totus populus aspergeretur ad tollendas immunditias, & quia erat vtilitas communis, debebat solui de expensis communibus. sic enim factum est de Leuitis, qui dati sunt pro primogenitis totius populi, q̃m populus dedit illos, vt patet supra c. 3. & 8. ita etiam erat de omnibus alijs, quæ pertinebant ad cultũ populi. sacerdotes autem nihil soluebant, sed solum erãt ipsi ministri. *Vaccam rufam.* Iubetur adduci vacca, q̃a ipsa erat maximũ genus sacrificij. boues enim, & vaccæ offerebantur, tanquam maximum sacrificium. p̃ peccato autem communitatis dabatur vacca, quamq̃ non differret dari bouem, vel vaccam, sed erat obseruanda in his forma mandati.

Religio victimæ, quam constituit Dominus. Idest ista est
K cæremonia in sacrificio, quod Deus fieri iussit. istud est sacrificium vitulæ rufæ. nam ipsa immolabatur ad vtilitatem totius populi.

In quo genere sacrificij esset ista vitula rufa.
Quæst. II.

QVAERET aliquis quomodo vocabatur ista vitula victima, & in quo genere sacrificij erat? Respondendum est, quòd nõ est victima proprie dicta in aliquo genere sacrificiorum, quia nõ competit sibi proprietas alicuius. non est enim holocaustum, quia istud cremabatur in altari totũ, & sanguis eius fundebatur in circuitu altaris in Sanctuario. vitula autem rufa immolabatur extra castra, vt patet infra

A infra etiam de sanguine eius nihil fundebatur super altare, vel in circuitu eius. Carnes etiam illius nõ cremabantur super altare, nec aliqua pars earum, sed extra castra comburebantur vsque ad cineres, vt patet infra. Item non potest esse de sacrificijs pacificis, quia ista in Sanctuario immolabantur, Leui. c. 3. & sanguis eorum fundebatur in circuitu altaris; quorum nihil competit vitulę rufę.

Item de hostia pacifica quędam pars dabatur Deo, & quędam sacerdotibus; reliquę autē carnes ab offerentibus comedebantur. de vitula tamen rufa nihil comedebant offerentes, aut sacerdotes, vel dabatur Deo, sed totum cremabatur, ergo non est hostia pacifica. Item non est hostia pro peccato, quia ista est duplex. quędam est cuius sanguis inferebatur intra ta-
B bernaculum, alia autem cuius sanguis non inferebatᷣ. Prima autem cremabatur tota extra castra cum pelle carnibus, & fimo. Secunda cedebat tota sacerdotibus in cibos, Leui. c. 6. non est autem similis vitula rufa alicui harum, non primę, quia de illa inferebatur sanguis intra tabernaculum, & propter hoc cremabatur extra castra, de vitula autem rufa non inferebatur aliquid intra Sanctuarium, sed etiam ipse sanguis cum omnibus alijs partibus vitulę cremabatur. Item de ista hostia pro peccato accipiebantur adipes ad cremandum super altare, Leui. c. 4. de vitula autem rufa nihil, sed adeps cum cęteris carnibus cremabatur extra castra infra in litera, ideo non pertinet ad hunc modum
C sacrificij.

Item non pertinet ad hostiam pro peccato cuius sanguis non inferebatur intra Sanctuarium, quia de illa accipiebantur adipes ad cremandum super altare, Leui. c. 4. & 6. sanguis quoque eius intingebatur per cornua altaris, & fundebatur ad basim illius præallegatis c. de vitula autem rufa nihil horum fiebat, vt dictum est.

Item de hac hostia pro peccato omnes carnes cedebant sacerdotibus, Leuit. c. 6. de vitula autem rufa nihil, sed totum cremabatur extra castra, vt patet hic, ideo ad nullum genus sacrificiorũ pertinet vitula ista. Vocatur tamen hic victima, quia habet aliquam similitudinem cum sacrificijs proprie dictis. sic enim de
D quibusdam alijs, scilicet de animalibus primogenitis, quę dabantur sacerdotibus, si erant munda, quia debebant sanguinem eorum fundere in circuitu altaris, & adipes cremare: omnes autem carnes proueniebãt eis præcedenti cap. Illud enim non erat holocaustum, quia in hoc omnes carnes cremantur, etiam nõ erat hostia pacifica, quia in ea pars p̃ueniebat Deo, & pars sacerdotibus, maxima autem pars offerentibus. nihil offerentibus perueniebat de carnibus istis primogenitorum, sed totaliter sacerdotibus cedebant, vt patet pręcedenti capi.

Item non pertinebat illa oblatio ad sacrificium p̃ peccato. Idem modus arguendi est, scilicet quia non dabatur pro peccato, sed pro debito. assimilabatur ta-
E men alicui horum, scilicet quantum ad intentionem magis assimilabatur holocausto, vel hostię pacificę; quantũ vero ad iura prouenientia sacerdotibus, magis assimilabatur hostię pro peccato, cuius sanguis nõ infertur intra tabernaculum, quia de illa omnes carnes sacerdotibus proueniunt, Leui. c. 6.

Item de primogenitis oblatis præcedenti c. similis modus arguendi est de agno paschali, qui vocatur sacrificium supra c. 9. & tamen non est de aliquo istorũ trium generum, vt ibidem inductum est, habet tamē aliquam similitudinem. Ita de vitula rufa est dicendũ, quòd habet similitudinem cum sacrificijs. nam sicut alia sacrificia offerebantur ad honorem Dei, & mandatum, vt patet ex discursu Leuitici, ita & vitula rufa,

vt patet hic. Item omnia sacrificia per sacerdotes immolabantur, & administrabantur, vt patet per totum Leuiticum, & præcedenti c. vbi omnia ministeria altaris solis sacerdotibus tribuuntur, vitula etiam rufa hoc modo a sacerdote occiditur, quia iussum est vt Eleazarus sacerdos filius Aaron immolaret eam, vt patet in litera.

Item in sacrificijs requirebantur animalia munda, & immaculata, vt patet ex discursu Leuitici, & maxime 22. c. vitula etiam rufa immaculata esse debebat, vt patet infra: magnam ergo similitudinem habebat cum hostijs sacrificiorum.

An vitula rufa magis assimilatur sacrificio pro peccato.
Quæst. III.

QVAERET nunc aliquis, ad quod genus sacrificij magis proprie vitula rufa reducitur? Respõdendum est, quòd magis ad sacrificium pro peccato, quam ad alia, quod patet ex intentione. nam holocaustum ad laudem Dei offerebatur, & non ad alium finem. hostia autem pacifica ad gratiarum actiones, vel ad impetrandum aliquid. hostia autem pro peccato offerebatur ad expiãdum pro peccatis, vel immundicijs quibusdam. de vitula autem rufa sic erat, quia ad expiandum inquinationes populi occidebatur, scilicet vt combureretur, & cineres eius commixti aquę facerent ad expiandũ inquinamenta, & pollutiones quotidianas, quę etiam vocantur peccata secundum modum loquendi veteris testamenti, & pro similibus interdum offerunt sacrificia, quæ vocantur pro peccato, vt patet de muliere, quæ purificatur a sanguine, Leui. 12. c. & de homine, qui a lepra mundatus est, Leui. 14. c. & de illo, q̃ fluens semine postea liberatus est ab immũditia sua, & de muliere, quę patitur fluxum sanguinis extra tēpus menstruorum, Leui. c. 15. & de Nazaręo coram quo aliquis mortuus est, supra capi. 6. magnam ergo ex hac parte habet affinitatem cum hostia p̃ peccato.

Item in nullo genere sacrificij crematur totũ animal extra castra cum pelle, carnibus, fimo, nisi in sacrificio pro peccato, hostia autem vitulę rufę sic erat. ergo magis pertinet ad istud sacrificium. Nec obstat si dicas, quòd in holocaustum omnes carnes cremabantur. nam non cremabãtur extra castra, sicut in hostia pro peccato, & in vitula rufa, sed in altari. Itē non cremabantur carnes cum pelle carnibus, & fimo, sed solę carnes cremabantur in holocausto. In hostia autem pro peccato, & vitula rufa carnes cum pelle, & fimo, & carnibus exurebantur, vt patet in litera, ideo magis ad sacrificium pro peccato, quam ad holocaustum pertinet vitula rufa.

Ad quod sacrificium pro peccato magis assimilatur vitula rufa.
Quæst. IIII.

QVAERET nunc aliquis, cum sint duo modi sacrificiorum pro peccato, scilicet quòd in quibusdam de sanguine introducitur in tabernaculũ, & in alijs non, ad quod istorum genus pertineat?

Respondendum est, quòd pertinet ad illa sacrificia, de quorum sanguine intra tabernaculum inferebatur, vt patet, quia quando fiebat sacrificium, de cuius sanguine non inferebatur intra Sanctuarium, solum tingebantur cornua altaris sanguine, & reliquus fondebatur ad basim, Leui. c. 4. In hostia autem pro peccato, de cuius sanguine inferebatur intra tabernaculum. aspergebatur septies coram Domino. e. c. In vitula autem rufa etiam fiebat septenaria aspersio cõtra ostium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostium tabernaculi, vt patet in litera. ergo magis pertinet vitula rufa ad istud sacrificium, de cuius sanguine introducitur in tabernaculum.

Item de hostia, de cuius sanguine non introducitur in tabernaculum, omnes carnes proueniebant sacerdoti, de alia autem nullę, sed cremabantur Leui.c.4. & 6. In vitula rufa cremabantur omnes carnes, ergo magis pertinebat ad sacrificium, de cuius sanguine introducebatur in tabernaculum.

Item in isto genere sacrificij pro peccato solū immolabatur bos Leui.c.4. Cum autem immolabatur hircus, vel capra, non cremabantur carnes extra castra, quia non introducebatur de sanguine eorum intra tabernaculum, nisi semel in anno in die propitiationis cum de sanguine tam vituli, quam hirci intra tabernaculum inferebatur Leui.16.c. In vitula autem rufa etiam erat immolatio bouis, ideo pertinet ad sacrificia de quorum sanguine introducitur, &c. Item vitula rufa immolabatur ad expiationem totius populi, quia cineres illius commiscebantur aqua, & proficiebant ad expiandum inquinamenta plebis. in sacrificio pro peccato de cuius sanguine introducebatur in tabernaculum sic erat, quia illud, aut offerebatur ꝓ peccato totius populi, aut summi sacerdotis Leui.c.4. sacrificium autem de cuius sanguine non inferebatur intra tabernaculum nunquam erat pro peccato totius populi ad abstergendam aliquam maculam illius, sed erat pro personis singularibus, nisi interdum populus offerret aliquod sacrificium pro peccato, quod magis esset ad solennitatem, quam ad expiandam aliquā maculam, tunc enim poterat esse tale de cuius sanguine non inferretur in tabernaculum, vt declaratum est Leuit.c.9. magis ergo pertinebat vitula rufa ad sacrificiū pro peccato de cuius sanguine introducebatur in tabernaculum, quam ad alterum, & hoc modo vocatur hic victima.

Quam constituit Dominus. Idest quam dominus ordinauit fieri ad expiationē populi: volebat enim, quòd omnes incurrentes immunditias cæremoniales purgarentur per cæremonias, & qa nihil erat magis cęremoniale in lege veteri, quam sacrificiū, voluit fieri per sacrificia, quia tamen immunditiæ erant multum cōmunes quas homines multoties incurrebant, graue esset nimis, quòd in qualibet earum deberet offerri sacrificium aliquod, & hoc, quia semper cogerentur vacare cæremoniis istis in quibus expenderent magnā temporis partem, etiam quia non sufficerent ad istos sumptus, si quoties contaminarentur darent sacrificium, ideo elegit Deus alium modum. s. quòd in immunditiis specialibus, & magnis fieret expiatio per sacrificia, sicut in immunditia lepræ, & fluxus sanguinis, & fluxus seminis, & immunditia Nazaræorum Leui. c.12.14. & 15. & supra 6. c. In immūditijs autem communibus voluit fieri expiationē per sacrificia, sed non quòd offerretur sacrificium pro qualibet, sed vnū pro omnibus, & istud erat, quòd immolaretur vitula rufa pro toto populo, & conseruatis cineribus eius fieret aspersio de illis cum aqua, & sic quilibet per sacrificiū vitulæ rufę purgabatur, & ad hoc constituta est vitula, vt esset victima.

Rufam. Idest ista vacca, quæ immolabatur debebat eē ruta. s. non alba, nec nigra, sed coloris aurei, & videtur hoc fuisse ad commemorationem peccati, cum fecerunt sibi vitulum aureum in monte Sinai: in hebræo dicitur rubeam, sed magis proprie est litera nostra, quia nulla vacca est rubea, rufæ autem sunt fere omnes, sed interdum idioma hebraicum non distinguit.

Aetatis integræ. i. quòd ista vacca sit magna non parui temporis, vt duorum, vel trium mensium, sed iam magna, quę habeat ætatem integrā, vt vnius, vel duorum annorum.

In hebræo dicit. *Temina.* Idest perfecta, & hoc referunt Iudæi ad corpulentiam, ita ꝓ non esset illa vacca parui corporis, vtdicit Aben Ezra, vtrumque autē ad idem redit, quia vacca integrę ętatis est maioris corpulentiæ vitula nouella.

In qua nulla sit macula. Macula non dicit hic varietatem coloris, vt vulgariter dicitur, sed magis aliquam deformitatem in partibus ipsius animalis, ꝓpter quā redditur illicitum ad immolandum: differt autem in animali esse immundum, vel esse maculatum, quia eē immundum pertinet ad speciem, scilicet quòd quędā species animalium erat, de quibus non licebat immolari aliquid Deo, & huiusmodi sunt omnes præter bouem, ouem, & capram: in istis autem licet animal habeat deformitatem, vel non habeat, semper vocabitur immundum propter speciem. in tribus autem speciebus, de quibus licebat offerri, animalia erant munda semper, aliquando tamen erant maculata, & aliquando immaculata, vocantur autem immaculata illa, quę non habebant aliquam monstruositatem in defectu, vel superabundantia, nec absciſſionem partium, aut aliam ſeditatem, & ista erant licita ad immolandum, quia non erant immunda, nec maculata: erant autem in his animalibus quędam maculata, vt si nascerentur monstruosa in defectu, vel superabundantia partium, aut si essent cęca, vel clauda, vel amputarentur eis ares, siue cauda, vel testiculi, vel saltem frangerentē, hæc enim illicitum faciebant animal, vt patet Leuit.22.ca. quamquam in his maculis differt, quia aliquæ totaliter prohibent, & aliquæ non, vt patet ibidem.

An amputatio caudæ, vel aurium impediret ne posset vitula immolari. Quæst. V.

QVAERET aliquis si ista vitula rufa haberet caudam amputatam, vel aures, an posset immolari.

Respondebit aliquis istam esse maculā, hic autem dicitur, quòd in vitula nulla sit macula. Respondendum est, ꝓ maculę erant duplices. Quædam totaliter impediebant animal immolari in quocunq; genere sacrificii, aliæ autem impediebant, quantū ad aliquid. Si enim haberet animal monstruositatē, quātum ad defectum, vel pluralitatem, aut quantum ad insolitam magnitudinem, vel paruitatem, vel si esset cęcum, vel fractum in aliqua parte corporis, aut habens cicatricem, vel papulas, vel scabiem, aut imperiginem, vel quamlibet aliam maculam, nō poterat immolari in aliquo genere sacrificii Leui.c.22. solę autē erant duę maculæ, in quibus licebat aliquando offerri animal, & immolari. s. si haberet caudam abscissam, vel aures: nam tunc non poterat dari, tanquam hostia votiua: poterat tamen dari, vt hostia spontanea Leuit. 22.c. & tunc manet dubium de vitula rufa: nam si haberet aliquam de aliis maculis nullo modo posset immolari. habendo tamen istas duas, vel alteram earum videtur indifferens. & cum arguitur, ꝓ nulla sit macula in vitula ista, responderi posset non esse ob hoc macula, quia habet caudam, vel aures amputatas, macula enim habet vim prohibēdi animalia a sacrificijs, cum autem nihil, quod in animali est impedit ipsum ab immolatione, nullam maculam habere dicitur, & ita cum liceat animalia habētia caudam amputatam, vel aures offerri spontanee, non censentur habere istę aliquam maculam. si igitur liceat accipi vitulam habentem caudam amputatam, vel aures, non diceretur habere maculam aliquam.

Respondendum tamen est, quòd non licebat ista esse

esse in vitula: nam in sacrificiis votiuis non accipiebātur ista animalia, sed solum in spontaneis Leu.22.cap. erat autem hoc, quia strictius agitur in his, quæ sunt debita, quam in eis, quæ sunt voluntaria, votum autē est debitum, postquam promissio facta est, ideo non potest fieri solutio de animali habenti aliquam maculam: sacrificium etiam pro peccato, quia est debitum a lege, non poterat dari de animalibus habentibus tales maculas. Sic autem de vitula rufa, quæ non sponte offerebatur, sed ex mandato legis, ideo non posset habere aliquā istarum macularum. *Nec portauerit iugum.* Idest ista vitula, quamquam sit ętatis integrę: tñ non debet esse talis. quæ aliquando arauerit.

Causa huius est, quia Deus volebat, vt id quod applicabatur ad cultum suum, non fuisset applicitū qd quam ad cultum humanum, applicantur autem animalia ad humanum ministerium si arant, ideo iubet ꝓ nunquam arauerit. simile erat de primogenitis, quę dari debebant domino: nam non erat licitum alicui, vt araret in primogenito bouis, quod dandū erat domino, nec ꝓ tonderet lanam primogenitorum ouis, & caprę, sed daret domino, antequam aliqualiter trāsiret in vsum humanum, vt patet Deut.15. c. non operaberis in primogenito bouis, & nō tondebis primogenita ouium, simile habetur Deute. c.21. quando inueniebatur aliquis mortuus, quia accipiebatur vitula, quæ nunquam arauisset cum dicitur: tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, ibi tamen alia causa est quare non dēt arauisse de qua ibidem. *Tradentque eam Eleazaro sacerdoti.* Idest illa vacca rufa adducebatā a populo ad Moysen, & ibi tradebatur Eleazaro filio Aaron, vt immolaret eam.

An in deserto fuerit immolata vitula rufa, & an populus aliquando accederet ad Sanctuarium, & indigeret aliqua emundatione. Quæst. VI.

QVAERET aliquis an in deserto fuerit immolata vitula sic immolata ad emundationem totius populi. Respondebitur forte, quod non, qa cęremonialia nō obligabāt in deserto. istud tamen erat cęremoniale, ideo nec ibi obseruandum est. Respondendum est, ꝓ fuerit istud præceptum obseruatum in deserto, quia omnes incurrebant immunditiam frequenter; non poterant tamen accedere ad Sanctuarium si essent immundi, & in deserto erat Sānctuarium inter Israelitas. ergo oportebat, vt essent mū di, quia si immundi accederent ad illud morerentur, vt patet Leui.15.c.

Dicet aliquis, ꝓ non accedebant Israelitæ ad Sanctuarium in deserto, quia non fiebant aliquę ministrationes in eo sacrificiorum, vt sępe dictum est, quia nō obligauerunt vsque ad terram Chanaan. quamquam igitur inciderent Israelitæ in aliquas immunditias nō erat necesse eos expiari per cineres vitulæ rufæ, quia ista immunditia erat respectu Sanctuarii. & ipsi non accedebant ad illud.

Respondendum est hoc esse falsum, nā licet Israelitę non obligati fuerint in deserto facere sacrificia, tamen constat, ꝓ fecerint ea in monte Sinai, vbi consecrati sunt sacerdotes, vt patet Exo.29.c. & Leui.8. tunc autem Israelitæ ibant in Sanctuariū, & ipsi quoq; offerebant sacrificia, ad qđ necesse erat eos esse mundos, ꝓ autem tūc populares obtulerint, & introierint in Sanctuarium, patet quia duodecim principes duodecim tribuum obtulerunt sacrificia sua per duodecim dies, & introierunt in Sanctuarium supra c.7. Itē patet de sacrificio totius populi, quia in die octauo cōsecrationis sacerdotum, de quo Leui. c.9. ad qđ oportebat accedere omnes populares, vel aliquos de eis, ideo munditia requirebatur eodē modo intelligendum est, ꝓ alii populares obtulerint sacrificia in dedicatione Sanctuarii, & omnes illi accedebant ad ostiū tabernaculi. Item patet hoc magis in consecratione Leuitarum, quia tunc cunctus populus obtulit eos ad ostium tabernaculi, & sacrificium cum illis supra c. 8. erat ergo necessarium, vt haberent populares munditiam, sed non poterant semper habere munditiam. ergo requirebatur aliquid per quod tolleretur immunditia, quando inciderent in illam, & huiusmodi sunt cineres vitulę rufę. Item non solum fuit hoc necessarium propter Israelitas, quando erant in monte Sinai, sed etiam pro toto tempore quo fuerunt in deserto, quia licet populares non accederent semper ad Sanctuarium, tamen Leuitæ, & sacerdotes semper accedebant: toto enim tempore, quæ steterunt Israelitæ in deserto portabatur Sanctuariū a Leuitis, & in qualibet mansione erigebatur, & cum deponendum erat introibant sacerdotes. & velabant vasa, deinde Leuitę accedebant ad portandum ea, vt patet supra c. 4. & sic per totum desertum factum est. Sed ista non poterant fieri, nisi ab hominibus mundis, quia si aliquis accederet ad Sanctuarium immundus moreretur, vt patet Leu.c.15. ergo erant mundi, sed non erat rationabile dici, ꝓ toto tempore 40. annorum fuerunt isti mundi cum immunditiæ sint multum communes, vt in accedendo ad vxorem, vel in pollutione nocturna, & similibus, vt est declaratum prędeden. cap. ergo oportebat, ꝓ isti haberent aliquid per quod tollerentur immunditię eorum quas incurrerēt, & istud solum erat per cineres vitulæ rufę, cum nullum aliud remedium datū fuerit toto veteri testamento, ergo erant tunc cineres vitulæ rufę, & facta est huiusmodi cęremonia in deserto.

Sed aliquis forte respondebit, ꝓ non fuit necessaria immolatio vitulę rufæ in deserto, quia quamquam illi qui erant immundi non possent accedere ad Sanctuarium, nisi expiarentur, tamen non fuit toto tempore deserti aliqua immunditia, quia istę immunditiæ solū erant legales. i. quia lex reputabat eas esse immunditias, si tamen lex non posuisset eas, naturaliter non essent immunditiæ, nec accedētes ad loca sancta cum his immunditiis censerentur peccare, lex tamen cęremonialis non obtinuit, vsque post ingressum in terrā Chanaan. ergo quamquam sacerdotes, & Leuitę polluerentur in his, & accederent ad Sanctuarium nō iudicarentur immundi ad hoc, ꝓ peccarent, quia nondum obtinebat vires lex cęremonialis, quę faciebat istas esse immunditias, & consequenter non erat necessaria aliqua cæremonia purgationum, sicut est de vitula rufa.

Respondendum est, ꝓ verum est immūditias istas non repellere hominem a rebus sacris ex natura rei, nec immunditias ex seipsis, sed solum per opinionem legis, & tamen lex cæremonialis, quæ faciebat istas eē immunditias, habebat vigorem in deserto, quod patet, quia esse leprosum erat immunditia, & tñ eijciebantur leprosi de castris. Maria enim soror Moysi effecta fuit leprosa in Aseroth, & expulsa est per dies septem, quousque sanata fuit, & tunc rediit in castra, supra cap.12.

Ad hoc respondebit aliquis, ꝓ lepra est immunditia naturalis, & qui eam patiuntur cōmaculāt omnes quibus communicant. repellebantur ergo leprosi in deserto de castris non quasi esset lepra immunditia, sed quia erat morbus contagiosus, ideo etiam si nunquam fuisset data lex de immunditia repellerent leprosi. sic enim fit in omnibus politijs, in quarū nulla nunc obseruantur cęremonię legis veteris. & tamen immundi repelluntur de vrbibus cum sunt leprosi.

Dicendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicendum est ad hoc, quòd non solum leprosi, qui F erant immundi naturaliter, & contagiosi, sed etiam illi, qui erant immundi secundum opinionem legis eiiciebãtur de castris, vt patet supra c. 5. vbi iussit Deus expelli de castris omnes immundos lepra, & fluentes semine, & immũdos super mortuo. constat tamen, q̃ immundi super mortuo non habent aliquam immũditiam naturalem, sed solum, quia lex reputat illã esse immunditiam: factum est autem hoc in deserto, quia prẽallegato c. subditur, quòd filij Israel fecerunt hoc, & eiecerunt extra castra omnes immũdos, sicut iusserat Dominus. nihil autem est magis immunditia contaminari super mortuo, quam contaminari in tactu cuiuscunque rei immundę, sed repellebantur a San G ctuario, & a castris in deserto contaminati super mortuo, ergo ita repellerentur a Sanctuario contaminati quibuscunque alijs immunditijs, & consequenter reputabantur istę immunditię dum erãt Israelitę in deserto. ergo necesse erat haberi aliquid, per quod purgaretur immunditia quęlibet, vt Leuitę, & sacerdotes possent accedere ad Sanctuarium ad erigẽdum, & deponendum, & portandum illud, & ad operiendum, & ligandum vasa illius, sed hoc non contingit, nisi esset vitula rufa, per cuius cineres abstergeretur, ergo dicẽdum est, quòd fuerit facta immolatio vitulę rufę in deserto, & satis breuiter post consecrationem sacerdotum.

Considerandum autem, quòd hic iussum est, vt H Eleazarus filius Aaron immolaret vitulam istam, & non Aaron.

Et dicunt aliqui, quòd factum est hoc quia qui intingebat digitũ in sanguine vitulę huius erat immũdus. vnde Eleazarus sacerdos efficiebatur immundus vsque ad vesperum, & loto corpore, & vestibus indiebatur in castra post solis occasum, vt patet infra litera. ad summum autem sacerdotem inconueniens erat immunditias adhęrere, quia iubetur Leuit. c. 21. quòd non contaminaretur sacerdos magnus super patre, & matre, ideſt etiam in istis non debebat contaminari, quanto magis in alijs rebus? dicunt autem causam esse, quia ministratio summi sacerdotis erat continua, & si esset immundus non poterat ministrare. I

Respondendum est vtrũque esse falsum. primum, scilicet quod summus sacerdos non contaminaretur aliquando: nam necesse erat interdum eum contaminari: interdum autem volens contaminaretur. De primo, vt si pateretur pollutionem in somno nocturno immundus erat vsque ad vesperum, vt patet Deute. 23. c. & hoc non erat in potestate sua. Aliquando autẽ volẽs coinquinabatur, vt si sacerdos magnus cognosceret vxorem suam, nihil enim differebat, an aliquis suam, vel alienam cognosceret ad incurrendum immunditiam, quia vtroque modo coiens debebat lauare carnem suam, & erat immundus vsque ad vesperum Leui. c. 15. sed manifestum est, quòd summus sacerdos sępe hoc modo coinquinaretur, cum haberet K vxorem, & filios procrearet, & succedebant ei filij sui in summo sacerdotio, vt patet Exo. c. 29. & Leui. 6. Cũ autem arguitur, quòd summus sacerdos nõ debebat pollui etiam in morte patris, & matris. Respondendũ est, quòd non intelligitur illud de omni immunditia, sed solum de illa, quę causatur eũdo ad funera defunctorum, vel accedendo ad cadauera, & de hac dicitur, quòd sacerdos magnus non contaminabitur sup aliquo mortuo, nec etiam super patre, & matre: vetuit autem lex istam immunditiam super mortuos specialius, quam omnes alias, quia ista iudicabatur maior inter omnes, quę erant purè legales, nihil habentes ex natura rei, ideo in toto veteri testamento non repellit aliqua immũditia purè legalis, propter quam homo eijceretur de consortio aliorum, nisi ista, vt patet supra c. 5. vbi Deus iubet leprosos, & fluentes semine, atque immundos super mortuo eijci de castris, in quibus lepra, & fluxus seminis sunt immunditię naturales: contaminatio autem super mortuo purè legalis est, quia ex hoc, quòd aliquis erat ad lugendum mortuum, nihil fęditatis ex natura rei suscipit.

Item in ista immũditia dabatur maior duratio, quã in aliis: nã in qualibet aliarum, qui contraxisset illam manebat immundus vsque ad solis occasum sequentem, vt patet Leui. c. 11. 15. & 16. in hac autem manebat immundus homo per 7. dies, vt patet infra in litera, ideo sacerdotes magni aliquando polluebãtur, nec lex hoc vetabat. Secundum etiam erat falsum, scilicet quòd isti non deberent pollui propter quotidianam ministrationem, & si polluerentur non possent ministrare, quia hoc procedit ex errore eorum, qui intelligunt ad solum summum sacerdotem pertinere ministrationes, quæ fiebant intra tabernaculum, scilicet incendere lucernas in candelabro, & offerre thymiama, & ponere panes in mensa propositionis, omnia. hæc pertinebant ad sacerdotes tam minores, quam pontificem, vt declaratum est præcedenti c. & Leui. 21. non ergo obligabatur summus sacerdos quotidie ministrare: immo nũquam obligabatur si nollet, nisi semel in anno in die expiationis, quoniam officium diei illius non pertinebat ad minores, scilicet introire in Sancta sanctorum, & tamen die illa necesse erat illud introire, ideo iubetur Leui. c. 26. quòd solus sacerdos magnus expleret officia diei illius. sic patet ad Hebre. c. 9. poterat tamen summus sacerdos alijs diebus ministrare si vellet, ideo causa ista, quæ dabatur magis tenet è contrario, scilicet quòd summus sacerdos poterat liberius pollui, quam omnes alij sacerdotes, quia alij frequentius ministraturi erant, quam ipse. non ergo tenet ista causa quare Aaron non fuerit iussum, q̃ immolaret vitulam rufam. Nicolaus dicit, quòd non fuit ista vitula Aaron, quia peccauerat Aaron in fabricatione vituli in monte Sinai: Eleazarus autem nõ peccauerat, ideo tradita est Eleazaro.

Sed ista ratio multum aliena est, quia ista vacca non incendebatur ad emundationem illius peccati, sed ad corporales, & communes immunditias. Item si hoc teneret, quomodo Aaron orans pro peccato populi occidebat vitulum, & intrabat in Sancta sanctorum in die propitiationis? Leui. 16. c. potissime cũ dicant Iudæi, & ipse Nicolaus, quòd immolatio illius vitulæ fiebat pro peccato sacerdotum ad memoriam vituli fabricati in monte Sinai. non erat ergo ista causa.

Fuit autem duplex ratio quare iuberetur hoc Eleazaro, & non Aaron. Prima quia ista immolatio non erat aliquid valde honorabile, & excellens, sed valde banausum cum fieret extra castra, & ille, qui immolabat efficiebatur immundus, & lauabat carnẽ, & vestes, vt patet infra, quod pertinebat ad quandam depressionem, ideo honestius fuit dare hoc sacerdoti minori, quam pontifici.

Secundum est, quia summo sacerdoti non competebant omnes ministrationes, etiam si mũdæ essent, sed solum illæ, quæ erãt maximæ. sic fuit de ministratione diei propitiationis, quam solus summus sacerdos facere debebat Leui. c. 16. ista autẽ erat ministratio parui honoris immo nulli, ideo rationabilius fuit dari minoribus sacerdotibus: non tollitur tamen ex hoc quin summi sacerdotes possent eam facere, qui omnia, quæ pertinebant ad minores poterãt ipsi maiores: prima tamen vice qua iussum est fieri hoc, non licuit Aarõ facere illud, quia Deus determinate iussit hoc Eleazaro.

Sed arguetur primam rationem harum nõ tenere, scilicet

scilicet q̃ quia ista ministratio faciebat immundum A ministrantem, non pertinebat ad summum sacerdotem: nam summus sacerdos faciebat aliquam ministrationem, in qua poliuebatur, vt patet in die propitiationis, quia postquam fuisset confessus peccata populi super caput hirci, & emisisset illum in solitudinẽ, lauabat totam carnem suam, vt iterum ministraret Leui. c. 16. ita ergo liceret ei facere hoc.

Respondendum est dupliciter primo, q̃ non erat similis immunditia, quam incurrebat summus sacerdos in die propitiationis ei, quã incurrebat immolãs vitulam rufam, nã sacerdos magnus postquam emisisset caprum emissarium in die propitiationis lauabatur in Sanctuario, & illico sumptis alijs vestibus ministrare incipiebat, ita quòd illa immunditia non repellebat eum a Sanctuario, nec arcebat a ministratione. qui autem immolabat vitulam rufam erat immũdus vsque ad vesperum, ita quòd non liceret ei accedere ad aliquod sacrum, nec solum arcebatur a rebus sacris, sed etiam non poterat tota illa die introire in castra, non debuit ergo summo sacerdoti committi ministratio, in qua tantam immunditiam incurreret. B

Secunda ratio diuersitatis est, quia ministratio diei propitiationis pertinebat ex necessitate ad summum sacerdotem, cum illud ministerium esset maximum, scilicet quia ingressurus erat in Sancta sanctorum, q̃quam incurreret aliquam immunditiam, non erat alteri ista ministratio committenda: secus autem de immolatione vitulę, in qua nihi erat magnum, quod ex necessitate ad summum sacerdotem pertineret. C

Qui eductam extra castra immolabit. Ideſt Eleazarus educens vitulam istam extra castra immolabat eam. dabatur enim ista vitula Moysi a toto populo, vt patet supra, scilicet præcipe filijs Israel, vt adducant ad te vaccam rufam, & ibi recipiebat eam Eleazarus, qui ibat cum tota multitudine extra castra ad immolandum eam.

Quare vitula rufa immolabatur extra castra, & an significaret Christi immolationem in locum Caluariæ extra Hierusalem secundum sensum literalem. Et quòd sacrificia veteris testamenti significabant Christi passionem. Quæst. VII. D

QVAERET aliquis quare immolabatur vitula extra castra? poterit responderi, quòd nõ debebat immolari intra Sanctuarium, quia tunc cremaretur ipsa in Sanctuario, & hoc non decebat. Vel prouenirent sacerdotibus, & etiam hoc non decebat, quia ista vitula immolabat ad hoc, quòd cineres manerent de illa, quibus purificarentur homines immundi. Si tamen cremaretur intra Sanctuarium, vel cederet sacerdotibus, non possent haberi cineres ad expiandum. Debuit ergo extra castra cremari: sic etiam fiebat de sacrificijs pro peccato totius populi: nam immolabantur in Sanctuario, & cremabantur extra castra Leui. c. 4. Si autem dicas quare non immolabatur vitula rufa intra Sanctuarium, & educebatur extra castra ad cremandum, sicut fiebat in sacrificio pro peccato summi sacerdotis, & pro peccato totius populi? respondendum est, quòd vitula ista erat ad hoc, quòd cineres eius tollerent immunditiã, & ipsa erat aliquid valde immundum: nam sacerdos, qui immolabat eam, ex hoc efficiebatur immundus vsque ad vesperum, & ille, qui cremabat eam, & qui colligebat cineres combustionis, vt patet infra in litera. in sacrificio autem pro peccato totius populi non erat sic, quia qui immolabat non incurrebat immunditiam, nec qui cremabat: immo adipes huius sacrificij ponebantur super altare, tanquam aliquid mundũ, vt patet Leui. c. 4. non decebat ergo immolare vitulã rufam in Sanctuario, quia ibi erat maxima munditia ne contaminaretur ibi aliquis, sed immolans vitulam contaminabatur, ergo non decebat in Sanctuario eã immolari.

Sed tunc quęret aliquis quare non immolabatur intra castra, & tamen extra Sanctuarium. Respondetur, quòd ad hoc est duplex causa. Prima est literalis secundum statum Iudæorum, scilicet quòd Deus volebat istos cineres vitulę conseruari in loco mundo, & cremari eam in loco mundo, sed intra castra non erat aliquis locus mundus, ergo non debebat comburi intra castra, nec seruari ibi cineres. de hoc patet infra in litera, scilicet colliget vir mundus cineres vaccę, & effundet eos extra castra in loco purissimo: locus autem castrorum non erat mundus, quia conculcabatur ab hominibus, & animalibus, erãtque ibi multę sordes, ideo etiam iussum est de cineribus, qui quotidie accipiebantur de altari holocaustorum, q̃ ferrẽtur extra castra in loco mundissimo, & ibi iterum cremarentur Leui. c. 6.

Alia causa erat literalis secundum habitudinem veteris testamenti ad ea, quę significabantur futura in nouo, & ista est magis fundamentalis, & propter quã sic fieri iussum est, scilicet quòd sacrificia, quę erant in veteri testamento significabant illud verum sacrificium, quod futurum erat in principio noui testamenti, scilicet Christi immolatio, & maxime hoc significabatur per sacrificia pro peccato, & potissime in sacrificio pro peccato totius populi. istud erat duplex. quoddam quod fiebat pro peccatis populi in speciali, vel in generali, aliud quod fiebat ad expiandas communes immunditias, vel irregularitates. Primum sacrificium immolabatur intra Sanctuariũ, sed cremabatur extra castra Leui. c. 4. & 16. secundum extra castra immolabatur, & cremabatur. Primum subdiuidebatur, quia quoddam erat pro peccato populi in speciali, scilicet quando totus populus per ignorantiã deliquisset omittens aliquam cæremoniam, quam teneretur obseruare, & pro hoc immolabatur vitulus, de cuius ritu patet Leui. c. 4. Aliud erat, quod immolabatur pro peccatis populi in generali, & istud erat in die expiationis, quando sacerdos magnus orabat pro omnibus peccatis populi, & occidebat vitulum, & hircũ, quos cremabat extra castra, de quibus vitulus erat pro peccato omnium sacerdotum, & hircus pro peccato totius populi Leui. 16. c.

Secundum sacrificium pro peccato totius populi, quod nõ erat pro aliquo peccato in speciali, vel in generali, sed ad tollendas immunditias, & irregularitates communes, erat vitula rufa, & ista cremabatur, & immolabatur extra castra. Ista tria genera sacrificiorũ signabant expressius Christi immolationem, quia sicut ista sacrificia pro peccato totius populi fiebãt, ita passio Christi pro toto genere humano, sed Christus passus est extra ciuitatem, quia ductus est in locum Caluariæ, vt testantur omnes Euangelistę, ergo debebant ista sacrificia extra vrbem comburi. ista causa nõ est allegorica, sed literalis, quia Apostolus assignat eã pro causa ad Hebrę. c. 13. arguendo contra Iudęos. nũquam tamen Sacra scriptura allegat aliquam auctoritatem, nisi in sensu literali, quia vt ait Dionysius mystica theologia non arguit. de ista causa, vt ponatur ab Apostolo patet ad Hebre. c. 13. scilicet, quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra: propter quod, & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est: exeamus igitur ad eum extra castra improperiũ eius portantes. E

Immolabit in cõspectu omniũ. Ideſt sacerdos Eleazarus immolabit

Universidad de Deusto Biblioteca

immolabit iſtam vitulam extra caſtra coram toto populo. nam cũ acciperet vitulam in caſtris a tota multitudine, educebat eam de caſtris ſequente eum multitudine, & tunc extra caſtra immolabat vidente toto populo, erat autem hoc, quia iſta vitula immolabatur pro peccato totius populi, ſcilicet ad tollendum immũditias eius, ideo debebat totus populus aſtare huic immolationi. Sic enim de paſſione Saluatoris factum eſt, quia ipſe moriebatur redempturus genus humanum, quod ex multis gentibus colligitur, ideo paſſioni eius multę gentes aſtabant Iudęi, Gręci, & Latini, ac Barbari, & propter hoc, vt omnes videntes Chriſtũ pẽdentem poſſent cognoſcere cauſam mortis eius, ſcripſit Pilatus titulum ſuper caput Chriſti in cruce hebraice, Gręce, & Latine Io.19.c. ſi tamẽ nõ fuiſſent ibi multę gentes de his linguis ſuperuacuum putaſſet Pilatus ſcribere in omnibus his linguis. in Hebręo habetur.

Immolabit in conſpectu ſuo. Et referunt Iudęi iſtud relatiuum ad Eleazarum. ſ. ꝙ ipſe immolabit, ideſt immolari faciet iſtam vitulam coram ſe, ita ꝙ non ipſe, ſed alius coram eo immolaret. ſed hoc non obſtat, qa modus loquendi hebraicus aliquando eſt multũ improprius, & a noſtro diſſimilis, & ſic Eleazarus immolans vitulam dicebatur coram ſe immolare, & coram ſe immolando immolabat coram omnibus alijs, ſed litera noſtra, quę multum explanauit modum loquẽdi hebraicum obſcuriſſimum, vt patet inſpicienti literam hebraicam in multis locis, & fere vbique, dixit in conſpectu omnium, tanquam ipſe Eleazar immolaret, & non alius coram eo, & hoc videtur eſſe multũ rationabile, quia immolatio vbicunque fiebat ad honorem Dei pertinebat, & erat officium ſacerdotum, ideo nullus alius hoc facere debebat. Item quia non fit hic mentio de iugulante vaccam, ſicut fit de comburente, & colligente cineres, & portante, quia omnes iſti erant immundi, & mandatur eis, ꝙ lauẽt veſtimẽta ſua, ſic patet infra: ſic autem mandaretur de iugulante ſi fuiſſet alius pręter Eleazarũ. Item quia ſi Eleazarus non immolaret iſtam vaccam, hoc maxime eſſet, vt non incurreret immunditiam, ſed etiam per tinctionem digiti in ſanguine immũdus fiebat, vt patet infra ergo non videtur, ꝙ ad euitandam immũditiã cõmitteretur alteri immolatio vitulę, ſed etiam ſi dicat̄ ſecundum literam hebraicam, reducetur ad ſenſum literę noſtrę. ſ. ꝙ Eleazarus immolabit in conſpectu ſuo, ideſt in conſpectu totius multitudinis de qua ante hoc dicebatur. ſ. pręcipe filijs Iſrael, vt adducant ad te vaccam rufam, & trades eam Eleazaro, & tunc ſequitur, qui eductam extra caſtra immolabit in cõſpectu ſuo, ideſt in conſpectu iſtius multitudinis, q̃ tradidit ei vaccam. *Intingens digitum in ſanguine eius.* Ideſt Eleazarus poſtquam immolauerit vitulam tinget digitum ſuum in ſanguine illius, vt aſpergat contra Sanctuarium ſeptem vicibus. iſta tinctio erat cęremonialis, & fiebat ad ſignificãdum purificationem. ſanguis enim animalis erat datus ad expiandum, vt patet Leui.17.c. nam anima carnis in ſanguine eſt, vt habetur ibidem, & pro peccato vult hominem Deus pręſtare animam. i. ꝙ moriatur ad ſatisfaciendum Deo ſecundum iuſtitiam ſuam, ſed quia miſericors eſt flectit, & acceptat animam pecoris pro anima humana, ſed anima pecoris in ſanguine eſt, ideo ſicut ipſa anima pecoris eſt ad expiandum pro anima humana, ita ponitur ſanguis ad expiandum, de quo magis dictum eſt pręalle.c. & quia iſta expiatio fiebat maxime ſpargendo ſanguinem contra Sanctuarium, fiebat quoq; ſic in vitula rufa, & ob hoc neceſſe erat intingi digitũ in ſanguine ad aſpergendum. de iſto ſanguine vitulę non erat, ſicut de ſanguine aliorum pecorum immo-

F latorum, quia quando illa immolabantur in quocunque genere ſacrificij, fluebat ſanguis ſuper aliquas crateras, & poſtea ſacerdotes minores, qui aſtabant miniſtrantes alicui ſacerdoti principaliter miniſtranti, pręſentabãt illum ſanguinem ſacerdoti illi, qui fundebat in circuitu altaris, vel ad baſim illius, vt declaratũ eſt Leui.c.1.3.& 4. ſanguis autem huius vitulę non fundebatur in circuitu altaris ſuper parietes eius, nec tingebantur cornua, ſed ſuper terram ponebatur, & cremabatur cum carnibus pelle, & fimo, vt patet infra, & de illo fuſo in terra poterat ſacerdos intingere digitũ, & aſpergere contra Sanctuarium 7. vicibus.

Aſperget contra fores tabernaculi. Ideſt de ſanguine illo G Eleazarus aſperget contra oſtium tabernaculi, non ꝙ rediret in caſtra cum ſanguine illo, vt intra Sanctuarium contra fores tabernaculi aſpergeret, ſed exiſtens extra caſtra in loco combuſtionis vitulę conuertebat ſe cõtra fores tabernaculi, & aſpergebat ac ſi eſſet iuxta fores tabernaculi. ex quo patet, quòd iſta combuſtio vitulę fiebat ad partem orientalem caſtrorum, quam reſpiciebat introitus tabernaculi. erat enim ſic diſpoſitum Sanctuarium, vt Sancta ſanctorum eſſet ad partem Occidentalem, & oſtium tabernaculi, & oſtium atrij eſſent ad partem Orientalẽ, vt patet Exo. 26. & 36.c. & ſic cum ſacerdos aſpergeret ſanguinem contra fores tabernaculi, ideſt ex oppoſito, vel a frõte: neceſſe erat, vt eſſet in parte orientali reſpectu caſtrorum. H Si enim combuſtio vitulę fuiſſet facta in occidentali parte reſpectu tabernaculi, vel meridiana, vel boreali non poſſet ſacerdos conuertere ſe contra fores tabernaculi, niſi circueũdo caſtra, quod non conuenienter dicitur, ideo in parte Orientali caſtrorum iſta fiebant. aſperſio iſta ſanguinis fiebat cõtra fores tabernaculi, quia omnes alię aſperſiones ad expiandũ fiebant contra propitiatorium, vel contra velum. nam cũ offerret ſacrificium pro peccato totius populi, vel ſummi ſacerdotis, ſacerdos introibat in tabernaculũ aſpergens ſanguinem contra velum Sancti ſanctorum, & ſuper altare thymiamatis Leui.4. & hoc erat pro peccatis ſpecialibus, cum vero ſummus ſacerdos in die propitiationis pro peccato totius populi ferret ſanguinem I in ſancta Sanctorum aſpergebat illum coram propitiatorio Leui.c.16. ita aũt de hoc ſanguine vitulę: nã cum ſacerdos exiſtens extra caſtra aſpergeret illum ꝯ fores tabernaculi, aſpergebat etiã ꝯ velum Sancti ſanctorũ, quia introitus tabernaculi, & velum Sancti ſanctorum, & propitiatorium erant ꝯ eandem partẽ mũdi, fiebat autem principaliter iſta aſperſio, tam hic, q̃ in alijs ſacrificijs ꝯ fores tabernaculi, quia homo per ſanguinem iſtum, & cineres huius vitulę ab immunditijs liberandus erat, immunditię autem cauſabantur reſpectu Dei. ſ. ꝙ nos non ſumus immundi reſpectu noſtri, ſed reſpectu Dei, qui iudicat iſtud, vel illud eſſe immunditiam in nobis, ideo qñ homo mundatur ab K immunditijs debet reſpectu Dei mundus reputari, ſed Deus videbatur principaliter habitare in tabernaculo Sanctuarij, ergo ꝯ fores tabernaculi fieri debat aſperſio. *Septem vicibus.* i. iſta aſperſio ſepties fiebat, ſcilicet, quod ſacerdos intingebat ſepties digitum in ſanguine, & toties aſpergebat ꝯ tabernaculum, hoc fiebat ad ſignãdum, ꝙ per illã vitulam rufam tollebant omnes immunditię. vniuerſitas aũt rerum ſeptennario numero voluitur cum tota vita noſtra 7. dierũ ſæpe repetito circulo finiatur, vita quoq; noſtra, & omnium animatorum per actionem, & influentiã 7. planetarum gubernatur, omnia quoque, quæ ad eſſe prodierunt per 7. dies facta ſunt, in quorũ ſeptimo Deus requieuit Gen.c.1. & vitia capitalia ſeptem ſunt, ex quibus omnia alia vitia, & immunditiæ dependent. non fuit ergo aliquis numerus, qui ita conueniret aſperſioni

ſioni huic, ſicut ſeptennarius. *Comburetque eam cunctis videntibus.* Ideſt faciet eam comburi coram tota multitudine. non comburebat eam Eleazarus, vt patet infra cum dicatur, ꝙ etiam ille, qui comburebat vaccã erat immundus, ſi tamen eſſet idem Eleazarus, non poſſet poni ibi diſtinctio, & fiebat combuſtio iſta coram tota multitudine, vt omnes viderent id, quod ad omnium expiationem neceſſarium erat, & hoc erat in cineribus vitulę rufę per quos fiebat expiatio ab immunditijs. *Tam pellem, & carnes eius, quam ſanguinem, & fimum flammæ tradetis.* Ideſt omnia iſta comburi debebant. generale erat, ꝙ omnia ſacrificia, quę fiebãt pro populo cremarent̄ tam in carnibus, quam in pellibus, quã fimo, ſed addebat aliquid iſta immolatio vitulę, quia in nullo ſacrificio cremabatur ſanguis, hic autem ſic. de adipibus idem dicendum videtur, & adhuc magis de ipſis, quia noĩe carnium cõprehẽduntur tã adipes, quam ſanguis, neceſſe erat aũt cremari hic adipes: nam non offerebatur aliquid de iſta vitula intra Sanctuarium, ideo neceſſe erat, vt totum cremaretur: aliàs relinqueretur de illa quidquã in vſus humanos, quod eſt inconueniens. Item quia ſanguis, & adeps dabant̄ ſimul Deo, quia nullum erat ſacrificium, in quo iſta duo non cremarentur Leu.c.3.& 7. ſed hic non dabatur ſanguis Deo, ſed cremabatur extra caſtra, ideo nec adeps, ſed pariter cremabatur,

Quare adipes vitulæ non cremabantur, & ſanguis non fundebatur ad baſim altaris, ſicut in alijs ſacrificijs. Et an eſſet vitula rufa ad emundationem alicuius peccati.

Quæſt. VIII.

QVAERET aliquis cum iſta vitula immoletur ꝓ peccato populi, vt patet infra cum dicit̄, quia pro peccato vacca combuſta eſt. quare non cremabantur adipes in altari, & ſanguis non fundebatur ad baſim eius, ſicut in aliis ſacrificiis? Aliquis forte dicet cãm eſſe, quia in ſacrificiis pro pctõ cedebat adeps Deo cum ſanguine: carnes vero ſacerdotibus, ſed in iſto ſacrificio nihil cedebat ſacerdotibus, cum cremarentur carnes. ergo non erat immolatio facienda in Sanctuario, nec adeps, & ſanguis proueniebant Deo. D Sed non ſtat iſta reſponſio, quia aliqua ſacrificia fiebãt pro peccato, quorum ſanguis, & adeps recipiebantur in Sanctuario, carnes vero cremabantur extra caſtra, cum pelle, & fimo: immo generale erat hoc in omnibus ſacrificiis pro peccato totius populi Leui.c.14 & 16. nec poterat eſſe, aliquod ſacrificium pro peccato totius populi, de cuius partibus quidquam cederet ſacerdotibus, quia ſacrificium de cuius ſanguine inferebatur in tabernaculum non comedebatur, ſed cremabatur igne Leui.c.6. hmõi autem erat de omnibus ſacrificiis pro pctõ populi. Ideo quidam reſpondent aliter, dicentes rationem diuerſitatis eſſe. quia in aliis cremationibus fit victima pro pctõ ꝑterito, iõ cremantur adipes, vt ſint in odorem domini, & rogante ſacerdote placaretur Deus, vt patet Leui. c.4. iſta autem cõbuſtio vitulę non fit pro aliquo pctõ, vel delicto pręterito, ſed ad emundationem futurarum immunditiarũ, ideo tota vacca in materiam purgatiuam. ſ. in cineres reſolui debebat. Iſta rõ poteſt reſpicere duo. ſ. ꝙ non poterat, vel non licebat ſanguinem, & adipem offerri de iſta vitula in Sanctuario, ſicut offerebatur de aliis ſacrificiis, vel ꝙ non erat neceſſe offerri iſta, ſiue non tantum conueniens, ſicut in aliis ſacrificiis. Si autem ad primum referat̄ non ſtat ratio, quia licet non fieret iſta immolatio pro aliquo peccato pręterito, poſſet ſanguis eius in circuitu altaris fundi, & adeps cremari, ſicut patet de hoſtia pacifica, & holocauſto, quę ꝓ nullo pctõ, aut ꝑterito, aut futuro ſunt, tñ ſanguis in iſtis

A funditur in circuitu altaris, & adipes cremantur Leui. c.1. & 3. Si autem referatur ad ſecundum. ſ. ꝙ nõ erat ita neceſſarium in hac immolatione, ſicut in aliis ſacrificiis, ſanguinem, & adipes accipi, verum eſt, qa hic pro nullo pctõ orabatur in generali, aut ſpeciali, ſed cremabatur vacca, vt per eius cineres abſtergerentur immunditię corporales populi. In aliis autem orabat̄ pro pctõ, & conueniens erat dari ſanguinem ad expiãdum, & adipem ſuauiſſimi odoris ad placandũ dñm. Si autem obijciatur, ꝙ hic fiebat ſepties aſperſio ſanguinis, ſicut in aliis magnis victimis pro pctõ. Reſpondetur, ꝙ in illis ſacrificiis fit aſperſio, vt oĩa delicta tollantur: hic aũt non, vt aliqua mutentur, ſed vt ſignificetur, ꝙ purificatio ab oĩbus peccatis erat a Deo qui B reſidebat in tabernaculo, licet per cineres aliquę irregularitates, vel immunditiæ corporales tollerentur.

Et ſi obijciatur, quod ĩ. dr̃ vacca pro pctõ combuſta eſt. Reſpondendum eſt, ꝙ non accipitur ibi pctm̃ ꝓprie pro culpa aliqua, ſed pro corporali immunditia, ſic accipit̄ multoties, ſicut in leproſo datur ſacrificiũ pro pctõ. i. ꝓ immunditia ſua Leui.c.14. idem de viro fluente ſemine, & de muliere, q̃ fluit ſanguine extra tempus menſtruorũ Leu.ca.15. & Nazaręus dicebat̄ peccare, qñ aliquis moriebatur coram eo ſubito. ſ.c.6. & tñ manifeſtũ eſt ibi nullum pctm̃ eſſe, ſed quãdam immũditiã legalẽ ꝯctã: ita accipitur hic vitula cremata pro pctõ. i. pro immunditia. ſ. ad tollendum immũ- C ditiam corporalem popularium. Sed adhuc conueniẽtius rñdetur, ꝙ non ſolum non erat neceſſe ſanguinẽ, & adipẽ vitulę rufę dari Deo, ſed ẽt nequaquã licebat, nam nihil Deo debet dari immũdũ, cũ ipſe deteſtetur illa tam immunda, quam maculata, vt patet Deu.17. ſ. nõ immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo eſt macula, aut quidpiam vitij, quia abominatio eſt Deo tuo. ſed ſanguis, & adeps vitulę rufę erant immundi, ideo non licebat introduci in Sanctuarium ad cremandum, & effundendũ in circuitu altaris, antecedẽs patet, quia ſacerdos, qui immolabat vitulam iſtã efficiebat̄ immundus, & qui cõburebat eã, & oẽs quocunque modo tangentes illam, ergo magis ipſa vitula eſſet immunda, non quidẽ aliqua immunditia D naturali, vel reali, ſed per legis poſitionem. ſ. ꝙ lex iudicabat illã eſſe immundã, quia erat ad immunditias tollendas, ſed id, quod immundum iudicabatur, non debebat offerri, ergo ſanguis, & adeps vitulę non debebant ferri in Sanctuarium coram Domino. & etiã iſta fuit cauſa quare non immolaretur vitula intra Sãctuarium, ſicut cętera ſacrificia pro peccato, quia dato, quòd non cremaretur adeps huius, nec funderetur ſanguis ad baſim altaris, cauſaretur aliqua immũditia in Sanctuario, ſcilicet quòd ipſe ſacerdos, qui immolaret efficeret̄ immundus, ſed intra Sanctuariũ nemo immunditiam incurrere debebat, ergo ibi non debebat immolari: potiſſime, quia ſi ibi aſpergeretur ſanguis ſepties, tabernaculum efficeret̄ immũdũ, quia E ſanguis, q aſpergebat̄ erat immũdus. In ſacrificijs aũt pro peccato populi, quorũ carnes cremabant̄ extra caſtra nõ erat ſic, quia illa nõ erant immũda, iõ in Sanctuario immolabant̄, & cremabant̄ adipes, atq; fundebatut ſanguis ad baſim altaris: carnes ẽt, quę poſtea cremabantur extra caſtra nõ reputabant̄ immũdę, & iſta eſt cauſa ſolida pluſquã ſuperioris. *Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum.* Hic ponuntur tria, quę ſacerdos cremabat cum vitula. ſ. lignũ cedrinũ, & hyſſopum, & coccum bis tinctum. Et volũt aliqui, ꝙ iſta ponebant̄ in igne ad reprimendum fętorem exhalantẽ de carnibus, cum fimo, & pelle combuſtis.

Sed non multum ſtat, quia ſi hoc vellet Deus non poſuiſſet iſta tria, quę nõ faciunt odorẽ aromaticũ, vt patet ex quolibet eorum, ſed iuſſiſſet poni thus, vel

Universidad de Deusto Biblioteca

aliqua alia multum aromatica, quę aliquatenus exhalantem fętorem, aut tollerent, aut leuiarent, ſed nihil horum erat, ideo magis videntur iſta poſita cęremonialiter ad ſignificandum aliquid. Alio modo poteſt dici, ꝙ immunditia leproſi, & tangentis morticina, vel aliquid immũdum, erat aliquo modo, ideo ponebantur ex ſimili cauſa iſta cum cineribus vitulę ad expiandum, ſicut in purificatione leproſi poſita fuerant de qua Leui.cap.14. Cauſę autem quare ponebãtur iſta in purificatione leproſi ibi declaratę ſunt. Lignum cedrinum eſt lignum de arbore cedro, & iſtæ ſunt arbores altiſſimę, & quaſi imputribiles, quæ nimis abundant in monte Libano, & iſte erat in terra Chanaan, vt patet Ioſue c.11.& 13.& 2. Paralipo. ca. 8. ideo poterant habere Iudęi quantum vellent de cedro, immo & maxima pars lignorum, quę in templo Salomonis poſita ſunt fuit de cedrinis, de hoc 3.Reg. cap.5. Hyſſopus ſecundum Hebręos eſt quędam herba conueniens condimentis, quę vulgariter appellat̃ origano, ſed nõ accipitur hic, nec in aliquo loco ſcripturę in hac ſignificatione, quia eadem dictio ponit̃ hic in Hebręo, & 3.Reg.cap.5. vbi dicitur, ꝙ diſſeruit Salomõ de omnibus lignis a cedro vſque ad hyſſopũ, qui naſcitur in pariete, ſed manifeſtum eſt, ꝙ non accipitur ibi pro herba, quę vocatur origano, quia illa non egreditur de pariete: maxime, quia ponit̃ hyſſopus tanquam herba minimi valoris, cum velit ibi ſcriptura ſignificare duo extrema maxime diſtantia in plantatiuis, & poſuit cedrum tanquã maximę perfectionis, hyſſopum autem tanquam minimę, ideo dixit, qui egreditur de pariete. Si tamen accipiatur pro herba, quę vocatur origano, non eſt minimę perfectionis inter plantatiua, ideo neceſſe eſt accipi quãdam alia, quę ſit minoris perfectionis, & iſta eſt, quę vocatur vulgariter ſparto, de hac autem ponebatur in incendio illo.

Coccus bis tinctus quis dicatur.

Coccumque bis tinctum. Ideſt etiam ponebatur in illo incendio coccus bis tinctus, dicitur enim coccus quidam vermis valde rubeus, & ob hoc vocatur bis tinctus, quaſi bis tingeretur colore rubeo ad hoc, ꝙ eſſet color intẽſior. ſimilia autem ſunt quędam grana, quæ colliguntur de quibuſdam arbuſculis, & videntur rubea in extremo gradu, de illis autem tinguntur aliqui panni valde rubei, & de his ponebatur in igne cõburente vaccam, ex eiſdem cauſis ex quibus in purgatione leproſi. *Sacerdos mittet in flammam, quæ vaccã vorat.* Non cremabat ſacerdos vaccam, ſed aliquis alius, vt infra colligitur, ſacerdos tñ ponebat iſta tria, quę ſignificabant proprietates purificationis. Res enim, quæ vere immunda eſt per immunditiam putrefit, & habet malum odorem, & corrumpitur color eius, mutatus in quendam colorem degenerem a colore naturali, & viuido: ſic apparet in leproſis, quorum caro putrefit, fętet, & colorem mutat. Conformiter autẽ accipiuntur iſta in immũditijs legalibus, q̃ quamquã realiter non habeant iſtas conditiones, tñ aliquo mõ hñt inquantũ ęſtimantur eſſe immunditię: in leproſis aũt ponebantur iſta tria cõtraria tribus proprietatibus: nam lignum cedrinum imputribile eſt, hyſſopus autẽ cum floret bonum odorem emittit: in cocco aũt bis tincto eſt color naturalis, & viuidus. Iſta tria reſtituuntur leproſo, qñ purgatur a lepra. ſ. ꝙ caro eius nõ corrumpatur, ſicut antea putrefiebat, nec ſit degenerans a colore naturali, ſicut antea erat, ſed recipiat colorẽ viuidũ, ſicut eſt color cocci bis tincti, & quia immunditię oẽs legales ęſtimantur per opinionẽ legis iſta habere, q̃q̃ non habeant, & cum purificantur homines ab immunditijs recipiunt bona oppoſita, quę ſignificantur per iſta tria, ideo ꝯueniẽter iſta tria ponebant̃ in igne cõburẽte vaccã, quia p̱ cineres vaccę expiatio

F fiebat ab immunditijs, & ſignificaretur, ꝙ illa tria inducebantur in purificatione, quę fiebat per cineres. dr̃ hic, ꝙ flamma vorabat vaccam, & hoc ſecundũ metaphoram, quia deuorare pertinet ad ea, quę habent os, & ſtomachum, ignis aũt nihil tale habet, quia non eſt res animata, ideo non vorat, ſed quia, quę vorant poſtea non apparent, & quę cremantur ab igne, non apparent, dicitur ignis vorare, & tñ ignis fingitur, vt animal habens os, ſtomachum, & linguam ſic, patet Eſa.c.5.ſ. propter hoc, ſicut deuorat ſtipulam, & lingua ignis, & calor flammę exurit, &c. *Et tunc demum lotis veſtibus, & corpore ſuo ingredietur caſtra.* Hic ponitur ſecundum.ſ. de quorundam commaculatione cauſata ex combuſtione vitulę rufę, & immolatione. Refert
G autem hoc ad ſacerdotem. Pro quo ſciendum, ꝙ ex vitula rufa cauſabatur immunditia in tribus.ſ. in ſacerdote immolante, & in homine cremante, & in colligente cineres vitulę, vt patet infra in litera, erat tñ iſta vitula ad tollendum omnem immunditiã, quod ſatis videtur diſſonum, ſed infra, de hoc declarabitur, dicit̃ aũt hic, ꝙ ſacerdos lauaret corpus ſuũ, & veſtes, & ingrederetur in caſtra. Sciendum ꝙ iſta lotio non fiebat in aquis luſtrationis, quę ſunt aquę commixtę cineribus vitulę combuſtę: nam iſtę aquę non ſunt ad lauandum, ſed ad aſpergendum. Si aũt aliquis lauaret̃ his aquis magis redderetur immũdus propter commixtionem cinerum, ſed hic lauabatur totum corpus, & veſtimenta, ideo oportebat accipi aquas viuentes, quę ſunt aquę fluuiorum, vel fontium, vel puteorum manantium.

H *Quomodo incurrentes immunditiam aliquando lauabantur in ſolo corpore aliquando in ſolis veſtibus aliquando in vtroque, aliquando in neutro. Et aquæ viuæ aſperſio quomodo fiebat. Quæſt. IX.*

SCIENDVM vlterius, ꝙ cum aliquis incurrebat immunditiam, aliqñ iubebatur lauare ſolũ veſtes, aliquando ſolum corpus, aliquando autẽ corpus, & veſtes, aliquãdo nihil, ſed fiebat ſolũ aſperſio aquis luſtrationis. Iſti quatuor gradus ſunt ſm̃ differentiam immunditiarũ, ſm̃ magnitudinẽ, & paruitatem, & ſecundum diuerſitatẽ partiũ in quibus
I cauſat̃ immũditia. Quartus aũt modus inter iſtos erat minimus. ſ. qñ aliquis, nec lauat veſtes, nec carnẽ, ſed aſpergit̃ aqua luſtrationis. Iſtud aũt eſt, qñ aliqs ſimplicem contactum incurrebat immunditiam in his, quę leuia ſunt, ſic autem erat ſi aliquis tangeret leuiter aliquod animal morticinum, ſiue eẽt de mundis, ſiue de immundis. Et cum tãgeret animalia immũda mortua, ẽt ſi non eſſent morticina, & in quibuſdam animalibus viuentibus, ſicut ſiquis tetigerit reptile, ſolum.n. erat pollutus, ſed non iubebat, ꝙ lauaret veſtes vel carnẽ, Leui.c.11.& hoc, quia erat de minimis pollutionibus: tunc tñ debebat expiari per aſperſionem aquarum luſtrationis, fiebat aũt iſta aſperſio hoc mõ,
K ꝙ acciperetur aqua viuens in vaſe, & miſcerentur ibi cineres vitulę rufę, fiebat quoque aſperſorium de herba, quæ vocatur hyſſopus, ſicut eſt in eccleſijs, & tunc homo mũdus aſpergebat de aqua illa guttatim. ſuper immundum, & efficiebatur mundus, vt patet. j. in lrã, manebat tñ homo immundus vſque ad veſperũ. ſ. ꝙ q̃q̃ ante ſolis occaſum aſpergeretur his aquis, nõ erat mundus vſque ad veſperum, nulla enim immunditia minus durare poterat, quam vſque ad veſperum, vbi ſi ſit proprie immunditia, ſic patet Leui.cap.11. in minimis pollutionibus, in quibus non iubetur lauari veſtes, aut corpus, dicitur, quòd manebit homo immundus vſque ad veſperum, a fortiori autẽ in alijs maioribus in quibus aliquãdo eſt immũditia 7. dierũ vt

in eo, qui accedit ad mortuum, vt patet infra in litera, & qui coit cum muliere tempore menſtruorũ, immundus eſt 7. diebus Leui.capi.15. Sic quoque fiebat, vt aliqui putant, ſi aliquis tangeret cadauera mortuorum, vel ſepulchra, aut oſſa reperta in agro, vel iret ad plangendum mortuum, aut introiret in tabernaculum, in quo quis mortuus iacebat: nam tunc incurrebat immunditiam, vt patet infra in litera, & in iſta immunditia non lauabantur veſtes, nec corpus hominis, ſed fiebat ſolum aſperſio aquarum luſtrationis ſuper hominem contaminatum modo ſupra dicto, vt patet infra in litera, ſed etiam falſum eſt, quia iubetur lauari corpus, & veſtes, vt patet infra, & ſic q̃tũ ad modũ expiationis immunditia ꝯcta ſuper mortuum erat minima, vel de minimis. Erat tamẽ de maximis inter omnes legales q̃tũ ad duratione, quia qui in eam incidebat ſeptem diebus manebat immũdus, vt patet infra in lrã, ſed ẽt hoc eſt falſum, quia requirebat maximã purificationẽ. ſ. loto corpore, & veſtibus, & aſperſis aquis luſtrationis: & de iſtis erant ſolæ duæ inter omnes legales in quibus homo eſſet diebus 7. immundus. ſ. ſiquis coiret cum muliere mẽſtruata, & ſiquis tangeret mortuũ, vel pollueretur in rebus ptinentibus aliquo modo ad mortuũ, in iſtis immunditijs non fiebat ablutio veſtium, nec corporis, quia ipſę ſecundum ſe paruę erãt, & realiter nihil magis de immũditia cauſabatur in vna, q̃ in altera. Etiã hoc falſum eſt, quia in cõtactu mortuorũ lauabant̃ veſtes, & caro, q̃q̃ non eſſet maior: in quibuſdã tñ. ſ. in omnibus primis durabat immunditia ſolum vſque ad veſperũ. i. vſque a ſolis occaſum: in pollutione autem cauſata ex mortuis durabat immunditia 7. diebus nõ, ꝙ ipſa in ſe maior eſſet, ſed quia lex eam tanquam maiorẽ ęſtimabat, ideo in hac ſpecialiter vetitum eſt ſummo ſacerdoti pollui. ſ. quòd non iret ad funera patris, vel matris, aut aliquorũ aliorũ, ne pollueretur Leui.c.21. Alius erat gradus immunditię in quo homines lauabantur ſolum in corporibus, ſic erat de ſummo ſacerdote in die qua introibat in Sancta ſanctorum offerendum ſanguinem vituli, & hirci pro peccato ſuo, & totius populi. ſ. in die propitiationis, poſtquã. n. cõpleſſet miniſterium ſuum expiationis, emiſſo capro in deſertum lauabatur in toto corpore, & accipiebat veſtes ad miniſtrandum. Iſtud erat, quaſi quędam immunditia: reputabat autem lex immundiam ſummi ſacerdotis, quia tetigerat caprum emiſſarium, confitendo ſuper caput eius pc̃tã populi, & cenſebat̃ portare hircus omnes iniquitates ſuper ſe, & ſicut ſi iniqtas eſſet aliqua immunditia corporalis, qui tangeret hircum illum pollueretur, ita, quia ſacerdos tetigerat hircum, immundus cenſebatur, & quia incepturus erat aliud officium, lauabat totum corpus ſuum anteq̃ inciperet, veſtes tamen non lauabat, eo quòd illę erant ſacrę, & non incurrebant aliquam immunditiam, ſed ſolus ſacerdos Leui.capi.16. ille tamen, qui portabat hircum in ſolitudinem, efficiebatur immundus ex contactu ſicut ſacerdos, & tamen lauabat tam carnẽ, quam veſtes e.c. hoc autem, quia veſtes iſtius nõ erãt ſacrę, ideo poterant incurrere immunditiam. Sic autẽ erat de homine cognoſcente aliquam mulierem: nã ſi eſſet veſtitus, immũdus erat tam in carne, quã in veſtibus, & tenebatur vtrunque lauare. Si tñ nudus eſſet, ſolum lauabat carnem ſuam Leui.c.15. cauſa huius eſt, quia qui nudus erat in coitu non habebat aliquid in quo poſſet ſuſcipere immũditiã, niſi in corpore, iõ ſolum corpus lauabat, & dato, ꝙ ante lotionem induceretur alijs veſtibus, illę non incurrebant immunditiam ad hoc, quòd deberent lauari: nam non omnes immundi faciebant immunda ea, quæ tangebant, ſed ſolum illi, qui habebant immunditiã naturalẽ, ſicut

A leproſi, fluentes ſemine, & mulier menſtruata. Alius gradus erat immundorum, qui debebant lauare veſtes, & non carnem, & iſti erant, qui portabant ſuper ſe aliquid de morticinis, vel de animalibus immundis occiſis, & de omnibus, in quibus per ſolum contactũ homo pollueretur, vt ſiquis ſuper ſe portaret aliquem mortuũ de hoc Leui.c.11. Iſta immũditia correſpondet immunditię primi gradus, qñ aliquis tangendo polluebatur, & erat immundus vſque ad veſperum: tñ nõ dẽbat lauare veſtes, nec corpus. Si aũt iſta, in q̃bus pollutus fuerat tangẽdo portaret ſuper ſe, erat immũdus vſque ad veſperũ, ſicut prius: tñ nunc addebat̃, q̃ lauandæ erant veſtes. Cauſa huius erat, quia immunditia videbatur contracta in veſtibus, cũ homo ſuper
B ſe illa immunda portaret, prius aũt non ſic, quia non portabantur ſuper hominem, ſed tangebantur ſimpliciter, in vtriſque autem durabat immunditia vſque ad veſperum ſolum Leui.capi.11.

Qui portabat ſuper ſe mortuum an deberet lauare ſolas veſtes, vel etiam corpus, vel vtrunque. Quæſt. X.

DE illo, qui portabat ſuper ſe hominẽ mortuum videtur maius dubium: nam non eſt determinatum an lauaret ſolas veſtes, vel corpus, & veſtes. Reſpondendum eſt, ꝙ ſi inſpiciatur determinatio literę nulla reperietur, ſolũ
C enim apparet, ꝙ tangens mortuum huiuſmodi deberet aſpergi aquis luſtrationis, vt patet infra ĩ litera, vbi agitur ſimpliciter de tactu, & in portatione eſt tactus, ſed nõ conſideratur de, an deberet lauare corpus ſolum, vel veſtes, aut vtrunque, vel neutrum, ſed ſolum, ꝙ aſpergeretur aquis luſtrationis. Satis tñ dicendum eſt, ꝙ ille, qui portabat ſuper ſe mortuum debebat lauare veſtes, quia ſicut ſe habebat in immunditijs cauſatis ex tactu aliorum morticinorum, ꝙ ille, qui ſolum tãgebat erat immundus vſque ad veſperum, ſed nihil lauabat de carne, aut veſtibus, & ille, qui portabat iſta morticina ſuper ſe erat immundus, & pręter hoc lauabat veſtes, ita erit de portante mortuum hominem
D ſuper ſe. ſ. ꝙ non ſolum ſit immundus, ſed etiam teneatur lauare veſtes, quia tantę immunditię eſt portare ſuper ſe cadauer hominis, ſicut cadauer brutorum, dico autem hoc quantum ad immunditiã legalem: immo maior eſt in portãdo hominẽ mortuum, quia ſicut ſe habet contingere morticina pecorum ad tãgere mortuum hominẽ, ita ſe habebit portare pecora morticina ad portare hominem mortuum, ſed maior eſt immunditia tangendo hominem mortuum, quã pecora morticina, ergo maior erit immunditia portando hominẽ mortuum, quã morticina pecorum. antecedẽs patet, quia qui tãgebat hominẽ mortuum erat immundus 7. diebus, vt patet. j. in litera, qui vero tãgebat pecora morticina, ſolum erat immundus vſq; ad ſolis occaſum Leui.c.11. Non eſt ergo dubium, ꝙ
E qui portauerit hominem mortuum ſuper ſe, debeat lauare veſtes. Iſtud dubium præcedens, ex inſipientia quorundam procedit, quia litera determinat infra, ꝙ immundi quomodocunq; ſuper mortuo lauent corpus & veſtes, a fortiori, qui portant ſuper ſe cadauer.
De tempore autẽ quo immundus manere debeat dubium videtur, quia nihil exprimitur, ſed reſpondẽdum eſt ſatis patere ex litera: nam ſicut quilibet tangẽs erat 7. diebus immundus, ita portãs ſuper ſe mortuum totidem diebus immundus erit, quia illud erat tangere mortuum, quia non erat minor immunditia portare ſuper ſe, quam tangere. Sed tunc erit dubium, an deberet leuare corpus ille, qui portabat ſuper ſe mortuũ? & videbitur alicui, quod ſic, quia qui portabat ſup̱ ſe morticina brutorum lauabat veſtes ſolum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed maior erat immũditia portãdo super se mortuũ, quam pecus morticinum, ergo, qui portaret hominẽ mortuum, non solum deberet lauare vestes, sed corpus etiam. Istud est verum, quia sic litera infra declarat, sed responsio sequens procedit ex subtilitate superuacua quorundam, qui non viderunt textum, vel non considerauerunt, & dicunt. Respondendum est, quòd portans mortuum solum lauabat vestes, & cum dicitur, quòd maior immunditia est portare hominẽ mortuum, quam pecora morticina, concedendum est, sed non sequitur, quòd ob hoc deberet esse maior lotio, quia ista non se habent secundum proportionem excessus arithmetici, sed secũdum proportionẽ geometricam, patet, quoniam si esset ibi proportio arithmetica, quantum excedit immunditia tangentis mortuum ad tangentem pecora morticina, tantum excederet difficultas purgationis tangentis mortuum ad tangentem pecora morticina, sed falsum est, quia in vtroque iubebatur solum, quòd aspergeretur aqua lustrationis, vt supra declaratum est: immo falsum est. quia pollutus super mortuo, debet lauare carnem, & vestes, debet ergo secundum proportionem geometricam, scilicet sicut se habet tangere mortuum ad tangere pecora morticina, ita se habet portare mortuum ad portare pecora morticina, sed tangens mortuum incurrebat maiorem immunditiam, quam tangens pecora, sed in vtroque fiebat solũ asperso aquę lustrationis: prẽter hoc, quòd immunditia tangentis mortuum manebat 7. diebus, & immunditia tangẽtis pecora morticina manebat solum [illegible] ad vesperũ, ergo portans hominem mortuum, sic habebit ad portantem pecora morticina, quòd tenebit lauare solas vestes, sicut portans pecora, & prẽter hoc manebit in portante mortuum immunditia dierum & in portante pecora manebit immunditia vsque ad vesperum. Si autem portans mortuum non solum lauaret vestes, sed etiam corpus, non maneret ibi eadem proportio portantis ad portantem, sicut tangentis ad tangentem, & hoc verum est.

Aspersio aquæ lustrationis erat minima purificatio inter omnes, ideo ipsa dabatur cum qualibet alia. Et qui erant illi, qui lauabant corpus, & vestes. Et quæ erat immunditia in qua radebantur pili. Quæst. XI.

CONSIDERANDVM est circa istas purificationes immundorum, quòd asperso aquæ lustrationis erat minima purificatio, ideo in omnibus alijs debebat ipsa prẽcedere, scilicet quòd nulla esset immunditia, in qua non fieret asperso aquarum lustrationis, ꝙ autem iuberetur aliquando lauare vestes, vel lauare corpus hoc erat propter magnitudinem immunditię: tamẽ nõ debebat omitti asperso aquarum lustrationis. De primo modo satis patet, quia nulla purificatio fiebat ibi, nisi per aquas lustrationis. De secundo quantum ad illos, qui lauabãtur solum in corpote, etiam manifestum est, quòd deberent aspergi aquis lustrationis: nam aut habebãt alię aquę efficaciam secundum legem ad purificandum, aut non: si habebant efficaciam frustra erat cõburi vitulam rufam ad purgandos immundos. Si autem nõ habebant, necesse erat, vt fieret asperso aquarum lustrationis super eos, qui erant immundi huiusmodi, & sic, qui maculatus erat per coitum, nõ solum debebat lauare corpus, si nudus coiuisset, sed etiã aspergi aquis lustrationis, summus aũt pontifex lauabat corpus suum in die propitiationis, vt. s. dictũ est, tñ de isto non est dicendum, ꝙ aspergetur aquis lustrationis, quia non videbatur contraxisse propriã immũditiã, nec lex tantũ existimat istam, sicut ḡhibet de alijs immunditijs, quia in alijs nulla erat, quę minus duraret, q̃ vsque ad solis occasum, sed ista immediate tollebatur, quod patet, quia cum sacerdos lauasset carnẽ suam, sumebat vestes sacras alias, & ministrabat, vt patet Leui. c. 16. idem erat de tertio modo. s. vbi immũdi tenentur lauare vestes solum: nam non sufficiebat illa lotio ad tollendam immunditiam, sed requirebatur asperso aquarum lustrationis, quod patet ex ratione supra assignata, fiebat tamen insuper lotio vestimentorum, quia illa videbantur contraxisse aliquam immunditiam portando morticina. Vltimus gradus, & maior immunditię erat, quando iubebatur aliquis lauare vestes, & corpus suũ, sicut erat in leproso, qũ purgabatur Leui. c. 14. & in homine fluente semine Leui. c. 15. & in eo, qui tangebat lectulum, vel vestes hominis illius, & in eo, qui sederet vbi ille sederat, & in eo, qui tangeret carnem illius, & in eo super quem talis homo iaceret saliuam, & siquis portaret aliquid in quo sederat vir taliter immundus, in omnibus his debebat lauari corpus, & vestes Leui. c. 15. hoc autem erat, quia lex iudicabat istam esse valde magnam immunditiam, & tamen non manebat ista, nisi vsque ad solis occasum. Item qui cognosceret fẽminam vestitus, lauabat corpus, & vestes. Item siquis tangeret fẽminam diebus menstruorum, vel siquis tangeret vestes illius, aut lectulum, aut quodcunque, super quo illa sederet, aut cognosceret eam carnaliter dum esset in menstruis, in omnibus his, qui contrahebat immunditiam, lauabat vestes suas, & corpus, & erat immundus solum vsque ad vesperum Leui. capi. 15. vltimum autem horum, scilicet cognoscere mulierem tẽpore menstruorum erat maioris immunditię, ideo, qui sic polluebatur lauabat carnem, & vestes, & manebat 7. diebus immundus, vt patet prędicta. capi. idem modus est de omnibus tangentibus, & accedentibus ad mulierem, quę magno tempore fluit sanguine extra tempus menstruorum, quia ita ipsa erat immunda, sicut si esset menstruata, & tangentes eam Leui. capitu. 15. Item [illegible], qui portabat caprum emissarium in solitudinem, lauabat vestes, & corpus: eratque immunditia huius vsque ad vesperum Leui. capi. 16. non erat autẽ immunditia huius aliquid reale, sed per solã existimationẽ legis: nã iste nihil tangebat immũdum, quia solum tangebat caprum emissarium, ille aũt nõ erat immundus: reputabat tamen lex eum immũdũ, quia cẽsebat portare super se oẽs iniquitates populi Leui. 16. & velut si essent iniquitates illę aliquę immunditię corporales super fusę pilis capri emissarij, qui tangeret caprum, esset immundus, ita lex censebat immũdũ esse illum, ideo iubebat, ꝙ lauaret vestes, & carnẽ, quia portauerat hircũ emissariũ, & manebat immunditia vsque ad vesperum prędicta. cap. Item qui cremauit caduera bouis, & hirci immolatorum in die propitiationis erat immundus, & lauabat carnẽ, & vestes, nec ingrediebatur in castra vsque ad vesperũ palle. c. Item siquis comederet animal morticinũ, vel capũ a bestia, aut qualitercunque immundum, lauabit carnem suã, & vestes, & erit immundus vsque ad vesperum Leui. c. 17. Ista immunditia censebatur maior, q̃ portare animal morticinum super se, vel simpliciter tangere illud: nam tangens solum aspergebatur aqua lustrationis, portans aũt lauabat vestes suas, & aspergebatur aqua lustrationis: comedens vero lauabat carnem, & vestes, & insuper necesse erat aspergi aquis lustrationis, sicut in cęteris ratione prędicta, quia istud erat pp quod proprie fm legẽ tollebat immũditia. Item sacerdos immolans vitulam rufam, & intingens digitum in sanguine illius, erat immundus, & lauabat carnem suam, & vestes, nec ingrediebatur in castra vsq; ad vesperum. Itẽ qui combusisset vitulã erat similiter immundus, & tenebatur vestes, & carnem lauare, nec ingrediebatur in castra vsque ad vesperum: ratio huius est, quòd lex existimabat istam esse magnam immunditiam.

Considerandum autem, ꝙ adhuc in his omnibus maior erat illa, in qua lauabantur vestes, & corpus, & radebantur oẽs pili corporis: potissime cum hoc sæpe fieret ad tollendam eandem maculam, & hoc solum erat in leproso, Leuit. c. 14. ratio huius diuersitatis est, quia lepra erat immunditia naturalis, & si non raderẽtur omnes pili corporis, poterant esse maculati lepra, & illa maneret, ideo radebantur, aliæ autem immũditiæ erãt legales, & in his nihil differebat pilos radi, vel non, quia illę non manent realiter in carne, sed per solam legis existimationem. *Ingredietur in castra.* i. iste sacerdos, postquam lauauerit vestes, & corpus suum ingredietur in castra, non quidem immediatè, sed prius occidebat sol, & ingrediebatur in castra, ẽt si a principio diei lauisset vestes. *Commaculatus erit vsque ad vesperum.* i. manebit immunditia in isto vsque ad vesperũ, hoc generale erat, quia nulla immunditia erat, q̃ minus duraret, q̃ vsque ad vesperum, cũ ergo istæ essent magnæ, a fortiori manebant vsque ad vesperum.

Quare quidam de immundis lauabant vestes, & carnes extra castra, & alij in castris. Et quòd immunditiarum aliquæ erant maiores, aliquæ minores. Quæst. XII.

QVAERET aliquis quare quidam de immundis lauabant vestes, & carnes extra castra, & manebant ibi vsque ad expletam immunditiam, & alii q̃q̃ essent immundi lauabant vestes, & corpus intra castra, & ibi manebant, vt patet ex exemplis supra datis? Respondendum est, ꝙ immunditiarum quędam erãt valde magnę, quę repellebant hominem a consortio aliorum, aliæ erant paruę, quæ non repellebant. [illegible] primis immunditijs dicendum est, ꝙ siue aliquis recederet illas in castris, siue extra castra, ejiciebat de castris donec sanaretur, & sic erant tres immunditię esse lepre prosum, & fluẽtem semine, & pollutum super mortuo supra c. 5. de primis duabus causa patet: de lepra. n. patet, quę est morbus contagiosus, & si hmõi maculati non ejicerentur de castris cęteros macularent: de fluẽ te semine etiã causa patet, quia iste polluebat omnes accedentes ad se immunditia legali, & quamquã non caufaret in eis morbum naturalẽ, quia tñ per illũ contactum immundum arcebantur a sacris in quo diminuebatur cultus diuinus multis factis immundis: debuit ergo expelli: de mortuos tangente, aut qualitercunque cõaminato super mortuum cã erat, quia q̃q̃ ista esset immunditia legalis, & qui eam patiebãt non ponebat alios facere immundos contactu suo: tñ reputabatur maxima immũditiarum legalium, ideo hmõi polluti ejiciebantur de castris. Alię erant immunditię, quę non ejiciebant hoiem a consortio aliorum, & istę aut ḡhebãtur in castris, aut extra castra. Si in castris ibi purificabantur, & non compellebantur exire castra, sicut siquis polluebatur per coitum, ibi lauabatur, & nõ iubebatur exire castra. idem si aliquis portet morticina, vel siquis tangit mulierem menstruatam, q̃q̃ debeat lauare vestes, & corpus, non iubetur exire castra, Leui. c. 15. simile est de comedentibus carnes immundas, Leu. c. 17. Aliæ aũt immunditię extra castra, nec cõtaminati hmõi redibant in castra, priusquam mundarẽtur, sic patet de illo qui portabat caprum emissariũ in solitudinem: nam immunditia sua ḡhebatur extra castra portando caprum illum, iõ priusquam intraret in castra iubebat lauare vestes, & corpus, & sic introibat Leui. c. 16. idem de illo qui cremabat caduera vituli,

& hirci in die propitiationis: nam extra castra contrahebat immũditiam, quia ibi cremabantur istę carnes, ideo extra castra lauabat vestes, & corpus, nec poterat ingredi, vsque ad Solis occasum, postquam lotus eẽt Leuit. c. 16. Item sacerdos qui immolabat vitulam rufam, & vir qui cremabat eam, & ille qui colligebat cineres combustionis efficiebantur immundi, vt patet hic, quia tamen contrahebatur ista immunditia extra castra, cum ibi vitula immolaretur, & cremaretẽ, atque colligerentur cineres, lauabantur extra castra, & non ingrediebantur vsque ad Solis occasum, postquã loti essent, vt patet in litera. Fallit autem ista regula in vnico casu. s. in eis qui polluebantur somnio nocturno: nam illa immunditia de paruis erat, cum non ponantur inter tres, quę excludunt hominem a castris, & tñ qui polluebatur somnio nocturno tenebatur exire de castris, & manebat ibi vsque ad Solis occasum, & tũc lauans carnem suam regrediebatur in castra. *Sed & ille qui combusserit eam.* Iste erat alius a sacerdote, quod patet, quia hic dixit de immunditia sacerdotis, & immediate dixit de immunditia cremantis vitulam, supra tñ dicebatur, ꝙ sacerdos combureret eam cunctis videntibus. Respondendum est, ꝙ illa litera intelligitur comburet eam. i. faciet comburi, sed ipse non comburebat. *Lauabit vestimenta sua, & corpus.* Etiam iste vir lauabat vtrunque sicut sacerdos, quia oẽs qui tangerent vitulam istam, nunc qñ fiebant cęremoniæ eius, censebantur incurrere ęqualem immunditiã, sed oẽs tangebant, quia sacerdos immolabat, & intingebat digitum in sanguine, vir quoque comburens tangebat, & qui colligebat cineres, iubentur autem vestes, & corpus lauare, quia lex censet istam esse magnam immũditiam. Falsum tamen est de colligente cineres, qa ipse sacerdos lauabat vestes: comburens autem carnẽ, & vestes, colligens autem vestes tantum. *Et immundus erit vsque ad vesperam.* i. vsque ad Solis occasum permanebit ista immũditia: dato enim, ꝙ immediate, vt isti contraxissent immunditiam, lauarentur, non erãt mũdi, sed manebat immunditia vsque ad Solis occasum, nec poterant introire in castra vsque tunc, quare autẽ istę immunditiæ cões non poterant tolli vsque ad Solis occasum, & in Solis occasu tollebantur oẽs, responsum est, tam fm causam literalem, quam allegoricam Leui. 11. & 22. c. *Colliget autem vir mundus cineres vaccæ.* Postquam ista vitula comburebatur, cineres illi colligebantur, & seruabantur ad hoc, ꝙ Israelitę purgarẽtur ab immunditiis aspergendo illos cum aqua, quæ vocabatur aqua lustrationis, ideo non relinquebantur in loco combustionis, sed ablati inde ponebantur in loco honestiori. Dicitur ꝙ vir mũdus colligeret eos. i. ꝙ non esset contaminatus tactu mortui, vel brutorũ morticinorum, aut tangendo leprosum, vel fluẽtem semine, vel mulierem menstruatam, & sic de omnibus alijs generibus immunditiarum, de quibus Leu. c. 5. 11. 12. 14. 15. 16. 17. & 22. & supra c. 6. & hic namq; quicunque immundus repellebatur a contactu cinerum, & tamen ille qui tangeret cineres ab eis commaculabatur, etiam si esset mundus, immo econtrario, quia qñ cineres isti tangebant ab aliquo viro mundo, incurrebat immunditiã, & si aspergerent super virũ immundũ efficiebat mundus, ꝙ aũt immundi p hos cineres mundificarent patet, qa ad nihil aliud cõburebãt ista vitula, vt patet hic, ꝙ aũt vir mundus p ꝓtactũ istorum cinerum incurreret immũditiã, patet de isto viro, q colligebat cineres, q erat mundus, vt hĩ hic, & tñ cum portasset eos efficiebatur immundus, & lauabat vestimenta sua, vt patet j. Sic aũt qñ aliqs immũdus erat purificandus, vir mundus debebat aspergere eum aquis lustrationis, vt patet. j. & vnus immundus non poterat purificare aliũ immundũ, tamen ipse qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

aſpergebat cineres commixtos aquæ efficiebatur immundus, & lauabat veſtimenta ſua, vt paret ℣.

Cauſa autem quare vir colligens cineres iſtos debebat eſſe mundus, quamquam ipſe per contactum eorum efficeretur immundus, erat ad ſolennitatem, & venerationem huius mundificatiui dati a Deo: nam ſi permitteretur quibuslibet tangere cineres, ſiue mũdis, ſiue immundis, minoris reuerentię haberetur iſta purificatio. ſoli ergo mundi tangebant illos.

Et effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo. Non accipitur effundere pro ſpargere, quia ſi diſpergeret in ventum, vel per multa loca minutatim proiiceret, nullius vtilitatis eſſent, debebant tamen ſeruari ab Iſraelitis, vt patet infra ad mundationem, ſed accipitur effundet, ideſt ponet ſimul in loco vno, vbi conſeruentur, & cum dicitur, quòd effundet extra caſtra, non eſt ſenſus, quòd iſta vitula combuſta fuerit in caſtris, & cineres poſtea collecti educerentur de caſtris, & reponerẽtur foris in aliquo loco, quia immolatio vitulę, & cõbuſtio extra caſtra fiebant, vt patet ſupra, ideo cineres extra caſtra colligebantur, ſed dicebantur effundi extra caſtra, quia non manebant in eodem loco, vbi fuerat combuſtio, ſed ad locum mundiorem, & ſecretiorem transferebantur, vbi motu venti non diſpergerẽtur, nec eſſet fas animalibus brutis illuc accedere, & iſte locus erat etiam extra caſtra ad aliam partem caſtrorum. Non ponebantur autem intra caſtra, quia iubetur, q̃ ponantur in loo puriſſimo, locus ſi caſtrorũ non reputatur mundus, quia ibi erant multę immũditię, vt patet in alijs locis habitationum, & conculcabatur ab hominibus, & a pecoribus, iumentis, cedebatque in vſus humanos, ſed omnia ea reputabãtur immunda reſpectu eorum, quę ad Deum applicari debebant venire in vſum humanum, propter hoc autem iuſſum eſt de cineribus altaris, quòd ponerẽtur extra caſtra Leui. c. 6. & ad locum illum nullus hominum, vel pecorum accedebat, niſi cum irent homines illuc ad expiandum ſe.

Sed tunc dicet aliquis, quòd Sanctuarium eſſet in loco immundo, quia erat in caſtris Iſraelitarum.

Reſpondendum eſt, quòd quamquam eſſet in loco caſtrorum, non erat coniunctum caſtris Iſraelitarũ, ſed erant diſpoſita caſtra per quadrum, & in medio relinquebatur locus magnę capacitatis, vbi figebatur Sanctuarium, & Leuitę in circuitu illius excubabant, ne aliquis de Iſraelitis illuc accederet, niſi cum vellet offerre, aut vocaretur illuc, & hoc modo non coinquinabatur locus Sanctuarij, quãquã aliquo modo Deus dicit inquinari Sanctuarium ſuũ ex ſordibus, & peccatis Iſraelitarum, ideo ſicut cętera immunda expiabant, ita iubebat expiari Sanctuarium ſemel in anno in die propitiationis, aſpergendo ſanguinem cõtra propitiatorium intra Sancta ſanctorum, & ſuper altare thymiamatum in prima parte tabernaculi, & ſuper altare holocauſtorum extra tabernaculum in atrio, vt colligitur Leui. c. 16. & dicitur aſpergat e regione oraculi, & expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorũ Iſrael, & a preuaricationibus eorum cunctiſque peccatis.

Vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodia, & in aquã aſperſionis. Ideſt ideo ponentur iſti cineres in loco puriſſimo, vt cuſtodiat eos multitudo filiorum Iſrael ad aquam aſperſionis, ideſt vt fiat inde aqua ad aſpergendum. dicitur hic de multitudine Iſraelitarum, & non intelligitur per multitudinem cõgregatio 12. tribuũ, ſicut communiter intelligi ſolet, ſed omnes Iſraelitæ ſiue 12. tribus, ſiue Leuitę cum ſacerdotibus, quia iſti cineres ad expiationem omnium pertinebant, immo frequentius indigebant eis Leuitę, & ſacerdotes, quã populares, quia ipſi accedebant ad Sanctuarium multoties, & ſemper debebant eſſe mundi, ideo quandocunque inciderent in immunditiam oportebat, vt immediate purificarentur: popularibus autem quamquam erat neceſſaria purificatio pro qualibet immunditia, tamen non erat neceſſaria immediate in omnibus immunditijs, dum non accederet prius ad Sãctuarium, quam mundus eſſet, ſicut eſt nunc de confeſſione reſpectu ſacerdotum, & popularium, quia populares tenentur de quolibet peccato confiteri, & ſacerdotes eodem modo. populares tamen non tenentur immediate confiteri, vt peccauerint, ſed ſufficiens eſt ſemel in anno confiteri ſecundum formam eccleſię, nisi in paucis caſibus exceptis. ſacerdotes autẽ, qui quaſi continue miniſtrant, tenentur immediate confiteri, vt peccauerint, quia non poſſunt accedere ad miniſtrandum, niſi confiteantur, ideo magis eſt neceſſaria confeſſio ſacerdotibus, quam popularibus, ita de cineribus vitule ruſę ad aſperſionem magis erant neceſſarij ſacerdotibus, & Leuitis, quam popularibus, erant autem iſti cineres ad aquam aſperſionis, quia quandocunque aliquis immundus eſſet, ibat extra caſtra ad locum vbi erant cineres conſeruati, & cum eo alius vir mundus, tunc poſita aqua in vaſe mittebat modicũ de cineribus illis in aquam, & acceptо aſperſorio de hyſſopo vir mundus ſpargebat aquam ſuper immundum, & ſic luſtrabatur.

Quia pro peccato vacca combuſta eſt. Ideſt iſta vitula fuit combuſta pro peccato, ideſt ad emundationem peccati. & vocatur largo modo peccatum hoc quelibet immunditia corporalis cõtracta ex tactu alicuius immundi, a qua ſolum mundabantur per cineres vitulę ruſę. ſic dicit Apoſtolus ad Hebręos capitu. 9. quòd cinis vitulę ruſę erat ad emundationem carnis, ideſt immunditiarum carnalium: ad peccata autem non proficiebat, ſed aliter erãt mundanda, vt in principio huius. c. dictum eſt, & ponitur iſtud hic tãquã redditum cauſę ſuperioris dicti, ſcilicet quòd Iſraelitę habebant cuſtodiam, & in aquam aſperſionis iſtos cineres, quia vacca pro peccato combuſta eſt, ideſt iſta vacca non fuit combuſta, niſi vt cineres eius eſſent ad emundationem a peccati, ideſt immunditię, ideo Iſraelitę habebant iſtos cineres in aqua aſperſionis, ideſt vt aſpergantur miſſis illis in aquam.

Cumque lauerit qui vaccæ portauerit cineres veſtimenta ſua. Hic ponitur immunditia viri colligentis cineres vitulę: nam quamquam mundus eſſet, quando colligere incipiebat, tamen colligendo immundus efficiebatur, & dicitur, quòd lauabit veſtimenta ſua, & non dicitur an lauaret corpus, in quo ſatis dicendum eſt, quòd nõ teneretur lauare corpus, quia in iſtis non eſt maior obligatio, quam lex imponat, cum iſtę obligationes ſint purè legales, nihil habentes in natura, ſed lex ſolũ iuſſit lauari veſtimenta, ergo ſolum tenebitur ad hoc colligens cineres: non enim reputabat lex tantam eſſe immunditiam colligentis, ſicut immolantis, vel comburentis, & tamen iſte non poterat introire in caſtra, ſicut immolans, & comburens vſque ad ſolis occaſum poſtquam lauiſſet veſtes. Et dicitur, qui portarit cineres, quia iſti colligebantur de loco, vbi vacca fuerat combuſta, & ducebantur ad alium locum purificandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

simera, vel introbant in domum, in qua erat aliquis mortuus, incurrebant istam immunditiam, & tenebãtur expiari in 3. & 7. die sequentibus, sed manifestum est hoc esse difficillimum, quia valde occuparentur Iudei in hoc. Item quibusdam erat impossibile, nam qñ erat Sanctuarium in vna extremitate terrę Chanaan illi qui erant in alia extremitate non possent venire in locum Sanctuarii die 3. vt expiarentur. Erat autem adhuc difficilius in aliis immunditiis, quę solum durabant vsque ad solis occasum, vt patet Leuit. cap. 11. & 15. & tamen ibi necessaria erat expiatio per cineres vitulę, quia ad omnem immunditiam erat hoc generale, vt supra declaratum est: non stat ergo ꝙ oẽs Iudæi immundi venirent in locum Sanctuarii, vt expiarentũ.

Dicendum est autem, ꝙ ista expiatio fiebat in loco terrę Chanaan, quia ad hanc non requirebatur aliquis actus sacerdotalis. si autem requireretur sacerdotalis ministratio, necesse est venire in Sanctuarii locum, & erant cineres vitulæ rufę, in quolibet loco terrę Chanaan, & cum aliquis incideret in immunditiam, quilibet alius poterat eum expiare si immundus erat, cũ infra solum ponatur, quòd vir mundus expiet immũdum, & non iubeatur, quòd sit sacerdos: habebantur autẽ cineres hoc modo, quòd in loco Sanctuarii multæ vitulę immolarentur, & inde ducerentur cineres ꝙ quolibet loco terrę Chanaan ad expiandũ, sicut nunc fit in ecclesiis, quòd oleum infirmorum, & cathecumenorum, quod chrisma appellatur, solum cõficitur in sedibus Episcopalibus, inde tñ omnes ecclesiæ minores habent oleum pro cathecumenis & infirmis.

Quod autem purificatio Iudęorum non solum fieret in loco Sanctuarii, sed ẽt in aliis locis patet, quia tẽpore Saluatoris dr Ioan. c. 2. quòd factę sunt nuptię in Chana Galileę, & cum Christus debuit conuertere aquam in vinum dr ibidem: erãt autẽ ibi lapideę hydrię sex positę secundum purificationem Iudęorũ capientes singulę metretas binas, vel ternas, & sic erant istæ hydrię ad purificationem, i. replebantur aqua ad purificandum Iudęos, ergo in Chana Galileę fiebat purificatio, sed quando illud factum est erat Sanctuarium in Ierusalem, quod satis distat a Galilęa, quę erat in parte orientali terrę Chanaan, ergo extra locũ Sanctuarii fiebat purificatio. Sed aliquis dicet, quòd ibi solum agitur de purificatione, quę erat in aqua, sed nõ de purificatione, quę fiebat per cineres vitulę. Respondendum est hoc esse generale, quòd in oĩ purificatione fieret aspersio aquarum lustrationis, vt supra probatũ est, sed in Chana Galileę fiebat purificatio, ergo ibi erant cineres isti, & consequenter in omnibus aliis locis, quia nihil specialius erat in Chana Galileę, quam in aliis locis, cum ibi non esset Sanctuarium, & erat qdam vicus paruulus in Galilea. *Immundus erit vsque ad vesperam.* Idest iste q collegit cineres vitulę combustæ erit immundus vsque ad solis occasum diei illius, in quo collegit, & sic erat de immolante vitulam, & de comburente, quòd quamquam isti essent mundi, efficiebantur immundi per contactum cinerum, & ille qui alium aspergebat, quamquam esset mundus, efficiebatur immundus, vt patet infra.

Cum cineres vitulæ rufæ essent ad mundandos immundos, quare tangentes eos efficiebantur immundi?
Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, cum cineres vitulę essent ad tollendum oẽm immunditiam, quare illi qui tangebant eos efficiebantur immũdi, cũ ante essent mundi? Rñdet Rab. Gaon, ꝙ isti cineres erant, sicut mel: nocet. n. mel habentib⁹ choleram rubeã, & phlegmaticis prodest, sic cineres isti quosdam lauabant, & quosdam coinquinabant.

Sed hoc nihil est, quia mel ex natura sua hẽt qbusdam nocere, & quibusdam proficere, quia mel est ens naturale, habens ꝓprietatem, & similitudinem in natura, ex similitudine, aũt causatur amicitia, & conseruatio, ex contrarietate aũt sequit corruptio, ideo necesse est, vt mel quibusdam proficiat, & quibusdam noceat. Cineres autem vitulę non habebant ex natura, ꝙ facerent mundum, vel immundum, sed ex ordinatione legis, ideo non potest dari causa in hoc, sicut in melle, quod habet principium proficiendi, vel nocendi a natura. Nicolaus respondet, ꝙ immunditia contrahitur dupliciter. vno modo tactu rei immundę, & sic tangens mortuum erat immundus, alio modo respectu rei sacrę, quę est mundissima, vt si laicus tangeret calicem consecratum peccaret. Sed non procedit ista responsio, quia res sacrę natę sunt purificare, & non coinquinare, si ergo aliquis in re sacra coinquinaretur hoc esset ex indignitate personæ, & non ex re, quę tangitur, quia sacerdos qui tangeret rem cõsecratam nõ peccaret. Etiam nõ applicatur hoc ad vitulam rufam, quia non solum laici comburentes eam, sed colligentes cineres eius erant immundi, sed etiam sacerdos immolans, & intingens digitum in sanguine eius erat immundus, & iubebatur lauare carnem, & vestes vt patet in litera.

Si autem velis respondere, ꝙ cineres isti, & vitula erant aliquid valde sacrum, ideo etiam ipsi sacerdotes erant indigni ad tangendum rem, tam sacram, & poluebantur.

Erit absurdum, quia digniora erant sacrificia holocaustorum, quę toraliter incendebantur in odorẽ suauitatis Leuit. c. 1. sacerdos tamen immolabat ista animalia, & tangebat sanguinem eorum, sed non efficiebatur immundus.

Item sanctior erat sanguis, qui aspergebatur cõtra propitiatorium intra Sancta sanctorum in die propitiationis Leui. c. 16. quam iste qui aspergebatur, & cõburebatur extra castra, sed ex tactu illius non fiebat sacerdos immundus, ergo nec per istum sanguinem fieret, si esset sacer.

Item per tactum rerum sacrarum res tangẽtes sanctificantur Leui. c. 6. f. si aliqua res tangeret carnes cõsecratas sanctificabatur, & si de sanguine victimę vel istis fuisset aspersa lauabatur. sic etiam patet Aggæi. c. 2. ergo si esset cinis vitulę sanctificatus, sicut sunt carnes, & sanguis omnium sacrificiorum, tangẽtes cineres sanctificarentur, sed polluuntur, ergo non erant res sanctificarentur, sed polluuntur, ergo non erant sacri. Sed ex hac confirmatione aliquis arguet, ꝙ ille qui tangeret rem sacram pollueretur, quia iubebatur lauari. Respondendũ est hoc non intelligi de hominibus, sed solum de vestibus: homines autem quamquam accederent ad sanguinem sacrificiorũ, vel carnes non debebant lauari. si tamen accederẽt ad cineres vitulæ rufę erant immundi, idem si ad sanguinem, vel ad carnes: de veste etiam qñ accedebat ad rem sacram dicendum est, ꝙ non lauabatur semper, sed solũ qñ tangeret carnes sacras coctas, vel sanguinẽ, & tunc non lauabatur, tanquam vestis esset immunda ex contactu illo, sed quia poterat ibi adhęrere aliquid sacrũ, iõ quousque tolleretur inde illud sacrũ, non erat applicanda vsibus humanis. De sanguine manifestum est, quoniam si aspergeretur vestis sanguine, manebat ibi macula rubri coloris, iõ illa erat tollenda p lotionẽ, de hoc Leu. c. 6. de carnibus apparet Aggęi. c. 2. vbi qritur an si in ora vestimenti alicuius adhęrerat pars carnis sacratarum, & postea inde tangantur res non sacrę an consecrentur? ad tollendum ergo quidquid adhærebat fiebat lotio, & adhuc magis significatur hoc Leuit. capitul. 6. f. ꝙ si vas in quo cocta fuisset caro sacra esset ęneum, quia erat bene tersum, multum defricabatur, ita vt nihil ibi remaneret. Si tñ erat vas fictile, qa porosum est, nec toraliter mundari poterat, confringebatur, ne cederet in vsus humanos, sic autẽ si gutta de sanguine in sacramento altaris distillaret in corporalibus, non erant ex hoc immunda, sed magis consecrata, intantum quòd si ibi figura, & color permanerent, in maiori reuerentia haberentur, nec in eis consecraret, sicut patet de corporalibus in villa, q̃ Daroca dicitur in regno Aragoniæ, in quibus dum metu repẽtini belli hostię absconderentur, post ſm quantitatẽ, & figuram hostiæ reperta sunt sanguine tincta, ideo in magna reuerentia conseruantur. Nec tenet exẽplũ, quod ponit Nicolaus de laico, quia laicus non peccat tangendo ex hoc, ꝙ consecratus est, sed quia ꝓ prohibitionem iuris agit: si tñ Deus mandaret, vel ẽps laico, ꝙ tangeret calicem, non peccaret. In vitula rufa erat econtrario, quia Deus mandabat, ꝙ Eleazar, & alii tãgerẽt eam cõburendo, immolando, & cineres colligẽdo, & tñ erant immundi, vt patet in lra. Itẽ quia laicus licet tangendo res consecratas peccet, tñ non est immundus, isti aũt econtrario tangentes vitulã cõbustã non peccabant, quia mandato Dei agebant, tñ erant immundi. Dicamus ergo, ꝙ cineres vitulæ, seu carnes eius, dum comburebantur cum fimo, pelle, & sanguine erant de se aliquid immundũ, vt cadauer hoĩs, vel morticinia aliorum aĩalium, iõ mundos tangentes de se immundos faciebant, sed ex sola Dei voluntate immundos a sordibus abstergebant, & hoc factũ est, vt demonstraretur, ꝙ remissio legis non habebat gradũ perfectum, & sic arguit Apostolus ad Heb. c. 9. si cinis vitulæ rufę emundabat immundos ſm carnẽ, quanto magis sanguis Christi. q. d. in cineribus vitulæ non erat aliquid, per quod fieret expiatio, sed magis consecratio, & ex Dei volũtate fiebat, in sanguine Christi effuso erat naturaliter aliquid ad remissionem. i. ꝙ ipse vellet se tradere in precium pro nobis, iõ adiuũ te gratia Dei per Spiritum sanctum verisimilius est, ꝙ nos mundaremur ab omnibus peccatis per sanguinẽ Christi, quam ꝙ fieret emundatio a solis cor[illegible]alib⁹ maculis per cineres vitulæ.

Habebunt hoc filij Israel, & aduenæ, qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hoĩs, & pp hoc 7. diebus fuerit immũdus aspergetur ex hac aqua die 3. & 7. & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emũdari. Ois qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel, quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis, qui morietur in tabernaculo. Oẽs qui ingrediuntur tẽtorũ illius, & vniuersa vasa, quæ ibi sunt, polluta erunt 7. diebus. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturã desuper, immundũ erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit 7. dieb. Tollentq; de cineribus combustionis, atque peccati, &

mittent aquas viuas super eos in vas, in qbus cum hõ mũdus tinxerit hyssopum, asperget ex eo oẽ tentorium, & cuncta supellectile, & hoĩes huiuscemodi cõtagione pollutos, atq; hoc mõ mundus lustrabit immundum 3. & 7. die. Expiatusq; die 7. lauabit, & se, & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Siquis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit aĩa illius de medio ecclesiæ, quia Sãctuarium dñi polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc præceptum legitimũ sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua. Oĩs qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsq; ad vesperũ. Quidquid tetigerit immundus, immũdum faciet, & anima, quę horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum. *Leu. c. 17.*

Habebunt hoc filij Israel. Hic ponit secundum principale, scilicet expiationis ritus, idest quis esset modus, quo Israelitæ expiarentur per istos cineres vitulæ. Et primo dicitur in generali, quòd ista lex superior manebit apud Iudæos semper: deinde exprimitur quomodo tollantur immunditiæ, & quomodo homines fiant immundi, & diuiditur in duo, qua primo ponit modus inducendi immunditiam, secundo modus expiandi ibi. *Tollentque de cineribus.* Circa primum. *Habebunt filij Israel, & aduenæ.* Ponitur qui obligentur ad istam obseruationem, & dicitur, quòd filii Israel. s. qui descendunt a Iacob, & aduenæ. i. omnes qui Iudæi erant non descendentes a Iacob, sed conuersi de Gentilitate ad Iudaismum, nam quantum ad obseruationem legalem, nihil magis arctabantur Iudei ex genere, quam conuersi, sic patet Leuit. c. 24. cum dicitur ęquum erit iudicium, siue ciuis ille, siue peregrinus sit: erat tamen differentia in honoribus, quia non dabant honores principatuum, vel officiorum Gentilibus cõuersis ad Iudaismum, sed solis Iudæis ex genere. Etiã erat differentia quantum ad qędam priuilegia anni remissionis, & iubilæi, quibus gaudebant Iudæi ex genere, & non Gentiles: de primo declaratum est Leui. 24. c. de secundo patet Leuit. ca. 25. ista autem lex erat cęremonialis magis pertinens ad obligationem, quã ad priuilegium, ideo communis erat, tam Iudæis ex genere, quam aduenis conuersis. *Aduenæ quæ peregrinantur inter vos.* Dicuntur Gentiles conuersi peregrinari inter Iudæos. i. manere inter eos, vt peregrini, dupliciter enim peregrinantur. Primo, quia sunt extra terram suam, & cognationem. Secundo, quia sunt extra cultum Deorum suorum, in quo nati sunt, & isti vocãtur aduenæ, & peregrini, quod ad idem pertinet, aduenæ quidem quasi ad aliud venientes. i. venientes de terra sua ad alienam, vel de dijs suis ad alienos. Peregrini dicuntur quasi peregre habitantes inquantum iam manent extra propria. Aliqui autem volunt intelligere aduenas, vel peregrinos eos qui veniebant de Gentilibus ad habitandum in ciuitatibus Iudęorũ, etiam si non essent conuersi ad Iudaismum. Sed non stat, quia ipsi non obligantur ad aliquam obseruationem legalem, immo non permitterẽtur isti facere ea quæ iubentur facere aduenæ, & peregrini, supra enim 15. c. dicitur quomodo esset expiandum pctm per sacrificium, & hoc tam in aduenis, q̃ Israelitis. Si tñ eẽnt aduenę Gentiles non conuersi, non liceret eis offerre,

Qui obligabantur ad obseruantiam istius legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,immo si vellent non permitterent Iudæi, vt patet Leui.c.22.ſ.de manu alienigenæ non offeretis panes domino Deo veſtro.i.ſacrificium, ideo neceſſe eſt accipi aduenas, & peregrinos ſemper pro conuerſis ad Iudaiſmum. Alienigenæ autem pro Gentilibus non conuerſis accipiuntur.

Sanctum iure perpetuo. Refertur hoc ad verbum præcedẽs.ſ.q̃ filii Iſrael, & aduenæ habebũt hoc, quod dictum eſt ſanctum iure perpetuo, & accipitur hic ſanctum, ideſt firmum, ſcilicet, quòd iſtam legem ſupra poſitam de ritu immolationis vitulę habebunt filii Iſrael ſanctam, ideſt firmam, ita q̃ nũquam murabitur, quod ſubditur cum dicitur, iure perpetuo, & hoc eſt, ſicut alias dicitur, erit legitimum ſempiternum præceden.c. vel poteſt accipi ſanctum.i. mundũ, vel mundificatiuum.ſ.q̃ Iſraelitæ habebant iſtud ſanctũ, ideſt iſtum modum mundificandi iure perpetuo.i. in æternum, ſed magis tenet primus ſenſus, quia ſecundum illum refertur ad literam præcedentem, in qua agitur non de mundificatione, ſed de immolatione. Quantũ ad ſecundum ſenſum refertur ad ſequentia, in quib' agitur de ritu mũdificandi. *Qui tetigerit cadauer hominis.*

An aſperſio aquæ luſtrationis eſſet pro ſolis immundis ſuper mortuo, vel pro omnibus immunditijs. Cineres vitulæ rufæ proficiebant ad mundandam, quamcunque immunditiam. Et quòd immunditia non erat aliquod peccatum. Quæſt. XV.

HIc ponuntur multi modi immunditiarũ expiandarum per cineres [illegible]ulæ, & ptinẽt omnes iſti ad immunditiam [illegible]ractatã ſuper mortuo. In quo forte videb[illegible] q̃ ſolũ cineres vitulę rufæ proficerent ad cauſandam [illegible]ũditiam in immundis ex contactu mortuorum, ſed ſolum eſt hoc, immo ad omnes alias immunditias p̃ficiebat aſperſio aquarum luſtrationis: ſic.n.vr̃ Apoſtolus ad Hebr.c.9. arguere, vbi dicit cineres vitulę rufę proficere ad emundationem ſecundum carnẽ, generaliter tangendo illam, in quo vr̃, q̃ pro oĩbus immunditiis voluerit proficere cineres iſtos.

Item ſi non eſſent cineres iſti ad omnem immunditiam, ſequeretur q̃ aliqua immunditia erat, quę tolleretur ſine mundificatione, ſed hoc falſum eſt, ergo oportet dari ibi mundificationẽ, nulla tñ eſt, niſi aſperſio cinerum vitulæ, ergo illa generaliter p̃ficiebat ad alias immunditias, ſicut ad iſtam de qua hic, patet hoc quia Leu.c.11. ponitur de quibuſdam immunditiis, q̃ manebat homo in eis, vſque ad veſperũ, & nihil ſubditur de purificatione, in aliis autem dicitur, q̃ lauabãtur veſtes, vel corpus, & veſtes: ergo in illis, in quibus non eſt poſitum aliquod mundificatiuum, intelligendum eſt, q̃ fiat mundificatio per cineres vitulæ, ſecundum formam, quę ponitur hic, fuit autem hic expreſſum ſolum de immunditia contracta ſuper mortuos, quia de omnibus aliis dictum fuerat in Leuitico, de hac autem non fuerat tactum in ſpeciali, ideo ponuntur hic modi contrahendi immunditiam ſuper mortuum, & hoc tenent omnes, tam hebrei, quàm catholici. Si tñ aliquis vellet dicere, q̃ ſolum fiebat aſperſio cinerum vitulę ſuper immundos ex tactu mortuorũ, ſatis haberet fundamentum ex hac litera in qua de nulla alia immunditia agitur, & ſiquis tenere velit, non multum inſtandum eſt.

Dr̃ hic qui tetigerit cadauer hoĩs, quia in cadauere pecorum non iudicabatur tanta immunditia, quia in aliis ſolum erat hõ immundus, vſque ad veſperũ, tangendo autem cadauer hoĩs durabat immũditia ſeptẽ dierum, & intelligitur hoc de oĩ contactu, ſiue qs tangat ad ſepeliendum, ſiue ad lauandum, vel exhibendũ alia officia funeris, incurreret neceſſario iſtã immũditiam, & ſic pro bono opere erat aliquis immundus, ſed non eſt inconueniens, quia iſta immunditia non erat peccatum, ſed quędam corporalis irregularitas, ideo bene poteſt euenire homini virtuoſe agenti. q̃ autem peccatũ ſequeretur pro bono opere, hoc erat penitus irrationabile, & ſic eſt in nouo teſtamento, q̃ bene agendo incurrit quis ſępe irregularitatem, vt bigamiam, vel aliam irregularitatem per quam fit inhabilis ad promotionem, & tamen nihil peccauit p̃ hoc illam irregularitatem, ſed potius in quibuſdam co gimur incidere in irregularitates, vt ſiquis videret patrem ſuum iniuſtè percuti, vel occidi, & non conaretur, vt liberaret eũ de manu occidentium, ẽt ſi aliquẽ occideret, peccaret, & ſi liberaret occidens aliquẽ virtuoſe ageret, & tamen incurreret irregularitatem, accidit ergo nos interdum obligari ad incurrendum irregularitatem.

Et propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus. i. propter contactum mortui durabat immunditia 7. diebus in tangente, in hoc ſignificatur iſtam immunditiam eſſe maiorem aliis, quia in cęteris ſi non ſint naturales, ſolum erat manere vſque ad ſolis occaſum, in hac autem 7. diebus. Cauſa huius eſt ſola eſtimatio legis, quę iudicat iſtam maiorem eſſe aliis, & hoc ſufficiens eſt. nam ſicut iſtæ immunditię pure legales habent a lege ſolum, q̃ ſint immunditiæ, ita ab ea habebunt, q̃ ſint maiores, vel minores, ſic eſt in naturalibus, quia abſola cauſa a qua albedo recipit, q̃ ſit albedo, etiam recipit, q̃ ſit maior, & minor albedo, & in hoc videbatur aliqua ratio, quia ſicut homo viuẽs eſt melius animal omnibus, ita homo mortuus videtur eſſe feridius cęteris, ideo maiorem immunditiam reputat lex in tactu illius, quam in tactu pecorum. *Aſpergetur ex aqua die tertio, & ſeptimo*. In aliis immunditiis, quę ſolũ durabant vſque ad ſolis occaſum fiebat aſperſio vnica ad [illegible]lis occaſum, vel ante. immunditia ſuper mortuo du[illegible] ſeptem diebus, & in hoc iubetur, q̃ fiat expiatio bis. [illegible]3. & 7. modus autem faciendi expiationẽ vtro[illegible]que d[illegible]imilis erat qui ponitur infra.

Rab[illegible]oyſes Francus, & Aben Ezra volunt, q̃ ideo in his d[illegible]us fieret luſtratio, quia in 7. diebus luna facit quadraturam cum ſole a tempore conuentionis, & in 3. diebus fit, quaſi dimidium quadraturæ, & quia luna eſt mater humidorum, & iſta aſperſio fiebat in aqua, quę eſt humida, volebant q̃ tunc luna influeret ad hoc, q̃ iſta aſperſio proficeret. Sed iſta ridicula ſũt. & contra obſeruationem datam hebræis, quia gentes colebant aſtra, maxime ſeptem planetas ad quos colẽdos erant Iudæi valde prompti, ideo multum prohibetur iſte cultus, immo inbetur ne eleuent oculos ſuos ad cęlum conſiderando attente pulchritudinem aſtri, ne decepti colant illud, tanquam Deum, cuius aſtri, Deut.c.4. dare autem eis aliquam obſeruationem per quam reſpicere deberent planetas, & crederẽt ſe per eorum operationem bona talia recipere periculoſum erat, ideo vetuit dominus per Ieremiam ne aliquid tale conſiderarent. c.10.ſ. iuxta vias gentium nolite diſcere, & a ſignis cęli nolite metuere, quæ timent gentes, quoniam leges populorum vanæ ſunt, non eſt ergo tale credendum.

Item ſigna, quæ ponuntur in lege, aut ponuntur ad rememorandum, aliquid pręteritum, vt comedere azyma cum agno paſchali, quæ ſignant feſtinationem exitus de Aegypto, in qua non potuit panis fermentari Exod.c.12. aut ſunt de futuro ſignificantia. ſ. pro re pore Meſſiæ, & in iſtis abundat lex: nulla autem iſtarũ ſignificationum põt eſſe, ſi iſti dies ſignificent motũ lunæ, & quadraturam eius, quia nihil prætęritum in lu na rememorant, nec aliquid futurum prænoſticant, aliqua

aliqua ſunt ſigna de præſenti, & iſta ſemp referunt ad eãm agentẽ, vt aſperſio ſeptenna ſanguinis ꝯ ppitiatorium ſignat Deum vniuerſa peccata remittentem pro quibus tunc immolatur ei victima: nõ poteſt aũt talis ſignificatio dari in luna, quia luna habet ſolã cauſalitatem naturalem, & abſolutam in corporibus: iſta aũt immunditia eſt quędam irregularitas inducta ex voluntate legislatoris: non quidem abſolute, ſed in comparatione ad Sanctuariũ: ſi aũt eſſet iſta immunditia aliquid a natura cauſatũ, ſicut fluxus, & refluxus maris, & humiditates medullarum, & vniuerſaliter ſuper omne humidum haberet luna efficaciã tpibus ſuis, ſicut in quibuſdam quadraturis fit fortior fluxus maris, & in alijs fit fortior refluxus, de his, & de alijs poteſtatibus lunę dictum eſt Gen.8.cap. Ridiculum autem eſt ea, quę ſunt pure voluntaria reducere ad leges cauſarum mere naturalium.

Item dato, q̃ luna haberet aliquã poteſtatẽ in actionibus voluntarijs, tamen nõ conuenit aſſignatio iſtorum, quia iſti dicũt, ideo dari ſeptem dies, quia in illis fit quaſi vna quadratura ſecundum medium motum, hoc autẽ ſtaret ſi forte computarentẽ iſti ſeptem dies a quadratura in quadraturã, vbi eſt vniformis effectus lunę, cõputabantur tñ a die in quo aliquis incurrerat immunditiam, & quia iſti aliquando inciperent cum quadratura lunę, & aliquando in medio quadraturę, & ſic vario modo, ſequeretur, quòd luna in quibuſdã non cooperaretur ad purificationẽ, in alijs aũt ſic, quia non habet in omnibus diebus eandem efficaciã operandi, ſed variatur ſecundũ aſpectũ ſolis, & acceſſum, & receſſum, ideo non ſtat, q̃ propter quadraturã lunę ponãtur 7. dies, & propter dimidiam quadraturę tres dies. Item quia hoc modo magis debuiſſet obſeruari hoc in alijs purificationibus, quę fiebant lauando corpora, & veſtes, quia ibi eſt maius dominium lunę cum ſit verior, & maior humiditas, non commixtis cineribus deſiccantibus, ſed hoc non tenet, quia illa purificatio fiebat ad occaſum ſolis eadem die, in qua trahebatur immunditia, ergo non datur hic ſp[illegible] ſeptem dierum propter lunam.

Dicendum eſt, q̃ nõ poteſt dari ratio determinata de aſſignatione 7. dierum, quia poſitiua non ſemper habent cauſam, ſed cauſa eſt voluntas condentis, dum non fit contra rationem. maxime, quia ſi in poſitiuis aliquando ratio ſignari poteſt, in pręfixione tñ terminorum nunquam poteſt ratio aſſignari totaliter, licet enim ad pręſcribendum ratio aliqua aſſignari poſſit, ſed quare magis in 10. annis, quam in nouẽ, & dimidio, ratio dari non poterit: dato enim quocunque termino in minori aliquantulum, vel maiori, ſatis bene fieret, vt ſi addatur, vel minuatur vna dies, vel vna hora, ideo ſola voluntas condentis in talibus ſufficiens cauſa eſt. *Et ſic mundabitur*. Ideſt ſic complebitur mundificatio eius, quaſi dicat poſtquam aliquis immũdus ſuper mortuo aſperſus fuerit die 3. & 7. totaliter mundificatus eſt, ita vt nihil ſibi reſtet agendum.

Si die 3. aſperſus non fuerit 7. non poterit mundari. Ideſt ſi aliquis immũdus ſuper mortuo, qui debebat ſe 3. die facere aſpgi aqua illa, & non aſperſerit ex ignorantia, vel obliuione, vel alio caſu quocunque, etiam ſi poſtea die ſeptimo, vellet ſe mundificare, non mundificabatur enim ſi quolibet die milleſies aſpergeret, & ſic aliquis non purificatur die tertio, per obliuionem vellet poſtea die ſeptimo, expiari, contra legem agebat, nec carebat culpa: cum lex diceret, quòd amplius non poſſet purificari.

Qui non purificauit ſe die tertio quid facturus eſſet, & quomodo tollebatur immunditia. Quæſt. XVI.

QVid ergo fiet, quia iſte manebit immũdus, & non poterit accedere ad atrium tabernaculi ad offerendum, vel ad aliquid ſanctificatũ, nec poterat comedere de agno paſcha li[illegible]de primo patet Leui.c.15. de ſecundo ſupra cap.9.

Videtur ad hoc reſpondendum, q̃ iſte, qui non purificauit ſe die 3. aut omiſit ex ignorantia, vel obliuione, ita vt peccatum ſit aliquo modo non voluntariũ, aut erat omiſſio iſta ex cõtemptu legis. ſi primo modo recurretur ad regulam poſitam Leui.c.5.ſ. q̃ anima, quę tangeret aliquid immundum, & obliuiſceretur.ſ. vt non faceret purgationem debitam in tẽpore ſuo, & poſtea recordata fuerit immunditię ſuę, tenebitur de delicto, ideſt q̃ omiſerit facere, quod tenebatur: & ſubiũgitur ad expiationem huius delicti, quòd offerat capram iuxta formam, quę habetur ibi, & ſic mundabitur. Si autem aliquis ex contẽptu omitteret purgationem, hoc erat peccatum graue, & nõ dimittebatur holocauſtis, ſed ſola cordis contritione, & ſic poſtea poterat intrare Sanctuarium: ſed in hoc diſtinguendũ eſt, quia aut iſte contemptus erat publicus, ita q̃ diceret immundus, q̃ nollet purgari, & tunc tanq̃ contemptor legis debebat occidi, & in iſto caſu intelligitur ſupra c.15. anima, quę per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis, ſiue peregrinus ille ſit, quoniã aduerſus Dominũ rebellis fuit. peribit de populo ſuo. ſi aũt iſte cõtemptus erat occultus, aut iſte homo poſtea dolebat de contemptu illo, aut non, ſi non doleret, Deus odiebat illum, quia iudices non poterant ibi aliq[illegible]facere, cum non conſtaret de contemptu. ſi aũ[illegible] contemptum doleret iſte, qui contempſerat, remittebatur delictum, & poterat introire licite in ſanctuarium, nec obligabatur facere aliquod ſacrificiũ, ſicut ille, qui omiſerat purgationem ex obliuione. Et cauſa eſt, quia forma legis erat tenenda, lex aũt ſolum voluit offerri illud ſacrificium, pro omittentibus per obliuionem, ergo non debebat recipi pro omittẽtibus ex contemptu, vnde fiebat in hoc vnum mirabile, q̃ ſi aliquis ſolum corporaliter immundus, & contemnendo legem Dei non purificaretur, poterat introire in Sanctuarium, vel quicunque eſſet in peccato mortali poterat illuc introire, & non moriebatur. ſi aũt eſſet immundus corporaliter ſolum, non poterat ingredi, alioquin moriebatur Leui.c.15. ratio diuerſitatis eſt, quia immunditia corporalis ſolũ erat quędam irregularitas, quæ non erat de ſe culpa, ideo ſolum poterat excludere ab ingreſſu Sanctuarij: peccatum vero mortale excludit a vita ęterna, & ſic eſt in bigamia, ſiquis enim mille meretricibus carnaliter commiſceatur, ordinari poteſt, nec bigamus efficitur, ſiquis autem vnicam ſolam viduam vxorem duxerit, ordinari nõ poteſt: ratio, q̃ in coitu meretricio ęterna mors infligitur. pro contractu autem cum vidua, ſiue cum duabus virginibus, non promotionis pœna imponitur. Sed adhuc manet dubium de illo, qui in 3. die non purificatus eſt, & non poteſt purificari in 7. an maneat in eo poſtea iſta immũditia, ſiue per obliuionem, ſiue per contemptum fecerit?

Dicendum q̃ poſtquam aliquis non e[illegible]undaretur in 3. die, non manebat in eo immunditia aliqua, ideo ſiue per obliuionem, ſiue per contemptum feciſſet mundus erat, ita quòd licet accederet ad res ſacras nõ cõtaminabat ex hoc illas, nec efficiebat reus alicuius criminis, quia accedebat ad illas, & hoc, quia iſta immunditia erat legalis, ſi enim naturalis eſſet, ſemper maneret quouſque expiaretur, quia tamen erat per ſolam legis ęſtimationem, cum lex deſineret ęſtimare

eam

Universidad de Deusto Biblioteca

eam esse immunditiam, desinebat esse immūditia, sed post tertium diem lex desinebat ęstimare istam esse immunditiam, si non expiaretur, ergo iam non erat immunditia, sed commutabatur in alterū genus maioris erroris, scilicet in delictum per obliuionem, vel in peccatum per contemptum.

Sed aliquis dicet, ꝙ ista coinquinatio semper manebat si non expiaretur die 3. & 7. quia dicitur infra peribit ex Israel, quia qui aqua expiationis non est aspersus immundus erit, & manebit spurcitia eius sup eū.

Respondendum est, ꝙ manebat immunditia sup aliquem. i. pœna debita pro immunditia non expiata tempore suo, sed non manebat ipsa immunditia: nam necesse est, ꝙ tolleretur aliqñ. Cum enim aliquis recordaretur, ꝙ non se expiauerat tempore debito, & offerret propter hoc sacrificium pro delicto, ab immunditia erat immunis, aliàs non admitteretur ad offerendum, quia offerebat in Sanctuarium ad ostiū tabernaculi: hoc tamen non permittebatur, nisi mundis, ideo etiam antequam iste offerret iam erat mundus: etiam de illo, qui peccauerat per contemptū necesse erat, ꝙ aliquando tolleretur, alioquin nunquam liceret ei celebrare phase, nec accedere ad aliqua sacra, quod est absurdum, & defectus legis. s. ꝙ iste nunq̃ admitteretur ad cultum diuinum, etiam si satisfacere vellet quomodocunque: nam nihil differret tunc a gentilibus, qui nullo modo communicabant ritui Iudaico.

Item alij nescientes de immunditia huius cogerēt eum ad actus legales, vt ad celebrationē phase, & omnia alia, & ipse non posset se excusare, ideo videretur maxima perplexio, & deordinatio legis si non expiaretur macula illa, ideo dicendum, ꝙ in tertia die si nō expiaretur desinebat esse, sed succedebat ei peccatum per obliuionem, vel per contemptum, vt dictum est.

Omnis quæ tetigerit humanæ animæ morticinum. Idest qui tetigerit cadauer hominis, non solum intelligitur de tangente, sed etiā de omnibus, qui aliquo modo polluūtur super mortuo. s. de comitantibus funera, & de introeūtibus in tabernaculum hominis mortui, & similibus, de quibus infra. dicitur morticinum hominis ad differentiam cadauerum brutorum, quia licet ex contactu illorum efficiatur homo immundus, tñ nō durabat illa immunditia tanto tempore quanto immunditia contracta super cadauer hominis, & accipit morticinum non solum pro eo, quod per se moritur, sed etiam ꝓ eo, quod ab alio occisum est, nam in hominibus nihil differebat, quod per se moreretur, vel ab alijs occideretur, quia vtroque modo tangentes cadauer erant immundi 7. diebus, differebat autē hoc in pecoribus licitis ad cibum, nam si per se morerent̄, tangens illa esset immundus, si autem occiderentur ad cibum, tangentes ea post mortem, non erant immundi, vt declaratum est Leui. c. 11.

Quid dicatur morticinum humanę aiæ.

Dicitur hic morticinum humanę animę. i. cadauer hominis mortui, quia accipitur hic anima non ꝓ spiritu, sed pro persona, vel indiuiduo, & sic dicitur multoties, ꝙ 70. animę egressę sunt de femore Iacob, Gene. 46. & Exo. c. 1. tamen non potest ibi accipi anima pro spiritu, sed pro homine.

Et aspersus hac commixtione non fuerit. Vocatur commixtio aspergendum, quia cineres vitulę commiscebantur aquā, & illa aspergebatur super immundos.

Polluet tabernaculum Domini. i. si aliquis immundus anteq̃ expiaretur introiret in Sanctuarium pollueret illud, non quidem, ꝙ causaretur aliqua immunditia in Sanctuario, quę esset legalis, vel naturalis egens expiatione, sicut erat in homine, vel in rebus suis, sed causabatur immunditia inquantum quędam irreuerentia irrogabatur Sanctuario ingredientibus illuc hominibus immundis. Et non solum erat hic ista pollutio in contaminatione super mortuos, sed ēt si quis quacunque alia immunditia inquinatus anteq̃ expiaret accederet ad Sanctuarium peribat, & polluebat Sanctuarium, Leui. c. 15. cum dr̄. docebitis, ergo filios Israel, vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos. *Et peribit ex Israel.* i. qui immundus accesserit ad Sāctuarium peribit: magna. n. erat culpa, ꝙ aliquis immunditiam passus nō expiaretur, & tñ maior erat si introiret in Sanctuarium, ideo dr̄, quòd peribit ex Israel. Pro quo sciendum, ꝙ ille, qui introibat in Sanctuarium exiens immundus, aut sciebat se esse immūdum, aut non, si non sciebat, vtpote quia oblitus fuerat, non imputabatur ei, & tñ postea cum recordaret̄, tenebatur reus delicti. s. ꝙ offerret pro peccato suo capram, vt patet Leui. c. 5. si autem sciebat se esse pollutum, & introire volebat in Sanctuarium, aut erat notorium eum esse immundum, aut non. si primo modo debebat occidi tanq̃ contemptor publicus, & destructor legis, quia inobediens legi volebat polluere Sanctuarium. si aūt non esset immunditia sua notoria, & contemneret, non poterat sibi infligi pœna a iudicibus, quia non poterat constare, ꝙ ille per contemptum legis introisset immundus in Sanctuarium, ideo tunc relinquebatur pęna Deo. Et dr̄, ꝙ peribat homo ille ex Israel, quia Deus faciebat eum perire, tradendo in multas calamitates, & mortem, nisi pro contemptu illo doluisset, & tñ dato, quòd doleret nō debebat expiari peccatum suum per sacrificium, vel aliquam cęremoniam legalem cum fecisset per contēptū, & pertinebat hoc ad genus veri peccati, quod non expiabatur per cęremonias legales.

Pœna immundi intrantis in Sanctuarium.

Qui aqua expiationis non est aspersus immundus erit. Refertur ad superiora. s. ꝙ ille, qui inciderat immunditiā tangendo cadauer, erit immundus, si non aspergitur aqua: non quidem, ꝙ reputetur immundus quantum ad legalem immūditiam, sed habebat alterum genus immunditię. s. pctm̄ per obliuionem, vel peccatū per contemptum. vtrunque aūt immunditia est, & maior, q̃ immunditia contracta ex tactu: nam pro immunditia illa sufficiebat aspersio cinerum non facto aliquo sacrificio, pro delicto aūt. s. omittere per obliuionem debebatur sacrificium, ideo maius erat: peccatū autē per contemptum erat immunditia maior his duabus, quia per illam erat homo dignus morte ęterna, & per duas priores nequaquam. *Et manebit spurcitia eius super eum.* Eadem sententia est. s. quòd immunditia huius erit in eo, quod intelligitur de pęna, vel peccato. s. ꝙ manebit in eo obligatio ad pęnam pro contracta immunditia, & non expiata, vel manebit obligatio ad faciendum sacrificium cum recordatus fuerit immunditię suę, & toto hoc tempore iudicant isti immundi, non quidem quantum ad hoc, ꝙ illicitum sit eis accedere ad res sacras, quia ista immunditia immediate desijt esse, cum adueniente tempore purgationis nō expiata est, sed vocatur immundus quilibet horum ꝓpter obligationē causatam ex immunditia pręterita.

An immunditia vet. test. esset peccatum, & an esset necesse tunc homines fieri aliquando immundos, quòd si non fierēt peccassent. Quæst. XVII.

QVAERET aliquis an immunditia ista legalis esset peccatum? Respondendum est, quòd immunditia erat duplex, quędam erat naturalis, sicut esse leprosum, & fluentē semine, & mulierem esse menstruatā. Alia erat legalis. s. q̃ solū dicebat̄ immunditia, quia lex cā sic ęstimabat, & dabat illi efficaciā arcēdi hoīes a Sanctuario. de prima satis patet, quòd non sit pctm̄, quia est quedā ęgritudo, & penitus inuoluntaria, iō in talibus nemo ponet pctm̄. de immunditia aūt legali est maius dubiū, quia illa est ɔcta voluntarie, cū sit per actum nostrū. Sed ad hoc rñdendum est, quòd non pōt dici oēs immunditias legales esse peccata, sed magis quasdā earū proficere ad virtutē, & obligari hominē ad illas, ita quòd si caueret eas, peccaret mortaliter. sic patet de immūditia causata super mortuo, quęcunque. n. mortuum tangeret quilibet de Iudęis efficiebat̄ immundus, ēt si patrē, vel matrē Leui. c. 21. & tñ laudabile erat, quòd aliqs committeret funera pr̄is, vel matris, immo si ista ɔ̄temnat durus valde est, & ɔ̄ oēm pietatem naturalē mortaliter peccat: cum tñ ista faceret ɔtaminabatur, ergo incurrere immūditiā erat hic opus virtutis, nec solum hoc in parētibus, vbi ex lege naturę obligamur ad impendendum honorem, sed ēt in extraneis laudabile erat præstare obsequiū funeri, & valde virtuosum. vñ Tobias in hoc potissime excellens visus est, ꝙ cōtra regis iussa mortuos sepeliebat, & postea angelus Domini dixit ei, qñ ipse sepeliebat mortuos, exaudita est oratio sua Tobię. c. 12. manifestū tñ est, ꝙ Tobias incurrebat immunditiā, qñ faciebat hoc, qa erat de gēte Iudęorum, & tenebatur ad cęremonias eorum: sic etiam patet in quibusdam alijs. s. siquis accederet ad vxorem suam quocunque modo, erat immundus, & tenebatur lauari Leui. c. 15. & tñ interdum erat obligatio ad hoc, ꝙ vir tenetur reddere debitum vxori, & e contrario, & si alter eorum nollet reddere debitum ne incurreret immunditiam, peccabat mortaliter: nec solum in his, sed de omnibus immunditijs legalibus dicendum est, ꝙ nulla earum erat peccatum, sed in hoc erat peccatum siquis immundus existens accederet ad Sanctuarium. Et si arguatur, ꝙ istę erant prohibitę in lege, ideo qui faceret contra prohibitionē peccabat. Respondetur ꝙ non erāt prohibitę, sed declaratę. s. ꝙ Deus dedit doctrinā de omnibus immunditijs, vt homines scirent se expiare ab eis antequam accederent ad res sacras: tñ non vetuit aliquā earū, vt patet Leui. c. 11. & 15. vbi plurimę earum ponūtur: nā quęcunque earum vetaretur, tolleret multis ex opus pietatis, & interdū multa opera necessitatis, quia nulla immunditia erat, quę aliqñ necessaria non esset.

Sed arguet ɔ̄ hoc, quia summo sacerdoti non licebat contaminari super patre, vel matre, aut quocūque mortuo, & alijs sacerdotibus minoribus non licebat, nisi in certis personis. s. patre, & matre, filio, & filia, fratre, & sorore Leui. c. 21. Si aūt in alijs ɔtaminarent̄ peccabant. Rñdēdum est, ꝙ in istis nō erat peccatū, ꝙ ipsi cōtaminarētur, sed peccatum erat, quia fuerat eis vetita contaminatio, si ɔtaminarētur. Si aūt nō fuisset eis vetita, sicut in alijs, non incidissent in aliquā culpā, & sic pp ipsam ɔtaminationem pctm̄ nullum est. si tñ fuisset vetita omnibus, iā caderet sub peccato nō pp ipsum actum, sed pp prohibitionem: sacerdos autem summus, & alij minores si aliqñ ɔ̄ pręceptū legis polluerentur super aliquibus mortuis, expiari debebant ꝑ cęremonias communes, sed illa expiatio solum erat ad tollendum immunditiam, & non auferebat peccatum, quod incurrerant agendo ɔ̄ legis ꝓhibitionē.

Ista est lex hominis, qui moritur in tabernaculo. Nullā erat immūditia in qua plures coinquinarentur simul, quā contactus mortui, ad vnum. n. mortuum sequebatur immunditia plurimorum, & hoc fiebat multipliciter, sicut patet in litera, ideo ponitur lex qūo ɔ̄hatur ista immunditia, & qūo expietur, & dr̄ de homine moriēte in tabernaculo. i. in aliqua domo, nā siquis moriat̄ in agro non poterit causari immunditia multiplex, de qua hic, vt patet infra. *Omnes qui ingrediuntur tentorium eius.* Ista est immūditia, quā causabat mortuus in multos, quia omnes, qui intrabant in domum in qua iacebat cadauer erant immundi, & hoc intelligitur solū eo tpe quo cadauer manebat in domo: nam licet post mortem alicuius maneret tētorium 7. diebus immūdum, illi qui ingrediebantur, nō efficiebantur immūdi illis 7. diebus, sed solum cum erat ibi cadauer.

Et vniuersa vasa, quæ ibi sunt polluta erunt 7. diebus. Vocantur hic vasa omnia supellectilia, quę proficiunt ad vsum, sicut vasa vinaria, vel aquatica, & vasa ciborum, vestes aūt, & stramenta lectorum vocantur vasa, sed non ita proprie, ideo de illis est dubium an intelligat̄, quia infra dr̄ vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper immūdum erit, & hoc solum potest intelligi de vasis proprie dictis, & ad ista magis refertur, sed etiam de omnibus supellectilibus accipiendum est, vt infra patet.

Quare Iudæi cum aliquis moritur in domo, effundunt omnem aquam, quæ ibi fuerit. Et respectu cuius dicebantur esse immunda omnia vasa in domo in qua aliquis moriebatur. Quæst. XVIII.

EX hoc textu accipiunt Iudæi in consuetudinem, ꝙ qñ aliquis moritur in domo, effundūt totam aquā, quę erat in vasis extra domum, quia iudicant illam esse immundam. Sed quidam hoc ex simplicitate agunt, existimantes animam de corpore nouiter egressam lauari in aqua, & illam suo contactu inficere, sed ad hoc non oportet instare, quia anima non habet aliquid r̄m, quod lauari possit, quia non est quantitatem habens. Alij aūt hoc faciūt existimantes se obligatos a lege. Sed aliqñ non sunt obligati: nam si vas aquaticum habuerit operculum, vel ligaturam, non est ipsum immūdum, nec id quod in eo est, ideo magis interdum ex simplicitate aquam illam effundunt, quam ex legis obligatione, aut similitudine obligationis, q̃q̃ de hoc, an Iudęi nunc sint obligati obseruare istas cęremonias, infra dicetur.

De ista immunditia vasorum per 7. dies aliqui volunt, ꝙ esset respectu Sanctuarij. s. ꝙ per 7. dies nihil posset deferri in vasis illis ad Sanctuarium. Sed non multū videt̄ rationabile, quia talia vasa raro, vel nunq̃ deferebantur in Sanctuarium. Item quia tentorium, vel domus, in qua aliquis moreret̄, erant immunda, sed hoc non pōt intelligi respectu Sanctuarij, quia talia in Sanctuariū impossibile erat deferri. Item si immunditia vasorum esset respectu Sanctuarij, homines tangentes illa non efficerent̄ immundi, sed fiebant, quia ille, qui tangebat tentorium, in quo erat homo mortuus, etiam si non tangeret mortuum, nec introiret in ipsum tentorium, erat immundus, vt patet in litera. sic etiam erat de vasis immundis ex alijs causis, vt siquis tangeret lectum, vel sedile, aut vestes viri semine fluentis, vel mulieris menstruatę, incurrebat. n. immunditiam, patet Leui. c. 15. Ideo dicendum, ꝙ vasa, quę erant in tentorio, in quo moriebatur aliquis, & ipsum tentorium, quę intra erant 7. diebus erant polluta respectu vsus humani. s. ꝙ non poterant in illis diebus applicari vsibus humanis, & in hoc videtur, ꝙ immunditia vasorum extenderet se ad plura, quam immunditia hominis contracta ex eadē causā: nā homo immundus per tactū mortui non faciebat alios immundos, quos tangeret. vasa aūt inquinata polluebant homines tangentes, vt dictum est, & istud erat rationabile: alioquin immunditia nihil efficeret in vase: nam in homine immunditia q̃tumcunque parua esset, arcebat eum ab ingressu Sanctuarij, & ab omnibus sacris. si aūt vas immundum non faceret immundos tangētes se, ita ꝙ licite posset applicari vsibus humanis, nihil differret vas esse mūdum, vel immundū,

ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo debuit ei dari, ꝙ vas immundum pollueret tangentem, & non applicaretur licitè vsibus humanis. homines autem immundi non faciebant immundos alios tangentes se, nisi essent immundi naturaliter, vt leprosi, vel fluentes semine, mulier menstruata. ista vasa eodem modo expiabantur in 3. & 7. die sicut homines, vt patet infra. pecora autem, & iumenta licet starent in tentorio, in quo aliquis moreretur, vel tangerent ipsum mortuum, non erant immũda, quia lex de illis non diffiniuit: obligatio tñ in cęremonialibus non extenditur ad plura, q̃ lex diffinierit, nec in istis multum valet argumentum a simili, quia non multũ hic ratio, sed voluntas condentis attenditur, cum non sint talia, quę habeant aliquam rationem vrgentem, vel saltem qualemcunque coloratam, de modo autẽ expiandi omnia ista vasa patet infra.

Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper immundum erit. Istud non videtur referri ad vasa, sed ad id, quod continebatur in vasis propter duo. primo quia supra dixerat tentorium, & omnia, quę erant in illo immunda esse. si aũt nunc intelligeretur istud de immũditia vasorum, sequeretur, ꝙ sola vasa, quę erãt sine operculo erant immunda, sed non conuenit.

Dicet tñ aliquis, ꝙ licet hoc intelligi de solis vasis non habentibus operimentum, nec ligaturam, quia q̃q̃ supra positum fuerit vniuersaliter, tñ propositio vniuersalis debet intelligi fm, ꝙ ipsa lex limitat eam, sed hic videtur limitare immunditiam eorum, quę sunt in tentorio ad solam immunditiam vasorum nõ habentium operculum, nec ligaturam. ergo de his solis intelligetur. Dicendum ꝙ non limitat lex propositionem vniuersalem ad istum casum sed vt immediate declarabitur. secundo patet, ꝙ non intelligãt de immunditia vasorum, quia dr. vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam, quantum ad ipsum vas nihil differt habere ista, quia solum ponunt pp ea, quę continent, vt mundius ꝺseruent, ideo intelliget de cõtentis in vase, ꝙ si habuerit operculũ, vel ligaturam id, quod ibi fuerit mundum est, si non habuerit, id quod intra cõtinet fiet immundũ. Item patet hoc, quia infra dr, ꝙ tabernaculum, in quo aliquis moriebat, & tota supellex, quę intus erat, aspergebatur aqua lustrationis 3. & 7. die, & hoc modo fiebant munda, sed nihil debebat aspergi, nisi immundum: ergo si sola vasa non hñtia operculum, nec ligaturam incurrerẽt immunditiam, ipsa sola aspergent, iõ dicẽdũ necessario, ꝙ istud de vase hñte operculũ, & ligaturã intelligitur quantũ ad ea, quę continebant in vase, ꝙ essent munda, vel immunda. Nam si vasa vinaria, vel aquatica non haberent operculum, tpe quo moriebatur aliquis in domo, efficiebatur vinum immundum, si aũt haberet operculum, quamquam vasa efficerent immunda, in quibus continebatur vinum, non erat immundum ipsum.

An vasa vinaria si essent sine operculo in domo in qua aliquis moriebatur, & incurrerent immunditiam possent mundari, vel oportebat effundi vinum.
Quæst. XIX.

SED hoc est dubium si contingeret vasa vinaria esse sine operculo, & pollui: an postea, q̃n vniuersa, quę sunt in tabernaculo per aspersionem aquarum lustrationis mundantur, vinum mundaretur, ita vt esset licitum ad potum? Rñdebit aliquis, ꝙ efficiebatur licitum per aspersionem aquarum: nam sicut cętera mundabantur, quamquam immunda fuissent, ita & vinum mundaretur. Rñdendũ est, ꝙ si polluereture aqua, vel vinum vase existẽte sine operculo, vel ligatura, efficiebantur totaliter illicita ad porum, nec per aspersionem aquę lustrationis mũdabatur. sic enim colligitur Leui. 11. c. vbi dr de pollutione vasorum, & fit differẽtia inter ipsa vasa, quę erãt dura, & liquores, qui continebãtur in eis. s. ꝙ vasa poterant fieri immunda, & postea mundari, de liquoribus aũt dr, ꝙ erunt simpliciter immundi, & de cibis liquidis: quamquã ergo illud sit in alijs pollutionibus, tñ in ista conformiter dicendum est, ꝙ vasa vinaria, & aquatica post immunditiam poterant mundari. vina tñ, & alij liquores, cum efficerentur immunda, non poterant mundari, & pp hoc expressum est specialiter de vase non habente operculum, nec ligaturam: nam si omnia eodem modo immunda fierent, & mũditiam acquirerent, sufficiebat dixisse, ꝙ omnia, quæ erant in tabernaculo hominis morientis erãt immũda 7. diebus: de liquoribus ergo intelligitur, ꝙ essent immundi simpliciter. *Siquis in agro tetigerit cadauer.* Ista est alia pollutio super mortuo, vt si aliquis volũtarię, vel a casu tãgeret cadauer in agro, efficeretur immũdus, & eodem modo 7. diebus esset immundus, sicut in prioribus immũditijs. *Occisi hominis, aut per se mortui.* Nihil differebat in homine mortuo, ꝙ alius occidisset eum, vel ꝙ ipse moreretur, & ista est regula generalis quantum ad omnes immũditias pp animalia, quæ nõ licebant ad esum, in pecoribus. n. differebat esse occisum, vel mortuum, sed in hominibus, vel in brutis non licitis ad esum quomodocunque morerentur, tangentes illa erant immundi, vt colligit Leui. cap. 11.

Siue os illius, aut sepulchrum. Idest non solum si tangeretur cadauer, sed etiam si essent ossa arida dispersa per agros, & tangeret quis illa, ęqualem immunditiã incurrebat: idem si tãgeret sepulchrum. omnia. n. hęc reputabantur ęqualiter immunda secundum legem.

Immundus erit 7. diebus. Idest quęlibet immunditia harum durabat 7. diebus: non enim poterat quispiam commaculari leuius super mortuo, quam vt esset 7. dierus immundus.

Quare corpora Christianorum in ecclesijs sepeliuntur, cum Deus inferius quòd immundi super mortuo non tangerent, saltem non accederent ad Sanctuarium. Et quare non licebat immundum accedere ad Sanctuarium vet test. & nunc ad ecclesiam licet. Et quæ sit vtilitas sepulturæ. Et in qua magis consistat ratio differentiæ inter vetus, & nouum testamentum.
Quæst. XX.

DE hoc, quod dr de sepulchro aliqui dubitãt cum tangentes sepulchra essent immundi, quare in ecclesia defunctorum corpora tumulantur? Leuis est rñsio, quia aut dubitat de hoc, quia talis tumulatio est ꝺ istam legem, & tũc rñdeo, ꝙ ideo in ecclesia sepelimur, quia non circumcidimur, nec sabbatum obseruamus, magis. n. erãt ista in lege necessaria, quam lex de purificatione, sed cęremonialia erant, ideo abolita sunt, & ita factum est, vt ea, quæ olim erant illi populo ad salutẽ necessaria, sint nunc mortis perpetuę inductiua. Si aũt dubitatur de hoc, quia sepulchra defunctorum fętida sunt. Rñdetur, ꝙ alia fętidiora videmus quotidie, quam sint sepulchra fidelium cooperta. Christus Iesus nouus homo non tantum curauit salutem corporum, quãtum bonam habitudinem animorũ. sicut enim, quę per os intrant hominem non coinquinant, quia in ventrem descendunt, & per secessum vadunt. Mat. 16. c. sic, quę odoratum tangunt, animam nullatenus inficiunt, & a fortiori, quia quę in ventrem intrant interius naturã transmutãt, cum in substantiam humani corporis cõuertantur, quę autem odorantur solas nares offendũt, inconueniens ergo nullum videtur, aut valde paruum defunctorum corpora in ecclesijs tumulari.

Rursus

Rursus autẽ magna vtilitas in his apparet, nam cũ catholici ad solennitatem celebrationem, & quotidiana sacra ecclesias frequentent: videntes ibi charorum suorum tumulos, magna eis orandi pro illis incitamenta sunt, quod nequaquã sequeretur, si sepulchra extra vrbes in montibus, & agris iuxta antiquorum morem statuerentur. hoc solum autem catholicorũ corda mouit, vt defunctorum suorum corpora, aut intra ecclesias ipsas, aut in earum circuitu tumularẽt, ita vt eis eorũ leuiter memoria fieret. antiquis enim, quibus de animabus a corpore solutis cura nulla, aut parua erat, mos fuit extra vrbes sepulchrorum constituere loca, quod nõ irrationabiliter ab ecclesia immutatum est. Quidam autem satis sapiens, vt sibi videbatur dixit, ꝙ quamquam in lege veteri extra Sãctuarium tumularentur omnes defuncti, tñ quia corpora Christianorum sunt sanctificata propter sacramenta, quę susceperunt, rationabile fuit illa intra ecclesias sepeliri. Sed hoc ridiculum est. Quid enim corpus Christiani mortui amplius hẽt a corpore Iudęi? lex enim aut professio euangelica in animo, & non in corpore est, ideo anima resoluta a corpore, corpus illud perfectionis nihil habet propter sacramenta susceptа, quia nullum eorum signaculum ibi manet: immo si tunc sacramenta adhiberi possent, nihil perfectionis corporibus illis præstarent. Immo ex hac causa magis deberent Iudęi sepeliri in Sanctuario, quam sepeliant Christiani in ecclesijs: nam signacula sacramentorum ipsorum erant corporalia, cum ipsa sacramenta corporalia essent, & soluta anima a corpore, sacramentorum signacula manent. i. signaculum circuncisionis, ideo ex hac parte (vt non mordaciter dicam) digniora viderẽtur corpora Iudęorũ: sed non solũ non sepeliebant in Sanctuario, sed ẽt tangẽtes sepulchra non poterãt tãgere Sanctuariũ, iõ ex hac causa Christianis intra ecclesias sepeliri non licuit. Nec etiam siquis dicat eos valde dilectos a Deo: nã non minus Iudęi a Deo suo tempore dilecti sunt, cum in eis solis Deus manifestaretur: potissime quia licet Christiani a Deo multũ diligerentur, nihil de cadaueribus cura erat. sola non sunt ista, quę Deus in nobis diligit, sed imaginem suã, quam in nobis creauit, Charitatem; fidem, & spem; quibus a nobis colitur, de qbus nihil in cadauere manet. Et quod amplius est, siue diligat, siue non diligat; lex de catholicis in ecclesia tumulandis a Christo data non est, sed ecclesia hoc instituit.

Ratio autem differentię magis consistit in hoc, qa ea, quę erant in veteri testamento, non habebant aliquid solidum, dicente Apostolo ad Hebrę. c. 7. nemini ad perfectum deduxit lex, sed erant quasi quędã puerilia rudimẽta, quibus inducebãtur Iudæi ad expectandum statum perfectum, qui erat in nouo testamẽto dicente Apostolo ad Gal. c. 4. quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitũ tẽpus a patre: ita & nos cũ essemus paruuli sub elementis mundi huius eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis, &c. quę dicuntur de comparatione noui, & veteris testamenti. Ad hoc ergo, ꝙ ea, quę in veteri testamento infirma erant in aliquali cultus Dei, qui illi tempori conueniebat, debuerunt multę cęremonię esse ad captandum reuerentiam, vbi reuerentia naturalis non erat, sicut mulieri non pulchræ ab extra pulchritudo quęritur: ei autem, quę naturalem habet ornatum, nullus ab extra necessarius ornatus est. In nouo autem testamento omnia sunt solida, quia in eis manifesta veritas, & non vmbratilis figura cernitur, ideo non indiguit exteriori reuerẽtia, quia in se sufficientem habet. Et ob hoc non sunt necessarię tot cęremonię reuerentię, sicut erant in veteri testamento. Si enim permisisset Deus mortuos sepeliri in Sanctuario, & illuc quoscunque immundos accedere, faciliter omnia ministeria veteris cultus cõtemnerentur, quia illa nihil erãt, nisi in quanta auctoritate tenebantur. mysteria autem noui testamenti in quibus Christus Deus, & homo vere est: prẽter omnẽ opinionem in seipsis eminentissimam habent dignitatem, ideo licet exterius nulla cęremonialis adhibeat reuerentia, horum mysteriorum dignitas non cassat, & sic licet in ecclesia mortui sepeliantur, & quicũque immundi eam tangant, mysteriorum eius nunquam sequitur indiguitas, quod facillime fuisset in veteri testamento.

Nec obijci potest ex hoc, ꝙ nos indigniorem faciamus ecclesiam nostram, quam Deus fecerit Sanctuarium in veteri testamento: nam ipse immundos ex ꝙ tactu mortuorum ad Sanctuarium accedere vetuit; nos autem ipsorum defunctorum corpora intra ecclesias permittimus tumulari: immo ex hoc multo digniorem ecclesiam nostram illo vmbratili Sãctuario ostendimus, illud tactu cuiuslibet hominis immũdi polluebatur; ista autem ipsius immunditię aggregatione non fędatur. Hic non dicebatur de immunditia causata in comitantibus funera. Nam prẽter istos omnes connotatus erat aliud genus immunditię, scilicet siquis iret ad exequias mortuorum plangendo, vel alias comitando, & ista immunditia prohibetur sacerdotibus Leuiti. c. 21. & illa durabat per 7. dies, sicut quęlibet alia, quia nulla recipiebatur minor super mortuo, quam 7. dierum.

Tollent de cineribus. Supra ponebatur modus cõtrahendę immunditię, hic ponitur modus illius expiandę. est aspersione facienda super immundos, scilicet accipient Iudęi cineres in vase commiscẽdo aqua, & inde aspergerent super omnes immundos, & dr, ꝙ tollerent de cineribus combustionis, scilicet vitulę combustę, quia illi erant extra castra in loco purissimo, immundi aũt ibant illuc, vt purgarentur, vel ferebantur cineres in castra, & ibi fiebat purgatio.

Atque peccati. Idest tollent de cineribus combustionis, & peccati, isti cineres vitulę vocantur cineres cõbustionis, quia vitula combusta erat. vocabantur cineres peccati, quia vacca pro peccato combusta erat, vt patet supra, idest pro immunditia expiãda, quę vocatur large peccatum.

Et mittent aquas viuas super eos in vase. Idest non referebat an prius reponerentur aquę in vas, vel prius cineres, dumtamen fieret commixtio cineris, & aquę. Et dicitur de aquis viuentibus, de manãtibus, vel fluẽtibus, vt sunt aquę fontales, pureales, vel fluuiales, non aũt de cisterna, vel stagnis, & lacubus, quia nõ manet ibi aqua viua, sed limositatem quandam contrahit. vnde non habet virtutem purgatiuam naturalẽ, sicut fluuiales aquę propter simplicitatem, & puritatem, ideo in omnibus purificationibus iubetur fieri lotio in aquis viuentibus. Leuitici. c. 14.

In quibus cum homo immundus intinxerit hyssopum. Iste erat ritus emundandi, scilicet quòd fieret aspersorium de hyssopo, & intincto illo in aquis mixtis, aspergebat homo mundus super immundos. est enim hyssopus herba quędam, de qua restes fiunt, nec est alia arbor, vel herba, de qua meliora fiant aspersoria, ideo in ecclesijs eis vtimur.

Asperget ex eo tentorium, & cuncta supellectilia. Hoc erat, quando domus contraxerat immunditiam propter aliquod ibi mortuum, totum enim tentorium aspergebatur, velut siquis aspergeret aquam benedictam per domos. aspergebantur etiam singulariter omnia supellectilia domus illius, quia polluta fuerant,

& hoc

Universidad de Deusto
Biblio

& hoc tam vasa, quam vestes, & generaliter quidquid erat in domo.

Et homines huiuscemodi contagione pollutos. Ista purificatio eodem modo fiebat in hominibus, & supellectilibus, & vtrisque die 3. & 7. & dicitur pollutus cõtagione, ideſt contactu, quia omnes immunditiam incurrunt tangendo mortuum, vel aliquod, quod erat in domo mortui.

Et hoc modo mundus lustrabit immundum. Ideſt iſte erit ritus quo aliquis immundus luſtrandus eſt. Luſtrare ſignificat mundare, illuminare, vel circuire, & inde dicuntur luſtra, ideſt circuitus, & ſunt ſpatia annorum 5. Dicitur etiam, quòd mundus purificabit immũdũ, quia nemo de immundis poterat aſpergere aquam luſtrationis ſuper cęteros, hoc autem erat ad reuerẽtiam huius aſperſionis: nam ſi cuilibet permitteretur luſtrare alium, illuſtraretur iſta luſtratione, & tamen iſte, qui aſpergebat aquam ſuper alios ex aſperſione fiebat immundus, quamquam ante eſſet mũdus. cauſa huius ſupra dicta eſt.

Tertio, & 7. die. Ideſt purificatio iſta fiet in die 3. & 7. & hoc tam in hominibus, quam in ſupellectilibus, ſed non fiebat totus ritus purificationis die tertio, ſolum enim aſpergebantur aquę, die autem ſeptimo fiebat aſperſio, & mundus lauabat veſtes, & corpus, quia ibi complebatur purificatio.

Expiatuſque die 7. lauabit ſe, & veſtimenta ſua. Ideſt facta expiatione per cineres in die 7. lauabit ſe immundus, & veſtes ſuas. hoc intelligitur de veſtibus, quas habebat, quando contraxit immunditiam, & iſta lotio nõ fiebat in aquis luſtrationis, quia illę ſolum erant ad aſpergendum, & non ad lauandum etiam, quia magis hominem polluerent, quam lauarent. iſta lotio non fiebat in ſupellectilibus, ſolũ enim iuſſerat legislator fieri illam in hoĩbus, & hoc, vt viderentur conſequi perfectius immunditiam, q̃ ſupellectilia. *Et mundus erit vſque ad veſperum.* i. poſtq̃ fuerit facta iſta lotio, & aſperſio, adhuc non erit homo mundus perfecte, ſed vſq; ad ſolis occaſum diei ſeptimi manet immũditia, ita q̃ ſi eſſet de ſacerdotibus, non liceret ei adhuc tota illa die miniſtrare, vel comedere de ſanctificatis: licebat aũt poſt ſolis occaſum. in hoc etiã apparet, quòd iſta munditia non erat realis, ſed legalis, ſicut etiã immũditia ſolum fuerat legalis. Nam ſi fuiſſet realiter ablata immunditia per cineres vitulę, vel per lotionẽ corporis, & veſtium in aquis, mox vt iſta lotio fieret cauſata eſſet munditia, ſed adhuc manebat homo immũdus vſque ad veſperum, & immediate poſt ſolis occaſum erat mundus nullo alio adhibito, ergo per ſolam legis ordinationẽ erant hic munditia, & immunditia: cętera aũt erãt cęremonialia, & dr̃ hic de homine immundo, q̃ lauaret veſtimẽta ſua, hoc. n. ipſe facere poterat, ſed aſpergere ſeipſum nõ poterat, & ſi aſperſiſſet nihil valebat aſperſio, ſed alius debebat poſtea eum aſpergere. *Siquis hoc ritu non fuerit expiatus.* Hic ponitur pœna eorum, qui omitterent iſtam expiationẽ. ſ. q̃ perirent de populo, & iubẽtur duo. ſ. ne quis omittat totaliter iſtam purificationem, & ne omittat ordinem illius, vel partem. Nam ſicut aliquis peccaret ſi contemneret expiari hoc modo, ita peccaret mutando ordinem, ſi primo lauaret veſtimenta, & corpus, & poſtea aſpergeretur aquis luſtrationis, vel ſi omitteret aliquid, vt ſi ſolum expiaretur aquis luſtrationis, & nollet lauare veſtimenta, & corpus.

Peribit anima illius de medio eccleſiæ. Ideſt peribit iſte homo de multitudine populi. Eccleſia enim congregationem ſignat: ſic enim dicit Ariſtot. 2. Politicorũ. capitu. tertio de politia Chalcedoniorum, quòd quędam politię faciunt eccleſiam, & quędam non, ideſt quędam faciunt congregationem, & aliq non. dicitur autem perire anima hominis, ideſt ipſe homo, ſcilicet quòd morietur, & hoc dupliciter, ſicut ſupra diſtinguebatur, quia aut publice aliquis contemnebat iſtũ ritum, vel partem illius, aut occultè, primo modo occidebatur a iudicibus, ſecundo modo occidebatur a Deo, ſecus autem ſi aliquis per obliuionem omiſiſſet iſtum ritum, quia tunc, aut poſtea recordabatur, aut non, ſi autem recordaretur poſt lapſum terminum tenebatur, ferre ſacrificium pro delicto ſuo. Leuitici capi. 5. ſi autem nũquam recordaretur non imputabatur ei ad pœnam.

Quia Sanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus. Hic aſſignatur cauſa quare iſti immundi peribunt, ſcilicet quia contaminauerunt Sanctuariũ, eo quòd non eſſent aſperſi aqua luſtrationis, non eſt tamen ſenſus, quòd omnis immundus ſuper mortuo non expians ſe, polluet Sanctuarium, quia iſta pollutio fiebat per ingreſſum: ergo immundi, qui non accedebant ad Sanctuarium non polluebant illud. Sed intelligitur iſta litera de eo, qui cõtempſit expiari, & poſtea introiuit in Sanctuarium non expiatus, quia dicitur contaminari Sanctuarium, cum maneat immũditia in ipſo, eodem modo dicitur de eo, qui incurrit immunditiam, & oblitus eſt expiare ſe, atque introiuit in Sanctuarium, quod polluit. non accipitur tamẽ hic pollutio proprie, quia Sanctuarium non poterat pollui, etiam dato, quòd poſſet pollui, iſti, qui omiſerant ex contemptu, vel obliuione purgationem, iam non erant immundi, vel legaliter elapſo termino, in quo debebant expiari, vt ſupra declaratum eſt, ſed dicebantur polluere Sanctuarium, quia irreuerenter introibant in illud, contemnentes leges purgationis, & pręceptum de non introeundo in Sanctuarium, iſtud autem faciebat eos reos pœnę, ſicut feciſſet ſi introirent immundi in Sanctuarium.

Et non eſt aqua luſtrationis aſperſus. Non ponitur iſtud quam aliqua cauſa erroris diſtincta a ſuperioribus: non polluebat aliquis Sanctuarium, quando ingrediebatur in illud, niſi quia non erat aſperſus aqua luſtrationis. non debet ergo legi copulatiuè, ſed poni-tur, & p[illegible] cum, ſcilicet polluit tabernaculum Domini, & ne[illegible] eſt aqua luſtrationis aſperſus, ideſt polluit cum non ſit aſperſus aqua luſtrationis.

Erit hoc pręceptum legitimum ſempiternum. Refertur ad ſuprapoſita de modo contrahendi immunditiam ſuper mortuo, & de modo expiandi eam, ſcilicet quòd iſtud pręceptum erit legitimum ſempiternum, ideſt durabit tanquam lex in ęternum, intelligitur de toto tempore, quo Iudęi manebant in terra promiſſionis. Nam quamquam non duraret ſemper in ęternũ, quod nulli legi conueni[illegible], dicebatur durare in ęternũ ſi maneret, dum Iudęi haberẽt ſtatuta, & cęremonias Iudaicas, ſic dicitur de iuribus ſacerdotalibus pręcedenti cap. quòd durabunt in ſempiternum, ſcilicet dũ maneret ſtatus Iudaicus.

An Iudæi moderni debeant nunc obſeruare cæremonias legis de contaminationibus & expiationibus. Et an comedebant agnum, & azymos panes. Et quæ tenentur Iudæi obſeruare. Quæſt. XXI.

QVAERET aliquis circa iſtas cęremonias de contaminatione ſuper morto, & de expiationibus, an Iudęi debeant nunc obſeruare eas?

Reſpondendum eſt, quòd ſi nos inſpiciamus eorũ obligationem, non ſolum dicendum eſt eos non eſſe obligatos ad iſtas cęremonias, ſed etiã ad nullas, quia vetus teſtamentum iam abolitum eſt, quantum ad obſeruationem ſuam, & obſeruatio quęcumque eius

eius mortifera eſt. Reſpiciendo ad opinionem Iudęorum, qui credunt adhuc durare obligationem veteris teſtamenti, erit inquirendum an duraret obligatio iſtarum cęremoniarum: nam etiam ipſi qui intelligunt vetus teſtamentum habere vigorem, dicunt de quibuſdam legibus, quòd non obligant eos nunc, nec obſeruant illas: immo obſeruare eas crederent eſſe peccatum, ſicut ſunt leges ſacrificiorum, quæ determinant ſibi certum locum: nam ipſi nihil nunc offerunt, nec immolant, nec agnum paſchalẽ comedunt, ſed ſolos azymos panes: de iſtis ergo cęremoniis eſt dubium an huiuſmodi ſint.

Reſpondebit aliquis, quòd omnes iſtę cęremoniæ expiationum erant in reſpectu ad Sanctuarium, ſcilicet, vt Iudęi expiarentur, ne cum accederent ad Sanctuarium polluerent illud, nunc autem nullum Sanctuarium habent, quod polluere poſſint, ideo non obligantur ad huiuſmodi cęremonias. Sed ad hoc arguetur, quòd immunditia ſuper mortuo non ſolum excludebat hominem a Sanctuario, ſed etiam a populo, nam leproſi, & fluentes ſemine, & contaminati ſuper mortuo iubebantur expelli de caſtris, ſupra c. 5. ergo manebat obligatio ſaltem quantum ad iſtam immunditiam, quę non erat propter Sanctuarium, ſed propter alios de populo.

Reſpondendum eſt, quòd de omnibus aliis immũditiis, quę non eſſent naturales, quę durabant vſque ad veſperum, faciliter dici poteſt, quòd non manet obligatio Iudęis nunc ad expiationem illarum, etiam dato, quòd vetus teſtamentum haberet vigorẽ, non-dum aduenięnte nouo, quia illę ſolum erant propter Sanctuarium, ſcilicet ne aliquis accederet ad Sãctuarium, & polluerẽt illud, ſi nondum eſſet expiatus. non tamen polluebat homo vnus alterum per cõtactum, ideo cum Iudęi fuerunt in Babylone, quia adhuc durabat obligatio veteris teſtamenti, tenebantur obſeruare omnia iuſſa a lege, ſed non obligabantur in Babylone obſeruare cęremonias expiationum iſtarum, quia ibi non habebant Sanctuarium.

De iſta immunditia, quæ eſt ſuper mortuũ, & de aliis duabus naturalibus. ſ. viro leproſo, & fluente ſemine, maius dubium eſſe videtur, an teneãtur Iudęi obſeruare expiationes in illis, quia ſeparabant hominem a communicatione aliorum.

Reſpondendum eſt, quantum ad leproſum, & fluẽtem ſemine, q̃ iſti erant immundi dupliciter, ſcilicet naturaliter, vel legaliter. Primo modo erant immundi, quia morbus eorum eſt contagioſus, vel ſaltem infectiuus, & quia Deus nõ volebat, q̃ aliquis de Iudæis cõtraheret immunditiam propter alios, iubebat iſtos immundos ire extra caſtra, & in hoc attendebat ſanitatem populi, vel munditiam ſolum naturaliter. Secũ do modo iſti duo vocantur immundi legaliter, quia Deus reputabat iſtas maculas ad quandam irregularitatem, facientem hominem indignum acceſſu ad res ſacras, & non ſolum hoc, ſed ſi quis tangeret iſtos immundos, vel res pertinentes ad ipſos. ſ. quas ipſi tegerunt, efficiebantur immundi, ita vt non liceret eis accedere ad res ſacras. Si ergo manerent iſti in populo inter cęteros, contaminarent multos de populo, legaliter facientes eos ineptos ad accedendum ad Sãctuariũ, ideo iuſſum eſt, quòd irent extra caſtra. Erant ergo duæ cauſę propter quas recedebant leproſi, & fluentes ſemine de caſtris, vtraq; autem ceſſabat nũc. Prima enim erat ad ſanitatem Iudęorum, & de iſta nihil attendendum, quoniam ſi non haberet ſecũ aliquid cęremoniale coniunctum, Deus non poſuiſſet illam, nec Iudęi tenerentur obſeruare, quia Deus non erat vt medicus, ſed legislator, quod patet, quia vir fluens ſemine non inficit alios cauſando in eis aliquẽ morbum, cum non ſit contagioſus, vt lepra, ſed ſolũ iubebatur ire extra caſtra principaliter, vt non contaminaret alios legaliter. Manet ergo ſecunda cauſa, propter quam excludebantur de caſtris iſti immundi, ſcilicet ne inficerent alios, legaliter facientes eos ineptos ad accedendum ad Sanctuarium, iſtud autem iã ceſſat, quia non poteſt facere vnus Iudęus immundum alterum reſpectu Sanctuarii, cum nullum Sanctuariũ ſit, ergo non obligantur ad excludendum leproſos, & fluentes ſemine de caſtris, etiam ſi maneret nũc vetus teſtamentum, ſicut cum erant in Babylone.

De alia immunditia, quę erat ſuper mortuo, dicendum q̃ iſta faciebat homines excludi a caſtris, vt aliq dicunt, quia omnes qui tangebantur ab immundo ſuper mortuo, erant immundi, & tunc manebat eadem cauſa expellendi iſtos de caſtris, ſicut leproſos, & fluẽtes ſemine, ne inficerent reliquam multitudinẽ. Alii dicunt, q̃ immundi ſuper mortuo ſolum excludebantur, quia iudicabatur iſta immunditia eſſe magna, ſed quodcunque horum detur, non manet obligatio Iudęorum nunc ad obſeruandum expiationem pro hac immunditia, nam ſi primo modo ſunt immundi tangentes mortuum, non poſſunt nunc inficere alios legaliter, quia non eſt aliquod Sanctuarium, reſpectu cuius imputentur maculę legales: ſi autem ſecũdo modo, etiam non obligantur Iudęi obſeruare, quia ſicut aliqua macula dicebatur legalis reſpectu Sanctuarii, ita an eſſet magna, vel parua macula conſiderabatur ſecundum habitudinem hominum ad Sanctuarium, ſed iam non eſt Sanctuarium, ergo nec macula parua vel magna legalis. Ideo dicendum eſt ẽt, q̃ ẽt ſi nunc maneat vetus teſtamentum, nondum aduenięnte nouo, nondum tamen Iudęi eſſent extra terram Chanaan, ſicut nunc ſunt, non eſſent obligati ad obſeruandũ cæremonias expiationis ab aliqua immunditia, ſiue legali, ſiue naturali: ſic enim ipſi vſus ſuos comprobant: nam a nulla immunditia ſe expiant modo legali. Erat adhuc ratio potiſſima de immunditia ſuper mortuo, quia iſta debebat expiari per cineres vitulę rufę, ſed Iudęi extra terram Chanaan non poſſunt immolare vitulas, ergo nec poſſunt ſe expiari. nam vitulam nõ immolant, quia nõ eſt ibi locus alicuius miniſterii ſacerdotalis, immolare tñ vitulam ad ſacerdotem pertinet, vt patet ſupra. Item quia de ſanguine vitulę aſpergendum eſt ꝑ fores Sanctuarii, vt patet ſupra, ſed nũc nullum Sanctuarium eſt hic, nec in terra Chanaan. ergo non poteſt vitula immolari, & conſequenter nõ poſſunt tolli immũditiæ ſuper mortuo, nec erat vlla obligatio ad illas tollendas. *Ipſe quoque qui aſpergit aquas lauabit veſtimenta ſua.* Non ſolum contrahebant, qui tangebant mortuum, ſed etiam ille, qui tetigiſſet aquas luſtrationis ad aſpergendum ſuper immundos, efficiebatur immundus, quod videbatur ſatis durum, cũ immundi per iſtos cineres expiarentur, & iſte qui tangebat illos erat mundus, debuiſſet ergo maiorem accipere puritatem, ſed efficiebatur immundus, cuius cauſa ſupra aſſignata eſt. De hoc iubetur, q̃ lauet veſtimẽta ſua, & non erat iſte aſpergendus aqua luſtrationis, quia qui aſpergebantur cuiuſmodi manebant 7. diebus immundi, die autem 3. & 7. expiabatur, vt patet ſupra, ſed iſte qui aſpergebat aquas, ſolum manebat immundus, vſque ad veſperum, ideo non debebat aſpergi, ſed lauabat veſtes in aquis viuentibus, ſicut illi qui aſperſi fuerant aqua luſtrationis die 7. lauabant veſtimenta, vt patet ſupra. Et conſiderandum eſt circa hoc, quòd veſtimenta alicuius non lauabantur, niſi cum cenſerentur incurriſſe immunditiam, & hoc eſt cum aliquis ueſtitus incurrebat quędam genera immunditiarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando res inanimatæ incurrebant immunditiam, & quando non. Quæst. XXII.

SED circa res inanimatas considerandum, quòd aliquando incurrebant immunditiam per seipsas, aliquando autem cum essent in homine. Primo modo, vt tabernaculum in quo moriebatur aliquis, & omnia quę in eo erant iudicabantur polluta, vt patet supra. Secundo modo erat sola immunditia vestium, vt cum quis cognosceret fęminā vestitus, vel portaret super se aliqua morticinia, aut comedisset de carnibus immundis, censebantur enim vestes contraxisse hic aliquam immunditiam, & lauari iubebant, Leui. c. 11. & 15. & 17. De isto secūdo modo manifesta est expiatio. De primo modo quando res inanimatę per se incurrebant immunditiam, dicēdum est, ꝙ aut incurrebant illam propter mortuum, sicut si aliquis moreretur in domo, domus ipsa, & omnia vasa, atque supellectilia, quę ibi erant polluebantur, & tunc expiatio facienda erat, sicut in omnibus contaminatis super mortuum. s. ꝙ essent illę res immundę 7. diebus, & die tertio, atque septimo aspergerētur aqua lustrationis, & sic immunda erant ad omnem vsum humanum. Sed est distinguendum, ꝙ ista, quę erant in domo defuncti, aut erant cibi, vel potus, aut aliæ res. si alia res expiabantur modo suprà dicto, & nulla earū simpliciter fiebat illicita ad vsus humanos. Si autem essent cibi, aut habebant aliquid liquidum, aut non, dicuntur non habere liquidum panes cocti, & fructus: habent autem aliquid liquidum omnes potus, vt aqua, & vinum, & omnes cibi confecti, quę nos pulmenta vocamus. Si primo modo non habentibus aliquid liquidum, dicendum est, ꝙ cadebatur immunditia per aspersionē modo supra dicto, si autem essent cibi habentes aliquid liquidū, dicendū est, ꝙ efficiebantur immundi simpliciter, ita vt nunq̄ iam liceret sumi illos ab hominibus: de hoc intelligitur, vas quod non habuerit cooperculum, vel ligaturam immundum erit, vt supra declaratum est. Si autē essent res inanimatę immundę ex cōtactu alterius rei, quam hoīs mortui, dicendum ꝙ poterant induci istę immunditiæ multipliciter, aut id quod incurrebat immunditiam erat cibus confectus, vel nō. Si primo modo poterat incurrere immūditiam si funderetur aqua super illum, etiā si esset aqua munda, Leu. c. 11. s. omnis cibus, quē comedetis si fusa fuerit super eū aqua, immundus erit, & non licebat postea comedi de hoc cibo, nec expiabatur, sicut alię res poterant expiari: de hoc ibidem declaratum est. Alia erat immūditia, quā incurrebant res inanimatę ex tactu cadaueris pecoris, vel iumenti morticini, & generaliter cuiuscunque rei præter hominem. Et de ista immunditia dicendū, ꝙ quandocunque cadauer, vel pars eius, aut aliquis humor a cadauere manans cadebat super aliquam rem inanimatam pertinentem ad vsus humanos, efficiebant eam immundam: dico de pertinentibus ad vsum humanum, vt de omnibus supellectilibus, & vasis domesticis, & de omni quod in cibum, vel in potum sumi potest, nam si super lapides, & terra cadāt ista morticina, non polluentur. Et tunc dicendum, ꝙ aut istud super quo cadebat res morticina erat simpliciter liqdum, vt aqua, & vinum, & similia, aut erat aliquod durum. Si esset liquidum efficiebatur simpliciter immūdum, ita ꝙ aqua, & vinum, vel similes potiones si polluerentur aliquo morticino, nunquam erant vltra licita ad potum, vel esum, sic patet Leuit. c. 11. s. & omne liquens, quod bibitur de vniuerso vase immundū erit. Si autem esset aliquid non ita liquidum, aut erat cibus confectus, vel non. Si primo modo ex tactu cuiuscunque morticini incurrebant immunditiam, & non erant vltra sumēda in cibum: nihil. n. faciliter incurrebat in immunditiā, sicut cibus confectus. Si autē esset de aliis rebus aridis, aut illę erant grana seminū, aut non. Si primo modo dicendum, ꝙ aut illa erant perfusa aqua, aut non. Si primo modo efficiebantur semina immunda, & non licebat comedi de illis, nec iacere in agro seminando. Si autem grana essent arida, & non perfusa aqua, quamquam contingerentur a morticino non erant immunda, Leu. c. 11. s. qui morticinum eorum tetigerit polluetur, si ceciderit super sementem non polluet eam, si autem quispiā aqua sementem perfuderit, & postea a morticinis tacta fuerit illico polluetur. Si autem non essent grana seminum, aut erant supellectilia de pellibus, aut pilis, vel aliqua vasa domestica. Si primo modo incurrebant immunditiam istę res, sed lauabantur aqua, & vsque ad vesperum manebant in immunditia, Leuitic. c. 11. Si autem essent aliqua vasa domestica, aut erāt lignea lapidea, vel metallina, aut fictilia. Si primo modo lauabantur, & erant immunda vsque ad Solis occasum. Si secundo modo erant vasa immunda simpliciter, sicut omnia vasa, quę facit figulus, & clibani, & syrropodes, ideo iubebat lex frangi ista, ne proficerent vnquam ad vsus humanos, Leuit. cap. vndecimo. Aliquando res polluebantur per contactum aliorum immundorum, vt si quis esset fluens semine, vel mulier menstruata, aut homo leprosus polluebant omnia, quę tāgerent. s. vestes, stratum, sedilia, omnia vasa, tam fictilia, quàm non fictilia, & omnia supellectilia, & potabilia, & comestibilia, vt colligitur Leuit. ca. 15. modus autem expiationis habendus est in ista pollutione, sicut cum tangitur res ab aliquo morticino, iuxta distinctionem supra positam, quod satis colligitur Leuitic. cap. 15. vbi in quibusdam ponitur similis expiatio, de cęteris autem intelligendum est, vt de contactu morticinorum, Leuitic. cap. 11. *Omnis qui tetigerit aquas expiationis immundus erit, vsque ad vesperum.* Vocabantur aquæ expiationis aquę commixtæ cineribus vitulę, quicunque autem tangerer cineres per se, vel aquas commixtas cineribus, incurrebat immunditiam, quod intelligitur de illo, qui aspergebat aquam istam super immundos. Nam ipse vsque ad vesperum erat immundus, & lauabat vestimenta sua, etiam siquis alius vir mundus tangeret aquas istas nō ad expiandos aliquos, incurrebat in immunditiam vsque ad vesperum, & similiter lauare debebat vestimenta sua. non potest autem intelligi de eo, qui aspergebatur aquis lustrationis ad tollendum immunditiam: nam ille nō polluebatur per aquas istas, sed magis efficiebatur mundus, quamquam satis posset dici, quòd etiam iste incurrebat immunditiā, & ꝙ per istas aquas tollebat vna immunditia, & causabat aliā. s. immunditia illa, quę erat causata ex contactu mortui tollebatur per aspersionē aquæ lustrationis die tertio & 7. rursus incurrebat immunditiam ex contactu istarum aquarū, & ista manebat vsque ad vesperum, ac tollebatur lotis vestibus in vespere. Et est satis rationabilis positio ista, & tunc erit generale, quòd omnis, qui tetigerit aquas lustrationis erit immundus quomodocunque illas tangat.

Quidquid tetigerit immundus immundum faciet. Videtur ista litera dicere, quòd quandocunque aliquis immundus ex quacunque eā tangeret aliquid illud efficiebat immūdū. Sed hoc falsum est, qa hoc modo oēs Iudęi breuiter efficerentur immundi, vt si aliquis Iudęus tetigisset aliquid immundum, omnia quæ postea tangeret, illa essent immunda, siue homines, siue res aliæ, & tunc quælibet illarum rerum efficeret omnes tangentes se immūdos, ita vt nullus posset fugere immūditiam, quia procederetur sic in infinitum, & ex vnica re

re immunda totus populus hebręorum, & res pertinentes ad ipsos incurrerent immunditiam, quod inconueniens est. Item erat adhuc irrationabilius, quia nesciret homo illa, in quibus posset effici immundus, cum non erant determinata dato isto ordine. Et sic incurrerent Iudęi omnes immunditiam nescientes, vnde pollueretur tabernaculum, & essent Iudęi immunes a culpa: erat autem lex ista multum irrationabilis, ideo nihil tale debuit imponi. Aliqui volunt, ꝙ intelligāt hoc de immunditia contracta ex tactu mortuorum. s. ꝙ omnes contaminati isto modo contaminarent alios quos tangerent. Et propter hoc dicunt, ꝙ separabantur de castris immundi super mortuo, sicut leprosi, & fluentes semine. Sed & iste sensus non apparet ex litera, quia ista erat immunditia legalis, taliter autem immundi non poterant aliàs commaculari, sicus autem de immundis naturaliter, vt fluentes semine, vel mulier menstruata, aut leprosi: res autem inanimatę per solum contactum poterant magis polluere, quam homo immundus. Nam siquis tetigisset lectum, aut vestes, vel sedilia viri fluētis semine, vel mulieris menstruatę erat immundus, Leui. c. 15. Ideo dicendum est, ꝙ ista litera solum debet intelligi de immundis naturaliter, & solum sunt tribus modis. s. in lepra, in fluxu seminis, & in fluxu sanguinis, vel menstruorum: isti enim excellenter immundi sunt, quia non solum in seipsis immundi sunt, sed etiam quos tetigerint immundos efficiunt. *Et anima quæ eorū quidquam tetigerit immunda erit vsque ad vesperum.* Accipitur anima pro homine, & dicitur ꝙ homo tangens aliqd horum, quę immunda erant, incurreret immunditiam. Ista litera videtur dependere ex superiori, & in superficie signat, ꝙ quandocunque aliquis esset immundus, omnia quæ ipse tangeret, essent immunda, & rursus quisquis tangeret aliquid istorum pollutorū per contactum hominis immundi, efficeretur immūdus. Sed non stat aliqua istarum particularium, quia supra imptobata sunt, sed per istud nomen demonstratiuum demonstrantur omnia, q̄ supra posita sunt, scilicet vitula rufa, & sanguis eius, & cineres, & aqua lustrationis. Et de istis est verum, ꝙ quisquis tangeret aliquod horum, esset immundus vsque ad vesperum, nam immolans vitulam, & comburens, & colligens cineres erant immundi, vt patet supra. Item qui aspergebat aquam lustrationis, & qui tangebat eam quomodocunque erant immundi vsque ad vesperum, & aliqui horum lauabant carnem, & vestimenta, alii vero vestimenta sola, vt patet supra. Aliqui volunt referre hoc ad contaminationem super mortuo. s. ꝙ quicūque contigerit aliquam rem contaminatam in mortuo erat immundus. Sed non stat iste sensus, quia omnis contaminatio super mortuos durabat per septem dies, vt colligitur supra, sed hic solum dicitur vsq; ad vesperam. Item homines, vel res inanimatę contaminatę expiabantur per aquas lustrationis, sed de istis nō dicitur, ꝙ sic expientur, ergo nō vī intelligi de illa immunditia, vnde tenendus est sensus precedens.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Primam partem Num. Finis.

REGISTRVM.

A B G D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes sunt Quaterniones, præter L l, qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca